Google

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

PROPERTY OF THE
University of Michigan Libraries
1817
ARTES SCIENTIA VERITAS

PROPERTY OF THE
University of Michigan Libraries
1817
ARTES SCIENTIA VERITAS

# REGESTA

# PONTIFICUM ROMANORUM

INDE AB A. POST CHRISTUM NATUM MCXCVIII AD A. MCCCIV.

---

VOL. I.

Catholic church. Pope

84733

# REGESTA

# PONTIFICUM ROMANORUM

INDE AB A. POST CHRISTUM NATUM MCXCVIII AD A. MCCCIV

EDIDIT

AUGUSTUS POTTHAST

HUXARIENSIS WESTFALUS.

OPUS AB ACADEMIA LITTERARUM BEROLINENSI DUPLICI PRÆMIO ORNATUM EIUSQUE SUBSIDIIS LIBERALISSIME CONCESSIS EDITUM.

VOL. I.

BEROLINI

PROSTAT IN AEDIBUS RUDOLPHI DE DECKER

PROTOTYPOGRAPHI REGII AB INTIMIS.

MDCCCLXXIIII.

LONDINI: D. NUTT. PARISIIS: FRIDERICUS KLINCKSIECK. AUGUSTAE TAURIN.: HERMANNUS LOESCHER.

MEDIOLANI ET NEAPOLI: U. HOEPLI.

**Auctor et bibliopola Berolinenses legum beneficio se uti velle declarant.**

# PRAEFATIO.

»Auch in der historischen Wissenschaft gilt: Verleugne dich selbst; nicht was uns am Liebsten, sondern was uns am Schwersten sollen wir zu leisten suchen und gern verzichten auf die augenblicklichen Erfolge, auf den Beifall der Menge, kurz auf alle die Dinge, welche jene bethören, die der Wissenschaft nicht um ihrer selbst und vor allem nicht um ihrer höchsten Zwecke willen dienen, sondern aus persönlichen Rücksichten, wie sie Eigennutz, Stolz und Frevel erzeugt. Die Selbstverleugnung der Jünger der Wissenschaft ist ihr Gebet. Mabillon äusserte einmal: Die wahren Rosen der Wissenschaft blühen nur dem demüthigen Forscher.«

Janssen, Joh. Friedr. Böhmers Leben u. Anschauungen. 1869. S. 141.

Haec verba et benigna G. H. Pertzii, immortalis Monumentorum Germaniae historicorum editoris, impulsio atque auctoritas animum meum incenderunt, ut arduum opus et audax profecto negotium susciperem nec minus ad eius coronidem remis velisque sub fausto viri illius inclyti sidere contenderem. Aequus et prudens rerum aestimator mecum concludet, quod magnum laborem solus sustinui. Qui enim vastissimam monumentorum papalium molem cognoverit et regestorum farraginem inspexerit, eo ipso probe edocetur, quantae mihi difficultates superandae fuerint.

Hoc opus, quod doctissimi Jafféi Regesta pontificum Romanorum continuat et subsidiis editioni necessariis munificentia academiae litterarum Berolinensis partim concessis in lucem prodit, uno veluti conspectu res paparum ab Innocentio III usque ad Benedictum XI quasi in nuce exhibet atque complectitur. Omnes comprehendit epistolas, bullas, leges ecclesiasticas, omnia diplomata, privilegia *etc.* ex cancellariae apostolicae archivis et antiquis Urbis et Orbis monumentis eruta, quae Romana servat ecclesia ex apostolica sanctione intra annos 1198—1304 constituta et ego colligere poteram. Sed thesaurum illum adeo locupletem evacuare minime licuit, quippe cum multum abesset, ut copiam librorum documenta continentium investigare, comparare atque evolvere possem. Maxime doleo, quod tot pontificum diplomata, quae inter cineres archivi Vaticani sepulta iacent neque nota sunt nostrae aetati, evulgare nequivi.

De ratione libri mei, ex quo nostrates exterosque historiae studiosos plurimum emolumenti capturos confido, paucis exponendum videtur, ut eo commodius uti possis. Regesta Romanorum pontificum in secretioribus tabulariis Vaticanis adservata, quod omnibus notum, ab Innocentio III initium habent et ad Pii V usque tempora interrupta non sunt. Innocentiana regesta a cardinale Sirleto, Franc. Bosquetio, Stephano Baluzio (lib. 1. 2. 5 partim. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.) et a Feudrix de Bréquigny et F. I. G. La Porte du Theil (lib. 3. 6. 7. 8. 9.) per partes et a I. P. Migne in unum collecta iam pridem edita sunt. Non pauca Raynaldus Annalibus suis ecclesiasticis inseruit, sed, qui mos ipsius erat, rara admodum integra, saepe quam breviter perstricta, nonnunquam vero aliquantum mendosa. Argumenta tantum librorum 3. 4. 18. et 19. Aug. Theiner publici iuris fecit. — Fere nulli

scriptorum recentiorum hactenus visum est et vulgo incognitum latet Honorii III regestum, quod evulgandi iam tempore Bollandistarum (*vid.* Propyl. p. 357) »grande procul dubio votum erat omnium studiosorum historicae veritatis.« La Porte du Theil, qui magnam Honorii epistolarum partem descripsit, ex eis elegit illas, quae ad res Gallicas pertinebant, unde Bouquet-Brial selectum fecerunt attinentium ad publicas regni res gestas. — Regesta paparum qui Honorium in apostolica sede exceperunt, ex diversissimis operibus conferri oportebat.

Etiam quae nullius vel tenuissimi momenti sunt, quibus continentur indulgentiae ecclesiis ac fidelibus concessae aliaque huiuscemodi recepi. Nam in huiusmodi monumentis multa eaque scitu bene digna, quae conditionem atque originem ipsam ecclesiarum, monasteriorum aliorumque similium religionis et societatis institutorum patefaciunt, deprehendimus. Eandem ob causam provisiones ita dictas beneficiorum ecclesiasticorum haud praeterire volui, quippe quae saepenumero plura non parvi momenti de viris ecclesiasticis deque eorum conditione nobis tradunt atque produnt. Denique si de eodem negotio aut argumento ad plures simul scriptum reperi, selegi litteras eis missas ad quos idem negotium maxime spectat, commemoratis duntaxat ceteris, quibus illud aeque commendatur.

Litteras decretales Innocentii III aliorumque paparum, quas Corpus iuris canonici exhibet, quantum poteram ad fontes redegi; illas autem Bonifacii VIII, cum sine *inscriptione etc.* in quaestionibus iuridicis generaliter et abstracte iudicium faciant, brevitatis causa omisi.

Litterae quas spurias putavi, numero Romano et † apposita signavi; ubi reperire easdem possis, pagina libri ultima indicat. Paparum diplomatis, quorum nihil cognitum nisi argumenta habemus, asteriscum * adieci, ut ab aliis commodius secernantur.

Regesta quae libris non latine scriptis continentur, eadem qua scripta sunt lingua exhibui, quia nomina villarum, civitatum *etc.* cum formis in originali adhibitis congruentia reddere difficilius, immo impossibile erat.

Verba ipsa bullarum *etc.* quantum fieri commode potuit, in argumentis earum recensendis retinui et duplici virgula ad initium et finem (» «) distinxi; quae plus habere momenti videbantur, earum argumenta paulo plenius enarravi, reliquis brevius percensitis.

Nomina cardinalium bullis subscribentium diligenter collegi eo, quod ad pleniorem historiae intelligentiam chronologicamque factorum seriem adstruendam saepe ex istius generis notitiis utilitas non parva emergit.

In collocandis pontificum litteris iuxta rectum annorum ordinem magnis interdum luctandum erat difficultatibus. Si ubique causas et criticam disquisitionem subiungere voluissem, quamobrem singula regesta *sine dato* suis locis inserui, alterum non exiguum volumen replessent. Plurima diplomata eiusdem temporis solo subscriptionis die discrepant. Cum enim multa transmitti oporteret nec uno scriberentur aut darentur die, diversi temporis praeferunt notas. Maximam partem haec diplomata per »Repetit n° . . . .« inserui. Ubi vero *varia data* epistolis apposita erant, suo quodque loco indicavi.

Nomina locorum his [ ] uncis explicare, nomina personarum illis ( ) supplere studui.

A tempore quo nostrum hoc opus incipit et excurrit, semper in bullis *etc.* pontificiis is ordo observatur, ut annus incarnationis sumatur a die 25. Martii et annus pontificatus a die consecrationis numeretur. Quae diplomata a papis ante eorum consecrationem edita referuntur, ea mensem ac diem enunciant, annum vero pontificatus omnino reticent. Diem, mensem, annum *etc.* originalem quo data diplomata sunt, ubique regestis abbreviata forma apposui, quo facilius, num *datum* sit vere rectificatum, cognoscere possis.

Temporibus Innocentii III *indictiones* a mense Septembri exordiuntur, sed num firmo satis argumento hoc asservatum fuerit nescimus. Etenim inter tot ac tantas, quae adhuc supersunt Innocentii III bullas quas dicunt consistoriales, paucae admodum occurrunt, in quibus indictio aut a mense Septembri

aut a mense Ianuario numerata sit; multo plures reperiuntur, ex quibus indictionem aliquando vel ab Octobri vel a Novembri vel a Decembri mense sumptam fuisse probari potest. Constat, indictionem X$^{mam}$ cum decimo Innocentii III pontificatus anno concurrere. Verum ex regesto anni eiusdem pontificatus decimi manifeste colligitur, talem inter scriptores apostolicos invaluisse errorem, ut per totum illum annum pontificatus decimum cum anno incarnationis dominicae 1207 indictio IX$^{a}$ coniungeretur; semel etiam VIII$^{a}$ (*vid.* n° 3157), quin immo interdum XI$^{a}$ (*vid. e. g.* n° 3215). Sed quae de hac re et chronologia cancellariae apostolicae fusius disseram, alio loco prodibunt. — Sequentes papae fere omnes indictionem a mense Septembri numeraverunt.

Addendorum mantissa ad finem subiuncta habetur, ut per frequentem turbam id generis documentorum quaeque oculos meos prius defugerint quaeque sero indicata mihi fuerint, agmen ipsum clausisse viderer. Neque me poenituit huic libro annectere Corrigendorum pagellas, quibus quid in littera forte vel numero vel aliter delictum fuerit, ab erroribus vindicem.

Denique libros, quibus usus sum in componendo hoc opere, in eiusdem fine enumerare operae pretium erat; singulos vero, ex quibus nonnisi unum vel duo regesta hausi, ob brevitatem non recensui, plenum autem titulum loco suo invenies.

Cum textoris munus obierim in hoc libro compingendo, nemo erit qui me arguat, si rudi stilo crassaque Minerva ea quae scripta sunt ducta fuere.

Viris egregiis Dr. H. Cardauns Bonnae, clerico Petro Pressutti Romae, Dr. R. Röhricht Berolini, pastori cath. A. Schrammen in Krekel (provinc. Rhenana), Dr. Lud. Weiland Berolini et professori Dr. Ed. Winkelmann Heidelbergae, quorum beneficia in meum librum maxime sunt praedicanda, gratias lubentissime persolvo.

Pauci errores typographici qui remanserunt, testimonium gravissimum sunt sollertissimorum officinae operariorum.

Obtrectationes cavillandique libidinem ex libro meo exulare iussi; nunquam enim probaverim id scribendi genus, quod ob leves etiam errores temere aliis insultat. Solamen mihi afferunt illa Innocentii III verba (Ep. lib. 12. n° 89 ed. Baluze II. 352): »Non qui coeperit, sed qui perseveraverit, salvus erit, et finis non pugna coronat.«

Scribebam Berolini XI kal. Dec. MDCCCLXXV.

Dr. AUGUSTUS POTTHAST,
AMPLISSIMORUM IMPERII GERMANICI COMITIORUM BIBLIOTHECARIUS.

# FESTA PASCHALIA ET INDICTIONES
## intra a. 1198—1304.

| Annus | Dies paschalis | Indictio | Annus | Dies paschalis | Indictio | Annus | Dies paschalis | Indictio | Annus | Dies paschalis | Indictio | Annus | Dies paschalis | Indictio |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1198 | 29. Mart. | I. | 1220 | 29. Mart. | VIII. | 1242 | 20. April. | XV. | 1264 | 20. April. | VII. | 1286 | 14. April. | XIV. |
| 1199 | 18. April. | II. | 1221 | 11. April. | IX. | 1243 | 12. April. | I. | 1265 | 5. April. | VIII. | 1287 | 6. April. | XV. |
| 1200 | 9. April. | III. | 1222 | 3. April. | X. | 1244 | 3. April. | II. | 1266 | 28. Mart. | IX. | 1288 | 28. Mart. | I. |
| 1201 | 25. Mart. | IV. | 1223 | 23. April. | XI. | 1245 | 16. April. | III. | 1267 | 17. April. | X. | 1289 | 10. April. | II. |
| 1202 | 14. April. | V. | 1224 | 14. April. | XII. | 1246 | 8. April. | IV. | 1268 | 8. April. | XI. | 1290 | 2. April. | III. |
| 1203 | 6. April. | VI. | 1225 | 30. Mart. | XIII. | 1247 | 31. Mart. | V. | 1269 | 24. Mart. | XII. | 1291 | 22. April. | IV. |
| 1204 | 25. April. | VII. | 1226 | 19. April. | XIV. | 1248 | 19. April. | VI. | 1270 | 13. April. | XIII. | 1292 | 6. April. | V. |
| 1205 | 10. April. | VIII. | 1227 | 11. April. | XV. | 1249 | 4. April. | VII. | 1271 | 5. April. | XIV. | 1293 | 29. Mart. | VI. |
| 1206 | 2. April. | IX. | 1228 | 26. Mart. | I. | 1250 | 27. Mart. | VIII. | 1272 | 24. April. | XV. | 1294 | 18. April. | VII. |
| 1207 | 22. April. | X. | 1229 | 15. April. | II. | 1251 | 16. April. | IX. | 1273 | 9. April. | I. | 1295 | 3. April. | VIII. |
| 1208 | 6. April. | XI. | 1230 | 7. April. | III. | 1252 | 31. Mart. | X. | 1274 | 1. April. | II. | 1296 | 25. Mart. | IX. |
| 1209 | 29. Mart. | XII. | 1231 | 23. Mart. | IV. | 1253 | 20. April. | XI. | 1275 | 14. April. | III. | 1297 | 14. April. | X. |
| 1210 | 18. April. | XIII. | 1232 | 11. April. | V. | 1254 | 12. April. | XII. | 1276 | 5. April. | IV. | 1298 | 6. April. | XI. |
| 1211 | 3. April. | XIV. | 1233 | 3. April. | VI. | 1255 | 28. Mart. | XIII. | 1277 | 28. Mart. | V. | 1299 | 19. April. | XII. |
| 1212 | 25. Mart. | XV. | 1234 | 23. April. | VII. | 1256 | 16. April. | XIV. | 1278 | 17. April. | VI. | 1300 | 10. April. | XIII. |
| 1213 | 14. April. | I. | 1235 | 8. April. | VIII. | 1257 | 8. April. | XV. | 1279 | 2. April. | VII. | 1301 | 2. April. | XIV. |
| 1214 | 30. Mart. | II. | 1236 | 30. Mart. | IX. | 1258 | 24. Mart. | I. | 1280 | 21. April. | VIII. | 1302 | 22. April. | XV. |
| 1215 | 19. April. | III. | 1237 | 19. April. | X. | 1259 | 13. April. | II. | 1281 | 13. April. | IX. | 1303 | 7. April. | I. |
| 1216 | 10. April. | IV. | 1238 | 4. April. | XI. | 1260 | 4. April. | III. | 1282 | 29. Mart. | X. | 1304 | 29. Mart. | II. |
| 1217 | 26. Mart. | V. | 1239 | 27. Mart. | XII. | 1261 | 24. April. | IV. | 1283 | 18. April. | XI. | | | |
| 1218 | 15. April. | VI. | 1240 | 15. April. | XIII. | 1262 | 9. April. | V. | 1284 | 9. April. | XII. | | | |
| 1219 | 7. April. | VII. | 1241 | 31. Mart. | XIV. | 1263 | 1. April. | VI. | 1285 | 25. Mart. | XIII. | | | |

»Innocentius III papa«, qui vocabatur antea Lotharius, ut ipse ait in Libello de miseria conditionis humanae, patria Anagninus, »ex patre Transmundo de Comitibus Signiae, matre vero Clarina (Claricia *Baluze*) de nobilibus Urbis« (*i. e.* e gente Scotti) natus a. 1160 vel a. 1161, »fuit vir perspicacis ingenii et tenacis memoriae, in divinis et humanis litteris eruditus, sermone tam vulgari quam litterali disertus, exercitatus in cantilena et psalmodia, statura mediocris et decorus aspectu, medius inter prodigalitatem et avaritiam, sed in eleemosynis et victualibus magis largus et in aliis magis parcus, nisi cum necessitatis articulus exigebat; severus contra rebelles et contumaces, sed benignus erga humiles et devotos; fortis et stabilis, magnanimus et astutus; fidis defensor et haeresis expugnator; in iustitia rigidus, sed in misericordia pius; humilis in prosperis et patiens in adversis; naturae tamen aliquantulum indignantis, sed facile ignoscentis«.

»Hic primum in Urbe, deinde Parisius«, ubi magistrum habuit Petrum Corboliensem, »tandem Bononiae scholasticis studiis insudavit, et super coaetaneos suos tam in philosophica quam in theologica disciplina profecit, sicut eius opuscula manifestant, quae diversis temporibus edidit et dictavit. Fecit enim ante pontificatum libros De miseria conditionis humanae, De missarum mysteriis et De quadripartita specie nuptiarum. Post pontificatum autem libros sermonum, epistolarum, regestorum et decretalium, quae manifeste declarant quantum fuerit tam in humano quam in divino iure peritus«.

»Hunc s. mem. Gregorius VIII pp. in subdiaconum ordinavit ....« Antequam cardinalis dignitate fulgeret, in basilica Vaticana s. Petri canonicus extitit, ut ipsemet testatur in epistolis lib. I. n° 296, 536 ad canonicos illius ecclesiae datis. »Et Clemens III pp. promovit eum in diaconum cardinalem« a° 1190 mense Septembri »vigesimum nonum aetatis annum agentem, assignans ei ecclesiam ss. Sergii et Bacchi« sitam inter Severi imp. triumphalem arcum et capitolium, hodie penitus eversam, »cuius ipse fuerat diaconus cardinalis«. Lotharium testem in Coelestini III pp. bullis a 3. Iun. 1191 ad 27. Iul. 1197 subscriptum reperimus. »Proficiebat autem sicut aetate, sic etiam probitatę coram Deo et omni populo, ita ut omnes de ipsius sublimatione praesumerent et sperarent«.

»Infra biennium postquam promotus fuit praefatam ecclesiam, quae nimis erat deformis et ruinosa, ut magis crypta quam basilica videretur, suis sumptibus restauravit« (*cf.* Epist. lib. II. n° 102).

»Defunctę Coelestino, cum quidam cardinalium se contulissent ad Septa Solis monasterii Clivisauri, ut liberius ibi possent de successoris electione tractare, ipse cum quibusdam aliis apud basilicam Constantinianam voluit decessoris exequiis interesse. Quibus honorifice celebratis ipse cum illis ad praefatum locum accessit. Ibi electus est papa.« ‖ Gesta Innoc. III pp. ed. Baluze *ante eiusd.* Epist. I. 1; ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. i. 486; ap. Bréquigny Dipl. I. i. 5.

---

## 1198.

Ianr. 8 | ap. Septa Solis monasterii Clivisauri | Eligitur. »Celebrata est eius electio VI id. Ianr. a° incarnationis dominicae 1197 (*i. e.* 8. Ianr. 1198). Eum in summum pontificem eligentes vocarunt ipsum *Innocentium*, cum prius *Lotharius* vocaretur. Et publicata electione cum laudibus ductus est a multitudine cleri ac populi ad Constantinianam basilicam, et inde ad patriarchium Lateranense ... secundum morem solitum et antiquum.« ‖ Gesta Innoc. III *ante eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 2; Bréquigny Dipl. II. i. 6. 7; Innoc. Opp. ed. Migne I. xx. xix; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1198 § 6. — »Tanta fuit inter fratres nostros super pontificis substitutione concordia, ut ... nos in summum pontificem ipso die depositionis (Coelestini) praedecessoris nostri (*i. e.* 8. Ianr.) unanimiter assumerent«. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 6. n° 11; Opp. ed. Migne I. 9. n° 11. — »Eodem anno Coelestinus pp.... obiit Romae mense Ianuarii VI id. eiusdem mensis feria sexta. ... In crastino (*i. e.* 9. Ianr.) autem obitus illius convenientes in unum cardinales elegerunt in summum pontificem Lotharium diaconum cardinalem iuvenem 30 annorum vel paulo amplius, qui vocatus est Innocentius«. ‖ Rogeri de Hoveden Ann. ap. Savile Rer. Angl. scr. fol. 442 (ed. Stubbs IV. 41). —
»xvii kal. Februarii Celestinus papa obiit. Eo(dem *Murat.*) die Loterius diaconus cardinalis electus est« (*i. e.* 16. Ianr.). ‖ Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. r. Ital. VII. 883 (*sub tit.*: Annal. Ceccanens. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 294). —

» 9 | Laterani | (1) *Epistola encycl.* »Celestino praedecessore nostro VI id. Ianr. (*i. e.* 8. Ianr.) viam universae carnis ingresso et in Lateranensi basilica sicut moris est honorifice tumulato, fratres nostri videlicet episcopi, presbyteri et diaconi cardinales et nos ipsi cum eis simul in unum secessimus, ut ... de substitutione pontificis tractaremus .... Cumque missarum solemnibus in honorem s. Spiritus celebratis requisitae fuissent omnium voluntates, ad insufficientiam nostram oculos extenderunt .... Cuius dignitatis onus cum insufficientia nostra penitus recusaret, utpote nostris debilibus humeris importabile, tamen« .... fratrum nostrorum acquievimus instantiae, »ne reluctatio diuturna dissidii pareret detrimentum.« Ecclesiasticae igitur provisionis solicitudinem assumens omnes, »quos nobis Dominus ad tantae difficultatis onus levius perferendum solicitudinis nostrae voluit esse participes«, exhortatur ut »insufficientiam nostram vestris orationibus apud Dominum adiuvetis, et circa commissam nobis et vobis dominici gregis custodiam diligenter et utiliter vigilantes defectum nostrum humiliter supplere velitis et iniunctam

**1198.**

nobis ecclesiastici oneris gravitatem vigilanti studio comportare«. v id. Ianr. ‖ Innoc. Epist. ed. Baluze I. 1. n° 1; Opp. ed. Migne I. 1. n° 1; Cocquelines Bullar. III. 65. n° 1; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 113. n° 1; *fragment.* Bzovii Annal. XIII. 2; Raynaldi Ann. ad a. 1198 § 7. — »Ineffabilis sapientia conditoris (deitatis« *Rog. de H.*)

* *In eundem modum eodemque die* Universis archiepiscopis et episcopis per Angliam et Scotiam constitutis: Rogerus de Hoveden l. c. fol. 442 (ed. Stubbs IV. 42).

» » » » » Universis abbatibus, prioribus et aliis religiosis per Angliam et Scotiam constitutis: Epist. Cantuar. 385.

(Ianr. 9) (Laterani) (2) (Philippo II) Francorum regi scribit, se, cum electus fuerit papa, ei »tanquam speciali ecclesiae Romanae filio« litterarum suarum primitias duxisse destinandas. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 2. n° 2; Opp. ed. Migne I. 2. n° 2; Massonus De episc. Urbis fol. 213; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 706; *fragm. in* Bzovii Annal. XIII. 2; ap. Bouquet Rec. XIX. 347. — »Ineffabilis sapientia conditoris.«

( » ) ( » ) (3) Abbatibus, prioribus et aliis religiosis in regno Franciae constitutis significat, se electum esse papam, eosque monet, instent apud Dominum assiduis orationibus »ut nos ad laudem nominis sui et ecclesiae incrementum commissam nobis solicitudinem implere concedat«. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 2. n° 3; Opp. ed. Migne I. 3. n° 3. — »Ineffabilis sapientia conditoris.«

»Electo itaque in Romanum pontificem praefato Innocentio ipse statim post electionem suam — utpote qui ab infantia omnes curiae Romanae excessus noverat — statum curiae in melius mutare cupiens maiorem partem ianitorum et ostiariorum curiae abiecit, ut conquerentes tam clerici quam laici liberiores ad eum veniendi haberent accessus«. ‖ Rogerus de Hoveden l. c. fol. 442ᵇ.

» 29 » (4) A(ndreae) duci mandat, ut votum patris sui B(elae) quondam regis Ungariae, quo Hierosolymitanam provinciam visitare voverat, quod autem in extremis sub interminatione maledictionis paternae commiserat eius fidei exsequendum, usque ad festum exaltationis s. crucis proxime venturum (*i. e.* 14. Sept.) prosequatur. »Sciturus ex tunc anathematis te vinculo subiacere et iure, quod tibi, si frater rex sine prole decederet, in regno Ungariae competebat ordine geniturae, privandum, et regnum ipsum ad minorem fratrem tuum devolvendum.« iv kal. Febr. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 5. n° 10; Opp. ed. Migne I. 8. n° 10; Fejér Cod. dipl. II. 313; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 26 *de voto* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 541; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 34 *de voto* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 552; ap. Richter Corp. II. 568; *fragm.* ap. Fejér l. c. 311.

Febr. 2 » (5) (Garnero) episcopo et abbati S. Lupi Trecensibus mandat, ut G. presbyterum a (Michaele) archiepiscopo Senonensi interdictum absolvant, recepta ab eo canonica purgatione de crimine homicidii ipsi obiecto, aut eidem poenam canonicam infligant, si crimen notorium extiterit. iv non. Febr. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 10. n° 20; Opp. ed. Migne I. 16. n° 20. — »Accedens ad praesentiam.«

» 3 » (6) (Ugoni) Ferrariensi episcopo mandat, ut constitutionem in Nonantulanensi monasterio per eius prudentiam factam irrefragabiliter faciat observari *etc.* iii non. Febr. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 4. n° 8; Opp. ed. Migne I. 6. n° 8. — »Cum ecclesiae per.«

» 4 » (7) (Hugoni) electo et decano et magistro Nicolao de Levennes canonico Cameracensibus de Prumiensis et Praemonstratensis ecclesiarum controversia super possessionibus de Hanapia orta mandata dat. ii non. Febr. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 8. n° 14; Opp. ed. Migne I. 12. n° 14. — »In nostra praesentia.«

» 6 » (8) Capitulo S. Anastasiae, in cuius ecclesia »quae sub obedientia apostolicae sedis perseverans Graecorum hactenus et ritum servavit et linguam« per laicalem potentiam non tam Latinus quam barbarus erat intrusus, hanc esse intrusionem irritam significat, eique liberam concedit licentiam eligendi. viii id. Febr. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 9. n° 16; Opp. ed. Migne I. 14. n° 16; Farlati Illyr. sacr. V. 65. — »Ex illo singularis.«

» 9 » (9) (Matthaeo) Capuano, (Iacobo) Reginensi et (Bartholomaeo) Panormitano archiepiscopis mandat, laborent, ut intrusus barbarus ab ecclesia s. Anastasiae removeatur et ab ipsius capitulo electio possit in ea libere celebrari. v id. Febr. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 9. n° 17; Opp. ed. Migne I. 15. n° 17. — »Ex illo singularis.«

» 9 » (10) (Constantiae) Romanorum imperatrici semper augustae scribit eadem de re. Rogat eam et monet, ut »nullius impedimenti obstaculum interponat, quominus (canonici) electionem possint canonicam celebrare, cum ad eum solum haberi debeat in electione respectus, cuius ministerio qui assumitur, alligatur.« v id. Febr. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 10. n° 18; Opp. ed. Migne I. 15. n° 18. — »Si creditas tibi.«

» 10 » (11) (Odoni) Parisiensi episcopo mandat, ut liceat Michaeli presbytero in sacerdotii officio ministrare, non obstante quod ad evitandum leprae periculum virilia sibi fecit abscindi.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** iv id. Febr. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 10. n° 19; Opp. ed. Migne I. 15. n° 19; Collect. III. decr. lib. 1. tit. 13 *de corp. vit.* c. 1. *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 458; *mutila int.* Greg. IX. decr. lib. 1. tit. 20 *de corp. vitiat.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 128; ap. Richter Corp. II. 140. — »Ex parte dilecti.« |
| Ianr. 18 | Laterani | (12) (Philippo) Mediolanensi archiepiscopo respondet, ei licere, ut illos in ecclesia sua ad diaconatus et presbyteratus officium promoveat, qui ab ipso Romano pontifice ordinem receperint. xii kal. Mart. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 11. n° 22; Opp. ed. Migne I. 18. n° 22. — »Pastoralis officii debitum.« |
| » 21 | | »Quia tunc diaconus erat, dilata est eius ORDINATIO in presbyterum usque ad sabbathum quatuor temporum, ix kal. Mart.« ‖ Gesta l. c.; Raynaldi Ann. l. c. |
| (Ianr. 9-Febr. 21) | » | (13) (Odonem) Parisiensem episcopum monet, ut sapientibus suis monitis Philippum Francorum regem inducat ad recipiendam (Ingeburgam) uxorem suam legitimam, a qua diverterat, et ad dimittendam (Agnetem) quam superduxerat. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 2. n° 4; Opp. ed. Migne I. 3. n° 4; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 707; Bouquet Rec. XIX. 348; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 86; Bulaeus Hist. univers. Paris. II. 532; *fragm. in* Collect. I. decr. Innoc. tit. 40 ed. Baluze l. c. I. 600, ed. Migne l. c. III. 1262; Massonus De episc. Urbis fol. 211. — »Cum omnia orta.« |
| ( » ) | » | (14) (Iobo) Strigoniensi archiepiscopo mandat, ne prius iter arripiat Hierusalem adeundi, quam regnum Ungariae fuerit tranquillitati pristinae restitutum. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 4. n° 5; Opp. ed. Migne I. 5. n° 5; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 26 *de voto* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 540; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 34. *de voto* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 551; ap. Richter Corp. II. 568; Katona Hist. crit. IV. 474; Fejér Cod. dipl. II. 311. — »Non est dicendus.« |
| ( » ) | » | (15) Eidem mandat, ut monasterium de Telequi, quod ad dissolutionem ordinis et temporalium rerum éxinanitionem per praelatorum incuriam erat devolutum, in statum pristinum reformet. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 4. n° 6; Opp. ed. Migne I. 5 n° 6; Katona l. c. IV. 500; Fejér l. c. II. 322. — »Circa refòrmationem monasteriorum.« |
| ( » ) | » | (16) (Iohannem) abbatem S. Martini, qui contra Henricum Ungariae regem cum A(ndrea) duce fratre eius conspiravit, Romam evocat usque ad festum exaltationis s. crucis proxime venturum, ut ad obiecta sufficienter respondeat. *Sine signo chron.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 4. n° 7; Opp. ed. Migne I. 6. n° 7; Kollar Hist. iur. patron. 135; Fuxhoffer Monast. (ed. 2a) I. 68; Katona l. c. IV. 484; Fejér l. c. II. 316. — »Ex litteris quas.« |
| ( » ) | ( » ) | (17) (Henrico) regi Hungariae concedit facultatem, monasterium illud, quod B. quondam comes de Bichor aedificare incepit sed morte praeventus consummare non potuit, in locum tutiorem transferendi. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 5. n° 9; Opp. ed. Migne I. 7. n° 9; Katona l. c. IV. 500; Fejér l. c. II. 321. — »Eam de serenitate.« |
| ( » ) | » | (18) Hierosolymitano patriarchae et suffraganeis eius scribit de sua electione in papam et, se habere in votis, ad subventionem eorum efficacius laborare et liberationi Hierosolymitanae provinciae, si datum fuerit desuper, sollicitius imminere. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 6. n° 11; Opp. ed. Migne I. 9. n° 11. — »Rex regum et.« |
| ( » ) | » | (19) (Conrado) Maguntino archiepiscopo et episcopis de regno Alemanniae in ultramarinis partibus constitutis de sua electione in papam scribit eisque mandat, ut scutum fidei et salutis galeam assumentes proelium Domini studeant viriliter et efficaciter proeliari »de coelo auxilium et nostrum etiam subsidium exspectantes«. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 7. n° 12; Opp. ed. Migne I. 10. n° 12. — »Rex regum et.« |
| ( » ) | » | (20) Ducem Lavanniae, lantgravium Duringiae et alios de regno Alemanniae in ultramarinis partibus constitutos hortatur, ut assumpti laboris gravitatem studeant adimplere et caveant, ne contra votum ab ipsis in terra nativitatis emissum in terra peregrinationis, »ubi steterunt pedes Domini«, per immissionem malorum angelorum consensu pravi operis veniant. Scribit, se habere in votis, ad subventionem eorum efficacius laborare et liberationi Hierosolymitanae provinciae sollicitius imminere. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 7. n° 13; Opp. ed. Migne I. 10. n° 13. — »Quanta sit circa.« |
| ( » ) | » | (21) P(andulpho) basilicae XII apostolorum et B(ernardo) tit. S. Petri ad vincula presbyteris cardinalibus apostolicae sedis legatis scribit de colligationibus, quas cum episcopis et consulibus civitatum Thusciae fecerunt, »cum earum forma in plerisque capitibus nec utilitatem contineat, nec sapiat honestatem.« *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 9. n° 15; Opp. ed. Migne I. 13. n° 15. — »Cum apostolica sedes.« |
| Febr. 22 | ap. S. Petrum | CONSECRATUR. »Sequenti dominica, in qua tunc occurrit festum cathedrae s. Petri, fuit apud S. Petrum in episcopum consecratus et in eiusdem apostoli cathedra constitutus. .... Processit solemniter coronatus per Urbem a basilica s. Petri usque ad Lateranense palatium; postquam ascendit in domum maiorem, quae Leoniana vocatur.« ‖ Gesta Innoc. § 7 ed. Baluze l. c. I. 2; ed. Bréquigny Dipl. II. i. 7; ed. Migne l. c. I. XX; Ray- |

1*

**1198.**

naldi Ann. eccl. ad a. 1198 § 12. — »Consecratus est dominus Innocentius pp. III eadem die solemniter in apostolica sede, qua b. Petrus apostolus in episcopali fuit cathedra collocatus. Eadem die fecerunt ei fidelitatem Oddo de Palumbaria et Oddo de Monticillo.« ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 12. n° 23; Opp. ed. Migne I. 18. n° 23. — »vII kal. Martii (*i. e.* 23. Febr.) consecratus est in Innocentium III papam.« ‖ Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. r. Ital. VII. 883 (*sub tit.:* Annal. Ceccan. ap. Pertz, Mon. Germ. hist. scr. XIX. 294.) — »Consecratus in festo cathedrae (Antioch.) s. Petri.« ‖ Nic. Triveti chron. ap. Achery Spicil. III. 177; ed. Hog p. 159. — »Consecratus est autem dñus Innocentius pp. III eadem die sollempniter in apostolica sede, qua beatus Petrus apostolus in episcopali fuit cathedra collocatus.« ‖ Registrum Innoc. ap. Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 29. n° 35. — »Eodem a° dominica prima quadragesimae Innocentius Romanae sedis electus episcopus consecratus est Romae apud S. Petrum in Romanum pontificem ab Octaviano Hostiensi episcopo xv kal. Martii« (*i. e.* Febr. 15). ‖ Chron. Rogeri de Hoveden ed. Stubbs IV. 45. —

Febr. 22 Laterani (22) Marsicanensi episcopo respondet de B. viro, qui O. mulierem prius carnaliter cognitam desponsaverat, »eam postmodum non cognovit, immo, ipsa ad partes alias transeunte, sibi aliam copulavit, ex qua filios et filias iam suscepit.« vIII kal. Mart. (a° 1°). ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 28. n° 48; Opp. ed. Migne I. 44. n° 48; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 40 ed. Baluze I. c. I. 601, ed. Migne l. c. III. 1263; *int.* Decret. III. collect. lib. 4. tit. 1. *de spons. et matrim.* c. 2. *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 558; Baluze Misc. ed. Mansi III. 387. — »Significasti nobis per.«

» 23 » »Sequenti die post consecrationem suam Petrum Urbis praefectum ad ligiam fidelitatem recepit et per mantum, quod illi donavit, de praefectura eum publice investivit.« ‖ Gesta Innoc. *in* Innoc. Ep. ed. Baluze I. 2; *in* Opp. ed. Migne I. XXII; ap. Bréquigny l. c. 8. — »Altera die post consecrationem domini Innocentii pp. III Petrus Urbis praefectus in consistorio Lateranensis palatii publice iuravit ei et successoribus suis atque Romanae ecclesiae fidelitatem contra omnem hominem et recepit ab eo investituram praefecturae per mantum; ac deinde fecit ei ligium hominium inter manus ipsius, qui donavit ei cuppam argenteam in signum gratiae.« ‖ Innoc. Ep. l. c. I. 12. n° 23; Opp. l. c. I. 18. n° 23; Raynaldi Ann. l. c. § 13. — »Altera die post consecrationem dñi Innocentii pp. Petrus Urbis prefectus in consistorio Lateranen. palatii publice iuravit ei . . . fidelitatem.« Registr. Innoc. ap. Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 28. n° 35.

» 23 » (23) Abbati et priori Corbiensibus Ambianens. dioc. mandat, ut, cum nonnulli episcopi, decani, archidiaconi, officiales et alii ecclesiarum praelati Remensis provinciae, apostolica sede vacante, monasterium Ursicampi Cisterc. ord. in personis et rebus multipliciter molestaverint, ea quae invenerint in eiusdem coenobii praeiudicium temere attemptatum, in statum debitum, in quo erant ante vacationem revocent et quae contra indulta privilegia lata sint, decernant irrita. vII kal. Mart. a° 1°. ‖ Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 311. n° 503. — »Ex parte dilectorum.«

» 25 » (24) (Berardo) Ferentinati episcopo respondet de matrimonio inter L. virum et P. mulierem, quam primo iuraverat et aliam postmodum desponsavit. v kal. Mart. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 14. n° 29; Opp. ed. Migne I. 23. n° 29; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 40 ed. Baluze I. c. I. 600, ed. Migne l. c. III. 1263; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 1 *de sponsal.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 558; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 4 tit. 1 *de sponsal.* c. 22 ap. Boehmer Corp. II. 633; ap. Richter Corp. II. 644. — »Sicut ex literis.«

» 25 » (25) (Guilelmo) Remensi S. Sabinae cardinali et (Michaeli) Senonensi archiepiscopis et (Ansello) episcopo Meldensi mandat, ut M(athildae) comitissae Campaniae filio suo Henrico orbatae dolorem piae consolationis verbis leniant, ac ipsam et eius possessiones tamquam tutores ab incursu molestantium defendant. v kal. Mart. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 14. n° 28; Opp. ed. Migne I. 22. n° 28; Duchesne Hist. des card. franç. II. 131; Bouquet Rec. XIX. 349. — »Compati patientibus et (Compatientibus et dolentibus« *Duch.*).

( » 25) ( » ) (26) Sutrinensi episcopo et abbati S. Anastasii mandat, ut, cum Philippus dux Sueviae ecclesiae reconciliari desideret et sperandum sit, »quod per ipsius studium Salernitanus archiepiscopus de longaevae detentionis ergastulis liberetur«, eodem archiepiscopo libertati pristinae restituto et recepto a duce iuxta formam ecclesiae iuramento, »quod super omnibus pro quibus ab ecclesiae fuit communione amotus, mandatis apostolicis debeat obedire«, munus absolutionis ipsi impendant. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 12. n° 25; Opp. ed. Migne I. 20. n° 25; Manrique Ann. Cisterc. III. 322; *cf. eius* Gesta § 22. — »Cum ei simus.«

» 25 » (27) Eisdem (*nomina om. Mastr.*) significat, se universis archiepiscopis (et episcopis *add. M.*), marchionibus, ducibus, baronibus et aliis Alemanniae principibus dedisse in mandatis, ut Sibiliam (reginam), filium ac filias eius et ceteros de regno Siciliae, »qui in Teuto-

**1198.**

nia detinentur*)«, remittant. Porro eis praecipit, ut, si mandatum suum forte non fuerit adimpletum, in detentores eorum excommunicationis sententiam proferant et terras eorum interdicto subdent. Addit ad haec, se etiam capitulo Maguntino mandare, »ut sententiam quam vos propter hoc contigerit promulgare ratam habeant et faciant inviolabiliter observari«. v kal. Mart. a° 1°. ‖ Mastrullo Monte Vergine sagro 323; *sine signo chronol.* Innoc. Ep. ed. Baluze I. 13. n° 26; Opp. ed. Migne I. 20. n° 26; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1198 § 64; Manrique l. c. 321; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 6. — »Inter cetera quae.«

*) *Cf.* Otto Samblas. cap. 41.

Febr. 26 | Laterani

(28) Decano (et capitulo *add. Hem.*) Parisiensi mandat, compellant Robertum militem de Bova Ambianens. dioc. per censuram apostolicam, ut damna decano et capitulo S. Quintini eorumque hominibus de Baïenviller illata cum integritate resarciat. IV kal. Mart. a° 1°. ‖ Hemeraeus Augusta Virom. 193; Colliette Mém. p. l'hist. de Vermandois II. 527. — »Dilecti filii decanus.«

(Febr. 24—26) | ( » )

(29) (Ottoni) Spirensi, (Conrado) Argentinensi et (Leopoldo) Wormaciensi episcopis praecipit, moneant nobilem virum Wicel. de Berc. (?), ut Salernitanum archiepiscopum a detentionis suae carcere absolutum ad sedem apostolicam cum honore remittat; si eum forte dimittere noluerit, excommunicatum illum publice nuntient. Porro mandat, universis Alemanniae principibus iniungant »ut solicitudinis suae studium efficaciter interponant, quod eis mediantibus archiepiscopus ipse libere quantocius ad nos revertatur; significantes eis, quod si id impletum non fuerit, in totam Alemanniam interdicti cogemur sententiam promulgare«. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 12. n° 24; Opp. ed. Migne I. 19. n° 24; *fragm. in* Collect. I. decret. Innoc. tit. 31 ed. Baluze l. c. I. 590, ed. Migne l. c. III. 1246; *fragm. in* Collect. IV. decret. lib. 5. tit. 15 *de sent. excomm.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 690; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. excomm.* c. 47 ap. Boehmer Corp. II. 860; ap. Richter Corp. II. 873. — »Quantae praesumptionis et.«

» | ( » )

(30) (Guilelmo) Ravennati archiepiscopo et suffraganeis eius praecipit, ut Carsendino subdiacono suo legato apostolicae sedis in exarchatu Ravennae et comitatu Brittinorii diligenter assistant. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 14. n° 27; Opp. ed. Migne I. 21. n° 27. — »Nusquam melius ecclesiasticae.«

Mart. 2 | »

(31) (Philippo) Mediolanensi archiepiscopo scribit de possessionis resp. proprietatis quaestione, quae inter eum et abbatem monasterii s. Donati de Scozula (*al.* Strogula) vertebatur. VI non. Mart. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. lib. 1. n° 37 ed. Baluze I. 17; Opp. ed. Migne I. 28; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 27 ed. Baluze l. c. I. 585, ed. Migne l. c. III. 1238; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 9 *de sequestr.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 485; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 17 *de sequestr.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 281 (*ubi* a° 1206 *tribuitur*); ap. Richter Corp. II. 291. — »Ad hoc unxit.«

» | »

(32) Praeposito, decano et canonicis maioris ecclesiae Argentinensis praebendam a F(riderico) praeposito S. Thomae resignatam confirmat. VI non. Mart. a° 1°. ‖ Bréquigny Diplom. II. II. 1065; Innoc. Opp. ed. Migne IV. 9. — »Cum partes inter.«

» | »

(33) Canonicos Argentinenses ab impetitione F(riderici) praepositi S. Thomae absolvit, cum praebendam de qua investitus fuerat, spontaneus resignaverit. VI non. Mart. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 15. n° 30; Opp. ed. Migne I. 23. n° 30; *integrior* ap. Würdtwein Nova subsid. X. 183. — »Cum partes inter.«

» | »

(34) Terraconensi archiepiscopo et sacristae Vicensi scribit de confirmatione R. electi abbatis S. Benedicti de Bages eisque mandat, ut B. monasterii eiusdem monachum intrusum per laicalem potentiam in abbatem ad obedientiam compellant. VI non. Mart. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 15. n° 31; Opp. ed. Migne I. 24. n° 31; Aguirre Conc. Hispan. V. 104. — »Ad universalis ecclesiae.«

( » ) | »

(35) (Saulo) Colocensi archiepiscopo ecclesias s. Mariae de Ioth, s. Mauritii de Both et ecclesiam de Unta ab eodem praepositurae Colocensi collatas confirmat. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Epp. ed. Baluze I. 16. n° 32; Opp. ed. Migne I. 25. n° 32; *fragm.* ap. Fejér Cod. dipl. II. 335. — »Iustis petentium desideriis.«

( » ) | »

(36) Episcopo et capitulo Traguriensi (Targilensi *Decr. Greg.*) respondet, P. presbyterum non teneri ad observantiam habitus monachalis ex eo, quod, cum gravi aegritudine laboraret, a quodam simplici monacho indutus sit habitu monachali et ad monasterium deportatus. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. lib. 1. n° 36 ed. Baluze I. 17; Opp. ed. Migne I. 27; Collect. I. decret. Innoc. tit. 39 ed. Baluze l. c. I. 597, ed. Migne l. c. III. 1258; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 2. n° 1; Farlati Illyr. sacr. IV. 334; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 197; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 24 *de regularib.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 538; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 31 *de regular.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 555; ap. Richter Corp. II. 553. — »Sicut tenor vestrarum.«

**1198.**

(Mart. 2) Laterani — (37) Hugoni comiti et Marsucto Pisanis canonicis de quaestione cuiusdam pignoris inter Rubeum et Gallicianum Pisanos cives vertente mandata dat. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 16. nº 33; Opp. ed. Migne I. 25. nº 33; Collect. I. decret. Innoc. tit. 19 ed. Baluze l. c. I. 577, ed. Migne l. c. III. 1225; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 7 *de pign.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 657; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 21 *de pign.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 489 (ad a. 1210); ap. Richter Corp. II. 510. — »Significante dilecto filio.«

( » ) » — (38) Potestati et consiliariis Viterbiensibus praecipit, ut in tractatu habito inter ipsos, consules Perusinos et rectores Thusciae nullatenus sine mandato apostolico procedant. *Sine die et m. datis.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 16. nº 34; Opp. ed. Migne I. 26. nº 34. — »Dilectis filiis consulibus.«

( » ) » — (39) P(andulfo) basilicae XII apostolorum et B(ernardo) S. Petri ad vincula presbyteris cardinalibus apostolicae sedis legatis mandat, ut »si rectores Tusciae ad id exsequendum, quod per priorem S. Fridani vobis significavimus, induxistis, ut Pisani id ipsum pariter recipiant et observent« moneant, et nisi eis paruerint, interdictum minime relaxent. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 17. nº 35; Opp. ed. Migne I. 26. nº 35. — »Super negotio societatis.«

( » 2-3) ( » ) — (40) Universis episcopis per Marchiam constitutis mandat, ut Marcoualdum, qui fidem ecclesiae multoties praestitam violavit, qui patrimonium ecclesiae invadere ac detinere praesumpsit et illud saepe commonitus restituere non curavit, et complices eius excommunicatos, omnes autem qui ei iuramenti vel fidei tenebantur religione astricti, per sedem apostolicam absolutos publice nuntient. *Sine die, mense et loco.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 20. nº 38; Opp. ed. Migne I. 31. nº 38; Cocquelines Bullar. III. 65. nº 2; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 114. — »Et zizania non.«

» 3 » — (41) Laudensi (Laudunensi *Coll. III.*, Audicensi *Decr. Greg.*) episcopo de quaestione cuiusdam praebendae Novariensis ecclesiae, quae inter Novariense capitulum et Iacobum clericum vertebatur, mandata dat. v non. Mart. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. lib. 1. nº 39 ed. Baluze I. 20; Opp. ed. Migne I. 32; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 16 *de except.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 499; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 25 *de except.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 350 (*tributa* aº 1209); ap. Richter Corp. II. 362. — »Cum ecclesiasticae provisionis.«

» 5 » — (42) Laudensi episcopo de Novariensis capituli et Alberti Sicci controversia, quae inter ipsos de praebenda quadam Novariensis ecclesiae vertebatur, mandata dat. III non. Mart. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 22. nº 40; Opp. ed. Migne I. 35. nº 40. — »Cum illius vicem.«

» 7 » — (43) Archipresbytero et canonicis Perusinis compositionem inter eos super observatione ordinis in ecclesia sua mutuo consensu formatam ibique insertam confirmat. Non. Mart. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 26. nº 46; Opp. ed. Migne I. 41. nº 46; Cocquelines Bullar. III. 66. nº 3; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 115. — »Ad tollendas lites.«

» 7 » — (44) (Lupoldo) Wormaciensi episcopo mandat, ut festum conversionis b. Pauli apostoli ipse observet in posterum et faciat per totam Wormaciensem diocesim solenniter celebrari. Non. Mart. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 25. nº 44; Opp. ed. Migne I. 39. nº 44; *fragm. in* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1198 § 20. — »Cum post evangelicam.«

» 7 » — (Ricardum) regem Angliae hortatur: »Romae ap. S. Petrum, Non. Mart. aº. 1º.« ‖ Gervas. Cantuar. ap. Twysden Hist. Angl. scr. I. 1607 *etc.*, *vid.* 1198. Mai. 7. nº 145.

» 8 » — (45) (Zdislao) Knesnensi archiepiscopo et suffraganeis eius praecipit, inhibeant universis Poloniae ducibus, ne Bolezlaum ducem Poloniae, »quem sicut catholicum principem et ecclesiae Romanae filium specialem quadam dilectionis praerogativa complectimur«, in persona vel rebus offendere praesumant aut turbare. VIII id. Mart. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 24. nº 43; Opp. ed. Migne I. 38. nº 43. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 13 » — (46) Canonicis basilicae Principis apostolorum medietatem omnium ministeriorum sine diminutione concedit, ecclesias s. Iacobi et s. Leonardi sitas in Septiniano una cum aliis ecclesiis in civitate Leonina ad Montem usque Malum positis eis subiicit ac praefatae ecclesiae s. Petri possessiones bonaque tuetur. III id. Mart. indict. I. incarn. dom. aº 1197. pont. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 157. nº 296; Opp. ed. Migne I. 254. nº 296; Bullar. Vatic. I. 77; Cocquelines Bullar. III. 71. nº 9; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 123. nº 9. — »Cum in lege.«

» 15 » — (47) Abbati et conventui monasterii s. Mariae Ursicampi Cisterc. ord. concedit, ut in parochiis illis, in quibus eis veteres decimae sint concessae, novalium quoque pro portione, quam veteres ipsis contingant, decimas percipere possint. Idib. Mart. aº 1º. ‖ Peigné - Delacourt Cartul. d'Ourscamp 308. nº 498. — »Iustis petentium desideriis.«

» 15 » — (48) (Garnero) Trecensi episcopo concedit votum peregrinationis in terram Hierosolymitanam taliter commutare, ut expensas omnes itineris quod voverat, alicui religioso committat ad eiusdem terrae necessarios usus transferendas. Id. Mart. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| | | Baluze I. 36. nº 69; Opp. ed. Migne I. 58. nº 69; Collect. III decret. lib. 3. tit. 26. c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 542; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 34 *de voto et voti redempt.* c. 7; ap. Boehmer Corp. II. 552; ap. Richter Corp. II. 568; *fragm. in* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1198 § 28. — »Magnae devotionis indicium.« |
| Mart. 16 | Laterani | (49) (Heliae) Burdegalensi archiepiscopo scribit de canonicis Lemovicensibus, qui Guidonem Marnoli presbyterum in canonicum recipere nolebant; mandat ei, ut procuratori praefati presbyteri eius nomine sine cuiuslibet interpositione personae stallum in choro et in capitulo locum assignet. xvii kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 30. nº 55; Opp. ed. Migne I. 47. nº 55. — »Cum felicis recordationis.« |
| » 16 | (») | (50) G(ualtero) Lunensi episcopo eiusque successoribus canonice substituendis monasterium Abolense, quod ad iurisdictionem sedis apostolicae pertinebat, cum pertinentiis suis concedit. xvii kal. Apr. indict. I. incarn. dom. aº 1198. pont. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 24. nº 41; Opp. ed. Migne I. 37. nº 41. — »Ampla divino munere.« |
| ( » 16) | » | (51) Abbati et conventui monasterii Abolensis significat, se eorum coenobium G(ualtero) Lunensi episcopo concedisse; mandat eis, ut ipsi tamquam episcopo suo reverentiam et obedientiam exhibeant. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 24. nº 42; Opp. ed. Migne I. 38. nº 42. — »Ampla divino munere.« |
| » 17 | » | (52) Antiochenum patriarcham, quia Apamiensem electum in Tripolitanam ecclesiam sine pontificis maximi licentia transtulerat, ab episcoporum confirmatione suspendit, »quousque super hoc aliud statuamus«. xvi kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 28. nº 50; Opp. ed. Migne I. 45. nº 50; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 5 *de translat. episc.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 434; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 7 *de transl. ep.* c. 1. ap. Boehmer Corp. II. 80; ap. Richter Corp. II. 92. — »Cum ex illo.« |
| ( » 17) | » | (53) La. Tripolitanum episcopum, quia in Apamiensi ecclesia in archiepiscopum electus in Tripolitanam se fecit transferri, ab executione pontificalis officii suspendit. *Sine mense et die.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 29. nº 51; Opp. ed. Migne I. 46. nº 51. — »Cum ex illo.« |
| » 18 | » | (54) Monasterium s. Nicolai de Pratis Ribodi Montis Laudunensis dioc. protegendum suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. xv kal. Apr. ind. I. incarn. dom. aº. 1198. pont. aº. 1º. ‖ Bréquigny Diplom. II. ii. 1107; Innoc. Opp. ed. Migne IV. 10. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 18 | » | (55) Abbati et fratribus S. Prosperi Reginensis nunciat, omnes alienationes vel obligationes, quas Guido quondam abbas monasterii eorum post primum iuramentum, quod de non alienando in electione sua praestitit, in praeiudicium Romanae ecclesiae fecerit, irritas esse et frivolas. xv kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 28. nº 49; Opp. ed. Migne I. 44. nº 49. — »Officio nostro plurimum.« |
| | | * Consulibus Reginensibus mandat, ut possessionum praedictarum detentores ad restitutionem earum compellant. |
| » 18 | » | (56) (Bernardo) Auxitano archiepiscopo concedit, ut clericos, qui in ecclesiis per saeculares potestates faciunt se intrudi, canonica censura punire possit. xv kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 43. nº 79; Opp. ed. Migne I. 70. nº 79. — »Quanto modernis temporibus.« |
| » 19 | » | (57) Eidem mandat, ut monachos, canonicos et alios regulares, qui claustrum abhorrentes per curias principum et potentum discurrere non verentur ac de eorum familiaritate confisi in conventu suo graves dissensiones commovent *etc.*, nisi ad commonitionem eius regularem vitam observent, per suspensionem officii et beneficii compellat. xiv kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 44. nº 80; Opp. ed. Migne I. 70. nº 80; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 20. c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 464; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 31 *de offic. ordinar.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 170; ap. Richter Corp. II. 181. — »Quanto devotio religiosorum.« |
| » 20 | » | (58) (Niveloni) Suessionensi episcopo ius patronatus a P. praeposito Compendiensi in capella, quam in castro (Compendiensi) de novo construxit, ei collatum confirmat. xiii kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 29. nº 52; Opp. ed. Migne I. 46. nº 52. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 20 | » | (59) (Hugoni) electo, decano et magistro Nicolao de Levennes canonico Cameracensibus [Abbati de Alcobatia, F. et P. monachis Alcobatiae *Collect. III. decr.*] mandat, ut in litteris transmissis (*vid.* nº 7) eisdem de causae cognitione, quae inter Praemonstratensem et Prumiensem [Prumacen. *Collect. III.*; Pramon. *Decr. Greg.*] ecclesias super possessionibus de Hanapia vertatur, clausula illa *quantum de iure poteritis* clausulam illam de probatione receptionum praecedat. xiii kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 34. nº 62; Opp. ed. Migne I. 54. nº 62; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 15 ed. Baluze l. c. I. 574, ed. Migne l. c. III. 1222; Collect. III. decret. lib. 1 tit. 2 *de rescr.* c. 8 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 427; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 3 *de rescript.* c. 18 ap. Boehmer Corp. II. 18; ap. Richter Corp. II. 23. — »Causam quae inter.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Mart. 21 | Laterani | (60) (Pistori) Vicentino episcopo inhibet, ne feuda et beneficia interfectoribus I. Vicentini episcopi praedecessoris sui, ipsis per sententiam sublata, restituantur aut de novo alia conferantur. xii kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 31. nº 57; Opp. ed. Migne I. 50. nº 57; *sine inscript. in* Collect. IV. decret. lib. 5. tit. 13. c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 687; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 37 *de poenis* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 834; ap. Richter Corp. II. 847. — »Ad aures (nostri *hic addunt Decret.*) apostolatus.« |
| » 24 | » | (61) S. Mariae et S. Petri decanis et W. cancellario Laudunensibus mandat, ut, si eis constiterit, ius patronatus ecclesiae de Ascheri ad H. archidiaconum Laudunensem et magistrum R. Balbum pertinere ac praefatum archidiaconum, reclamante iam dicto magistro R., ecclesiam memoratam cuidam puero nondum vigesimum annum attingenti contulisse, eius ordinatione cassata praenominatam ecclesiam E. presbytero assignent. ix kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 32. nº 59; Opp. ed. Migne I. 51. nº 59. — »Cum accessissent ad.« |
| » 24 | » | (62) (Michaele) Senonensi archiepiscopo petente irritam esse decernit indulgentiam, quam (Reginaldus) episcopus a C(oelestino) papa in ipsius archiepiscopi praeiudicium impetraverat. ix kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 33. nº 61; Opp. ed. Migne I. 53. nº 61. — »Quanto excellentius personam.« |
| » 25 | » | (63) (Niveloni) Suessionensi episcopo concedit, liceat ei, ut tam de parochia in castro Compendiensi disponat, quam dedicet capellam ibidem a P. praeposito Compendiensi constructam propriisque redditibus ditatam. viii kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 29. nº 53; Opp. ed. Migne I. 46. nº 53. — »Propositum est nobis.« |
| » 25 | » | (64) (Petro) Atrebatensi episcopo mandat, ut, si ei constiterit parochiam castri Compendiensis ad episcopum Suessionensem pertinere, ei liberam tribuat facultatem de ipsa disponendi. viii kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 29. nº 54; Opp. ed. Migne I. 47. nº 54. — »Ex parte venerabilis.« |
| » 25 | » | Clero et populo Viterbiensi: »viii kal. Apr. aº 1º«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 23. I. 45 nota 1, *vid.* 1199. Mart. 25. nº 646. |
| » 26 | » | (65) Zamorensem episcopum et ecclesiam absolvit ab excommunicationis sententia, quam G(regorius) S. Angeli diaconus cardinalis in utrumque, dum in partibus Hispaniae legationis fungeretur officio, tulerat. vii kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 32. nº 58; Opp. ed. Migne I. 51. nº 58; Aguirre Conc. Hisp. V. 105. — »Praeter debitum officii.« |
| » 26 | » | (66) (Widoni) Lucensi episcopo, abbati de Melon. et Petro Iohanni archidiacono Astoricensi mandata dat de causae cognitione, quae inter (Adelfonsum) Auriensem episcopum et abbatem Cellae novae, quem ille sibi lege diocesana subiectum dicebat, vertebatur. vii kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 33. nº 60; Opp. ed. Migne I. 52. nº 60; Aguirre l. c. 105; *sine inscript. int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 36 *de relig. domib.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 568; ap. Richter Corp. II. 583. — »Cum dilecti filii (dilectus filius« *Decr.*). |
| » 27 | » | (67) Decano Astoricensi mandat, eo iure illaque potestate, quibus antecessores suos usos fuisse constiterit, maneat omnino contentus nec amplius de cetero praeiudicium episcopi vel capituli praesumat exigere. vi kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 43. nº 77; Opp. ed. Migne I. 68. nº 77; Aguirre l. c. 107. — »Dilecti filii capitulum.« |
| (Mart.) | (») | (68) Universis presbyteris per decanatum de Sparnone in Carnotensi diocesi constitutis privilegium immunitatis eisdem a Reginaldo episcopo Carnotensi aº 1195. Oct. 23 concessum ibique insertum confirmat. *Sine loco, die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 25. nº 45; Opp. ed. Migne I. 40. nº 45. — »Cum praelati ecclesiarum.«<br>• *In eundem modum* Universis presbyteris decanatus Braiolensis,<br>„ „ „ „ „ archidiaconatus Pissiacensis,<br>„ „ „ „ „ decanatus de Rupeforti,<br>„ „ „ „ „ decanatus de Corbavilla,<br>„ „ „ „ „ decanatus de Alneolo,<br>„ „ „ „ „ archidiaconatus Dunensis,<br>„ „ „ „ „ decanatus Particensis,<br>„ „ „ „ „ decanatus Drocensis et<br>„ „ „ „ „ decanatus Bruerolensis. |
| Apr. 1 | » | (69) (Bernardo) Auxitano archiepiscopo concedit, ut ad extirpandas haereses, quae in partibus Vasconiae ac circumpositis terris fortius invalescant, et eos qui sint hac faece polluti de provinciae suae finibus excludendos, modis quibus poterit, operam tribuat efficacem. Kal. Apr. aº 1º. Innoc. Ep. ed. Baluze I. 44. nº 81; Opp. ed. Migne I. 71. nº 81; Bouquet Rec. XIX. 350. — »Inter caetera quae.« |
| » 1 | » | (70) Eidem concedit, ut illos, quos plures archidiaconatus, dignitates vel personatus in eadem ecclesia per totam Auxitanam provinciam habere constiterit, retenta una, ad resignandum reliquas cogere possit. Kal. Apr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 44. nº 82; Opp. ed. Migne I. 72. nº 82. — »Dignitates et cetera.«<br>• *In eundem modum* Eidem archiepiscopo *scriptum est* contra eos qui plures abbatias habent. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Apr. 3 | Laterani | (71) Zamorensi episcopo committit, ut, si Bernardum (*al.* G. Later.), qui in officium fuerit subdiaconatus nullo praesentante promotus nec ullum sit ecclesiasticum beneficium assecutus, idoneum esse repererit, tam diu ei vitae necessaria subministret, donec per eum in Zamorensi ecclesia vel in alia competens beneficium obtinuerit. III non. Apr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 42 n° 76; Opp. ed. Migne I. 68. n° 76; Aguirre Conc. Hisp. V. 106; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 5. c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 515; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 5 *de praebend. et dignit.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 436; ap. Richter Corp. II. 453. — »Cum secundum apostolum.« |
| » 3 | » | (72) Universis archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint, scribit haec: »Quoniam insolitum fuit hactenus, ut sub dimidia bulla ad tot et tam remotas provincias litterae apostolicae mitterentur, et ex hoc litterae ipsae diutius quam vellemus possent ex alicuius dubitatione suspendi, ut quorum interest parcamus laboribus et expensis, universas litteras, quae ab electionis nostrae die usque ad solennitatem consecrationis sub bulla dimidia emanarunt, parem cum illis firmitatem obtinere decernimus, quae in bulla integra diriguntur«. III non. Apr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 45. n° 83; Opp. ed. Migne I. 72. n° 83; Cocquelines Bullar. III. 68. n° 5; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 118; Collect. I. decret. Innoc. tit. 15 ed. Baluze l. c. I. 574; ed. Migne l. c. III. 1221. — »Ne promotionis nostrae.« |
| » 4 | » | (73) (Ademaro) Pictavensi episcopo praecipit, ut ad monasterium s. Maxentii accedat et quae tam in capite quam in membris invenerit corrigenda, appellatione postposita corrigat ac eiusdem monasterii statum in melius reformet. Prid. non. Apr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 35. n° 67; Opp. ed. Migne I. 56. n° 67. — »Licet ecclesiarum omnium.« |
| » 5 | » | † (I) Priorem et conventum monasterii s. Mariae de Hortis Segoviens. dioc. Praemonstr. ord. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem de Villa Nova, de Tozara et de Ferventia grangias et terras eis confirmat. »Perusii 5° die April. a° 1°«. ‖ Hugo Ann. Praem. II. prob. 102. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 6 | » | (74) (Ademaro) Pictavensi episcopo sententiam suam de eius canonica electione prius latam confirmat. VIII id. Apr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 41. n° 75; Opp. ed. Migne I. 65. n° 75. — »Cum iustus Dominus.« |
| » 8 | » | (75) (Ludolfo) Magdeburgensi archiepiscopo mandat, ut D(anielem) clericum, praeter electionem capituli per laicalem potentiam intrusum, a Pragensi ecclesia amoveat et canonicis eiusdem ecclesiae sibi pastorem idoneum iuxta formam canonicam eligendi concedat liberam facultatem. VI id. Apr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 43. n° 78; Opp. ed. Migne I. 69. n° 78; *cf.* Palacky Reise 18. n° 21. — »Ex parte Pragensis.«<br>* Canonicis *etiam* ipsius ecclesiae *scriptum est*, ut illo amoto per archiepiscopum ad canonicam electionem procedant. |
| » 13 | Romae ap. S. Petrum | (76) G. archidiacono, cantori et cancellario Tornacensibus de collatione cuiusdam praebendae in ecclesia Antverpiensi mandata dat. Id. Apr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 48. n° 90; Opp. ed. Migne I. 78. n° 90. — »Sicut ex litteris.« |
| » 13 | » | (77) (Philippo) Mediolanensi archiepiscopo significat, se universa, quae Passaguerra causidicus eius pro se ac suis a sede apostolica impetraverit, cassare. Ad haec ei mandat, ut, nisi ille infra quindecim dies iter arripuerit Romam veniendi de suo excessu pontifici satisfacturus, ex tunc eum tam per civitatem Mediolanensem quam per totam diocesim excommunicatum nunciet. Id. Apr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 45. n° 85; Opp. ed. Migne I. 73. n° 85. — »Benevolentiam quam circa.« |
| » 14 | » | (78) (Michaeli) Senonensi archiepiscopo mandat, ut servari faciat privilegia, quae Carnotensis episcopus concessit et ipse papa confirmavit presbyteris per Carnotensem, Pissiacensem et Drocensem archidiaconatus constitutis, ita ut a talleis et omnibus exactionibus absoluti sint. XVIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 46. n° 86; Opp. ed. Migne I. 74. n° 86. — »Apostolicae sedis requirit.« |
| » 14 | » | (79) Eidem mandat, ut, si (Reginaldus) Carnotensis episcopus personam idoneam ab archidiacono Pissiacensi ad ecclesias vacantes canonice praesentatam instituere recusaverit, eam post trinam commonitionem instituat. XVIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 46. n° 87; Opp. ed. Migne I. 75. n° 87; *sine nota chron.* Baluze Misc. ed. Mansi III. 389. — »Audivimus quod venerabilis.« |
| » 15 | » | (80) Episcopo Alifano concedit, ut pro reparatione ecclesiae suae tenimentum, quod Petrus Iudicis Gulielmi nunc mortuus olim habuisse proponitur, locare possit. XVII kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 49. n° 91; Opp. ed. Migne I. 79. n° 91. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 16 | » | (81) Fratri Rainerio scribit: »Rex Castellae regi Legionensi, qui eum secundo gradu consanguinitatis contingit, filiam suam, neptim illius, ne copulare dicamus, supponere incestuose praesumpsit«. Mandat ei, ut dictos reges ad revocandum contractum tam illicitum moneat et inducat et, si super hoc sint contumaces, in personas eorum excom- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** municationis et in terram interdicti sententias promulget. xvi kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 49. n° 92; Opp. ed. Migne I. 79. n° 92; Aguirre Conc. Hisp. V. 107; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1198 § 34. — »Auctor novi et.« |
| Apr. 16 | Romae ap. S. Petrum | (82) Rectoribus Tusciae scribit: »Vos non solum sentire sed etiam dicere iam praesumitis, quod nos in fraude procedentes et dolo cum C(onrado) quondam duce Spoleti convenimus, sub quodam simulationis velamine satagentes arcem Assisii et aliam terram ad nos falaciter revocare, ut eam ipsi C(onrado) restituere valeamus: per quod non modicum murmur et scandalum contra Romanam ecclesiam inter societatem Thusciae suscitastis. .... Patrimonium ecclesiae non ad opus alterius, sed ad eius dominium et profectum Italiae intendimus perpetuo revocare. .... O(ctavianum) Ostiensem episcopum et G(erardum) S. Adriani diaconum card. Narniam destinavimus, qui publice ... iuramentum praefati C(onradi) receperunt, quod tam de persona quam de terra mandatis nostris omnimodis obediret.« Restituit »civitatem Fulginatem et Interamnem et aliam terram quam ipse tenebat, universos a iuramento suae fidelitatis absolvens et faciens eos nobis hominium exhibere.« Praecipit eis, ut »de nobis quae sinistra sunt non credatis, volentes ecclesiae patrimonium ad honorem ipsius et profectum Italiae non alienis tradere, sed nobis ipsis perpetuo conservare«. xvi kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 47. n° 88; Opp. ed. Migne I. 75. n° 88. — »Mirari cogimur et.«<br>* *In eundem modum* Consulibus et populo Perusinis,<br>» » » Consulibus et populo Assisinatibus.<br>*In eundem fere modum* P(andulpho) basilicae XII apostolorum et B(ernardo) tit. S. Petri ad vinc. presbyteris card. |
| » 17 | » | (83) Petro canonico S. Hilarii Pictavensis nepoti quondam magistri Aimerici de Partiniaco praebendam illius in ecclesia s. Hilarii concedit, eum de ipsa per annulum propriis manibus investit ac hanc investituram confirmat. xv kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 48. n° 89; Opp. ed. Migne I. 77. n° 89. — »Plenitudinem potestatis quam.« |
| » 17 | » | (84) Zamorensi episcopo, abbati Saltus Noval(iciensis) et priori S. Marci mandat, ut causam inter Legionensem et Lucensem ecclesias super archidiaconatu de Tria Castella diutius agitatam disceptent. xv kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 39. n° 71; Opp. ed. Migne I. 62. n° 71; Aguirre Conc. Hisp. V. 106. — »Cum sicut audivimus.« |
| » 18 | » | (85) Archiepiscopo Tranensi, Iuvenatensi et Bitontino episcopis mandat, ut Nicolaum diaconum, Gaufredum et Unfredum Cattepani fratres eius *etc.* cum suis complicibus, qui abbatem et fratres S. Mariae de Ponte Brundusii a monasterio suo per violentiam expulere, excommunicatos publice nuntient. xiv kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 52. n° 96; Opp. ed. Migne I. 84. n° 96. — »Sicut ex litteris.« |
| » 19 | » | (86) Praeposito et fratribus S. Iuvenci de Papia mandat, ut Carnelum clericum in canonicum assumant. xiii kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 65. n° 116; Opp. ed. Migne I. 104. n° 116. — »Plerumque contingit ut.« |
| » 19 | » | (87) Oddoni episcopo et canonicis Pennensibus compositionem, quae inter b. m. Odorisium Pennensem episcopum et Odolerium priorem S. Viti de Furca super iustitiis quas Pennensis ecclesia in ecclesia s. Viti de Piscaria ecclesiae s. Viti de Furca subiecta vindicabat, erat facta, confirmat. xiii kal. Mai. a° 1°. ‖ Ughelli Italia sacra I. 1127; Innoc. Ep. ed. Baluze I. 330. n° 579; Opp. ed. Migne I. 530. n° 579. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 20 | » | (88) Clugiensi (*al.* Flugiensi) episcopo mandat, ut, »cum in constitutione capituli Ferrariensis et confirmatione sedis apostolicae vel fuerit vel debuerit esse expressum *nisi in tantum excrescerent ecclesiae facultates quod pluribus possint sufficere competenter,* et cum iidem canonici in derogationem suae constitutionis ad vacaturas praebendas quatuor receperint ultra numerum constitutum ab antiquis canonicis praebendas, superexcrescentes redditus praedictis canonicis« faciat assignari. xii kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 53. n° 98; Opp. ed. Migne I. 86. n° 98; Collect. I. decret. Innoc. tit. 15 ed. Baluze I. c. I. 575; ed. Migne III. 1222; Collect. II. decr. lib. 1. tit. 2 *de constit.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 425; *int.* Decret. Greg. IX. lib. I. tit. 2 *de const.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 7; ap. Richter Corp. II. 11. — »Cum M(artinus) Ferrariensis.« |
| » 21 | » | (89) (Opizzoni) episcopo et capitulo Parmensibus nunciat, se burgum s. Domnini eximere a iurisdictione Parmensis ecclesiae et tam Parmensem quam Placentinam ecclesiam episcopali dignitate privare, donec sedi apostolicae et P(andulfo) S. Mariae in via lata diacono cardinali a V. Palavicini filio eiusque sociis satisfactum sit. xi kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 70. n° 122; Opp. ed. Migne I. 113. n° 122. — »Qui monitis acquiescere.« |
| » 21 | » | (90) (Guillelmo) Ravennati archiepiscopo significat, se statuere, ut ecclesia Placentina ecclesiae Ravennati subiaceat, episcopus et clerus Placentinus ei obedientiam et honorem exhibeant, donec sedi apostolicae et P(andulfo) S. Mariae in via lata diacono cardinali iuxta litteras illis directas Placentiam satisfactionem curaverint plenariam exhibere. xi kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 71. n° 123; Opp. ed. Migne I. 114. n° 123. — »Cum apud sedem.« |

**1198.**

Apr. 21 — Romae ap. S. Petrum

(91) Episcopo et clero Placentino notum facit, ecclesiam Placentinam ecclesiae Ravennati subiacere; mandat eis, ut archiepiscopo Ravennati respondeant eiusque mandatis obediant, donec sedi apostolicae et P(andulfo) S. Mariae in via lata diacono cardinali, cui V. Palavicini filius eiusque socii redeunti ex provincia legationis suae multa abstulerant, satisfactum fuerit *etc.* xi kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 69. n° 121; Opp. ed. Migne I. 111. n° 121. — »Qui monitis acquiescere.«

» 21 — »

(92) Fratri Rainerio scribit, se ei mandasse, ut cautione sufficienti recepta regi Legionensi super incestuosa copula munus absolutionis impendat. Ad maiorem autem cautelam ei committit, ut tam in absolutione ipsius quam in relaxatione interdicti, sicut viderit expedire, procedat. xi kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 50. n° 93; Opp. ed. Migne I. 81. n° 93; Aguirre Conc. Hisp. V. 108. — »Per alias litteras.«

» 21 — »

(93) (Caro) archiepiscopo Montis Regalis concedit, ut quae in ecclesia sua et in omnibus pertinentiis eius illicite alienata invenerit, legitime revocare possit. xi kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 57. n° 105; Opp. ed. Migne I. 92. n° 105. — »Quae in monasteriorum.«

» 21 — »

(94) Eidem inhibet, ne possessiones, casalia vel ecclesias, quae non consueverunt in beneficium assignari, alicui petenti concedat. xi kal. Mai. (Iun. *Pirri, Richt.*) a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 57. n° 106; Opp. ed. Migne I. 93. n° 106; Pirri Sicil. sacra I. 462; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 13 *de reb. eccles.* c. 1 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 528; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 13 *de reb. eccl.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 475; ap. Richter Corp. II. 497. — »Possessiones ad mensam.«

» 21 — »

(95) (Guidoni) Aquensi archiepiscopo et suffraganeis eius praecipit, ut fratres Rainerium et Guidonem ad ipsorum provinciam destinatos benigne recipiant, eis contra haereticos, qui Valdenses, Catari et Paterini dicuntur, assistant ac omnia quae Rainerius contra ipsos et eorum fautores duxerit statuenda, observent. Ad haec principibus, comitibus et universis baronibus et magnatibus in eorum provincia constitutis mandat, ut quos idem Rainerius excommunicaverit, de terra sua proscribant, bonis eorum confiscatis. xi kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 50. n° 94; Opp. ed. Migne I. 82. n° 94; Bouquet Rec. XIX. 350. — »Cum unus Dominus.«

* *In eundem modum* Narbonensi archiepiscopo et suffraganeis eius.
*Scriptum etiam super hoc* Auxitano archiepiscopo et suffraganeis eius,
Viennensi » » » »
Arelatensi » » » »
Ebredunensi » » » »
Terraconensi » » » »
Lugdunensi » » » » et omnibus principibus, baronibus, comitibus et universis populis in ipsorum diocesium provinciis constitutis.

» 22 — »

(96) Universis archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis Guydonem fundatorem hospitalis s. Spiritus apud Montem Pessulanum ac eius fratres commendat; rogat eos, ne impediant, ut dicti fratres in locis qui ipsis a fidelibus offeruntur, sine praeiudicio vicinarum ecclesiarum coemeteria ad opus fratrum et familiae suae et oratoria fabricent *cet.* x kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 52. n° 95; ed. Migne I. 83. n° 95; Toussart Dipl. I. 1. — »His praecipue praelati.«

» 22 — »

(97) Abbati et conventui S. Benedicti in Edera mandat, ut Iohannem monachum in alio ordine legitime ad sacros ordines promotum libere ministrare permittant. x kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 57. n° 104; Opp. ed. Migne I. 92. n° 104. — »Accedens ad praesentiam.«

» 22 — »

(98) Capellanis S. Iohannis de Persiceto praecipit, ut archipresbytero S. Iohannis de Persiceto eam portionem in expensis, quas in procuratione Bononiensis episcopi visitantis fecerit, impendant. x kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 55. n° 100; Opp. ed. Migne I. 88. n° 100. — »Significavit nobis dilectus.«

» 22 — »

(99) (Michaeli) Senonensi archiepiscopo mandat, ut, si decanus et canonici Laudunenses praecepto suo inobedientes magistrum Petrum de Cassaneto in canonicum recipere neglexerint, eos ad eius receptionem per ecclesiasticam districtionem compellat. x kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 56. n° 105; Opp. ed. Migne I. 90. n° 105; *fragm. in* Collect. III. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 516; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 17 ap. Boehmer Corp. II. 437 (*tributa* a° 1210); ap. Richter Corp. II. 453. — »Inter cetera quibus.«

» 22 — »

(100) Waltero Rotomagensi archiepiscopo concedit facultatem canonicos ecclesiae Rotomagensis ad residentiam compellendi. x kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 58. n° 107; Opp. ed. Migne I. 93. n° 107; Bessin Concil. Rotomag. provinc. I. 40. — »Cum scriptum sit.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Apr. 22 | Romae ap. S. Petrum | (101) Gerardo abbati Virziliacensi concedit, ut homines suae potestati subditos civili iudicio experiri coram eo volentes, lite mota, iuris ordine observato, ad iudicium convocare et cogere possit ad iudicium quod tulerit observandum. X kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 77. n° 139; Opp. ed. Migne I. 124. n° 139. — »Cum a nobis.« |
| » 23 | » | (102) Hospitale s. Spiritus apud Montem Pessulanum a Guidone fundatum et constructum protegendum suscipit eiusque possessiones ac bona et privilegia confirmat. IX kal. Mai. indict. 1. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 53. n° 97; Opp. ed. Migne I. 85. n° 97; Toussart Diplom. . 3. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 24 | » | (103) (Sancium) regem Portugaliae hortatur, ut censum annuum quatuor auri unciarum et centum bizantiorum per Alphonsum patrem eius Romanae ecclesiae pro se et heredibus suis promissum fratri Rainerio persolvat. VIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Epist. ed. Baluze I. 54. n° 99; Innoc. Opp. ed. Migne I. 87. n° 99; Raynaldi Ann. ad a. 1198 § 35; Dumont Corps univ. dipl. I. 123; Aguirre Conc. Hisp. V. 108. — »Serenitatem regiam volumus.« |
| » 24 | » | (104) (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo, qui ad desolationem Cantuariensis ecclesiae laborabat in constructione novae capellae de Lamhee contra prohibitiones Urbani et Clementis Rom. pontt. praedecessori eius factas, praecipit, ut infra triginta dies post susceptionem praesentium opus capellae suis expensis demoliri faciat. VIII kal. (id. *Rog. de H.*) Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 63. n° 111; Opp. ed. Migne I. 101. n° 111; Rogeri de Hoveden Ann. ed. Savile Rer. Angl. scr. fol. 443ᵇ (ed. Stubbs IV. 49); Epistolae Cantuar. 391. — »Quanto personam tuam.« |
| » 24 | » | (105) Universis suffraganeis Cantuariensis ecclesiae de superiore epistola significat eisque inhibet, ut (Huberto) archiepiscopo Cantuariensi, si mandatum apostolicum infra statutum terminum neglexerit vel distulerit adimplere, reverentiam et obedientiam nullatenus impendant. VIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Epistolae Cantuar. 393. — »Cum ecclesia Cantuariensis.« |
| » 24 | » | (106) Capitulo (*al.* episcopo) Spoletano mandat, ut matrimonium P. civis Spoletani cum meretrice, quam post mortem uxoris duxerat, cui autem vivente uxore adhaeserat, legitimum iudicent, excommunicato munus absolutionis impensuri. VIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 56. n° 102; Opp. ed. Migne I. 90. n° 102; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 6. c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 560; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 7 *de eo qui duxit.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 655; ap. Richter Corp. II. 664. — »Significastis nobis per.« |
| » 26 | » | (107) Permutationem inter Walterum Rothomagensem archiepiscopum et Ricardum Angliae regem super villa Andeliaci cum Rupe et Insula discordes a° 1197 factam confirmat, qua dictus rex in utilitatem Rothomagensis ecclesiae molendina quae habuit apud Rothomagum, cum villis de Dieppa et Boitellis et manerio de Loviers *etc.* concessit, autentico eiusdem regis inserto. VI kal. Mai. indict. I. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 58. n° 108; Opp. ed. Migne I. 93; Dumont Corps univ. dipl. I. 116 (*ubi falso ad* a. 1191 *refertur*); Bonnin Cartul. de Louviers. Doc. I. 119. n° 81; Cocquelines Bullar. III. 68. n° 6; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 119; *absque nota chronol.* Radulphus de Diceto ap. Twysden Hist. Angl. scr. 701. — »Cum emergentium litigia.« |
| » 27 | » | (108) (Henrico) Bituricensi archiepiscopo mandat, ut a confirmatione et consecratione episcoporum suspendat (Bartholomaeum) archiepiscopum Turonensem, qui V(illelmum) de Chymeleio Abrincensem episcopum praeter apostolicae sedis auctoritatem in Andegavensem ecclesiam transferre praesumpserat et in ipsa episcopum consecrare; qui quidem episcopus a pontificalis officii executione suspendendus est eo, quod episcopatui Abrincensi sacramentali coniugio alligatus quaerere solutionem non debuit. V kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 66. n° 117 *et sine nota chronol. ibid.* 559; Opp. ed. Migne I. 106. n° 117 *et* III. 1198 (Iᵃ coll. decret. Innoc.); *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1198 § 21. — »Ne si universis.« |
| » 27 | » | (109) Abbate et conventu monasterii Portensis supplicantibus arbitrium, quod in causa inter eos ex parte una et abbatem conventumque monasterii de Gozeke ex altera super 16 mansis in Gernstete vertente archiepiscopus Magdeburgensis, abbas Bergensis et praepositus de Caldeburn fecerant, confirmat. V kal. Mai. a° 1°. ‖ *Germanice* ap. Wolff Chronik des Klosters Pforta I. 237. — (»Ea quae iudicio?«) |
| » 27 | » | (110) Terraconensi archiepiscopo mandat, ut de possessionibus ad mensam archiepiscopalem pertinentibus infra septennium nulli beneficium de novo assignet, sed redditus convertat in usus creditorum. V kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 72. n° 126; Opp. ed. Migne I. 115. n° 126; Aguirre Conc. Hisp. V. 110. — »Imminet nobis ex.« |
| » 27 | » | (111) Caro archiepiscopo Montis Regalis eiusque successoribus canonice substituendis in loco qui Mons Regalis dicitur metropoliticam sedem a Lucio praedecessore suo statutam, privilegia, immunitates, possessiones et indulgentias eidem loco ab aliis praedeces- |

| | | 1198. |
|---|---|---|
| | | soribus concessas confirmat; praeterea statuit, ut ecclesia Syracusana ei metropolitico debeat iure subesse. v kal. Mai. indict. I. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 171. n° 316; Opp. ed. Migne I. 275. n° 316; Margarini Bull. Casin. II. 229. — »Licet Dominus noster.« *) |
| Apr. 28 | Romae ap. S. Petrum | (112) Willelmo abbati eiusque fratribus postulantibus eorum ecclesiam s. Rionis in insula Carohenes (Karoennes *Gesl.*) protegendam suscipit, statuens ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam atque institutionem fratrum S. Victoris perpetuo ibidem immutabiliter observetur, omnesque eius possessiones ac bona confirmat. IV kal. Mai. ind. I. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Morice Preuv. de l'hist. de Bretagne I. 732; *non integra* ap. Geslin Evêch. de Bretagne IV. 9. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 28 | » | (Hugoni) Aurelianensi episcopo scribit pro D. de Corbolio: »IV kal. Mai.« Bulaeus Hist. univ. Paris. II. 530, *vid.* 1199. Apr. 28. n° 680. |
| » 29 | » | (113) (Niveloni) Suessionensi episcopo et (Roberto) abbati S. Germani de Pratis Parisiensis mandat, ut (Hugonem) abbatem et conventum S. Dionysii adversus (Hugonem) episcopum Autissiodorensem tueantur ac defendant. III kal. Mai. a° 1°. ‖ Bréquigny Diplom. II. n. 1066; Innoc. Opp. ed. Migne IV. 15. — »Porrecto nobis dilecti.« |
| » 29 | » | (114) Universis Christi fidelibus ad quos litterae istae pervenerint significat, se statuere »ut omnibus qui publicas mulieres de lupanari extraxerint et duxerint in uxores, quod agunt, in remissionem proficiat peccatorum«. III kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 64. n° 112; Opp. ed. Migne I. 102. n° 112; (Augustini Tarrac. Opp. IV. 402 [Collect. II. lib. 4. tit. 1 *de sponsal.* c. 5] *et int.* Decret. Greg. IX. lib. 4. tit. 1. c. 20 *tribuitur* Clementi III, *sec. al.* Alex. III.: ap. Boehmer Corp. II. 633; ap. Richter Corp. II. 644). — »Inter opera charitatis.« |
| » 29 | » | (115) (Petro) Atrebatensi, (Stephano) Tornacensi et (Lamberto) Morinensi episcopis et (Hugoni) electo Cameracensi mittit epistolam, qua quidquid super causa inter comitissam Flandriae et Sicliniense capitulum de Sicliniensis praepositi electione tam a prioribus quam a posterioribus iudicibus statutum fuit, decernit non tenere. III kal. Mai. a° 1°. ‖ Duchesne Hist. généal. de la maison de Béthune, preuv. 66; *sine diei et mensis nota* in Innoc. Ep. ed. Baluze I. 60. n° 109; Opp. ed. Migne I. 96. n° 109; Augustini Tarrac. Opp. IV. 502 (Collect. III. lib. 2. tit. 18 *de sent. et re iud.* c. 1.) — »Cum illius vicem.« |
| » 29 | » | (116) (Guillelmo) Remensi archiepiscopo cardinali S. Sabinae mandat, ut quaestionem inter comitissam Flandriae et Sicliniense capitulum de electione praepositi Sicliniensis decidat. III kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 62. n° 110; Opp. ed. Migne I. 100. n° 110. — »Sicut officii nostri.« |
| » 29 | » | (117) (Odoni) episcopo, cantori et magistro P(etro) de Corbolio Parisiensi canonico praecipit, ut Stephanum episcopum Tornacensem excommunicationis sententia feriant, si Bernardo de Insula renuerit concedere praebendam, quam ipse a Coelestino papa obtinuerat. III kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 67. n° 118; Opp. ed. Migne I. 107. n° 118; Bulaeus Hist. univers. Paris. II. 528. — »Confirmationis nostrae manum.« |
| » 30 | » | (118) Canonicis ecclesiae b. Mariae Tornacensis institutionem, quam super fructibus beneficii, quod fuit olim Hyvonis de Vinea, de voluntate Stephani episcopi Tornacensis in ecclesia sua fecerunt, confirmat. II kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 86. n° 159; Opp. ed. Migne I. 138. n° 159; Miraei Opp. dipl. II. 1202. — »Cum a nobis.« |
| » 30 | » | (119) (Hugoni) electo Cameracensi ac S. Auberti et S. Gilleni abbatibus mandat, ut, cum episcopi vel archidiaconi in ecclesias abbatis et conventus S. Vedasti Atrebatensis sententiam interdicti promulgaverint, de sententia ipsa cognoscant eamque revocent, si minus rationabiliter lata fuerit. II kal. Mai a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 86. n° 160; Opp. ed. Migne I. 139. n° 160. — »Cum in ecclesia.« |
| » 30 | » | (120) (Petro) Atrebatensi episcopo et (Hugoni) Cameracensi electo mandat, ut comitem Aioniensem et Betuniensem advocatum per districtionem ecclesiasticam compellant ad observationem compositionum, quas idem comes et pater advocati cum abbate et conventu S. Vedasti Atrebatensis super possessionibus de Haspra et de Saillis fecerunt. II kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 87. n° 161; Opp. ed. Migne I. 140. n° 161. — »Viris religiosis et.« |
| » 30 | » | (121) (Willielmo) Remensi archiepiscopo cardinali S. Sabinae, et abbati S. Remigii ac decano Remensi mandat, ut (Stephanum) Noviomensem episcopum tertia parte decimationis de Moilaivis et de Ernaldmensnil contentum esse et a vexatione ecclesiae s. Vedasti Atrebatensis cessare cogant. II kal. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 87. n° 162; Opp. ed. Migne I. 140. n° 162. — »Significantibus nobis dilectis.« |

*) L. Delisle, qui in libro inscripto »Biblioth. de l'école des chartes.« VIII. ann. IV. sér. Tom. III. 1857. 502. ad a. 1198. Apr. 27 bullam ex Dugdale Monast. Anglic. IV. (1846) 212 laudat, valde errat; hanc Innocentius pp. VII a° 1404 edidit.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| (Apr. 18-30) | Romae ap. S. Petrum | (122) (Amadeo) Bisuntino archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut observari faciant sententiam excommunicationis latam in comites et barones adhaerentes monachis Balmensibus excommunicatis. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 64. nº 114; Opp. ed. Migne I. 103. nº 114. — »Cum Balmense monasterium.« |
| » | » | (123) (Raynaldo) episcopo et priori S. Petri Matisconensis praecipit, ut Balmenses monachos in ecclesiam rebelles favore (Amadei) Bisuntini archiepiscopi, si ad commonitionem Matisconensis episcopi obedire noluerint, excommunicationis sententiae subiacere denuntient. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 64. nº 115; Opp. ed. Migne I. 103. nº 115. — »Inauditam saevitiam Balmen.« |
| » | » | (124) Lamecensi episcopo et G. monacho quondam episcopo Lamecensi et priori de Ecclesiola mandat, ut iudicium faciant inter Bracarensem archiepiscopum et canonicos S. Martini de Castro. *Absque nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 68. nº 119; Opp. ed. Migne I. 109. nº 119; Aguirre Conc. Hisp. V. 109. — »Cum venisset olim.« |
| » | » | (125) (Philippum) archiepiscopum Mediolanensem rogat et monet, ut Henrico subdiacono suo cancellariae dignitatem per annum et ultra iam in ecclesia Mediolanensi vacantem assignet. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 69. nº 120; Opp. ed. Migne I. 110. nº 120. — »In his quae.« |
| » | » | (126) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Cameracensis mandat, ut Theobaldum presbyterum a Coelestino pp. III et a se institutum in canonicum recipiant, cum de vacante, non de vacatura praebenda sit institutus. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 72. nº 127; Opp. ed. Migne I. 116. nº 127; IIIª collect. decret. lib. 3. tit. 8 *de concess. praebendae* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 520; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *de concess. praeb.* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 453; ap. Richter Corp. II. 471. — »Proposuit nobis dilectus.« <br> * *In eundem fere modum* Cathalanensi episcopo. |
| » | » | (127) Abbate Cluniacensi petente venditiones et alienationes factas ab excommunicatis et rebellibus monachis Balmensibus ecclesiae Cluniacensi subditis irritas declarat, et praecipit, ut fidelitas a feodatis Balmensis ecclesiae dicto abbati impendatur. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 64. nº 113; Opp. ed. Migne I. 103. nº 113. — »Cum a nobis.« |
| Mai. 2 | » | (128) Conventum s. Spiritus de Arenulis tuendum suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat sub annuo censu unius bizantii. vi non. Mai. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 73. nº 128; Opp. ed. Migne I. 117. nº 128. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 2 | » | (129) (Stephano) Tornacensi episcopo concedit, ut redditus duodecim altarium, qui a mensa episcopali per praedecessores suos irrationabiliter sint subtracti, legitime revocet. vi non. Mai. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 85. nº 155; Opp. ed. Migne I. 137. nº 155. — »Cum ecclesiarum omnium.« |
| » 2 | » | (130) Ovetensi episcopo concedit, ut in ecclesia s. Servandi, quae in canoniam saecularem conversa erat, abbatem et monachos iterum instituat. vi non. Mai. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 71. nº 124; Opp. ed. Migne I. 114. nº 124; Aguirre Conc. Hisp. V. 109. — »Cum a nobis.« |
| » 2 | » | (131) Fratri Rainerio mandat, curet ut rex Legionensis Ovetensem episcopum exulantem suae diocesi restituat, antequam interdictum in regnum Legionense prolatum relaxet. vi non. Mai. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 71. nº 125; Opp. ed. Migne I. 115. nº 125; Aguirre l. c. 110. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 4 | » | (132) Florentio abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium in Campo b. Mariae [Marienfeld] sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. iv non. Mai. indict. I. incarn. dom. aº 1198. pont. aº (1º). ‖ Erhard Reg. hist. Westfal. Münster. 4º II. (1851). 253; Innoc. Opp. ed. Migne IV. 16. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 4 | » | (133) (Hugoni) abbati et conventui Cluniacensi grangiam de Mercurii curte, quam Theobaldus comes Trecensis (Remensis *al.*) eis concessit, confirmat. iv non. Mai. aº 1º. ‖ Duchesne Biblioth. Cluniac. 1497 (*legatur* 1491); Bullar. ord. Cluniac. 96; Innoc. Opp. ed. Migne IV. 19. — »Cum a nobis.« |
| » 4 | » | (134) Magistro Guiselin. subdiacono suo cancellario Tornacensi praebendam spectantem ad magisterium scholarum s. Mariae in Brugis, de qua inter eum et Laurentium clericum Brugensem controversia fuerat, confirmat. iv non. Mai. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 85. nº 154; Opp. ed. Migne I. 137. nº 154. — »Cum a nobis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Mai. 4 | Romae ap. S. Petrum | (135) (Iohanni) Gradensi patriarchae concedit, ut a parochianis ecclesiae b. Achindani apud Constantinopolim, non obstante quod eorum antecessores suffraganeis eiusdem decimas persolverint, libere decimas percipiat et teneat. IV non. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze 75. n° 133; Opp. ed. Migne I. 120. n° 133; Tafel & Thomas Urk. z. Gesch. Venedigs *in* Font. rer. Austr. Dipl. XII. 227. — »Si quando a.« |
| » 5 | » | (136) Monasterium b. Mariae Magdalenae Virziliacensis protegendum suscipit ac eius privilegia renovat, imprimis statuens, ut in nullo teneatur alicui nisi Romanae ecclesiae respondere; tum sententiam qua Urbanus pp. III Virziliacensium ecclesias ab Eduensis episcopi iurisdictione immunes iudicavit, refert ac confirmat. III non. Mai. indict. I. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 82. n° 150; Opp. ed. Migne I. 132. n° 150; *fragm. sine signo chronol.* Launoii Assert. inquisit. in privil. S. Medardi Suess. 386; Yepes Coronica III. app. 17. — »Religiosis votis annuere.« |
| » 5 | » | (137) Martino priore Camaldulensi eiusque fratribus postulantibus praecipit et sancit, ne cuiquam omnino personae clerico, monacho, laico cuiuscumque ordinis aut dignitatis praesentibus aut futuris temporibus liceat, congregationes illas et loca illa, quae Camaldulensis heremi sive coenobii disciplinam et ordinem susceperunt quaeque hodie sub illius regimine continentur, ab eius ullo modo subiectione et unitate dividere. (Quae loca et congregationes conservandae unitatis gratia singularibus annotat vocabulis.) III non. Mai. indict. I. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 212. — »Officii nostri nos.« |
| » 6 | » | (138) Oxomensi, Oscensi et Dertusensi episcopis mandat, ut causam inter archiepiscopum et canonicos Terraconenses ex una parte et monasterium Rivopollense ex alia super villa et honore de Centumcellis vertentem disceptent. II non. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 73. n° 129; Opp. ed. Migne I. 117. n° 129; Aguirre Conc. Hisp. V. 110. — »Veniens olim ad.« |
| » 6 | » | (139) Abbati et conventui S. Vedasti statuta et laudabiles ecclesiae s. Vedasti consuetudines approbat et confirmat. II non. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 76. n° 136; Opp. ed. Migne I. 122. n° 136. — »Cum a nobis.« |
| » 6 | » | (140) Decano, cantori et I. Morelli canonico Xantonensibus mandat, ut magistrum Willelmum de Marcheio pontificis maximi scriptorem in canonicatu Pictaviensi tueantur. II non. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 78. n° 145; Opp. ed. Migne I. 127. n° 145. — »Nobis nec immerito.« |
| » 6 | » | (141) Cisterciensi et Claraevallensi abbatibus mandat, ut, cum Philippus rex Francorum super facto Andeliaci a (Walterio) archiepiscopo Rotomagensi appellarit, revocent attentata ab eodem archiepiscopo post interpositam appellationem. *Sine die et mense.* (II non. Mai. *add. Bouq.*) ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 74. n° 131; Opp. ed. Migne I. 119. n° 131; Manrique Ann. Cisterc. III. 323; Bouquet Rec. XIX. 353; Bonnin Cartul. de Louviers. Doc. I. 121. n° 82. — »Deferendum regi quasi.« |
| » 7 | » | (142) De Lewes et de Favresham prioribus praecipit, ut, si verum sit (Hubertum) archiepiscopum Cantuariensem in S. et N. monachos Cantuariensis ecclesiae, cum iter arripuissent ad sedem apostolicam et mare transissent et tum litteras suas Cantuariam direxissent in quibus personas suas sub ecclesiae Romanae protectione ponentes ad audientiam apostolicam appellassent, excommunicationis sententiam promulgasse, dictum archiepiscopum usque ad satisfactionem idoneam suspendant. Non. Mai. a° 1°. ‖ Epistolae Cantuar. 399. — »Quia ii qui.« |
| » 7 | » | (143) Abbati et conventui Bellae Villae concedit, ut cum assensu diocesani episcopi sine detrimento iuris alterius oratoria construere possint, ubi fratribus morantibus cum familiis suis secundum statuta ordinis divina valeant officia ministrari. Non. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 75. n° 134; Opp. ed. Migne I. 121. n° 134. — »Cum a nobis.« |
| » 7 | » | (144) Eisdem concedit, ne ultra primam mensuram in procuratione sint ulterius fratribus S. Irenaei obligati. Non. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 75. n° 135; Opp. ed. Migne I. 121. n° 135; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 9. ed. Baluze I. c. I. 562; ed. Migne III. 1203; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 37 *de censibus* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 555; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 39 *de censibus* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 589; ap. Richter Corp. II. 601. — »Quanto creatori vestro (nostro *decret.*).« |
| » 7 | » | (145) (Ricardum) regem Angliae hortatur, ut monachos Cantuarienses et eorum ecclesiam propensius habeat commendatos ob reverentiam gl. martyris Thomae, »qui sanguine martyrii Cantuariensem ecclesiam illustravit.« Non. (Mart., *sed legas*) Mai. a° 1°. ‖ Gervas. Cantuar. Chron. ap. Twysden Hist. Anglic. scr. I. 1607; *repet. in* Innoc. Ep. ed. Baluze I. 330. n° 580; Opp. ed. Migne I. 531; Epistolae Cantuar. 399. — »Quoniam de regia.« |
| » 8 | » | (146) Canonicis ecclesiae b. Mariae Tornacensis concedit, ut redditus, qui a diversis donatoribus ad usum vicariorum dictae ecclesiae, qui non sunt maioris altaris servitio |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| | | deputati, per temporum vices proveniunt, colligantur in unum et per ministros inter eosdem vicarios aequaliter dividantur. VIII id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 85. n° 156; Opp. ed. Migne I. 138. n° 156. — »Cum a nobis.« |
| Mai. 8 | Romae ap. S. Petrum | (147) (Raimundo) episcopo, archidiacono Petragoricensi et R. archipresbytero de Marmuntes mandat, ut sententiam excommunicationis in Gunduniensem et Faisensem abbates intrusos ab Ademaro bonae mem. Petragoricensi episcopo latam observari faciant. VIII id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 80; Opp. ed. Migne I. 128. n° 147. — »De commisso nobis.« |
| » 8 | » | Huberto Cantuariensi archiepiscopo: »VIII id. Mai. a° 1°.« Rogerus de Hoveden ap. Savile Rer. Angl. scr. fol. 443 b, *vid.* 1198. Apr. 24. n° 104. |
| » 8 | » | †(II) Berardo archiepiscopo Messanensi pallium scil. pontificalis officii plenitudinem indulget et commissam eius gubernationi Messanensem urbem perpetuam metropolin decernit permansuram, statuens ut unum episcopum in Cephaluth, alterum vero in Lipari et Pactis ei liceat ordinare et munus illis consecrationis impendere, qui dicto archiepiscopo eiusque successoribus in ecclesia Messanensi iure metropolitico debeant perpetuo subiacere *etc.* VIII id. Mai. indict. I. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Pirri Sicil. sacra I. 401.*) — »Licet omnes discipuli.« |
| | | *) Rubertus tit. S. Stephani presb. card., qui in ordine cardinalium subscribentium legitur, suspicionem affert falsitatis; tum illam tenuit ecclesiam cardinalis Iohannes. |
| » 9 | » | (148) Willielmo Remensi archiepiscopo S. Sabinae cardinali concedit, ut personam idoneam instituat in novo episcopatu, quem infra castrum suum, quod Mosomum dicitur, erigere voluerit. VII id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 85. n° 153; Opp. ed. Migne I. 136. n° 153. — »Cum in ecclesia.« |
| » 10 | » | (149) A(demaro) Pictavensi et R(aimundo) Petragoricensi episcopis et Arnaldo archidiacono Petragoricensis ecclesiae mandat, ut ad abbatiam Caduniensem accedentes quidquid corrigendum ibi invenerint tam in capite quam in membris corrigant, et eadem abbatia redeat ad ordinem Cisterciensem, a quo formam religionis sumpsit. VI id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 79. n° 146; Opp. ed. Migne I. 128. n° 146. — »Insinuatio dilecti filii.« |
| (Apr. 20-Mai. 10) | » | (150) Odoni Terdonensi episcopo concedit, ut omnes suae diocesis religiosos, salvis privilegiis et indulgentiis Romanorum pontificum, ad observantiam interdicti a se positi compellere possit. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 75. n° 132; Opp. ed. Migne I. 120. n° 132. — »Officii nostri debitum.« |
| » | » | (151) Gerardo abbati et conventui Virziliacensibus iura et privilegia confirmat, quibus adiicit, ut si episcopi neglexerint excommunicare eos qui monasterio malefecerint, abbas malefactores vice papae excommunicet. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 76. n° 137; Opp. ed. Migne I. 122. n° 137; Launoii Opp. II. I. 288; Launoii Assert. inquis. in privileg. S. Medardi Suession. 385; *fragm. breve in* Launoii Disquisitio disquisitionis de Magdalena Massil. advena 82. — »Quamvis universa loca.« |
| » | » | (152) Eisdem significat, se revocare privilegium canonicis Castri Censurii concessum ne pro iniuriis excommunicentur, quod huius libertatis occasione damna Virziliacensibus intulerunt. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 77. n° 138; Opp. ed. Migne I. 124. n° 138. — »Ad audientiam apostolatus.« |
| (Mai. 1-10) | » | (153) Foedus inter Philippum regem Franciae et Balduinum comitem Flandriae a° 1196 initum ibique insertum confirmat. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 73. n° 130; Opp. ed. Migne I. 117; Bouquet Rec. XIX. 352; Cocquelines Bullar. III. 69. n° 7; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 121. — »Licet ex iniuncto.« |
| | | * *Scriptum est super hoc* Willelmo Remensi archiepiscopo et suffraganeis eius, ut dictam compositionem faciant observari. |
| » 11 | » | (154) Magistro et fratribus domus Dei Pruvinensis possessionem praebendae, quam in ecclesia s. Quiriaci habent cum minutis portionibus panis, vini et denariorum confirmat. V id. Mai. a° 1°. ‖ Bréquigny Diplom. II. II. 110; Innoc. Opp. ed. Migne IV. 20; *cf.* Anal. iuris pontificii. Distrib. 86. (1868.) 306. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 11 | » | (155) Willielmo Remensi archiepiscopo S. Sabinae cardinali mandat, ut privilegia ecclesiae s. Germani de Pratis Parisiensis illibata servare studeat. V id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 95. n° 172; Opp. ed. Migne I. 151. n° 172. — »Pia patrum praedecessorumque.« |
| » 11 | » | (156) Eidem concedit, ut (Hugonis) Cameracensis electi, si resignare voluerit, recipiat resignationem, et Cameracense capitulum moneat, ut infra mensem personam idoneam eligat in pastorem vel ipse auctoritate apostolica praeficiat. V id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 84. n° 151; Opp. ed. Migne I. 135. n° 151. — »Cum illos qui.« |

**1198.**

Mai. 11 — Romae ap. S. Petrum — (157) Eidem concedit, ut ipsi liceat in abbatia castri quod Mosomum dicitur, novam cathedralem ecclesiam erigere, dummodo coenobium in illius usus non convertatur, sed coenobium permaneat. v id. Mai. a° 1°. | Innoc. Ep. ed. Baluze I. 84. n° 152; Opp. ed. Migne I. 136. n° 152; ap. Bouquet Rec. XIX. 354. — »Cum ad ecclesiastici.«

» 11 — » — (158) (Petro) abbati et fratribus Praemonstratensibus, quos »in his quae ad correctionem fratrum pertinent non intendimus aggravare quominus in delinquentes« exerceant libere canonicam disciplinam, concedit, ut si pro receptione alicuius, qui ab eis eiectus fuerit, litteras eis apostolicas pontifex duxerit destinandas, eum nullatenus recipere teneantur, nisi litteris dictis expressum fuerit salva ordinis disciplina. v id. Mai. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 107. n° 196; Opp. ed. Migne I. 172. n° 196. — »Usque adeo nos.«

» 12 — » — (159) Decano, cantori et magistro P. canonico Remensibus mandat, ut tam Hugonem de Petraponte archidiaconum Laudunensem quam alios, qui ratione officii sui ab abbatibus et aliis ecclesiasticis personis palefridum aut aliud exegerint, excommunicent, nisi de perceptis satisfecerint. iv id. Mai. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 108. n° 199; Opp. ed. Migne I. 174. n° 199. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 12 — » — (160) Canonicis et clericis Tornacensis ecclesiae indulget, ne coram alio iudice trahantur, nisi per appellationem in causam, quamdiu sub examine episcopi Tornacensis vel decani et capituli stare iuri voluerint. Ad haec eis concedit, ut, cum generale interdictum terrae fuerit, clausis ianuis *etc.* divina officia celebrent. iv id. Mai. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 86. n° 157; Opp. ed. Migne I. 138. n° 157; Miraei Opp. dipl. II. 983. — »Cum a nobis.«

» 12 — » — (161) (Ursoni) Agrigentinensi episcopo concedit, ut quaedam monasteria in sua diocesi constituta ac tempore seditionis inter Sarracenos et christianos exortae depauperata *etc.* cum dignitatibus suis ad loca tutiora transferat, possessiones et decimas et alia a mensa ecclesiae alienata ad eam legitime revocet. iv id. Mai. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 101. n° 180; Opp. ed. Migne I. 162. n° 180; *fragm. dedit* Pirri Sicil. sacra I. 703. — »In his quae.«

» 12 — » — (162) P(etro) abbati Praemonstratensi et eiusdem ordinis abbatibus confirmat eorum generale statutum, quod nullus abbas eorundem mitra vel chirothecis utatur, ne sibi videatur sublimis, cum his uti se videret, quae pontificibus et maioribus ecclesiarum praelatis sunt concessa; ac quaedam alia ad regulam pertinentia statuit. iv id. Mai. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 107. n° 197; Opp. ed. Migne I. 173. n° 197; Le Paige Biblioth. Praemonstrat. 644; Launoii Opp. III. I. 247 et 467; *id. ibid. non integra et sine signo chronol.* 281 et 552. — »Quae in favorem.«

» 12 — » — (163) Universis archiepiscopis et episcopis, in quorum parochiis grangiae Praemonstratensis ordinis sitae sunt, mandat ne in illis grangiis procurationes exigant. iv id. Mai. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 108. n° 200; Opp. ed. Migne I. 174. n° 200. — »Si veri christianae.«

» 12 — » — (164) Archipresbytero S. Andreae de Palliano mandat, compellat quendam Iohannem, cui Riccius de Gerrone R. filiam tradiderat in uxorem, quam autem Petrus diaconus ecclesiae s. Petri carnaliter cognoverat et maritus abiecerat, ut uxorem recipiat, et clericum de suo crimine gloriantem ab officio et beneficio suspendat. iv id. Mai. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 78. n° 143; Opp. ed. Migne I. 126. n° 143; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 20 ed. Baluze l. c. I. 578; ed. Migne l. c. III. 1228; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 14 *de excessib. praelat.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 584; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 31 *de excess. prael.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 800; ap. Richter Corp. II. 807. — »Quam sit grave.«

» 12 — » — (165) (Iohanni) Gradensi patriarchae mandat, ut in causa, quae inter canonicos plebanatus de Quinto et archidiaconum Tarvisinum super iure ipsius archidiaconatus vertebatur, iudicium faciat. iv id. Mai. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 87. n° 164; Opp. ed. Migne I. 141. n° 164. — »Constituti in praesentia.«

» 12 — » — (166) P(etro) abbati Praemonstratensi, quid de canonicis S. Martini Laudunensis in coniuratione contra abbatem suum nequiter perdurantibus sit agendum, relinquit. iv id. Mai. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 109. n° 202; Opp. ed. Migne I. 176. n° 202. — »Inter cetera desideria.«

» 12 resp. 13 — » — (167) Universis abbatibus et praepositis Praemonstratensis ordinis in Saxonia et confinio Saxoniae constitutis mandat, ut iuxta regulae constitutionem Praemonstratum ad commune capitulum statutis temporibus veniant. iii (iv *Le Paige*) id. Mai. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 109. n° 203; Opp. ed. Migne I. 177. n° 203; Le Paige Bibl. Praemonstr. 646. — »In eo sumus.«

» 13 — » — (168) P(etro) abbati Praemonstratensi et ceteris eiusdem ordinis abbatibus confirmat constitutionem, quod nullam de cetero in sororem recipere teneantur vel conversam.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| | | Ad haec addit, ne aliquis abbas vel conventus possessiones ecclesiarum dicti ordinis praeter assensum generalis capituli vendere vel commutare audeat. III id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 107. n° 198; Opp. ed. Migne I. 173. n° 198; Le Paige Bibl. Praemonstr. 644. — »Cum a nobis.« |
| Mai. 13 | Romae ap. S. Petrum | (169) Archiepiscopos et alios ecclesiarum praelatos, marchiones, comites, barones et alios nobiles viros et universos Christi fideles ad quos litterae istae pervenerint, rogat et monet, ut fratribus Rainerio et Guidoni contra haereticos potenter assistant. III id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 88. n° 165; Opp. ed. Migne I. 142. n° 165. — »Cum ad capiendas.« * |
| » 13 | » | (170) Aureliacensis monasterii patrocinium suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. III id. Mai. ind. I. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1066; Innoc. Opp. ed. Migne IV. 20; *cf.* Anal. iuris pontific. Distrib. 86. (1868.) 306. — »Cum universis sanctae.« |
| » 14 | » | (171) Episcopo et priori Elborensibus de Colimbriensis episcopi et fratrum militiae Templi controversia super quadam parte Colimbriensis diocesis eis ab A(lfonso) quondam rege Portugalliae motu proprio assignata mandata dat. II id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 119. n° 223; Opp. ed. Migne I. 193. n° 223; Aguirre Conc. Hisp. V. 111. — »Innotuit nobis venerabili.« |
| » 14 | » | (172) (Henrico) Xanctonensi episcopo mandat, ut Petrum priorem de Prato, si dilapidator fuerit, ab administratione prioratus amoveat et canonicis alium priorem sibi eligendi facultatem tribuat. II id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 106. n° 194; Opp. ed. Migne I. 171. n° 194. — »Inter ea per.« |
| » 14 | » | (173) Monasterium b. Germani de Pratis Parisiensis, proprie b. Petri iuris existens, tuendum suscipit eiusque possessiones ac bona et privilegia confirmat, relata et confirmata pace inter Guidonem Senonensem archiepiscopum et Fulconem abbatem S. Germani a° 1191 inita post longae litis de procurationibus contestationem. II id. Mai. indict. I. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 94. n° 173; Opp. ed. Migne I. 151. n° 173 *et* IV. 26; Bréquigny Dipl. II. II. 1070; Bulaeus Hist. univers. Paris. II. 536; *fragm. br. in* Launoii Opp. III. I. 242; Launoy Examen du procès entre l'archevêque de Paris et les moines de Saint-Germain-des-Prés 85. — »In eminenti apostolicae.« |
| » 14 | » | (174) Monasterium s. Dionysii Parisiensis b. Petri iuris existens protegendum suscipit eiusque possessiones ac bona, pluribus nominatim expressis, confirmat et illibata permanere iubet. II id. Mai. indict. I. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 96. n° 174; Opp. ed. Migne I. 154. n° 174; Doublet Hist. de St.-Denis 531; Yepes Coronica II. app. 8^b^. — »Effectum iusta postulantibus.« |
| » 14 | » | (175) (Hugoni) abbati et conventui S. Dionysii concedit, ne graventur a clericis, qui beneficia nondum vacantia sibi conferri volunt. II id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 98. n° 175; Opp. ed. Migne I. 158. n° 175; Doublet l. c. 535. — »Ex parte vestra.« |
| » 15 | » | (176) (Bartholomaeo) archiepiscopo et capitulo Turonensis ecclesiae mittit epistolam, qua citantur audituri sententiam in causa ipsorum contra ecclesiam Dolensem a papa proferendam. Id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 89. n° 168; Opp. ed. Migne I. 144. n° 168; Bouquet Rec. XIX. 355. — »Licet in Ezechiele.« |
| » 15 | » | (177) (Raynaldo) episcopo et decano Matisconensibus mandat, ut Eduensi ecclesiae terras et ecclesias in valle Polliniaci resignent, si eis constiterit eam a monachis Balmensibus spoliatam fuisse praedictis terris et ecclesiis praeter iuris ordinem. Id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 102. n° 186; Opp. ed. Migne I. 165. n° 186. — »Exposita nobis Eduen.« |
| » 15 | (») | (178) De Alcobatia et de Seiza abbatibus et priori de Alcobatia mandat, compellant Portugallensem episcopum, qui flumen Dorii quod Portugallensem diocesim a Colimbriensi separat et ab antiquo fuerat certus terminus utriusque, transgressus magnam partem Colimbriensis diocesis occupavit, ut illam partem cum fructibus inde perceptis restituat. Id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 120. n° 226; Opp. ed. Migne I. 194. n° 226; Aguirre Conc. Hisp. V. 112; *cf.* Manrique Ann. Cist. II. app. 4. — »Exposuit nobis venerabilis.« |
| » 15 | » | (179) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et ceteris ecclesiarum praelatis mandat, ut fratres Praemonstratenses ab iniuriis et contumeliis defendant. Id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 110. n° 204; Opp. ed. Migne I. 178. n° 204. — »Non absque dolore.« |
| | | * *Scriptum est super hoc fere in eundem modum* pro fratribus militiae Templi. |
| » 15 | » | (180) (Niveloni) episcopo, decano et archidiacono Suessionensibus mandat, ut abbati et monachis S. Eligii Noviomensis ob turpe et illicitum iuramentum, quod servare non debent, poenam debitam infligant. Id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 109. n° 201; Opp. ed. Migne I. 175. n° 201. — »Significavit nobis dilectus.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Mai. 15 | Romae ap. S. Petrum | (181) Abbati S. Vedasti indulget, ut in ecclesia s. Petri de Castro, iuxta eius monasterium sita, canonicos saeculares de novo instituat ac redditus eis competentes assignet. Id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 89. n° 166; Opp. ed. Migne I. 143. n° 166. — »Piae postulatio voluntatis.« |
| » 15 | » | (182) (Aimoni) archiepiscopo Tarentasiensi, (Udalscalco) episcopo Augustensi et abbati Bonimontis causam inter (Rogerum) episcopum et capitulum Lausannenses vertentem committit. Id. Mai. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 90. n° 170; Opp. ed. Migne I. 146. n° 170; *cf.* Manrique Ann. Cist. III. 324. — »Licet iniunctae nobis.« |
| (Mai. 1-15) | » | (183) Archiepiscopis et episcopis ad quos litterae istae pervenerint inhibet, ne capellanos, qui in ecclesiis abbatis et fratrum Virziliacensium per eos constituuntur et ipsis debent de temporalibus respondere, vel eosdem fratres contra tenorem privilegiorum suorum pro temporalibus subire iudicium compellant. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 81. n° 148; Opp. ed. Migne I. 130. n° 148. — »Cum in ecclesiis.« |
| ( » ) | » | (184) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis mittit epistolam, qua iura et privilegia monasterii b. Mariae Magdalenae Virziliacensis ibi declarata confirmat. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 81. n° 149; Opp. ed. Migne I. 131. n° 149. — »Licet universa loca.« |
| ( » ) | » | (185) (Gerardo) abbati et conventui Virziliacensibus concedit, ut si archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, archipresbyteri etiam et decani numerum evectionis et personarum in concilio constitutum, cum ecclesias visitant, excedant et pro illis procurationem exigant, liberum sit eis denegare. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 77. n° 140; Opp. ed. Migne I. 124. n° 140; Collect. I. decret. Innoc. tit. 9 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 563; Opp. ed. Migne III. 1204; Clementi III *tribuitur in* Collect. III. decr. lib. 5. tit. 13 *de excess. praelat.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 417; *et int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 31 *de excess. prael.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 799; ap. Richter Corp. II. 806. — »Cum ad quorundam.« |
| ( » ) | » | (186) (Eberhardo) Brixinensi electo, cui Coelestinus pp. indulserat, ut aliquamdiu moraretur in scholis, ut paginae divinae vacaret, qui autem indulgentiam ipsam indecenter interpretans se implicabat negotiis saecularibus, praecipit, ut ad gerendam solicitudinem ecclesiae sibi creditae revertatur, ne sicut in annis ita pariter et in actibus iuvenem se ostendat. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 78. n° 144; Opp. ed. Migne I. 126. n° 144. — »Si gratis factam.« |
| Mai. 16 | » | (187) (Henrico) Bituricensi archiepiscopo mandat, praecipiat (Bartholomaeo) archiepiscopo et capitulo Turonensibus, ut in termino eis constituto (*vid.* 1198. Mai. 15. n° 176) se pontificis conspectui repraesentent. XVII kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 90. n° 169; Opp. ed. Migne I. 145. n° 169; Bouquet Rec. XIX. 355. — »Licet in Ezechiele.« |
| » 16 | » | (188) (Petro) abbati Praemonstratensi, H. archidiacono et magistro R. canonico Laudunensi causam, quae inter abbatem monachosque S. Nicolai de Ribodi Monte ac W. diaconum super ecclesia de Villari Sicco vertebatur, diiudicandam committit. XVII kal. Iun. a° 1°. ‖ Bréquigny Diplom. II. II. 1111; Innoc. Opp. ed. Migne IV. 31; *cf.* Anal. iuris pontific. Distr. 86. (1868.) 306. — »Venientibus ad praesentiam.« |
| » 16 | » | (189) Domum s. Trinitatis Cervifrigidi cum omnibus bonis protegendam suscipit et fratribus dona eis in pios usus collata et conferenda confirmat. XVII kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 133. n° 252; Opp. ed. Migne I. 215. n° 252. — »Cum a nobis.« |
| » 16 | » | (190) (Theobaldo) Ambianensi episcopo indulget, ut si abbas S. Martini de Gemellis canonicos sui ordinis in domo Spissi-Campi statuere neglexerit, vel eiusdem vel arctioris ordinis viros in eadem instituat. XVII kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 137. n° 263; Opp. ed. Migne I. 221. n° 263. — »His quae a.« |
| » 16 | » | (191) Abbati et conventui S. Germani Autissiodorensis concedit, ut chrisma, oleum sanctum et consecrationes ab alio catholico episcopo accipere possint, si episcopus Autissiodorensis gratis impertiri eis nolit. XVII kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 101. n° 181; Opp. ed. Migne I. 163. n° 181. — »Ex multiplicitate querelarum.« |
| » 16 | » | (192) (Garnerio) Lingonensi episcopo mandat, ut ad festum b. Michaelis apostolico conspectui se praesentet, canonicorum Lingonensium responsurus obiectis et contra ipsos, si quid proponere voluerit, propositurus. XVII kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 101. n° 182; Opp. ed. Migne I. 163. n° 182; Manrique Annal. Cisterc. III. 325; A. de Saussay De episcopali monogamia 379; *cf.* Gall. christ. IV. 592. — »Licet iuxta testimonium.« |
| ( » 16) | » | (193) (Petro) Atrebatensi et (Gaufrido) Sylvanectensi episcopis mandat, ut privilegia S. Dionysii in Parisiensi diocesi constituti illibata servare studeant. (XVII kal. Iun. a° 1°.) ‖ *Fragm. in* Innoc. Ep. ed. Baluze I. 102. n° 183; Opp. ed. Migne I. 164. n° 183. — »Pia patrum praedecessorumque.« |
| » 16 | » | (194) Abbate et conventu S. Germani Autissiodorensis querentibus decernit, non tenere excommunicationis sententiam, quam (Hugo) Autissiodorensis episcopus iniuste et contra |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** iuris ordinem in eorundem homines promulgavit. xvii kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 102. n° 184; Opp. ed. Migne I. 164. n° 184; Collect. I. decr. Innoc. tit. 31 ap. Baluze l. c. I. 588, ap. Migne l. c. III. 1243. — »Gravis ex parte.« |
| Mai. 16 | Romae ap. S. Petrum | (195) Eisdem concedit, ut ad Senonensem archiepiscopum pro coercendis malefactoribus suis recursum habere possint, si Antissiodorensis episcopus iustitiam administrare negligat. xvii kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 102. n° 185; Opp. ed. Migne I. 165. n° 185. — »Cum venerabilis frater.« |
| (Mai. 1-16) | » | (196) (Hugoni) electo Cameracensi, S. Auberti et S. Gilleni abbatibus in Cameracensi diocesi constitutis mandat, ut, cum abbas et conventus S. Vedasti Atrebatensis per diocesanos episcopos iustitiam non obtinuerint, malefactores eiusdem conventus per censuram ecclesiasticam coerceant, et quae corrigenda fuerint in capite vel in membris, corrigant, cum ab abbate et fratribus fuerint requisiti. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 87. n° 163; Opp. ed. Migne I. 141. n° 163. — »Ut loca religiosa.« |
| ( » ) | » | (197) B. magistro scholarum et Valberto canonico Tarvisinis respondet, quid faciendum de his, qui captioni b. m. V(?). Bellunensis episcopi se diabolico instinctu interfuisse fatentur, si ad ecclesiam redire voluerint. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 89. n° 167; Opp. ed. Migne I. 144. n° 167. — »Super eo de.« |
| ( » ) | » | (198) Canonicis ecclesiae b. Mariae Tornacensis concedit, ut redditus qui per temporum vices a diversis personis ad usum vicariorum maioris altaris ecclesiae dictae proveniunt, colligantur in unum et inter vicarios aequaliter dividantur. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 86. n° 158; Opp. ed. Migne I. 138. n° 158. — »Cum a nobis.« |
| Mai. 17 | » (*alii* Laterani) | (199) Philippum Francorum regem monet et hortatur, ut pellice remota I(ngeburgam) legitimam uxorem in regnum reducat et reginam appellet; quod ut efficacius persuadeat, suum erga eum amorem gratique animi testificationem significat eo, quod dum Lutetiae studeret, beneficiis multis a rege affectus fuerit. xvi kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 92. n° 171; Opp. ed. Migne I. 148. n° 171; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 708; Bulaeus Hist. univers. Paris. II. 534; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 88; Bouquet Rec. XIX. 356; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1198 § 29. — »Licet dextera Domini.« |
| » 18 | » | (200) Ardmachano archiepiscopo concedit, ut post acceptam Rathobotensis (Ratphpotensis *Rich. de Hoveden* ad a. 1171) episcopi resignationem electionem G. confirmet eumque consecret. xv kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 99. n° 177; Opp. ed. Migne I. 160. n° 177. — »Per alias litteras.« |
| » 18 | » | (201) P. presbytero canonico S. Michaelis maioris Papiensis significat, se P(andulfi) S. Mariae in via lata diaconi cardinalis sententiam latam in causa eius et Iacobi clerici Papiensis confirmare. xv kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 99. n° 178; Opp. ed. Migne I. 160. n° 178. — »Cum tam tu.« |
| » 19 | » | (202) W(illelmo) Remensi archiepiscopo S. Sabinae cardinali et suffraganeis eius praecipit, ut bullas per quosdam falsarios Romae in carcere detentos confictas destrui aut resignari faciant, et si quid actum fuerit occasione illarum, irritent. xiv kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 125. n° 235; Opp. ed. Migne I. 202. n° 235; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 14 *de falsar.* ed. Baluze l. c. I. 571, ed. Migne l. c. III. 1216; *fragm.* Collect. III. decret. lib. 4. tit. 11 *de falsar.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 581; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 20 *de crimine falsi* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 782; ap. Richter Corp. II. 788. — »Dura saepe mandata.« <br> * *In eundem modum super hoc* Universis archiepiscopis et eorum suffraganeis *singulariter.* |
| » 20 | » | (203) (Willelmo) Lexoviensi episcopo indulget, ut, cum a subditis eius ad sedem apostolicam appellatum fuerit, terminum ad prosequendam appellationem praefigat; quo elapso procedere in ipso negotio ei liceblt. xiii kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 112. n° 208; Opp. ed. Migne I. 180. n° 208. — »Licet sit appellantibus.« |
| » 21 | » | (204) Eidem concedit, ut ad debitum statum reducere possit pensiones ecclesiarum suae diocesis contra Lateranense concilium augmentatas. xii kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 111. n° 207; Opp. ed. Migne I. 180. n° 207. — »Cum a nobis.« |
| » 21 | » | (205) Decano Ulixbonensi, prioribus S. Vincentii et de Alcobacia mandat, ut iudicium faciant inter Colimbriensem episcopum et fratres militiae Templi super ecclesiis de Ega, de Rodina et de Palumbario litigantes. xii kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 118. n° 221; Opp. ed. Migne I. 191. n° 221. — »Exposuit nobis venerabilis.« |
| » 21 | » | (206) (Hugonis) abbatis S. Dionysii electionem canonice celebratam confirmat. xii kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 100. n° 179; Opp. ed. Migne I. 162. n° 179. — »Laudabilis vita in.« |
| » 21 | » | (207) (Guidonem) abbatem et conventum Cisterciensem rogat et monet, ut »praeter communem orationem, quae pro nobis fieri consuevit, insufficientiam nostram vestris orationibus specialius adiuvetis, ut ipse qui pro nobis factus est homo, dirigat gressus |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| | | nostros in semitis suis, quatenus ea semper et meditemur interius et exterius operemur, quae ad laudem nominis eius, ad salutem animae nostrae necnon et profectum totius ecclesiae debeant provenire.« XII kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 98. n° 176; Opp. ed. Migne I. 158. n° 176; Manrique Annal. Cisterc. III. 320. — »Dum non solum.« |
| | | * *Scriptum est autem super hoc* Abbati et conventui Claraevallensi, Abbati et conventui S. Victoris Parisiensis, Abbati et conventui Praemonstratensi. |
| Mai. 22 | Romae ap. S. Petrum | (208) (Michaeli) Senonensi archiepiscopo mandat, ut sententiam arbitrii super causa inter (Galtherium) Eduensem episcopum et G. abbatem Flaviniacensem prolatam ab eodem episcopo observari faciat. XI kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 103. n° 188; Opp. ed. Migne I. 167. n° 188. — »Cum olim dilectus.« |
| | | * *Scriptum est* (Galtherio) Eduensi episcopo, ut sententiam arbitrii observare studeat. |
| » 22 | » | (209) Hugonis abbatis Virziliacensis electionem confirmat eumque hortatur, ut magno et forti animo tantum opus aggrediatur. XI kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 104. n° 189; Opp. ed. Migne I. 168. n° 189. — »Cum status ecclesiarum.« |
| » 22 | » | Caro archiepiscopo Montis Regalis: »XI kal. Iun. a° 1°« — »Possessiones ad mensem.« Pirri Sicil. sacra I. 462; Richter Corp. II. 497, *vid.* 1198. Apr. 21. n° 94. |
| » 24 | (») | * (210) Decano et archidiacano Suessionensibus. Analecta iuris pontif. Distr. 86. (1868.) 306. — »Dilectorum filiorum.« |
| » 25 | » | (211) Capitulo Mediolanensi praecipit, ut O(thoni) Terdonensi episcopo praebendam, quam in eorum ecclesia fuerit assecutus, et domum eius ab ipsis occupatam restituant. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 103. n° 187; Opp. ed. Migne I. 166. n° 187. — »Synceritatem eorum qui.« |
| | | * *Illi scriptum est super hoc.* |
| » 25 | » | (Martino) Bergensi episcopo: »VIII kal. Iun. a° 1°.« Baluze I. 117. n° 217 *etc., vid.* 1198. Mai. 26. n° 215. |
| » 26 | » | (212) (Gaufrido) Sylvanectensi episcopo mandat, ut magistri Aimerici dimidiam praebendam integrare non differat; tum praecipit ei, ne deinceps alicui dimidiam praebendam conferat. VII kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 111. n° 205; Opp. ed. Migne I. 179. n° 205. — »Cum in Turonensi.« |
| » 26 | (») | (213) Egidio canonico Vastinensi significat, se in causa praebendae Vastinensis ecclesiae inter eum et Hugonem Capusum procuratorem et canonicum eiusdem ecclesiae vertente statuere, ut sine contradictione stallum in choro et locum in capitulo consequatur. VII kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 116. n° 215; Opp. ed. Migne I. 187. n° 215. — »Cum super praebenda.« |
| » 26 | (») | (214) Besuensi abbati concedit, ut, quia Besuensis ecclesia pro incendio quod sustinuit ad inopiam devenit, aliquot monachorum ad obedientias Cluniacenses pro vitae sustentatione transmittat et aliquot monachos Cluniacenses ad ecclesiam suam pro reformatione ordinis convocet. VII kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 117. n° 216; Opp. ed. Migne I. 189. n° 216; *fragm. in* Gall. christ. IV. 708. — »Cum a nobis.« |
| » 26 | » | (215) (Martino) Bergensi episcopo concedit, ut mercatores diocesana sibi lege subiectos, qui »cum eos negotiationis causa in Islandiam transfretare contingit, decimas quas ecclesia Bergensis percipere ab antiquis temporibus consuevit, contra salutem suam detinent eas reddere denegantes,« ad persolvendas decimas ecclesiastica districtione compellat. VII kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 117. n° 217; Opp. ed. Migne I. 189. n° 217, *qui autem uterque praebet:* VIII kal. Iun.; Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. I. 1. — »Cum a nobis.« |
| » 27 | » | (216) (Beroni) Orchadiensi et (Reginaldo) Rosmarchenensi episcopis mandat, ut I(ohannem) episcopum Catenensem, qui unius denarii elemosinam, quam H(araldus) Catenensis et Orcnadiensis comes pro redemptione peccatorum suorum de qualibet domo in comitatu Catenensi habitata annuatim colligere et ad sedem apostolicam dirigere consueverit, interdixerit exsolvi, ad satisfaciendum de elemosinis subtractis per censuras ecclesiasticas compellant. VI kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 117. n° 218; Opp. ed. Migne I. 189. n° 218; Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. I. 2. — »Dilectus filius nobilis.« |
| » 27 | (») | (217) De Sazeta et de Manzenera abbatibus et F. Menendi monacho de Alcobatia mandat, ut iudicium faciant inter Colimbriensem episcopum et fratres S. Crucis, qui, cum (Alfonsus) rex Portugalliae eis apud castrum de Leirena in una tantum ecclesia ius concesserit patronatus, inconsulto diocesano episcopo in eodem loco construere alias motu proprio praesumpserunt. VI kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 120. n° 227; Opp. ed. Migne I. 195. n° 227; Aguirre Conc. Hisp. V. 112. — »Insinuavit nobis venerabilis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Mai. 27 | Romae ap. S. Petrum | (218) De Sazeta et de Manzenera abbatibus et P. Fro(diz) monacho de Alcobatia mandat, ut disceptent controversiam inter Colimbriensem episcopum et fratres monasterii s. Crucis, qui, cum A(lfonsus) rex Portugalliae partem territorii Colimbriensis et vicinorum castrorum in loco qui Alathen vocatur et in Colimbriensi diocesi est constitutus, iamdudum hominibus dederit incolendum, in locis illis quasdam denuo ecclesias construxerunt et construunt, ex quibus episcopalia iura percipiunt et reddere contradicunt. vi kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 120. n° 225; Opp. ed. Migne I. 194. n° 225; Aguirre Conc. Hisp. V. 112. — »Querelam venerabilis fratris.« |
| » 27 | » | (219) (Henrico) Xanctonensi episcopo et magistro P. Petragoricensi archidiacono mandat, ut, si abbatem de Brantomo noverint debacchari in gregem subditum fratrumque bona distrahere, eum ab administratione monasterii amoveant et monachis facultatem eligendi alium tribuant. vi kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 106. n° 195; Opp. ed. Migne I. 172. n° 195. — »Inter ea per.« |
| » 28 | » | (220) (Aimoni) Tarentasiensi archiepiscopo indulget, ut illos incendiarios absolvat usque ad triennium, qui propter aegritudines aut inimicitias capitales se non possunt apostolico conspectui praesentare. v kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 126. n° 237; Opp. ed. Migne I. 204. n° 237. — »Inter alias petitiones.« |
| » 28 | » | (221) R. et R. archidiaconis Baiocensibus et H. archidiacono Constantiensi mandat, ut minorem decanum Rothomagensis archiepiscopi et Simonem capellanum eiusdem, qui in ecclesiae s. Candidi presbyterum Lucam manus iniecerant sacrilegas aliaque enormia fecerant, excommunicent. v (*omitt. Bessin*) kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 112. n° 209; Opp. ed. Migne I. 181. n° 209; Bessin Conc. Rothomag. prov. 525. — »Querela venerabilis fratris.« |
| » 28 | » | (222) Burgensi et Palentino episcopis mandat, ne prius Ovetensem episcopum ad restitutionem fructuum ex parte quam tenebat Zamorensis diocesis perceptarum compellant, quam ipse fuerit taliter restitutus ut restituere possit quod percepit de proventibus alienis. v kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 127. n° 239; Opp. ed. Migne I. 205. n° 239; Aguirre Conc. Hisp. V. 112; *fragm.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 27 ed. Baluze l. c. I. 586, ed. Migne l. c. III. 1240; Collect. IV. decret. lib. 2. tit. 3 *de restitut. spoliat.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 632; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 13 *de restit. spol.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 268 (*ubi refertur ad* a. 1200); ap. Richter Corp. II. 279. — »Olim vobis dedisse.« <br> * *In eundem modum* Episcopo Palentino et abbati de Spina *pro restitutione Salamantinae diocesis detentae ab eodem episcopo Ovetensi.* |
| » 29 | » | (223) (Henrico) Bituricensi archiepiscopo, abbati S. Eparchii et decano Petragoricensi causam inter (Iohannem) episcopum et capitulum Engolismensis ecclesiae super canonicorum numero audiendam et iudicandam committit. iv kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 113. n° 214; Opp. ed. Migne I. 183. n° 214. — »Accedentes ad praesentiam.« |
| » 29 | » | (224) (Garrino) episcopo Ebroicensi et archidiacono Lexoviensi mandat, ut effectui mancipare curent propositum Radulphi de Rupetra militis, cui canonicos saeculares in capella sua de Rupetra instituere in animo sit. iv kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 112. n° 210; Opp. ed. Migne I. 181. n° 210. — »Dilectus filius nobilis.« |
| » 29 | » | (225) (Ricardo) regi Angliae in signum dilectionis et gratiae quatuor annulos aureos cum diversis lapidibus pretiosis mittit, »in quibus te volumus spiritualiter intelligere formam et numerum, materiam et colorem, ut mysterium potius quam donum attendas. .... Habes igitur in smaragdo quod credas, in saphiro quod speres, in granato quod diligas, in topatio quod exerceas«. iv kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 111. n° 206; Opp. ed. Migne I. 179. n° 206; Raynaldi Ann. ad a. 1198 § 52; ap. Baerwald Baumgart. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 164; *mendis maculata, sine nota chronol. et cum inscript.:* »Fridericus regi« ap. Martene Collect. II. 1171. — »Inter opes terrenas.« <br> * Ex epistola *Iohanni regi Angliae* inscripta et cum nostra ad verbum concordante quam Matthaeus Paris Hist. mai. ad a. 1207 (Lond. 1640. fol. 223) exhibet, Baluze autem int. Innoc. Ep. lib. X. n° 218 (II. 133) et Migne in eiusd. Opp. II. 1327 repetierunt, suspicio adfertur ad nos, illum scriptorem errasse; Innocentium enim duobus fratribus idem donum cum eisdem litteris misisse vix credibile est, ac praeterea Ricardi regis epistola, qua Innocentio pro dono d. 19. Aug. gratiam persolvit, in Reg. de negot. imper. (Innoc. Ep. ed. Baluze I. 688. n° 4; Opp. ed. Migne III. 1000. n° 4) legitur. |
| » 29 | » | (226) (Sanchonem VII) regem Navarrae rogat et hortatur, ut (Ricardo) regi Anglorum castella s. Iohannis de Pedeportus [St. Iean-Pied-du-Port] et Rochabrun [Roccabrune], quae b. m. (Sancho VI) pater eius in dotem cum (Berengaria) filia sua ipsi concesserat, ille autem detinebat, sine difficultate restituat. iv kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 112. n° 211; Opp. ed. Migne I. 182. n° 211; Aguirre Conc. Hisp. V. 110. — »Charissimus in Christo.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Mai. 30 | Romae ap. S. Petrum | (227) Priori et conventui Burguliensi concedit, ut ipsorum abbas possessiones ac bona monasterii nullatenus obligare possit. III kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 113. n° 212; Opp. ed. Migne I. 182. n° 212. — »Quanto per professionem.« |
| » 30 | » | (228) (Henrico) Bituricensi archiepiscopo mandat, ut contra I(ohannem) episcopum Engolismensem dilapidatorem Engolismensis ecclesiae inquirat. III kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 123. n° 231; Opp. ed. Migne I. 199. n° 231. — »Grave nobis est.« |
| » 30 | (») | (229) (Rainaldo) Lugdunensi archiepiscopo et abbati Athanacensi mandat, ut canonicos Matisconenses absolvant ab impetitione Valteri de Berziaco, si eis constiterit, praestariam quam obtinuit ab eo, per falsi suggestionem impetratam fuisse. III kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 117. n° 219; Opp. ed. Migne I. 190. n° 219. — »Dilecti filii canonici.« |
| » 30 | » | (230) Abbati de Alcobatia, F. Menendi et P. Exod. monachis Alcobatiae mandat, faciant ut prior monasterii de Arganil (Anarganil *al.*), quod fratres s. Crucis sub protectione sua nuper receperunt, Colimbriensi episcopo iura episcopalia exhibeat et matrix ecclesia cathedralis vocetur. III kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 119. n° 222; Opp. ed. Migne I. 192. n° 222; Aguirre Conc. Hisp. V. 111; *sine nota chronol. in* Collect. III. decret. Innoc. lib. 5. tit. 23 *de verbor. signific.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 598; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 40 *de verb. sign.* c. 22 ap. Boehmer Corp. II. 871; ap. Richter Corp. II. 882; *cf.* Manrique Ann. Cist. II. app. 4. — »Venerabili fratre nostro.« |
| » 30 | (») | (231) (Fridericum [† 1198. Apr. 16]) filium (Leopoldi, † 1194. Dec. 31) ducis Austriae monet et hortatur, ut R(icardo) regi Anglorum pecuniam quam eidem a crucis obsequio revertenti pater illius abstulerat, restituat et de iniuriis irrogatis satisfactionem congruam exhibeat. III kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 128. n° 242; Opp. ed. Migne I. 206. n° 241; Rymer Foedera I. I. 33. — »In eo sumus.« |
| » 30 | » | * (231a) Luciae abbatissae S. Trinitatis Pictaviensis bullam dirigit. III kal. Iun. ind. I. pont. a°. 1°. ‖ Gall. christ. II. 1306. *Dedit Chevalier.* |
| » 31 | (») | (232) Garnero priori Locheiensi concedit, ut terrarum quarundam firmam retinere possit, salva consueta pensione ipsi capitulo reddenda. II kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 128. n° 243; Opp. ed. Migne I. 207. n° 243. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 31 | » | (233) (Ludolfo) Magdeburgensi archiepiscopo mandat, moneat (Philippum) ducem Sueviae, ut R(icardo) regi Angliae de pecunia eidem per H(enricum VI) quondam imperatorem ablata satisfaciat. II kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 126. n° 236; Opp. ed. Migne I. 203. n° 236; Rymer Foedera I. I. 33. — »In eo sumus.« |
| » 31 | (») | (234) Abbati de Iugo Dei et priori de Scillin (*Decr. Greg.* Silla) mandat, moneant Dalmasium capellanum parochianorum de Villafranca, qui pro exequiis mortuorum et benedictione nubentium minus licite pecuniam ab eis exegit, ut a tanta praesumptione desistat et pro excessu competenter satisfaciat. II kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 118. n° 220; Opp. ed. Migne I. 191. n° 220; Collect. III. Innoc. decret. lib. 5. tit. 2 *de simon.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 572; *int.* Decr Greg. IX. lib. 5. tit. 3 *de simon.* c. 29 ap. Boehmer Corp. II. 722; ap. Richter Corp. II. 730; *cf.* Manrique l. c. III. 324. — »Suam nobis dilecti.« |
| » 31 | » | (235) (Ricardo) regi Angliae significat, se petitiones illas, quas sibi Lexoviensis episcopus et magister Garnerus nuntii eius ex parte regia obtulerint, promovere curavisse: »noveris nos (Friderico) duci Austriae nostris litteris iniunxisse, ut pecuniam, quam (Leopoldus) pater suus, dum redires ab obsequio Iesu Christi, pro redemptione tua violenter extorsit et in ultima voluntate per eundem filium suum tibi restituendam mandavit, sine difficultate restituere non omittat.« Etiam »scribimus (Ludolfo) Magdeburgensi archiepiscopo, ut (Philippum) ducem Sueviae moneat ad restituendam pecuniam, quam a te Henricus quondam imperator frater ipsius extorserat violenter, dum de transmarinis partibus remeares..... Insuper scribimus (Sanchoni) regi Navarrae, ut pecuniam et castella s. Iohannis de Pedeportus et Roccabruna, quae (Sancho) pater suus tibi cum (Berengaria) filia sua concessit in dotem, restituat..... Nos iuxta regiae petitionis instantiam propter has et alias necessitates quamplurimas, dispositis prius quae tam circa Urbem quam circa regnum Siciliae necnon et aliud ecclesiae patrimonium fuerint disponenda, licet multae nobis et magnae solicitudines ex diversis causis incumbant, si tamen ille nobis annuerit a quo speramus dirigi gressus nostros, partes vestras (ut tamen nos ad promissionis debitum non ligemus) nisi aliud impedimentum occurrat, intendimus visitare, ut super his et aliis, quae toti christianitati credimus profutura, deliberatione provida procedamus. Illud autem serenitatem regiam nolumus ignorare, quod quantumcunque nobis molestum existeret Philippum regem Franciae ac te ipsum in aliquo molestare, non poterimus aliquatenus sustinere, quin vos ad pacem ineundam pariter et servandam per districtionem ecclesiasticam compellamus.« II kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 121. n° 230; Opp. ed. Migne I. 196. n° 230; Bouquet Rec. XIX. 359; Rymer Foed. I. I. 32; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1198 § 50. — »Ecclesiam suam quam.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| (Mai. 12-31) | (Romae ap. S. Petrum) | (236) Bracharensi archiepiscopo et abbati de Burio mandat, ut causam ratione decimarum inter ecclesiam s. Christinae de Longos et hospitalarios disceptent. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 113. n° 213; Opp. ed. Migne I. 182. n° 213; Aguirre Conc. Hisp. V. 111. — »Ex conquestione dilecti.« |
| (Mai. 15-31) | (») | (237) (Michaeli) archiepiscopo et archidiacono Senonensibus mandat, ut M. presbyterum de Stabulis, qui casu puerum occiderat, absolvant et beneficii, quod adeptus fuit, possessionem ei asserant. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 105. n° 190; Opp. ed. Migne I. 169. n° 190; Collect. I. decr. Innoc. tit. 34. ap. Baluze l. c. I. 593, ap. Migne l. c. III. 1252. — »Exposuit nobis dilectus.« |
| (») | » | (238) (Garnero) Trecensi episcopo indulget, ut plura beneficia habentes resignare cogat, et clericos suos, quando publica salus postulet, ad maiores ordines suscipiendos compellere queat. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 105. n° 191; Opp. ed. Migne I. 169. n° 191. — »Iniuncti nobis officii.« |
| (») | (») | (239) (Michaeli) Senonensi archiepiscopo et (Garnero) episcopo Trecensi mandat, ut antiquos canonicos Trecenses iunioribus, et iuniores antiquis coaequent in perceptione fructuum tam praebendarum quam vinearum secundum consuetudinem hucusque servatam vel rationabilem institutionem deinceps observandam. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 105. n° 192; Opp. ed. Migne I. 170. n° 192; Collect. III. decret. lib. 1 tit. 1 *de constit.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 424; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 2 *de constit.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 6; ap. Richter Corp. II. 9. — »Cum omnes unum.« |
| (») | » | (240) Compositionem inter (Garnerum) Trecensem episcopum ex una parte et Alesmum abbatem Calmontensem, Robertum et Gervasium canonicos Praemonstratenses nomine abbatis et totius conventus Praemonstratensis apud ecclesiam Romanam agentes ex altera super abbatia Belliloci ordinanda factam confirmat. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 106. n° 193; Opp. ed. Migne I. 171. n° 193. — »Iustis petentium desideriis.« |
| (») | » | (241) Abbati et conventui Cariloci mandat, ut officium sacerdotis exequi liceat cuidam monacho, qui se ad nigros monachos transferens ad sacerdotii ordinem in habitu nigro promotus fuerat. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 124. n° 232; Opp. ed. Migne I. 200. n° 232; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 9 *de tempor. ordin.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 454; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 11 *de temp. ordin.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 103; ap. Richter Corp. II. 116. — »Ex parte vestra.« |
| (Mai.) | » | (242) Conventionem inter (Gerardum) abbatem et conventum Virziliacensem ex una parte et Petrum comitem Nivernensem et Agnetem uxorem ipsius ex altera mediante Philippo rege Francorum factam super obligatione quarundam procurationum confirmat. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 77. n° 141; Opp. ed. Migne I. 125. n° 141; Bouquet Rec. XIX. 354. — »Cum a nobis.« *Cf.* Achery Spicileg. III. 529 et 183 sqq. |
| (») | » | (243) (Michaeli) Senonensi archiepiscopo, (Galtherio) Eduensi, (Garnerio) Lingonensi, (Hugoni) Autissiodorensi et (Galtero) Nivernensi episcopis praecipit, ut P(etrum) comitem Nivernensem et Agnetem uxorem eius per excommunicationis et interdicti sententiam cogant ad observationem conventionis inter eosdem et Girardum abbatem conventumque Virziliacensem super procurationibus a Virziliacensi coenobio exigendis factae. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 78. n° 142; Opp. ed. Migne I. 125. n° 142. — »Vestra novit universitas.« |
| Iun. 1 | » | (244) (Willelmo) Lexoviensi episcopo concedit, ne coram iudicibus Rothomagensibus ex apostolica delegatione ad petitionem partis adversae commissis respondere teneatur. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 121. n° 229; Opp. ed. Migne I. 196. n° 229. — »Cum a nobis.« |
| | | * *In eundem modum* (Walterio) Rothomagensi episcopo. |
| » 1 | (») | (245) Eidem significat, se tantum illam indulgentiam »quam Rothomagensis archiepiscopus per provinciam suam de innovatis post appellationem, appellatione remota facultatem cognoscendi habebat«, et non alias revocare. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 128. n° 241; Opp. ed. Migne I. 206. n° 241. — »Cum occasione illius.« |
| » 1 | » | (246) Everardo (Eduardo *Fej.*) Nitriensi episcopo concedit, ut bona ecclesiae Nitriensi oblata retineat et de praediis, quae propriis laboribus excolit, decimas non persolvat. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 126. n° 238; Opp. ed. Migne I. 204. n° 238; Katona Hist. crit. IV. 523; Fejér Cod. dipl. II. 341. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 1 | » | (247) Abbati Ungiacensi indulget, ut in causis, quae non sint criminales, fratres et canonicos ecclesiae suae inducere possit, ut perhibeant testimonium veritati. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 124. n° 233; Opp. ed. Migne I. 201. n° 233. — »Tunc libentius postulata.« |
| » 1 | (») | (248) (Galtherio) Eduensi episcopo et abbatibus Ungiacensi et S. Margaritae mandat, ut ad s. Iohannis Eduensis abbatiam accedant et corrigant quaecumque circa spiritualia ac temporalia viderint corrigenda. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 124. n° 234; Opp. ed. Migne I. 201. n° 234. — »Licet bonae memoriae.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Iun 1 | (Romae ap. S. Petrum) | (249) (Carsiae) episcopo et canonicis Oscensibus praecipit, ut G. sacristam Oscensem apud sedem apostolicam constitutum, qui per surreptionem falsas pontificis litteras obtinuit, ab officio sacristae amoveant aliumque in ipsa instituant. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 136. n° 262; Opp. ed. Migne I. 221. n° 262; Aguirre Conc. Hisp. V. 114. — »Mille nocendi modos.« |
| » 1 | (») | (250) (Walterio) Rothomagensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut sententias a Lexoviensi episcopo in ipsius subditos canonice promulgandas servent et a suis subditis servari faciant; tum eidem archiepiscopo praecipit, ut, si quis de iniusta excommunicatione conquestus fuerit, eum ab episcopo absolvendum remittat; et si is denegaverit, archiepiscopus ipse absolvat. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 121. n° 228; Opp. ed. Migne I. 195. n° 228; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 21 *de offic. iud. ord.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 464; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 31 *de offic. iud.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 171; ap. Richter Corp. II. 182; La Roque Hist. généal. de la maison d'Harcourt IV. 1552; Bessin Concil. Rothomag. provinc. I. 101. — »Ad reprimendam malitiam.« |
| » 1 | » | (251) Abbati et canonicis S. Rionis de Insula (Karoennes) villam Buron cum pertinentiis, decimas molendinorum de Castro Audronii fullonicorum *etc.* confirmat. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Geslin Evêchés de Bretagne IV. 12. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 1 | » | R. et R. archidiaconis Baiocensibus: »Kal. Iun. a° 1°.« Bessin Conc. Rothom. 525, *vid.* 1198. Mai. 28. n° 221. |
| » 2 | » | (252) (Galtero) Nivernensi (Murnens. *Decret.*) episcopo et S. Benigni Divionensis ac Theoloci abbatibus causam (Galtherii) episcopi Eduensis contra abbatem de Buxeria (Bruxeria *al.* Brusia *al.*) super testamento et bonis archipresbyteri de Alerio, quem abbas monachum fuisse aiebat, episcopus vero mentis non compotem, committit. IV non. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 130. n° 247; Opp. ed. Migne I. 210. n° 247; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 20 *de success. ab intest.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 534; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 27 *de succ. ab int.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 509; ap. Richter Corp. II. 527. — »Cum dilectus filius.« |
| » 3 | » | (253) (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo, (Hugoni) Lincolniensi et (Iohanni) Wigorniensi episcopis et abbati de Theoches praecipit, ut amotis a Conventrensi monasterio saecularibus clericis qui in eo fuerint per Cestrensem episcopum instituti, monasticum ibidem ordinem reforment. III non. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 129. n° 245; Opp. ed. Migne I. 208. n° 245. — »Sicut ea quae.« |
| » 3 | » | (254) Walterum archiepiscopum Rothomagensem et ecclesiam regimini eius commissam sub b. Petri protectione suscipit eumque monet, ut audacter sua iurisdictione utatur et Philippi Francorum et R(icardi) Angliae regum minas non pertimescat pontificis auxilio confisus. III non. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 136. n° 260; Opp. ed. Migne I. 219. n° 260; Rymer Foedera I. I. 33; Mansi Conc. XXII. 697; Bouquet Rec. XIX. 361; Bonnin Cartul. de Louviers. Doc. I. 122. — »Anxietate cordis et.« |
| » 3 | » | (255) Decano Ulixbonensi, priori et P. Frodiz monacho de Alcobatia mandat, ut privilegium, quod M. episcopus Colimbriensis monasterio s. Crucis in suae ecclesiae praeiudicium et gravamen indulsit, si ipsum redundare viderint, revocent. III non. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 119. n° 224; Opp. ed. Migne I. 193. n° 224; Aguirre Conc. Hisp. V. 111. — »Innotuit nobis venerabili.« |
| » 4 | (») | (256) (Iobo) Strigoniensi archiepiscopo tam privilegia ecclesiae ei commissae canonice a suis praedecessoribus concessa, quam etiam indulgentias salvis Romanae ecclesiae privilegiis confirmat. II non. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 133. n° 251; Opp. ed. Migne I. 215; Katona Hist. crit. IV. 502; Fejér Cod. dipl. II. 323. — »Quia te tamquam.« |
| » 4 | » | (257) Episcopo et archidiacono Zamorensibus et Didaco priori de Morerola mandat, ut disceptent controversiam inter Legionensem ecclesiam et monasterium s. Facundi super ecclesiis de Burgo et Cauto existentem. II non. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 133. n° 253; Opp. ed. Migne I. 216. n° 253; Aguirre Conc. Hisp. V. 113. — »Ex parte Legionensis.« |
| » 5 | » | (258) (Heliae) Burdegalensi archiepiscopo, S. Eparchii et Nantoliensi abbatibus causam P. Engolismensis archidiaconi contra Ar. de Mairinac eius competitorem audiendam et appellatione remota terminandam committit. Non. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 129. n° 246; Opp. ed. Migne I. 209. n° 246. — »Conquestus est coram.« |
| » 5 | » | (259) Neocastrensi episcopo indulget, ut quod a praedecessoribus eius usque ad praesens in praeiudicium Neocastrensis ecclesiae minus legitime alienatum sit, ad ius ipsius legitime revocet. Non. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 133. n° 250; Opp. ed. Migne I. 214. n° 250. — »Significasti nobis per.« |
| » 6 | » | (260) Alfonso Auriensi episcopo, qui sex praebendarum proventus conferre duodecim portionariis statuerat, qui debeant in ecclesia ad supplendum aliorum defectum con- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| | | tinue residere, hanc institutionem confirmat. VIII (VII *Ag.*) id. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 134. n° 254; Opp. ed. Migne I. 216. n° 254; Aguirre Conc. Hisp. V. 113. — »Quae ad ampliandum.« |
| Iun. 6 | Romae ap. S. Petrum | (261) (Iohanni) episcopo et capitulo Engolismensis ecclesiae indulget, ut canonici non residentes infringere nequeant quae eis absentibus recte statuta fuerint. VIII id. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 128. n° 244; Opp. ed. Migne I. 208. n° 244. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 6 | » | (262) Abbati S. Eucarii, decano et I. canonico Treverensibus causam litigantium super praebenda s. Mariae Magdalenae in Verduno committit. VIII id. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 131. n° 248; Opp. ed. Migne I. 212. n° 248. — »Cum P. diaconus.« |
| » 6 | » | (263) Fratri Rainerio mandat, moneat et inducat et, si opus fuerit, per excommunicationis et interdicti sententias compellat S(anchonem) regem Portugalensem et (Alfonsum) regem Castellae eorumque homines, ut pacem adinvicem habeant et observent, sicut inter eos appareat per instrumentum publicum convenisse. VIII id. Iun. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 132. n° 249; Opp. ed. Migne I. 214. n° 249; Aguirre Conc. Hisp. V. 113. — »Referente dilecto filio.«<br>* Regi Portugalensi *scriptum est super hoc.* |
» 18 | » | (372) Eidem concedit et praecipit, ut ea quae a temporibus Ric(ardi) et Bald(uini) antecessorum suorum circa res et possessiones atque patrimonium Cantuariensis ecclesiae et mensam archiepiscopalem illicite alienata repererit, per censuram ecclesiasticam mediante iustitia revocet. XIV kal. Oct. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 220. nº 370; Opp. ed. Migne I. 352. nº 370. — »Cum a nobis.«

» 18 | » | (373) Comiti de Mauritania mandat, ut, cum I. Lethglennensis episcopus consecratus a pontifice ad gerendam ecclesiae suae solicitudinem revertatur, non impediat nec faciat vel patiatur ab aliis impediri, quominus administrationem eiusdem ecclesiae tam in spiritualibus quam temporalibus exequatur; immo Ha. de Valon. ministerialem suum compellat, ut quae vel ecclesiae vel canonicis Lethglennensibus abstulit, restituat universa. XIV kal. Oct. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 215. nº 367; Opp. ed. Migne I. 345. nº 367. — »Quod contra Deum.«

» •21 | » | (374) Hominibus S. Agathes antiquas consuetudines hactenus obvervatas confirmat. XI kal. Oct. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 215. nº 365; Opp. ed. Migne I. 344. nº 365. — »Cum a nobis.«

» 21 | » | (375) Capitulo, clero et populo tam civitatis quam diocesis Lethglennensis electionem I. tunc Rossevallensis abbatis in episcopum confirmat eisque praecipit, ut illum tanquam pastorem animarum suarum honorent ipsius statuta et mandata inviolabiliter servaturi. XI kal. Oct. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 215. nº 366; Opp. ed. Migne I. 344. nº 366. — »Ex litteris venerabilium.«

» 22 | » | (376) Absaloni Lundensi archiepiscopo castrum de Hasii (*i. e.* Hafnense), quod Waldemarus olim rex Daciae ei contulerat »et tu tali conditione interposita Roskildensi ecclesiae dedisti, ut ipsum debeas quoad vixeris detinere,« cum omnibus pertinentiis confirmat. X kal. Oct. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 221. nº 372; Opp. ed. Migne I. 353. nº 372; Nielsen Kjøbenhavns diplom. I. 4. — »Fratres et coepiscopos.«

» 23 | » | (377) (Philippo) Mediolanensi archiepiscopo scribit multa verba de cancellaria Mediolanensis ecclesiae, quam archiepiscopus dictus Henrico de Lamp(ugnano?) concesserat, licet papa, ad quem donatio illius ultra annum vacantis secundum Lateranensis concilii statuta erat devoluta, ei mandavisset, ut eandem Henrico de Settara subdiacono suo Mediolanensis ecclesiae canonico conferret. IX (kal.) Oct. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. lib. 1. nº 368 ed. Baluze I. 216; Opp. ed. Migne I. 346; *fragmenta mai. in* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 10 *ut eccles. benef.* c. 1 *et* Coll. IV. lib. 1. tit. 11 *de off. archid.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| | | 526, 624; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 12 *ut eccles. benef.* c. 1, lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 56, lib. 1. tit. 23 *de off. archid.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 471 (*adscripta* a° 1198), 401 (a° 1212), 135 (a° 1198); ap. Richter Corp. II. 491, 418, 146. — »Ut nostrum prodeat.« |
| Sept 26 | Perusii | (378) (Olao) Upsalensi electo (archiepiscopo) pallium transmittit. vi kal. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 221. n° 374; Opp. ed. Migne I. 354. n° 374; Liljegren Diplomatar. Suecan. I. 129. n° 106; *cf.* Celse Appar. 47. n° 2; Porthan Bullar. access. 1. n° 2. — »Receptis tam dilectorum.« |
| » 26 | » | (379) Petro Arusiensi episcopo, qui de bonis patrimonialibus et aliis, quae rationabiliter acquisiverat, sex praebendas canonicis assignavit, hoc statutum confirmat. vi kal. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 221. n° 373; Opp. ed. Migne I. 354. n° 373; *cf.* Porthan l. c. 1. n° 1. — »Officii nostri debitum.« |
| (Sept.) | ( » ) | (380) (Ricardo) regi Anglorum respondet ad litteras, quas ille a pontifice interrogatus super negotio Cantuariensis ecclesiae, praesertim de capella in Lamhee [Lambeth] Romam destinaverat. *Sine die, mense et loco.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 207. n° 357; Opp. ed. Migne I. 332. n° 357; Epistolae Cantuar. 551. — »Litteras quas nobis.« |
| Oct. 2 | Tuderti | (381) Iohanni potestati et populo Perusinis significat, se civitatem Perusinam cum pertinentiis suis protegendam suscipere. vi non. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 222. n° 375; Opp. ed. Migne I. 355. n° 375; Cocquelines Bullar. III. 74. n° 12; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 129. — »Apostolica sedes quae.« |
| » 3 | » | (382) Praelatis et clericis Lombardiae, qui more saecularium super decima litis vel parte alia pro diversa terrarum consuetudine praeter expensas victualium cum litigantibus, receptis pignoribus pro salario, conveniebant, quae postmodum usque ad solutionem pecuniae detinebant, praecipit ut ab huiusmodi exactionibus de cetero abstinentes vigorem iudiciarium gratis litigantibus impertiantur. v non. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 222. n° 376; Opp. ed. Migne I. 356. n° 376; *absque signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 29 ed. Baluze I. 587, ed. Migne III. 1241; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 1 *de vita et honest. cler.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 513; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 1 *de vit. et hon. cl.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 417 (*ubi tribuitur* a° 1210); ap. Richter Corp. II. 435. — »Cum ab omni.« |
| » 4 | » | (383) Nobili viro Spalagran. concedit, ut in aliquo monasterio ordinis s. Benedicti Domino possit militare. iv non. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 224. n° 379; Opp. ed. Migne I. 359. n° 379. — »Ex tua confessione.« |
| » 5 | Ameliae | (384) Narniensi (Marinensi *al.*) episcopo committit diiudicandam causam inter abbatem de Ferentillo (Ferentino *al.*) et nobiles O. et A. dominos de Arton, qui manu armata et cum exercitu ad castra monasterii Ferentilli et Gab. venientes in praedis animalium, homicidiis perpetratis et damnis aliis usque ad 500 libras Lucens. damnificare dictum coenobium praesumpserant. iii non. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 223. n° 377; Opp. ed. Migne I. 356. n° 377; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 27 ed. Baluze l. c. I. 586, ed. Migne l. c. III. 1240; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 4 *de ordine condic.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 477; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 10 *de ord. cognit.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 251 *(ubi ad* a. 1206 *refertur)*; ap. Richter Corp. II. 263. — »Cum *(omittit Collect. I.)* dilectus filius.« |
| » 6 | ap. Civitatem Castellanam | (385) (Eirico) Nidrosiensi archiepiscopo praecipit, ut Bergensem episcopum suffraganeum suum, qui contra C(oelestini) pp. praedecessoris mandatum et contra ipsius etiam interdictum castra Sueri regis Norwagiae sacrilegi et apostatae sequi non dubitet celebrans excommunicato divina et in eius praesentia universa exercens ecclesiastica sacramenta, ab officio beneficioque suspendat nec prius sententiam suspensionis relaxet, quam apostolicae sedis conspectui se praesentarit. ii non. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 227. n° 384; Opp. ed. Migne I. 363. n° 384; Pontoppidan Annal. eccles. Dan. I. 495; Lange Dipl. Norveg. VI. i. 9. — »Examinatam tue fidei.« |
| » 6 | » | (386) Eidem archiepiscopo, universis episcopis et aliis ecclesiarum praelatis in Norwagia constitutis in fidelium communione manentibus mandat, ut universum Norwagiae populum moneant, ne Suerum, cuius tyrannica crudelitas et violentia detestanda in ipsos et totum regnum praevaleat, ulterius sequi praesumant aut ei praestare auxilium vel favorem; alioquin universos sequaces ipsius excommunicationis nuncient sententia innodatos et fautoribus eius decedentibus sepulturam ecclesiasticam denegent. ii non. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 226. n° 382; Opp. ed. Migne I. 362. n° 382; Pontoppidan Ann. eccl. Dan. I. 493; Lange Dipl. Norveg. VI. i. 10; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1198 § 71. — »In uestrorum et.« |
| » 6 | » | (387) (Canutum) regem Danorum hortatur, ut, cum in toto regno Norwagiae tyrannica Sueri crudelitas et violentia detestanda praevaleat, ad defendendas ecclesias, clericos in sua libertate tuendos, liberandos pauperes et potentes de manu persecutoris praefati »immo etiam ad deiciendum monstrum illud quod hiis solis parcit quibus nocere non potest,« accingatur, persecutoribus tantae iniquitatis assistat et resistat sequacibus |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| | | »ita quod membrum illud diaboli non possit in regno Norwagiae denuo debacchari.« II non. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 226. n° 383; Opp. ed. Migne I. 363. n° 383 *et* IV. 36. n° 11; Pontoppidan Annal. eccles. Dan. I. 494; Liljegren Diplom. Svecan. I. 130. n° 107; *fragm.* ap. Celse Appar. 48. n° 4; Lange l. c. 11. — »Tam cleri quam.« |
| | | * *In eundem modum eodemque die* Regem Suetiae: Vastovius Vitis aquil. 165; |
| | | » » » » » Comitem Suetiae. |
| Oct. 8 | ap. Civitatem Castellanam | (388) Episcopo Lincolniensi et decano de Huntedon mandat, ut celebrent divortium inter G. Anglicum et mulierem quandam, cum processerit inter eos cognatio spiritualis. VIII id. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 225. n° 380; Opp. ed. Migne I. 360. n° 380; *sine nota chronol.* Collect. III. decret. lib. 4. tit. 8 *de cogn. spirit.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 561; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 4. tit. 11 *de cogn. spirit.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 661; ap. Richter Corp. II. 670. — »Veniens ad presentiam (Veniens ad apostolicam« *Decret.*). |
| » 9 | » | (389) (Adelardo) Veronensi episcopo S. Rom. ecclesiae cardinali consulenti, quid faciendum sit de V. ecclesiae de Nigrario clerico, qui praeter alia enormia facinora propriis manibus archipresbyterum interemit et in frusta concidere non-expavit, respondet, »quod praefatum V. clericum ab omni beneficio ecclesiastico per te fieri volumus alienum, ipsumque nihilominus excommunicatum publice nuncies et facias tam diu ab omnibus evitari, donec cum tuarum testimonio litterarum nostro se conspectui repraesentet puniendus.« VII id. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 227. n° 385; Opp. ed. Migne I. 364. n° 385. — »Sicut ex tuarum.« |
| » 10 | » | (390) (Eirico) Nidrosiensi (Strigoniensi *Decret.*) archiepiscopo »utrum altare in quo excommunicatus divina celebrare praesumpsit, reconsecrari debeat, et an sit communicandum excommunicato, qui quod staret mandato ecclesiae iuratoriam praestitit cautionem, sed nondum absolutionis beneficium est adeptus,« et alia quaerenti respondet. VI id. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. lib. 1. n° 381 ed. Baluze I. 225; Opp. ed. Migne I. 360; Lange Dipl. Norveg. VI. I. 12; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 31 *et* 34 ed. Baluze I. c. I. 589 *et* 593, ed. Migne l. c. III. 1244 et 1251; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 31 *de consecr. eccl.* c. 2. *et* lib. 5. tit. 21 *de sent. excomm.* c. 9 *et* lib. 5. tit. 19 *de poenis* c. 1 *et* lib. 1. tit. 8 *de renunt.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 548. 594. 591. 450; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 40 *de consecr. eccl.* c. 3 (*ap. Boehmer ad a.* 1206), lib. 5. tit. 39 *de sent. excomm.* c. 30, lib. 5. tit. 37 *de poenis* c. 5 *et* lib. 1. tit. 9 *de renunt.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 595. 852. 833. 89; ap. Richter Corp. II. 608. 865. 845. 102. — »Quod in dubiis.« |
| » 12 | » | (391) Henrico Leonardo et Marco Mauricen. civibus Venetis praecipit, ut severius quoddam contra Andream Mengun. iurisconsultum editum mandatum revocent. IV. id. Oct. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 229. n° 387; Opp. ed. Migne I. 367. n° 387; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 15 *de iureiur.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 494; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *de iureiur.* c. 16 ap. Boehmer l. c. 339; Richter l. c. 352. — »Veniens ad praesentiam.« |
| » 16 | Romae ap. S. Petrum | (392) R(ofredum) tit. SS. Marcellini et Petri presbyterum cardinalem monasterii Cassinensis abbatem, qui non evaserat scandalum illud, »per quod Cassinensis ecclesia in observantiis regularibus adeo inferior praedicatur, ut quae mater religionis extiterat et magistra, vix filia sive discipula iam meruerit appellari,« rogat et exhortatur, ut et suos fluxos mores et coenobii sui corrigat. XVII kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 228. n° 386; Opp. ed. Migne I. 365. n° 386; *fragm. in* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1198 § 46, 47. — »Tacti sumus dolore.« |
| » 17 | » | (393) Monasterium s. Felicis de Amianis ord. s. Ben. patrocinandum suscipit eiusque bona singillatim recensita confirmat. XVI kal. Nov. indict. II. incarn. dom. a° (1199, *sed legas*) 1198. pont. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. IV. 330 (*ubi falso* a° 1199. Nov. 16 *tribuitur*). — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 20 | Laterani | (394) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et universis ecclesiarum praelatis in Sicilia constitutis praecipit, ut Octavianum Hostiensem episcopum sedis apostolicae legatum in regnum Siciliae destinatum devote suscipiant et quae inter eos corrigenda duxerit vel statuenda, inviolabiliter observent. XIII kal. Nov. a° 1°. ‖ Alex. di Meo Annali crit.-diplom. del regno di Napoli *ibid.* 1795 ff. XI. 123; Huillard-Bréholle Hist. dipl. Fred. I. 16; *absque nota chronol.* Innoc. Ep. ed. Baluze I. 244. n° 413; Opp. ed. Migne I. 390. n° 413. — »Persecutionis olim olla.« |
| | | * *In eundem modum* Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et universis ecclesiarum praelatis per regnum Siciliae citra Farum constitutis. |
| » 20 | » | (395) Episcopo Roffensi, archidiacono Bathoniensi et magistro W. de S. Fide canonico Wellensi mandat, ut disceptent causam inter magistrum Philippum de Ludelewe ex una parte, Robertum et Vincentium clericos ex altera super ecclesia de Streton vertentem et iam antea abbati S. Crucis de Waltham, magistro Simoni de Swelle et abbati de Straford commissam. XIII kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 236. n° 404; Opp. ed. Migne I. 381. n° 405; *fragm.* Collect. IV. decret. lib. 5. tit. 8 *de crim. falsi* c. |

**1198.**

2 (episcopo Iun.) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 683; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 20 *de crim. falsi* c. 9. ap. Boehmer Corp. II. 785; ap. Richter Corp. II. 792. — »Ex continentia (conscientia *Coll. IV.*) litterarum.«

Oct. 21 — Laterani — (396) (Raynerio) episcopo civitatis Castellanae rationem inter ipsum et monasterium Falarense Cisterc. ord. circa sepulturam defunctorum observandam praescribit. xii kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 232. n° 394; Opp. ed. Migne I. 372. n° 394. — »Honestatem Cisterciensis ordinis.«

* *In eundem modum* Abbati et conventui Falarensibus.

» 21 — » — (397) Strigoniensi et Colocensi archiepiscopis et suffraganeis eorum mandat, ut statum ecclesiarum in regno Ungariae ad antiquam studentes omnimodis reducere libertatem eos, quos temerarios violatores earum esse ipsis constiterit, illius rigore sententiae compescant, quem secundum canonum instituta in talibus viderint praesumptoribus adhibendum. xii kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 229. n° 388; Opp. ed. Migne I. 368. n° 388; Katona Hist. crit. IV. 528; Fejér Cod. dipl. II. 331. — »Malitia filiorum hominum.«

* *Scriptum est* (Emmerico) regi Ungariae, *ut in his quae pro libertate ecclesiae praedicti archiepiscopi et episcopi duxerint statuenda, suum eis auxilium et consilium impendat.*

» 21 — » — (398) Magistro Apollinari clerico archiepiscopi Strigoniensis respondet ad quaestionem, »utrum ille qui iura alicuius ecclesiae servare ac pro posse defendere iuramento teneatur, si necessitate imminente sub debito iuramenti ad hoc fuerit requisitus et nolens hoc facere ad sedem apostolicam duxerit appellandum, periurii reatum incurrat.« xii kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 230. n° 389; Opp. ed. Migne I. 368. n° 389; Katona l. c. 503; Fejér l. c. 323; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 25 ed. Baluze l. c. I. 584, ed. Migne l. c. III. 1237; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 15 *de iureiur.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 494; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *de iurei.* c. 17 ap. Boehmer Corp. II. 339 (*ubi* a° 1206 *tribuitur*); ap. Richter Corp. II. 352. — »Brevi sedem apostolicam (a sede apost.« *Decret.*)

» 23[*]) — » — (399) (Opizzoni) episcopo, consulibus et populo Parmensibus scribit de pecunia quae P(etro) S. Mariae in via lata diacono cardinali sedis apostolicae legato, dum per Lombardiam iter faceret, fuit violenter ablata. Praecipit, ut Palavicinus et ceteri qui cum eo fuerunt perpetratae iniquitatis principales auctores, usque ad plenariam satisfactionem excommunicationis sententiae promulgatae in eos teneantur astricti. x kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 232. n° 393; Opp. ed. Migne I. 372. n° 393. — »Licet Romana ecclesia.«

» 27 — » — (400) (Bernardo) episcopo et S. Michaelis et S. Epiphanii praepositis Papiensibus committit, ut de bonis, numero canonicorum S. Iuventii Papiensis et de collatione canoniae in eadem ecclesia ad Bernardum canonicum inquirant. vi kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 237. n° 405; Opp. ed. Migne I. 382. n° 406. — »Accedentibus olim ad.«

» 28 — » — (401) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis in regno Franciae constitutis mandat, ut manifestos usurarios, eos maxime quos usuris publice renuntiasse constiterit, non obstante appellatione puniant. v kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 234. n° 399; Opp. ed. Migne I. 376. n° 399; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 26 ed. Baluze l. c. I. 584, ed. Migne l. c. III. 1237; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 10 *de usuris* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 580; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 19 *de usuris* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 779; ap. Richter Corp. II. 785. — »Quam perniciosum sit.«

» 30 — » — (402) Fratri Rainerio concedit, ut ecclesias quas in locis, per quae transitum facit, inveniet a suo statu dilapsas, possit ad statum congruum revocare. iii kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 233. n° 395; Opp. ed. Migne I. 373. n° 395; Aguirre Conc. Hisp. V. 117. — »Gratus tui nominis.«

» 30 — » — (403) Acerbum priorem et alios rectores Thusciae et ducatus monet et exhortatur, ut persistant in devotione ecclesiae Romanae; promittit eis favorem et protectionem. iii kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 235. n° 401; Opp. ed. Migne I. 377. n° 401; Gesta I-i § 11 ap. Baluze I. a. 4; *fragm. in* Collect. I. decret. Innoc. tit. 2 ed. Baluze l. c. I. 551; ed. Migne l. c. III. 1186. — »Sicut universitatis conditor.«

» 30 — » — (404) Aquensi archiepiscopo mandat, ut resignationem episcopi Foroiuliensis recipiat et alium idoneum episcopum eligi curet. iii kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 233. n° 396; Opp. ed. Migne I. 374. n° 396. — »Cum venerabilis frater.«

[*]) Oct. 23 — Remis — L. praeposito et capitulo Casletensis ecclesiae: »x kal. Nov. a° (1°. *sed legas*) 2°.« — »Iustae petitioni vestrae.« ‖ Miraei Opp. dipl. IV. 29, *ubi male adscribitur* Innocentio III; *etiam* Bréquigny Table chronol. IV. 240, *qui pro* Remis *legendum esse* Romae *opinatur, rectum non vidit. Hanc bullam* a° 1131. Oct. 23 Innocentius II *scripsit.*

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| (Iun.-Oct.) | — | (405) Octaviano Hostiensi episcopo vicario suo mandat commotus visione sacerdotis cuiusdam aetate longaevi, ut in ecclesia s. Petri Romana altaria ss. Philippi et Iacobi, Simonis et Iudae, b. Gregorii et s. Andreae »quae dissecrata dicuntur,« consecret. *Sine signo chron.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1198 § 19; Innoc. Ep. ed. Baluze I. 210. n° 359; Opp. ed. Migne I. 336; Bullar. Vatic. I. 79. — »Paucis diebus ante.« |
| Nov. 1 | Laterani | (406) (Iacobo) Reginensi archiepiscopo et (Iohanni) episcopo Cephaludensi inquisitionem et decisionem canonicam causae inter (Carum) Montis Regalis et Rossanensem archiepiscopos vertentis super quibusdam decimis committit. Kal. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 231. n° 392; Opp. ed. Migne I. 371. n° 392; *absque nota chronol.* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 18 *de off. & potest. iud. del.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 459; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 29 *de off. & pot. iud. del.* c. 22 ap. Boehmer Corp. II. 150; ap. Richter Corp. II. 160. — »Cum causa quae.« |
| » 4 | » | (407) R(aimundum) comitem Tolosanum hortatur, ut, Alphonsi quondam avi sui memoria inductus et in satisfactionem criminum quae hactenus commiserit, signum vivificae crucis assumat et ad partes transeat transmarinas, ubi funiculum hereditatis Christi et iura populi christiani defendat et impugnet barbariem paganorum. II non. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 233. n° 397; Opp. ed. Migne I. 374. n° 397; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 713; Bouquet Rec. XIX. 368. — »Cum in tantum.« |
| » 5 | » | (408) Fratri Fulconi concedit, ut sibi ad officium praedicationis fructuosius exsequendum in provincia Hierosolymitana coadiutores adiungat monachos aliquot tam nigros quam albos vel canonicos regulares. Non. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 234. n° 398; Opp. ed. Migne I. 375. n° 398; Bouquet l. c. XIX. 369. — »Salutiferum tuae doctrinae.« |
| » 7 | » | (409) (Hugoni) Sipontino archiepiscopo mandat, ut, si ecclesiam s. Nicolai de Regulis sufficientem et idoneam cognoscat ad canoniam regularem, Nicolao ecclesiae Troianae decano tribuat facultatem instituendi illam ecclesiam canoniam. VII id. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 235. n° 400; Opp. ed. Migne I. 376. n° 400. — »Cum ad ea.« |
| » 8 | » | (410) Episcopo et capitulo Aversanis, qui praecipiente papa ad obedientiam Neapolitani archiepiscopi redierant, sed etiam exoraverant, ut certus eis praefigatur terminus, quo adversus eundem archiepiscopum suam proponant actionem, mandat »ut in octavis resurrectionis dominicae proxime venturis nostro vos conspectui praesentetis iustitiam recepturi.« VI id. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 236. n° 402; Opp. ed. Migne I. 378. n° 402. — »Cum simus singulis.«<br>* *Scriptum est* (Anselmo) Neapolitano archiepiscopo, *ut tempore constituto accedat.* |
| » 10 | » | (411) Abbati et monachis Montis sacri statutum, quod papa ipse ad terminandam controversiam super libertate ac subiectione abbatiae dictae a multis retro temporibus inter ipsam et monasterium Calanense agitatam fecerat et utraque pars receperat, confirmat. IV id. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 250. n° 427; Opp. ed. Migne I. 401. n° 427. — »Cum super libertate.« |
| » 10 | » | * (412) Monasterii Altimontensis [Hautmont] patrocinium suscipit omnesque eius concessiones, libertates, iura ac privilegia a regibus Franciae *etc.* ei concessa confirmat. IV id. Nov. a° 1°. ‖ Devillers Descript. III. 121. n° 11. |
| » 12 | » | (413) Archipresbytero et clericis Burgensis ecclesiae, quae a iurisdictione Parmensis episcopi exempta erat propter excommunicationem, quam civitas Parmensis et cives eius ob violentam depraedationem P(etri) S. Mariae in via lata diaconi cardinalis incurrerant, praecipit ut, cum illa sententia relaxata sit, praefato episcopo de cetero consuetam obedientiam impendant. II id. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 236. n° 403; Opp. ed. Migne I. 378. n° 403; Aguirre Conc. Hisp. V. 118. — »Cum civitas Parmensis.« |
| » 12 | » | (414) Decano et capitulo B. Hilarii Pictavensis praecipit, ut Petro nepoti Aimerici de Partiniaco quondam canonici praebendam conferant. II id. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 246. n° 418; Opp. ed. Migne I. 394. n° 418. — »Si eam quae.« |
| » 13 | » | (415) Praeposito de Serand [Strand] et universis ecclesiarum praelatis in Utlandia constitutis praecipit, ut id quod a prima fidei plantatione super synodis celebrandis et corrigendis excessibus noscatur introductum, faciant observari. Faciant etiam, ut perniciosa consuetudo de satisfactione unius marcae, quantuscunque videatur excessus, et de matrimoniis, quae licet minus legitime contracta inter consanguineos dato pretio stare consueverunt episcopo renitente, penitus aboliantur. Id. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 247. n° 420; Opp. ed. Migne I. 396. n° 420. — »Nostris fuit auribus.« |
| » 13 | » | (416) Absaloni Lundensi archiepiscopo praecipit, faciat ut id quod a prima fidei plantatione super synodis celebrandis et corrigendis excessibus noscatur rationabiliter introductum et hactenus observatum, a praelatis (Utlandiae) inviolabiliter observetur. Id. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 248. n° 421; Opp. ed. Migne I. 398. n° 421; Liljegren Svenskt dipl. I. 131. n° 108. — »Nostris fuit auribus.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Nov. 13 | Laterani | (417) Eidem castrum de Hafn, quod Waldemarus olim rex Daciae ei contulerat, confirmat cum omnibus eius pertinentiis. Id. Nov. a° 1°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 73 *male ad* a. 1299; *cf.* Suhm Hist. af Danmark VIII. 429,709. — »Fratres et coepiscopos.« |
| » 13 | » | (418) Petro Arusiensi episcopo, qui de bonis patrimonialibus et aliis rationabiliter acquisitis sex praebendas statuit canonicis in ecclesia sua deservientibus assignandas, hoc statutum confirmat. Id. Nov. a° 1°. ‖ Langebek Script. rer. Dan. VI. 388; I-i Opp. ed. Migne IV. 37. — »Officii nostri debitum.« |
| » 13 | » | (419) An(selmo) Neapolitano archiepiscopo concedit, ut pro ecclesiae suae debitis persolvendis de ipsius ecclesiae possessionibus minus utilibus vendat. Id. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 245. n° 417; Opp. ed. Migne I. 393. n° 417. — »Sicut nostris est.« |
| » 13 | » | (420) Eidem (Archiepiscopo et capitulo Lundonensi *Collect. III.*) concedit, ut superfluitatem stipendiorum in ecclesia sua ad moderamen reducat, non plus de redditibus ecclesiasticis Iobanni filio comitis Aliernensis (Avernensis comitissae *al.*) clerico — qui ultra viginti ecclesias in civitate Neapolitana et in maiori ecclesia beneficium maximum obtinebat — »dimittens quam apud unum de plus habentibus noscitur residere, aliis omnibus beneficiis personis idoneis conferendis, quae, cum officiis divinis inserviant, nondum adeptae sunt stipendia clericorum«. Id. Nov. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 244. n° 414; Opp. ed. Migne I. 392. n° 414; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 5 *de praebendis* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 516. — »Cum secundum doctrinam.« |
| » 14 | » | (421) Eidem intimat, »quod in manifestis et notoriis ratione iuramenti quasi per extorsionem praestiti non credimus te teneri servare subtilitatem (solennitatem *Coll. III.*) ordinis iudiciarii, quam in his non servari per omnia ipsa quoque iuris ratio postulat et requirit«. xviii kal. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 245. n° 415; Opp. ed. Migne I. 392. n° 415; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 20 ed. Baluze l. c. I. 578, ed. Migne l. c. III. 1227; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 15 *de iurei.* c. 7. *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 496; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *de iurei.* c. 21 ap. Boehmer Corp. II. 342; ap. Richter Corp. II. 354. — »Ad nostram noveris.« |
| » 15 | » | (422) Abbatibus, abbatissis et aliis ecclesiarum praelatis ecclesiae Neapolitanae subiectis mandat, ne bona ecclesiarum, nisi necessitas vel utilitas exegerit manifesta et sine licentia Neapolitani archiepiscopi, alienent. xvii kal. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 245. n° 416; Opp. ed. Migne I. 393. n° 416. — »Cum sacris canonibus.« |
| » 16 | » | (423) S. praeposito de Strand praeposituram sitam in locis qui vulgariter appellantur Strand et Ford eique a W(aldemaro) episcopo Slethvicensi (*i. e.* Slesvicensi) concessam confirmat. xvi kal. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 249. n° 423; Opp. ed. Migne I. 399. n° 423. — »Cum a nobis.« |
| » 16 | » | (424) A(bsaloni) archiepiscopo et capitulo Lundensi (Lundiniensi *Coll. III.*, Lugdunensi *Decr. Greg.*) mandat, faciant ut donationes eorum, quae sub obtentu consuetudinis claustris, ecclesiis vel quibuslibet locis religiosis conferuntur vel sunt collatae, irrevocabiliter observentur. xvi kal. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. lib. 1. n° 422 ed. Baluze I. 248; Opp. ed. Migne l. 398; Liljegren Svenskt dipl. I. 133. n° 109; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 3 *de consuetud.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 429; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 4 *de consuet.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 29 (*relata ad* a. 1199); ap. Richter Corp. II. 35. — »Ex litteris quas.« |
| » 19 | » | (425) (Ubaldo) Pisano archiepiscopo, episcopo Urbinati, Camaldulensi et S. Fridiani prioribus mandat, faciant ut ex pecunia in Terrae sanctae subsidium congregata militibus et aliis cruce signatis stipendia ministrentur, ea autem a coepiscopis et praelatis non propriis usibus applicetur. xiii (xii *Mittar.*) kal. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 241. n° 409; Opp. ed. Migne I. 386. n° 409; Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 217. — »Cum ad exhortandos.« |
| » 19 | » | (426) Constanciae imperatrici reginae Siciliae ac (Friderico) regi Siciliae explicat, »ne ulla de cetero inter nos et successores nostros ac vos et heredes vestros super electionibus dissensio suscitetur,« modum faciendae in posterum electionis: »in quibus sic in multis regiae serenitati deferimus, ut libertatem ecclesiasticam non laedamus.« *Sine die et mense. (Secundum* Chioccarelli Indice Mss. 39. *data* xiii kal. Dec. a° 1°). ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 242. n° 411; Opp. ed. Migne I. 388. n° 411; Cocquelines Bullar. III. 74. n° 13; Pirrus Sicil. sacra I. cvi; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 19; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 130. — »Nec novum nec.« |
| ( » 19) | (») | (427) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis et universo clero in Sicilia constitutis de superiore ad Constanciam imperatricem epistola significat. Praecipit eis, ut, cum aliquam ecclesiam eorum pastore vacare contigerit, secundum praescriptam electionis formam procedant. *Sine die, mense et loco.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 243. n° 412; Opp. ed. Migne I. 389. n° 412; Cocquelines l. c. 75; Bullar. R. l. c. 131. — »Si carissimae in.« <br> * *In eundem modum* Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et universo clero in Apulia constitutis. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Nov. 20 | Laterani | (428) Magistrum et fratres hospitalis Hierosolymitani monet, ut Almarico regi Cypri, si quando necesse fuerit, ad defensionem regni Cypri libenter et efficaciter auxilium impendant. xii kal. Dec. aº 1º. ‖ Pauli Cod. dipl. I. 270. nº 3. — »In afflictione terrae.« *Cf.* 1198. Dec. 2. nº 444. |
| » 20 | » | (429) Ricardo regi Anglorum significat, se nuper, nuntiis (Huberti) archiepiscopi et monachorum Cantuariensium in praesentia sua constitutis, in facto capellae de Lamhee processisse »sicut nobis fuit divinitus revelatum et litterae quas eidem archiepiscopo et Cantuariensis ecclesiae suffraganeis destinamus, continent evidenter.« Eum rogat ut his, quae a se facta sint, benignius annuat. xii kal. Dec. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 259. nº 435; Opp. ed. Migne I. 415. nº 435; Rymer Foed. I. i. 35; Epistolae Cantuar. 469; *sine die et mense* Gervasii Chron. ap. Twysden Rer. Angl. scr. I. 1622. — »Inter alia quae.« |
| » 20 | » | (430) Priori et conventui Cantuariensi condolet propter amissionem temporalium per archiepiscopum Cantuariensem. xii kal. Dec. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 259. nº 436; Opp. ed. Migne I. 416. nº 436; Epist. Cantuar. 470; *sine nota chron.* Gervasius l. c. 1625. — »Nisi viri (*om. Gerv.*) prudentes.« |
| » 20 | » | Huberto Cantuariensi archiepiscopo / Cantuariensis ecclesiae suffraganeis } »xii kal. Dec. aº 1º.« ‖ Gervasius Cantuariens., *vid.* 1198. Dec. 1. nº 440, 441. |
| » 20 | » | (Ubaldo) archiepiscopo Pisano, episcopo Urbinati *etc.*: »xii kal. Dec.« (aº 1º). ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 217, *vid.* 1198. Nov. 19. nº 425. |
| (Nov. 1-20) | (») | (431) Constantiae imperatrici reginae Siciliae ac Friderico regi Siciliae eorumque heredibus in perpetuum concedit regnum Siciliae, ducatum Apuliae et principatum Capuae cum omnibus pertinentiis suis, Neapolim, Salernum et Amalfiam cum pertinentiis suis, Marsiam et alia »quae ultra Marsiam habere debetis et reliqua tenimenta quae tenetis a praedecessoribus vestris hominibus sacrosanctae Rom. ecclesiae iure detenta, et contra omnes homines adiuvabimus honorifice manutenere. Pro quibus omnibus coram Octaviano episcopo Hostiensi apostolicae sedis legato, quem ad iuramentum tuum, filia imperatrix, recipiendum transmisimus, fidelitatem nobis nostrisque successoribus et ecclesiae Romanae iurasti«. . . Omnia haec confirmat et communit. *Sine die, mense et loco.* Innoc. Ep. ed. Baluze I. 241. nº 410; Opp. ed. Migne I. 387. nº 410; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1198 § 67; Lünig Cod. Ital. dipl. I. 862; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 17. — »Super gentes et.« |
| Nov. 1 | » | (432) Lincolniensi et Heliensi episcopis et abbati S. Edmundi praecipit, ut, nisi (Hubertus) archiepiscopus Cantuariensis infra praemissum tempus mandatum sedis apostolicae (ut restituat monachis Cantuariensibus ecclesias cum fructibus medio tempore perceptis, exeniis et aliis iniuste ablatis) duxerit ad effectum, ecclesias ipsas cum perceptis fructibus monachis dictis restituant. xi kal. Dec. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 258. nº 434; Opp. ed. Migne I. 414. nº 434; Epistolae Cantuar. 468. — »Inter alia quae.« |
| » 23 | » | (433) Monasterii de Sore patrocinium suscipit Ioffrido abbate et fratribus istius petentibus omnesque eius possessiones ac donationem sive concessionem a Waldemaro quondam rege Danorum et Canuto rege filio eius super libertate et immunitate colonorum monasterii factam confirmat *etc.* ix kal. Dec. indict. II. incarn. dom. aº 1198. pont. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 249. nº 425; Opp. ed. Migne I. 399. nº 425; Thorkelin Diplomat. Arna-Magn. I. 74 (*ubi non recte* aº 1199 *tribuitur*). *Cf.* Manrique Annal. Cisterc. IV. 551; Suhm Hist. af Danmark VIII. 427; Langebek Scr. rer. Dan. IV. 568. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 23 | » | (434) (Ubaldo) Pisano archiepiscopo scribit de anno probationis monachorum, et prohibet, ne vir vel uxor, nisi uterque ad religionem migraverit, in coenobio recipiatur. ix kal. Dec. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 267. nº 455; Opp. ed. Migne I. 429. nº 455; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 39 ed. Baluze l. c. I. 598, ed. Migne l. c. III. 1258; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 24 *de regular.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 538; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 31 *de regular.* c. 16 et tit. 32 *de conv. coniugator.* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 535 (*ubi* aº 1199 *tribuitur*). 545; ap. Richter Corp. II. 553. 562. — »Ad apostolicam sedem.« |
| » 23 | » | (435) Absaloni Lundensi archiepiscopo statutum Hadriani praedecessoris sui, »quod Lundensis archiepiscopus, qui pro tempore fuerit, super regnum Suetiae primatum semper obtineat« *etc.* confirmat. ix kal. Dec. indict. II. incarn. dom. aº 1198. pont. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 246 nº 419; Opp. ed. Migne I. 395. nº 419; Liljegren Svenskt dipl. I. 134. nº 110; Cocquelines Bullar. III. 75. nº 15; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 132; *epit.* ap. Neumann Hist. primat. Lundens. 161; *cf.* Celse Appar. 47. nº 1. — »In eminenti apostolicae.« |
| » 24 | » | (436) Eidem mandat, ut E. praepositum de Scelswig ad restitutionem ecclesiarum de Henestbl. et de Stuntabl. ad praeposituram de Strand spectantium, ab eo autem subtractarum per censuram ecclesiasticam compellat. viii kal. Dec. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 249. nº 424; Opp. ed. Migne I. 399. nº 424. *Cf.* Pontoppidan Annal. I. 486 Suhm Hist. af Danmark VIII. 434. — »Transmissa nobis dilectus.« |

**1198.**

Nov. 27 Laterani (437) Clericis S. Pauli de Castro Cervarii R(ofredi) SS. Marcellini et Petri presbyteri cardinalis Casinensis abbatis sententiam confirmat, qua eis contra clericos ecclesiae s. Mariae de Castro Cervarii ius baptisterii adiudicatur. v kal. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 269. n° 458; Opp. ed. Migne I. 432. n° 458. — »Ea quae auctoritate.«

» 27 » (438) (Conrado) Cyrcensi [Gurk] praeposito, (Berengario) S. Lamberti et (Rudolfo) Admuntensi abbatibus in Salburcensi diocesi constitutis causam inter abbatem de Sitansteten et S. plebanum de Vekelach [Vöklabruck] super capella a comitibus de Rebegou in proprio fundo constructa et monasterio de Sitansteten collata vertentem committit cognoscendam et terminandam. v kal. Dec. a° 1°. ‖ Raab UB von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 28. — »Conquerente dilecto filio.«

» 30 » (439) Abbati et conventui Compendiensi deputat, ut in omnibus ipsorum causis ad (Gaufridum) Silvanectensem episcopum, quem eis assignat iudicem, recurrant et ab illo suscipiant chrisma, oleum sanctum, consecrationes basilicarum, clericorum ordinationes et pro iniuriis a malefactoribus irrogatis executionem eorum, quae praesentialiter a sede apostolica ipsis impendi non possint. ii kal. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 253. n° 431; Opp. ed. Migne I. 406. n° 431; Gallia christ. X. instr. 225. — »Paci et tranquillitati.«

Dec. 1 » (440) Huberto Cantuariensi archiepiscopo praecipit, ut ad omnem inter ecclesias Cantuariensem et de Lamhee discordiam sopiendam, omni contradictione et excusatione cessantibus, infra 30 dies quicquid aedificatum est in ecclesia de Lamhee expensis suis faciat penitus demoliri, reducens prorsus in irritum, quicquid de instituendis ibidem canonicis et aliis ad ipsam ecclesiam pertinentibus ab ipso vel ab ipsius praedecessore cognoscitur ordinatum. Kal. Dec. (xii kal. Dec. *Gervas. Cantuar.*; *Epist. Cant.*) a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 254. n° 432; Opp. ed. Migne I. 407. n° 432; Gervasii Chron. ap. Twysden Rer. Angl. scr. I. 1616; Epistolae Cantuar. 459; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 15 *de novi op. nunt.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 585; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 32 *de novi op. nunt.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 806; ap. Richter Corp. II. 813. — »Cum ex iniuncto.«

» 1 » (441) Cantuariensis ecclesiae suffraganeis praecipit, ut, nisi (Hubertus) archiepiscopus Cantuariensis infra praemissum tempus mandatum sedis apostolicae duxerit ad effectum, ei nullam obedientiam vel reverentiam impendant, »quia iustum est ut ei non obediatur a subditis, qui suo contemnit obedire praelato.« Kal. Dec. (xii kal. Dec. *Gervas. Cant.*) a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 258. n° 433; Opp. ed. Migne I. 413. n° 433; Gervasii Chron. l. c. 1621; *cf. argum.* ap. Rogerium de Hoveden *in* Savilii Rer. Angl. scr. fol. 443 b. — *Aliam versionem cum dat.* xii kal. Dec. a° 1°. *et incipientem* »Litteras fraternitatis vestrae« *dederunt* Epistolae Cantuar. 465. — »Cum ex iniuncto.«

» 1 » (442) Abbati et conventui S. Edmundi licentiam dedicationis ecclesiae suae concedit, indulgens etiam »quod cruces et sanctorum imagines, quae prae magnitudine sui de ipsa ecclesia non possent absque dispendio moveri, in locis suis valeant remanere.« Kal. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 269. n° 457; Opp. ed. Migne I. 431. n° 457. — »Cum ecclesia vestra.«

» 2 » (443) Aimerico rege et A. regina Hierosolymitanis petentibus personas eorum, regnum Hierosolymitanum et cetera omnia quae possident, sub protectione b. Petri suscipit. iv non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 260. n° 437; Opp. ed. Migne I. 417. n° 437. — »Cum Terra sancta.«

» 2 » (444) Comiti Tripolitano mandat, ut Aimerico (Almarico *al.*) regi Cypri inimicos christiani nominis decertanti ad defensionem regni Cypri libenter auxilium impendat. iv non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 260. n° 438; Opp. ed. Migne I. 417. n° 438. — »In afflictione terrae.«

* *In eundem modum* Principi Antiocheno,
*In eundem fere modum* Magistro et fratribus militiae Templi,
» » » » Magistro et fratribus hospitalis Hierosolymitani, *vid.* 1198. Nov. 20. n° 428.

» 2 » (445) Universis habitatoribus Hierosolymitanae provinciae indulget, ut si qui eorum voverint sanctorum limina visitare, a voti executione taliter se noverint absolutos, ut expensas quas facturi erant in via pro reaedificatione murorum et stipendiis militum sine diminutione largiantur et pro labore itineris dignum aliquid Domino recompensent. iv non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 261. n° 439; Opp. ed. Migne I. 418. n° 439. — »Licet quisque teneatur.«

* *In eundem modum* Universis habitatoribus Antiochenae provinciae.

» 2 » (446) Episcopo Acconensi inhibet, ne Acconensis ecclesia, priusquam integritati, quam ante provinciae orientalis occupationem habuit, fuerit restituta, per quemquam maiori fratrum numerositate gravetur quam tempore suae felicitatis habebat. iv non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 261. n° 440; Opp. ed. Migne I. 419. n° 440. — »Licet ad ampliandum.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Dec. 2 | Laterani | (447) Sancium regem Portugalensem eiusque regnum »quod est Romanae ecclesiae censuale« protegendum suscipit. IV non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 261. n° 441; Opp. ed. Migne I. 419. n° 441; Dumont Corps univ. dipl. I. 124; Aguirre Conc. Hisp. V. 118. — »In eminenti sedis.« |
| » 3 | » | (448) (Nicolao) Pharensi episcopo, qui regimen ecclesiae Iadertinae sine mandato sedis apostolicae assumserat, praecipit, ut infra duos menses cum competenti numero canonicorum ecclesiae Iadertinae iter arripiat Romam veniendi, redditurus super hoc excessu rationem. III non. Dec. a° 1°. (2° *Farl.*) ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 306. n° 537; Opp. ed. Migne I. 492. n° 537; Farlati Illyr. sacr. V. 68; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 3. n° 4; Katona Hist. crit. IV. 566; Fejér Cod. dipl. II. 365. — »Mirari cogimur et.« <br><br> * (449) *In eundem fere modum eodem die* Iadertinis canonicis. Mandat eis, ut, si praedictus episcopus praeceptum sedis apostolicae contempserit adimplere, aliam personam sibi eligant canonice in pastorem. n° 538. *Fragm.* ed. Farlati l. c. V. 68. |
| » 3 | » | (450) (Henrico) duci et populo Venetorum sub districtione anathematis prohibet, ne in ferro, stupa, pice, acutis pironibus, funibus, armis, galeis, navibus et lignaminibus paratis vel imparatis, vendendo, donando vel commutando Sarracenis ministrare subsidium praesumant. »Sustinemus ad tempus, donec super hoc aliud dederimus vobis in mandatis, ut in regnum Aegypti vel Babylonis alia inituri commercia, cum necesse fuerit, transfretetis, sperantes quod propter hanc gratiam in subsidium Hierosolymitanae provinciae debeatis fortius animari.« III non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 306. n° 539; Opp. ed. Migne I. 493. n° 539; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs *in* Font. rer. Austr. Dipl. XII. 234. — »In favorem orientalis.« |
| » 3 | » | (451) (Bartholomaeo) Turonensi archiepiscopo poenam ei inflictam relaxat, (Henrico) archiepiscopo Bituricensi mandans, ut illum et (Walterium) archiepiscopum Rothomagensem a poena suspensionis absolvat, cum ex simplicitate, non ex malignitate peccaverint, W(illelmum) de Chimeleio Abrincensem episcopum in ecclesiam Andegavensem transferendo. III non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 263. n° 447; Opp. ed. Migne I. 422. n° 447. — »Cum fortius sit.« <br><br> * *In eundem fere modum* (Walterio) Rothomagensi archiepiscopo; <br> *Scriptum est super hoc* (Henrico) Bituricensi archiepiscopo. |
| » 5 | » | (452) (Ymberto) Arelatensi archiepiscopo concedit, ut abbatem S. Gervasii de Fos, qui excommunicatos ab archiepiscopo et interdictos ad divina et sepulturam admittebat, censura ecclesiastica coerceat. Non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 271. n° 464; Opp. ed. Migne I. 435. n° 464. — »Incumbit nobis ex.« |
| » 5 | » | (453) (Ymberto) archiepiscopo et capitulo Arelatensibus prohibet, ne in ipsorum ecclesia ullus recipiatur in canonicum, nisi qui profiteri voluerit ordinem canonicorum s. Augustini. Non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 271. n° 467; Opp. ed. Migne I. 436. n° 467. — »Nihil magis esse.« |
| » 5 | » | (454) (Walterio) Rotomagensi archiepiscopo praecipit, ne ad confirmationem cuiusquam electi Abrincensis vel consecrationem procedat, donec deliberatum fuerit quid sit de rebus ibi factis faciendum. Non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 262. n° 443; Opp. ed. Migne I. 420. n° 443. — »Accedens ad apostolicam.« |
| » 5 | » | (455) (Raimundo) Petragoricensi episcopo concedit, ut in ecclesia sua s. Stephani et in ecclesia b. Frontonis in qua curam gerit abbatis, statuat et corrigat cum maiore parte capituli, quae corrigenda et statuenda duxerit. Non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 263. n° 445; Opp. ed. Migne I. 421. n° 445. — »Cum nobis licet.« |
| » 5 | » | (456) (Olao) Upsalensi episcopo scribit: Cum nuper tres clerici de legitimo matrimonio non suscepti in tribus ecclesiis cathedralibus contra constitutionem in Lateranensi concilio innovatam electi fuerint et (Absalon) Lundensis archiepiscopus (Johanni) praedecessori, cuius erant ecclesiae illae iurisdictioni subiectae, vetuerit, ne illorum electionem ratam haberet vel eis consecrationis munus impenderet, ille autem duos eorum in episcopos consecraverit: inquirat super praemissis veritatem, et si rem noverit ita esse, episcopos illos a pontificali officio deponat et electionem tertii decernat inanem. Non. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 262. n° 444; Opp. ed. Migne I. 420; Liljegren Svenskt dipl. I. 135. n° 111; *non integra* ap. Celse Appar. 47. n° 3. — »Ad nostram noveris.« <br><br> * *Scriptum est super hoc* (Absaloni) Lundensi archiepiscopo. |
| » 7 | » | (457) Decano et capitulo Abrincensis ecclesiae praecipit, ut canonicos ad se transmittant responsuros de fraudulenta ordinatione W. Tollermen. senescalci Normanniae clerici, ac de eius electione in magistrum scholarum facta in contemptum apostolicae sedis, ad quam prius appellatum fuit. VII id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 262. n° 442; Opp. ed. Migne I. 419. n° 442. — »Accedens ad apostolicam.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Dec. 8. | Laterani | (458) (Raimundo) Petragoricensi episcopo indulget, ut monachos et canonicos regulares, qui singuli per cellas singulas demorantur, ad claustrum redire compellat. vi id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 263. n° 446; Opp. ed. Migne I. 422. n° 446. — »Ad audientiam apostolatus.« |
| » 8 | » | (459) Priori et conventui ecclesiae Dunelmensis inhibet, ne praeter abbatis assensum ecclesias assignare, possessiones alienare, priores instituere vel ministros *etc.* praesumant. vi id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 269. n° 459; Opp. ed. Migne I. 432. n° 459. — »Is est praelatorum.« |
| » 8 | » | (460) Philippo Dunelmensi episcopo concedit, ut si monachi Dunelmenses vel alii quilibet lege diocesana ipsi subiecti ecclesias vel praebendas ad suam donationem spectantes ultra tempus in Lateranensi concilio diffinitum vacare permiserint, ex tunc ei liceat, ut illas idoneis conferat personis. vi id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 269. n° 460; Opp. ed. Migne I. 433. n° 460. — »Ut negligentium quorundam.« |
| » 8 | » | (461) Canonicis Novariensibus significat, se sententiam Laudensis episcopi super praebenda Novariensis ecclesiae pro ipsis latam contra Albertum Siccum clericum confirmasse. vi id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 266. n° 451; Opp. ed. Migne I. 426. n° 451; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 18 *de sent. et re iud.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 503; *mutila int.* Decr. Greg. lib. 2. tit. 27 *de sent. et re iud.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 371; ap. Richter Corp. II. 386. — »Causam quae inter.« |
| ( » 8) | » | (462) Urgellensis episcopi renuntiationem suscipit eumque a pontificali onere decernit absolutum, concedens ut in ecclesia de Aspirano Deo amodo deserviat. *Sine die et mense.* Innoc. Ep. ed. Baluze I. 267. n° 452; Opp. ed. Migne I. 427. n° 452; Aguirre Conc. Hisp. V. 119. — »Sicut venerabiles fratres.« |
| ( » 8) | » | (463) Capitulo Urgellensi mandat, ut talem personam in episcopum canonice praeficiant sibi, qui clero et populo isti commisso et praeesse noverit et prodesse. (vi id. Dec. a° 1°.) ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 267. n° 453; Opp. ed. Migne I. 428. n° 453; Aguirre l. c. 120. — »Sicut venerabilis frater.« |
| ( » 8) | » | (464) Terraconensi archiepiscopo mandat, ut capitulum Urgellensis ecclesiae ad concordem electionem et canonicam faciendam moneat et inducat, ne ecclesiae afflictae dudum maior addatur afflictio. (vi id. Dec. a° 1°.) ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 267. n° 454; Opp. ed. Migne I. 429. n° 454; Aguirre l. c. 120. — »Sicut ex tenore.« |
| » 9 | » | (465) (Sancio) regi Portugalliae gratias agit de censu annuo quatuor unciarum auri recognito, mittit rescriptum Alphonsi patris de mille aureis Alexandro pp. III donatis et de centum censualibus annuatim solvendis; rogat eum et hortatur, ut omnia per dictum Alphonsum concessa sine difficultate ulteriori persolvat. v id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 264. n° 448; Opp. ed. Migne I. 424. n° 448; Dumont Corps univ. dipl. I. 124; Aguirre l. c. 118. — »In eo sumus.« |
| » 9 | » | (466) Abbati monasterii Nonantulani ord. s. Ben. Mutinens. dioc. concedit, ut monasterii sui monachos et conversos, qui pro violenta iniectione manuum in se ipsos et pro detentione proprii *etc.* in excommunicationis laqueum inciderunt, ab excommunicationis sententiis absolvat. v id. Dec. a° 1°. ‖ Tiraboschi Storia di Nonantola II. 328. n° 386; I-i Opp. ed. Migne IV. 38. — »Exhibita nobis tua.« |
| » 9 | » | (467) Fratri Rainerio significat, sibi 504 morabatinos, quos (Sancius) rex Portugalliae pro annuo censu quatuor unciarum auri sedi apostolicae nuper assignaverit, transmissos esse. »Super aliis vero de quibus idem rex se nescire professus est veritatem, per rescriptum donationis b. m. Alexandro praedecessori nostro factae eum reddimus certiorem. Tu autem eundem moneas, ut persolvat, quod non posset sine grandi sacrilegio retinere.« v id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 265. n° 449; Aguirre Conc. Hisp. V. 119. — »Sicut nobis per.« |
| » 9 | » | (468) (Absaloni) archiepiscopo Lundensi (Lindon. *Collect. III.*, Lugdun. *Decr. Greg.*) mandat, ut, si quos clericos, sacerdotes vel laicos a fratribus hospitalis s. Iohannis pro colligendis eleemosynis cruce falso signatos invenerit, his a quibus ipsos missos fuisse constiterit, per totam provinciam suam exhortationis huiusmodi officium interdicat, missos autem, si laici fuerint, excommunicet, si clerici vel presbyteri fuerint, ab officio beneficioque suspendat. v id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 265. n° 450; Opp. ed. Migne I. 425. n° 450; Liljegren Svenskt dipl. I. 136. n° 112; *sine signo chronol.* Collect. I. decr. Innoc. tit. 12 ed. Baluze l. c. I. 566; ed. Migne l. c. III. 1209; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 16 *de privil.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 585; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *de privil.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 811; ap. Richter Corp. II. 821. — »Tuarum nos tenor.« |
| » 10 | » | (469) Arelatensi capitulo de institutione religionis plura statuta dat a canonicis in perpetuum observanda. iv id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 270. n° 463; Opp. ed. Migne I. 434. n° 463. — »Quanto recentior est.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Dec. 10 | Laterani | (470) Arelatensis ecclesiae suffraganeis praecipit, ut archiepiscopo suo tanquam patri et animarum suarum episcopo obediant. IV id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 271. n° 466; Opp. ed. Migne I. 435. n° 466. — »Cum secundum doctrinam.« |
| » 10 | » | (471) (Ymberto) Arelatensi archiepiscopo concedit, ut monasterium s. Gervasii de Fos ad monachos duos cum duabus mulieribus conversantes redactum ad antiquae religionis statum reformet. IV id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 273. n° 476; Opp. ed. Migne I. 440. n° 476. — »Gravem lapsum monasterii.« |
| » 10 | » | (472) Eidem mandat, inhibeat praeposito et canonicis Arelatensibus districtius, ne beneficia sibi multiplicari satagant vel in aliis ecclesiis se faciant titulari, et ne limites episcopatus vel claustri sine licentia ipsius vel illius cui fratrum curam commiserit, exire praesumant. IV id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. lib. 1. n° 471 ed. Baluze I. 272; Opp. ed. Migne I. 437. — »Cum secundum traditionem.« |
| » 13 | » | (473) Episcopo Cesenatensi mandat, ut, recepto a tot quot pro societate Ravennat. de Cesenat. iuraverunt, iuramento quod super his pro quibus interdicti fuerunt, debeant parere sedis apostolicae mandato, interdictum relaxet. Id. Dec. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 270. n° 461; Opp. ed. Migne I. 433. n° 461. — »Rediens de partibus.« |
| » 15 | » | (474) Ecclesiam s. Iohannis de Cimiterio in Papiensi suburbio sitam cum omnibus pertinentiis suis tuendam suscipit. XVIII kal. Ianr. indict. II. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 273. n° 475; Opp. ed. Migne I. 439. n° 475. — »Effectum iusta postulantibus.« |
| » 15 | » | (475) Ricardo abbati et capitulo Compendiensi iurisdictionem et potestatem, quam super clericos infra terminos Compendii habitantes usque ad haec tempora habuerunt et possident, confirmat. XVIII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 271. n° 465; Opp. ed. Migne I. 435. n°. 465. — »Cum a nobis.« |
| » 15 | » | (476) Rai(mundo) Petragoricensi episcopo concedit, ut, si forte laici suo nomine decimas a monasteriis, ecclesiis vel clericis suae diocesis duxerint exigendas, sit eis liberum quod ita postulabitur denegare. XVIII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 270. n° 462; Opp. ed. Migne I. 433. n° 462. — »Quoniam indignum est.« |
| » 16 | » | (477) (Crispino) episcopo Chanadiensi indulget, ut clericos qui in diaconatus et subdiaconatus ordine constituti uxores sibi, si tamen uxores sint nominandae, copularint et ad commonitionem illas non eiecerint, ecclesiasticis redditibus spoliet. XVII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Katona Hist. crit. IV. 521; Fejér Cod. dipl. II. 340. — »Quidam clerici tuae.« |
| » 16 | » | (478) Eidem concedit facultatem ad triennium plenam, valetudinariis, senibus et infirmis, qui pro iniectione manuum in personas ecclesiasticas in canonem latae sententiae inciderint, munus absolutionis impendendi. XVII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 271. n° 468; Opp. ed. Migne I. 436. n° 468; Katona Hist. crit. IV. 520; Fejér Cod. dipl. II. 339. — »Licet ecclesiasticis institutis.« |
| » 17 | » | (479) Decano et capitulo ecclesiae Eboracensis praecipit, ut magistrum P(etrum) de Corbolio, a quo divinas scripturas audivit, ad praebendam et archidiaconatum, quem utrumque ei Eboracensis archiepiscopus contulit, admittant; alioquin Eliensis episcopus auctoritate apostolica fretus praebendam cum archidiaconatu eidem assignaturus sit. XVI kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 275. n° 478; Opp. ed. Migne I. 442. n° 478; Bulaeus Hist. univers. Paris. II. 527. — »Si eorum petitionibus.« |
| » 17 | » | (480) (Eustachio) Eliensi episcopo de superiore ad decanum et capitulum ecclesiae Eboracensis epistola mandata dat. XVI kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 276. n° 479; Opp. ed. Migne I. 443. n° 479. — »Si eorum petitionibus.« |
| » 17 | » | (481) Ricardum regem Anglorum exhortatur, ut magistro P(etro) de Corbolio ad habendam possessionem pacificam archidiaconatus et praebendae ab Eboracensi archiepiscopo ei collatorum auxilium exhibeat. XVI kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 276. n° 480; Opp. ed. Migne I. 443. n° 480; *sine loco et a°* Bulaeus l. c. 528. — »Cum regnorum status.« |
| » 17 | » | (482) Abbati et conventui de Thorneye ecclesiam s. Iacobi de Depinge cum pertinentiis confirmat. XVI kal. Ianr. a° 1°. ‖ Dugdale Monast. Angl. IV. (1846.) 169. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 17 | » | (483) Iohanni ministro et fratribus s. Trinitatis (redemptionis captivorum) sub obedientia praelati domus, qui minister vocatur, viventibus concedit regulam, iuxta quam vivere debent ac cuius tenorem ab (Odone) episcopo et ab abbate S. Victoris Parisiensibus transmissum cum adiunctis suae dispositionis inferius annotavit. XVI kal. Ianr. a° incarn. dom. 1198. pont. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. I. 71; Innoc. Ep. ed. Baluze I. 276. n° 481; Opp. ed. Migne I. 444; Gallia christ. VIII. instr. 554; Cocquelines Bullar. III. 76. n° 17; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 133. n° 17. — »Operante divinae dispositionis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Dec. 18 | Laterani | (484) Monasterium s. Petri Corbeiensis in pago Ambianensi situm et ad ius b. Petri pertinens protegendum suscipit, omnes eiusdem possessiones, quarum plures nominatim exprimit, illibatas permanere iubet, et vitae atque morum praecepta praescribit. xv kal. Ianr. indict. II. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 280. n° 484; Opp. ed. Migne I. 450. n° 484. — »Apostolicae sedis auctoritate.« |
| » 19 | » | (485) Abbati Aureae Vallis, archidiacono Pictavensi et magistro D. decano Asianensi praecipit, ut Xanctonense capitulum ad duos ipsius precarios recipiendos cogant, nisi statutum de quadragenario canonicorum numero repugnet. xiv kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 274. n° 477; Opp. ed. Migne I. 440. n° 477. — »Cum simus omnibus.« |
| » 21 | » | (486) Aimericum regem Hierosolymitanum ad pietatem et modestiam hortatur, ut per auxilium divinae gratiae loca nativitatis et resurrectionis dominicae pristinae possint »temporibus nostris« restitui libertati. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 283. n° 487; Opp. ed. Migne I. 454. n° 487. — »Venientem ad nos.« |
| » 21 | » | (487) (Stephano) Noviomensi episcopo, S. Medardi Suessionensis et Compendiensis abbatibus praecipit, ut (Stephanum) episcopum Tornacensem compescat a molestatione ecclesiae de Uscia in pago Tornacensi sitae, cum ab episcopali iurisdictione exempta sit nec debeat alii, nisi abbati Corbeiensi respondere. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 283. n° 488; Opp. ed. Migne I. 455. n° 488. — »Significantibus dilectis filiis.« |
| » 21 | » | (488) (Stephano) episcopo et capitulo Tornacensibus de superiore ad (Stephanum) Noviomensem episcopum epistola significat. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 284. n° 489; Opp. ed. Migne I. 455. n° 489. — »A molestatione indebita.« |
| » 21 | » | (489) Mauricio episcopo Nannetensi concedit, ut a Nannetensi ad Pictavensem ecclesiam transeat. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 284. n° 490; Opp. ed. Migne I. 456. n° 490. — »Cum sedes apostolica.« |
| » 21 | » | (490) (Heliae) Burdegalensi archiepiscopo de antecedente epistola significat eique mandat, ut Mauricium episcopum sicut venerabilem in Christo fratrem habeat et pertractet. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 284. n° 491; Opp. ed. Migne I. 457. n° 491. — »Cum sedes apostolica.« |
| » 21 | » | (491) Decano et capitulo Pictavensibus idem communicat eisque praecipit, ut Mauricio episcopo debitam obedientiam et reverentiam impendant. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 285. n° 492; Opp. ed. Migne I. 457. n° 492. — »Cum sedes apostolica.« |
| » 21 | » | (492) Abbatibus, prioribus, praepositis et aliis ecclesiarum praelatis ac universis clericis ecclesiae Pictavensi subiectis praecipit, ut (Mauricio) episcopo suo obtemperent eique subveniant in exsolvendis debitis, quibus Pictavensis ecclesia praegravetur. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 285. n° 493; Opp. ed. Migne I. 457. n° 493. — »Cum sedes apostolica.« |
| » 21 | » | (493) Hugoni abbati S. Dionysii et Roberto priori S. Martini de Campis mandata dat in causa fratrum militiae Templi, qui, licet super subtractione annualium quae in ecclesia B. Quintini habebant, contra (Danielem) decanum ecclesiae memoratae litteras apostolicas impetravissent, suam nondum potuerant iustitiam obtinere. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ *Nonnisi fragm.* ed. Hemeraeus Augusta Virom. 190. — »Exhibita nobis dilectorum.« |
| » 21 | » | (494) G. praeposito Albensi dat facultatem, ut existentem in ecclesia Albensi dignitatem custodiae et ad suam dotationem pertinentem, cuius curae ornamenta ac privilegia ipsius ecclesiae et diadema etiam regium committuntur, idoneae personae conferat. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 280. n° 482; Opp. ed. Migne I. 449. n° 482: Katona Hist. crit. IV. 530; Fejér Cod. dipl. II. 333. — »Innotuit apostolatui nostro.« |
| » 21 | » | (495) (Ademaro) Pictavensi episcopo mandat, ut ecclesias et monasteria per suam dioecesim visitet ac reformet. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 280. n° 483; Opp. ed. Migne I. 449. n° 483. — »Si super commisso.« |
| » 22 | » | (496) (Saulo) Colocensi archiepiscopo mandat, ut si per monachos S. Abrahae de Valle Ebron ecclesiam s. Stephani protomartyris sitam in loco qui dicitur Kew viderit reformari non posse, in ipsa canonicos instituat regulares secundum regulam b. Augustini. xi kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 287. n° 499; Opp. ed. Migne I. 460. n° 499: Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 4. n° 5; Katona Hist. crit. IV. 516; Fejér Cod. dipl. II. 337; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 36 ed. Baluze l. c. I. 596, ed. Migne l. c. III. 1255; Collect. IV. decret. lib. 3. tit. 12 *de statu relig.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 661. — »Cum nobis licet.« |
| » 22 | » | (497) (Emmericum) regem Ungariae monet, compellat Slavos, ut decimas debitas Colocensi archiepiscopo persolvant. xi kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 287. n° 500; Opp. ed. Migne I. 461. n° 500; Katona l. c. 509; Fejér l. c. 328; Theiner l. c. 4. n° 6. — »Significante venerabili fratre.« |

**1198.**

Dec. 22 Laterani (498) R(icardum) regem Anglorum, qui mandaverat de thesauro ecclesiae Cantuariensis redigendo in scriptis et sigillo tam regio quam archiepiscopi, necnon et monachorum Cantuariensium signando et, cum monachi dicti hoc facere noluissent, eos rebus suis et possessionibus spoliaverat, hortatur, ut revocatis omnibus quae contra eosdem monachos attentata noscuntur et in pristinum statum reductis mandatum apostolicae sedis in ea causa quae inter ipsos et Cantuariensem archiepiscopum vertebatur emissum non sustineat ab aliquo praeteriri. xı kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 281. n° 485; Opp. ed. Migne I. 451. n° 485; Epistolae Cantuar. 484; *sine nota chron.* Gervasii Chron. ap. Twysden Rer. Angl. scr. I. 1623. — »Cum inter alios.«

» 22 » (499) (Walterio) Rothomagensi archiepiscopo et (Eustachio) Eliensi episcopo mandat, ut ipsius litteras super monachorum Cantuariensium spoliatione R(icardo) Anglorum regi offerant et interpretentur causamque eorumdem commendent. xı kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 282. n° 486; Opp. ed. Migne I. 453. n° 486; Epist. Cantuar. 483. — »Lachrymabilem afflictionem dilectorum.«

» 23 » (500) Episcopo Sidoniensi, Beritensi et Bibliensi praepositis mandat, compellant Hierosolymitani regni civitatum praelatos, ut sibi nullam in Acconensis civitatis habitatores, qui post recuperationem eiusdem in ea se contulerint, iurisdictionem usurpent nec ab eis temporalia exigant, »ita tamen quod si de agris in eorum parochia constitutis fructus percipiunt et in ultramarinis partibus ratione praedictorum decimae persolvuntur, de ipsis eis decimas cum integritate persolvant.« x kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 296. n° 516; Opp. ed. Migne I. 476. n° 516; Collect. I. decret. Innoc. tit. 11 ed. Baluze l. c. I. 564, ed. Migne l. c. III. 1205; *Clementi III, al. Coelest. III adscripta in* Collect. II. lib. 3. tit. 16 *de parochiis* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 390 *et int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 29 *de paroch.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 517; ap. Richter Corp. II. 535. — »Significavit nobis venerabilis.«

» 23 » (501) (Monacho) Hierosolymitano patriarchae opprobrat, quod litteras in derogationem famae Tyrensis episcopi edidit, in quibus personam ipsius turpiter depinxit, quia non expetita ab illo licentia navigarat in Cyprum *etc.* x kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 297. n° 518; Opp. ed. Migne I. 477. n° 518. — »Tacti sumus dolore.«

» 23 » (502) Acconensi (Canon. *al.*) episcopo respondet, »quod si clericus quidam regularem habitum se postulante suscepit (in ecclesia Nazarensi) et ad observationem religionis canonicae sua se professione ligavit, (sed nec ad ecclesiam transiit, nec bonis suis uti cessavit, post 15 vero annos et ultra in Acconensi ecclesia susceptus est canonicus), ad resumendum habitum ecclesiastica est districtione cogendus.« x kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 297. n° 517; Opp. ed. Migne I. 476. n° 517; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 39 ed. Baluze l. c. I. 597, ed. Migne l. c. III. 1257; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 24 *de regular.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 539; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 31 *de regular.* c. 17 ap. Boehmer Corp. II. 536; ap. Richter Corp. II. 554. — »Sicut nobis est.«

» 23 » (503) (Berengario) Narbonensi archiepiscopo et fratri Rainerio mandat, ut (Othonis) Carcassonensis episcopi resignationem admittant, si pastorali curae eum insufficientem esse noverint. x kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 285. n° 494; Opp. ed. Migne I. 457. n° 494. — »Hanc inter corporalia.«

» 23 » (504) (Michaeli) archiepiscopo et decano Senonensibus mandat, ut ecclesiae b. Martini Turonensis de malefactoribus in terra Philippi regis Francorum constitutis iustitiae plenitudinem exhibeant. x kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 285. n° 495; Opp. ed. Migne I. 458. n° 495. — »Potestatis apostolice plenitudo.«

* *In eundem modum* (Mauricio) episcopo et decano Pictavensibus.

» 23 » (505) (Mauricio) Pictavensi et (Hamelino) Cenomanensi episcopis et abbati de Fontana mandat, ut corrigant in ecclesia b. Martini Turonensis quae viderint corrigenda, specialiter tam in vestimentis canonicorum quam in divinis obsequiis. x kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 286. n° 496; Opp. ed. Migne I. 459. n° 496. — »Potestatis apostolicae.«

» 28 » (506) Archipresbytero et magistro V. canonico Paduanis mandat, ut dirimant quaestionem, quae vertatur inter Philippum S. Lucae de Venetiis plebanum et P. diaconum super eo »quod idem diaconus locum in eadem ecclesia repetebat, licet ante triennium se ad aliam parochialem ecclesiam transtulisset.« v kal. Ianr. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XII. 255. — »Ad audientiam nostram.«

» 30 » (507) Archiepiscopo et capitulo Tyrenensibus respondet »quod matrimonium citra gradus consanguinitatis ante conversionem ad fidem contractum non est post baptismi lavacrum separandum.« ııı kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 296. n° 514; Opp. ed. Migne I. 475. n° 514; Collect. III. decr. lib. 4. tit. 10 *de cons. et aff.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 562; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 4. tit. 14 *de cons. et aff.* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 667; ap. Richter Corp. II. 677. — »De infidelibus ad.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| Dec. 30 | Laterani | (508) S(aulo) Colocensi archiepiscopo, V(grino) Geuriensi et D(esiderio) Zagabriensi episcopis mandat, ut, si noverint Hydruntinum et Spalatinensem archiepiscopos contra iuris ordinem in regiae Ungaricae dignitatis praeiudicium esse promotos, N. et A. praefatorum archiepiscoporum electionibus immo verius intrusionibus penitus irritatis excommunicatos illos nuncient. III kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 294. n° 510; Opp. ed. Migne I. 472. n° 510; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 4. n° 7; Katona Hist. crit. IV. 486; Fejér Cod. dipl. II. 317 *et* VII. v. 141; Kollar Hist. iur. patron. 135; Farlati Illyr. sacr. V. 357. — »Ad nostram noveritis.« |
| » 30 | » | (509) Fulconi abbati Corbeiensi usum annuli concedit. III kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 297. n° 519; Opp. ed. Migne I. 478. n° 519; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 1157; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 72. — »Ad hoc in.« |
| » 30 | » | (510) Abbatem et conventum S. Petri Carnotensis a beneficiis ecclesiasticis promittendis antequam vacent absolvit. III kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 287. n° 501; Opp. ed. Migne I. 461. n° 501. — »Cum monasterium vestrum.« |
| » 31 | » | (511) Episcopo Tripolitano, quem Apamensem electum Antiochenus patriarcha motu propriae voluntatis in Tripolitanam ecclesiam transtulerat — propter quod hic ab electorum confirmationibus et consecrationibus episcoporum, ille ab administratione pontificalis officii suspensi erant — concedit fretus testimonio Conradi Maguntini archiepiscopi episcopi Sabinensis de eo, ut de benignitate sedis apostolicae quasi novo consensu Tripolitanam ecclesiam de cetero tanquam proprius pontifex gubernet. II kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 287. n° 502; Opp. ed. Migne I. 462. n° 502. — »Cum ex naturalis.« |
| » 31 | » | (512) Patriarcham Antiochenum a suspensionis sententia, quam incurrerat quod motu proprio Apamensem electum in Tripolitanam ecclesiam transtulerat, absolvit. II kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 289. n° 503; Opp. ed. Migne I. 464. n°. 503. — »Cum ex naturalis.« |
| » 31 | » | (513) (Garnerium) Lingonensem episcopum ab officio et omni Lingonensis ecclesiae administratione suspendit, comittens interim (Odoni) Parisiensi episcopo, ut nisi cedere velit, quod papa consultius reputat, episcopi et capituli allegata recipiat et causam componat, vel, si id minus possit, eam transmittat sedis apostolicae iudicio terminandam. II kal. Ianr. a° 1°. (»Romae ap. S. Petrum« *Manr.*) ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 289. n° 504; Opp. ed. Migne I. 464. n° 504; Manrique Annal. Cisterc. III. 326; *sine nota chronol.* Saussay De episcop. monogamia 381. — »Sine dolore tibi.«<br>* *Scriptum est super hoc* (Odoni) episcopo Parisiensi. |
| » 31 | » | (514) Episcopo et capitulo Tripolitano praecipit, ut Raimundo clerico »quondam familiari nostro«, eum in canonicum admittentes, cum praebenda stallum in choro et locum in capitulo assignent. Alioquin patriarchae Antiocheno mandatum est, ut contradictores ecclesiastica censura percellat. II kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 300. n° 529; Opp. ed. Migne I. 482. n° 529. — »Cum ex apostolatus.«<br>* *Scriptum est super hoc* Patriarchae Antiocheno. |
| » 31 | » | (515) Compositionem inter commendatorem fratresque domus militiae Templi apud Montem Pessulanum ac praepositum capitulumque Magalonensis ecclesiae mense Aprili 1197 super diversis capitulis initam hicque insertam confirmat. II kal. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 291. n° 507; Opp. ed. Migne I. 467. n° 507. — »Ea quae de.« |
| » 31 | » | Universo clero et populo Cremonensi: »II kal. Ianr. a° 1°.« *Surius, Cherubini — vid.* 1199. Ianr. 12. No. 573. |
| (Sept. 20-Dec. 31) | » | (516) Hubaldo Pisano archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum primatum Turritanae provinciae confirmat et primatum super Calaritanam et Arborensem (*al.* Albarensem) provincias concedit *etc.* Ind. I. (?) inc. dom. a° 1198. pont. a° 1°. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 30. n° 56; Opp. ed. Migne I. 49. n° 56; Ughelli Ital. sacra III. 409; Cocquelines Bullar. III. 67. n° 4; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 117; Cod. dipl. Sard. I. 279. n° 144; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1198 § 24. — »Si sua cuique.« |
| — | » | (517) Armachano archiepiscopo respondet »quod, si mulieres post prolem enixam acturae gratias ecclesiam intrare voluerint, nulla proinde peccati mole gravantur, nec ecclesiarum aditus est eis aliquatenus denegandus.« *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 34. n° 63; Opp. ed. Migne I. 55. n° 63; Baluze Miscell. ed. Mansi III. 389 *cum tit.:* Arinoconensi episcopo *et initio* »Tua solers fraternitas«; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 36. c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 554; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 47 *de purif. post part.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 614; ap. Richter Corp. II. 627. — »Volens fraternitas tua.« |
| — | — | (518) Aversano episcopo petente cassat, quicquid in ecclesia vel diocesi Aversana in promissionibus vel concessionibus praebendarum et beneficiorum per laicalem impressionem factum fuit. *Sine loco, die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 34. n° 64; Opp. ed. Migne I. 55. n° 64. — »Fratribus et coepiscopis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1198.** |
| — | Romae | (519) Alifano episcopo indulget, ut clericos contumaces aut inobedientes aut praesumentes eum per appellationem ad iudicium trahere saeculare, per excommunicationis sententiam coercere possit. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 40. n° 72; Opp. ed. Migne I. 63. n° 72. — »Iustis petentium desideriis.« |
| — | Laterani | (520) Magistro et fratribus hospitalis Hierosolymitani mandat, ut possessionem ecclesiae de Nephinis, decimarum eius ac trium casalium temere occupatam Tripolitanae ecclesiae resignent. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 40. n° 73; Opp. ed. Migne I. 64. n° 73. — »Ea quibus apostolica.« |
| — | » | (521) (Iohanni) Anagnino episcopo concedit facultatem, ut pro emptione Castri Acuti possessiones ecclesiae suae pignori obligare possit. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 40. n° 74; Opp. ed. Migne I. 65. n° 74. — »Ad universalis ecclesiae.« |
| — | » | (522) Conventrensi episcopo iniungit, ut clericis, qui legitime convinci poterint ecclesiastica beneficia simoniace obtinuisse, amotis ea idoneis personis assignet. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 286. n° 497; Opp. ed. Migne I. 459. n° 497. — »Vitium simoniacae pravitatis.« |
| — | » | (523) Archiepiscopo et abbati S. Petri foris portam et magistro Borno subdiacono suo archidiacono Viennensi mandat, ut, si eis constiterit electionem Faverniacensis abbatis ad abbatem Casae Dei legitime pertinere, per eum electionem Gilleberti iam factam confirment. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep ed. Baluze I. 55. n° 101; Opp. ed. Migne I. 89. n° 101. — »Cum dilectus filius.« |
| — | » | (524) Abbati Lucae, magistro Gerardo, G. archipresbytero S. Severini procuratoribus ecclesiae Salernitanae, abbati Barch. Caputaquensis ecclesiae praeceptori nunciat, cassare se »quicquid in ecclesia vel diocesi Salernitana in concessionibus praebendarum, officiorum *etc.* per Iohannem principem et magistrum Gerardum, qui Salernitano archiepiscopo detento in vinculis locum eius invadere per laicalem potentiam attentarunt, occasione intrusionis factum est vel statutum.« *Sine mense et die.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 35. n° 65; Opp. ed. Migne I. 55. n° 65. — »Incumbit nobis ex.« |
| — | » | (525) Abbati et monachis de Galdo (Gualdo *Mitt.*), qui in medio pravae nationis positi graves a vicinis suis molestias sustinebant, concedit facultatem ad loca tutiora monasterium et habitationem circumpositam transferendi. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 35. n° 66; Opp. ed. Migne I. 56. n° 66; Mittarelli Ann. Camald. IV. append. 218. n° 136. — »Quae pro religiosorum.« |
| — | » | (526) Laudensi episcopo mandat, ut litteras cassationis super electione canonicorum in ecclesia Novariensi facta nec recipiat in iudicio nec in aliquo sine speciali mandato procedat. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 36. n° 68; Opp. ed. Migne I. 57. n° 68. — »Cum Iacobus iudex.« |
| — | » | (527) (Bartholomaeo) archiepiscopo et archidiacono Tranensibus inquisitionem transactionis habitae inter episcopum et canonicos Vestanenses de quadam capella episcopali et aliis rebus committit. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 10. n° 21; Opp. ed. Migne I. 16. n° 21. — »Significantibus dilectis filiis.« |
| — | — | (528) Cameracensi capitulo inhibet, ne quid attentare praesumant contra tenorem mandati apostolici, quo (Odoni) Parisiensi episcopo praecipit, ut inquirat, an H(ugo) Cameracensis electus viduam duxerit in uxorem et ab ea susceperit filium in praepositura s. Petri Duacensis nullo medio ipsi succedentem, ac eidem capitulo interdicat alia electione, etiamsi dictus electus resignare velit. *Sine die, mense et loco.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 253. n° 428; Opp. ed. Migne I. 405. n° 428. — »Ad audientiam apostolatus.« |
| — | — | (529) (Odoni) Parisiensi episcopo inquisitionem et examen super vita et moribus H(ugonis) Cameracensis electi committit. *Sine die, mense et loco.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 253. n° 429; Opp. ed. Migne I. 405. n° 429. — »Eam de discretione.« |
| — | — | (530) (Petro) Atrebatensi episcopo mandat, ut, cum propter vicinitatem locorum et de forma electionis et de qualitate H(ugonis) Cameracensis electi dicatur habere notitiam pleniorem, tam de fama publica quam de aliis ei obiectis per litteras sedi apostolicae intimet veritatem. *Sine die, mense et loco.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 253. n° 430; Opp. ed. Migne I. 406. n° 430. — »Ad audientiam apostolatus.« |
| — | — | (531) Uguitionem et Guidonem marchionem fideles suos et terram eorum, quae ad ius et proprietatem b. Petri pertinere dinoscitur, cum omnibus bonis protegendos suscipit. *Sine die, mense et loco.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 224. n° 378; Opp. ed. Migne I. 359. n° 378. — »Licet apostolica sedes.« |
| — | — | (532) (Hugoni) Sipontino archiepiscopo mandat, ut, si commissionis litterae ad Tranensem archiepiscopum et abbatem de Coronata a P. presbytero portatae »in quibus fuit falsitas deprehensa, formam de simplici iustitia habuerunt, cum praesumi non debeat, quod pro talibus litteris, quae de facili possunt a quibuslibet obtineri, fraudem commiserit falsitatis, ab ipso presbytero canonica purgatione recepta quod conscius non |

1198.

— — fuerit falsitatis,« ei officium beneficiumque restituat. *Sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 268. n° 456; Opp. ed. Migne I. 430. n° 456; Collect. IV. decret. lib. 5. tit. 8 *de crimine falsi* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 683; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 20 *de crim. falsi* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 785; ap. Richter Corp. II. 791. — »Accedens ad praesentiam.«

— — (533) Civitatem Tudertinam, quae ad ius et proprietatem sedis apostolicae pertinere dignoscitur »quam et nos ad manus nostras semper volumus retinere,« protegendam suscipit, et consulatum cum iurisdictione sua consulibus et populo eiusdem civitatis confirmat. *Sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 250. n° 426; Opp. ed. Migne I. 400. n° 426; Cocquelines Bullar. III. 76. n° 16; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 133. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

— — (534) (Adolfo) archiepiscopo, praeposito S. Andreae et scholastico S. Petri Coloniensibus mandat, ut Gisleberto canonico S. Iohannis in Leodio, si eis constiterit, illum esse occasione permutationis praebendarum a Lamberto clerico deceptum, ab ecclesiae s. Mariae Namurcensis praebenda amoto consanguineo ipsius Lamberti, eandem faciant restitui et eundem ipsius pacifica possessione gaudere. *Sine nota chronol.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 45. n° 84; Opp. ed. Migne I. 72. n° 84; Collect. I. decret. Innoc. tit. 17 ed. Baluze l. c. I. 576, ed. Migne III. 1224; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 5 c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 516; *manca int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 19 *de rerum permutat.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 484; ap. Richter Corp. II. 505. — »Cum universorum fidelium.«

— — (535) Corrado et Petro quondam filiis Malabrancae petentibus pronuntiat, inter Iohannem filium nobilis viri Leonis de Monumento et S. filiam quondam Matthaei de Fortebrachio nec matrimonium nec sponsalia fuisse contracta, cum constet puellam nondum ad septennium pervenisse, etiam consanguineorum assensus defuerit. *Sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 181. n° 325; Opp. ed. Migne I. 290. n° 325; Collect. I. decret. Innoc. tit. 40 ed. Baluze l. c. I. 603, ed. Migne l. c. III. 1266; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 2 *de despons. imp.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 558; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 4. tit. 2 *de despons. imp.* c. 13 ap. Boehmer l. c. 642; ap. Richter l. c. 653. — »Ad dissolvendum quod.«

— — (536) Respondet ad Willelmi abbatis S. Thomae de Paraclito Roskildens. dioc. quaestionem: an maritus in regionem longinquam profectus ibique aliam coniugem in matrimonium ducens reversus et poenitens hanc dimittere possit. *Absque nota chronol.* || Langebek Scr. rer. Dan. VI. 12; *cf.* Suhm Hist. af Danmark VIII. 435. — »Quoniam nobis est.«

— — (537) Respondet ad Willelmi eiusdem quaestionem: an liceat viro sine consensu uxoris, an uxori sine consensu mariti votum facere castitatis; nec non: an sponsam alterius aliquis cognatus eius in matrimonium ducere possit. *Sine signo chronol.* || Langebek l. c. VI. 12; *cf.* Suhm l. c. VIII. 435. — »Ut beatus dicit.«

— — (538) Respondet ad Willelmi eiusdem quaestionem: an vir post decessum cognati ipsius uxorem, quam sibi hic cognatus desponsaverat, in matrimonium ducere possit. *Sine signo chronol.* || Langebek l. c. VI. 14; *cf.* Suhm l. c. VIII. 435. — »Ut honori Dei.«

— — (539) Respondet ad Willelmi eiusdem quaestionem: an consensui de futuro matrimonio, iuramento addito, vis coniugii ita tribuenda sit, ut eam ob causam coniugium deinde cum alia contractum dissolvi debeat. *Sine nota chronol.* || Langebek l. c. VI. 14; *cf.* Suhm l. c. VIII. 435. — »Ad hoc totius.«

— — (540) Respondet ad Willelmi eiusdem quaestionem de poena illi irroganda, qui cognatam uxoris ante tempus nuptiarum cognoverat. *Sine nota chronol.* || Langebek l. c. VI. 17; *cf.* Suhm l. c. VIII. 436. — »Quod apostolica sedes.«

— — (541) Scribit cuidam episcopo, viriginem violenter oppressam ceterarum virginum numero debere adiungi. *Sine nota chronol.* || Langebek l. c. VI. 18; *cf.* Suhm l. c. VIII. 436. — »Fraternitati tuae sedis.«

— — (542) Respondet cuidam episcopo circa adulterium per maritum quendam cum uxoris sorore commissum. *Sine signo chronol.* || Langebek l. c. VI. 18; *cf.* Suhm l. c. VIII. 437. — »Ad nostram audientiam.«

— — (543) Consulibus Mediolanensibus petentibus et »quia civitatem vestram speciali quadam praerogativa diligimus« (Philippo) eorum archiepiscopo mandat, ut Passaguerrae excommunicato munus absolutionis impendat, mandans ei statim ex debito iuramenti »quatenus infra mensem nostro se conspectui repraesentet.« *Sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 210. n° 360; Opp. ed. Migne I. 337. n° 360. — »Super negotio Passaguerrae.«

* *Scriptum est super hoc* (Philippo) Mediolanensi archiepiscopo.

— — (544) Hominibus de Monte Flascone fidelibus suis medietatem passagii concedit, »ut milites vestri semper in equis et tam ipsi quam pedites in armis sint pro servitio nostro et castri defensione parati.« Bonas quoque consuetudines communiter observatas eis

**1198.**

confirmat. *Fragm. sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 212. nº 361; Opp. ed. Migne I. 337. nº 361. — »Licet ad fidelitatem.«

* *Positum est in optione eorum, si mallent praedictam medietatem passagii pro munitione castri.*

— — (545) (Guilelmo) Ebredunensi, (Ymberto) Arelatensi et (Guidoni) Aquensi archiepiscopis et suffraganeis eorum nunciat, se, ut melius et facilius Terrae nativitatis dominicae subveniant, R. subdiaconum suum Massiliensem praepositum ad eos mittere; mandat, ut illum devote recipiant ac archiepiscopi provinciale concilium cum eo pariter convocent et disponant, quod quisque ipsorum pro subventione Terrae in numero militum vel quantitate pecuniae praestare debeat: »ita quod nihil impediat quo minus congruo tempore, cum necessitas festinationem expostulet, ad partes ultramarinas succursus transeat exoptatus.« *Sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 238. nº 406; Opp. ed. Migne I. 380. nº 404; Bouquet Rec. XIX. 370. — »Si ad excitandos.«

— — (546) W(illelmum) comitem Forcalcariensem hortatur, ut »arma quae hactenus in fideles ecclesiae commovisti, in hostes Christi convertas, et de persecutore in defensorem conversus te ipsum pro domo Israel murum defensionis opponas et ad defendendam Terram nativitatis dominicae potenter ac viriliter accingaris; ut satisfacto de his pro quibus es nominatim excommunicatione notatus, signum dominicae crucis accipias, Hierosolymitanam visitaturus provinciam et defensioni eius pro viribus instituturus.« *Sine die et mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 239. nº 407; Opp. ed. Migne I. 384. nº 407; Bouquet Rec. XIX. 371. — »Si ad actus.«

— — (547) Nobili viro R. de Agout mandat, ut comitem Forcalcariensem moneat et inducat, ut in manibus R. Massiliensis praepositi subdiaconi sui super his pro quibus sit excommunicatus, satisfactionem impendat, absolutionem consequatur et crucem assumat. *Sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 241. nº 408; Opp. ed. Migne I. 385. nº 408. — »Ad meritum tibi.«

— — (548) Consulibus et populo Castellanis, nobilibus viris et aliis per Castellanam diocesim constitutis mandat, ut pontifici fidelitatis iuramentum praestent. *Sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 220. nº 369; Opp. ed. Migne I. 352. nº 369. — »Grates multimodas omnipotenti.«

— — (549) (Rainaldo) archiepiscopo, decano et praecentori Lugdunensibus causam inter Falconem et Gualterum Cabilonensis ecclesiae archidiaconos iudicandam committit, ita ut, si eis constiterit Falconem ob duplicem causam excommunicatum esse, ipsum ecclesiae Cabilonensi satisfacere cogant. *Sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 176. nº 319; Opp. ed. Migne I. 283; *fragm. in* Collect. I. decret. Innoc. tit. 31 ed. Baluze l. c. I. 588, ed. Migne l. c. III. 1243; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 21 *de sentent. exc.* c. 1 *et* Collect. IV. decret. lib. 1. tit. 16 *de procur.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 591, 628; *duo fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. exc.* c. 27 *et* lib. 1. tit. 38 *de procur.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 850, 197; ap. Richter Corp. II. 863, 206 (ad a. 1199). — »Cum pro causa.«

— — (550) (Alberto) Leodiensi episcopo, abbati de Bron. (*al.:* S. Trudonis) et praeposito Traiectensi mandat, ut inquirant contra (Iohannem) Treverensem archiepiscopum super criminibus ei a decano Treverensi obiectis et, si culpabilis erit, eum officio beneficioque suspensum publice denuntient. *Sine loco, die et mense.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 38. nº 70; Opp. ed. Migne I. 61. nº 70. — »Cum irreprehensibilem deceat.«

— — • (551) Irmentrudin abbatissam et conventum monasterii in Sebach, a Sigefrido de Sebach quondam fundati, sub b. Petri et sua protectione suscipit. || Würdtwein Monast. Palat. V. 82.

— — (552) (Ricardo) »regi Anglorum eodem aº mandavit, quatinus visis litteris sub poena interdicti archiepiscopum Cantuariensem Hubertum ab officio iustitiarii removeret.... Amoto igitur Huberto archiepiscopo rex loco ipsius Gaufridum filium Petri subrogavit.« | Roger of Wendover, edid. Coxe. Lond. 1842. 8º III. 129; Barth. Cotton Hist. Angl. 89.

— — † (III) Clero et populo Aquensibus significat, se Alexandri praedecessoris sui statutum, quo »decreverat, ut quoniam Alexandrinorum civitas longe maior est et populosior quam Aquensis, episcopalis sedes de illa, cuius diocesi est contigua, transferretur ad istam,« taliter moderari, ut Alexandrinam et Aquensem ecclesias uniat, statuens ut unus et idem sit pontifex utriusque, unam et eandem pontificalem sedem obtinens in utraque *etc.* Aº Di 1198. pont. aº 1º. || Ghilini Ann. di Alessandria 18. — »Cum beatus Petrus.«
*Haec bulla valde suspecta est propter nomina cardinalium subscribentium corrupta vel potius ad fraudem concepta.*

— — (Gerardo) Paduano episcopo mandat, ut F. clerico *etc.* *Sine nota chronol.* || Dondi Orlogio Dissert. VI. docum. 170. nº 150, *vid.* 1201. (Mart. Apr.)

— — Magistro et fratribus Hierosolymitani hospitalis. *Absque nota chronol.* || Pauli Cod. dipl. I. 318. nº 39, *vid.* 1199. Febr. 8. No. 595.

**1199.**

(Ianr. ineunt.) — Laterani — (553) Nobili viro L. de Aquila comiti Fundano scribit: »Imperatrix (Constantia) legitimum condidit testamentum, quo nobis F(riderici) Siciliae regis tutelam et curam regni concessit; ac postmodum 27. die mensis Novembris viam est universae carnis ingressa. Ad regnum ipsum solidandum in eiusdem regis fidelitate et obsequio, et tranquillitate, pace ac iustitia conservandum I(ohannem) tit. S. Stephani in Coelio Monte presbyterum et G(erardum) S. Adriani diaconum cardinales ante faciem nostram duximus praemittendos, qui et adventum nostrum praenuntient.« Ideo ei mandat, ut cardinales ipsos tanquam legatos apostolicae sedis devote suscipiat eorumque proponenda humiliter audiat et efficaciter prosequatur. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 322. n° 563; Opp. ed. Migne I. 518. n° 563; Pirrus Sicil. sacra I. 118 *(minus integre)*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 21; *cf.* Boehmer Reg. 1198—1254. p. 292. — »Quod in obsequio.«

Ianr. 2 — » — (554) Tyrenensi (Ciren. *Coll. III.*) archiepiscopo de testibus ad exceptionem probandam inducendis consulenti respondet, »utrum cogendi sint super principali etiam negotio ferro testimonium veritati, et an illi sint, sicut ceteri testes, examinandi stricte, qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur.« IV non. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 295. n° 513; Opp. ed. Migne I. 474; *sine signo chronol. in* Collect. I. decret. Innoc. tit. 23 ed. Baluze I. c. I. 582, ed. Migne I. c. III. 1233; *in 2 partes divisa in:* Collect. III. decr. lib. 2. tit. 12* *de testib.* c. 2 *et* lib. 5. tit. 17 *de purgat. can.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 487, 590; Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de testib.* c. 29 *et* lib. 5. tit. 34 *de purg. can.* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 301 (*adscripta* a° 1207), 827 (*tributa* a° 1198); ap. Richter Corp. II. 313, 839. — »De testibus qui.«

» 2 — » — (555) Fratribus militiae Templi stagnum de Cucullo cum omnibus pertinentiis suis, et totum mansum de Granoliis, quae a Fulcrando Magalonensis ecclesiae praeposito emerant, confirmat. IV non. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 291. n° 506; Opp. ed. Migne I. 467. n° 506. — »Iustis petentium desideriis.«

» 3 — » — (556) Patriarchae Hierosolymitano et canonicis dominici Sepulchri praecipit, ut a festo omnium sanctorum proximo venturo usque ad annum ad respondendum de quaestione inter Antiochenam et Hierosolymitanam ecclesias super Tyrensi et Petertensi archiepiscopatibus diutius agitata sufficienter instructi sedi apostolicae se praesentent per sufficientes et idoneos responsales. III non. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 290. n° 505; Opp. ed. Migne I. 466. n° 505. — »Quanto Antiochenam et.«

» 4 — » — (557) Abbati et conventui S. Auberti Cameracensis praebendam in ecclesia b. Mariae Cameracensis, quam eis Iohannes episcopus Cameracensis concessit, apostolica auctoritate confirmat. II non. Ianr. a° 1°. ‖ Miraei Opp. dipl. II. 1201. — »Cum a nobis.«

» 4 — » — (558) Martino abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Mariae Vallumbrosanum in Romanae ecclesiae proprietatem, tutelam et protectionem apostolicae sedis suscipit *etc.* II non. Ianr. ind. II. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 1°. Lami Mon. eccles. Florent. I. 553; Cod. dipl. Sardin. I. 279. n° 145. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 5 — » — (559) Syracusano episcopo et abbati de Sambucino mandat, inducant tam archiepiscopos et episcopos quam alios ecclesiarum praelatos, ut secundum proprias facultates Terrae sanctae iusta aestimatione subveniant. Quod si noluerint, ipsi per viros idoneos eorum faciant redditus pensari et sedi apostolicae eos per litteras intiment. »Volumus ut per universam Siciliam singulis diebus in Missa pro peregrinis oratio Domino porrigatur et semel in hebdomada pro tribulatione Missa publice decantetur« *etc.* Non. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 293. n° 508; Opp. ed. Migne I. 470. n° 508; Manrique Ann. Cisterc. III. 349. — »De vestra discretione.«

» 5 — » — (560) Syracusano episcopo praecipit, ut contra haereticos assurgat et, si apud eos monitis obtinere non poterit ut redeant ad ecclesiae unitatem, ipsos, fautores, defensores et receptatores eorum pulsatis campanis candelis accensis per totam dioecesim, immo etiam per totam provinciam singulis diebus dominicis et festivis excommunicatos publice nunciari faciat et bona eorum a principibus publicari. Non. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 294. n° 509; Opp. ed. Migne I. 471. n° 509. — »Vergente iam in.«

» 5 — » — (561) Patriarchae Antiocheno significat, se inhibere, ne quis ei, ecclesiis vel clericis Antiochenis vel eorum hominibus in exactione talliae violentias vel gravamina de cetero inferre praesumat. Non. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 295. n° 512; Opp. ed. Migne I. 474. n° 512. — »Ne laedatur libertas.«

» 5 — » — (562) Tyrenensi (Turonensi *Decr. Greg.*) archiepiscopo respondet, »quod quamdiu clerici tui coram te voluerint stare iuri, compelli non debent iudicium Hierosolymitani patriarchae subire, nisi causa forsitan per appellationem ad eius audientiam perferatur.« Non. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 296. n° 515; Opp. ed. Migne I. 475. n° 515; *sine nota chronol.* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 20 *de off. iud. ord.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 464; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 31 *de off. iud. ord.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 171; ap. Richter Corp. II. 182. — »Duo simul consultationem.«

* *In eundem fere modum* Acconensi episcopo.

## 1199.

Ianr. 7 Laterani (563) Petrum episcopum et ecclesiam Colimbriensem cum omnibus bonis sub protectione b. Petri suscipit eisque omnes possessiones laicales confirmat. vii id. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 305. n° 534; Opp. ed. Migne I. 490. n° 534; Aguirre Conc. Hisp. V. 120. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 8 » (564) G. Conventrensi episcopo indulget, ut quae a praedecessoribus suis minus legitime alienata fuerint, ad ius et proprietatem ecclesiae suae legitime revocet. vi id. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 298. n° 520; Opp. ed. Migne I. 478. n° 520. — »Sicut nostro est.«

» 8 » (565) Archiepiscopis, episcopis et ceteris ecclesiarum praelatis in Ungaria constitutis inhibet, ut in consiliarios et familiares H(enrici) Ungariae regis, quorum in hac tempestate consilio carere non possit, nullus eorum nisi pro manifesta et rationabili causa excommunicationis vel interdicti sententiam audeat promulgare. vi id. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 295. n° 511; Opp. ed. Migne I. 473. n° 511; Katona Hist. crit. IV. 538; Fejér Cod. dipl. II. 350. — »Cum inter alios.«

» 8 » (566) I(ohanni) capellano et S(imoni) subdiacono (familiaribus) suis iniungit legationis officium apud V(ulcanum) regem Dalmatiae et Diocliae. vi id. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 299. n° 525; Opp. ed. Migne I. 480. n° 525; Farlati Illyr. sacr. VII. 27; Tamaius de Salazar Martyr. Hispan. VI; Fejér Cod. dipl. VII. v. 146; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 5. n° 8. — »Apostolicae sedis auctoritas.«

» 8 » (567) Vulcano regi Dalmatiae et Diocliae mandat, ut Io(hannem) capellanum et Simonem subdiaconum suos tanquam apostolicae sedis legatos benigne recipiat et honeste pertractet. »Nos eis dedimus in mandatis, ut apostolicam in te confirmantes doctrinam reforment quidquid invenerint reformandum et tanquam membra capiti apostolicae sedi conforment, in ipsius devotione pariter et obedientia solidantes.« Addit, se per eosdem pallium Diocliensi archiepiscopo transmittere. vi id. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 299. n° 526; Opp. ed. Migne I. 481. n° 526; Farlati l. c. 28; Theiner l. c. 5. n° 9; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 195 (*ubi erranter* a° 1198 *tribuitur*); Salazar l. c.; Fejér l. c. 147. — »Ut evidentius (vobis *legit Fej.*) evangelica.«

- * *In eundem fere modum* Uxori eiusdem regis,
- » » » » Nobili viro S. magno iupano,
- » » » » Uxori eiusdem S. magni iupani,
- » » » » Diocliensi archiepiscopo, *cui mandat,* ut eis fidelitatis iuramentum exhibeat. n° 527.
- » » » » Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ecclesiarum praelatis et aliis clericis per Dalmatiam et Diocliam in regno Vulcani regis Diocliae et Dalmatiae constitutis. n° 528.

» 11 » (568) (Guillelmo) Constantiensi episcopo decretalis epistolae rescriptum transmittit, ut sciat quid respondendum sit presbyteris reclamantibus duas partes decimae frugum feudalium, quas laici tanquam feudum suum religiosis domibus conferunt; tum decernit quod sententia, nisi appellatio intra dies decem interponatur, in rem iudicatam transeat. iii id. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. edit. Venet. 1578. lib. 1. fol. 341; ed. Baluze I. 309. n° 543; Opp. ed. Migne I. 497. n° 543; Baluze Miscell. ed. Mansi III. 391 *sine nota chron.; fragm. et sine signo chronol.* Collect. I. decr. Innoc. tit. 24 ed. Baluze l. c. I. 583, ed. Migne l. c. III. 1235; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 18 *de sent. et re iud.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 504; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 27 *de sent. et re iud.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 371; ap. Richter Corp. II. 386. — »Quid (Quod *Decret.*) ad consultationem.«

» 11 » (569) G. Conventrensi episcopo mandat, ne differat, si de iure patronatus quaestio emerserit inter aliquos, et ab eo cui competat intra quatuor menses non fuerit diffinitum, ex tunc ecclesiam ipsam de persona idonea ordinare »ita quod illi ex hoc non debeat in posterum praeiudicium generari, qui ius evicerit patronatus.« iii id. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 298. n° 521; Opp. ed. Migne I. 478. n° 521; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 30 *de iure patron.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 547; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 38 *de iure patron.* c. 27 ap. Boehmer l. c. 581; ap. Richter l. c. 594. — »Cum propter laicorum.«

» 11 » (570) (Ymberto) Arelatensi archiepiscopo mandat, ut de statu Regensis ecclesiae ac personae (Imberti) episcopi veritatem perscrutet, et utrum eius persona insufficiens sit ad gerendam solicitudinem pastoralem. iii id. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 298. n° 522; Opp. ed. Migne I. 479. n° 522. — »Hanc inter spiritualia.«

» 11 » (571) (Amedeo) Bisuntino archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, inhibeant ne Luxovienses monachi H. abbati electo ullam exhibeant obedientiam, cum ante electionem monachus non fuerit. iii id. Ianr. a° 1°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 298. n° 523; Opp. ed. Migne I. 480. n° 523; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 4 ed. Baluze l. c. I. 558, ed. Migne l. c. III. 1196; Collect. IV. decret. lib. 1. tit. 3 *de elect.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 616; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 37 ap. Boehmer Corp. II. 69; ap. Richter Corp. II. 79. — »Cum ad nostram.«

| | | 1199. |
|---|---|---|
| Ianr. 11 | Laterani | (572) Abbati de Flore quaerenti, an is, qui infirmus sese in sacerdotum manibus monachum fieri devovens sanus factus ad vomitum redierit, compellendus sit ad complenda promissa, respondet »quod cum monachum faciat non habitus sed professio regularis, ex quo a convertendo votum emittitur et recipitur ab abbate, talis ut fiat monachus et reddat Domino quod promisit, erit utique non immerito compellendus.« III id. Ianr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 299. nº 524; Opp. ed. Migne I. 480. nº 524; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 39 ed. Baluze l. c. I. 598, ed. Migne l. c. III. 1259; Manrique Ann. Cisterc. III. 361; *et adscripta Clementi II* Collect. II. decret. lib. 3. tit. 18 *de regular.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 392; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 31 *de regul.* c. 13 ap. Boehmer l. c. 534; ap. Richter l. c. 552. — »Porrectum nobis ex.« |
| » 12 | » | (573) Universo clero et populo Cremonensi nunciat, b. Homobonum Cremonensem in sanctorum numero relatum esse, et statuit, ut eiusdem festivitas in die depositionis ipsius (*i. e.* 13. Novb.) annis singulis celebretur. II id. (kal. *Sur., Cherub.*) Ianr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 300. nº 530; Opp. ed. Migne I. 483; Sanclementius Series episc. Cremonens. 258. nº 33, *cf.* 98; Cocquelines Bullar. III. 79. nº 18; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 137; Surius Vit. Sanctor. VI. 298; Cherubini Bullar. I. 72; *fragm. mai. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 20; *italice* ap. Gir. Balladori Il trafficante celeste, oceano di santita e miracoli dell' angelico padre Huomobuono il Santo, cittadino Cremonese. Cremona 1674. 4º. 391. — »Quia pietas promissionem.« |
| » 14 | » | (574) (Hugoni) archiepiscopo Sipontino mandat, ut abbatem S. Benedicti Sipontini, qui falsas litteras inscius a sede apostolica impetraverat eamque ob rem ab officio suspensus erat, ab ipso cum tertia manu purgatione recepta quod ei de falsitate litterarum illarum non constitit, a falsitatis infamia denuntiet absolutum et eidem officium restituat. XIX kal. Ianr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 302. nº 531; Opp. ed. Migne I. 485. nº 531. — »Ex litteris dilectorum.« |
| » 18 | » | H(ugolino) archipresbytero et canonicis Principis Apostolorum: »XV kal. Febr. (aº 1º).« ‖ Innoc. Ep. lib. 1. nº 536 ed. Baluze I. 305 *etc., vid.* 1200. Ianr. 18. |
| » 21 | » | (575) Decano et capitulo Andegavensibus mandat, ut W(illelmum) de Chimeleio, quem ab officio pontificali suspendi iusserat eo, quod ab Abrincensi ecclesia ad Andegavensem papa inconsulto translatus fuerat (sicut enim episcopus consecratus sine licentia Romani pontificis suam non debet ecclesiam derelinquere; sic et electus confirmatus praeter eius assensum suam deserere nequit ecclesiam, cui est matrimonialiter alligatus), eo de plenitudine potestatis tam a vinculo prioris ecclesiae quam a poena suspensionis penitus absoluto, episcopum suum agnoscant eique debitam obedientiam exhibeant. XII kal. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 302. nº 532; Opp. ed. Migne I. 486. nº 532; *sine nota chronol., cum inscript.:* Virdunensi episcopo *et omisso initio incipiens* »Cum fortius sit« Baluze Miscell. ed. Mansi III. 390; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 5 ed. Baluze l. c. I. 558, ed. Migne l. c. III. 1197; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 5 *de translat. episc.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 434; *int.* Greg. IX. decret. lib. 1. tit. 7 *de transl. ep.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 81; ap. Richter Corp. II. 93. — »Inter corporalia et.« |
| » 23 | » | (576) Montanario (Montano *al.*) subdiacono suo prioratum S. Savini de Plano Spoleti contra Philippum Iohannis Pelagalli adiudicat. X kal. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 304. nº 533; Opp. ed. Migne I. 489. nº 533. — »Cum super prioratu.« |
| » 25 | » | (577) Panormitano, Reginensi, Capuano, Montis Regalis archiepiscopis et episcopo Troiano familiaribus regiis nunciat, se duxisse destinandum G(regorium) S. Mariae in porticu diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum in Siciliam eisque praecipit, ut, cum negotium dilationem non capiat, quantamcunque pecuniam poterint tanto negotio necessariam transmittant in stipendia exercitus *etc.* contra tyrannidem Marcoualdi convertendam. VIII kal. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 317. nº 557; Opp. ed. Migne I. 510. nº 557; Huillard-Bréholles Hist. diplom. I. I. 23; *cf.* Boehmer Reg. 1198—1254. p. 292. — »Si diligenter attenditis.« |
| » 26 | » | (578) I(ohanni) capellano et S(imoni) subdiacono familiaribus suis apostolicae sedis legatis scribit: »Ex inspectione libri censualis camerae nostrae nobis innotuit, quod Antibarensis ecclesia inter suffraganeas Ragusanae metropolis numeretur.« Propterea eis inhibet, ne Antibarensi electo pallium concedant, nisi ipsis constiterit, eius praedecessores fuisse palliis decoratos et dignitatem metropoliticam habuisse. VII kal. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 305. nº 535; Opp. ed. Migne I. 490. nº 535; Farlati Illyr. sacr. VII. 29. — »Post dies aliquot.« |
| » 26 | » | (578a) Episcopis, abbatibus *etc.* per Campaniam, Maritimam et Terram Laboris constitutis committit defensionem fratrum Casaemarii Cisterc. ord. VII kal. Febr. aº 1º. ‖ Rondinini Monast. de Casaemario 126. — »Non absque dolore.« |
| » 27 | » | (579) P(etro) de Castro Novo archidiacono Magalonensi archidiaconatum, quem ipsi (Ymbertus) Arelatensis archiepiscopus contulerat, confirmat. VI kal. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 307. nº 541; Opp. ed. Migne I. 494. nº 541. — »Cum olim bonae.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| Ianr. 30 | Laterani | (580) Coenobium de Curto Rivo Cisterc. ord. protegendum suscipit eiusque possessiones, bona ac privilegia confirmat. III kal. Febr. indict. II. incarn. dom. aº 1198. pont. 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 312. nº 548; Opp. ed. Migne I. 502. nº 548. — »Prudentibus virginibus.« |
| » 30 | » | (581) Priori et fratribus de Grandimonte praecipit, ut B. et eius fratres caritate fraterna pertractent, ac inter ecclesias suas suscipiant ecclesiam ab eodem B. constructam in Avenionensi diocesi in terra R(aimundi) comitis Tolosani. III kal. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 308. nº 542; Opp. ed. Migne I. 496. nº 542. — »Cum dilectus filius.« |
| » 30 | » | (582) (Iobo) Strigoniensi archiepiscopo, (Boleslao) Pataviensi (*legas* Vaciensi) et (Iohanni) Cenadiensi episcopis causam inter Waradiensem episcopum et canonicos Waradienses super quibusdam iniuriis sibi ab illo irrogatis conquerentes examinandam committit. III kal. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 311. nº 546; Opp. ed. Migne I. 500. nº 546; Katona Hist. crit. IV. 540; Fejér Cod. dipl. II. 351. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 30 | » | (583) (Boleslao) Waciensi et (Iohanni) Cenadiensi episcopis et abbati Siricensi [Zircz] controversiam inter S. abbatem de Felduar [Földvár] et (Calanum) Quinqueecclesiensem episcopum disceptandam committit. III kal. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 309. nº 544; Opp. ed. Migne I. 497. nº 544; Katona Hist. crit. IV. 543; Koller Hist. ep. Quinq. I. 306; Fejér Cod. dipl. II. 353; Fuxhoffer Monast. (ed. 2a) I. 234. — »Cum dilecti filii.« |
| » 30 | » | (584) (Ugrino) episcopo Geuriensi et abbati de Boccan scribit: »Magister L. Tarvisinus olim ad apostolicam sedem accedens de regesto f. r. Alexandri pp. praedec. nostri quandam chartam dolose surripuit, quam in ea parte dolose abscidit, qua tribus aliis chartulis, quia fuerat in quaterno medio, iungebatur, filo integro remanente. .... Cum pro litteris de quibus dubium est, an a sede apostolica emanarint, ad regestum de consuetudine recurratur« .... eis praecipit, ut magistrum P. Strigoniensem praepositum et magistrum Robertum Anglicum et Azonem presbyterum, huius iniquitatis consocios, evocent ab eisque sub iureiurando veritatem exquirant, cuius consilio, quo mandante et quo procurante tantae falsitatis crimen fuerit attentatum. III kal. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 307. nº 540; Opp. ed. Migne I. 493. nº 540; Katona Hist. crit. IV. 548; Fejér Cod. dipl. II. 356. — »Inauditum falsitatis genus.« <br> * *Fere in eundem modum* (Iohanni) patriarchae Gradensi. |
| (Ianr. exeunte) | (») | (585) (Friderico) regi Siciliae mittit epistolam de morte patris et matris consolatoriam eumque exhortatur, ut »omni penitus moerore deposito, effugatis tristitiae tenebris exultes in Domino, et in eo consolationis suscipias medicinam, qui pro temporali spiritualem tibi patrem providit, et in matris obitu matrem Ecclesiam materna solicitudine tuae indoli deputavit, ut factus postmodum vir et in regni solio solidatus eam amplius venereris, per quam te cognoveris exaltatum.« Magistrum G. subdiaconum et L. iudicem nuntios, qui regis litteras doloris et gemitus expressivas Romam portaverant, eidem commendat. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 323. nº 565; Opp. ed. Migne I. 520. nº 565; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 27; Baerwald Baumgart. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 137; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1199 § 1. — »Quod prima primi.« |
| Febr. 1 | » | (586) Monasterii Francarum Vallium Cisterc. ord. omniumque eius bonorum tutelam suscipit, privilegia confirmat. Kal. Febr. indict. II. incarn. dom. aº 1198. pont. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 312. nº 547; Opp. ed. Migne I. 501. nº 547. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 1 | (») | (587) G(irardi) S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis sententiam confirmat, qua Albericus prior S. Laurentii de Spello a prioratu removetur. Kal. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 310. nº 545; Opp. ed. Migne I. 499. nº 545. — »Quaestionem prioratus inter.« |
| » 3 | » | (588) Lincolniensi et Wintoniensi episcopis et abbati S. Edmundi causam inter episcopum et monachos Conventrenses tam super episcopali iure quam alienatis possessionibus et beneficiis ecclesiasticis vertentem committit. III non. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 313. nº 550; Opp. ed. Migne I. 503. nº 550. — »Ex insinuatione venerabilis.« |
| » 3 | » | (589) Boscaudonensis monasterii ord. s. Ben. protectionem suscipit Gaudemario abbate fratribusque petentibus ac omnes eius possessiones, quarum plures nominatim exprimit, praesentes et futuras, illibatas permanere iubet. III non. Febr. indict. II. incarn. dom. aº 1198. pont. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 313. nº 551; Opp. ed. Migne I. 504. nº 551; Iongelinus Notit. abbat. Cisterc. Lib. I. 72. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 3 | » | (590) Domum s. Trinitatis Cervi frigidi tuendam suscipit et statuit, ut omnes eius possessiones, quarum plures nominatim exprimit, illibatae permaneant. III non. Febr. indict. II. incarn. dom. aº 1198. pont. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 314. nº 552; Opp. ed. Migne I. 504. nº 552. — »Operante patre luminum.« |

**1199.**

Febr. 4 — Laterani — (591) Hen(ricum) regem Ungariae rogat, ut, ne testibus illis, qui super facinore falsitatis cuiusdam perhibentur in regno Ungariae permanere (*vid.* 1199. Ianr. 30 nº 584) et nominati sunt, ut perhibeant testimonium veritati, quisquam noceat, eos potenter protegat. II non. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 312. nº 549; Opp. ed. Migne I. 502. nº 549; Katona Hist. crit. IV. 551; Fejér Cod. dipl. II. 357. — »Inauditam hactenus speciem.«

» 7 — » — (592) (Petro) Colimbriensi (Colubriensi *Decr.*, Olimbiensi *Bal. Misc.*) et aliis episcopis in regno Portugalliae constitutis differentiam inter generale et particulare interdictum declarat. VII id. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 315. nº 554; Opp. ed. Migne I. 506. nº 554; Aguirre Conc. Hisp. V. 120; *absque nota chronol.* Baluze Miscell. ed. Mansi III. 391; Collect. l. decret. Innoc. tit. 31 ed. Baluze Inn. Ep. I. 588, ed. Migne l. c. I. 1243; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 23 *de verb. sign.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 597; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 40 *de verb. sign.* c. 17 ap. Boehmer Corp. II. 869 (*ubi ad* a. 1213 *refertur*); ap. Richter Corp. II. 881. — »Cum in partibus.«

» 8 — » — (593) (Bartholomaeo) Panormitano archiepiscopo mandat, ut Theutonicos ex monasterio ad s. Trinitatem in civitate Panormitana sito amoveat iterumque fratres Cistercienses aut fratres alterius ordinis ibi instituat. VI id. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 324. nº 566; Opp. ed. Migne I. 521; Hennes UB. des deutschen Ord. I. 4. — »Circa statum ecclesiarum.«

» 8 — » — (594) Capitulo Strigoniensis ecclesiae decimam vini, quod nascitur in montibus Strigoniensibus, sicut eam ex concessione I(obi) Strigoniensis archiepiscopi possident, confirmat. VI id. Febr. aº 1º. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 86. — »Cum a nobis.«

» 8 — » — (595) Magistro et fratribus Hierosolymitani hospitalis sub excommunicationis interminatione praecipit, ut tam causam inter eos et fratres militiae Templi super quibusdam possessionibus constitutis in tenimento Margati et Valeniae vertentem, quam alias honeste pertractent, »non per violentiam vel iniuriam contendentes, sed quae pro utraque parte videntur facere in iudicium rationabiliter deducentes.« VI id. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 324. nº 567; Opp. ed. Migne I. 521. nº 567; Vertot Hist. des cheval. de St.-Jean I. 609; *absque signo chronol., sed ad* a. 1198 ap. Pauli Cod. dipl. I. 318. nº 39. — »In totius christianitatis.«

» 10 — » — (596) (Odoni) episcopo et magistro P(etro) de Corbolio canonico Parisiensibus mandat, ut, si Lingonensem episcopum innocentem invenerint, eum ab interdicti sententia et ab impetitione capituli absolvant. IV id. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 314. nº 553; Opp. ed. Migne I. 505. nº 553; *non integra* ap. Manrique Ann. Cisterc. III. 326. — »Cum olim dilecti.«

» 11 — » — (597) (Sanchoni) regi Navarrae, qui hostiliter coactus regi Aragoniae iuraverat, quod ab ipso fuerat de treugis et matrimonio inter dictum regem Aragoniae et sororem Sanchonis contrahendo postulatum, inhibet, ne »occasione iuramenti praemissi, quod periurium est verius nominandum, procedat ad incestuosam coniunctionem complendam.« III id. Febr. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 317. nº 556; Opp. ed. Migne I. 509. nº 556; Aguirre Conc. Hisp. V. 121; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 41; *absque nota chronol.* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 15 *de iurei.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 494. — »Ad audientiam nostram.«

» 17 — » — (598) Henrico diacono G(irardi) S. Nicolai diaconi cardinalis sententiam confirmat, qua eidem ecclesia s. Calixti adiudicatur. XIII kal. Mart. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 327. nº 573; Opp. ed. Migne I. 526. nº 573. — »Cum inter te.«

» 17 — » — (599) Pe(tro) Colimbriensi episcopo concedit, ut ii, qui in canonicorum s. Crucis vel aliorum privilegiatorum sunt fraternitate recepti, quamdiu moram fecerint in domibus suis in habitu saeculari et ab ecclesiis eius ecclesiastica receperint sacramenta, iura episcopalia solvere teneantur. XIII kal. Mart. aº 1º. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 329. nº 576; Opp. ed. Migne I. 529. nº 576; Aguirre Conc. Hisp. V. 121. — »Fratrum et coepiscoporum.«

» 17 — (») — (600) G(regorio) S. Mariae in porticu diacono cardinali apostolicae sedis legato tutelam F(riderici) Siciliae regis et regni dispositionem committit. XIII kal. Mart. aº 1º addit (ex Alex. di Meo Annali crit.-dipl. del regno di Napoli. Nap. 1795sq. XI. 122; *cf.* Istoria della pretesa monarch. di Sicil. 104) ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 28; *sine signo chronol.* Innoc. Ep. ed. Baluze I. 322. nº 562; Opp. ed. Migne I. 518. nº 562; *cf.* Boehmer Reg. 1198—1254. p. 292. — »Constantiam tuae mentis.«

» 17 — » — (601) Comitibus, baronibus, civibus et universo populo in Apulia et Calabria constitutis mandat, ut, in F(riderici) Siciliae regis fidelitate ac devotione sedis apostolicae solita fortitudine persistentes, Marcoualdo Dei et ecclesiae inimico, antiquo regni Siciliae persecutori, qui cum omnibus fautoribus et participibus suis excommunicationis sit vinculo innodatus, potenter et viriliter resistant, nec residuum libertatis suae patiantur suffocari. XIII kal. Mart. aº 1º. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 29; *sine chronol. signo* Innoc. Ep. ed. Baluze I. 321. nº 560; Opp. ed. Migne I. 516. nº 560. — »Satis hactenus manus.«

» 18 — » — (602) Capitulum Remense, episcopos et universos abbates, priores et alios ecclesiarum praelatos per Remensem provinciam constitutos hortatur, ut privilegia, indulgentias et

**1199.**

libertates monasterio Ursicampi Cisterc. ord. Noviom. dioc. ab apostolica sede concessa ac eius consuetudines observent ab eiusque molestia super his penitus quiescant. xII kal. Mart. a° 1°. || Peigné-Delacourt Cartul. d' Ourscamp 309. n° 500. — »Dilecti filii abbas.«

Febr. 18 Laterani (603) Primicerio et clero Mediolanensi declarat, omnes ecclesias legatis et nuntiis apostolicae sedis procurationes impendere teneri, et se velle, ut ab eadem praestatione nulla prorsus habeatur excusata. Mandat eis, ut B(ernardo) tit. S. Petri ad vincula presbytero cardinali pro negotiis ecclesiae in Lombardiam destinato, cui ea in re contumaciter restiterant, satisfactionem congruam exhibeant. xII kal. Mart. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 326. n° 568; Opp. ed. Migne I. 523. n° 568; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 10 ed. Baluze l. c. I. 563, ed. Migne l. c. III. 1204; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 37 *de censib.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 555; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 39 *de censib.* c. 17 ap. Boehmer Corp. II. 589; ap. Richter Corp. II. 602. — »Cum instantia nostra.«

* *Scriptum est super hoc* B(ernardo) tit. S. Petri ad vincula presbytero cardinali apostolicae sedis legato.

» 18 » (604) (Wolfgero) Pataviensi (Pitaviensi, Pictaviensi *al.*) episcopo concedit attendens »quod consuetudo quae canonicis obviat institutis, nullius debeat esse momenti, cum sententia a non suo iudice lata nullam obtineat firmitatem,« ut in causis ecclesiasticis subiectorum suorum, postquam ipsi de meritis earum constiterit, sententiam proferre possit, sicut ordo postulet rationis. xII kal. Mart. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 327. n° 571; Opp. ed. Migne I. 526. n° 571; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 3 *de consuet.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 429; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 4 *de consuet.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 29; ap. Richter Corp. II. 36. *Cf.* Boehmer Reg. 1198—1254. p. 292. — »Ad nostram noveris.«

» 19 » (605) Eidem potestatem incendiarios suae diocesis absolvendi indulget. xI kal. Mart. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 327. n° 572; Opp. ed. Migne I. 526. n° 572; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 826. — »Sicut ex parte.«

» 19 » (606) Magistro et fratribus hospitalis quod Theutonicum appellatur significat, se ordinationem eorum factam iuxta modum Templariorum in clericis et militibus et ad exemplum Hospitalariorum in pauperibus et infirmis confirmare. xI kal. Mart. a° 1°. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 327. n° 570; Opp. ed. Migne I. 525; Hennes UB. des deutschen Ord. I. 5. n° 4 (*male ad* a. 1198); Strehlke Tab. 266. n° 297. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 19 » (607) Abbate et conventu monasterii de Holm(coltram) Cisterc. ord. petentibus inhibet, ne quis, cum a praestatione decimarum de animalium nutrimentis immunes sint, contra haec privilegia ab eis de lana, lacte et agnis decimas exigere vel extorquere praesumat. xI kal. Mart. a° 1°. || Dugdale Monast. Angl. V. (1846.) 603. — »Solet annuere sedes.«

» 23 » (608) Abbati de Cerreto (Cetreco, Cenedo *al.*) mandat, ut ordinariis maioris ecclesiae Mediolanensis convocatis, nisi per speciale privilegium sedis apostolicae a praestandis procurationibus ostenderint se immunes, etiamsi longissimo tempore procurationis obsequium non impenderint, cum in talibus sibi praescriptio locum nequeat vendicare, ipsos ad procurationis sarcinam ordine debito subeundam teneri decernat. vII kal. Mart. (a° 2°). || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 326. n° 569; Opp. ed. Migne I. 525. n° 569; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 17 *de praescr.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 499; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 26 *de praescr.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 360 (*ubi ad* a. 1210 *refertur*); ap. Richter Corp. II. 372. — »Accedentes ad presentiam.«

» 24 » (609) R. episcopo S. Andreae mandat, ut monachos et canonicos regulares suae diocesis, qui ecclesias ad eorum praesentationem pertinentes propriis usibus deputare nituntur, nisi a iurisdictione episcopali exemptae sint, rationabiliter emendet, et nisi praefatae personae infra tempus in Lateranensi concilio constitutum ad ecclesias vacantes ei personas idoneas praesentaverint, ipse in eisdem rectores ordinet. vI kal. Mart. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 2. n° 5 ed. Baluze I. 338; Opp. ed. Migne I. 542; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 8 ed. Baluze l. c. I. 562, ed. Migne l. c. III. 1203; Collect. II. decret. lib. 1. tit. 6 *de suppl. negl.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 358; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 10 *de suppl. negl.* c. 2 ap. Boehmer l. c. 98; ap. Richter l. c. 111 (*utraque coll. decret. hanc Clementi III,* a° 1190, *perperam adscribit*). — »Sicut nobis tua.«

» 27 » (610) Abbati Staingadensi Praemonstr. ord. constitutiones a b. mem. Guelphone Steingadensis monasterii fundatore factas et rationabiles consuetudines ibidem observatas confirmat. III kal. Mart. a° 2°. || Hund Metrop. Salisb. III. 362; Scheid Origg. Guelf. II. 657. — »Cum a nobis.«

(Febr. 15.-28) (») (611) C(onradum) quondam Hildesemensem episcopum, qui »praeter auctoritatem apostolicae sedis, ad quam cessiones, depositiones et translationes episcoporum spectare noscuntur, ad Herbipolensem ecclesiam ab ecclesia praesumpserat Hildesemensi transire,« hortatur, ut, si apud ipsum desideret gratiam invenire, mandatum studeat apostolicum adimplere, non rediens ad Hildesemensem ecclesiam et ab Herbipolensi recedens. *Sine*

**1199.**

signo chronol. || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 328. n° 574, Opp. ed. Migne I. 527. n° 574; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 699. *Cf.* Gesta I-i § 44; Boehmer Reg. 1198—1254. p. 292. — »Quod tibi apostolicae.«

(Febr. 15-28) (Laterani) (612) W. comitem Casertanum rogat et monet, faciat ut Duibuldus, occultus olim nunc autem manifestus persecutor regis et regni, et alii, quos cum ipso ceperit, tam caute diligenter et arcte custodiantur, »quod nec fugere possint, nec circumvenire valeant tuae industriam probitatis.« *Sine signo chronol.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 328. n° 575; Opp. ed. Migne I. 528. n° 575. — »Licet hactenus inter.«

( » ) ( » ) (613) Panormitano, Capuano, Reginensi et Montis Regalis archiepiscopis et episcopo Troiano scribit: »Constancia imperatrix Friderici Siciliae regis tutelam et regni balium nobis testamento reliquit et nos super utroque ab omnibus assecurari mandavit. Licet autem testamentum imperatricis eiusdem nobis exspectemus per vestros nuntios destinari, quia negotium dilationem non capit, cum Marcoualdus persecutor regni non dormiat, sed regnum perturbare moliatur, G(regorium) S. Mariae in porticu diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum, verum et veterem regni Siciliae amatorem, qui pro honore ipsius nullius erubuit faciem potestatis, in Siciliam duximus destinandum.« Mandat eis, ut legatum devote recipientes »ei super nostris et eiusdem regis negotiis« assistant. »Praecavete vobis et regno ab insidiis Marcualdi, qui licet aliud mentiatur, regnum tamen non regi sed sibi usurpare contendit et in vos et alios Teutonicorum caedes et suam et suorum iniuriam vindicare.« *Sine signo chronol.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 323. n° 564; Opp. ed. Migne I. 519. n° 564. — »Praeter generale debitum.«

* *De eodem argumento* Archiepiscopis, episcopis et universis ecclesiarum praelatis in Sicilia constitutis. *Epist. n° 561:* »Praeter generale debitum.«

(Febr.) ( » ) (614) (Ubaldo) archiepiscopo et capitulo Pisanis mandat, inducant cives suos, ut pacem illam et concordiam, quam fere universi et singuli de Thuscia receperunt, humiliter recipiant et observent. *Sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 315. n° 555; Opp. ed. Migne I. 507. n° 555. — »Cum apostolica sedes.«

* *In eundem fere modum* Potestati et populo Pisanis.

( » ) ( » ) (615) Clerum, barones, iudices, milites et universum populum Capuanum monet et exhortatur, ut in fidelitate Friderici Siciliae regis et devotione sedis apostolicae persistentes fortiter et viriliter resistant inimicis ecclesiae, persecutoribus regni, »qui vos servituti supponere moliuntur, bona diripere, mutilare personas et coram viris uxores, et patribus filias, et fratribus dehonestare sorores.« »Si opus esset, eandem peccatorum remissionem concederemus omnibus, qui Marcoualdi et suorum violentiam expugnarent, quam concedimus omnibus qui contra Sarracenorum perfidiam ad defensionem orientalis provinciae accinguntur.« *Sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 319. n° 558; Opp. ed. Migne I. 513. n° 558. — »Licet circa statum.«

( » ) ( » ) (616) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et universo clero per Calabriam et Apuliam constitutis praecipit, ut in fidelitate regis Friderici et devotione sedis apostolicae persistant, inimicis regni et ecclesiae iuxta debitum pontificalis officii resistentes et ad resistendum viriliter inducentes laicos ipsorum iurisdictioni subiectos. »Exponite singulis et per universam parochiam vestram faciatis exponi tyrannidem Marcoualdi, cuius consilio nobiles vestri passi exilium et ferreis vinculis alligati.« Mandat eis, ut Marcoualdum et universos complices eius singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis extinctis, excommunicatos publice nuncient. *Sine die, mense et loco.* || Innoc. Ep. ed. Baluze I. 320. n° 559; Opp. ed. Migne I. 514. n° 559. — »Is qui beatum.«

Mart. 4 » (617) R. episcopo S. Andreae committit, ut, si crescente numero parochianorum saluti animarum pericula imminent, novam ecclesiam fabricare possit. IV non. Mart. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 2. n° 6 ed. Baluze I. 338; Opp. ed. Migne I. 542. — »Sicut nobis tua.«

» 5 » (618) Abbati S. Emmerami, E. praeposito et C. canonico Ratisponensibus mandat, ut iura Wernardi plebani de Lentechoven [*hodie* Riekofen] contra coenobium Walerbach tueantur. III non. Mart. a° 2°. || Ried Cod. dipl. Ratisb. I. 281; I-i Opp. ed. Migne IV. 39. n° 15. — »Ex conquestione dilecti.«

» 8 » (619) Miramolino regi Marrochetano et subditis eius significat institutionem factam super redemptione captivorum paganorum a christianis et christianorum a paganis. VIII id. Mart. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 2. n° 9 ed. Baluze I. 340; Opp. ed. Migne I. 544; *fragm. in* Raynaldi Annal. ad a. 1199 § 72. — »Inter opera misericordiae.«

» 9 » (620) (Aegidio) Mutinensi episcopo concedit, ut ad canonicam correctionem clericorum suae diocesis, qui turpia usurarum lucra captantes, fornicationibus, adulteriis et aliis criminibus dediti clericalem honestatem diffamant, si eorum crimina fuerint manifesta, omni appellatione remota, si vero non manifesta fuerint, appellatione frustratoria non obstante procedat. VII id. Mart. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 2. n° 13 ed. Baluze I. 341; Opp. ed. Migne I. 546. — »Benignitate iuris plurimi.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| Mart. 10 | Laterani | (621) Martino priore et fratribus Camaldulensibus postulantibus inhibet, ne eos vel ecclesias eorum super illis decimis et possessionibus quas bona fide per annos 40 continue possederunt, aliquis praesumat de cetero molestare. vi id. Mart. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 12 ed. Baluze I. 340; Opp. ed. Migne I. 546; Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 219. — »Postulastis nuper a.« |
| » 10 | » | (622) Capitulo Strigoniensis ecclesiae partem illam tributi fori Strigoniensis, quam Bela quondam rex Ungariae et Aimericus qui eidem in regno successit, eorum ecclesiae liberaliter contulerunt, confirmat. vi id. Mart. a° 2°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 87 (*ubi falso ad* a. 1198 *refertur*). — »Cum a nobis.« |
| » 11 | » | (623) Episcopo S. Andreae mandat, ut, si ad eius manus scripta, quae peregrini ab Urbe redeuntes sub apostolica bulla saepe reportant ad iudices delegatos, pro quorum imperitia in regno Scotorum multa nonnunquam proveniunt detrimenta, quandoque pervenerint, auctores eorum investiget et inventos tam diu faciat in custodia detineri, donec et litteras ipsas Romam transmittat et quod de ipsarum auctoribus et illis qui eis scienter usi fuerint efficiat, per responsum sedis apostolicae possit edoceri. v id. Mart. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 29 ed. Baluze I. 349; Opp. ed. Migne I. 559. — »Sicut nobis tua.« |
| » 14 | » | (624) Melfiensi (Menficensi *Collect. I.*) episcopo inquirenti »utrum inter duos parochianos matrimonium quod, puella probante infra nubiles annos se ductam a viro fuisse, per divortii sententiam diremtum est, possit redintegrari, cum eadem puella iam nubilem aetatem attingens consensum adhibeat et nullus ex eis ad alia vota se duxerit transferendum«, respondet. ii id. Mart. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 2 ed. Baluze I. 336; Opp. ed. Migne I. 539; Collect. I. decret. Innoc. tit. 40 ed. Baluze I. c. I. 603, ed. Migne I. c. III. 1267. — »Aliquo dubitationis scrupulo.« |
| » 15 | » | (625) Universis ecclesiarum praelatis et clericis ecclesiae Pennensi lege diocesana subiectis praecipit, ut (Oddoni) Pennensi episcopo de decimis, mortuariis, oblationibus et de universis iustitiis episcopalibus, sicut canonica sanciat auctoritas, respondeant. Id. Mart. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 290 ed. Baluze I. 533; Opp. ed. Migne I. 857; Ughelli Ital. sacra I. 1127. — »Significavit nobis venerabilis.« |
| » 15 | » | (626) Sententiam Rain(aldi) Lugdunensis archiepiscopi confirmat, qua abbati et conventui S. Rufi ecclesia s. Iacobi de Valentia contra Hospitalarios adiudicatur. Id. Mart. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 22 ed. Baluze I. 344; Opp. ed. Migne I. 552. — »Sententia quae ex.« |
| » 17 | » | (627) (Conrado) Argentinensi episcopo mandat, inhibeat ne qui excommunicatos propter crimen incendii in caemiterio audeant ecclesiastico tumulare. xvi kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 14 ed. Baluze I. 341; Opp. ed. Migne I. 546; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 892. — »Ad audientiam nostram.«<br>• *In eundem modum* Archiepiscopis et episcopis per Teutoniam constitutis. |
| » 17 | » | (628) Consulibus et populo Esinis mandat, ut ad revocandas civitates Camarinensem (Camerin. *Bald.*) et Esculanam ad fidelitatem papalis dominii dent operam efficacem. xvi kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 4 ed. Baluze I. 337; Opp. ed. Migne I. 541; Baldassini Città di Iesi. Append. 6. — »Cum apostolicae sedis.« |
| » 17 | » | (629) Priori et clericis S. Petri extra portam Spoleti sententiam a G(irardo) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali latam de controversia inter eos et B(enedictum) Spoletanum episcopum super plebe S. Brictii cum capellis suis *etc.* vertente confirmat. xvi kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 15 ed. Baluze I. 341; Opp. ed. Migne I. 547. — »Cum inter venerabilem.« |
| » 17 | » | (630) Decano et capitulo Abrincensibus mandat, ut propter commissum in electione priori vitium in episcopum talem personam canonice ac concorditer eligant, quae tam praeesse noverit quam prodesse. xvi kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 18 ed. Baluze I. 542; Opp. ed. Migne I. 549. — »Inter corporalia et.« |
| » 17 | » | (631) Monasterium s. Mariae de Casanova cum omnibus pertinentiis suis protegendum suscipit eiusque privilegia confirmat. xvi kal. Apr. indict. II. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 19 ed. Baluze I. 343; Opp. ed. Migne I. 550. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 17 | » | (632) Oddoni Pennensi episcopo eiusque successoribus duo castella vid. Puliano et Colle-alto cum omnibus pertinentiis et compositionem, quae inter quondam Oderisium Pennensem episcopum et Senebaldum abbatem S. Quirici de Intrethoco super ecclesiis et quibusdam aliis rebusfacta est, eis denuo confirmat. xvi kal. Apr. indict. II. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1128. — »Iustis votis assensum.« |
| » 18 | (») | • (633) Monasterium s. Nicolai de Prato protegendum suscipit. (xv kal. Apr. a° 2°.) ‖ Anal. iuris pontificii. Fasc. 86. (1868.) 306. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 18 | — | Monasterium de Hildesleue: »Lugduni xv kal. Apr. a° 2°.« ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XXII. 423. n° 16, *vid.* 1245. Mart. 18. |

**1199.**

Mart. 20 | Laterani | (634) (Mauritio) Pictavensi episcopo mandat, ut A. Iordani canonicum S. Rufi, qui habitu canonicorum regularium reiecto sine abbatis sui licentia in monasterio Malleacensi suscepit ordinem et regulam monachorum, ad ecclesiam priorem redire per censuram ecclesiasticam compellat. xiii kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 11 ed. Baluze I. 340; Opp. ed. Migne I. 545. — »Proposita nobis dilectorum.«

» 20 | » | (635) Decano, archidiacono et magistro P. de Medunta canonico Senonensibus mandat, faciant ut sententia a (Petro) archiepiscopo Senonensi promulgata in causa, quae inter abbatem et monachos Latigniacenses et Gaufridum diaconum ex una parte et (Ansellum) Meldensem episcopum et magistrum Gaufridum de S. Clodoaldo ex altera super iure patronatus ecclesiae de Oignia vertebatur, inviolabiliter observetur. xiii kal. Apr. a° 2°. ‖ Du Plessis Hist. de Meaux II. 83. — »In nostra praesentia.«

» 20 | » | (636) Monasterium s. Mariae de Lundors ord. s. Ben. tuendum suscipit eiusque possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. xiii kal. Apr. indict. I. (*leg.* II.) incarn. dom. a° 1198. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 3 ed. Baluze I. 337; Opp. ed. Migne I. 540. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 20 | » | (637) Nicolao abbate eiusque fratribus petentibus monasterium s. Helenae de Aesino patrocinandum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Camaldulensium fratrum perpetuis ibidem temporibus observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. xiii kal. Apr. indict. II. incarn. dom. a° 1198. pont. a° 2°. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 219. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 20 | » | (638) (Ottoni) Frisingensi et (Udalscalco) Augustensi episcopis mandat, cogant P. A. et alios quosdam suarum diocesium, qui possessiones monasterii s. Mariae in Undinstorf incendiis, rapinis et oppressionibus devastaverunt, ut possessiones ablatas restituant et de dampnis illatis congruam satisfactionem ei exhibeant *etc.* xiii kal. Apr. a° 2°. ‖ Mon. Boica X. 245. — »Suam nobis dilecti.«

» 21 | » | (639) Gerbodoni abbati et conventui S. Wulmari Boloniensis dioc. sententiam in ipsorum favorem a (Lamberto) episcopo Morinensi et coniudicibus in causa, quae inter ipsos ac (Simonem) abbatem Cluniacensem super libertate eligendi abbates vertebatur, latam confirmat. xii kal. Apr. a° 2°. ‖ Bréquigny Diplom. II. ii. 1114; I-i Opp. ed. Migne IV. 40; *cf.* Anal. iuris pontific. distr. 86. (1868.) 306. — »Cum a nobis.«

» 21 | » | (640) R. abbati S. Iuliani et I. priori S. Gregorii Spoletani mandat, ut priorem S. Petri extra portam Spoleti in corporalem ecclesiarum s. Brictii et s. Georgii et capellarum s. Pauli de Azano et s. Angeli de Naci possessionem, cum illae ei adiudicatae sint, mittat. xii kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 16 ed. Baluze I. 341; Opp. ed. Migne I. 547. — »Cum inter venerabilem.«

» 23 | » | (641) Matthaeo (?) Cenetensi (Tridentino *al.*) episcopo scribit: »Venditiones feudorum ecclesiasticorum factas sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu cassamus et vires decernimus non habere.« x kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 7 ed. Baluze I. 339; Opp. ed. Migne I. 543; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 1 *de constit.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 424; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 2 *de constit.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 6; ap. Richter Corp. II. 9. — »Quae in ecclesiarum.«

» 24 | » | (642) Ildebrando episcopo Vulterrano libertates, immunitates, dignitates et iurisdictiones ei et ecclesiae Vulterranensi a principibus et aliis personis ecclesiasticis vel saecularibus concessas ratas habet. ix kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 291 ed. Baluze I. 534; Opp. ed. Migne I. 857; Ughelli Ital. sacra I. 1445. — »Quae ad ecclesiarum.«

» 25 | » | (643) Clero, consulibus et populo Viterbiensibus inhibet, ne quis haereticos receptare quomodolibet vel defendere aut ipsis favere vel credere praesumat, statuens, »ut si quis aliquid horum facere forte praesumpserit, nisi primo secundove commonitus a sua super hoc curaverit praesumptione cessare, ipso iure sit factus infamis nec ad publica officia vel consilia civitatum, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi nec ad testimonium admittatur« *etc.* viii kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 1 ed. Baluze I. 335; Opp. ed. Migne I. 537; *cum inscript.* »Cenetensi Uxi. episcopo« Baluze Miscell. ed. Mansi III. 387; *fragm. mai. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 23. I. 45 nota 1, *sed cum signo chronol.* »viii kal. Apr. a° 1°«; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 13 ed. Baluze *in* Inn. Ep. I. 569; ed. Migne I. c. III. 1214; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 4 *de haeret.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 576; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 7 *de haeret.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 745; ap. Richter Corp. II. 753. — »Vergentis in senium.«

» 25 | » | (644) (Peregrino) Aquilegiensi patriarchae et (Ugoni) episcopo Ferrariensi mandat, ut in castro Ceneclanensi vel in villa Cenete in loco magis munito, prout utilitati Cenetensis ecclesiae magis viderint expedire, auctoritate apostolica suffulti, cum id eis ex sua non liceat, transferendi sedem et fundandi ecclesiam cathedralem (Matthaeo) episcopo Cenetensi concedant facultatem. viii kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 8 ed. Baluze I. 339; Opp. ed. Migne I. 543. — »Utilitas et necessitas.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| Mart. 26 | Laterani | (645) Treugas inter Ph(ilippum) regem Francorum et R(icardum) regem Anglorum initas approbat illumque hortatur, ut eas fortiter observet. vii kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 24 ed. Baluze I. 345; Opp. ed. Migne I. 553; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 714; Rymer Foedera I. i. 35; Bouquet Rec. XIX. 373. — »Qui operatus est.« <br> * *In eundem fere modum* Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis tam in regno Franciae quam in regno Angliae constitutis. |
| ( » 26) | (») | (646) B. magistro scholarum et Walberto canonico Tarvisino requirentibus »quid faciendum sit de his, qui captioni b. m. Belunensis episcopi, ex qua dinoscitur a quibusdam aliis crudelissime interemptus, se interfuisse fatentur, si ad ecclesiam redire voluerint, in qua sint forma recipiendi ab ea,« respondet. *Sine nota chronol.* ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 31 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 590; Opp. ed. Migne III. 1217. — »Super eo quo.« *Cf.* n° 647. |
| » 26 resp. 27 | » | (647) Potestati et populo Tarvisinis praecipit, ut super facinoribus perpetratis Deo et ecclesiae Romanae satisfacere procurent, ablata omnia restituentes ecclesiis Feltrensi et Belunensi, et de molestiis et iniuriis irrogatis P(eregrino) patriarchae Aquilegiensi, Feltrensi Belunensi et M. Cenetensi episcopis condignam satisfactionem exhibeant. vii (vi *Ugh. Pil., Verci*) kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 27 ed. Baluze I. 346; Opp. ed. Migne I. 555; Ughelli Ital. sacra V. 155; Geo. Piloni Hist. Bellun. lib. III. 102; Verci Stor. degli Ecel. III. 130. — »Non merita vestra.« |
| » 27 | » | (648) Decanum maioris ecclesiae Magdeburgensis tuendum suscipit eique decanatum ipsum confirmat, mandans ut, quod per se non poterit adimplere, per idoneum vicarium exequatur. vi kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 21 ed. Baluze I. 344; Opp. ed. Migne I. 551. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 27 | » | (649) Capitulo Xantonensi institutionem quam de quadragenario canonicorum numero fecerant, confirmat. vi kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 10 ed. Baluze I. 340; Opp. ed. Migne I. 545. — »Constitutionibus quae in.« |
| » 30 | » | (650) Donatum episcopum eiusque ecclesiam Aladensem sub protectione b. Petri suscipit omnesque eius possessiones ac bona confirmat. iii kal. Apr. indict. II. incarn. dom. a° 1198. (*leg.* 1199.) pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 17 ed. Baluze I. 342; Opp. ed. Migne I. 548. eminenti apostolicae.« |
| » 30 | » | (651) P(etro) S. Mariae in via lata diacono cardinali sedis apostolicae legato significat, se treugas inter Phil(ippum) et R(icardum) Francorum et Anglorum reges iuxta ipsius mandati tenorem initas confirmare. iii kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 25 ed. Baluze I. 345; Opp. ed. Migne I. 554; ap. Rymer Foedera I. i. 35; ap. Bouquet Rec. XIX. 373. — »Quae auctoritate nostra.« |
| » 31 | » | (652) Decano, V. cancellario et C. canonico Laudunensibus respondet, in dubio semper praesumendum esse pro iudice et pro illius sententia. ii kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 48 ed. Baluze I. 364; Opp. ed. Migne I. 587; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 30 ed. Baluze l. c. I. 587, ed. Migne l. c. III. 1242; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 18 *de sent. et re iud.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 504; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 27 *de sent. et re iud.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 372 (*ubi* a° 1212 *tribuitur*); ap. Richter Corp. II. 387. — »Sicut nobis vestris.« |
| Apr. 1 | » | (653) P(etrum) S. Mariae in via lata diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum laudat, quia verbum pacis in Ph(ilippi) Francorum et R(icardi) Anglorum regum auribus tam sapienter quam salubriter instillabat. Ut autem ad servandas treugas iam initas et statuendam plenam pacem melius possit coercere rebelles, ei facultatem liberam concedit, quidquid vel in reges ipsos vel in terras eorum aut alios et terras ipsorum, ecclesias et ecclesiarum praelatos propter haec statuendum viderit, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo libere statuendi et transgressores ac contumaces feriendi districtione qua noverit expedire. Kal. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 23 ed. Baluze I. 344; Opp. ed. Migne I. 552; Rymer Foedera I. i. 35; Bouquet Rec. XIX. 373. — »Solicitudinem tuam dignis.« |
| » 3 | » | (654) (Henrico) Mantuano episcopo mandat, ut episcopum et capitulum Tarvisinum, quos ab impetitione B. subdiaconi duxerit absolvendos, denuntiet penitus absolutos. iii non. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 26 ed. Baluze I. 346; Opp. ed. Migne I. 554. — »Meminimus nos olim.« <br> * *Scriptum est* Episcopo et canonicis Tarvisinis *in modum indulgentiae.* |
| » 5 | » | (655) Gerbodonem abbatem S. Wulmari eiusque fratres protegendos suscipit ac possessiones bonaque eorum confirmat. Non. Apr. ind. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Bréquigny Diplom. II. n. 1075; I-i Opp. ed. Migne IV. 41. — »Quotiens a nobis.« |
| » 5 | » | (656) (Alphonso) regi Aragonum consulit et mandat, ut reprobata moneta, quae a legitimo pondere fuerat diminuta et minoris valoris effecta, alia sub nomine patris sui moneta |

1199.

cudatur, quam ad legitimum pondus reducat secundum eum statum, quem tempore patris sui habuit meliorem, »ita quod et antiqua moneta, quae ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter expendatur, per quod et dispendium vitari poterit et iuramentum servari.« Non. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 28 ed. Baluze I. 348; Opp. ed. Migne I. 558; Aguirre Conc. Hisp. V. 121; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 15 *de iurei.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 495; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *de iurei.* c. 18 ap. Boehmer Corp. II. 339 (*ubi ad* a. 1212 *refertur*); ap. Richter Corp. II. 353; *fragm. in* Collect. I. decret. Innoc. tit. 19 ed. Baluze l. c. I. 577, ed. Migne l. c. III. 1226. — »Quanto personam tuam.«

Apr. 7 | Laterani | (657) De Cella s. Petri et Mitrensi (Nutriensi *al.*) abbatibus et praeposito Werdensi (Vercellensi *al.*) electionem abbatis Scaffusensis [Schaffhausen] examinandam committit. vII id. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 30 ed. Baluze I. 349; Opp. ed. Migne I. 560; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 437; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 16 ap. Boehmer l. c. 46; ap. Richter l. c. 53. — »Cum inter dilectum.«

» 7 | » | (658) Lugdolfo Magdeburgensi archiepiscopo concedit, ut praelationes, dignitates, praebendas et cetera beneficia ecclesiarum illarum, quae sint ei metropolitico iure subiectae, possit idoneis conferre personis, si iuxta constitutionem Lateranensem illi ad quos pertinent ad ipsius commonitionem ea neglexerint ordinare; et ut praelatos suae iurisdictioni subiectos per censuram ecclesiasticam ad consueta et debita sibi obsequia exhibenda compellat. vII id. Apr. a° 2. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 20 ed. Baluze I. 343; Opp. ed. Migne I. 551; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 249; Geschichts-Blätter für Magdeburg IV. (1869.) 10. — »Superna providentia quae.«

» 8 | » | (659) Monasterii de Derefordia omniumque eius possessionum patrocium suscipit et privilegia confirmat. vI id. Apr. ind. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 31 ed. Baluze I. 352; Opp. ed. Migne I. 564. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 8 | » | (660) (Guillelmo) Ebredunensi archiepiscopo mandat, ut Venciensem episcopum, qui suspensionis sententiam in se latam observare contempsit, excommunicatum publice nuntiet et faciat ab omnibus arctius evitari. vI id. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 33 ed. Baluze I. 353; Opp. ed. Migne I. 566. — »Sicut nobis tua.«

» 8 | » | (661) (Rostagno) Avinionensi et (Bertrando) Triscastrinensi episcopis mandat, moneant praepositum et canonicos Sistaricenses, ut sibi et Sistaricensi ecclesiae a Templariis praecaveant et constructionem oratorii iam incepti non impediant. vI id. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 35 ed. Baluze I. 354; Opp. ed. Migne I. 567. — »Causam que inter.«

» 9 | » | (662) Iohanni abbati S. Bertini eiusque fratribus decisionem controversiae, quae inter eorum monasterium et Petrum Cluniacensem abbatem pro subiectione quam idem abbas in dicto monasterio sibi vendicabat, a papa Innocentio (II) factam confirmat, monasterium s. Bertini ab huiusmodi lite et Cluniacensium subiectione absolvit idemque coenobium libertati propriae restituit, omnes eius possessiones, quarum plurimas recenset, libertates ac privilegia communit. v id. Apr. indict. II. incarn. dom. a° 1199. (1198 *Bréquigny*) pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 12. n° 29 ed. Baluze II. 314; Opp. ed. Migne I. 577. n° 38bis (*in utraque autem edit. nomina subscribentium cardinalium desiderantur*); Bréquigny Dipl. II. II. 1114; Migne *repetit nomina cardinalium* l. c. IV. 46. n° 18; *cf.* Anal. iuris pontific. Distr. 86. (1868.) 306. — »In eminenti sedis.«

» 12 | » | (663) Corcaienses et episcopum et ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus extra et intra civitatem sub protectione b. Petri suscipit eorumque privilegia confirmat. II id. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 32 ed. Baluze I. 352; Opp. ed. Migne I. 565. — »Ex iniuncto nobis.«

» 12 | » | (664) (Heliae) Burdegalensi archiepiscopo, (Bertrando) Agennensi episcopo et abbati Sylvae maioris mandat, ut in Vasatensi ecclesia tot institui faciant canonicos, quot licebit per facultates eiusdem. II id. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 36 ed. Baluze I. 354; Opp. ed. Migne I. 568. — »Ex parte venerabilis.«

» 13 | » | (665) Quaestionem inter conventum de Conchis et S. quondam abbatem super abbatia eiusdem monasterii diutius agitatam sententiando diffinit. Id. Apr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 38 ed. Baluze I. 357; Opp. ed. Migne I. 573; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 18 *de off. et potest. iud. del.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 459; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 29 *de off. et pot.* c. 23 ap. Boehmer Corp. II. 150; ap. Richter Corp. II. 161. — »Cum super abbatia.«

» 16 | » | (666) Causam inter Gerardum abbatem S. Donati de Scozula ex una parte nomine monasterii et W. Balbum Mediolanensem canonicum procuratorem archiepiscopi nomine Mediolanensis archiepiscopatus ex altera super diversis articulis diu agitatam sententiando diffinit. Ph(ilippo) archiepiscopo et cuilibet successorum eius inhibet, ne ad res et possessiones et iura praedicti monasterii manus extendant. xvI kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 37 ed. Baluze I. 355; Opp. ed. Migne I. 568; *sine signo chronol.* Collect. III.

**1199.**

decret. lib. 2. tit. 13 *de fide instr.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 491; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 22 *de fide instr.* c. 6 ap. Boehmer l. c. 320 (*ubi tribuitur* a° 1208); ap. Richter l. c. 334. — »Inter dilectos filios.«

* *In eundem fere modum* G(erardo) abbati de Scozula.

Apr. 16 | Laterani | * (667) Compositionem inter abbatem conventumque S. Aemiliani de Cuculla [San Millan de la Cogolla] ord. s. Ben. et episcopum Calagurritanum [Calahorra] super decimis *etc.* amicabiliter initam confirmat. xvi. kal. Mai. a° 2°. ‖ Indice de los docum. I. i. 284. n° 35, *male ad* a. 1200.

» 24 | » | (668) Theobaldo presbytero canonico Cameracensi sententiam pro eo latam contra I. presbyterum de Landreceis super praebenda Cameracensi confirmat. viii kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 46 ed. Baluze I. 363; Opp. ed. Migne I. 586. — »Ne fiant controversiae.«

» 24 | » | (669) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Cameracensis praecipit, ut sententiam pro Theobaldo canonico Cameracensi contra I. presbyterum de Landreceis latam et a sede apostolica confirmatam observare studeant. Alioquin (Rotroco) Cathalaunensi episcopo iniunctum est, ut eam faciat per censuram ecclesiasticam observari. viii kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 47 ed. Baluze I. 364; Opp. ed. Migne I. 586. — »Cum inter dilectos.«

* *Scriptum est super hoc* (Rotroco) Cathalaunensi episcopo.

» 24 | » | (670) Abbati et conventui Westmonasteriensi districtius inhibet, ne ecclesiam de Sabricheswrth ad sacristiam monasterii sui deputatam vel alias ecclesias ad hospitalitatem seu alios pios usus concessas transferre in alios usus praesumant. viii. kal. Mai. a° 2°. ‖ Dugdale Monast. Angl. I. 312 (ed. nov.) — »Ad audienciam apostolatus.«

» 26 | » | (671) Mar. Castellano episcopo petente inhibet, ne cui presbytero vel alii in quocunque officio constituto fas sit in eius diocesi praeter eius assensum officia celebrare divina, ad poenitentiam recipere confitentes, vel quaecunque sacramenta ecclesiastica exercere, nisi necessitatis articulus id exposcat *etc.* vi kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 49 ed. Baluze I. 365; Opp. ed. Migne I. 588. — »Fratrum et coepiscoporum.«

» 26 | » | (672) Ph(ilippum) regem Francorum rogat, ut grata habeat, quae papa super negotio (Balduini) comitis Flandriae statuenda duxerit. vi kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 42 ed. Baluze I. 362; Opp. ed. Migne I. 584. — »Cum ex iniuncto.«

» 26 | » | (673) W(illelmo) Remensi archiepiscopo S. Sabinae cardinali mandat, ut B(alduinum) comitem Flandrensem ab excommunicatione et terram eius ab interdicto absolvat, si ei constiterit eundem comitem absolutum fuisse a conventionibus quibusdam cum (Philippo) rege Franciae apud Vernonem initis. vi kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 40 ed. Baluze I. 361; Opp. ed. Migne I. 582; Bouquet Rec. XIX. 374; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1199 § 54. — »Cum ex iniuncto.«

* *Scriptum est super hoc* Ambianensi et Tornacensi episcopis et Aquicinctino abbati *fere in eundem modum.* Lib. 2. n° 41.

» 27 | » | (674) Eidem cardinali et (Michaeli) Senonensi archiepiscopis, (Hugoni) Autissiodorensi et (Galtero) Nivernensi episcopis mandat, ut (Petrum) comitem Nivernensem cogant ad observationem iuramenti, quo ipse filiam suam I. Philippo fratri B(alduini) comitis Flandrensis olim spospondit. v kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 43 ed. Baluze I. 362; Opp. ed. Migne I. 584; Bouquet Rec. XIX. 375. — »Significante nobis dilecto.«

* *Scriptum est super hoc* (Petro) comiti Nivernensi.

» 27 | » | (675) Philippum regem Francorum hortatur, ne matrimonium filiae I. comitis Nivernensis cum Philippo fratre Balduini comitis Flandrensis impediat. v kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 44 ed. Baluze I. 363; Opp. ed. Migne I. 585. — »Significante nobis dilecto.«

» 27 | » | (676) Locediensi abbati praecipit, ut cum Mediolanensi archiepiscopo et Vercellensi Bergomensi Laudensi Brixiensi Cremonensi Reginensi Placentino et Parmensi episcopis per se et alios, quos ad hunc necessarios cognoverit esse tractatum, ad Placentinorum et Parmensium super Burgo s. Domnini litigantium concordiam et pacem intendat. v kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 39 ed. Baluze I. 360; Opp. ed. Migne I. 580; Manrique Ann. Cisterc. III. 336. — »Cum plenitudo legis.«

» 28 | » | (677) (Hugoni) Aurelianensi episcopo praecipit, ut D. de Corbolio pauperi subdiacono praebendam in ecclesia sua primo vacaturam conferat. iv kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 51 ed. Baluze I. 365; Opp. ed. Migne I. 589; Bulaeus Hist. univers. Paris. II. 530 (*qui refert epistolam ad* a. 1198). — »Pro dilecto filio.«

* *Scriptum est super hoc* Decano et capitulo Aurelianensibus.

» 28 | » | (678) P(etro) S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut eos qui praebendas vel dignitates Eboracensis ecclesiae vel aliarum ecclesiarum ad donationem G. archiepiscopi Eboracensis spectantes praeter auctoritatem ipsius acceperunt, ad eas resignandas moneat et inducat. Qui monitis acquiescere noluerint, eos

**1199.**

ad id per excommunicationis sententiam et subtractionem aliorum beneficiorum suorum compellat. IV kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 60 ed. Baluze I. 371; Opp. ed. Migne I. 598; *fragm. in* Collect. I. decret. Innoc. tit. 8 ed. Baluze l. c. I. 562, ed. Migne l. c. III. 1202; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 8 *de concess. praeb.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 520; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *de conc. praeb.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 454 (*ubi refertur ad* a. 1200); ap. Richter Corp. II. 472. — »Quia diversitatem corporum.«

Apr. 28 Laterani (679) Willelmum de Bieria presbyterum cum omnibus bonis protegendum suscipit eique ecclesiam de Franchart cum decimis *etc.* confirmat. IV kal. Mai a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 292 ed. Baluze I. 534; Opp. ed. Migne I. 858. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 28 » (680) Baldoinum comitem Flandriae et Mariam uxorem eius cum omnibus eorum bonis sub protectione b. Petri suscipit. IV kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 45 ed. Baluze I. 363; Opp. ed. Migne I. 585; Cocquelines Bullar. III. 80. n° 19; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 140. — »Apostolica sedes quae.«

» 28 » (681) Locum de Calatrava et locum de Salvaterra sub b. Petri protectione suscipit et communit statuens, ut institutio quam abbas et fratres Cistercienses eis fecerunt, perpetuis temporibus ibidem observetur, videlicet ut militaribus armis accincti contra Sarracenos pro tuitione christiani populi fideliter dimicent. Praeterea ea quae de victu et vestitu abbas *etc.* ab eis observanda sanxerunt, possessiones ac bona ipsis confirmat. IV kal. Mai. indict. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 53 ed. Baluze I. 366; Opp. ed. Migne I. 590; Aguirre Conc. Hisp. V. 122; Cocquelines l. c. 80. n° 20; Bullar. R. l. c. 141. *Cf.* Raynald. a° 1199 § 72. — »Quoties a nobis.«

» 28 » (682) R(icardum) Angliae regem hortatur, ut G(aufridum) Eboracensem archiepiscopum, quem temporalibus sui archiepiscopatus redditibus destitutum longo afflixerat exilio, in plenitudinem gratiae regalis admittat et diligat sicut fratrem eique exulanti subveniat. Curet, ut cum eodem archiepiscopo conveniat, ne iura eius auferre vel minuere videatur. Ad id exequendum se (Walterium) Rothomagensem archiepiscopum et abbatem de Persagnia duxisse deputandos »qui honestum modum pacis inveniant et eundem archiepiscopum regiae benevolentiae reconciliare studeant.« IV kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 57 ed. Baluze I. 369; Opp. ed. Migne I. 595; *cf.* Rogeri de Hoveden Chron. ad a. 1198 ap. Savile Rer. Angl. scr. fol. 446 b (ed. Stubbs IV. 66). — »Apostolica sedes universorum.«

* *Fere in eundem modum* (Walterio) Rothomagensi archiepiscopo et abbati de Persagnia. Lib. 2. n° 58.

» 28 » (683) Eidem scribit de eodem argumento, sed addit: »P(etro) S. Maria in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato dedimus in mandatis, ut magnificentiam tuam ad hoc per interdictum totius Eboracensis provinciae compellat. Et si nec sic infra tempus quod idem legatus tibi statuerit, effeceris quod mandamus, ex tunc totam Angliam sublato appellationis obstaculo subiiciat sententiae interdicti. Eligas igitur sicut vir providus.« IV kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 59 ed. Baluze I. 370; Opp. ed. Migne I. 597; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 46. — »Apostolica sedes universorum.«

* *Scriptum est super hoc* P(etro) S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato.

Mai. 1 » (684) (Ugoni) Ferrariensi episcopo solvit quaestionem, utrum ad eum qui vel ab haeresi vel ab infidelitate revertitur, is qui permansit in fide, redire cogatur. Kal. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 50 ed. Baluze I. 365; Opp. ed. Migne I. 588; *absque signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 40 ed. Baluze l. c. I. 603, ed. Migne l. c. III. 1267; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 14 *de divort.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 567; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 4. tit. 19 *de divort.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 689; ap. Richter Corp. II. 696; Baluze Miscell. ed. Mansi III. 387. — »Quanto te magis (novimus *Decret.*).«

» 3 » (685) (Conrado) archiepiscopo Maguntino episcopo Sabinensi scribit: »Noveris igitur, immo iam nosti, quod post Henrici quondam imperatoris decessum vota se principum diviserunt, ita quod quidam eorum Othonem H(enrici) quondam ducis Saxoniae filium, quidam vero Philippum quondam fratrem dicti Henrici imperatoris nominarunt in regem. .... Et licet ipsi duo, Philippus scilicet et Otho, semel et iterum inter se invicem dimicarint, neuter tamen plenam victoriam est adeptus. Nos autem .... expectavimus hactenus et in neutram partem voluimus declinare, licet uterque de favore nostro et benevolentia glorietur, expectantes si forsan principes redirent ad cor et imperio super tantae dissensionis incommodo providerent .... Cum autem non expediat de cetero populo christiano nec nobis etiam dissimulare incommoda tantae dissensionis sit tutum, tibi facti seriem duximus intimandum, ut ... in tam arduo negotio favorem tuum habeamus pariter et assensum.« Monet eum, ut, cum huic tractatui non possit personaliter adesse (erat enim in Terra sancta), arbitrium suum sedi apostolicae per litteras committat. Universis officialibus suis, canonicis, praelatis, comitibus, baronibus et aliis ecclesiae Maguntinensi subiectis per litteras praecipiat, »ut eum cuius nominatio per

**1199.**

sedem fuerit apostolicam approbata, in regem recipiant et partem eius potenter foveant et viriliter tueantur.« v non. Mai. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 293 *et registr.* nº 1 ed. Baluze I. 534 *et* 687; Opp. ed. Migne III. reg. sup. neg. imp. nº 1. 995; Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 28; *fragm.* ap. Martene Thes. anecd. II. 498. — »Solidata in devotione.«

Mai. 3 — Laterani — (686) Universis tam ecclesiasticis quam saecularibus principibus Alemanniae scribit inter cetera: »Ille qui paci semper invidet et quieti, sicut Romanam tunc divisit ecclesiam, ita nunc Romanum divisit imperium, et tantam inter vos discordiam seminavit, ut duos vobis in reges praesumpseritis nominare, quibus inter vos ipsos divisi pertinaciter adhaeretis, non attendentes quot et quanta discrimina per hoc non solum Romano contingant imperio, sed universo proveniant populo christiano.« Exhortatur eos, ut honorem zelantes imperii, ne libertas eius depereat et dignitas annulletur, ad provisionem ipsius melius intendant. »Alioquin quia mora de cetero trahit ad se grave periculum, nos ... ei curabimus favorem apostolicum impertiri, quem credemus maioribus studiis et meritis adiuvari.« v non. Mai. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n. 294 et *registr.* nº 2 ed. Baluze I. 536 *et* 689; Opp. ed. Migne III. reg. sup. neg. imp. 997; Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 32; *cf.* Boehmer Regest. 1198—1254. p. 293; Hefele *in* (Tübinger) Theolog. Quartal-Schrift. XLIV. (1862.) 607 not. — »Quanta debeat esse.«

» 4 — » — (687) Hugoni Nucerino episcopo monasterium de Waldo restaurandum in temporalibus et spiritualibus reformandum committit. iv non. Mai. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 52 ed. Baluze I. 366; Opp. ed. Migne I. 590; Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 216. — »Sic nos de.«

» 5 — » — (688) Helia abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Mariae de Regniaco protegendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum perpetuis ibidem temporibus conservetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. iii non. Mai. indict. II. incarn. dom. aº 1199. pont. aº 2º. ‖ Gallia christ. XII. instr. 143; I-i Opp. ed. Migne IV. 47. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 5 — » — • (689) Monasterium s. Aemiliani de Cuculla [S. Millan de la Cogolla] ord. s. Ben. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. iii non. Mai. indict. II. incarn. dom. aº 1199. pont. aº 2º. ‖ Indice de los docum. I. i. 283. nº 34.

» 6 — » — (690) Abbati S. Andreae respondet ad quaestionem, »utrum si aliquis excommunicatus, in quo indicia fuerint poenitentiae manifesta, nec per eum steterit quo minus reconciliaretur ecclesiasticae unitati, non suscepto beneficio absolutionis decesserit, pro absoluto ab ecclesia sit habendus, et utrum pro tali recipienda sit eleemosyna, et a fidelibus sit orandum.« ii non. Mai. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 61 ed. Baluze I. 372; Opp. ed. Migne I. 599; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 31 ed. Baluze l. c. I. 590, ed. Migne l. c. III. 1247; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 21 *de sent. excomm.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 591; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. exc.* c. 28 ap. Boehmer Corp. II. 850; ap. Richter Corp. II. 863; Baluze Miscell. ed. Mansi III. 388. — »A nobis est.«

» 6 — » — (691) Capitulo Hildeshemensi praecipit, ut, ne ecclesia diutius maneat viduata pastore, ad electionem canonice de persona idonea faciendam, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, procedant. ii non. Mai. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 54 ed. Baluze I. 368; Opp. ed. Migne I. 593; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 701. — »Cum in negotiis.«

» 6 — » — (692) (Widikindo) Corbeiensi et (Sigfrido) Hersve(l)densi abbatibus et decano Paderbornensi mandat, ut, si capitulum Hildeshemense iuxta mandatum apostolicum ad electionem episcopi processerint, ipsi tam electionis formam quam personam electi examinent et, si illam canonice celebratam invenerint, ipsam non differant confirmare. ii non. Mai. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 55 ed. Baluze I. 369; Opp. ed. Migne I. 594; *cf.* Boehmer Regest. 1198—1254. p. 293. — »Cum in negotiis.«

» 7 — » — (693) (Michaeli) Senonensi archiepiscopo mandat, ut decanum Nivernensem de haeresi suspectum purgare se et familiaritatem haereticorum publice abiurare compellat; ei autem suspenso ab officio donec scandalum sopiatur, beneficium restituat, ne in cleri opprobium mendicare cogatur. Non. Mai. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 63 ed. Baluze I. 374; Opp. ed. Migne I. 602; *non integra* ap. Mansi Conc. XXII. 689 (ad a. 1198); Hardouin Concil. VI. ii. 1947 *fragm.*; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 20 ed. Baluze l. c. I. 579, ed. Migne l. c. III. 1228; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 17 *de purgat. can.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 589; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 34 *de purg. can.* c. 10 ap. Boehmer l. c. 825; ap. Richter l. c. 837. — »Inter sollicitudines nostras.«

» 8 — » — (694) Praepositum et fratres S. Michaelis (apud Ulmam) tuendos suscipit, specialiter autem concessionem super sepeliendis suis fratribus, conversis et familia a Constantiensi episcopo diocesano eis factam confirmat. viii id. Mai. aº 2º. ‖ Kuen Collect. script. V. ii. 304; Wirtemb. Urk.-Buch II. 331. nº 510. — »Iustis petentium desideriis.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| Mai. 8 | Laterani | (695) Ci(priano) Lubussensi episcopo mandat, ut fratri B. hospitalario, qui a tempore iuventutis secundum institutiones canonicorum regularium Arrouvasiensis ecclesiae b. Augustini regulam professus erat, tunc autem susceperat habitum Hospitalis, licentiam praebeat ad primum ordinem redeundi. viii id. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 56 ed. Baluze I. 369; Opp. ed. Migne I. 595; *absque signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 38 ed. Baluze l. c. I. 597, ed. Migne l. c. III. 1257; Schöttgen *in* Küster Opusc. hist. March. ill. Fasc. XXI. 84; *cf.* Wohlbrück Gesch. von Lebus I. 55. — »Referente dilecto filio.« |
| » 11 | » | (696) L. de Monte Longo consobrino suo mandat, ut XI libras argenti puri, quas filii G. aurificis Alatrini in dotem receperant a quodam homine Montis s. Iohannis, qui thesaurum invenisse proponitur, qualitercunque expensae sint, studeat rehabere ipsasque reservet, donec apostolicae sedis recipiat beneplacitum. v id. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 62 ed. Baluze I. 373; Opp. ed. Migne I. 601. — »Cum gratiam nostram.« |
| » 11 | » | (697) (Martini) Oxomensis episcopi statuta confirmat, *e. g.* ut in Oxomensi ecclesia sint de cetero canonici regulares, nec aliquis in portionarium vel saecularem canonicum recipiatur deinceps in eadem *etc.* v id. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 64 ed. Baluze I. 375; Opp. ed. Migne I. 604; Aguirre Conc. Hisp. V. 123; Loperraez Descripc. de Osma III. 46. n° 33. — »Ordinem religionis plantare.« |
| » 11 | » | (698) Oxomensi (Exoniensi *Decret.*) episcopo de clericis publice concubinas habentibus respondet, »quod si crimen eorum ita publicum est ut merito debeat appellari notorium, in eo casu nec accusator nec testis est necessarius, cum huiusmodi crimen nulla possit tergiversatione cellari. Si vero publicum est, non ex evidentia, sed ex fama, in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt, cum non sit testimoniis, sed testibus iudicandum.« v id. Mai. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib 2. n° 65 ed. Baluze I. 375; Opp. ed. Migne I. 605; Aguirre l. c. 124; Loperraez l. c. n° 34; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 20 ed. Baluze l. c. I. 578, ed. Migne l. c. III. 1228; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 2 *de cohab. cler.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 514; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 2 *de cohab. cler.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 422; ap. Richter Corp. II. 440. — »Tua nos duxit (dixit *Lop.*).« |
| » 14 | — | Abbatibus, praepositis, prioribus supra monasticum ordinem (Cysterciensem) constitutis: »Lugduni ii id. Mai. a° 2°.« — »In generali.« Hodenberg Lüneburg. Urkundenb. Abth. VII. St. Mich. in Lüneb. I. 25. n° 27, *vid.* 1245. Mai. 14. |
| » 15 | » | (699) (Roberto) abbati et conventui S. Germani de Pratis possessiones, quas nobilis mulier Philippa nomine monasterio eorum concesserat, confirmat. Id. Mai. a° 2°. ‖ Bréquigny Diplom. II. ii. 1079; I-i Opp. ed. Migne IV. 51. — »Cum a nobis.« |
| » 16 | » | (700) (Iaroslao) Vratizlaviensi (Wineglaniensi, Weilamen. *Coll. III.*, Ratispa. *Decr. Gr.*) episcopo respondet, »quid sit de illis laicis sententiendum qui clericos violenter, sine laesione tamen, in custodia detinent publica vel privata, vel etiam detrudunt in vincula, utrum in canonem sententiae latae incidant, ut ipso facto sint vinculo excommunicationis innodati sicut illi qui manus in clericos iniiciunt temere violentas« et de aliis quaestionibus. xvii kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 66 ed. Baluze I. 375; Opp. ed. Migne I. 605; *sine signo chronol.* Collect. I. decr. Innoc. tit. 31 ed. Baluze l. c. I. 590, ed. Migne l. c. III. 1246; *in duas partes divisa in* Collect. III. decr. lib. 5. tit. 21 *de sent. excomm.* c. 3 *et* lib. 1. tit. 14 *de bigam.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 592. 458; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. exc.* c. 29 *et* lib. 1. tit. 21 *de bigam.* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 851. 130; ap. Richter Corp. II. 864. 141. — »Nuper a nobis.« |
| » 17 | » | (701) Hisp(anum) decanum Toletanum protegendum suscipit eique decanatum Toletanae ecclesiae confirmat. xvi kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 67 ed. Baluze I. 376; Opp. ed. Migne I. 606; Aguirre Conc. Hisp. V. 124. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 17 | » | (702) Hisp(anum) archidiaconum de Colera tuendum suscipit eique archidiaconatum de Colera, quem in Segobiensi ecclesia G(regorius) S. Angeli diaconus cardinalis, dum in partibus Hispaniae legationis fungeretur officio, ipsi contulit, confirmat. xvi kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 68 ed. Baluze I. 376; Opp. ed. Migne I. 607; Aguirre l. c. 124. — »Cum a nobis.« |
| » 17 | » | (703) (Bartholomaeo) Turonensi archiepiscopo consultanti respondet, metropolitanum ex iusta causa vices suas in consecratione episcopi suo suffraganeo committere posse. xvi kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 77 ed. Baluze I. 383; Opp. ed. Migne I. 617; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 6 ed. Baluze l. c. I. 561, ed. Migne III. 1201; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 20 *de off. iud. ord.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 465; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 31 *de off. iud. ord.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 172 (*ubi tribuitur* a° 1198); ap. Richter Corp. II. 183. — »Quod sedem apostolicam.« |
| » 19 | » | (704) Lincolniensi et Eliensi episcopis et abbati S. Edmundi causam inter (Hubertum) archiepiscopum Cantuariensem et praedecessores eius ex parte una ac priores et monachos Cantuarienses ex altera super quibusdam capellis, quas ipsi archiepiscopi laborarunt in praeiudicium partis alterius, iam diu agitatam diffinitiva sententia termi- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| | | nandam committit. xiv kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 71 ed. Baluze I. 377; Opp. ed. Migne I. 608; Epistolae Cantuar. 490. — »Inter venerabilem fratrem.« |
| Mai. 19 | Laterani | (705) Omnes ecclesiasticos et saeculares fideles rogat et monet, ut ob reverentiam Dei et Thomae martyris, qui Cantuariensem ecclesiam reddidit pretioso sui corporis sanguine decoratam, iura eiusdem ecclesiae et fratres in ea obsequiis divinis insistentes commendatos habeant. xiv kal. Iun. a° 2°. ‖ Epistolae Cantuar. 492. — »Quanto venerabilis martyr.« |
| » 19 | » | (706) Monasterium s. Ludgeri Werdinensis tuendum suscipit, specialiter autem in Rode, in Helmstadt, in Ketwich et Weerden parochialium ecclesiarum decimas, ecclesiam in Zela *etc.* ei confirmat. xiv kal. Iun. a° 2°. ‖ Miraei Opp. dipl. IV. 384. — »Cum a nobis.« |
| » 20 | » | Abbatem et fratres S. Crucis et S. Leufredi: »xiii kal. Iun. a° 2°.« ‖ Bonnin Cart. de Louviers I. 125. n° 88, *vid.* 1199. Iun. 19. n° 744. |
| » 20 | » | (708) (Adolfo) Coloniensi archiepiscopo significat, se G(erardum) abbatem Indensem, B. Bunnensem praepositum, H. priorem de Werdt [*i. e.* Werden], H. S. Gereonis scholasticum, M. de Villa civem Mediolanensem et H. (de Aquileia) capellanum quondam Richardi regis Anglorum *etc.*, quos ipse et alii multi principes Alemanniae ad sedem apostolicam destinaverint per eos et electionis modum et coronationis processum Ottonis in regem electi plenius intimantes, benigne recepisse. Petentibus ut hoc confirmet et ipsum Ottonem ad suscipiendam coronam imperii vocet respondet, »quod ad honorem et profectum ipsius libenter et efficaciter .... intendemus.« xiii kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 11 ed. Baluze I. 690; Opp. ed. Migne III. 1006; Bouquet Rec. XIX. 376; Schaten Ann. Paderborn. I. 924; *cf.* Boehmer Regest. 1198—1254. p. 293. — »Gratum gerimus et.«<br>• *In eundem modum* (Balduino) comiti Flandriae;<br>» » » (Henrico) duci Lotharingiae et Brabantiae marchioni;<br>» » » Abbati Verdensi — (Ditmaro) Mindensi episcopo — (Bernardo) Padeburnensi episcopo — Comiti palatino Rheni — Comiti de Dasburg, *unicuique seorsim;*<br>*In eundem fere modum* (Hartwico) Bremensi archiepiscopo et suffraganeis eius;<br>» » » » aliis quam pluribus principibus Alemanniae. |
| » 20 | » | (709) Monasterium S. Michaelis Villae maioris ord. Praemonstr. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, privilegia et libertates confirmat. xiii kal. Iun. indict. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 69 ed. Baluze I. 376; Opp. ed. Migne I. 607. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 21 | » | (710) Episcopo Abulensi mandat, faciat, nisi Sarraceni, quibus domini aliquot hortorum et molendinorum ipsa tradiderunt excolenda, cum ea integritate, qua christiani solebant, quartam partem decimarum ecclesiis voluerint exhibere, ut communio a christianis super mercimoniis rerum venalium et aliis penitus denegetur. xii kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 70 ed. Baluze I. 377; Opp. ed. Migne I. 607; Aguirre Conc. Hisp. V. 124; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 11 ed. Baluze l. c. I. 565, ed. Migne l. c. III. 1207. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 23 | » | (711) N. N. exhortatur, ut priorem et monachos Cantuariensis ecclesiae protegant contra malignorum insolentiam et defendant. x kal. Iun. a° 2°. ‖ Epistolae Cantuar. 492. — »Cum ex nuncupatione.« |
| » 24 | » | (712) (Alberto) episcopo Vercellensi et abbati de Lucedio causam inter abbatem et monachos ex una parte et praepositum et canonicos S. Ambrosii Mediolanenses ex altera super interdicto et quibusdam aliis vertentem committit terminandam. ix kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 295 ed. Baluze I. 537; Opp. ed. Migne I. 859. — »Cum causam quae.« |
| » 25 | » | (713) Conventus de Certeseia patrocinium suscipit eique decimas de Certesies, de Eggeh. *etc.* ad opera dicti monasterii deputatas confirmat. viii kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 72 ed. Baluze I. 378; Opp. ed. Migne I. 609. — »Cum a nobis.« |
| » 25 | » | (714) Abbati et conventui de Certeseia privilegia confirmat et plura alia addit. viii kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 73 ed. Baluze I. 378; Opp. ed. Migne I. 609. — »Ex pastoralis officii.« |
| » 25 | » | (715) Monasterii s. Petri de Insula Arbennensi (Arbensi *Farl.*) ord. s. Ben. tutelam suscipit omnesque eius possessiones, bona ac terminos quos nominatim distinguit, iura ac privilegia confirmat. viii kal. Iun. indict. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 74 ed. Baluze I. 378; Opp. ed. Migne I. 610; Farlati Illyr. sacr. V. 238. — »Piae postulatio voluntatis.« |
| » 25 | » | (716) (Petro) Compostellano archiepiscopo et universis episcopis in regno Legionensi scribit de incestuoso matrimonio inter (Alfonsum) regem Legionis et (Berengariam) filiam (Alphonsi) regis Castellae. »Ut non remittere poenam sed commutare potius videamur, dictum regem Legionensem et memoratam filiam regis Castellae ac omnes principales |

**1199.**

eorum consiliarios excommunicationis curavimus sententia innodare, mandantes ut, ad quamcunque civitatem, oppidum vel villam devenerint, nullus ibidem eis praesentibus divina praesumat officia celebrare.« Eis porro praecipit, ut decedentium corpora, nisi clerici fuerint, tumulare nullatenus praesumant. VIII kal. Iun. a° 2° ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 75 ed. Baluze I. 378; Opp. ed. Migne I. 610; Raynaldi Ann. ad a. 1199. § 40; Aguirre Conc. Hisp. V. 125; *fragm.* Collect. III. decret. lib. 4. tit. 15 *de don. int. vir.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 568; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 4. tit. 20 *de don. int. vir.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 693; ap. Richter Corp. II. 699. — »Etsi necesse sit.«

Mai. 25 — Laterani — (717) Ecclesiam Sagiensem ordinis canonici secundum regulam b. Augustini patrocinandam cum omnibus bonis et pertinentiis suscipit atque priori et fratribus eiusdem omnes oblationes, quae ad manus sacerdotum in Sagiensi ecclesia offeruntur, et medietatem pentecostes et medietatem omnium legatorum et confratriae, et medietatem omnium asportationum quae ad ecclesiam ipsam proveniunt, aliquot exceptis, confirmat aeque ac privilegia ipsorum. VIII kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. I. n° 76 ed. Baluze I. 381; Opp. ed. Migne I. 615; Gallia christ. XI. instr. 169. — »Quoties a nobis.«

» 29 — » — (718) Episcopo civitatis Castellanae mandat, ut civitatem Castellanam ab interdicti sententia absolvat faciatque, ut ibi divina libere officia celebrentur. IV kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 78, *cf.* n° 285 ed. Baluze I. 383; Opp. ed. Migne I. 617. — »Accedentes nuper ad.«

» 29 — » — (719) (Nicolao) abbati de Firmitate, G. et F. archidiaconis Cabilonensibus mandat, ut Eduensem ecclesiam in possessionem terrarum et ecclesiarum in valle Polliniaci, quibus Balmenses monachi eam praeter iuris ordinem spoliaverant, inducant. IV kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 80 et 287 ed. Baluze I. 384 et 531; Opp. ed. Migne I. 619 et 852. — »Expositam nobis Eduensis.«

» 31 — » — (720) Rainerio abbate et conventu S. Petri Eugubini postulantibus vetus privilegium ipsis a Lucio papa praedecessore concessum confirmat et decernit, illud »quod sine omni reprehensione bullae, chartae vel litterae apparebat, quando fuit nobis ostensum, illius fuisse tenoris, cuius per depositiones testium et assertiones cardinalium extitisse« praemissum est. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n°. 79 et 286 ed. Baluze I. 383 et 531: Opp. ed. Migne I. 618 et 852; *absque nota chronol.* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 16 *de privil.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 586; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *de privil.* c. 12 ap. Boehmer Corp. II. 812; ap. Richter Corp. II. 822. — »Cum olim essemus.«

» 31 — » — (721) (Philippum) regem Francorum hortatur, faciat ut sententia, qua sedes apostolica decreverit Dolensem ecclesiam ecclesiae Turonensis suffraganeam esse observetur. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 84 ed. Baluze I. 394; Opp. ed. Migne I. 635; Bouquet Rec. XIX. 378. — »Ventilata diutius et.«

» 31 — » — (722) Clero et populo Dolensi significat sententiam latam in gratiam Turonensis ecclesiae eisque praecipit, ut eandem, metropolim suam, humiliter revereantur et ad eam in quibus necesse fuerit et ius metropolitanum postulet, recurrant. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 86 ed. Baluze I. 395; Opp. ed. Migne I. 636; Bouquet l. c. 377. — »Ventilata diutius et.«

» 31 — » — (723) Capitulo Dolensi scribit de eodem argumento eique praecipit, ut electum suum consecrandum (Bartholomaeo) Turonensi archiepiscopo praesentent. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 87 ed. Baluze I. 395; Opp. ed. Migne I. 636; Bouquet l. c. 378. — »Ventilata diutius et.«

» 31 — » — (724) (Walterio) archiepiscopo Rothomagensi et suffraganeis eius scribit de eodem argumento eisque mandat, ut latam a sede apostolica sententiam etiam observent et observari ab aliis faciant, nec alicui Dolensis diocesis chrisma vel alia sacramenta ecclesiastica ministrent, nisi de consensu ecclesiae Turonensis. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 88 ed. Baluze I. 395; Opp. ed. Migne I. 636; Bouquet l. c. 378. — »Ventilata diutius et.«

» 31 — » — (725) Vizeliacensi et S. Petri Antissiodorensis abbatibus et F. decano Aurelianensi committit causam inter abbatem S. Genovefae et episcopum Parisiensem super possessione iuris parochialis in parochia de Monte vertentem, eisque mandat, ut »partibus convocatis, si vobis constiterit Parisiensem episcopum possessionem parochialis iuris in praedicta parochia habuisse, ab ea fuisse iniuste deiectum, eo sicut iuris ordo postulat primitus restituto, audiatis quaecunque duxerint proponenda, et quod iustum fuerit, sine appellationis obstaculo statuatis.« II kal. Iun. a° 2°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. II. 538. — »Accedentibus ad apostolicam.«

» 31 — » — Comitissae Britanniae, *vid.* 1199. Iun. 2. n° 728.

Iun. 1 — » — (726) Bartholomaeo archiepiscopo Turonensi petente sancit, ut ecclesiae Turonensi ecclesia Dolensis subiaceat suffraganea nec unquam Dolensis episcopus ad pallii usum aspiret. Kal. Iun. indict. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 82 ed. Baluze I.

**1199.**

388; Opp. ed. Migne I. 625; D. Morice Preuves à l'hist. de Bretagne I. 759; Martene Thes. anecd. III. 942; Vertot Mouvance de la Bretagne 267; Gallia christ. XIV. instr. 249; Cocquelines Bullar. III. 82. nº 21; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 143; Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 52 *fragm.*; Maan Eccles. Turonensis 255. nº 25; *ibid.* 129 *fragm. breviss.* — »Licet primum et.«

Iun. 2 — Laterani — (727) Eidem et capitulo Turonensi significat, se sententiam adversus Dolensem episcopum in gratiam Turonensis ecclesiae tulisse. IV non. Iun. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 83 ed. Baluze I. 394; Opp. ed. Migne I. 634; Martene Thes. anecd. III. 953; D. Morice Preuves à l'hist. de Bretagne I. 767; Bouquet Rec. XIX. 377. — »Ad convincendam malitiam.«

» 2 — » — (728) Comitissae Britanniae, A. eius filio ac baronibus mandat, ut observent et observari faciant sententiam, quam tulit in gratiam ecclesiae Turonensis adversus Dolensem ecclesiam. IV non. (II kal. *Bal., Migne*) Iun. aº 2º. ‖ Martene Thes. anecd. III. 954; D. Morice Preuves à l'hist. de Bretagne I. 768; Innoc. Ep. lib. 2. nº 85 ed. Baluze I. 395; Opp. ed. Migne I. 636. — »Ventilata diutius et.«

» 2 — » — (729) Hugoni praeposito S. Laurentii Ulciensis praeposituram Ulciensem cum omnibus pertinentiis suis confirmat. IV non. Iun. aº 2º. ‖ (Rivautella) Ulciens. ecclesiae chartar. 25. nº 23. — »Cum a nobis.«

» 3 — » — (730) Conventui monasterii s. Leufredi de Cruce ratam habet et confirmat sententiam secundam, quae contra primam lata est super legitima electione Riccardi abbatis S. Leufredi de Cruce, cum S. Audoeni Rothomagensis monasterium ab illa sententia non appellaverit. III non. Iun. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 81 ed. Baluze I. 385; Opp. ed. Migne I. 621; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 18 *de sent. et re iud.* c. 10 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 505; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 27 *de sent. et re iud.* c. 20 ap. Boehmer Corp. II. 375 (*ubi adscribitur* aº 1172); ap. Richter Corp. II. 389. — »Inter monasterium sancti.«

» 5 — » — (731) Abbati et conventui monasterii Altimontensis [Hautmont] possessionem capellae de Grantreing confirmat. Non. Iun. aº 2º. ‖ Bréquigny Diplom. II. II. 1115; I-i Opp. ed. Migne IV. 52; Ch. Duvivier Recherches sur le Hainaut anc. II. (Brux. 1866. gr. 8º) 665; *cf.* Devillers Descript. III. 122. nº 14; Anal. iuris pontific. Distr. 86. (1868.) 306. — »Iustis petentium desideriis.«

» 10 — » — (732) Iohanni abbati S. Genovefae Parisiensis usum mitrae concedit. IV id. Iun. aº 2º. ‖ Bréquigny Diplom. II. II. 1079; I-i Opp. ed. Migne IV. 52. — »Illa specialis praerogativa.«

» 10 — » — (733) ( ) Massiliensi et (Raimundo) Agatensi episcopis mandat, ut ecclesiam in insulis Arearum a canonicis quibusdam regularibus occupatam, cum fratres Cisterciensis ordinis ibi commorantes a paganis in captivitatem deducti fuerint, per eiusdem ordinis fratres curent reformari, nisi canonici eisdem obtemperantes regulariter vivant. IV id. Iun. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 91 ed. Baluze I. 396; Opp. ed. Migne I. 637; Manrique Annal. Cisterc. III. 343 et 345 *fragm. ad* a. 1199; Gallia christ. edit. 2. III. 660; Pap. Massonus Flumina Galliae 394 *sine signo chronol.*; *fragm.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 18 ed. Baluze l. c. I. 576, ed. Migne l. c. III. 1225; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 23 *de iis quae vi* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 469 *fragm.*; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 40 *de his quae vi* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 202 (*ubi refertur ad* a. 1200); ap. Richter Corp. II. 212. — »Cum dilectus filius.«

» 11 — » — (734) Prioris et canonicorum de S. Osuvaldo tutelam suscipit eorumque iura ac privilegia, possessiones ac bona, praesertim ecclesias de Boolton, de Sudcherchebi, de Rouvelle et Felechurche ipsis confirmat. III id. Iun. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 90 ed. Baluze I. 395; Opp. ed. Migne I. 637. — »Iustis petentium desideriis.«

» 12 — » — (735) ( ) Massiliensis et (Raimundi) Agatensis episcoporum protectionem suscipit eisque ecclesiam de Cuchenvald cum capellis de Silton et de Brudeford et omnibus earum pertinentiis confirmat. II id. Iun. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 92 ed. Baluze I. 398; Opp. ed. Migne I. 640. — »Cum a nobis.«

» 12 — » — (736) M. prioris et canonicorum de Novo Burgo patrocinium suscipit eorumque privilegia ac iura, possessiones ac bona, praesertim ecclesiam de Hovingham ipsis confirmat. II id. Iun. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 93 ed. Baluze I. 398; Opp. ed. Migne I. 640. — »Iustis petentium desideriis.«

» 13 — » — (737) Magistro et fratribus militiae Templi confirmat sententiam (Petri) Atrebatensis episcopi contra canonicos S. Quintini, qua pronuntiaverat annualia praebendarum, quocumque modo de persona ad personam transirent, in integrum ab eisdem militiae Templi fratribus esse percipienda. Id. Iun. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 94 ed. Baluze I. 398; Opp. ed. Migne I. 641. — »Cum ex conquestione.«

» 15 — » — (738) Abbati et conventui de Walthan ecclesiam de Wrengle eis a Lincolniensi episcopo concessam confirmat. XVII kal. Iul. aº 2º. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. nº 128 ed. Baluze I. 422; Opp. ed. Migne I. 678. — »Cum a nobis.«

**1199.**

Iun. 16 | Laterani | (739) Eisdem ecclesiam s. Andreae de Geiste, ecclesiam omnium Sanctorum de Geistetorp, ius quod habent in ecclesia s. Petri de Wdennorton confirmat. xvi kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. ed. lib. 2. n° 129 ed. Baluze I. 422; Opp. ed. Migne I. 678. — »Iustis petentium desideriis.«

» 16 | » | (740) Eisdem ius quod habent in ecclesia de Scerninges confirmat. xvi kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 126 ed. Baluze I. 421; Opp. ed. Migne I. 678. — »Cum a nobis.«

» 16 | » | (741) Eisdem ecclesiam de Lamburn, quam ex concessione diocesani episcopi obtinent, confirmat. xvi kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 127 ed. Baluze I. 422; Opp. ed. Migne I. 678. — »Iustis petentium desideriis.«

» 16 | » | (742) (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo et (?) episcopo Roffensi mandat, compellant molestatores conventus de Walthan per censuram ecclesiasticam, ut ab eorum gravamine et indebita infestatione quiescant. xvi kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 131 ed. Baluze I. 422; Opp. ed. Migne I. 679. — »Sicut dilecti filii.«

» 18 | (») | (743) (Gerardo) Gradensi patriarchae mandat, faciat, ut compositio inter ecclesiam s. Bartholomaei de Venetiis et ecclesiam s. Salvatoris eiusdem loci mediante Castellano episcopo facta super iure parochiali irrefragabiliter observetur. »Romae xiv kal. Iul.« (a° 2°). ‖ Cornelius eccles. Venet. I. 326. — »Cum dilecti filii.« *Sed transferas ad* n° 291.

» 19 | » | (744) Abbatem et fratres S. Crucis et S. Leufredi confessoris eorumque ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibi institutus perpetuis temporibus observetur; omnia eorundem privilegia ac bona, quorum plura nominatim exprimit, illibata permanere iubet. xiii kal. Iul. (Iun. *Bonnin*) indict. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 98 ed. Baluze I. 401; Opp. ed. Migne I. 645; Bonnin Cartul. de Louviers. Doc. I. 125. n° 88. — »Piae postulatio voluntatis.«

» 19 | » | (745) P(etro) S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato et (Odoni) episcopo Parisiensi mandat, ut Rainaldum abbatem S. Martini Nivernensis de haeresi infamatum a sacerdotali officio deponant et retrudi eum in districto monasterio faciant. xiii kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 99 ed. Baluze I. 402; Opp. ed. Migne I. 647; Mansi Conc. XXII. 698 (ad a. 1198); Hardouin Conc. VI. ii. 1948. — »Quod legimus in.«

» 19 | » | (746) Eidem mandat, ut electionem H(ugonis) in episcopum Cameracensem irritam et inanem denuntiet; inhibita autem Cameracensi capitulo electione altera ipse personam idoneam ei in pastorem praeficiat. xiii kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 95 ed. Baluze I. 399; Opp. ed. Migne I. 642. — »Cum enormes excessus.«

» 21 | » | (747) Monasterium s. Mariae de Canneto ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. xi kal. Iun. indict. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 100 ed. Baluze I. 404; Opp. ed. Migne I. 650. — »Piae postulatio voluntatis.«

» 21 | » | (748) (Henricum) regem Ungariae, qui (Boleslao) Watiensi episcopo de ecclesia violenter eiecto, fracto sacrarii ostio et scriniis violatis thesaurum ecclesiae occupavit et patrimonium eiusdem episcopi fecit pro motu voluntatis propriae confiscari, hortatur, ut praedicta corrigat per se ipsum, taliter episcopo satisfaciat memorato, immo potius sedi apostolicae, taliter Watiensi ecclesiae damna restauret, »quod nos ad id severitatis ecclesiasticae manum apponere non cogamur.« xi kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 96 ed. Baluze I. 399; Opp. ed. Migne I. 643; Katona Hist. crit. IV. 552; Fejér Cod. dipl. II. 358; Kollar Hist. iur. patron. 132; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1199 § 39. — »Inter universi orbis.«

» 21 | » | (749) (Saulo) Colocensi archiepiscopo praecipit, ut (Henricum) regem Ungariae ad implendum mandatum apostolicum moneat et inducat. Si id fieri forte non poterit, inquirat de praedictis veritatem et »quod inveneris per tuas nobis cures litteras intimare, ut apostolicum a nobis procedat edictum, per quod tantae praesumptionis audacia districtione canonica feriatur.« xi kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 97 ed. Baluze I. 401; Opp. ed. Migne I. 645; Katona l. c. 557; Fejér l. c. 361. — »Inter universi orbis.«

» 26 | » | (750) (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo praecipit, ut suffraganeos suos et eorum officiales, qui pro chrismate contra canonicas sanctiones certam accipere consueverint pecuniae quantitatem, sed metuentes poenam canonicam tempus faciendae solutionis anticipant, recipientes in media quadragesima quod recipere consueverunt post pascha, corrigat per censuram ecclesiasticam eos ab hac simoniaca pravitate compescens. vi kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 104 ed. Baluze I. 408; Opp. ed. Migne I. 657; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 14 *de simon.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 583; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 3 *de simon.* c. 36 ap. Boehmer Corp. II. 727; ap. Richter Corp. II. 735. — »In tantum peccatis.«

» 26 | » | (751) Eidem indulget, ut pensiones contra iuris canonici sanctiones de novo ecclesiis quibusdam in sua diocesi impositas in irritum revocet et in statum priorem reducat

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| | | augmentatas. vi kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 115 ed. Baluze I. 418; Opp. ed. Migne I. 672. — »Quae in derogationem.« |
| Iun. 26 | Laterani | (752) Simoni archidiacono Wellensi archidiaconatum cum ecclesia de Iuvis et ecclesia de Subrent ad ipsum pertinentibus confirmat. vi kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 116 ed. Baluze I. 418; Opp. ed. Migne I. 672. — »Iustis petentium desideriis.« |
| Iul. 1 | » | (753) Gostadigin. fundatricem et fratres ac sorores ecclesiae b. Mariae de Rocca maiori sitae in loco qui dicitur Puteus de Chartariis et ecclesiam ipsam cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Ad indicium perceptae protectionis unam libram cerae sedi apostolicae annis singulis persolvent. Kal. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 101 ed. Baluze I. 404; Opp. ed. Migne I. 651. — »Cum a nobis.« |
| » 2 | » | (754) Romano archipresbytero et clericis petentibus ecclesiam bb. martyrum Sergii et Bacchi protegendam suscipit eiusque possessiones nominatim expressas confirmat. vi non. Iul. indict. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 102 ed. Baluze I. 404; Opp. ed. Migne I. 651; Cocquelines Bullar. III. 86. n° 22; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 151. — »Licet omnium ecclesiarum.« |
| » 2 | » | (755) Petro Compostellano archiepiscopo petente decernit, episcopatus Ulixbonensem et Elborensem ei subiectos esse. Praeterea diffinit, ut Bracarensis archiepiscopus vel ecclesia Bracarensis nullatenus eum vel ecclesiam Compostellanam impediat, quo minus in praedictis duobus episcopatibus plene ac libere iurisdictionem metropoliticam exerceat. vi non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 103 ed. Baluze I. 406; Opp. ed. Migne I. 653; Aguirre Conc. Hisp. V. 127; Cocquelines l. c. 87. n° 23; Bullar. R. l. c. 153. — »In causa duorum.« |
| » 3 | » | (756) Praeposito S. Severini, decano et L. canonico maioris ecclesiae de Erphurdia (Euphurdia *Baluze*) mandat, ut canonicos S. Iohannis, qui contra Turonensis statuta concilii stipendia quatuor clericorum sexdecim personis assignarant, unam quoque praebendam Vu. et A. clericis sub eo tenore dederant, ut alter succederet proximo morienti, praefatis donationibus et concessionibus irritatis ad faciendam ordinationem canonicam et de personis idoneis per censuram ecclesiasticam compellant. v non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2 n° 107 ed. Baluze I. 412; Opp. ed. Migne I. 663. — »Transmissam nobis dilecti.« |
| » 4 | » | (757) Iohanne priore eiusque fratribus postulantibus hospitalem domum quae est in loco qui Mariadura vocatur, quam Gandulfus et uxor eius Ghisla istis obtulerant, tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, libertates, immunitates et consuetudines confirmat. iv non. Iul. indict. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 296 ed. Baluze I. 537; Opp. ed. Migne I. 859; Campi Hist. di Piacenza II. 377; Bullar. Lateran. 64. 306. — »Quoties a nobis.« |
| » 5 | » | (758) Abbati et conventui de Walthan indulget, ne in ecclesiis ad repraesentationem et ordinationem eorum spectantibus aliqui clerici, nisi ab eis praesentati fuerint, ordinentur vel ad earum regimen praeter eorum assensum et conniventiam admittantur. iii non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 118 ed. Baluze I. 419; Opp. ed. Migne I. 673. — »Cum vos et.« |
| » 5 | » | (759) Eisdem petentibus inhibet, ne de cetero archidiaconi et officiales ipsorum contra Lateranensis concilii statuta ad eorum ecclesias maiore quam debeant numero evectionis accedant et aliis eas gravaminibus indebite opprimant. iii non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 119 ed. Baluze I. 419; Opp. ed. Migne I. 674. — »Ad notitiam apostolatus.« |
| » 5 | » | (760) (Martino) Bracarensi archiepiscopo significat, sententiam pro archiepiscopo Compostellano super episcopatu Zamorensi latam non praeiudicare Bracarensi ecclesiae. iii non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 105 ed. Baluze I. 408; Opp. ed. Migne I. 657; Aguirre Conc. Hisp. V. 129. — »Cum simus in.« |
| » 6 | » | (761) Concordiam inter Martinum Bracarensem et (Petrum) Compostellanum archiepiscopos super quaestione de usu crucis initam confirmat. ii non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 106 ed. Baluze I. 412; Opp. ed. Migne I. 663; Aguirre l. c. 131; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 51. — »Saepe contingit ex.« <br> * *In eundem modum* Petro Compostellano archiepiscopo. |
| » 6 | » | (762) (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo concedit, ut, cum multi in eius diocesi decimas suas integras vel duas partes ipsarum non illis ecclesiis, in quarum parochiis habitant vel ubi praedia habent, persolvant, sed eas aliis pro sua distribuant voluntate, super hoc statuat, quod canonicum sit ordinare. ii non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 114 ed. Baluze I. 418; Opp. ed. Migne I. 672. — »Pervenit ad audientiam.« |
| » 6 | » | (763) Monasterii de Nostlat protectionem suscipit eique privilegia ac ecclesias de Felechiurche, de Fedrestam *etc.*, quas ipsi b. m. B. Eboracensis archiepiscopus canonice contulerat, confirmat. ii non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 89 ed. Baluze I. 395; Opp. ed. Migne I. 637. — »Cum a nobis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| Iul. 7 | Laterani | (764) (Ymberto) Arelatensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut Rainerium sedis apostolicae legatum humiliter et devote recipiant, observent quae ipse inter eos statuenda et corrigenda duxerit, eique contra haereticos adsint. Non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 123 ed. Baluze I. 420; Opp. ed. Migne I. 676; Bouquet Rec. XIX. 379. — »Is cuius omnes.« |
| | | * *In eundem modum* (Berengario) Narbonensi archiepiscopo et suffraganeis eius, |
| | | » » » (?) Aquensi » » » », |
| | | » » » (Guillelmo) Ebredunensi » » » ». |
| » 7 | » | (765) (Huberto) archiepiscopo Cantuariensi, de Ceresia et de Cirestria abbatibus mandat, ut, si abbas S. Crucis de Walthan constitutionem de pecunia ipsorum in uno marsupio congreganda et per duos vel tres canonicos servanda confirmatam a sede apostolica observare negligat, eum ad hoc per censuram ecclesiasticam cogant. Non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 130 ed. Baluze I. 422; Opp. ed. Migne I. 679. — »Ad audientiam apostolatus.« |
| » 7 | » | (766) Abbati et conventui de Walthan ecclesiam de Badburgeham, quam ex concessione diocesani episcopi obtinent, confirmat. Non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 132 ed. Baluze I. 422; Opp. ed. Migne I. 680. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 7 | » | (767) Abbati et conventui S. Crucis de Walthan institutiones ecclesiarum de Nesinges et de Netlesuville factas eis et concessas per archidiaconum, cum sedes episcopalis vacaret, confirmat. Non. Iul. a° 2°. ‖ *Innoc. Ep. lib. 2. n° 109 ed. Baluze I. 413; Opp. ed. Migne I. 665. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 7 | » | (768) Monasterii de Walthan, quod specialiter b. Petri iuris existit, patrocinium suscipit omnesque eius libertates, immunitates et consuetudines ratas habet. Non. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 120 ed. Baluze I. 419; Opp. ed. Migne I. 674. — »Incumbit nobis ex.« |
| » 8 | » | (769) Monasterii s. Mariae Aquilegiensis patrocinium suscipit omnesque eius bona, specialiter proventus decimarum de insula, tam olei quam aliarum rerum, quas Engelbertus comes de Goriza a Tergestina ecclesia in feudum habuit, confirmat. VIII id. Iul. ind. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 108 ed. Baluze I. 412; Opp. ed. Migne I. 664. — »Prudentibus virginibus quae.« |
| » 9 | » | (770) Aldigerii decani et canonicorum Aquilegiensium contentionem super administratione possessionum Aquilegiensis ecclesiae ad canonicos pertinentium contra Poponem praepositum decidit. VII id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 113 ed. Baluze I. 414; Opp. ed. Migne I. 667; Rubeis Mon. Aquil. 641. — »Orta nuper inter.« |
| » 9 | » | (771) Petro Compostellano archiepiscopo declarat, abbatem et monasterium de Antealtaria eius ecclesiae diocesano et territorii ac patronatus iure perpetuo subiacere, eique hoc confirmat. VII id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 144 ed. Baluze I. 435; Opp. ed. Migne I. 700; Aguirre Conc. Hisp. V. 136. — »Cum olim esses.« |
| » 10 | » | (772) Guillelmum dominum de Montepessulano cum omnibus bonis patrocinandum suscipit. VI id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 297 ed. Baluze I. 538; Opp. ed. Migne I. 861. — »Sancta Romana ecclesia.« |
| » 10 | » | (773) Eidem significat, se ad eius postulationem fratrem Rainerium legatum a latere ad haereticam pravitatem destruendam mittere. VI id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 298 ed. Baluze I. 538; Opp. ed. Migne I. 861; Bouquet Rec. XIX. 380. — »Litteras nobilitatis tuae.« |
| » 10 | » | (774) Magistris et fratribus Spatariis et Religiosis per Hispaniam constitutis mandat, ut censum, qui Vota dicitur et de singulis partibus boum antiquitus statutus est, ecclesiae b. Iacobi Compostellani solvant. Alioquin Salamantinensi et Zamorensi episcopis mandatum est, ut eos ad id per interdicti et excommunicationis sententiam compellant. VI id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 147 ed. Baluze I. 436; Opp. ed. Migne I. 701; Aguirre Conc. Hisp. V. 137. — »Ad audientiam apostolatus.« |
| | | * *Scriptum est super hoc* Salamantinensi et Zamorensi episcopis. |
| » 10 | » | (775) Abbati et conventui de Walthan concedit, »quod si episcopi, in quorum diocesi ecclesias parochiales habetis, in fata concesserint et ecclesias vestras interim vacare contigerit, capellani in ipsis instituendi, ne ordinationes ecclesiarum differantur, ad praesentationem vestram ab eo qui sede vacante vices episcopi de iure debet supplere, sine contradictione admittantur, qui vobis de temporalibus, episcopis vel eorum officialibus de spiritualibus debeant respondere« *etc.* VI id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 121 ed. Baluze I. 419; Opp. ed. Migne I. 675. — »Fervor religionis et.« |
| » 10 | » | (776) Ecclesiam s. Crucis de Walthan ord. s. Aug. protegendam suscipit, ut eius possessiones ac bona abbati et fratribus firma et illibata permaneant. Praeterea iura ac privilegia eiusdem confirmat. VI id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 110 ed. Baluze I. 413; Opp. ed. Migne I. 665. — »Licet ex iniuncta.« |

| | | 1199. |
|---|---|---|
| Iul. 11 | Laterani | (777) Crim(erii) abbatis Cisterciensis electionem in Placentinum episcopum confirmat. v id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 111 ed. Baluze I. 414; Opp. ed. Migne I. 665; Campi Hist. eccl. di Piacenza II. 376. n° 52. — »Accedentes ad praesentiam.« |
| » 11 | » | (778) Clero et populo Placentino mandat, ut Crim(erio) electo debitam obedientiam et reverentiam impendentes ei tam circa spiritualia quam etiam temporalia pareant humiliter et devote. v id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 112 ed. Baluze I. 414; Opp. ed. Migne I. 667. — »Accedentes ad praesentiam.« |
| » 11 | » | (779) Episcopo Tudensi, decano Zamorensi et priori S. Isidori Legionensis controversiam inter episcopum Auriensem ex una parte et abbatem conventumque Cellae Novae ex altera super libertate ac subiectione ipsius monasterii *etc.* vertentem committit terminandam. v id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 117 ed. Baluze I. 418; Opp. ed. Migne I. 673; Aguirre Conc. Hisp. V. 132. — »Controversiam quae inter.« |
| ( » 12) | » | (780) Universos Christi fideles laicos tam in urbe Metensi quam eius diocesi constitutos hortatur, ne divinis libris Gallice translatis utentes praedicent, nec occulta conventicula faciant, nec sacerdotes reprehendant. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 141 ed. Baluze I. 432; Opp. ed. Migne I. 695; Cocquelines Bullar. III. 91. n° 25; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 159; *absque nota loci et temp.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 13 ed. Baluze l. c. I. 567, ed. Migne l. c. III. 1210; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 4 *de haeret.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 577; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 7 *de haeret.* c. 12 ap. Boehmer Corp. II. 747; ap. Richter Corp. II. 756. — »Cum ex iniuncto.« |
| » 12 | » | (781) (Bertoldo) episcopo et capitulo Metensibus praecipit, ut inquirant, quis divinas scripturas in sermonem Gallicum transtulerit, quae translatoris intentio fuerit et quis sit illius translationis usus. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 142 ed. Baluze I. 434; Opp. ed. Migne I. 698; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 13 ed. Baluze l. c. I. 569; ed. Migne III. 1213. — »Sicut ecclesiarum praelatis.« |
| » 12 | » | (782) Concordiam inter (Petrum) archiepiscopum, decanum et capitulum Compostellanum ex parte una et Vu. vicecomitem et G. filium eius Vercellenses cives ex altera super hospitali et ecclesia s. Iacobi de Cassina factam confirmat. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 143 ed. Baluze I. 435; Opp. ed. Migne I. 699; Aguirre Conc. Hisp. V. 135. — »Ea quae concordia.« |
| ( » 12) | » | (783) Petro Compostellano archiepiscopo scribit de compositione facta et observanda inter Compostellanam et Bracarensem ecclesias super quatuor episcopatibus videlicet Colimbriensi, Lamecensi, Visensi et Egitaniensi. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 133 ed. Baluze I. 423; Opp. ed. Migne I. 680. — »Licet unum sit.« <br> * *In eundem fere modum* (Martino) Bracarensi archiepiscopo. |
| » 12 | » | (784) (Martino) Bracarensi archiepiscopo mandat, ut, ne lites inveteratae inter Compostellanam et Bracarensem ecclesias, sed nunc extinctae resurgant, ea quae ad pacem perpetuam dictarum ecclesiarum a sede apostolica sint instituta, irrefragabiliter observet, Ulixbonensem, Elborensem et Lamecensem episcopos eorumque ecclesias, et clerum ac populum per Egitaniensem diocesim constitutos (Petro) Compostellano archiepiscopo obedire dimittens. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 134 ed. Baluze I. 428; Opp. ed. Migne I. 689; Aguirre Conc. Hisp. V. 132. — »Qualiter veteres sed.« <br> * *In eundem modum* (Petro) Colimbriensi episcopo. |
| » 12 | » | (785) Fratri Rainerio apostolicae sedis legato legationis officium per Ebredunensem, Aquensem, Arelatensem et Narbonensem provincias committit. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 122 ed. Baluze I. 420; Opp. ed. Migne I. 675. — »Licet solitae solitudinis.« |
| » 12 | » | (786) Decano et capitulo Aquilegiensibus praecipit, ut villam de Dranis ad praeposituram de iure spectantem, qua illi P. praepositum suum spoliaverant, cum omnibus pertinentiis suis et fructibus inde perceptis ei restituant. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 124 ed. Baluze I. 421; Opp. ed. Migne I. 677. — »Constitutus in praesentia.« |
| » 12 | » | (787) Ulixbonensi, Elborensi et Lamecensi episcopis et clero et populo Egitaniensi mandat, ut P(etro) Compostellano archiepiscopo eiusque successoribus tanquam metropolitano suo, sicut alii suffraganei eius faciunt, obedientiam et reverentiam debitam impendant. Ut haec liberius adimplere possint, (Martinus) Bracarensis archiepiscopus et (Petrus) episcopus Colimbriensis eos ab omni obedientiae vinculo coram sede apostolica absolverunt. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 135 ed. Baluze I. 429; Opp. ed. Migne I. 689; Aguirre Conc. Hisp. V. 132. — »Antiquas controversias et.« |
| » 12 | » | (788) Lucensi, Astoricensi, Mindoniensi, Auriensi et Tudensi episcopis scribit de eodem argumento. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 136 ed. Baluze I. 429; Opp. ed. Migne I. 690; Aguirre l. c. 133. — »Antiquas controversias et.« |
| » 12 | » | (789) Tiniensi et Scardonensi episcopis et abbati Traguriensi mandat, inquirant, si N. Farensis episcopus postulationem suam asseruerit per sedem apostolicam approbatam, si |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| | | ad Iadertinam ecclesiam omnino transiverit, si in ea se habuerit ut electus, si de substituendo sibi pastore in ecclesia Farensi tractaverit, »ut de his et aliis per litteras vestras certiores effecti melius in ipso negotio procedamus.« iv id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 299 ed. Baluze I. 539; Opp. ed. Migne I. 862; Lucius De reg. Croat. lib. 3. c. XIII. 234; Farlati Illyr. sacr. V. 67, *cf.* IV. 246; Katona Hist. crit. IV. 569; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 8; Fejér Cod. dipl. II. 367. — »Constitutus in praesentia.« |
| Iul. 13 | Laterani | (790) Mart(ino) Bracarensi archiepiscopo decimas in ecclesiis castrorum Mugatorio et Petrasroias percipiendas eique a rege Portugaliae concessas confirmat. iii id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 138 ed. Baluze I. 430; Opp. ed. Migne I. 691; Aguirre l. c. 133. — »Cum a nobis.« |
| » 13 | » | (791) Petro Compostellano archiepiscopo indulget, ut rusticos regis Legionensis sub examine praedicti regis super votis b. Iacobo persolvendis respondere cogat. iii id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 145 ed. Baluze I. 436; Opp. ed. Migne I. 700; Aguirre l. c. 136. — »Cum sit regula.« |
| » 14 | » | (792) Capitulo Spalatensi Farensis ecclesiae solicitudinem committit »donec aliud statuamus,« ne occasione controversiae de N. Farensi episcopo qui ad Iadertinam ecclesiam transivit, illa aliquid in spiritualibus vel temporalibus detrimentum incurrat. ii id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 300 ed. Baluze I. 539; Opp. ed. Migne I. 863; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 9. n° 15; Farlati Illyr. sacr. IV. 246; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 202; *fragm.* ap. Fejér Cod. dipl. II. 369. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 14 | » | (793) Petro Compostellano archiepiscopo eiusque successoribus significat, se Compostellanae b. Iacobi ecclesiae archiepiscopalis cathedrae dignitatem, »quam opulentissima quondam Emeritana civitas, prius quam ab impia Sarracenorum tyrannide possideretur, habuisse dignoscitur,« in perpetuum confirmare. Praeterea statuit privilegia archiepiscopi et confirmat eiusdem ecclesiae possessiones nominatim expressas. ii id. Iul. indict. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 139 ed. Baluze I. 430; Opp. ed. Migne I. 691; Cocquelines Bullar. III. 89. n° 24; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 156; Aguirre l. c. 134; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 51. — »In eminenti apostolicae.« |
| » 14 | » | (794) Eidem archiepiscopo eiusque capitulo concedit, cum A. civis Anagninus tutor et curator nepotum suorum omni iuri renuntiaverit quod adversus Compostellanam ecclesiam pupillis competebat memoratis, litteras in factae resignationis testimonium. ii id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 137 ed. Baluze I. 429; Opp. ed. Migne I. 691; Aguirre l. c. 133. — »Cum dilectus filius.« |
| » 14 | » | (795) Poponi canonico Frisagensi concedit, ut fructus praebendae suae de cetero percipere possit, non obstante si quid in absentia eius factum sit in ipsius praeiudicium contra priorem consuetudinem ecclesiae Frisagensis. ii id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 125 ed. Baluze I. 421; Opp. ed. Migne I. 678. — »Cum de consuetudine.« |
| » 14 | » | (796) Toletano et (Martino) Bracarensi archiepiscopis et suffraganeis eorum Orien. et Legionensi episcopis praecipit, faciant ut (Petro) archiepiscopo Compostellano et ecclesiae eius vota b. Iacobi ab ipsorum parochianis de cetero solvantur. ii id. Iul. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 146 ed. Baluze I. 436; Opp. ed. Migne I. 701; Aguirre l. c. 136. — »Querelam venerabilis fratris.« <br> * *Scriptum est super hoc* Zamorensi et Salamantinensi episcopis. |
| » 17 | » | (797) Martino Bracarensi archiepiscopo confirmat sententiam a Portugallensi episcopo latam in causa quae inter archiepiscopum ipsum et abbatem de Castro super decimis Bracantiae vertebatur. xvi kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 140 ed. Baluze I. 432; Opp. ed. Migne I. 695; Aguirre l. c. 135. — »Cum a nobis.« |
| » 19 | » | (798) Capitulo Balneariae scribit de Vu. presbytero, cui prior eorum ecclesiam, quam illi sub annua pensione concesserat, abstulerat et extenderat manum ad personam pariter et res eius, adstringens illum ferreis vinculis ad sedem apostolicam appellantem. Eis mandat, ut prior usque ad festum Omnium Sanctorum apostolico se conspectui repraesentet, rationem de contractu simoniaco redditurus. xiv kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 148 ed. Baluze I. 437; Opp. ed. Migne I. 702. — »Olim ad instantiam.« |
| » 20 | » | (799) (Martino) Bracarensi archiepiscopo significat, se controversiam quatuor episcopatuum, Colimbriensis videlicet, Visensis, Egitaniensis et Lameoensis, inter Compostellanam et Bracarensem ecclesias diutius agitatam non sine multo labore nuper terminasse. In qua re causam quoque quinque episcopatuum Gallaeciae, scilicet Tudensis, Auriensis, Minduniensis, Lucensis et Astoricensis olim P(etro) Compostellano archiepiscopo assignatorum terminatam esse. Concedit ei, ut super praefatis episcopatibus Gallaeciae indubitanter pertinentibus ad metropolim Bracarensem propter ea quae hactenus gesta sint, non possit de cetero conveniri. xiii kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 149 ed. Baluze I. 437; Opp. ed. Migne I. 703; Aguirre Conc. Hisp. V. 137. — »Controversiam quatuor episcopatuum.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| Iul. 21 | Laterani | (800) Vimanensi (Vimaciensi *al.*), de Costa et de S. Tornaco (Donato *Decr. Greg.*) prioribus praecipit, ut (Martino) archiepiscopo et ecclesiae Bracarensi obedientiam et reverentiam debitam de cetero impendant. xii kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 150; Opp. ed. Migne I. 704; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 17 *de praescr.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 499; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 26 *de praescr.* c. 12 ap. Boehmer Corp. II. 360 (*ubi tribuitur* a° 1210); ap. Richter Corp. II. 372. — »Cum non liceat.« |
| » 21 | » | (801) Portugallensi et Lamecensi episcopis et abbati de Burio mandat, ut, si prior S. Martini de Castro (Martino) archiepiscopo et ecclesiae Bracarensi humiliter obedire noluerit, ad id per censuram ecclesiasticam eundem compellant. xii kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 151 ed. Baluze I. 438; Opp. ed. Migne I. 704; Aguirre Conc. Hisp. V. 137. — »Intimante venerabili fratre.« |
| » 21 | » | (802) Oxomensi, Portugallensi et Placentinensi episcopis mandat, ut causam (Petri) Compostellani et (Martini) Bracarensis archiepiscoporum super ecclesia Zamorensi cognoscant. xii kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 152 ed. Baluze I. 438; Opp. ed. Migne I. 705; Aguirre l. c. 138. — »Cum olim inter.« |
| » 23 | » | (803) Clericis S. Grisogoni Bernardi episcopi Portuensis privilegia et sententiam de ecclesia eorum, quam etiam Iohannes, Urbanus, Lucius III pp. *etc.* praedecessores confirmarunt, ecclesias et capellas, quae infra eiusdem b. Grisogoni parochiam continentur, aliasque possessiones ac bona confirmat. x kal. Aug. indict. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 153 ed. Baluze I. 439; Opp. ed. Migne I. 706; Cocquelines Bullar. III. 92. n° 26; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 162. — »Ea quae a.« |
| » 23 | » | (804) Aimerico abbate Caduniensi (Cadumiensi *Manr.*) postulante statutum a P(etro) S. Mariae in via lata diacono cardinali confirmatum de monasterio Caduniensi confirmat, quo illud ad Cisterciensem ordinem decretum est reducendum, et ipsum cum omnibus abbatiis suis abbatiae Pontiniacensi submittendum in perpetuum. x kal. Aug. a° 2° (3° *Manr.*). ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 154 ed. Baluze I. 441; Opp. ed. Migne I. 709; Manrique Ann. Cisterc. III. 360. — »Inter ceteras solicitudines.« |
| » 27 | » | (805) (Heliae) Burdegalensi archiepiscopo, (Bertrando) Agennensi et (Mauritio) Pictaviensi episcopis praecipit, faciant ut in monasterio Caduniensi ac aliis ei et Pontiniacensi abbatiae subiectis Cisterciensis ordo servetur, et iubeant sicut excommunicatos evitari omnes qui Aimerico Caduniensi abbati vim intulerint. vi kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 155 ed. Baluze I. 442; Opp. ed. Migne I. 710. — »Inter ceteras solicitudines.« |
| » 27 | » | (806) Asisinati episcopo et abbati S. Petri Perusini mandat, ut I. archipresbytero Perusino purgationem canonicam de simonia indicant. vi kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 156 ed. Baluze I. 442; Opp. ed. Migne I. 711. — »Cum civitatem Perusinam.« |
| » 29 | » | (807) (Rainaldo) Acheruntino archiepiscopo concedit, ut homines qui se ei vel eius ecclesiae recommendare velint, quod secundum terrae consuetudinem affidatio nuncupatur, cum in pluribus partibus parochiae suae ius istud ecclesia Acheruntina obtineat, recipere ac retinere possit. iv kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 161 ed. Baluze I. 444; Opp. ed. Migne I. 713. — »Probata in multis.« |
| » 30 | » | (808) Decani et capituli S. Mariae et S. Theobaldi Metensis protectionem suscipit eisque specialiter ecclesiam s. Crucis et capellam s. Ferrucii cum omnibus pertinentiis confirmat. iii kal. Aug. a° 2°. ‖ Bréquigny Diplom. II. ii. 1116; I-i Opp. ed. Migne IV. 53; *cf.* Anal. iuris pontific. Distr. 86. (1868.) 306. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 31 | » | (809) Veronensi presbytero capellano S. Michaelis de Trovald et patronis petentibus ecclesiam ipsam, quam ecclesiae Romanae censualem facere volebant, protegendam suscipit sub annuo censu bizantii unius. ii kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 158 ed. Baluze I. 443; Opp. ed. Migne I. 711. — »Ex parte tua.« |
| » 31 | » | (810) Suffraganeis Acheruntinae ecclesiae significat, se R(ainaldum) eidem redactae in solitudinem et in diminutionem conversae praefecisse in archiepiscopum, »licet non modicum obsequiis nostris ex eius absentia, si ad vos accesserit subtrahatur.« Praecipit eis, ut ad eum pium gerant devotionis respectum; »et licet propter inclementiam aeris et tempus impacatum nondum ad gerendam eiusdem ecclesiae solicitudinem, ob difficultatem itineris et viarum discrimina fuerit subire permissus, nihilominus tamen procuratorem et officiales ipsius sicut ipsum recipere curetis.« ii kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 159 ed. Baluze I. 443; Opp. ed. Migne I. 712. — »Quantum honoris et.« |
| » 31 | » | (811) Capitulo et universis clericis de Matera nunciat, se inhibere, ne aliquis ad iudicium saeculare eos trahere aliqua temeritate praesumat aut publicis exactionibus et angariis fatigare, cum etiam super hoc principalis iussio emanarit. ii kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 162 ed. Baluze I. 444; Opp. ed. Migne I. 714. — »Ordinis clericalis immunitas.« |
| | | * *In eundem modum* Universis clericis per Acheruntinam diocesim constitutis. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| Iul. 31 | Laterani | (812) Universo populo de Matera praecipit, ut ab universis ecclesiarum gravaminibus desistant nec super possessionibus aut aliis contra consuetudinem et specialem etiam concessionem eis indultam trahant clericos ad iudicium saeculare. II kal. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 163 ed. Baluze I. 444; Opp. ed. Migne I. 714. — »Cum esse vos.« |
| (Iul. 15-31) | » | (813) Andreae Acheruntino archidiacono archidiaconatum Acheruntinae ecclesiae cum omni iure, libertate et dignitate confirmat. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 157 ed. Baluze I. 443; Opp. ed. Migne I. 711. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| Aug. 2 | » | (814) Capitulo Anglonensi praecipit, ut praeter id, quod R(ainaldo) Acheruntino archiepiscopo tamquam metropolitano suo reverentiam tenentur debitam exhibere, de universis iustitiis episcopalibus plene ei respondeant »donec de provisione ecclesiae vestrae aliud statuamus.« Noverint etiam, se Cupersanensi et Gravinensi episcopis mandasse, ut personaliter eis has litteras apostolicas assignent et ipsos ad id per censuram ecclesiasticam compellant. IV non. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 160 ed. Baluze I. 444; Opp. ed. Migne I. 713. — »Quantum honoris et.« |
| » 4 | » | (815) Priori et capitulo Sarensi monasterium de Iunquaria et ius quod A. quondam Hispaniarum imperator eis concessit in illo, cum iure patronatus concesso eis a militibus patronis ipsius confirmat. II non. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 171 ed. Baluze I. 448; Opp. ed. Migne I. 720. — »Cum a nobis.« |
| » 5 | — | Episcopo Saxeciatensi et electo Ravennatensi: »Assisii non. Aug. pont. a° 2°. incarn. dom. a° 1209 (!)«. ‖ Bullar. Later. 65, *vid.* 1253. Aug. 5. |
| » 8 | » | (816) Potentini episcopi sententiam confirmat, qua restitutio ecclesiae s. Petri de Matera ad mensam Acheruntinae ecclesiae pertinentis, sed quibusdam minus illicite infeudatae (Rainaldo) Acheruntino archiepiscopo adiudicatur. VI id. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 164 ed. Baluze I. 445; Opp. ed. Migne I. 715. — »Ad audientiam apostolatus.« |
| » 8 | » | (817) Eidem concedit, ut cultores possessionum, de quibus decimae ecclesiis constitutis in eius diocesi debentur, ad ipsas, non obstante eo quod pro terratico solvunt, cum integritate reddendas per censuram ecclesiasticam compellat. Ad haec ei indulget, ut possessiones spectantes ad mensam suam illicite alienatas legitime sibi revocet *etc.* VI id. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 165 ed. Baluze I. 445; Opp. ed. Migne I. 715. — »Cum de latere.« |
| (c. Aug. 10) | (») | (818) Archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, civibus et universo populo in regno Siciliae constitutis nunciat absolutionem Marcoualdi ab excommunicationis sententia eiusque receptionem. »Forma receptionis haec fuit. Iuravit Marcoualdus publice sine pacto quolibet et tenore super crucem et evangelia, quod super omnibus, pro quibus excommunicatus existit, sine fraude mandatis nostris obediet universis, quae sibi per nos vel nuntios aut litteras nostras duxerimus facienda .... Mandatum est ei sub debito praestiti iuramenti, ut a balio regni, invasione quoque ac molestatione ipsius per se ac suos omnino desistat, nec ipsum aut patrimonium b. Petri per se vel alium ullo modo molestet, universa quae detinentur ab ipso, restituat« *etc. Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 167 ed. Baluze I. 445; Opp. ed. Migne I. 716; Cocquelines Bullar. III. 94. n° 27; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 31; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 164. — »Ad reconciliationem et.« |
| » 11 | » | (819) G. archidiacono, cantori et magistro scholarum Tornacensibus controversiam inter C. subdiaconum et S. presbyterum super praebenda ecclesiae Insulanensis dirimendam committit, ac mandat eis, ut eandem praebendam subdiacono adiudicent, si eis constiterit, illam alii quam presbytero conferri posse. III id. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 173 ed. Baluze I. 449; Opp. ed. Migne I. 721; Bulaeus Hist. univers. Paris. II. 531. — »Cum venissent ad.« |
| » 12 | » | (820) Abbati Gemblacensi (Gerablacensi *Collect. III.*), qui a Florinensi ecclesia ad regimen Gemblacensis per electionem promotus erat eamque, quoniam carebat Leodiensis ecclesia cathedralis pastore, auctoritate Coloniensis suae metropolis interim ministrarat, sed, postquam in Leodiensi ecclesia fuit episcopus institutus, confirmationem suae electionis ab hoc accipere non poterat nisi pro extorquenda pecunia, respondet, non imputari electo confirmato, si eo prohibente pro ipsius confirmatione pecunia data fuerit. II id. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 172 ed. Baluze I. 448; Opp. ed. Migne I. 720; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 2 *de simon.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 574; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 3 *de simon.* c. 33 ap. Boehmer Corp. II. 725; ap. Richter Corp. II. 733. — »Sicut nobis tuis.« |
| » 12 | » | (821) Asisinati (Assuntinensi *Decr. Greg.*, Assisinanensi *Collect. I.*) episcopo respondet, »quod nisi excommunicati a te super absolutione sua litteras nostras reportarint, aut alio modo legitimo de illorum tibi absolutione constiterit, tu eorum absolutioni fide non habita ipsos pro excommunicatis ut prius habeas et facias evitari.« II id. Aug. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 166 ed. Baluze I. 445; Opp. ed. Migne I. 716; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 31 ed. Baluze l. c. I. 588, ed. Migne l. c. III. 1243; Collect. III. decret. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| | | lib. 5. tit. 21 *de sentent. exc.* c. 13 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 595; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sentent. exc.* c. 39 ap. Boehmer Corp. II. 857 (*ubi refertur ad* a. 1214); ap. Richter Corp. II. 870. — »Sicut nobis tuis.« |
| Aug. 16 | Laterani | (822) Clero et populo Reginensi nunciat, se I(acobo) in Reginensem archiepiscopum electo et consecrato pallium concessisse, eisque praecipit, ut eius monita et mandata recipiant humiliter et observent. xvii kal. Sept. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 174 ed. Baluze I. 450; Opp. ed. Migne I. 724. — »Cum dilectus filius.« |
| » 18 | » | (823) Leprosis S. Lazari Meldensis praebendam quam habent in ecclesia s. Stephani Meldensis confirmat. xv kal. Sept. a° 2°. ‖ Du Plessis Hist. de Meaux II. 84; I-i Opp. ed. Migne IV. 53, *deficiente initio.* |
| » 21 | » | (824) (Waltero) Rothomagensi archiepiscopo mandat, ut Stephano, si beneficio ecclesiastico dignus fuerit repertus, vitae necessaria subministret, donec eidem de competenti ecclesiastico beneficio vel ipse providerit vel alias provisum fuerit. xii kal. Sept. a° 2°. ‖ Bessin Concil. Rotom. II. 39. — »Cum secundum apostolum.« |
| » 21 | » | (825) Hubertum Cantuariensem archiepiscopum rogat atque monet, ut ecclesias, quas de monachorum Cantuariensis ecclesiae maneriis, quae quondam a regibus Angliae cum terris et aliis pertinentiis *etc.* ipsis collata fuerunt, in grave eorum praeiudicium detineat, eis conquerentibus restituat, vel talem eisdem satisfactionem impendat, ut propter hoc iusta non remaneat materia conquerendi. xii kal. Sept. a° 2°. ‖ Epistolae Cantuar. 508. — »Ex conquestione dilectorum.« |
| (Aug.) | ( » ) | (826) Consulibus et populo Aretinis mandat, ut castrum Montis s. Mariae nec reaedificent ulterius, nec reaedificari ab aliis permittant. »Alioquin id non possemus in patientia tolerare.« *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 175 ed. Baluze I. 451; Opp. ed. Migne I. 725. — »Quantus in persona.« |
| ( » ) | » | (827) Petro Compostellano archiepiscopo indulget, ut eos qui manus in clericos iniecerunt, si propter aetatem et infirmitatem ad sedem apostolicam accedere non possint eorumque excessus graves non fuerint, absolvat. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 169 ed. Baluze I. 447; Opp. ed. Migne I. 719; Aguirre Conc. Hisp. V. 138. — »Ad nostram noveris.« |
| ( » ) | ( » ) | (828) Eidem et capitulo Compostellano sententiam a G(regorio) S. Angeli cardinali tunc sedis apostolicae legato prolatam super votis b. Iacobi adversus P. abbatem et monasterium Cellae Novae confirmat. *Sine nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 170 ed. Baluze I. 448; Opp. ed. Migne I. 720; Aguirre l. c. 138. — »Iustis petentium desideriis.« |
| ( » ) | ( » ) | (829) Marcovaldo imperii senescalco scribit mansuete: »Miramur quod post factum et receptum mandatum te balium et procuratorem regni scribere non vereris, quanquam in litteris quas nobis misisti, id sub quodam involucro curaveris palliare.« Monet eum, ut a balio, regni invasione ac molestatione desistat. »Quia vero, sicut iidem episcopus et cardinales [*i. e.* O(ctavianus) Hostiensis episcopus, G(uido) tit. S. Mariae trans Tyberim presbyter et H(ugo) S. Eustachii diaconus cardinales] sua nobis relatione monstrarunt, quaedam nobis exponere velles, quae nuntio nec litteris credere voluisti, gratum habemus, si ad praesentiam nostram accedas. Nos, cum per litteras tuas de adventu tuo certificati fuerimus, securum tibi faciemus praestari ducatum.« *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 168 ed. Baluze I. 447; Opp. ed. Migne I. 718. — »Si multitudinem et.« |
| Sept. 1 | » | (830) (Odone) episcopo, decano et capitulo Parisiensibus postulantibus compositionem inter Mauritium archidiaconum Parisiensis ecclesiae et Emelinam abbatissam conventumque Scalenses super ipsius archidiaconi procuratione factam confirmat. Kal. Sept. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 301 ed. Baluze I. 539; Opp. ed. Migne I. 864; *cf.* Anal. iuris pontif. Distr. 86. (1868.) 306. — »Cum a nobis.« |
| » 7 | » | (831) (Iohanni) Antibarensi archiepiscopo significat, se B. (Dominicum *Rayn.*) Soacensem episcopum homicidii reum monuisse, ut, postquam episcopalia insignia resignavit, citra pontificale fastigium creatori suo devotum amodo impendat famulatum, »quod in humilitatis spiritu et contrito animo visus est acceptasse.« Mandat ei, ut de Soacensis episcopatus proventibus illi competenter provideat, ne pro defectu temporalium rerum propositum eiusdem possit impediri. vii id. Sept. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 180 ed. Baluze I. 455; Opp. ed. Migne I. 731; Mansi Conc. XXII. 707; Farlati Illyr. sacr. VII. 293; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 9. n° 16; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 57. — »Cum accessisset nuper.« |
| » 11 | » | (832) Lincolniensi et Eliensi episcopis et abbati S. Eadmundi mandat, faciant per censuram ecclesiasticam, ut (Hubertus) archiepiscopus Cantuariensis monachis Cantuariensibus mariscum de Apeldre, oblationes maioris altaris, curiam suam et alia multa, quae lite inter ipsos pendente eis subtraxerit, integre restituat. iii id. Sept. a° 2°. ‖ Epistolae Cantuar. 493. — »Quantas tribulationes et.« |
| | | * *In eundem modum* (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo. |

**1199.**

Sept. 11 resp. 13 — Laterani — (833) (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo mandat conquerentibus monachis Cantuariensibus »quod te praesente in processionibus quae in ecclesia ipsa celebrantur, quandoque praecedunt, quandoque sequuntur inter te ipsosque monachos, quasi separantes caput a membris, clerici saeculares, eorundem insuper stalla in choro contra consuetudinem coartantes«, ut circa haec corrigenda solicitudinem adhibeat pastoralem, ut scandalum tollatur de medio. (III *add. Epist. Cant.*) id. Sept. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 181 ed. Baluze I. 456; Opp. ed. Migne I. 732; Epistolae Cantuar. 494. — »Cum bona sint.«

» 15 — » — (834) Iudaeis ex christianae pietatis mansuetudine protectionis suae clipeum indulget. Statuit »ut nullus christianus invitos vel nolentes eos ad baptismum per violentiam venire compellat. Nullus etiam christianus sine potestatis terrae iudicio personas eorum nequiter laedere vel res eorum violenter auferre praesumat, aut bonas quas hactenus in ea, in qua habitant regione, habuerint, consuetudines immutare. Praeterea in festivitatum suarum celebratione quisquam fustibus vel lapidibus eos ullatenus non perturbet, nec aliquis ab eis indebita servitia exigere vel extorquere contendat, nisi ea quae ipsi praeteritis facere temporibus consueverunt. Ad haec decernimus, ut nemo coemiterium Iudaeorum mutilare audeat vel minuere sive obtentu pecuniae corpora effodere iam humata. Si quis autem decreti huius tenore cognito temere contraire tentaverit, excommunicationis ultione plectatur.« xvii kal. Oct. indict. II. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 302 ed. Baluze I. 540; Opp. ed. Migne I. 864; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 54. — »Licet perfidia Iudaeorum.«

» 17 — » — (835) Tarvisino episcopo mandat, ut clericos qui comam nutriunt et incedunt in habitu laicali, nisi ad commonitionem deposuerint comam et clericalem servaverint tam in vestibus quam in aliis honestatem, usque ad correctionem idoneam a beneficiorum suorum receptione suspendat. »Interdicas autem archidiacono tuo, ne sine conscientia et auctoritate tua concedat suas litteras promovendis, et eis etiam districte inhibeas, ne ad ordines taliter audeant convolare.« xv kal. Oct. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 183 ed. Baluze I. 456; Opp. ed. Migne I. 734; *fragm. et absq. nota chronol. in* Collect. IV. decret. lib. 5. tit. 11 *de off. arch.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 624; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 23 *de off. arch.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 135; ap. Richter Corp. II. 146. — »Significasti nobis per.«

» 21 — » — (836) Capitulo Pennensi significat, se electionem electi, quoniam ante confirmationem obtentam administrationi episcopatus se immiscuerit, et tam a clericis quam a laicis iuramenta receperit, duxisse irritandam. Mandat eis, ut virum idoneum infra mensem sibi in patrem et pastorem per electionem assumant canonicam. xi kal. Oct. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 185 ed. Baluze I. 457; Opp. ed. Migne I. 735; *sine nota chronol. et fragm. in* Collect. I. decret. Innoc. tit. 4 ed. Baluze l. c. I. 558, ed. Migne l. c. III. 1197; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 437; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 17 ap. Boehmer l. c. 47; ap. Richter l. c. 55. — »Qualiter post obitum.«

» 22 — » — (837) (Mauritio) episcopo, decano et capitulo Pictavensibus praecipit, ut W. camerae apostolicae scriptorem in canonicum admittant et procuratori eius stallum in choro et locum in capitulo assignent. x kal. Oct. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 195 ed. Baluze I. 461; Opp. ed. Migne I. 741. — »Si debita solicitudine.«

» 23 — » — (838) (Raynerio) Fesulano episcopo mandat, ut causam inter R. de Galbina et fratres Camaldulenses de castro Castilionis litigantes decidat. ix kal. Oct. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 186 ed. Baluze I. 457; Opp. ed. Migne I. 735; Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 227. — »Cum ex conquestione.«

» 27 — » — (839) Panormitanensi, Montis Regalis et Messanensi archiepiscopis, et episcopo Troiano, regni Siciliae cancellario et nobili viro B. de Lucii mandat, ut ea, quae de dominio regni diversis personis in beneficium assignaverunt et minus utiliter distraxerunt, utiliter revocent. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 187 ed. Baluze I. 458; Opp. ed. Migne I. 736; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 57 not. — »In quot et.«

(Sept.) — (») — (840) R. comitem Licii cum omnibus bonis, specialiter autem Licii comitatum sub b. Petri et sua protectione suscipit. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 182 ed. Baluze I. 456; Opp. ed. Migne I. 733. — »Devotionis et fidei.«

(c. Sept.) — (») — (841) Comitibus, baronibus, civibus et universo populo in regno Siciliae constitutis scribit de calliditate Marcoualdi, qui »ad vomitum rediens et volens adhuc in stercore suo computrescere ut iumentum, nobis post absolutionem quasdam litteras destinavit, in quarum salutationis alloquio fraudem eius intelleximus manifeste in eo, quod in salutatione ipsa perspeximus contineri sic »»Marcoualdus imperii senescalcus etc.«« .... Nos igitur fraudem eius et versutias attendentes, qui putavit nos fallere, sed potius se decepit, propter omnia quae fuerant in forma excommunicationis prioris expressa.... ipsum tamquam periurum, sacrilegum, incendiarium, perfidum, sceleratum et invasorem.... excommunicamus, anathematizamus, maledicimus et damnamus.« Monet eos, ut in devotione sedis apostolicae et fidelitate F(riderici) Siciliae regis persistentes a

**1199.**

praedicto Marcoualdo et fautoribus eius sibi caveant et regno, »qui sanguinem vestrum sitiunt et inducere vos nituntur in perpetuam servitutem.« *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 179 ed. Baluze I. 454; Opp. ed. Migne I. 729; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1199 § 14. — »Exoptata regni tranquillitas.«

Oct. 5 — Laterani — (842) Universos Christi fideles in Saxonia et Westfalia constitutos exhortatur, ut ad defensionem christianorum qui sunt in partibus Livoniae contra persecutionem paganorum circa Livoniensem ecclesiam habitantium viriliter assurgant. III non. Oct. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 460. n° 191; Opp. ed. Migne I. 739. n° 191 *et* IV. 54. n° 25; Lappenberg Hamb. Urk.-Buch I. 280. n° 321; Ziegenhorn Staatsrecht. Beyl. 3. n° 2; Bunge Livl. Urk.-Buch I. 13. n° 12; Script. rer. Livon. I. 336. n° 7; Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 1; Gruber Orig. Livon. 205; Liljegren Svenskt dipl. I. 138. n° 114; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1199 § 38. — »Sicut ecclesiasticae laesionis.«

* *In eundem modum eodemque die* Universos Christi fideles in Sclavia constitutos: Meklenb. Urk.-Buch I. 161. n° 164.

» » » » » Universos Christi fideles trans Albiam constitutos.

» 9 — » — (843) Civitatensi episcopo, baronibus, militibus et universo populo in comitatu Civitatensi constitutis praecipit, ut R. comiti Theatino nomine regio tanquam procuratori sedis apostolicae de cetero intendentes in omnibus necessitatibus eius consilium et auxilium requirant. VII id. Oct. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 192 ed. Baluze I. 460; Opp. ed. Migne I. 740. — »Cum defensio vestra.«

» 10 — » — (844) Lamberto praeposito eiusque fratribus postulantibus ecclesiam b. Mariae in Slavica Segheberch quae est in Vulgaria (*leg.* Wagria) ord. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. VI id. Oct. indict. III. incarn. dom. a° 1198 (*leg.* 1199). pont. a° 2°. ‖ Leverkus Urk.-Buch d. Bisth. Lübeck I. 23. n° 19, *ubi ad a.* 1198 *perperam refertur.* — »Vitam religiosam eligentibus.«

» 11 — » — (845) Capitulo Fundano nunciat, se propter defectum ordinis et quia contra interdictum apostolicum P. primicerius adhuc acolythus in episcopum electus sit, electionem ipsius velut contra sanctiones canonicas attentatam irritandam duxisse. »Quia igitur vos non ad recipiendum episcopum iuxta mandatum nostrum, sed ad repraesentandam nobis electionem quam feceratis ad sedem apostolicam accessistis, Terracinensi episcopo dedimus in mandatis, ut ita in vos procedat, sicut contra vos, si non accessissetis ad Romanam ecclesiam, fuerat processurus.« V id. Oct. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 193 ed. Baluze I. 460; Opp. ed. Migne I. 740. — »Cassata olim electione.«

» 14 — » — (846) Abbati de Walchenrieth (Walkenrode *Manr.*) mandat, ut Gerlacum monachum sui monasterii, qui in celebratione missarum verba canonis frequenter inordinate protulit et propterea sibi summitatem digiti sinistrae manus, qui index dicitur, amputavit, cum fraterna caritate tractet; praeceptum est illi, ut a missis celebrandis deinceps abstineat. II id. Oct. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 194 ed. Baluze I. 461; Opp. ed. Migne I. 741; Manrique Ann. Cisterc. III. 346. — »Accedens ad praesentiam.«

» 14 — » — (847) (Martino) Bracarensi archiepiscopo et priori Ecclesiolae et F. Menendi monacho de Alcobatia mandat, ut controversiam inter Colimbriensem ecclesiam et Templarios agitatam super ecclesiis de Palumbario, Rodina et Ega disceptent. II id. Oct. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 196 ed. Baluze I. 462; Opp. ed. Migne I. 743; Aguirre Conc. Hisp. V. 138. — »Referente venerabili fratre.«

» 15 — » — (848) Castellano, Perusino, Clusino et Eugubino episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis in eorum diocesibus constitutis mandat, ut G(regorium) S. Georgii ad velum aureum diaconum cardinalem sedis apostolicae legatum devote recipiant. Id. Oct. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 202 ed. Baluze I. 467; Opp. ed. Migne I. 750. — »Apostolica sedes quae.«

* *In eundem modum* Spoletano, Fulginati, Asisinati, Nucerinensi, Reatinensi, Narniensi episcopis.

( » 15) — (») — (849) Consules et populum Sutrinos hortatur, ut quod G(regorius) S. Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis sedis apostolicae legatus et P. praefectus Urbis ei adiunctus, quibus mandatum sit, ut stratam custodiant, pacem procurent, iustitiam faciant, terram defendant *etc.*, statuendum duxerint, teneant firmiter et servent. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 203 ed. Baluze I. 467; Opp. ed. Migne I. 751. — »Cum praeter solitum.«

* *In eundem modum* Consulibus et populo Nepesinis,
» » » Consulibus et populo Oritanis,
» » » Amelien. Castellan.
» » » Tudertinis, Asisinatibus,

*In eundem modum* Perusinis, Fulginatibus,
» » » Spol., Narnien., Reatin., populo civitatis Castellanae, Tuscan., Vetrallen., Balneoregen., Centumcellen., Urbevetan., Cornetanis.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| (Sept. 15-Oct. 15) | (Laterani) | (850) (Ludolfo) Magdeburgensi archiepiscopo et de Burgelim et de Cella s. Mariae abbatibus mandat, ut inquirant veritatem de divortio (Przemislai Ottacari) ducis Bohemiae eiusque uxoris A(delae), quam viginti annis et amplius velut uxorem legitimam pertractaverat. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 188 ed. Baluze I. 458; Opp. ed. Migne I. 737; Erben Reg. Bohem. I. 202. n° 449; Boczek Cod. dipl. Morav. I. 353. n° 376; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 42; *cf.* Palacky Reise 18. n° 24. — »Ex conquestione nobilis.« |
| ( » ) | ( » ) | (851) (Monacho) Hierosolymitano patriarchae, Liddensi episcopo, Hierosolymitani hospitalis et militiae Templi magistris mandat, ut collectam transmissamque eleemosynam gratis et discrete indigentibus distribuant et de statu Terrae sanctae rescribant. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 189 ed. Baluze I. 459; Opp. ed. Migne I. 737. — »Tam ex litteris.« |
| ( » ) | ( » ) | (852) Capitulo Capuano praecipit, ut, non diutius exspectantes decanum et alios concanonicos suos Panormi manentes, »quia mora longior in electionibus est valde suspecta, immo saepe damnosa,« personam idoneam per electionem canonicam assumant ad regimen ecclesiae Capuanae et apostolicae confirmationis gratiam requirant. *Sine nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 190 ed. Baluze I. 459; Opp. ed. Migne I. 738; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 437; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 18 ap. Boehmer Corp. II. 47; ap. Richter Corp. II. 56; Ughelli Ital. sacra VI. 330, *perperam ad* a. 1203. — »Cum inter universas.« |
| Oct. 28 | » | (853) Conrado Maguntino archiepiscopo episcopo Sabinensi concedit, ut beneficia a C(onrado) quondam Hilde(se)mensi episcopo, qui Herbipolensem ecclesiam ausu propriae temeritatis usurpavit, nonnullis collata in ipsius Herbipolensis ecclesiae detrimentum, collatione hac non obstante, personis idoneis assignet. v kal. Nov. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 201 ed. Baluze I. 466; Opp. ed. Migne I. 750. — »Inter excessus alios.« |
| » 29 | » | (854) Archiepiscopo Hidruntino et episcopo Liciensi causam A(ngeli) Tarentini archiepiscopi contra ecclesiam s. Mariae de Galeso decernendam committit. iv kal. Nov. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 198 ed. Baluze I. 466; Opp. ed. Migne I. 748. — »Significavit nobis venerabilis.« |
| (Oct.) | ( » ) | (855) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et universo clero in regno Franciae constitutis mandat, ut Philippum regem suum hortentur ad legitimam uxorem recipiendam, eâ quam superinduxerat repudiatâ. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 197 ed. Baluze I. 464; Opp. ed. Migne I. 745; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 91; Bouquet Rec. XIX. 381; Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 42; *cf.* Palacky Reise 18. n° 25; Erben Reg. Bohem. I. 203. n° 450. — »Anxiatur in nobis.« |
| Nov. 3 | » | (856) Praeposito et fratribus ecclesiae s. Petri in Augea [Weissenau] ecclesiam s. Christinae ad usum pauperum ecclesiae eorum concessam confirmat. iii non. Nov. a° 2°. ‖ Wirtemberg. Urk.-Buch II. 333. n° 512. — »Cum a nobis.« |
| » 3 | » | (857) De Lacu, de Hermenrod (Hemmenrode *leg.*) et de Heisterbach abbatibus controversiam maioris praepositurae Coloniensis inter T. praepositum sanctorum Apostolorum ex una parte et E. praepositum S. Georgii in Colonia ex altera vertentem committit terminandam. iii non. Nov. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 199 ed. Baluze I. 466; Opp. ed. Migne I. 749; *cf.* Manrique Ann. Cisterc. III. 345. — »Cum pro controversia.« |
| » 5 | » | (858) (Galtherio) Eduensi episcopo praecipit, ut P. iudaeo et M. eius filiae recens baptizatis victum et vestitum congrue praebeat. Non. Nov. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 206 ed. Baluze I. 469; Opp. ed. Migne I. 754. — »Ad provisionem P.« |
| » 5 | — | Abbati et conventui Virziliacensi: »Ap. S. Stephanum non. Nov. a° 2°.« ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 303 ed. Baluze I. 540, *vid.* 1244. Nov. 5 *sub* Innocentio IV. |
| » 6 | » | (859) Universis ad quos litterae istae pervenerint significat, se (Angelum) Tarentinum archiepiscopum cum nuntiis sedis apostolicae aliis ad succursum et dispositionem regni Siciliae destinasse et dedisse ei potestatem, »ut illis qui cum eo ad obsequium nostrum et ecclesiae Romanae processerint, beneficia et praemia condigna retribuat.« viii id. Nov. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 200 ed. Baluze I. 466; Opp. ed. Migne I. 749. — »Universitatem vestram volumus.« |
| » 6 | » | (860) Grumerio episcopo Placentino postulante Placentinam ecclesiam protegendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim expressa et iura episcopalia confirmat. viii id. Nov. indict. II(!). incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 304 ed. Baluze I. 541; Ughelli Ital. sacra II. 220; Campi Hist. eccles. di Piacenza II. 378. n° 54. — »In eminenti apostolicae. |
| » 11 | » | (861) Odoni episcopo Parisiensi eiusque successoribus possessionem bonorum et privilegia confirmat. iii id. Nov. ind. II(!). incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. ‖ Bréquigny Diplom. II. ii. 1116; I-i Opp. ed. Migne IV. 55; *cf.* Anal. iuris pontific. Distr. 86. (1868.) 306. — »Quanto nobilis et.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| Nov. 12 | Laterani | (862) (Iohanni) patriarchae Constantinopolitano scribit multis verbis de primatu ecclesiae Romanae, »quem non homo, sed Deus, immo verius Deus homo constituit«; respondet ei apostolicae sedis magisterium recognoscenti, »qua ratione Romanam ecclesiam unam et universalem in nostris litteris vocaverimus«, »cur mater omnium ecclesiarum ecclesia Romana dicatur, quae ab Hierosolymitana ecclesia orthodoxae fidei sacramenta recepit.« Gaudet non modicum »quod apostolatus nostri solicitudinem super unione Latinorum et Graecorum ecclesiae commendasti.« »Nos pro multis necessitatibus ecclesiasticis disposuimus, generale convocare concilium et synodalem celebrare conventum: ad quem si vocatus occurreris, te sicut fratrem carissimum et praecipuum membrum ecclesiae hilariter admittemus.« Monet eum et hortatur, ut »per te vel, si forte iusta praepeditus occasione nequiveris, per procuratores idoneos et aliquos de maioribus ecclesiarum praelatis statuto tempore ad concilium vocatus accedas, ne, si secus actum fuerit, tam in imperatorem quam in te et Graecorum ecclesiam procedere compellamur.« Denique eum monet, ut I(ohannem) capellanum et familiarem suum sedis apostolicae legatum benigne recipiat et honoret. II id. Nov. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 209 ed. Baluze I. 472; Opp. ed. Migne I. 758; Gesta Innoc. § 61 ed. Baluze l. c. I. a. 26, *cf.* Migne l. c. I. CXXIII; Collect. I. decret. Innoc. tit. 3 ed. Baluze l. c. I. 551, ed. Migne l. c. III. 1186; Augustini Tarrac. Opp. IV. 605; *fragm. mai. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 60. — »Apostolicae sedis primatus.« |
| » 13 | » | (863) Alexio Constantinopolitano imperatori gratulatur, »quod legatos et litteras nostras recepit humiliter imperatoria celsitudo et ad ea, quae super ecclesiae unitate nos scripsisse meminimus, etsi non omnino sufficienter et evidenter, benigne tamen et devote respondit, et exhortationes et commonitiones nostras suum rescripsit imperium acceptasse.« Scribit ei, se disposuisse generale convocare concilium, eumque monet, faciat ut (Iohannes) patriarcha Constantinopolitanus vocatus ad idem accedat, dein, ut ipse I(ohannem) capellanum sedis apostolicae legatum benigne recipiat et honoret. Id. Nov. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 211 ed. Baluze I. 478; Opp. ed. Migne I. 769; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs *in* Font. rer. Austr. Dipl. XII. 241; Gesta Innoc. § 60 ed. Baluze l. c. I. a. 24; *fragm.* Raynald. l. c. 1199 § 62. — »Multae nobis attulit.« |
| (Oct.-Nov. 15) | (») | (864) C(onrado) quondam Hildesemensi episcopo scribit: »Miramur non modicum, quod contra nos ausus es ponere os in coelum, asserens quod contra te nec citatum nec convictum non fuerat sententia proferenda. Sed ecce in quo alterum iudicas, te ipsum condemnas, cum tuum non fuerit de superiori temere iudicare, et in eo quod excusationem tuam immo potius accusationem nostram allegas, tertium membrum omiseris, cum in manifestis non sit ordo iudiciarius requirendus.« *Sine signo chronol.* ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 20 ed. Baluze l. c. I. 578; Opp. ed. Migne III. 1227. — »Miramur non modicum.« |
| (») | (») | (865) (Ludolfo) Magdeburgensi archiepiscopo et suffraganeis eius praecipit, ut latam in C(onradum) quondam Hildesemensem episcopum, qui licentia apostolica non solum non obtenta, sed nec etiam expetita, Herbipolensem ecclesiam occupavit, a sede Romana excommunicationis sententiam publicantes ipsum singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis denuntient excommunicatum et ab omnibus arctius evitandum, donec absolutionis gratiam mereatur. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 204 ed. Baluze I. 468; Opp. ed. Migne I. 752; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 700; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1199 § 53. — »Cum sine capite.«<br>• *In eundem fere modum* Capitulo et suffraganeis ecclesiae Maguntinensis,<br>*In eundem modum* Herbipolensi capitulo,<br>*In eundem fere modum* (Iohanni) Treverensi archiepiscopo et suffraganeis eius. |
| (») | (») | (866) B. comiti Laureti et Cupersan. magistro iustitiario Apuliae et Terrae Laboris iniungit, ut se ad exercitum cum I(ohanne) tit. S. Stephani in Coelio monte presbytero cardinale sedis apostolicae legato contra inimicos regni et ecclesiae praeparet, et treugas cum G. et M. comitibus de Manuplello initas coram praedicto cardinale observet. *Sine nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 205 ed. Baluze I. 469; Opp. ed. Migne I. 754. — »Iam olim firmiter.« |
| Nov. 16 | » | (867) Omnibus Latinis tam clericis quam laicis apud Constantinopolim constitutis praecipit, ut magistro L(ucio) unanimiter intendentes eius monita et praecepta teneant firmiter et servent. XVI kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 213 ed. Baluze I. 481; Opp. ed. Migne I. 772. — »Quam magnum sit.« |
| » 16 | » | (868) L(ucio) vicario suo apud Constantinopolim mandat, ut omnibus Latinis presbyteris ibidem constitutis districte inhibeat, ne de cetero sua temeritate ea sacramenta praesumant fidelibus exhibere, quae ab apostolorum tempore rite fuerint solis pontificibus reservata, »ut est sacramentum confirmationis.« XVI kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 212 ed. Baluze I. 480; Opp. ed. Migne I. 772; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 7 ed. Baluze l. c. I. 561, ed. Migne l. c. III. 1201; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 3 *de consuet.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 429; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 4 |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| | | *de cons.* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 30; ap. Richter Corp. II. 36; *absque nota anni* (Marini) Bullar. pontif. sacrae congr. de propag. fide I. (Romae 1839. gr. 4°) 13. — »Quanto de benignitate.« |
| Nov. 20 | Laterani | (869) (Iohanni) Leglennensi episcopo indulget, ne quispiam praelatorum, nisi pro rationabili et manifesta causa, excommunicationis vel suspensionis in eum »quem nos propriis manibus consecravimus« sententiam possit promulgare. XII kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 230 ed. Baluze I. 491; Opp. ed. Migne I. 790; Manrique Ann. Cisterc. III. 330. — »Cum facti simus.« |
| (Nov. 1-20) | (») | (870) Potestati, consulibus et iustitiariis Viterbiensibus mandat, ut in causa discordiae inter eos et Romanos exortae se committant sedis apostolicae iudicio vel mandato. *Absque nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 207 ed. Baluze I. 470; Opp. ed. Migne I. 755. — »Sicut per alias.« |
| » 23 | » | (871) Gregorio catholico Armeniorum gratulatur, quod ecclesiam Romanam ecclesiarum omnium matrem et papam caput universorum fidelium confitetur. Gaudet, »quod in fide catholica perseverans circa nos piae geris devotionis affectum et filium te esse apostolicae sedis innuis, ... recognoscens a nobis magisterium ecclesiasticae disciplinae; quam etsi receptam longo tempore prius, ex parte tamen per (Conradum) Maguntinensem archiepiscopum episcopum Sabinensem, unum ex septem episcopis qui nobis in ecclesia Romana collaterales existunt, suscepisse te gaudes.« Monet eum, ut in devotione sedis apostolicae perseveret. »Super subventione Hierosolymitanae provinciae nosse te volumus, quod iam ad commonitionem nostram multi crucis signaculum receperunt et plures Domino dante recipient, in defensionem orientalis provinciae opportuno tempore transituri.« IX kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 218 ed. Baluze I. 483; Opp. ed. Migne I. 776; Cherubini Bullar. I. 73; Cocquelines Bullar. III. 95. n° 28; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 166; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 66. — »Ex eo te.« |
| » 24 | » | (872) Oglero abbati de Locedio et abbati S. Salvatoris Papiensis mandat, ut monasterium s. Columbani Bobiensis in spiritualibus collapsum et in temporalibus diminutum reforment et corrigant, eiusdem autem electum, si minus utilem eum invenerint ad regimen abbatiae, deponant. VIII kal. Dec. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 345, *omisso initio.* |
| » 24 | » | (873) Priori et fratribus S. Crucis mandat, ut usque ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum ad sedem apostolicam accedant, super privilegiis omnibus et libertatibus, quae a Romanis pontificibus vel a Michaele quondam Colimbriensi episcopo habere proponunt, et super aliis quaestionibus adversus ipsos a Colimbriensi ecclesia intentatis diffinitivam sententiam recepturi. VIII kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 214 ed. Baluze I. 481; Opp. ed. Migne I. 773. — »Pro quaestionibus gravibus.« |
| » 24 | » | (874) De Alcobatia, de Seiza abbatibus et F. Menandi monacho Alcobatiae mandat, ut priori et fratribus S. Crucis super controversiis inter eos et Colimbriensem ecclesiam vertentibus ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum diem peremptorium assignent, quo recepturi sententiam apostolico se conspectui repraesentent. VIII kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 215 ed. Baluze I. 482; Opp. ed. Migne I. 774. — »Quid scribamus priori.« |
| » 24 | » | (875) (Conrado) archiepiscopo Maguntino episcopo Sabinensi praecipit, ut canonicos Herbipolensis ecclesiae, a quibus C(onradus) quondam Hilde(se)mensis episcopus, »cum Herbipolensem ecclesiam temere occupasset, exegit, ut post suum obitum familiae suae duo millia marcharum se promitterent soluturos, et ab eis iuramentum obtinuit, quod antequam illae marchae solverentur illis quibus ipse persolvi mandaret, successori eius nullatenus obedirent«, ab hoc iniusto et illicito iuramento absolvat. VIII kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 216 ed. Baluze I. 482; Opp. ed. Migne I. 775. — »Officium creditae nobis.« |
| » 24 | » | (876) Mannensi (Manuanensi *Coll. I.*) episcopo, archidiacono Bangorensi et priori de Insula Glannovo mandata dat de causa R. principis Norwaliae, qui petiit, »ut de concessione sedis apostolicae sibi liceret filiam principis Insularum subarratam ab ipso accipere in uxorem, non obstante quod patruo eius eadem infra nubiles annos extitit desponsata, cum tamen a nullo traducta fuisset.« VIII kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 233 ed. Baluze I. 492; Opp. ed. Migne I. 791;. Collect. I. decret. Innoc. tit. 40 ed. Baluze l. c. I. 602, ed. Migne l. c. III. 1266. — »Postulavit a nobis.« |
| » 24 | » | (877) Comitibus, baronibus, civibus et universis per Siciliam constitutis iniungit, ut in Marcoualdum inimicum Dei et ecclesiae, persecutorem regis (Friderici) in nomine Domini exercituum viriliter assurgant. »Nos enim attendentes perfidiam Marcoualdi, qui cum non potuerit cum christianis hactenus praevalere, cum Sarracenis nititur opprimere christianos, universis procedentibus contra eos illam concedimus veniam peccatorum, quam in defensionem terrae orientalis transfretantibus indulgemus. Nos C(inthium) tit. S. Laurentii in lucina presbyterum cardinalem apostolicae sedis legatum et (Anselmum) Neapolitanum et (Angelum) Tarentinum archiepiscopos in regni subsidium cum |

| | | 1199. |
|---|---|---|
| | | copioso exercitu destinamus. Mementote igitur opprobrium totius regni, quod vobis a cunctis gentibus exprobratur, scilicet quod citius totum regnum fuerit occupatum, quam una soleat civitas occupari.« VIII kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 221 ed. Baluze I. 485; Opp. ed. Migne I. 780; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 34; *fragm. in* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1199 § 14; *cf.* Boehmer Regest. 1198—1254. p. 294. — »Quod futura sint.« |
| Nov. 24 resp. 25 | Laterani | (878) Leoni regi Armeniorum scribit respondens ad litteras eius (d. d. Tharsis a° 1199 mense Maio, die 23a) inter alia: »Ecclesia Romana sedes Domini, et sessores ipsius Romani pontifices successores Petri et vicarii Iesu Christi, sibi invicem per successivas varietates temporum singulariter succedentes, super ecclesiis omnibus et cunctis ecclesiarum praelatis, immo etiam fidelibus universis a Domino primatum et magisterium acceperunt.« Gaudet, quod sicut princeps catholicus (Conradum) Maguntinum archiepiscopum episcopum Sabinensem hilariter recepit, non solum per eum universos Armenos ad ecclesiae Romanae gremium revocare desiderat, sed etiam ad honorem sedis apostolicae diadema regni sumsit de manibus eius, et papam ad orientalis terrae subsidium invitavit. Addit, iam multos crucis signaculum recepisse. VIII (VII *Cherub.*) kal. Decb. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 220 ed. Baluze I. 484; Opp. ed. Migne I. 779; Cherubini Bullar. I. 73; Cocquelines Bullar. III. 96. n° 29; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 167; *fragm. in* Raynaldi Annal. ad a. 1199 § 67. — »Is ecclesiam suam.« |
| » 27 | » | (879) Stephano abbati et conventui S. Sylvestri scribit de quaestione ecclesiae s. Mariae in via lata contra I. de Attaia, qui quasdam possessiones ipsius dicebatur contra iustitiam detinere, statuens »quod laicis etiam religiosis super ecclesiis et personis ecclesiasticis nulla sit attributa potestas, quos obsequendi maneat necessitas, non auctoritas imperandi, a quibus si quid motu proprio statutum fuerit quod ecclesiarum respiciat etiam commodum et favorem, nullius firmitatis existit, nisi ab ecclesia fuerit approbatum.« V kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 239 ed. Baluze I. 496; Opp. ed. Migne I. 797; *in 2 partes divisa in* Collect. III. decr. lib. 2. tit. 2 *de foro compet.* c. 5 *et* lib. 2. tit. 6 *de restitut.* c. 1 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 474. 480; *in 3 partes divisa et mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 2 *de constitut.* c. 10 *et* lib. 2. tit. 16 *ut lite pend.* c. 3. 4 ap. Boehmer Corp. II. 8. 279; ap. Richter Corp. II. 12. 290; *fragm.* ap. Vitale Senatori di Roma 72. — »Ecclesia s. Mariae.« * <br> * *In eundem modum* Clericis S. Mariae in via lata. |
| » 29 | » | (880) Capitulo Chelcoensi significat, se statuere, ut nullus de cetero eorum ecclesias aliquibus conferre praesumat, per quos ipsarum proventus ad alium usum transferri debeant, nisi ad eum, pro quo piis desideriis ac devotione laudabili eorum monasterio sint concessae. III kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 237 ed. Baluze I. 495; Opp. ed. Migne I. 796. — »Cum monasterium vestrum.« |
| (Nov. 15-30) | ( » ) | (881) Pipionem clericum cum omnibus bonis tuendum suscipit eique praebendam S. Georgii de Canaceto confirmat. *Sine nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 222 ed. Baluze I. 487; Opp. ed. Migne I. 782. — »Cum a nobis.« |
| ( » ) | ( » ) | * (882) Azoni subdiacono ecclesiam s. Sylvestri de Roncalia confirmat. ‖ Innoc. Ep. lib. 2 ed. Baluze I. 487; Opp. ed. Migne I. 782. |
| (Dec. ineunt.) | ( » ) | (883) Universos Sarracenos in Sicilia constitutos hortatur, ut progenitorum suorum constantiam imitantes nec ingrati beneficiorum, quae eis reges Siciliae contulerunt, attendentes etiam mansuetudinem sedis apostolicae in eius devotione et fidelitate regia persistant nec credant promissionibus et fallaciis Marcoualdi. Addit, se in eorum defensionem et expugnationem illius C(inthium) tit. S. Laurentii cardinalem et alios cum exercitu copioso in regnum dirigere. *Absque nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 226 ed. Baluze I. 489; Opp. ed. Migne I. 786; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 37. — »Cum vos audivimus.« |
| Dec. 1 | » | (884) Ulixbonensi et Conimbricensi (Colimbriensi *al.*) episcopis mandat, ut V. feminam ad male dimissum religionis habitum resumendum et servandum, quod vovit, moneant ac inducant. Kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 232 ed. Baluze I. 492; Opp. ed. Migne I. 790; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 39 ed. Baluze I. c. I. 599, ed. Migne I. c. III. 1260; Empoli Bullar. 163; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 5 *Qui vov. matrim.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 560; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 4. tit. 6 *qui cler. vel vov.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 652; ap. Richter Corp. II. 661. — »Insinuante V. nobili.« |
| » 1 | » | (885) Episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Scotiae constitutis mandat, ut nullus eorum in abbatem et fratres monasterii Chelcoënsis excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam audeat promulgare. Kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 238 ed. Baluze I. 496; Opp. ed. Migne I. 797. — »Licet universa loca.« |
| » 1 | » | (886) (Othoni) Bobiensi episcopo mandat, ut, si munimentum aliquod habeat per quod coenobium s. Columbani Bobiensis ex concessione sedis apostolicae eius doceatur episcopio fuisse subiectum, usque ad dominicam qua cantatur *Laetare Hierusalem* (*i. e.* dominica 4a quadragesimae) per proprium nuntium Romam destinet, »ut intellecta |

| | | 1199. |
|---|---|---|
| | | plenius veritate Bobiensem ecclesiam in sua iustitia tueamur.« Addit, se abbatibus de Luceio et S. Salvatoris Papiensibus correctionem dicti monasterii commisisse. Kal. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 224 ed. Baluze I. 487; Opp. ed. Migne I. 783. — »Accedens ad apostolicam.« *Cf.* n° 895. |
| Dec. 1 | Laterani | (887) (Galtero) Nivernensi episcopo mandat, ut absolvat I. sacerdotem de Naizin Cisterciensem novitium, quem H(enricus) Bituricensis archiepiscopus a missae celebratione prohibuerat eo, quod servientibus quibusdam indicasset hominem, quem illi inventum patibulo suspenderant. Kal. Dec. ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 346, *manca; sine nota chronol.* Innoc. Ep. lib. 2. n° 227 ed. Baluze I. 490; Opp. ed. Migne I. 788. — »Pervenit ad audientiam.« |
| » 2 | » | (888) Priori S. Victoris, magistris L. Bononiensi et Uberto Modoicensi canonicis de abbate Pomposiano simoniae, periurii, dilapidationis ac insufficientiae accusato mandata dat. IV non. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 260 ed. Baluze I. 510; Opp. ed. Migne I. 820; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 22 ed. Baluze l. c. I. 581, ed. Migne l. c. III. 1232; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 2 *de simon.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 573; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 3 *de simon.* c. 31 ap. Boehmer Corp. II. 723; ap. Richter Corp. II. 731. — »Licet Heli summus.« |
| » 2 | » | (889) B. Pistoriensi episcopo respondet, »utrum ab illis decimas exigere debeat, qui possessiones dant vel recipiunt ad affictum (firmam *Decr. Greg.*), cum alii se conentur per alios excusare quo minus cogantur ad decimas persolvendas; quid etiam sit de mulieribus in eius episcopatu presbyteris in capellis sub conversationis specie cohabitantibus faciendum.« IV non. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 229 ed. Baluze I. 491; Opp. ed. Migne I. 789; *absque nota chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 11 ed. Baluze l. c. I. 565, ed. Migne l. c. III. 1207 *fragm.;* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 23 *de decim.* c. 1 et lib. 3. tit. 2 *de cohab. cler.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 537 et 514; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 30 *de decim.* c. 24 et lib. 3. tit. 2 *de coh. cler.* c. 9 ap. Boehmer l. c. 525 et 423, *ubi refertur ad* a. 1210; ap. Richter l. c. 543. 440. — »A nobis tua.« |
| » 3 | » | (Nicolao) Pharensi episcopo / Canonicis Iadrensibus } »III non. Dec. a° 2°«. ‖ Farlati Illyr. sacr. V. 68, *vid.* 1198. Dec. 3. n° 448. 449. |
| » 5 | » | (890) Abbati et conventui S. Mariae de Prato de Leicestre praecipit, ut R. iudaeo, qui baptismi recepit sacramentum, taliter necessaria ministrent, »quod in victu et vestitu convenienter sit ei provisum.« Non. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 234 ed. Baluze I. 493; Opp. ed. Migne I. 792. — »Quanto populus iudaicae.« |
| » 6 | » | (891) (Adelardo) Veronensi episcopo Romanae ecclesiae cardinali praecipit, ut eos ecclesiae suae, qui, licet inviti, a populo Humiliati dicuntur, licet nullam haeresim sapiant, convocet et, si in eis nihil invenerit haereticae pravitatis, illos catholicos esse denuntiet et sententia excommunicationis non teneri. VIII id. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 228 ed. Baluze I. 491; Opp. ed. Migne I. 788. — »Licet in agro.« |
| » 7 | » | (892) (Iohanni) Leglennensi episcopo tribuit facultatem, ut archidiaconum ecclesiae Leglennensis iniuste per fugitivum monachum Cantuariensem H(ugonem) officio suo spoliatum restituat. VII id. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 231 ed. Baluze I. 492; Opp. ed. Migne I. 790; Manrique Ann. Cisterc. III. 330. — »Sicut nostro est.« |
| » 9 | » | (893) Cisterciensi, Morimundensi et de Crista abbatibus praecipit, ut ad civitatem Metensem accedentes coram (Bertoldo) Metensi episcopo convocent adhaerentes gallicae cuidam librorum divinorum translationi, et cognoscant tam de haereticis ac eorum erroribus, quam de sententiis latis ab episcopo, si adversus fontes in aliquo excesserit. V id. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 235 ed. Baluze I. 493; Opp. ed. Migne I. 793; Manrique Annal. Cisterc. III. 337; Bzovii Annal. XIII. 45. — »Ea est in.« |
| (Nov. 15-Dec. 10) | (») | (894) Centio subdiacono et notario suo (*omitt.* Collect. I.), rectori, iudicibus, consulibus et populo Beneventanis nunciat, se statuere, ut Ger. filius Roffridi civis Beneventanus interfector Iacobi de Sculdasio consulis de cetero Beneventanam civitatem non introeat nec hereditatis paternae percipiat aliquam portionem, immo pars eius, si patrem praemori forte contigerit, ad opus curiae reservetur *etc.* *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 225 ed. Baluze I. 489; Opp. ed. Migne I. 785; Collect. I. decret. Innoc. tit. 34 ed. Baluze l. c. I. 595, ed. Migne l. c. III. 1254. — »Cum impunitas scelerum.« |
| (») | » | (895) De Lucedio et S. Salvatoris abbatibus Papiensibus mandat, ut quidquid in monasterio s. Columbani Bobiensis invenerint corrigendum, requisito consilio (Othonis) episcopi Bobiensis corrigant. *Sine nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 223 ed. Baluze I. 487; Opp. ed. Migne I. 782. — »Iam saepius nostrum.« *Cf.* n° 886. |
| (») | (») | (896) (Anselmo) Neapolitano archiepiscopo et C(inthio) S. Laurentii in lucina presbytero cardinali apostolicae sedis legato inquisitionem Beneventani archiepiscopi committit, de quo pontifici maximo multa erant relata, quae a pontificali honestate nimium dissonabant. *Sine nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 236 ed. Baluze I. 495; Opp. ed. Migne I. 795; |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1199.** |
| | | Collect. I. decret. Innoc. tit. 21 ed. Baluze l. c. I. 580, ed. Migne l. c. III. 1231. — »Nihil est pene.« |
| Dec. 11 | Laterani | (897) (Alberto) Vercellensi episcopo facultatem concedit, ut, cum clerici Casalis s. Evasii ad ius et dominium Vercellensis ecclesiae pertinentis quosdam scholares, qui cum aliis habitatoribus eiusdem casalis sint ecclesiastico interdicto suppositi, in fratres et clericos elegerint, hanc electionem casset. III id. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 241 ed. Baluze I. 499; Opp. ed. Migne I. 802; De Conti Notiz. di Casale I. 393. — »Ad audientiam nostram.« |
| ( » 11) | (») | (898) Eidem concedit, ut omnes qui ratione personarum aut etiam praediorum decimas ecclesiis et clericis suae diocesis exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas per excommunicationis vel interdicti sententiam compellat. *Sine die et mense et loco.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 242 ed. Baluze I. 499; Opp. ed. Migne I. 802; Collect. I. decret. Innoc. tit. 11 ed. Baluze l. c. I. 564, ed. Migne l. c. III. 1206; *in duas partes divisa in* Collect. III. decr. lib. 3. tit. 23 *de decim.* c. 2 *et* lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 537. 472; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 30 *de decim.* c. 26 ap. Boehmer Corp. II. 526; ap. Richter Corp. II. 543; *fragm.* Collect. IV. decret. lib. 3. tit. 9 *de decim.* c. 4 ap. Augustin. l. c. 660. — »Tua nobis fraternitas.« |
| » 13 | » | (899) Oldeberto subdiacono suo praeposito S. Gaudentii Novariensis concedit, liceat ei ut excessus fratrum suorum corrigat et eos bonis actibus informet. Id. Dec. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 240 ed. Baluze I. 499; Opp. ed. Migne I. 802. — »Ad hoc in.« |
| » 13 | » | • (900) Exemplatio bullae Innocentii III super decimis solvendis ecclesiae s. Mariae Vercellarum. Id. Dec. a° 2°. ‖ Caccianottius Summar. 37. |
| » 14 | » | (901) Adriano Ultrasylvanensi episcopo indulget, ut, si Strigoniensis archiepiscopus vel Gibiniensis praepositus aut ipsi Flandrenses presbyteri praeter conscientiam eius et sui procuratoris in gravamen iudices aliquos impetraverint, quos vel habeat adversarios vel manifeste possit probare suspectos, ad recusandum illos sedem apostolicam appellare possit. XIX kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 244 ed. Baluze I. 501; Opp. ed. Migne I. 805; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 10. n° 17; Katona Hist. crit. IV. 536; Fejér Cod. dipl. II. 348; Schlözer Krit. Samml. I. 29; Pray Hierarch. II. 209; Teutsch u. Firnhaber Urk.-Buch I. (Font. rer. Austr. II. B. XV.) 6. — »Quoniam ea quae.« |
| » 14 | » | Clero, militibus et populo Capuanis: »XIX kal. Ianr. a° 2°«. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 39, *vid.* 1199 (Dec. 10—31). n° 926. |
| » 15 | » | (902) Magistrum Henricum archidiaconum Clusiensem cum omnibus bonis protegendum suscipit eique archidiaconatum Clusiensem confirmat. XVIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 248 ed. Baluze I. 503; Opp. ed. Migne I. 808; Fejér Cod. dipl. II. 349; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 203. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 15 | » | (903) Hilario archidiacono de Quiz archidiaconatum de Quiz cum omnibus pertinentiis suis confirmat. XVIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 249 ed. Baluze I. 503; Opp. ed. Migne I. 809. — »Cum a nobis.« |
| » 15 | » | (904) Magistro Henrico canonico ecclesiae s. Michaelis Ultrasylvanensis praebendam eiusdem ecclesiae cum omnibus pertinentiis suis confirmat. XVIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 250 ed. Baluze I. 503; Opp. ed. Migne I. 809; *fragm.* ap. Katona Hist. crit. IV. 537; Fejér Cod. dipl. II. 349; ap. Teutsch u. Firnhaber Urk.-Buch I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) XVII. — »Cum a nobis.« |
| » 15 | » | (905) (Monacho) patriarchae Hierosolymitano, Tyrensi archiepiscopo et Aconensi episcopo mandat, ut iniuste latam in magistrum et fratres Templi citra et ultra mare necnon et amicos et participes domus sententiam excommunicationis rescindant et Sydoniensem episcopum excommunicantem ab executione pontificalis officii suspendant. XVIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 257 ed. Baluze I. 508; Opp. ed. Migne I. 816. — »Cum olim venerabilis.« |
| » 17 | » | (906) Capitulo et clero Horitanensi mandat, ut electo Brundusino iura pontificalia, debitam etiam reverentiam et obedientiam sicut praelato suo exhibeant. XVI kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 247 ed. Baluze I. 503; Opp. ed. Migne I. 808. — »Nuntios vestros et.« |
| » 17 | » | (907) Canonicis Brundusinis et universo clero Brundusinae diocesis mandat, ut electo suo, qui sese apud sedem apostolicam de obiectis criminibus purgaverat, devote obediant. XVI kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 246 ed. Baluze I. 502; Opp. ed. Migne I. 807. — »Nuntios vestros et.« |
| » 17 | » | (908) Leonem regem Armeniae exhortatur, ut communem causam privatae praeponens et propriis commodis negotium praeferens crucifixi, quantum in ipso fuerit pacem ad universos christianos observans, ad defendendam hereditatem Domini et expugnandam barbariem Sarracenorum potenter intendat, nec ob hoc adversus comitem Tripolitanum vel alium bellum moveat. XVI kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 253 ed. Baluze I. 506; Opp. ed. Migne I. 813; Gesta Innoc. § 111 ed. Baluze l. c. I. a. 70. — »Ei a quo.« |

**1199.**

Dec. 17 — Laterani — (909) Paganum et Arronem comites et universos alios barones, milites et populum in regno Leonis regis Armeniae constitutos monet et exhortatur, ut ad liberandum funiculum haereditatis dominicae de manibus paganorum et eorum refrenandam audaciam et barbariem edomandam cum eodem rege suo, sicut bene coeperunt, potenter intendant. xvi kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 254 ed. Baluze I. 507; Opp. ed. Migne I. 814; Gesta Innoc. § 112 ed. Baluze l. c. I. a. 71. — »Etsi modernis temporibus.«

* *In eundem fere modum* Hugoni de Tubaria, Rodulpho et Ottoni fratribus.

» 17 — » — (910) (Leoni) regi Armeniae ad petitionem Roberti de Margat militis nuntii eius vexillum b. Petri mittit, quo in hostes crucis duntaxat utatur. xvi kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 255 ed. Baluze I. 507; Opp. ed. Migne I. 815; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 68. — »Et tibi congaudemus.«

» 22 — » — (911) Universo populo Castellanae civitatis I. praefectum in rectorem concedit. xi kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 256 ed. Baluze I. 508; Opp. ed. Migne I. 815. — »Dilectos filios nobiles.«

» 23 — » — (912) (Nantelmo) episcopo Gebennensi praecipit, ut ecclesiae suae clericos, quorum quidam sacros ordines recipere negligent et recusent, licet per exhibenda servitia recipere beneficia dinoscantur, ad eosdem suscipiendos per censuram ecclesiasticam compellat. x kal. Ianr. a° 2°. ‖ Bullar. magn. Contin. IX. 35; Mém. et docum. de Genève II. п. (1843.) 52. — »Qui ad recipienda.«

» 27 — » — Universis sanctae matris ecclesiae praelatis ad quos praesentes litterae pervenerint: »vi kal. Ianr. a° 2°«. ‖ Roger de Hoveden, *vid.* 1199. Dec. 31. n° 922.

» 28 — » — (913) Cisterciensi, Clarevallensi, Pontiniacensi, de Feritate (*leg.* Firmitate) et universis abbatibus Cisterciensis ordinis iniungit, ut saltem quinquagesimam bonorum suorum partem in usus belli sacri pro recuperanda Terra sancta conferant. v kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 268 ed. Baluze I. 514; Opp. ed. Migne I. 826; Manrique Annal. Cisterc. III. 350, *male ad* a. 1200. — »Novit is qui.«

» 28 — » — (914) Ragusino archiepiscopo et suffraganeis eius et abbatibus .... in provincia Ragusina constitutis *scribit idem quod in* n° 922 *legis*: »v kal. Ianr. a° 2°«. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 84.

» 30 — » — (915) Abbatibus, prioribus et universis exemptarum ecclesiarum praelatis in Mediolanensi provincia constitutis mandat, ut quadragesimam saltem omnium ecclesiasticorum proventuum et redditunm suorum in Terrae sanctae subsidium convertant. iii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 272 ed. Baluze I. 520; Opp. ed. Migne I. 835. — »Formam apostolicae constitutionis.«

* *In eundem modum* Universis abbatibus, prioribus et exemptarum ecclesiarum praelatis per totam Alemanniam — per Thusciam — per Lombardiam — per regnum Franciae — per regnum Angliae — per regnum Ungariae — per Sclavoniam — per Hyberniam — per regnum Scotiae constitutis.

» 30 — (») — (916) Clero et populo Civitatensi mandat, ut R. comiti Theatino de custodia comitatus intendant. iii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 258 ed. Baluze I. 509; Opp. ed. Migne I. 818. — »Per apostolicas litteras.«

» 30 — » — (917) Abbati et conventui S. Maximini Miciacensis possessionem ecclesiae s. Mariae de Burgo Monachorum confirmat. iii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Bréquigny Diplom. II. п. 1118; I-i Opp. ed. Migne IV. 57. — »Iustis petentium desideriis.«

» 31 — » — (918) A. vicedomino Firmano nonnulla castra in marchia Anconitana in feudum concedit. ii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 31. n° 39. — »Cum devotionis affectum.«

» 31 — (») — (919) Rosanensi archiepiscopo de quaestionibus matrimonialibus et aliis respondet. ii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 261 ed. Baluze I. 512; Opp. ed. Migne I. 822; *sine nota chronol., fragm. in* Collect. I. decret. Innoc. tit. 40 ed. Baluze l. c. I. 603, ed. Migne l. c. III. 1267; Collect. III. decr. lib. 4. tit. 10 *de cons. et aff.* c. 2 *et* Coll. IV. lib. 1. tit. 14 *de maior. et obed.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 562. 627; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 14 *de cons. et aff.* c. 5 *et* lib. 1. tit. 33 *de mai. et ob.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 668 (ad a. 1199), 182 (ad a. 1214); ap. Richter Corp. II. 677. 193. — »Quod super his.«

» 31 — » — (920) Magistrum Guidonem archipresbyterum plebis de Civitate tuendum suscipit eique archipresbyteratum confirmat. ii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 263 ed. Baluze I. 513; Opp. ed. Migne I. 824. — »Cum a nobis.«

» 31 — » — (921) G. clericum protegendum suscipit eique beneficium quod habet in ecclesia s. Mauritii confirmat. ii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 264 ed. Baluze I. 513; Opp. ed. Migne I. 824. — »Cum a nobis.«

» 31 — » — (922) (Ludolfo) archiepiscopo Magdeburgensi et suffraganeis eius, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et universis clericis tam subditis quam praelatis in Magdebur-

**1199.**

gensi provincia constitutis mandat, ut ad exhortandos et inducendos fideles diligenter instent, »ut qui sufficientes fuerint ad bellum Domini praeliandum, in nomine Domini Sabaoth signum crucis assumant, alii vero iuxta suarum sufficientiam facultatum pias eleemosynas largiantur.« Enumerat indulgentias, quas participibus belli sacri pollicetur. II (VI *R. de Hov.*) kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 270 ed. Baluze I. 515; Opp. ed. Migne I. 828; *cum alia inscriptione dedit* Rogerius de Hoveden ap. Savile Rer. Angl. scr. fol. 454b (ed. Stubbs IV. 108); *partim in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 70. — »Graves orientalis terrae.«

● *In eundem modum scriptum est* per totam Alemaniam — per Thusciam — per Lombardiam — per regnum Franciae — per regnum Angliae — per regnum Ungariae — per Sclavoniam — per Hyberniam — per regnum Scotiae.

(Dec. 31) (Laterani) (923) (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et universis clericis tam subditis quam praelatis praecipit, ut saltem quadragesimam partem omnium ecclesiasticorum redditunm et proventuum suorum, prius tamen deductis usuris quarum solutio vitari non possit, in subsidium Terrae sanctae convertant. *Sine signo chronol.* ‖ Rad. Coggeshale Chron. Anglic. ap. Martene Ampliss. collect. V. 868, *sed nonnisi pars prima et mendis mutila.* — »Omnes orientalis ecclesiae.«

(Dec. 10-31) ( » ) (924) (Philippum) regem Francorum monet, ut A(maurico) regi Hierosolymitano contra Sarracenos auxilia mittat, et (Alexio) Constantinopolitano imperatori scribat, ut ab intestinis contra christianos bellis abstineat. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 251 ed. Baluze I. 503; Opp. ed. Migne I. 809; Bzovii Annal. XIII. 24; Bouquet Rec. XIX. 383. — »Nuper ad nos.«

● *In eundem modum* (Iohannem) regem Anglorum.

( » ) ( » ) (925) (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo, (Willelmo) Londoniensi episcopo et magistro W. de Sumercote canonico Lincolniensi mandat, ut eos, qui in causa magistri B. clerici et R. clerici super vicaria ecclesiae de Heminton litigantium manus in Fordensem abbatem temerarias iniecerunt vel etiam inicii praeceperunt, tamdiu excommunicatos publice nuntient, donec passo iniuriam satisfecerint competenter. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 243 ed. Baluze I. 500; Opp. ed. Migne I. 804. — »Dilectus filius magister.«

( » ) » (926) Clero, militibus et populo Capuanis scribit de solicitudine, quam de provisione regni Siciliae concepit eisque sub debito iuramenti, quod sedi apostolicae praestiterunt de balio, praecipit, ut C(inthio) tit. S. Laurentii in lucina presbytero cardinali et (Anselmo) et (Angelo) Neapolitano et Tarentino archiepiscopis, Iacobo marescalco suo et Odoni de Palumbaria sicut vicariis suis plenissime intendant, »ita quod per eorum industriam tempestate sedata diu desiderata tranquillitas reducatur.« *Sine signo chronol.* (Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 39 *arbitraliter ex Baluzii epist. n° 244 addidit* XIX kal. Ianr. a° 2°, *sed male.*) ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 245 ed. Baluze I. 501; Opp. ed. Migne I. 805. — »Inter innumeras solicitudines.«

● *In eundem modum* Archiepiscopo, clero, militibus et populo Tranensibus *etc. etc.*

( » ) ( » ) (927) Potestatem et populum Spoletanum, barones, nobiles et universos fideles suos in Spoletana diocesi constitutos monet, ut in fidelitate Romanae ecclesiae perdurent et G(regorium) S. Mariae in Aquiro diaconum cardinalem, cui »ut vestrae pacis et salutis regimen exequatur, utramque potestatem, spiritualem videlicet et temporalem, vice nostra commisimus,« benigne recipientes ei obedientiam in omnibus exhibeant eiusque mandata observent. *Sine die, mense et loco.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 206. n° 356; Opp. ed. Migne I. 331. n° 356. — »Magnificavit Dominus facere.«

● *In eundem modum* Potestatem et populum Reatinum, barones *etc. ut supra,*
» » » Potestatem et populum Fulginatem, barones . . . . ,
» » » Potestatem et populum Assisinatem, barones . . . . ,
» » » Potestatem et populum Eugubinum, barones . . . . . ,
» » » Potestatem et populum Perusinum, barones . . . . . ,
» » » Potestatem et populum Castellanensem, barones . . . . . ,
» » » Potestatem et populum Tudertinum, barones . . . . ,

(Dec. 15-31) ( » ) (928) A. vicedomino Firmano castrum Montis s. Mariae cum curtibus Montis s. Petri, Montis Rodaldi, s. Iohannis *etc.* ad ipsum castrum hactenus pertinentibus committit, ut eum ad sedis apostolicae servitium reddat promptiorem. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 262 ed. Baluze I. 513; Opp. ed. Migne I. 823. — »Cum devotionis affectum.«

( » ) ( » ) (929) (Leonem) regem Armeniorum rogat et monet, ut castrum quod Gaston dicitur, fratribus militiae Templi sine difficultate restituat. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 259 ed. Baluze I. 510; Opp. ed. Migne I. 819. — »Cum ad vindictam.«

( » ) ( » ) (930) Abbati S. Voldarici (*i. e.* Udalrici), scholastico et custodi Augustensibus mandat, ut Albertum canonicum, qui Hermannum clericum in ecclesia de Loerch, postquam hic corporalem possessionem praebendae per annum et amplius habuit in quiete, beneficio

**1199.**

ipso spoliavit, »non obstante commissione ad ipsos per subreptionem obtenta, cum mendax precator carere debeat impetratis,« in excommunicationis sententiam a dioecesano episcopo in eum promulgatam reducant. *Absque nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 265 ed. Baluze I. 513; Opp. ed. Migne I. 824. — »Ad nostram dudum.«

(Dec. 15-31) (Laterani) (931) Nobili viro Ioannitio (domino Bulgarorum et Blachorum) mandat, ut Dominicum archipresbyterum Graecorum de Brundusio ad eum personaliter destinatum devote recipiat et benigne pertractet. *Sine signo chronol.* (ɪɪ kal. Ianr. [a° 2°] *ad. Mon. Hung.*) ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 266 ed. Baluze I. 513; Opp. ed. Migne I. 825; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 11. n° 18; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 201; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 58. — »Respexit Dominus humilitatem.«

(Dec. fin.) ( » ) (932) Tyrensis archiepiscopi et episcopi Sydoniensis examini causam inter ecclesiam Tripolitanam et fratres hospitalis Hierosolymitani super ecclesia de Nefins et decimis eius ac tribus casalibus vertentem committit. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 273 ed. Baluze I. 520; Opp. ed. Migne I. 836. — »Cum S. quondam.«

(Iun.-Dec.) ( » ) (933) N. N. notum facit, se in H(enricum?) Curiensem episcopum, qui Curiensem ecclesiam usque modo per violentiam detinuerit et non solum eam dilapidando depresserit, sed etiam homicidio, incestu et aliis criminibus polluerit *etc. etc.*, tulisse sententiam perpetuae depositionis, eum tam pontificali quam omni officio sacerdotali privasse et sine spe restitutionis condemnasse. *Sine signo chron.* ‖ Collect. IV. decret. lib. 2. tit. 4 *de dolo* c. 1 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 633; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 14 *de dolo* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 274, *perperam ad* a. 1170; ap. Richter Corp. II. 285. — »Veritatis est verbum.«

* Equidem crediderim hanc bullam recte esse donatam a° 1199, cum Guler (Raetia 137) episcopum Reinherum in locum Henrici episcopi Curiensis (a° 1200) immediate successisse narret, ac dubium sit, an Arnoldus (I), quem quidam inter Henricum et Reinherum ponunt, cuius autem diploma aliquod nusquam reperi, ab Eichhornio Episc. Cur. 85 et aliis cum Arnoldo (II) a° 1210 succedente commutatus sit.

— — † (IV) Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis. *Sine nota chronol. Hoc diploma, quod* Pirrus Sicil. sacra I. 119 *praebet et incipit* »Delegati missi ad,« *impostor fraude pessima fecit; Innocentius* P a n o r m i *nunquam commoratus est.*

**1200.**

Ianr. 1 » (934) Ragusino archiepiscopo et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et universis clericis tam subditis quam praelatis in Ragusina provincia constitutis sub interminatione divini iudicii districte praecipit, ut singuli eorum saltem quadragesimam partem omnium ecclesiasticorum reddituum et proventuum, prius tamen deductis usuris, quarum solutio vitari non possit, in subsidium Terrae sanctae convertant *etc.* Kal. Ianr. a° 2°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 84; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 205. — »Graves orientalis terrae.«

» 4 » (935) Universis Christi fidelibus per Viennensem provinciam constitutis iniungit, ut christianos in Oriente armis aut pecunia contra Sarracenos adiuvent. ɪɪ non. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 271 ed. Baluze I. 518; Opp. ed. Migne I. 832; Bouquet Rec. XIX. 384. — »Nisi nobis dictum.«

* *In eundem modum* Universis Christi fidelibus per totam Alemaniam, per Thusciam, per Lombardiam, per regnum Franciae, per regnum Angliae, per regnum Ungariae (ap. Fejér Cod. dipl. VII. v. 151), per Sclavoniam, per Hyberniam, per regnum Scotiae constitutis.
*In eundem modum eodemque die* Universis Christi fidelibus in Ragusiensi provincia constitutis: Farlati Illyr. sacr. VI. 96; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 215.

» 5 » (936) Abbatibus, prioribus et universis ecclesiarum exemptarum praelatis in provincia Rothomagensi constitutis mandat, ut quadragesimam saltem omnium ecclesiasticorum reddituum et proventuum suorum in Terrae sanctae subsidium convertant. Non. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 305 ed. Baluze I. 542; Bouquet Rec. XIX. 386. — »Formam apostolice constitutionis.«

» 5 » (937) Praemonstratensi et universis abbatibus Praemonstratensis ordinis *repetit* n° 913. Non. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 269 ed. Baluze I. 515; Opp. ed. Migne I. 828. — »Novit is qui.«

» 5 » (937a) Ierosolymitano patriarchae mandat, ut priorem et fratres dominici Sepulcri super administratione domorum et prioratuum suorum minime impediat. Non Ianr. a° 2°. ‖ Rozière Cartul. du St.-Sépulcre 271; I-i Opp. ed. Migne IV. 39. n° 14. — »Cum dilecti filii.«

» 10 » (938) Praeposito et fratribus S. Stephani in Brolio mandat, ut A. Marcellinum subdiaconum suum recipiant in canonicum. Si hoc mandatum adimplere nolint, noverint se Guiscardo de Arsag. canonico Mediolanensi praecepisse, ut ipsos ad illud exequendum compellat. ɪv id. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 267 ed. Baluze I. 514; Opp. ed. Migne I. 825. — »Cum pro dilecto.«

* *Illi scriptum est super hoc.*

**1200.**

Ianr. 18 — Laterani — (939) H(ugolino) archipresbytero et canonicis Principis Apostolorum tam redditum »quem de signis plumbeis sive stagneis apostolorum Petri et Pauli imaginem praeferentibus, quibus eorum limina visitantes se ipsos insigniunt, praedecessores et nos ipsi percipere consuevimus, quam auctoritatem fundendi ea« concedit. xv (xi *falso Bullar.*) kal. Febr. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 1. n° 536 ed. Baluze I. 305; I-i Opp. ed. Migne I. 490; Bullar. Vatic. I. 82 (*ubi in nota legitur:* »Annum omnino silet editio Baluziana: authenticum vero archivi apostolici exemplar diem 18. Ianuarii et annum secundum adscribit«); *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 19. — »Derivata in nos.«

» 19 — » — (940) Ecclesiae s. Mariae de Ferraria ord. Cisterc. patrocinium suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim expressa, iura ac privilegia confirmat. xiv kal. Febr. indict. III. incarn. dom. a° 1199. pont. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 2. n° 274 ed. Baluze I. 521; Opp. ed. Migne I. 837. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 25 resp. 26 — » — (941) Compositionem inter magistrum fratresque militiae Templi in Sclavonia constitutos et monasterium ss. Cosmae et Damiani super terris et aquarum discursibus et aliis a. 1194. d. 9. Iul. apud Tynum factam confirmat. vii (viii *Thein.*) kal. Febr. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 2. n° 281 ed. Baluze I. 529; Opp. ed. Migne I. 849; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 11. n° 19; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 204, *ubi* a° 1199 *tribuitur.* — »Cum a nobis.«

» 26 — » — (942) (Thimoni) Bambergensi episcopo et magistro Praepositino scholastico Maguntino (Benedicto Burgensi episcopo et P. scholastico Maguiranensi *Coll. III. decr.*) mandat, inquirant, utrum C(onradus) quondam Hildesemensis episcopus, qui sedis apostolicae licentia nec postulata nec habita contra canonicas sanctiones et in iniuriam illius, cuius super hoc fuerat et requirendus et obtinendus assensus, ad Herbipolensem ecclesiam ab Hildesemensi propria temeritate transivit et administrationi eius se ingerens Herbipolensem se fecit episcopum nominari, eamque ob rem in festo principis apostolorum praesentibus nuntiis eius inter missarum solennia publice excommunicatus est, hanc sententiam a pontifice latam et per Teutoniam publicatam servaverit, utrum prorsus ab ecclesia Herbipolensi recesserit et in Hildesemensi nihil sibi penitus vendicarit, utrum se humiliare curaverit et an suum recognoscat excessum *etc.* vii kal. Febr. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 2. n° 278 ed. Baluze I. 526; Opp. ed. Migne I. 845; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 698; *absque nota chronolog.* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 5 *de translat. episc.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 436; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 7 *de transl. ep.* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 84; ap. Richter Corp. II. 95. — »Licet in tantum.«

» 28 — » — (943) Theobaldo episcopo Ambianensi, qui in ecclesia desolata de Petromoso quatuor religiosas personas statuit, quarum una praesit ceteris in observantia ordinis regularis et omnes pariter sedi apostolicae debeant respondere, hanc institutionem confirmat. v kal. Febr. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 2. n° 279 ed. Baluze I. 528; Opp. ed. Migne I. 847. — »Ex parte tua.«

Febr. 2 — » — (944) (Bernardo) episcopo et decano Patherburnensibus et abbati de Helmvardeshusan praecipit, ut, cum nobiles Adolphus comes, Hermannus et Henricus comites de Hartesborc, Fredericus de Insula et ecclesiae Hildesemensis ministeriales ipsius ecclesiae bona, praebendas canonicorum et episcopales proventus praesentis anni occasione et auctoritate Conradi quondam episcopi recipiant, praeterea eidem quondam episcopo Hildesemensi faventes (Hartbertum) electum non permittant civitatem et castra et alia bona ad Hildesemensem ecclesiam pertinentia possidere et ei modis omnibus contradicant, praesumptores praedictos, nisi ad commonitionem ablata Hildesemensi ecclesiae et electo restituerint universa et ab ipsius ecclesiae, electi et cleri molestatione destiterint, tamdiu nuntient vinculo excommunicationis innodatos et terram eorum suppositam interdicto, donec tam electo quam clero super praemissis idoneam satisfactionem impendant. iv non. Febr. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 2. n° 288 ed. Baluze I. 531; Opp. ed. Migne I. 852; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 701. — »Cum Conradus quondam.«

» 3 — » — (945) Comitibus, baronibus, baiulis, iudicibus, civibus et universo populo in regno Siciliae constitutis mandat, ut C(inthium) S. Laurentii in lucina presbyterum cardinalem apostolicae sedis legatum et socios eius devote recipientes et in subsidium regni et exterminium hostium iuxta mandatum ipsorum potenter assurgentes eis de regni proventibus in subsidium expensarum et stipendia militum respondeant. iii non. Febr. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 2. n° 280 ed. Baluze I. 528; Opp. ed. Migne I. 848; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 42. — »Quantum apostolica sedes.«

» 5 — » — (946) Episcopo, decano et subdecano Lincolniensibus mandat, ut, si magistrum Heliam de Chevele gravissimo regis metu ad resignationem ecclesiae de Chevele faciendam eis constiterit fuisse coactum, praefatam ecclesiam illi per censuram ecclesiasticam restituant. Non. Febr. a° 2°. || Innoc. Ep. lib. 2. n° 282 ed. Baluze I. 530; Opp. ed. Migne I. 850; Collect. I. decret. Innoc. tit. 18 ed. Baluze l. c. I. 576, ed. Migne l. c. III. 1225; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 23 *de eis quae vi* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 468; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 40 *de his quae vi* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 201; ap. Richter Corp. II. 212. — »Ad audientiam nostram.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1200.** |
| Febr. (7) | Laterani | 947) Archipresbytero et canonicis Sutrinis significat, se, cum in trium episcoporum electionibus clerici conventualium ecclesiarum civitatis Sutrinae affuerint et vocem habuerint eligendi, electionem nuper factam eis contradicentibus et exclusis decrevisse irritandam, clericos dictos in eam quasi possessionem, quam ante controversiam motam habuerunt, reducens. vii (id.) Febr. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 283 ed. Baluze I. 530; Opp. ed. Migne I. 851; *sine signo chronol.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 27 ed. Baluze I. 585, ed. Migne l. c. III. 1238; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 5 *de causa poss.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 478; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 12 *de causa poss.* c. 3 ap. Boehmer l. c. 254; ap. Richter l. c. 266. — »Cum ecclesia Sutrina.« |
| » 16 | » | (948) In Sichen et de Valle B. Georgii abbatibus et praeposito S. Mariae in Herfordia, »cum in Lateranensi concilio fuerit constitutum, ut quoties ecclesiastica beneficia vacare contingit, si capitulum, ubi donatio spectat ad ipsum, infra tempus in eodem concilio diffinitum eadem conferre distulerit, per episcopum concedantur, et id episcopo negligente ad superiorem eorundem donatio devolvatur«, mandata dat de praepositura et sex praebendis ecclesiae Magdeburgensis, quae per annum et ultra vacaverant et infra tempus archiepiscopo et capitulo Magdeburgensi permissum idoneis personis assignatae non erant. xiv kal. Mart. a° 2°. ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 289 ed. Baluze I. 532; Opp. ed. Migne I. 854; Geschichtsblätter für Magdeburg IV. (1869.) 7, *ubi falso ad* a. 1199; *cf. ibid.* 183. — »Grave gerimus et.« |
| (Ianr.-Febr. 21) | » | (949) Archidiacono et capitulo Capuanis varia de electione et postulatione praelatorum scribit. Concedit eis Raynaldum subdiaconum suum in procuratorem. *Absque signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 277 ed. Baluze I. 524; Opp. ed. Migne I. 841; Collect. I. decret. Innoc. tit. 4 ed. Baluze l. c. I. 555, ed. Migne l. c. III. 1191; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 438; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 19 ap. Boehmer Corp. II. 48; ap. Richter Corp. II. 56; Ughelli Ital. sacra VI. 331, *perperam ad* a. 1204. — »Cum olim nobis.« |
| ( » ) | ( » ) | (950) (Gerardo) episcopo Paduano mandat, ut, cum hi qui post magistrum G. recepti sint ad officium ecclesiae Paduanae, non debeant eum in beneficio praevenire, nullum investiat de beneficio eiusdem ecclesiae, priusquam eidem sicut uni ex aliis integrum fuerit beneficium assignatum *etc. Sine nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 275 ed. Baluze I. 522; Opp. ed. Migne I. 838. — »Cum in ecclesia.« |
| ( » ) | ( » ) | (951) Magistro Iohanni subdiacono et notario suo sententiam ab (Hugone) Ferrariensi episcopo super praebenda ecclesiae Paduanae contra magistrum G. canonicum pro ipso latam et investituram procuratori eius factam confirmat. *Absque signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. lib. 2. n° 276 ed. Baluze I. 523; Opp. ed. Migne I. 839. — »Collato tibi quondam.« |
| (Febr. 22-28) | ( » ) | (952) Episcopo (Toletano *add. Thein.*) et abbati (*om. Thein.*) S. Leucadiae mandat, faciant ut D(ominico) paupero sacerdoti, quem Exoniensis episcopus, quod primos quatuor ordines et subdiaconatum insimul receperat, officio beneficioque privavit, officium beneficiumque restituantur, cum praefatus sacerdos dinoscatur potius ex ignorantia quam astutia deliquisse. *Sine signo chronol.* (A° 3° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 33 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 593; Opp. ed. Migne III. 1250; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 47. n° 3°. — »Accedens ad praesentiam.« |
| ( » ) | ( » ) | (953) (Huberto) archiepiscopo Cantuariensi mandata dat de electione magistri Mag. Eboracensis archidiaconi, cuius pater nunquam uxorem habuerat, sed matri eius virginitatis florem praeripuerat quasi furtim, et cum ipsa infra quadriennium a nativitate illius matrimonium non contraxerat, in episcopum Wigorniensis ecclesiae per eiusdem priorem et conventum unanimiter facta. »Intelligentes Wigorniense capitulum eundem magistrum improvide elegisse, cum ad obtinendum dispensationis beneficium procedendum fuisset, non per electionem prohibitam, sed per postulationem permissam, electionem ipsam ........ canonis concilii Lateranensis auctoritate cassatam denuntiamus et inanem ... Mandamus quod per Cantuariensem provinciam ex parte nostra facias districtius inhiberi, ne quod de multis in eadem provincia, quod sine pudore non dicimus, inordinate noscitur esse factum, de cetero contra formam praescriptam nullatenus attentetur. Sed si Wigorniense capitulum eundem magistrum propter praerogativam meritorum ipsius duxerit postulandum, postulationem ipsius apostolicae sedi praesentare procuret.« *Sine nota chronol.* (A° 3°. *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 4 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 556; Opp. ed. Migne III. 1193; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 439; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 20 ap. Boehmer Corp. II. 49; ap. Richter Corp. II. 59; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 47. n° 1. — »Innotuit nobis olim.« |
| ( » ) | ( » ) | * (954) Tripolitano et Anteradensi episcopis committit causam controversiae, quae ratione quarundam terrarum orta est inter episcopum Paphensem et archiepiscopum Nicosiensem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 2. |
| ( » ) | ( » ) | * (955) Eisdem mandat, compellant archiepiscopum Nicosiensem, ut episcopo Paphensi de certo mutuo satisfaciat et de quibusdam expensis per ipsum episcopum pro eodem archiepiscopo ministratis. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 4. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1200.** |
| (Febr. 22-28) | (Laterani) | * (956) Eisdem mandat, moneant et compellant (Hugonem) regem Cypri ut ecclesiasticis personis decimas solvat; alioquin ipsum excommunicent et regnum Cypri supponant ecclesiastico interdicto. A° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 47. n° 5. |
| (Febr. Mart.) | ( » ) | * (957) Decano maioris et praeposito S. Severini ac scolastico S. Gereonis Coloniensis scribit super publicatione sententiarum excommunicationum contra quendam sacerdotem Rosetensis ecclesiae, qui provisionem factam Augustino subdiacono de praebenda Rosetensi per se et per suos nititur impedire. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 6. |
| ( » ) | ( » ) | * (958) Episcopo Paphensi scribit super confirmatione iurium, donatione decimarum et aliorum beneficiorum, quae sub protectione Romanae ecclesiae suscipit cum multis ordinationibus ibidem institutis. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 7. |
| ( » ) | ( » ) | * (959) Guidoni legato committit visitationem et reformationem in Marchia et provincia Ravennatensi. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 8. |
| ( » ) | ( » ) | * (960) Praelatis dictarum partium mandat, ut dicto legato pareant humiliter et ordinata per eum curent efficaciter observare. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 9. |
| ( » ) | ( » ) | * (961) Consulibus et populo Firmanis mandat, ut Guidoni legato intendant et pro iustitia prosequenda recurrant ad eundem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 10. |
| ( ) | ( » ) | * (962) Potestatibus, comitibus et multis aliis qui iura Patrimonii occupant, mandat, ut dicto legato restituant ea quae exinde occuparunt. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 11. |
| ( » ) | ( » ) | * (963) Eisdem mandat, ut ad dominium et fidelitatem sedis apostolicae redeant et dicti legati monitis acquiescant. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 12. |
| ( » ) | ( » ) | * (964) (Balduino) Belunensi et Feltrensi episcopo concedit, ut alienationes per ipsius antecessorem factas legitime valeat revocare. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 13. |
| ( » ) | ( » ) | * (965) Praeposito et scolastico S. Mariae Halberstadensis et praeposito de Novo Opere mandat, ut sententiam legati contra intrusum in praepositura de Gerbestat faciant firmiter observari. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 14. |
| Mart. 2 | » | (966) Capitulum et suffraganeos ecclesiae Spalatensis monet et hortatur, ut, cum multae et magnae necessitates regni Ungariae festinatum subsidium requirere videantur et provisione sedis apostolicae indigere, G(regorium) S. Mariae in Aquiro diaconum cardinalem, quem eam ob rem illuc legatum a suo latere cum potestatis plenitudine destinet, humiliter recipiant ipsiusque salutaria monita et praecepta teneant firmiter et servent. vi non. Mart. a° 3°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 88; *cf.* Carrara Archivio capitol. di Spalato. — »Ad vestram forte.« |
| » 8 | » | (967) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat, ut universis generaliter prohibeant, ne in illos, qui ad domos fratrum militiae Templi pro salute sua confugiant, vel in res eorum infra ambitum domorum ipsarum manus iniiciant violentas. viii id. Mart. a° 3°. ‖ Dugdale Monast. Angl. (ed. nov.) VI. ii. 818. — »Pervenit ad nos.« |
| » 8 | » | (968) Lanfranco et Oddoni canonicis Bononiensibus et Huberto canonico Modoiciensi magistris Bononiae commorantibus mandat, ut causam, quae inter Parmensem praepositum nomine Parmensis ecclesiae ex una parte et G. Rangonum, Guidottum Adelardi et Radaldum de Gandaceto cives Mutinenses ex altera super terra de Marzaliis vertebatur et episcopo Cremonensi olim fine debito terminandam commissa erat, mediante iustitia terminent. viii id. Mart. a° 3°. ‖ Savioli Ann. Bologn. II. ii. 217. — »Cum causam quae.« |
| » 11 | » | (969) N. N. (*i. e.* Waltero Rothomagensi archiepiscopo *Thein.*) praecipit, ut sententiam interdicti adversus Philippum regem Franciae latam ideo, quod illam non removeret a se, quam contra interdictum ecclesiae superduxerat, et non reciperet in gratiam coniugalem legitime ductam, sed eam a se duxerat amovendam, publice nunciet et per totam terram regis ab archiepiscopis, episcopis *etc.* observari faciat. v id. Mart. a° 3°. ‖ *Sine inscript.* Bréquigny l. c. II. ii. 1080; I-i Opp. ed. Migne IV. 58; Stephani Tornac. Epist. 381; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 94; Bouquet Rec. XIX. 386; *cf. argum. cum inscript.* ap. Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 48. n° 25. — »Quanto carissimam in.« |
| » 14 | » | (970) Capitulo Lingonensi praecipit, curent ne (Garnerius) quondam episcopus Lingonensis, qui episcopatum in manibus papae resignaverat, aliqua de omnibus illis quae pro sustentatione ei fuerant assignata, distrahere infeodare vel alienare praesumat. ii id. Mart. a° 3°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 1082; I-i Opp. ed. Migne IV. 58; Gallia christ. IV. instr. 195. n° 86; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 47. n° 17. — »Cum venerabilis frater.« |
| ( » 14) | ( » ) | * (971) Decano et capitulo Lingonensibus mandat, ut personam idoneam eligere studeant in pastorem de consilio (Roberti) Cabilonensis et (Odonis) Parisiensis episcoporum et (Hugonis) abbatis monasterii Cluniacensis. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 15. |
| ( » 14) | ( » ) | * (972) (Roberto) Cabilonensi et (Odoni) Parisiensi episcopis et (Hugoni) abbati Cluniacensi scribit super eodem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 16. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1200.** |
| Mart. 17 | (Laterani) | * (973) (Everdeio) abbati S. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. concedit facultatem commutandi poenas per regulam s. Benedicti praefinitas. ‖ Lokeren Abbaye de St. Bavon II. 165. |
| » 26 | » | (974) Conventus S. Michaelis (Virdunensis) quasdam possessiones protegendas suscipit. VII kal. Apr. a° 3°. ‖ Bréquigny Diplom. II. n. 1083; I-i Opp. ed. Migne IV. 58. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 30 | » | (975) Magistro et fratribus militiae Templi sententiam confirmat, qua Hugo abbas S. Dionysii et Robertus prior S. Martini de Campis eis annualem praebendam in ecclesia s. Quintini adiudicaverant, quam eis decanus S. Quintini subtraxerat. III kal. Apr. a° 3°. ‖ Colliette Mém. p. l'hist. de Vermandois II. 423; Hemeraeus Augusta Viromand. 191. — »Frustra imponeretur litibus.« |
| (Mart.) | (») | * (976) S. Andreae et de Trapa abbatibus mandat, ut R. canonico de Silleio, contra quem erat lata sententia suspensionis propter amputationem pudendorum sui, poenitentiam iniungant et dictam sententiam relaxent. A° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 47. n° 18. |
| (») | (») | * (977) Praelatis et clero regni Hungariae scribit super legatione G(regorii) S. Mariae in Aquiro diaconi cardinalis super reformatione status ecclesiae regni Ungariae destinati. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 19. |
| (») | (») | * (978) Praelatis Ungariae significat de publicatione processuum contra A(ndream) ducem per sedem apostolicam. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 20. |
| (») | (») | * (979) Abbati de Morimundo scribit super confirmatione sententiae, quae contra ipsum per iudices delegatos promulgata erat. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 21. |
| (») | (») | * (980) Abbati Aquaefrigidae scribit super confirmatione sententiae, quae contra ipsum etiam est prolata. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 22. |
| (») | (») | * (981) Guidoni Casamaleriae praecipit, ut desistat molestare personas ecclesiasticas; alioquin contra eum acrius procedetur. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 47. n° 23. |
| (») | (») | * (982) Populo Viterbiensi super eisdem; alioquin contra ipsos durius procedetur, eos etiam privando pontificali dignitate. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 24. |
| (») | (») | * (983) (Philippo) regi Franciae consulit, quod adultera reiecta (Ingeburgam) legitimam uxorem revocet suo ac sui regni statui salubriter providendo. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 26. |
| (») | (») | * (984) Huguitioni Lombardo confirmat praebendam Wellensem, pro qua etiam S. Dionysii de Warministra sibi extitit assignata. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 27. |
| (») | (») | * (985) (Petro) episcopo, S. Mariae et S. Gaugerici decanis Cameracensibus mandat, ut si appareat, quod abbas de Aquacurte ante ingressum ad religionem contraxerat cum vidua, ipsum ab administratione abbatiae amoveant et suspendant a divinis. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 28. |
| (») | (») | * (986) Abbati Modinicensi mandat, quod nulli de praebenda Modinicensi praesumat providere, donec magistro P. de Castraneto de ea sit provisum. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 29. |
| | | * *Super eodem* Magistro P. eidem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 30. |
| (») | (») | * (987) (Garnerio) episcopo quondam Lingonensi concedit, ut uti possit pontificalibus insigniis, eumque suscipit sub protectione s. Petri. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 33. |
| (») | (») | * (988) Decano et capitulo Aurelianensibus mandat, quod D. de Corbolio de praebenda suae ecclesiae providere non obmittant. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 34. |
| (») | (») | * (989) (Ingelburgem) reginam Franciae, quam (Philippus) rex a se abiecit, exhortatur ad passiones magnanimiter perferendas. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 35. |
| (») | (») | * (990) (Waltero) Rothomagensi archiepiscopo scribit de publicatione interdicti in regno Francorum omni excusatione cessante promulganda. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 36. |
| (») | (») | * (991) (Odoni) episcopo Parisiensi scribit in eundem modum. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 37. |
| (») | (») | * (992) (Rainaldo) archiepiscopo Lugdunensi compatitur super tribulationibus, quae ei per (Philippum) regem inferuntur propter observationem interdicti. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 38. |
| (») | (») | * (993) (Gaufrido) episcopo Silvanectensi scribit in eundem modum. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 39. |
| (») | (») | * (994) (Odoni) episcopo Parisiensi et abbati Maioris monasterii scribit de controversia quae est inter (Iohannem) regem Angliae et (Hamelinum) episcopum Cenomanensem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 40. |

**1200.**

(Mart.) (Laterani) • (995) (Huberto) archiepiscopo Cantuariensi et Lincolniensi et Eliensi episcopis committit causam, quae est inter (Iohannem) regem Anglorum et (Walterium) archiepiscopum Rothomagensem ratione excambii pro castro de Rudeliaco. A° 3°. || Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 48. n° 41.

( » ) ( » ) • (996) (Alienorae) reginae Anglorum confirmat dotalicia, super quibus indebite molestatur. A° 3°. || Theiner l. c. 48. n° 42.

(Mart. Apr.) ( » ) • (997) Maioris monasterii et Pontiniacensi (Pontimacensi *Thein.*) abbatibus scribit in favorem (Iohannis) regis Anglorum, ut, quamdiu (Alienorae) reginae iustitiam studuerit ministrare, latas sententias revocent et interdictum relaxent. A° 3°. || Theiner l. c. 48. n° 43.

( » ) ( » ) • (998) (Iohanni) regi Anglorum de eadem re significat. A° 3°. || Theiner l. c. 48. n° 44.

( » ) ( » ) • (999) (Walterio) Rothomagensi et (Huberto) Cantuariensi archiepiscopis mandat, faciant ut (Alienorae) reginae Anglorum de suis dotibus respondeatur. A° 3°. || Theiner l. c. 48. n° 45.

Apr. 3 » (1000) Theumoni episcopo et capitulo Babenbergensibus (Panembergensibus *Thein.*) nunciat, se b. virginem Cunegundem Romanorum imperatricem augustam († 1040) catalogo sanctorum adscripsisse, eiusque collectam et alias orationes in commemoratione illius dicendas transmittit. III non. Apr. a° 3°. || Gretser Divi Bambergenses. Ingolst. 1611. 4°. 421; *in eiusd.* Opp. X. 565; ap. Ludewig Script. Bamberg. I. 784; *in* AA. SS. Bolland. 3. Mart. I. 281; Hartzheim Conc. Germ. III. 473; Cocquelines Bullar. III. 99. n° 31; ap. Mabillon AA. SS. o. s. Ben. saec. VI. I. 465; Raynaldi Ann. ad a. 1200 § 44; Lünig Spicil. eccles. II. (Reichs-Arch. XVII.) 28; Ussermann Episc. Bamberg. Cod. prob. 136; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 174; Migne Cursus patrol. lat. CXL. 219; I-i Opp. ed. Migne IV. 59 *fragm.; cf. argum.* ap. Schweitzer UB. des Abtes Andreas I. 54; ap. Theiner l. c. 48. n° 50; *idem germanice* ap. Böhmer Regest. 1198—1254. p. 295. — »Cum secundum evangelicam.«

» 5 » (1001) Ierosolymitano patriarchae et archiepiscopo Caesariensi committit, ut restitui faciant plebano S. Marci Tyrensis ducali s. Marci Venetiarum basilicae subiecto quidquid ei abstulerat archiepiscopus Tyrensis, cuius sententiam destruens revocat ad se controversiam, quae inter ipsos archiepiscopum et plebanum agebatur. Non. Ap. a° 3°. || Cornelius Eccles. Venet. X. II. 221, *ubi erranter* a° 1199 *tribuitur; repet.* Tafel & Thomas Urk. z. Gesch. Venedigs *in* Font. rer. Austr. Dipl. XII. 282; *sine signo chronol.* Collect. III. decr. lib. 2. tit. 3 *ut lite non cont.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 476; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 6 *ut lite non cont.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 238, *attributa* a° 1210; ap. Richter Corp. II. 250; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 48. n° 51. — »Accedens ad praesentiam.«

• Archiepiscopo Tyrensi *et* Duci Venetiarum *de eodem argumento. Cf.* Theiner l. c. n° 52.

» 9 » (1002) H(eriberto) electo et capitulo Hildesheimensibus scribit de privatione Conradi quondam Hildesheimensis episcopi imperialis aulae cancellarii, qui »licentia non solum non obtenta, sed nec etiam postulata, ecclesia Hildesheimensi relicta Herbipolensem occupavit et sic in litteris quas nobis destinavit Herbipolensem se praesumpsit appellare,« iussus non desierat et excommunicatus (a. 1198. Aug. 21) divina celebrarat. »Ipsum tam Herbipolensi quam Hildesheimensi episcopatu per sententiam curavimus spoliare.... Mandavimus ergo ei, ut bona fide servata Hildesheimensem ecclesiam et te nec per se nec per alium gravaret aut molestaret, et Herbipolensem episcopatum cum omnibus ad eum spectantibus liberum et absolutum dimitteret et ad episcopatum vel archiepiscopatum sine apostolicae sedis licentia non transiret; ne vero per incautam resignationem maxime temporalium Herbipolensis ecclesia iacturam incurreret graviorem, volumus et mandamus, ut eadem temporalia in manus C(onradi) Moguntini archiepiscopi ad opus ipsius ecclesiae custodienda resignet ...« Eis districte mandat, ut electo suo, iuramentis illicitis non obstantibus et pro eo, quod nondum sit munus consecrationis adeptus cum iam sit confirmationis gratiam consecutus, omni contradictione et appellatione cessante, obedientiam et reverentiam impendant. V id. Apr. a° 2°. || Schannat Vindem. I. 185; *duas partes maiores in* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 12 *de cleric. exc.* c. 1 *et* lib. 1. tit. 21 *de maior. et obed.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 582. 465; *etiam int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 27 *de cleric. exc.* c. 5 *et* lib. 1. tit. 33 *de maior. et obed.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 792 (*relata ad* a. 1201.) 179 (*ad* a. 1198); ap. Richter Corp. II. 799. 189. *Cf.* Gesta Innoc. § 44; *argum.* ap. Theiner l. c. 49. n° 86. — »Illud Dominus in.«

» 13 » (1003) Iohanne Bono archipresbytero et canonicis ecclesiae Paduanae petentibus praefatam ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, confirmat. Id. Apr. indict. III. incarn. dom. a° 1200. pont. a° 3°. || Dondi Orlogio Dissert. VI. docum. 180. n° 158. — »Pia postulatio voluntatis.«

» 21 » (1004) Plebanis et universo clero Castellanensis episcopatus mandat, ut nomen (Iohannis) patriarchae Gradensis nomini ducis Venetiarum in benedictione cerei iuxta antiquam consuetudinem et dignitatem Gradensis patriarchae praeferant. XI kal. Mai. a° 3°. || Ughelli Ital. sacra V. 1134; I-i Opp. ed. Migne IV. 60. n° 33; Lünig Cod. dipl. Ital. IV. 1555. — »Ad conquisitionem venerabilis.« *Cf.* n° 1010.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1200.** |
| (Apr. 21) | (Laterani) | • (1005) (Raynerio) episcopo Castellanensi scribit super eo, quod in benedictione cerei omittit nomina patriarchae Gradensis et ducis Venetiarum propter controversiam, quae inter patriarcham et ducem praedictos est exorta. A° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 48. n° 31. |
| ( » 21) | ( » ) | • (1006) Duci Venetiarum scribit super negotio antefato. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 32. |
| » 22 | » | (Petro) episcopo Florentino et abbati Vallis Umbrosae: »x kal. Mai. (a° 3°)«. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 419, *vid.* 1203. Apr. 22. |
| » 26 | » | (1007) Abbati et conventui Dervensi omnes ecclesias, redditus, terras, obventiones et iura, quae Dervense monasterium in Trecensi diocesi adeptum est, confirmat. vi kal. Mai. a° 3°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. n° 1118; I-i Opp. ed. Migne IV. 61. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 26 | » | (1008) Eisdem omnes ecclesias *etc.* et iura, quae Dervense monasterium in Cathalaunensi diocesi adeptum est, ecclesiam etiam de Gigneio confirmat. vi kal. Mai. a° 3°. ‖ Bréquigny l. c. 1119; Migne l. c. 61. — »Cum a nobis.« |
| » 27 | » | (1009) Wolfkero Pataviensi episcopo ius patronatus ecclesiae s. Mariae Pataviae, in qua moniales morantur, quod Heinricus quondam imperator ei eiusque ecclesiae concessit, cum pertinentiis confirmat. v kal. Mai. a° 3°. ‖ Mon. Boica XXVIII. ii. 265; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 49. n° 74. — »Cum a nobis.« |
| » 30 | » | (1010) Plebanis et universo clero Castellanensis episcopatus mandat, ut patriarchae Gradensis nomen in benedictione (paschalis) cerei nomini ducis (Venetiarum) praeferant. ii kal. Mai. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. III. 84. — »Ad conquisitionem venerabilis.« *Cf.* n° 1004. |
| (Apr.) | ( » ) | • (1011) Archidiacono Wellensi concedit, ut fructus praebendae Saresburiensis habeat obsequiis regiis insistendo. A° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 48. n° 46. |
| ( » ) | ( » ) | • (1012) (Iohanni) regi Anglorum respondet ad ea quae pro episcopo S. Andreae postulavit. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 47. |
| ( » ) | ( » ) | (1013) (Carsiae) episcopo et capitulo Oscensibus mandat, ut usque ad festum b. Luciae proximo venturum vel in personis propriis vel per idoneum responsalem compareant coram papa super controversia, quae inter ipsos et Ilerdensem episcopum propter ecclesias de Barbastro, de Belsa, de Gestau et de Alear vertebatur. A° 3°. ‖ Collect. III. decret. lib. 1. tit. 24 *de in int. restit.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 470; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 41 *de in int. rest.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 205, *adscripta* a° 1220; ap. Richter Corp. II. 217; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 49. n° 67. — »Tum ex litteris.« |
| ( » ) | ( » ) | • (1014) Abbati Aureaevallis mandat, faciat ut Wilhelmo de Marcheio de fructibus praebendae Andegavensis integre respondeatur. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 53. |
| ( » ) | ( » ) | • (1015) (Goffrido) episcopo Andegavensi scribit de eadem re, et quod dictum Wilhelmum non praesumat impedire. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 54. |
| ( » ) | ( » ) | • (1016) Praelatis Pictavensis diocesis scribit super publicatione processuum et sententiarum contra impedientes Wy. scriptorem papae in adipiscenda possessione canonicatus et praebendae ecclesiae Pictavensis. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 55. |
| ( » ) | ( » ) | • (1017) (Heliae) archiepiscopo Burdegalensi et eius suffraganeis sub hac forma. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 56. |
| ( » ) | ( » ) | • (1018) Abbati et fratribus de Begdachusen mandat, ut quendam suum monachum mittant ad praedicandum paganis verbum Dei. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 57. |
| ( » ) | ( » ) | • (1019) Episcopo et capitulo Teatinis mandat, ut Iohanni scriptori suo provideant de canonicatu et praebenda ecclesiae Teatinae. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 58. |
| ( » ) | ( » ) | • (1020) Potestati et populo Narniensibus scribit de reconciliatione ipsorum cum ecclesia Romana. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 59. |
| ( » ) | ( » ) | • (1021) Priori et conventui ecclesiae Cantuariensis concedit, ut possint instituere officiarios suos extrinsecus, prout ab antiquo consueverunt. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 60. |
| ( » ) | ( » ) | • (1022) Regi Scothorum scribit super concessione privilegiorum ecclesiae Scothicanae concessorum. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 61. |
| ( » ) | ( » ) | • (1023) (Hugoni) episcopo Antisiodorensi et abbati Virziliacensi mandata dat super reconciliatione (Garneri) episcopi Trecensis, qui oblocutus fuerat contra papam. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 62. |
| ( » ) | ( » ) | • (1024) (Garnero) episcopo Trecensi de superiore epistola significat. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 63. |
| ( » ) | ( » ) | • (1025) Priori et conventui Cantuariensibus confirmat privilegia, libertates et etiam immunitates cum potestate alienata revocandi. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 48. |

**1200.**

(Apr.) (Laterani) • (1026) Abbatibus et monachis ordinis Cisterciensis mandat, quod onus praedicationis in partibus Livoniae si per episcopum Livoniensem sint vocati suscipere non recusent. A° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 48. n° 49.

(Apr. Mai.) (•) (1027) (Iohanni) patriarchae Gradensi praecipit, ut, malitiosam interpretationem mandati papalis a quibusdam factam non attendens, magistro G(audino) de canonicatu et praebenda Paduanis provideat. *Sine die et mense.* A° 3°. ‖ Collect. III. decret. lib. 1. tit. 2 *de rescript.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 427; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 40 *de verb. signif.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 869, *relata ad* a° 1213; ap. Richter Corp. II. 880; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 49. n° 71. — »Olim tibi scripsisse.«

(•) (•) • (1028) (Conrado) archiepiscopo Maguntino et Sabinensi et (Mauritio) Pictavensi episcopis mandat, ut (Danielem?) intrusum in episcopum Pragensem citare personaliter non obmittant. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 64.

(•) (•) • (1029) (Ludolfo) Magdeburgensi archiepiscopo scribit super eodem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 65.

(•) (•) • (1030) (Mauritio) episcopo Pictavensi mandat, ut personis idoneis conferat praebendas et beneficia, quae per sex menses et ultra in sua ecclesia vacaverunt. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 66.

(•) (•) (1031) Ruthenensi (*Thein.*, Nitiniensi, Rudinensi, Niclinensi *al.*) episcopo mandat, ut R. mulierem, quae primo nupsit Hugoni, deinde Vitali, ab eodem Vitali separet neque eundem impetat Hugonem qui ordinem sacerdotalem susceperit et etiam habitum monachalem. *Sine nota chronol.* (A° 3° *Thein.*). ‖ Innoc. decret. coll. I. tit. 40 ed. Baluze *in eiusd.* Ep. I. 602; Opp. ed. Migne III. 1265; Collect. III. decr. lib. 3. tit. 25 *de convers. coni.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 540; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 32 *de conv. coni.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 546; ap. Richter Corp. II. 562; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 49. n° 69. — »Constitutus in praesentia.«

(•) (•) • (1032) Abbati et conventui Grandissilvae mandat, ut ipsum Hugonem benigne suscipiant et caritative studeant pertractare. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 70.

(•) (•) • (1033) (Iohanni) episcopo et decano ac capitulo Lemovicensibus mandat, ut P. G. scriptori suo de canonicatu et praebenda in ecclesia Lemovicensi provideant. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 72.

(•) (•) • (1034) Decano et capitulo S. Martini Turonensis mandat, ut magistrum H. in suum recipiant canonicum et fratrem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 73.

(•) (•) • (1035) Reginam Aragonum viduam sub protectione b. Petri suscipit cum confirmatione omnium quae dinoscitur possidere. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 76.

(•) (•) • (1036) Conventui de Sarxona mandat, ut C(lementiam) natam regis Aragonum in suam et dicti monasterii priorissam recipiant. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 77.

(•) (•) • (1037) Magistro et fratribus Hospitalis mandat, apponant dictae Clementiae signum crucis, ut Domino perpetuo famuletur. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 78.

(•) (•) • (1038) Episcopo et capitulo Barchinonensibus mandat, ut C. notarium regum Aragonum in suum canonicum recipiant et in fratrem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 79.

(•) (•) • (1039) Archiepiscopo Spalatensi mandat, ut N. quondam Pharensem episcopum, qui sine auctoritate sedis apostolicae ad ecclesiam Iadertinam transierat, ab omni officio et beneficio suspendat et personaliter citare procuret. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 80.

(•) (•) • (1040) Universis captivatis per regem de Marroch consolatorie scribit de eorum captivitate. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 82.

(•) (•) • (1041) (Ludolfo) archiepiscopo Magdeburgensi et maioris ac s. Mariae Magdalenae ecclesiarum praepositis scribit de controversia in et super electionibus praepositi et decani ecclesiae Bremensis, quae dignitates diutius vacaverunt. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 84.

(•) (•) • (1042) (Ottonem) marchionem Brandenburgensem monet et hortatur, ut uxorem suam maritali affectione pertractet, personas ecclesiasticas honoret et ab hastiludiis abstineat et conversos de paganismo ad fidem christianam compellat ritus dimittere paganorum. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 81.

(•) (•) (1043) Decano et capitulo Senonensibus significat, se (Hugonem) episcopum Altissiodorensem ab ipsis electum in archiepiscopum Senonensem repellere eo, quod non paruerit interdicti sententiae in regnum Francorum latae ob regis ab uxore legitima divortium; capitulo tamen concedit, ut sibi et suae ecclesiae vel per postulationem idoneam vel per electionem canonicam de persona congrua consulat. *Sine signo chronol.* ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 5; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 4 *de postulat.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 431; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 5 *de postulat.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 32, *relata ad* a. 1198; ap. Richter Corp. II. 41; *cf. rubrica regestri* ap. Theiner l. c. 49. n° 75. — »Ad haec in.«

**1200.**

| | | |
|---|---|---|
| (Apr. Mai.) | (Laterani) | (1044) Abbati et conventui Leumensi (Leninensi *rectius Thein.*) concedit, ut decimas, quas laici de possessionibus in feodum perpetuo possidendis ab eis exigunt, redimere possint, ita tamen »quod consueta servitia, quae laici pro decimis ecclesiis tenebantur impendere, occasione venditionis huiusmodi minime denegentur.« *Sine signo chronol.* (A° 3° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 11 ed. Baluze *in eiusd.* Ep. I. 566; Opp. ed. Migne III. 1208; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. I. 49. n° 83. — »Exposuisti nobis tu.« |
| ( » ) | ( » ) | (1045) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis in regno Franciae constitutis exprobrat, »quod de patrimonio Iesu Christi libentius histrionibus subvenitis quam Christo, plura in canibus et avibus pascendis consumitis quam velitis in eius subsidium erogare;« nam iuxta promissionem factam in Divionensi concilio trigesimam reddituum suorum partem in subsidium Terrae sanctae impendere neglexerant. Hortatur eos, ut saltem quadragesimam omnium ecclesiasticorum reddituum et proventuum suorum, prius tamen deductis usuris, quarum solutio vitari non possit, in eiusdem terrae subsidium convertant, crucesignatis divina celebrari faciant, eos defendant a molestatione aliorum ac inducant, ne ieiuniorum diebus praeter pulmenta pluribus ferculis quam duobus utantur nec de cetero, donec votum peregrinationis adimpleant, hermineis, variis sive griseis induantur. Significat eis, se horum omnium abbatibus Vallium Sarneii et S. Victoris sollicitudinem delegare, »ut executores sint super capitulis illis, quae fieri sub ecclesiastica districtione mandamus.« *Sine signo chronol.* (A° 3° *Thein.*) ‖ Gesta Innoc. § 84 ap. Bréquigny Dipl. II. I. 80; I-i Opp. ed. Migne I. cxxxII; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 757; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1200 § 51; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 49. n° 83. — »Verendum est nobis.« |
| Mai. 5 | » | (1046) Lewelinum et alios principes Walliae rogat et monet, ut ecclesiae Menevensis necessitatibus subveniant ipsiusque commodis et profectibus immineant. III non. Mai. a° 3°. ‖ Wharton Angl. sacra II. 548. — »Accedentes ad praesentiam.« |
| » 8 | » | (1047) Abbatibus Albae Domus, Stratae Floridae et S. Dogmaelis inquisitionem de vita b. Karadoci heremitae et confessoris, eius obitu et de miraculis quae ipsum fuerint subsecuta, committit. VIII id. Mai. a° 3°. ‖ Giraldus Cambr. De iure Menev. eccl. ap. Wharton Angl. sacra II. 547. — »Multa iam dudum.« |
| » 12 | » | (1048) Abbati S. Martini et decano Trecensi mandat, ut monachos Vallis lucentis Cisterc. ord. ad solvendas integre decimas ecclesiae de Laysiaco Senonensis diocesis praeterquam de novalibus, quae in praesentiarum propriis sumtibus excolunt vel excolent in futurum, compellant. IV id. Mai. a° 3°. ‖ Martene Ampl. coll. I. 1030. — »Proposita nobis ex.« |
| » 13 | » | (1049) Iohanni Gradensi patriarchae ecclesias s. Sylvestri, s. Iacobi de Luprio, s. Martini in Geminis *etc.*, ecclesiam etiam s. Archidani baptismalem in Constantinopoli cum omni iure institutionis et destitutionis earum et decimis burgensium parochianorum suorum ac iustitiis quas habet in capellis monasteriorum s. Nicolai, s. Felicis et s. Georgii confirmat. III id. Mai. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1134. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 21 | » | (1050) (Lincolniensi et Eliensi episcopis et abbati S. Eadmundi *suppleo ex Thein.*) scribit, se nolentem »ut lites, quibus finem imponi cupimus, fiant nostris temporibus immortales,« super negotio Cantuariensis ecclesiae (Huberto) archiepiscopo Cantuariensi mandasse, ut usque ad festum b. Martini proximo affuturum per se ipsum vel idoneum responsalem apostolico se conspectui repraesentet, ut super restitutionibus ecclesiarum de Muneketuna, de Aestria *etc.* et donationibus aliarum quae sint per monachorum Cantuariensium maneria constitutae, super exeniis etiam, curia et marisco *etc.* exhibeat eis iustitiam. »Ut autem in hac parte tam archiepiscopi quam monachorum parcatur laboribus et expensis, receptionem testium vobis duximus committendam.« Quocirca eis mandat, ut testes partium fideliter recipiant et examinent *etc.* XII kal. Iun. a° 3°. Epistolae Cantuar. 509; *cf. argument.* ap. Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 50. n° 99. — »Iam toties nos.« |
| | | • *In eundem modum* (Huberto) archiepiscopo Cantuariensi. Epist. Cant. 510; *cf. arg.* ap. Theiner l. c. 50. n° 100. |
| » 23 | » | (1051) Archiepiscopis et episcopis, quorum in diocesibus grangiae fratrum ordinis Praemonstratensis sitae sunt, praecipit, ne in his grangiis procurationes exigant vel eis exactiones imponant. X kal. Iun. a° 3°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 647. — »Si veri christianae.« |
| » 23 | — | Richardo episcopo Minerbino: »Romae ap. s. Petrum X kal. Iun. a° 3°.« ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 746, *vid.* 1205. Mai. 23. |
| » 26 | Laterani | (1052) Universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, praepositis et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos literae istae pervenerint, mandat, ut privilegia abbati et conventui Fusniacensi, sicut et omnibus Cisterciensis ordinis fratribus concessa tueantur ac defendant. VII kal. Iun. a° 3°. ‖ Bréquigny Diplom. II. II. 1084; I-i Opp. ed. Migne IV. 62. — »Audivimus et audientes.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1200.** |
| Mai. 26 | Laterani | (1053) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus..... et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, de malefactoribus S. Stephani de Nemore Cisterc.(?) ord. mandata dat. VII kal. Iun. a° 3°. ‖ Tromby Storia V. app. 29. n° 18. — »Non absque dolore.« |
| (Mai.) | ( » ) | • (1054) Lincolniensi, Dunelmensi et Eliensi episcopis mandat, moveant (Hubertum) archiepiscopum Cantuariensem ut confirmet et consecret electum Menevensem; alioquin citent eum, ut apostolico conspectui se praesentet. A° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. I. 49. n° 85. |
| ( » ) | ( » ) | (1055) Nunciis ducis Philippi (Sueviae) demonstrat in consistorio, sacerdotium maius [illegible] regno. »Minor est qui ungitur quam qui ungit, et dignior est ungens [illegible] unctus.... Quod accidit in veteri testamento, contigit in novo. Et ne [illegible]petantur exempla, divisum est simul regnum et sacerdotium tempore Innocentii (II) papae et regis Lotharii. Contra Innocentium intrusus est Anacletus, contra Lotharium vero Conradus. Sed praevaluit uterque catholicus, quoniam Innocentius coronavit Lotharium et succubuit uterque scismaticus..... Porro scisma periit cum scismaticis et fomentum cum fautoribus est confusum. Nunc autem ecclesia per Dei gratiam in unitate consistit, et imperium peccatis exigentibus est divisum. Verum ecclesia non sic illi retribuit quemadmodum illud ecclesiae, quia super eius divisione condolet et compatitur... Verum ad apostolicam sedem iampridem fuerat recurrendum, ad quam negotium istud principaliter et finaliter dinoscitur pertinere; principaliter quia ipsa transtulit imperium ab oriente ad occidentem; finaliter quia ipsa concedit coronam imperii. Verum verbum tuum audivimus. Videbimus litteras domini tui, deliberabimus cum fratribus nostris et dabimus tibi responsum.« *Sine nota chronol.* ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 2 *et registr.* n° 18 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 547 *et* 692; Opp. ed. Migne III. 1179 *et* 1012; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1199 § 35. — »In Genesi legimus.« |
| ( » ) | ( » ) | (1056) C(inthium) tit. S. Laurentii in lucina presbyterum cardinalem apostolicae sedis legatum redarguit, quod episcopum Troianum sine sedis apostolicae auctoritate ad Panormitanam ecclesiam transferre praesumpsit. Eidem consulenti respondet, »quod cum clericus Graecus episcopo Latino subiectus a Graeco pontifice ordinatur, nisi de mandato vel licentia sui episcopi fiat, interdicenda est ei ordinis executio sic suscepti.« A° 3°. ‖ *In duas partes divisa in* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 19 *de offic. leg.* c. 2 *et* lib. 1. tit. 9 *de temp. ordin.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 463, 454; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 30 *de off. leg.* c. 4 *et* lib. 1. tit. 11 *de temp. ord.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 165, 104 (*relata ad* a. 1202); ap. Richter Corp. II. 177, 116; Pirrus Sicil. sacra I. 123; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 49. n° 89. — »Quod translationem pontificis.« |
| ( » ) | ( » ) | • (1057) Episcopo Troiano scribit super eodem et de rigore iuris, qui cum eo benigna mansuetudine temperatur. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 90. |
| ( » ) | ( » ) | • (1058) (Walterio) Rothomagensi archiepiscopo, (Lisiardo) episcopo Sagiensi et abbati Rectensi scribit super confirmatione alterius electorum ad ecclesiam Abrincensem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 91. |
| ( » ) | ( » ) | • (1059) Abbati monasterii s. Michaelis Hildesemensis concedit, ut insigniis pontificalibus possit uti. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 93. |
| ( » ) | ( » ) | • (1060) R. regni iustitiario de Calabria dat licentiam fundandi unam ecclesiam pro sex clericis ibidem instituendis. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 94. |
| ( » ) | ( » ) | • (1061) Abbati et conventui Gemetensibus mandat, ut magistrum M. ad ecclesiam de Boaflla, quae ad eorum praesentationem pertinet, studeant praesentare. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 95. |
| ( » ) | ( » ) | • (1062) Iacobo Senonensi canonico Trecensi quasdam decimas ei collatas in ecclesia Trecensi confirmat. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 49. n° 96. |
| ( » ) | ( » ) | • (1063) Decano et capitulo Trecensibus scribit de eadem re. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 97. |
| ( » ) | ( » ) | • (1064) Priori et conventui Cantuariensibus concedit, quod non possint conveniri extra monasterium, et quod possint mittere pro suis negotiis aliquos suorum ad curiam Romanam, et quod prior per archiepiscopum non valeat amoveri. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 101. |
| ( » ) | ( » ) | • (1065) (Othoni) Bobiensi (episcopo) scribit super eo, quod dicebat monasterium s. Columbani esse sibi ordinario iure subiectum. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 102. |
| (Mai. Iun.) | ( » ) | (1066) Cracoviensi (Glaconiensi *Coll. III.*, Zamorensi et Saronensi *Decr. Gr.*) episcopo respondet ad quaesita, clericum absentem posse investiri beneficio, et puellam raptam posse contrahere matrimonium, si consentiat cum raptore. A° 3°. ‖ Collect. III. decret. lib. 4. tit. 9 *de raptor.* c. 1 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 580; *in 2 partes divisa, sed manca int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 24 *et* lib. 5. tit. 17 *de raptor.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 440 *ad* a. 1208, 775 *ad* a. 1201; ap. Richter Corp. II. 458, 781; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 49. n° 92. — »Accedens ad apostolicam.« |

**1200.**

(Mai. Iun.) (Laterani) (1067) Canonicis Bethleemitanis super simoniace facta et discordi electione Bethleemitanensi inter R. subdiaconum suum et P. canonicum Sepulcri dominici, utroque se pro electo gerente, decretum dat. A° 3°. ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 27 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 585; Opp. ed. Migne III. 1239; *in duas partes divisa in* Collect. III. decr. lib. 2. tit. 5 *de causa poss.* c. 2 *et* lib. 2. tit. *de confess.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 479, 485; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 12 *de c. poss.* c. 4 *et* lib. 2. tit. 18 *de confess.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 255, 282 (*ubi scripta dicitur* post a. 1210); ap. Richter Corp. II. 267, 294; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. I. 50. n° 98. — »Cum super electione.«

(») (») • (1068) (Petro) Atrebatensi et (Petro) Cameracensi episcopis et (Absaloni) abbati S. Victoris Parisiensis mandat, ut monasterio Aquaecurrentis provideant de abbate. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 103.

(») (») (1069) Vivariensi episcopo mandat, ut virum cuiusdam mulieris, quae adulteraverat, cogat ipsam recipere, quia post mutuum de non repetendo se invicem vir non curavit continentiam observare. (A° 3° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 40 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 602; Opp. ed. Migne III. 1265; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 50. n° 104. — »Accedens ad praesentiam.«

(») (») (1070) (Aegidio) Mutinensi (Continensi *sic Thein.*) episcopo inquirenti de usurariis respondet, »ut eos per censuram ecclesiasticam compellat, ante usurarum solutionem ab earum exactione desistere vel restituere ipsas, postquam fuerint persolutae.« *Sine signo chronol.* (A° 3° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 26 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 584; Opp. ed. Migne III. 1237; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 10 *de usur.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 580; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 19 *de usur.* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 780; ap. Richter Corp. II. 786; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 50. n° 105. — »(Tuas *add. Decret.*) Dudum ex.«

(») (») (1071) Stephano episcopo, (archidiacono *add. Thein.*) et cantori Tornacensibus mandat, ut, si invenerint Iohannem de Bethunia electum ad praeposituram Sicliniensem (Siclunensem *Thein.*) habere plures alias dignitates atque praebendas, electionem ipsam irritent, ab impetitione illius Sicliniensem ecclesiam absolventes. *Sine signo chronol.* (A° 3° *Thein.*) ‖ Stephani Tornac. Epist. ed. Molinet 396; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 50. n° 106. — »Verum quoniam a.«

(») (») • (1072) (Petro) episcopo Atrebatensi et abbati de Valcellis scribit in favorem comitissae et comitis Flandriae nati sui. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 107.

(») (») • (1073) Comitissam Flandriae cum omnibus bonis et iuribus eius suscipit sub protectione sanctae sedis. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 108.

(») (») (1074) (Philippo) regi Francorum scribit, se M. et Walterum milites nuper et F. decanum Aurelianensem postmodum cum eius litteris benigne recepisse illosque contra (Petrum Capuanum tit. S. Mariae in via lata diaconum) cardinalem ex eius parte querimoniam intendisse, »quod ... post appellationem ad nos interpositam extra fines regni Francorum in terram tuam interdicti sententiam promulgavit« (d. 20. Ianr. apud Viennam). Respondet ei »quod etsi fines Francorum exierat, nondum tamen fuerat terminos suae legationis egressus, cum non solum in regno Francorum, sed etiam in Viennensi, Lugdunensi et Bisuntina provinciis iniunctam sibi a nobis legationis sollicitudinem suscepisset.« »Praeterea dictam interdicti sententiam ipse cardinalis non edidit, sed potius publicavit, nec fuit dictator ipsius, sed verus executor« *etc. Sine nota chronol.* ‖ Collect. III. decr. lib. 1. tit. 19 *de offic. leg.* c. 5 *et* lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 464, 507; *manca int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 30 *de offic. leg.* c. 7 *et* lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 43 ap. Boehmer Corp. II. 167 *ad* a. 1202, 392 *ad* a. 1208; ap. Richter Corp. II. 178, 408. — »Novit ille qui.«

Iun. 10 » (1075) Iohanni quondam Lugdunensi archiepiscopo scribit, se ad eius petitionem dictavisse collectam ad honorem b. Bernardi Claraevallensis et alias orationes ibi insertas. vi id. Iun. s. a°. (*leg.* a° 3°.) ‖ Manrique Annal. Cisterc. III. 368.

» 13 » (1076) Alberto praeposito subdiacono suo et capitulo Reginis concedit, ut detentores illicitos decimarum in Regina civitate et in diocesi, qui decimas debitas Reginae ecclesiae reddere praetermittunt, ad solutionem earum per excommunicationis sententiam compellant. Id. Iun. a° 3°. ‖ Affarosi Monast. di S. Prospero I. 429; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 50. n° 112. — »Cum a nobis.«

» 21 » (1077) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint mandat, ut illos qui in aliquem fratrum Ursicampi Cisterc. ord. manus violentas iniecerint, vel res aut domos eorum vel hominum suorum invaserint, aut ea quae praedictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur contra iustitiam retinuerint *etc.*, si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellant, clericos aut canonicos vel monachos ab officio et beneficio suspendant. xi kal. Iul. a° 3°. ‖ Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 297. n° 476. — »Non absque dolore.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1200.** |
| Iun. 22 | Laterani | (1078) Eisdem praecipit, ut illos, qui in aliquem fratrum de Holmcoltram Cisterc. ordinis manus violentas iniecerint, *etc.*, *ut in antecedenti bulla.* x kal. Iul. a° 3°. ‖ Dugdale Monast. Angl. V. 602 (ed. nov., *ubi falso tribuitur Innocentio IV.*) — »Non absque dolore.« |
| » 22 | » | (1079) Conventui S. Germani de Pratis interdictum impositum in terra Ph(ilippi) regis Francorum devote observanti concedit, ut in monasterio suo ianuis clausis *etc.* duo vel tres ipsorum simul horas canonicas legere valeant. x kal. Iul. a° 3°. ‖ Bréquigny Diplom. II. п. 1085; I-i Opp. ed. Migne IV. 64. — »A nobis fuit.« |
| » 22 | » | (1080) Conventui S. Dionysii indulget, ut, dum terra Philippi regis Francorum interdicto subiaceat, in monasterio suo duo vel tres eorum simul horas canonicas legant potius quam cantent divina officia, ianuis clausis, interdictis exclusis et voce ita demissa »quod exterius non possitis audiri.« x kal. Iul. a° 3°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St.-Denys 536; I-i Opp. ed. Migne IV. 63. n° 35. — »A nobis fuit.« |
| » 22 | — | Archiepiscopis et episcopis ... in regno Angliae constitutis: »Lugduni x kal. Iul. a° 3°.« ‖ Rymer Foed. I. ɪ. 38, *vid.* 1246. Iun. 22. |
| (Iun.) | (Laterani) | • (1081) (Hermanno) episcopo Monasteriensi et Monasteriensi et Mindensi praepositis mandat ut, si praepositura ecclesiae Bremensis sit ad sedem apostolicam devoluta, eam Ottoni de Wildeshusen confirment. A° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 50. n° 109. |
| ( » ) | ( » ) | • (1082) Algisio canonico Narniensi confirmat sententiam, quae per cardinalem lata fuerat contra eum super praebenda Narniensi. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50 n° 110. |
| ( » ) | ( » ) | • (1083) (Adolfo) archiepiscopo Coloniensi et praeposito S. Georgii (Gereonis?) ac decano Xanctensi committit causam electionis monasterii in Gerishem, in quo duae sub divisione sunt electae. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 111. |
| ( » ) | ( » ) | • (1084) (Ludolfo) archiepiscopo Magdeburgensi concedit, ut de praepositura s. Nicolai Magdeburgensis ad sedem apostolicam devoluta possit ordinare, si electio ad ipsum pertinere iudicetur. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 113. |
| ( » ) | ( » ) | • (1085) Bathoniensi et Glastoniensi episcopis scribit super silentio imposito W. qui se dicebat electum in abbaten Glastoniensem, decernendo quod dictae ecclesiae Bathoniensis et Glastoniensis de cetero sint unitae. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 114. |
| ( » ) | ( » ) | • (1086) Episcopo Eliensi et abbati S. Eadmundi mandat, ut de redditibus monasterii Glastoniensis, facta provisione pro oneribus per conventum supportandis et elemosina facienda, episcopo Bathoniensi residuum assignent. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 115. |
| ( » ) | ( » ) | • (1087) (Iohanni) archiepiscopo Treverensi et eius suffraganeis praecipit, ut decanum et capitulum Tullenses, qui subdiaconum papae nolunt recipere in scolasticum suae ecclesiae, per totam provinciam excommunicatos publice nuntient. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 116. |
| ( » ) | ( » ) | • (1088) (Gardolfo) episcopo Halberstadensi et duobus abbatibus scribit de confirmatione electionis monasterii monialium s. Ciriaci Gereroche (*legas* Gernrode) in Saxonia. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 117. |
| ( » ) | ( » ) | • (1089) Abbati et conventui S. Andreae de Castello confirmat iura et possessiones eosque recipit in protectione. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 118. |
| ( » ) | ( » ) | • (1090) Decano et capitulo Salzeburgensibus mandat, ut mittant ad sedem apostolicam aliquos, qui papam possint super negotio suae electionis plenius informare. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 119. |
| (Iun. Iul.) | ( » ) | (1091) Episcopo Astoricensi et S. Ysidori (Legionensis *om. Th.*) et de Cantazeto (Carraceto *Th.*) abbatibus litem quae inter Auriensem episcopum ex una parte et monasterium Cellae novae super statu ipsius ex altera vertebatur examinandam committit. A° 3°. ‖ Collect. III. decret. lib. 2. tit. 18 *de sent. et re iud.* c. 7 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 504; *int.* Greg. IX. decr. lib. 2. tit. 27 *de sent. et r. i.* c. 17 ap. Boehmer Corp. II. 372, *relata ad* a. 1211; ap. Richter Corp. II. 387; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 50. n° 131. — »Cum super controversia.« |
| Iul. 12 | » | (1092) Iohannem S. Priscae presbyterum cardinalem apostolicae sedis legatum missum in Narbonensem provinciam documentis suis instruit, ut non solum haereticos insectetur, sed severius aliquid, quam quod antea statuerat contra defensores, receptatores et fautores eorum, proferat. ɪv id. Iul. a° 3°. ‖ Gariel Series praesulum Magalon. 187; Bouquet Rec. XIX. 389. — »Vergentis in senium.« |
| » 15 | » | (1093) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliarum ecclesiarum praelatis in eorum episcopatibus constitutis praecipit, ut illos, qui in aliquem fratrum Cisterciensium manus violentas iniecerint, vel res aut domos eorum invaserint *cet.*, si laici fuerint, excommunicationis sententia percellant, clericos autem, canonicos aut monachos ab officio et beneficio suspendant. Id. Iul. a° 3°. ‖ Der Geschichtsfreund VII. 46. — »Non absque dolore.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1200.** |
| Iul. 21 | — | Episcopo et capitulo Brandenburgensibus: »Lugduni xn kal. Aug. a° 3°. ‖ Buchholtz Gesch. der Churmarck Brandenburg IV. Anh. 43; Küster Bibl. hist. Brandenb. 113, *vid.* 1245. Iul. 21. |
| » 23 | Laterani | Aimerico abbati Cadumiensi: »x kal. Aug. a° 3°.« ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 360, *vid.* 1199. Iul. 23. n° 804. |
| (Iul.) | (») | * (1094) (Guillelmo) Remensi archiepiscopo S. Sabinae cardinali et suffraganeis eius significat de legatione (Octaviani) episcopi Hostiensis ad partes Franciae cum legationis officio destinati. A° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 50. n° 121. |
| (») | (») | * (1095) (Walterio) archiepiscopo Rothomagensi et eius suffraganeis de eadem re significat. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 122. |
| (») | (») | * (1096) (Philippo) regi Franciae significat de eadem re et super decisione causae quae inter ipsum et (Ingelburgem) reginam eius uxorem est suborta. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 123. |
| (») | (») | * (1097) Eundem hortatur et monet, ut dictum legatum benigne recipiat et favoribus opportunis prosequatur. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 124. |
| (») | (») | * (1098) Eundem monet et obsecrat, ut (Ingelburgem) reginam uxorem suam sibi reconciliet et pertractet affectione maritali. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 125. |
| (») | (») | * (1099) (Canutum) regem Danorum hortatur, ut mittat nuntios et advocatos ad defensionem causae (Ingelburgis) reginae Franciae quae est eius soror. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 126. |
| (») | (») | * (1100) (Ingelburgi) reginae Francorum significat de negotio saepefacto. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 127. |
| (») | (») | * (1101) (Octaviano) Hostiensi episcopo apostolicae sedis legato mandat, ut sedi sanctae significet, si praelatis qui ab initio interdictum servaverunt fuerit satisfactum. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 128. |
| (») | (») | * (1102) (Philippum) et (Iohannem) reges Francorum et Anglorum monet et rogat, ut dicto legato super negotio crucis assistant tam benigne quam prudenter. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 129. |
| (c. Iun. fin. - Iul. fin.) | (») | (1103) Principibus Alamanniae (Philippo regi adhaerentibus) ad eorum litteras (d. d. Spirae, 28. Mai.) per P. iudicem Placentinum oblatas et quatuor capitula principaliter continentes respondet. »In primo capitulo exprimebatur, quomodo multi principes Alemanniae nobilem virum Philippum ducem Sueviae sibi praefecerunt per electionem in regem, cui postulabant a nobis favorem apostolicum impertiri. In secundo rogabant, ut non extenderemus manus nostras ad iura imperii cum iniuria, cum ipsi iura ecclesiae vellent illibata servari. In tertio intimabant, quod Romam erant in brevi venturi pro corona imperii praefato Philippo solemniter obtinenda. In quarto monebant, ut (Marcoualdo) marchioni praestaremus benevolentiam et favorem, nec ei resistentibus auxilium praeberemus.« *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 15 ed. Baluze I. 691; Opp. ed. Migne III. 1010; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. 49; Bouquet Rec. XIX. 358; *fragm.* ap. Martene Thes. anecd. II. 497. *Cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 295. — »Litterae quae nobis.« |
| (») | (») | (1104) Universis tam ecclesiasticis quam saecularibus principibus Alemanniae scribit, se deliberasse frequenter et cum viris prudentibus non semel tantum tractavisse, »qualiter ad sopiendam dissensionem super imperio subortam possemus impendere operam efficacem. Fuerunt autem quamplures qui nobis suggererent, ut cum duo fuissent per discordiam in reges electi, de studiis eligentium et meritis electorum inquireremus sollicite veritatem, quatenus intelligeremus plenius, cui esset favor apostolicus impendendus.« Gaudet, »quod licet monita nostra distuleritis hactenus exaudire, nunc ... ad commonitionem nostram proposuistis de imperii pace tractare.« Monet eos, ut ad eum dirigant considerationis intuitum, qui merito strenuitatis et probitatis ad regendum imperium est idoneus. »Ut autem de nostro beneplacito et consilio reddamini certiores, Aegidium acolythum nostrum ad vos duximus destinandum, cui in eis quae vobis ex parte nostra proponet, indubitata fide credatis. Quia vero per falsarios multa solent saepius obtineri, si forsan aliquae litterae contra tenorem praesentium ante datam istarum quasi a nobis apparuerint impetratae, ipsas noveritis esse falsas.« *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 21 ed. Baluze I. 695; Opp. ed. Migne III. 1019; Lünig Reichs-Arch. Pars gener. Cont. II. 1523; *fragm. mai. in* Raynaldi Ann. ad a. 1200 § 23—25. *Cf.* Böhmer Reg. l. c. 295. — »Cum de discordia.« |
| (») | (») | (1105) (Conrado) Maguntino archiepiscopo episcopo Sabinensi scribit: »Te oportet vigilare, ut per tuae sollicitudinis studium inter ecclesiam et imperium pax perpetua conservetur. Miramur autem non modicum, quod cum publice nobis promiseris viva voce quod nihil prius finaliter de imperii ordinatione tractares quam per litteras et nuntios tuos nostrae consuleres beneplacitum voluntatis, nuper in colloquio, quod fuit inter Andernacum et |

**1200.**

| ( • ) | ( • ) | • (1202) Iohanni Pinelli canonico S. Martini Turonensis confirmat praebendam dictae ecclesiae, quae per iudices super hoc deputatos ei adiudicata erat, parti adversae silentium imponens. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 53. n° 220. |
| ( • ) | ( • ) | • (1203) Capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis scribit de negotio supradicto. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 53. n° 221. |
| ( • ) | ( • ) | • (1204) Decano et conventui monasterii de Laurissa [Lorsch] mandat, ut (Leopoldo) episcopo Wormaciensi, quem in pastorem elegerunt, devote pareant et intendant. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 53. n° 222. |
| ( • ) | ( • ) | • (1205) (Leopoldo) episcopo Wormaciensi et pluribus aliis super eodem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 53. n° 223. |
| ( • ) | ( • ) | • (1206) Eidem mandat, ut clericos suae diocesis, qui excommunicatos recipiunt ad divina, puniat sic quod aliis cedat in exemplum. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 53. n° 224. |
| ( • ) | ( • ) | (1207) Episcopo Spoletano confirmat sententiam, in qua clerici plebis Rupini condemnati sunt dare dicto episcopo pro qualibet synodo tres denarios Papienses. A° 3°. ‖ Collect. III. decret. lib. 3. tit. 37 *de censib.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 556; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 39 *de censib.* c. 20 ap. Boehmer Corp. II. 591; ap. Richter Corp. II. 605; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 53. n° 225. — »Olim causam quam.« |
| ( • ) | ( • ) | • (1208) Universis clericis cathedralium ecclesiarum regni Conactiae mandat, quod regium assensum in suis electionibus intervenire non recusent. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 226. |
| ( • ) | ( • ) | • (1209) Regem Conactiae hortatur, ut huiusmodi gratia sibi concessa nullatenus abutatur. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 227. |
| ( • ) | ( • ) | • (1210) Olixbonensi, Elborensi et Lamecensi episcopis etc. scribit de controversia, quae est inter Compostellanum et Bracharensem archiepiscopos diutius ventilata. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 228. |
| ( • ) | ( • ) | • (1211) (Danieli) episcopo et capitulo Pragensibus praecipit, et infra certum terminum conspectui apostolico se praesentent. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 230. |
| ( • ) | ( • ) | • (1212) Episcopo Ruthenensi et Belliloci ac Obazinae abbatibus committit causam controversiae circa electionem decani ecclesiae Claromontensis exortae. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 231. |
| ( • ) | ( • ) | • (1213) A. mulieri super diffinitiva sententia per papam lata pro ea et contra virum eius, qui dicebat matrimonium non tenere. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 234. |
| ( • ) | ( • ) | • (1214) Hominibus de Aquapendente concedit, ut Iohannem Urbevetanum civem possint recipere in rectorem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 235. |
| ( • ) | ( • ) | • (1215) (Hugoni) electo Leodiensi mandat, ut ad sedem apostolicam ad terminum ei praefixum accedat ad obiecta ipsi crimina responsurus. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 236. |
| ( • ) | ( • ) | • (1216) Populo Welletrensi scribit super missione nuntiorum suorum et renuntiatione ipsorum electioni, quam de persona Iohannis Nicolai fecerant, quem contra inhibitionem sedis apostolicae elegerunt in rectorem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 237. |
| ( • ) | ( • ) | • (1217) Episcopo Murano et magistro P. canonico Troiano et P. monacho S. Mariae de Gualdo mandata dat super electione episcopi Asculani, super qua erat altercatio magna suborta. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 238. |
| ( • ) | ( • ) | • (1218) I(ohanni) tit. S. Priscae presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, quod non procedat ad decisionem causae principalis quae est inter (Ingeburgam) reginam et (Philippum) regem Franciae, donec ipsa regina plene fuerit ad honorificentiam regiam et libertatem restituta. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 239. |
| ( • ) | ( • ) | • (1219) (Octaviano) episcopo Hostiensi legato scribit de eadem re. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 240. |
| ( • ) | ( • ) | • (1220) Philippo regi Franciae scribit super eodem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 241. |

| (Dec.) | (Laterani) | 1200. |
| --- | --- | --- |
| | | • (1221) Abbatissae et monialibus S. Petri de Insula Romana dat litteras confirmationum sive privilegiorum. A° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. I. 54. n° 242. |
| ( • ) | ( • ) | • (1222) (Alexium) imperatorem Constantinopolitanum increpat super quibusdam, quae dicebat arrogaverit (?). A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 243. |
| ( • ) | ( • ) | • (1223) Episcopo Albanensi confirmat multa iura in praesentibus litteris expressa. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 244. |
| ( • ) | ( • ) | • (1224) Abbati S. Mariae Castellionis et eius fratribus confirmat omnia quae iuste possidere dinoscuntur. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 245. |
| ( • ) | ( • ) | • (1225) Canonicis Maguntinis significat, quod super appellatione in causa suae electionis, in qua (Leopoldus) episcopus Wormaciensis se intrusit et sine confirmatione administrat, dominus papa iustitiam faciet ministrari. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 246. |
| ( • ) | ( • ) | • (1226) (Anselmo) archiepiscopo Neapolitano concedit, ut ab ecclesiis ad suam institutionem pertinentibus, cum vacabunt, possit moderatam percipere portionem. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 247. |
| ( • ) | ( • ) | • (1227) Eidem mandat, ut clericos qui fructus beneficiorum suorum, a quorum perceptione sunt suspensi, per laicalem potestatem exigunt a colonis, compellat desistere censura ecclesiastica mediante. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 248. |
| ( • ) | ( • ) | • (1228) Abbatibus et abbatissis ecclesiae Neapolitanae subiectis mandat, quod contribuant iuxta suas facultates in procurationibus legatorum et nuntiorum sedis apostolicae prout expedit persolvendis. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 249. |
| ( • ) | ( • ) | • (1229) Archidiacono Duracii concedit, ut clericos sibi subiectos super manuum iniectione, et mulieres quae iuxta se suos pueros invenerunt oppressos, possit absolvere, et quod nullus eius subditos sine eius praesentatione praesumat ordinare. A° 3°. ‖ Theiner l. c. 54. n° 250. |
| — | • | (1230) Duci Brabantiae et uxori eius concedit, ut ad consummationem matrimonii inter Mariam filiam suam et Ottonem filium quondam Henrici ducis Saxoniae sponsum eius electum et coronatum in regem procedant. *Sine nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 23 ed. Baluze I. 696; Opp. ed. Migne III. 1022. — »Ad nostram noveritis.« |
| — | • | (1231) Principibus Alamanniae intimat, »quod omnes qui cum eo, qui assumptus in principem nostram obtinuerit gratiam et favorem, compositionem inierint super possessionibus, dignitatibus et honoribus, manutenere curabimus et fovere.« *Absque signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 24 ed. Baluze I. 696; Opp. ed. Migne III. 1022. — »Ut ii qui.« |
| — | — | (1232) (Octaviano) episcopo Ostiensi sedis apostolicae legato mandat, ut si qua forsan Philippus Francorum et Iohannes Anglorum reges inter se vel cum aliis obligatione tenentur illicita, eam secure dissolvat. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 25 ed. Baluze I. 696; Opp. ed. Migne III. 1023; Bouquet Rec. XIX. 402. — »Ut carissimos in.« |
| — | — | (1233) (Iohanni) Trevirensi archiepiscopo scribit, querente (Adolfo) Coloniensi archiepiscopo, »quod cum ei iuramento praestito promisisses te recepturum et habiturum pro rege quem ipse reciperet et haberet, et ut hoc plenius observares, thesaurum Coloniensis ecclesiae pro certa tibi pecunia obligasset, tu hactenus nec iuramentum servasti, nec restituisti thesaurum.« Mandat ei, ut eidem archiepiscopo satisfaciat de praemissis. »Alioquin et thesaurum illi restituas, et de iuramento non observato te nostro conspectui responsurum usque ad initium quadragesimae repraesentes.« Quod si facere contempserit, (Petro) Cameracensi episcopo mandatum est, ut eum ab officio pontificali suspendat. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 26 ed. Baluze I. 697; Opp. ed. Migne III. 1023. — »Gravem contra te.« <br> • (Petro) Cameracensi episcopo *scriptum est super hoc.* |
| — | — | (1234) (Friderico) Romanorum regi scribit, se in eis quae rex a sede apostolica requisiverit, cum gravia satis et ecclesiae contraria viderentur, eius continuo non tam voluntatem consideravisse quam aetatem, cum sit in annis teneris constitutus neque experientiae longaevitate edoctus. Monet eum et hortatur, ut sacrosanctam ecclesiam diligat iugiter et honoret. *Absque nota chronol.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Fontes rer. Austr. 2. Abth. xxv.) 193. n° 48. — »Litteras excellencie tue.« *Cf.* 1201. Iul. 3. n° 1421. |
| — | — | (1235) (Iohannem) regem Anglorum monet et exhortatur, ut pecuniam, quam Richardus rex frater eius Ottoni nepoti suo testamento legavit, ipsi solvat. *Absque nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 28 ed. Baluze I. 697; Opp. ed. Migne III. 1024; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1200 § 37. *Cf.* 1201. Mart. 1. n° 1302, 1202. Mart. 28. n° 1650. <br> • (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo *scriptum est super hoc.* |
| — | — | (1236) Forma in qua consulit de (Philippi regis Francorum et reginae) divortio celebrando. *Sine signo chronol.* ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 21; I-i Opp. ed. Migne IV. 68. |

## 1200.

— — (1237) (Berengario) Narbonensi archiepiscopo et suffraganeis eius praecipit, ut Iudaei ad remittendas christianis usuras per principes et saecularem compellantur potestatem. *Sine signo chronol.* || Collect. I. decret. Innoc. tit. 26 *fragm. in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 585; Opp. ed. Migne III. 1238; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 10 *de usur.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 580; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 19 *de usur.* c. 12 ap. Boehmer Corp. II. 780; ap. Richter Corp. II. 785. — »Post innumerabile« (»Post miserabilem« *Decr. Greg.*, »Per miserabilem« *Collect. III.*)

— — (1238) (Aegidio) Mutinensi episcopo mandat, observet in matrimoniis de cetero contrahendis illud »ut, postquam inter personas legitimas consensus mutuus intervenerit de praesenti, qui sufficit in talibus iuxta canonicas sanctiones, et si solus defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur; et si personae iunctae legitime cum aliis postea de facto contrahant, quod prius de iure factum fuerit, non poterit irritari.« *Absque nota chronol.* || Collect. I. decret. Innoc. tit. 40 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 601; Opp. ed. Migne III. 1264; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 3 *de spons. duor.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 559; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 4. tit. 4 *de spons. duor.* c. 5 ap. Boehmer l. c. 647; ap. Richter l. c. 657. — »Ex parte tua« (»Tuas dudum« *Decret.*)

## 1200. 1201.

(Dec. 1200- Ianr. 1201) (Laterani) * (1239) De Monteveteri [Altenberg] et Hemerode abbatibus et scolastico Bunnensi mandat, ut Henricum sacerdotem inducant in possessionem praebendae S. Mariae ad Gradus (Coloniensis), non obstantibus omnibus quae canonici obiecerunt. A° 3°. || Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 54. n° 254.

( » ) ( » ) * (1240) (Ughoni) Nucerino episcopo scribit de sententia lata pro ipso et eius ecclesia contra abbatem monasterii b. Mariae de Sutria, quod dictum monasterium subiiciatur iure ordinario ecclesiae et episcopo Nucerinis. A° 3°. || Theiner l. c. 54. n° 255.

( » ) ( » ) * (1241) Comiti de Tropera concedit, ut super comitatu per quemcunque non valeat indebite fatigari. A° 3°. || Theiner l. c. 54. n° 256.

( » ) ( » ) * (1242) (Petro) episcopo Portuensi apostolicae sedis legato mandata dat super inquisitione morum et conversationis episcopi Brundusini, qui per potentiam laicalem est in archiepiscopatum intrusus et qui petebat pallium sibi mitti. A° 3°. || Theiner l. c. 54. n° 257.

## 1201.

Ianr. 5 » (1243) (Adolfo) Coloniensi archiepiscopo et suffraganeis eius et principibus in Coloniensi provincia constitutis nunciat, se (Guidonem) Praenestinum episcopum apostolicae sedis legatum et cum eo magistrum Philippum notarium ad partes Germaniae mittere, ut per eorum studium pontifice ipso mediante discordiae super electione imperatoris exortae malum bono concordiae purgetur et rugam schismatis unitatis simplicitas aboleat. »Quia vero quanto negotium istud magis est arduum, tanto maiores exigit tractatores«, Octaviano Ostiensi episcopo apostolicae sedis legato in regno Francorum commoranti mandavit, ut pariter ad partes Germaniae accedat et cum illis consilium episcoporum et principum audiat et eis beneplacitum sedis apostolicae voluntatis exponat. Mandat archiepiscopo dicto *etc.* ut, cum ab illis vel eorum altero fuerint evocati, ad praesentiam evocantium aut evocantis accedere non tardent. Non. Ianr. (a° 3°, *non, ut Baluzius ex suo addidit,* 4°). || Innoc. Ep. *registr.* n° 30 ed. Baluze I. 700; Opp. ed. Migne III. 1031; Raynaldi Ann. ad a. 1201 § 1; *cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 296. — »Nec vos nec.«

* *In eundem modum* Capitulo et suffraganeis ecclesiae Maguntinae et principibus in Maguntina provincia constitutis;
» » » (Adalberto) Saltzburgensi archiepiscopo et suffrag. et princ. *etc.*
» » » (Hartwico) Bremensi » » » » » »
» » » (Iohanni) Trevirensi » » » » » »

» 5 » (1244) Universis tam ecclesiasticis quam saecularibus principibus Alamanniae scribit de dispendio ex imperii divisione orto. »Pax et iustitia, quondam invicem se complexae, particulare nunc deplorant exilium, et in earum sedes violentia et seditio coniuratis manibus impune se iactitant successisse.... Vos ad concordiam curavimus invitare, ne imperialis sublimitas per eos non solum attenuari, sed et destrui videretur, per quos magnificari debuerat et extolli. Tandem autem audito quod per studium et sollicitudinem b. m. Conradi archiepiscopi Maguntini a nostra praesentia redeuntis quidam vestrum disposuissent ad commune colloquium convenire super ordinatione imperii tractaturi, litteras nostras ad vos per proprium nuntium duximus destinandas, consilium nostrum vobis exponentes. Ceterum cum ... non sit hactenus concordiae prioris incommodum sequentis concordiae commoditate purgatum, ne quid ex contingentibus omittamus, (Guidonem) Praenestinum episcopum *etc.* ad partes Germaniarum duximus destinandos, ut ipsi cum Octaviano Ostiensi episcopo ... vos moneant, ut per ipsos cum eorum si necesse fuerit consilio et praesidio ad concordiam intendatis.« Exhortatur

| | | |
|---|---|---|
| | | **1201.** |
| | | eos, ut legatos recipiant hilariter et honorifice pertractent, eorum monita et consilia observantes. Non. Ianr. (a° 3°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 31 ed. Baluze I. 701; Opp. ed. Migne III. 1033; *fragm.* ap. Martene Thes. anecd. II. 498; ap. Raynald. Ann. ad a. 1201 § 2. — »Quantum ex imperii.« |
| Ianr. 7 | Laterani | (1245) (Hartwico) Bremensi archiepiscopo et suffraganeis eius significat, se (Guidonem) Praenestinum episcopum et magistrum Ph(ilippum) notarium apostolicae sedis legatos ad partes Germaniarum mittere. VII id. Ianr. a° 3°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 286. n° 328. — »Nec vos nec alios.« |
| » 12 | » | (1246) Priore et canonicis S. Trinitatis Londoniensis petentibus ecclesiam eorum cum omnibus bonis protegendam suscipit omnesque eius possessiones quarum plures recenset ac privilegia confirmat. II id. Ianr. a° 3°. ‖ Rymer Foedera I. I. 39; Dugdale Monast. Angl. VI. I. 161 (ed. nov.); I-i Opp. ed. Migne IV. 69. — »Annuere consuevit sedes.« *Cf.* 1201. (Mai.) n° 1366. |
| » 20 | » | (1247) Universis abbatibus et fratribus ordinis Praemonstratensis concedit, ut quaecumque eorum causae super spiritualibus ad sedem apostolicam delatae viris ordinis committantur, si fuerint committendae; tum eisdem indulget, ut, cum generale interdictum fuerit, in ecclesiis a populari habitatione remotis divina officia solemniter celebrent, dummodo ab excommunicatis et interdictis non audiri possint; in aliis vero eorum ecclesiis celebrentur non pulsatis campanis, suppressa voce et clausis ianuis. XIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Le Paige Biblioth. Praemonstrat. 646; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 54. n° 251. — »Etsi nemo militans.« |
| » 21 | » | (1248) Magistro et fratribus Ierosolymitani hospitalis districte praecipit, ut in terris nobilium virorum N. de Ruminiaco et R. de Roseto et in aliis quamdiu subiectae fuerint interdicto, nihil amplius praesumant quam quod eis sit privilegiis vel indulgentiis ecclesiae Remensis concessum. XII kal. Febr. a° 3°. ‖ Varin Archiv. admin. de Reims I. II. 435; I-i Opp. ed. Migne IV. 57. n° 28. — »Cum ad universos.« |
| » 26 | » | (1249) ([Octaviano] episcopo Hostiensi apostolicae sedis legato *ex Theinero addimus*) mandat, ut (Guillelmus) electus Bituricensis, qui durante interdicto se fecit in episcopum consecrari et interdictum a principio non servavit, de hoc contemptu se purget et post iuramentum absolutionemque ei pallium tradatur. VII kal. Febr. a° 3°. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. n° 43 ed. Bréquigny Dipl. II. I. 48; Opp. ed. Migne I. 930; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. n° 260. (*Deest initium.*) |
| | | * *In eundem fere modum* (Adamo) decano et capitulo Bituricensibus. |
| » 29 | » | * (1250) Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi petente, qui »apud sedem apostolicam constitutus« conquestus erat, »quod nobilis vir (Ludovicus) dux Bavariae et quidam alii ecclesiam Salzburgensem tempore, quo vacavit, gravibus nimis dampnis et molestiis afflixerunt ita, quod per eorum insolentiam ad valens 4000 marcarum noscitur dispendium incurrisse«, suffraganeis ecclesiae Salzburgensis mandat, »quatinus ad eiusdem archiepiscopi primordia novitatis benignum habentes sincera devotione respectum, quod ab eo super hoc contra nobiles memoratos pro ecclesiae suae utilitate provida fuerit deliberatione statutum, teneatis firmiter et servetis, excommunicationis vel interdicti forte sententiam, si quam forsan in eos vel terram eorum ... duxerit ferendam ... observantes.« IV kal. Febr. a° 3°. ‖ Orig. in tabul. Viennensi. Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 170. n° 7. |
| » 30 | » | * (1251) Suffraganeis ecclesiae Salzburgensis mandat, ut »cum iuxta canonicas sanctiones ad corrigendos excessus et vitia resecanda (Eberhardus) Salzburgensis archiepiscopus vobis et aliis provinciae suae praelatis ascitis singulis annis debeat concilium celebrare«, ab eodem requisiti ipsius praesentiam adeant. III kal. Febr. a° 3°. ‖ Orig. in tabul. Vienn. Meiller l. c. n° 8. |
| » 30 | » | * (1252) Hospitale in Zilerstal sub protectione sua suscipit. III kal. Febr. a° 3°. ‖ Lang Regesta II. 2. |
| » 30 | » | * (1253) Privilegia Chiemensia, hospitale scilicet s. Iohannis in Zilerstal, ecclesias in Ruetering, Prutting, Extet, Harde, Grazowe, redditus salinae in Tuval et possessiones apud Stain confirmat. III kal. Febr. a° 3°. ‖ Lang l. c. 2. |
| » 31 | » | (1254) Magistro et fratribus militiae Templi Parisiensis sententiam quandam pro eis latam de possessione annualis praebendae annexae decanatui S. Quintini confirmat. II kal. Febr. a° 3°. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. n° 45 ed. Bréquigny Diplom. II. I. 49; Opp. ed. Migne I. 932; *cf.* Bzovius Ann. eccl. a. 1201 § 5; *argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 55. n° 262. — »Cum olim dilecti.« |
| (Ianr.) | (») | (1255) (Anselmo) Neapolitano archiepiscopo ecclesiam ss. Nerei et Achillei, »quae inter titulos Urbis cardinalatus gaudet honore«, concedit. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. n° 44 ed. Bréquigny l. c. II. I. 48; Opp. ed. Migne I. 931; *ex magna parte* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1200 § 4; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. n° 261. — »Coelestis patrisfamilias.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1201.** |
| Febr. 1 | Laterani | (1256) Ecclesiam s. Mariae de Chirberi canonicorum regularium cum omnibus bonis protegendam suscipit omnesque eius libertates confirmat. Kal. Febr. (a° 3°). ‖ Innoc. Ep. lib. 3. n° 56 ed. Bréquigny Dipl. II. I. 58; Opp. ed. Migne I. 944; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. I. 55. n° 274. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 1 | » | (1257) Canonicos ecclesiae s. Mariae de Chirberi cum omnibus bonis tuendos suscipit. Kal. Febr. a° 3°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 58; l-i Opp. ed. Migne I. 944. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 1 | » | (1258) Odoni subdiacono et capellano suo, et Albertino camerae suae notario procuratoribus committit, quae castra Firmanis ab oppidanis Montis Rubiani reddenda sint. Kal. Febr. a° 3°. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. n° 46 ed. Bréquigny l. c. II. I. 50; Opp. ed. Migne I. 933; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. n° 263. — »Licet ea quae.« |
| » 3 | » | (1259) Ecclesiam Salzburgensem tuendam suscipit, confirmat (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi ius eligendi episcopum Gurcensem ac concedit eidem facultatem crucem ante se ferendi et in stationibus festivis super naccum equitandi, porro utendi pallio intra missarum sollempnia in die ...; »apostolicam quoque vicem tibi tuisque successoribus in tota Norica provincia concedimus. Adicimus praeterea ut, si quid in ecclesia tua vel suffraganeorum tuorum evenerit, quod iudicium apostolicum vel apostolici legati praesentiam expetat et tanta fuerit necessitas, ut expectari nulla valeat ratione, vice nostra diffineas, ea tamen in hoc et supradictis mensura observata, qua antecessores tuos usos esse per privilegia ecclesiae tuae recognosces.« III non. Febr. ind. III. incarn. dom. a° 1200. pont. a° 3°. ‖ Mezger Hist. Salisb. 990; *cf.* Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 170. n° 9. — »Pastoralis officii consideratione.« |
| » 3 | » | (1260) (Gaufrido) archiepiscopo Eboraci, qui, cum magister Honorius Richmundi archidiaconus in plena possessione libertatum archidiaconatus Richmundi existens cum clericis suis a dicto archiepiscopo propter manifesta gravamina et varias iniurias ad sedem apostolicam appellasset, nihilominus in eum et quosdam eius clericos suspensionis et in aliquas ecclesias archidiaconatus eiusdem interdicti sententias promulgaverat, praecipit, »quod taliter quae praedicta sunt, corrigas per te ipsum, quod adversum te nos non cogas durius commoveri, qui toleravimus hactenus temeritatem tuam in multis.« III non. Febr. a° (3°). Rogeri de Hoveden Ann. ap. Savile Rer. Angl. scr. fol. 465 (ed. Stubbs IV. 159). — »Si magisterium recognosceres.« |
| ( » 3) | ( » ) | (1261) (Simoni) decano et capitulo Eboraci praecipit, ut magistrum Honorium archidiaconum Richmundiae, quem (Gaufridus) Eboracensis archiepiscopus contra dignitates et libertates archidiaconatus multipliciter molestavit, in iure suo defendant ac manuteneant. *Sine signo chronol.; finis deest.* ‖ Hoveden Ann. ap. Savile l. c. fol. 468 (ed. Stubbs IV. 177). — »Significavit nobis dilectus.« |
| ( » 3) | ( » ) | (1262) (Iohannem) regem Anglorum monet et exhortatur, ut magistrum Honorium archidiaconum Richmundiae in sua iustitia manuteneat et defendat nec permittat, ipsum vel clericos suos contra libertates archidiaconatus Richmundiae per alicuius inquietantiam aggravari. *Sine nota chronol.* ‖ Hoveden Ann. ap. Savile l. c. fol. 469b (ed. Stubbs IV. 181). — »Interest regiae celsitudinis.« |
| » 3 | » | • (1263) Praeposito et capitulo ecclesiae Salzburgensis iniungit, ut bona ecclesiae suae illibata conservent. III non. Febr. a° 3°. ‖ Meiller Reg. d. Salzb. Erzb. 510. n° 6. |
| » 5 | » | (1264) (Guillelmo) Cuissiacensi et (Adamo) de Monte s. Martini abbatibus mandat, ut tam in suis quam omnibus Franciae abbatiis ordinis Praemonstratensis quinquagesimam de redditibus et proventibus earum pro liberatione Terrae orientalis colligant. Non. Febr. a° 3°. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. n° 47 ed. Bréquigny Diplom. II. I. 51; Opp. ed. Migne I. 934; *cf.* Bzovius Ann. eccl. a. 1200 § 5 *et argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 55. n° 264. — »Iam pridem ne.«<br>• *In eundem modum scriptum est super hoc eodemque die:* ... de Corneliis et de Bassofonte abbatibus *(in Burgundia)* — de Nehus et de Wellenbec abbatibus *(in Anglia)* — Bellaevallis et Regiaevallis abbatibus *(in Lotharingia)* — S. Iudoci de Nemore et de Silleio abbatibus *(in Normannia et Pontivo)*, — de Horefia et de Campen abbatibus *(in Teutonia)* — de Casa Dei et de Retorta abbatibus *(in Gasconia et Hispania)* — de Parco et de Ninive abbatibus *(in Flandria et Brabantia.) Cf.* Theiner l. c. 55. n° 265. |
| (Febr. 5 c.) | » | (1265) Potestatem et populum Anconitanos laudat de eorum reditu in fidem apostolicae sedis eisque mandat, ut captivos dimittant et pro se treugam inire curent. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. n° 48 ed. Bréquigny l. c. II. I. 52; Opp. ed. Migne I. 936; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. n° 266. — »Exultamus pro vobis.« |
| ( » ) | » | (1266) Universis tam clericis quam laicis in Marchia constitutis significat, se laetatum esse quod ad dominium ecclesiae redierint; eis praecipit, ut quod statuendum procuratores apostolicae sedis duxerint inter ipsos, humiliter recipiant et inviolabiliter ob- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1201.** |
| | | servent. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. nº 49 ed. Bréquigny Dipl. II. I. 53; Opp. ed. Migne I. 937; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. I. 55. nº 267. — »Gavisi sumus in.« |
| (Febr. 5 c.) | Laterani | (1267) O(doni) subdiacono et capellano suo et A(lbertino) camerae papalis notario procuratoribus praescribit, quomodo in rebus apostolicae sedis in Marchia curandis agant. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. nº 50 ed. Bréquigny l. c. II. I. 53; Opp. ed. Migne I. 937; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. nº 268. — »Etsi plus solito.« |
| (Febr. 5-6) | » | (1268) Consulibus et populo Senogalliensibus mandat, ut castra et alia, quae in episcopatu Senogalliensi occupaverint, nuntiis apostolicae sedis restituant. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. nº 51 ed. Bréquigny l. c. II. I. 54; Opp. ed. Migne I. 938; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. nº 269. — »In tantum quod.« |
| ( » ) | » | (1269) Consulibus et populo Fanensibus mandat, ut possessiones et alia bona ecclesiae s. Mariae Novae ac palatium, quod construxit comes Walterius in civitate Fanensi, per violentiam occupata ecclesiae Romanae restituant, et de quinquaginta libris, quas pro censu annuatim sedi apostolicae solvere teneantur, procuratoribus satisfaciant. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. nº 52 ed. Bréquigny l. c. II. I. 55; Opp. ed. Migne I. 939; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. nº 270. — »In tantum quod.« |
| ( » ) | » | (1270) Consulibus et populo Camerinensibus mandat, ut censum annuum quinquaginta librarum Romanae ecclesiae pro civitate Camerinensi solvant. Arguit eos, quod vallem castri Makelde everterint et Castrum s. Anatoliae occuparint. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. nº 53 ed. Bréquigny l. c. II. I. 55; Opp. ed. Migne I. 940; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. nº 271. — »In tantum quod.« |
| » 6 | » | (1271) (Eberhardo) abbati de Stenvelt, praeposito S. Severini in Colonia et priori de Mere (Mete *Thein.*) mandat, ut causam electionis Gertrudis et Gudulae in abbatissas monasterii Gerenseheymensis (de Geresheym *Thein.*) in discordia electarum inquirant, et dictae Gudulae de bonis monasterii provideant de expensis. VIII id. Febr. aº 3º. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. nº 54 ed. Bréquigny l. c. II. I. 56; Opp. ed. Migne I. 940; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. nº 272. — »Constitutis in praesentia.« |
| » 8 | » | (1272) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis praecipit, ut Praemonstratensium malefactores, percussores ac rerum eorundem raptores et detentores excommunicationis sententia percellant; si clerici fuerint, canonici vel monachi, eos ab officio et beneficio suspendant. VI id. Febr. aº 3º. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 647, *falso ad* a. 1200. — »Non absque dolore.« |
| » 13 | » | (1273) Priori et capitulo Seguntinis omnes redditus, quos habent in Seguntia, Atentia, Medinensi Ripa, Molinensi et earum pertinentiis, confirmat. Id. Febr. aº 3º. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. nº 55 ed. Bréquigny Dipl. II. I. 57; Opp. ed. Migne I. 943; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 55. nº 273. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 15 | » | • (1274) Monasterii Milstatensis protectionem suscipit omnesque eius possessiones ac bona confirmat. XV kal. Mart. aº 3º. ‖ Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XII. 84. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 16 | » | (1275) Aymonem dominum de Cicala regium iustitiarium Terrae Laboris cum omnibus bonis tuendum suscipit eique castrum Cicalae ipsi per regem Siciliae donatum confirmat. XIV kal. Mart. aº 3º. ‖ Innoc. Ep. lib. 3. nº 57 ed. Bréquigny l. c. II. I. 59; Opp. ed. Migne I. 945; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. nº 275. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| (Febr. 22 1198- Febr. 21 1201) | — | (1276) *Decretum in constitutione Lateranensis palatii promulgatum.* Statuit, »ut qui litteris nostris uti voluerint, eas prius examinent diligenter, quoniam si falsis litteris usos se dixerint ignoranter, eorum sera poenitentia evitare nequibit poenas inferius denotatas«.... *Sine die et mense et anno.* ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 14 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 574; Opp. ed. Migne III. 1221; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 11 *de falsar.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 582; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 20 *de crim. falsi* c. 7 ap. Boehmer l. c. 785; ap. Richter l. c. 791. — »Ad falsariorum malitiam.« |
| ( » ) | — | (1277) Lucensi episcopo et abbati de Molon scribit: »Si vobis constiterit abbatem Cellae novae ad sedem apostolicam, antequam episcopus in eum suspensionis et excommunicationis et in monasterium interdicti sententiam tulerit, legitime appellasse vel esse a iurisdictione ipsius Auriensis episcopi exemptum, eo non obstante quod abbas ab episcopo circumventus praeter fratrum suorum consensum ei obedientiam repromisit, cum fraus et dolus ei patrocinari non debeant, sententias illas iudicetis appellatione remota penitus non tenere.« *Sine nota chronol.* ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 17 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 576; Opp. ed. Migne III. 1224. — »Cum illius vicem.« |
| ( » ) | — | (1278) Alexio Constantinopolis imperatori declarat litteras, quas ei per I(ohannem) capellanum suum tunc apostolicae sedis legatum transmisit. »Non negamus, quin praecellat in temporalibus imperator illis dumtaxat qui ab eo recipiunt temporalia. Sed pontifex in spiritualibus antecellit, quae tanto sunt temporalibus digniora quanto corpori est |

**1201.**

praeferenda anima.... Dictum est etiam in lege divina: *Diis non detrahes, et principem populi tui non maledices:* quae sacerdotes regibus anteponens istos deos et illos principes appellavit. Praeterea nosse debueras, quod fecit Deus duo magna luminaria in firmamento coeli, luminare maius ut praeesset diei, et luminare minus ut praeesset nocti, utrumque magnum, sed alterum maius, quia nomine coeli designatur ecclesia... Ad firmamentum igitur coeli fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas magnas instituit dignitates, quae sunt pontificalis auctoritas et regalis potestas.... Quanta est inter solem et lunam, tanta inter pontifices et reges differentia..... Utinam illum egregium praedecessorem tuum inclitae recordationis Manuelem imperatorem satageres in devotione sedis apostolicae verbis et operibus melius imitari!« *Absque nota chronol.* ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 2 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 549; Opp. ed. Migne III. 1182; Gesta Innoc. § 63 ed. Baluze l. c. I a. 29; *mutila in* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 21 *de maior. et obed.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 466; *et int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 33 *de mai. et ob.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 179; ap. Richter Corp. II. 189; *cf.* Bréquigny Dipl. II. i. 73. — »Solitae benignitatis affectu.«

(Febr. 22-28) (Laterani) (1279) Quod propter defectum partis alterius neque per se neque per responsalem idoneum appellationem interpositam prosequentis vel forsan ex malitia responsalis mandatum procuratorium occultantis lites remaneant indecisae, statuit, »ut si huiusmodi appellatio vel a iudice recepta vel a parte fuerit approbata, post terminum appellationi praefixum edicti peremptorii vires obtineat, ita videlicet ut ex tunc in absentem partem procedatur, ac si peremptorie vocatus ad iudicium extitisset.« *Sine signo chronol.* (A° 4° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 25 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 584; Opp. ed. Migne III. 1236; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 507; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 44 ap. Boehmer Corp. II. 392; ap. Richter Corp. II. 409; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. n° 3. — »Saepe contingit quod.«

( » ) ( » ) * (1280) Statuit, quod si iudex delegatus, cui causa commissa est sub hiis verbis »appellatione remota,« quoad aliquem articulum alteri commiserit de voluntate partium, ab eo non possit, nisi graviter excesserit, appellari. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 55. n° 2.

( » ) ( » ) * (1281) (Gaufrido) Eboracensi archiepiscopo mandat, ut Iohannem nobilem civem Romanum canonicum Eboracensem possessione dictae praebendae gaudere permittat, nec ei super illa molestiam inferat seu gravamen. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 55. n° 5.

( » ) ( » ) * (1282) Abbati de Albenduno et eius fratribus confirmat omnia quae licite possidere dinoscuntur. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 55. n° 6.

( » ) ( » ) (1283) Universis archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis et clericis necnon et universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis mandat, ut contra litterarum apostolicae sedis falsarios manus sollicitae indaginis porrigant. »Cum aliquibus vestrum apostolicas litteras contigerit praesentari,... diligens consideratio habeatur, utrum ex illius opinione vel meritis aliquis in eius actionibus sinistrae suspensionis suspicionis scrupulus oriatur. Deinde, qui litteras huiusmodi receperit, eas in bulla, filo, charta, stylo dictaminis, scriptura, forma et aliis, in quibus notari vel deprehendi falsitas potest, circumspiciat diligenter......« *etc. Sine signo chronol.* (A° 4° Theiner Vet. mon. Slav. I. 55. n° 1.) ‖ Mabillon De re diplom. (ed. Venet.) 653; I-i Opp. ed. Migne IV. 273. n° 234. — »Pridem eo bullae.«

( » ) ( » ) (1284) (Iohanni) Lemovicensi et (Guilelmo) Caturcensi (Cantuariensi *Decr. Gr.*, Canturiacensi *Coll. III.*) episcopis causam controversiae exortae in electione decani ecclesiae Claromontensis inquirendam committit. A° 4°. ‖ Collect. III. decr. lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 508; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 45 ap. Boehmer Corp. II. 393 (*tributa* a° 1210); ap. Richter Corp. II. 409; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. n° 4. — »Constitutus in praesentia.«

(Febr. 22-Mart.) ( » ) (1285) Heliensi episcopo et archidiacono Norantomae ([de] Norantono *Thein.*, Norhamtoniae *Stubbs*) ac magistro H(ugoni *Th.*) de Gerst. (Saherst *Th.*, om. *St.*) committit causam, quae est inter (Gaufridum) archiepiscopum Eboracensem et (Honorium) archidiaconum Richemundiae super iuribus archidiaconatus memorati. A° 4°. ‖ Collect. III. decret. lib. 3. tit. 7 *de institut.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 519; Chron. Rogeri de Hoveden ed. Stubbs IV. 177; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 7 *de instit.* c. 6 ap. Boehmer l. c. II. 450 (*adscripta* a° 1210); ap. Richter l. c. II. 468; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 55. n° 11. — »Cum venissent ad.«

(Febr. Mart.) ( » ) * (1286) Abbati et conventui S. Amandi de Pabula scribit super confirmatione ordinationis ecclesiae s. Andreae, in qua solebant esse canonici saeculares, nunc autem monachi facti sunt et monasterio incorporati. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 55. n° 10.

( » ) ( » ) * (1287) Priori et conventui Spoletanae ecclesiae scribit super institutione certi numeri canonicorum in eadem. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 55. n° 12.

( » ) ( » ) * (1288) (Philippum) regem Francorum hortatur, ut super reconciliatione (Ingelburgis) reginae uxoris suae monitis et mandatis ecclesiae condescendat. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 55. n° 13.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1201.** |
| (Febr. Mart.) | (Laterani) | * (1289) (Octaviano) Hostiensi episcopo et I(ohanni) tit. S. Priscae presbytero cardinali apostolicae sedis legatis mandat, moneant (Philippum) regem Francorum ut adimpleat quae ordinata sint in causa (Ingelburgis) reginae; alioquin ad examinationem dictae causae non procedant. A° 4°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. I. 56. n° 16. |
| ( » ) | ( » ) | * (1290) Hominibus Montisfustuli scribit super confirmatione privilegiorum eis imperiali et regali auctoritatibus concessorum. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 18. |
| ( » ) | ( » ) | * (1291) Priori et conventui de Kirkeliam confirmat sententiam latam pro ipsis contra monasterium de Kelchou super iure patronatus ecclesiae de Neutono. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 20. |
| Mart. 1 | » | (1292) Regem Ottonem in Romanorum imperatorem electum in regem recipit, et praecipit, ut ei regalis de cetero reverentia et obedientia exhibeantur. »Regiam magnificentiam ad suscipiendam Romani imperii coronam vocabimus et eam tibi dante Domino humilitatis nostrae manibus solemniter conferemus.« Monet eum, ut (Guidonem) Praenestinum episcopum et alios sedis apostolicae legatos pro negotiis eius specialiter et principaliter destinatos benigne recipiat, eique Aegidium acolythum commendat. Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 32 ed. Baluze I. 702; Opp. ed. Migne III. 1034; Raynaldi Ann. ad a. 1201 § 3; Lünig Reichs-Arch. Pars gener. Cont. II. 1258; Cocquelines Bullar. III. 101. n° 32; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 176. — »Ut non solum.« |
| » 1 | » | (1293) Universis tam ecclesiasticis quam saecularibus principibus Alamanniae scribit, se alteri de eorum electis favorem impendere non posse propter excommunicationem publicam, periurium manifestum et vulgatam persecutionem, quam progenitores eius et ipse in apostolicam sedem et ecclesias exercere nullatenus dubitarint, propter insolentiam etiam quam exercuerint in principes et alios sibi subiectos. »Et ne libertas principum in imperatoris electione vilescat, si non per electionem sed successionem transferri a patribus in filios et in fratres a fratribus imperium videatur, consentire in alterum nos oportet. Fuit enim Philippus dux Sueviae a Celestino pp. propter invasionem patrimonii b. Petri excommunicationis sententia innodatus .... Quod autem de genere persecutorum existat, vos non credimus dubitare .... Personam Philippi ... penitus reprobamus.... Cum autem Otto vir sit industrius, fortis et constans ac descendat ex utraque parte de genere devotorum, cum etiam electus in regem, ubi debuit et a quo debuit fuerit coronatus ... eum in regem recepimus et regalem ei praecepimus honorificentiam exhiberi.« Monet eos, ut illi de cetero sicut regi suo in Romanorum imperatorem electo reverenter et humiliter deferant, regalem ei honorificentiam et obedientiam impendentes. Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 33 ed. Baluze I. 703; Opp. ed. Migne III. 1036; Raynald. Ann. ad a. 1201 § 5; Cocquelines l. c. 102. n° 33; Bullar. R. l. c. 178. — »Etsi quidam (quondam *leg. Rayn.*) imperatores.« <br> * *In eundem fere modum* Ministerialibus. |
| » 1 | » | (1294) (Hartberto) electo et capitulo Hil(de)semensi nunciat, se Ottonem in regem recipere, eisque mandat, ut »ipsi firmiter adhaerentes tamquam regi vestro in Romanorum imperatorem electo et a nobis coronando honorem et reverentiam impendatis.« Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 34 ed. Baluze I. 705; Opp. ed. Migne III. 1041. — »Quantum gratiae et.« <br> * *In eundem fere modum* (Eberhardo) Saltzburgensi archiepiscopo. |
| » 1 | » | (1295) Alberto comiti de Thaisburg [Dachsburg] gratulatur, quod regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo iuramentum fidelitatis praestitit et ei disposuit fideliter et firmiter adhaerere. Monet eum, ut in eiusdem regis fidelitate persistat. Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 35 ed. Baluze I. 705; Opp. ed. Migne I. 1041. — »Si nec simplex.« <br> * *In eundem modum* R(udolfo) comiti de Thavesburc [Habsburg]; <br> » » » (Hermanno) langravio (Thuringiae.) |
| » 1 | » | (1296) (Bertoldo) duci Zaringiae, qui olim papam monuerat, ne Philippo duci Sueviae super facto imperii praestaret assensum, cum genus ipsius tam ecclesiam quam principes multipliciter sit persecutum, nunciat, se praedictum ducem reprobare, eumque exhortatur, ut regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo fideliter adhaereat et partem eius confoveat. Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 43 ed. Baluze I. 707; Opp. ed. Migne III. 1045. — »Meminimus nos olim.« |
| » 1 | » | (1297) (Przemislao Ottocaro) duci Boemiae opprobrat, »quod ab eo (*i. e.* Philippo duce Sueviae) imponi tibi petisti regium diadema qui nondum legitime dignitatem regiam est adeptus.« Ei nunciat, se praedictum ducem reprobare, et mandat, ut regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo constanter adhaereat, »et ab ipso imponi tibi postules regium diadema.« »Eundem regem per (Guidonem) episcopum Praenestinum et magistrum Philippum notarium duximus commonendum, ut se tibi facilem et benevolum studeat exhibere.« Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 44 ed. Baluze I. 707; Opp. ed. Migne III. 1046; ap. Raynald. Ann. ad a. 1201 § 10; Erben Reg. Bohem. I. 205. n° 457. — »Etsi commendabilis in.« |

**1201.**

Mart. 1 | Laterani | (1298) (Conrado) episcopo Argentinensi mandat, ne regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo publice adhaerere ac partem eius potenter et viriliter fovere differat. Kal. Mart. a° 4°. ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 45 ed. Baluze I. 707; Opp. ed. Migne III. 1046; *magis integra* ed. Bréquigny Dipl. II. n. 1086; Migne IV. 74. n° 44. — »Certo iam pridem.«

* *In eundem modum* (Lütoldo) Basiliensi episcopo, » » » Alberto comiti de Thaisburc [Dachsburg], » » » R(udolfo) comiti de Thavesburch [Habsburg] — *verbis competenter mutatis, unicuique seorsim.*

» 1 | » | (1299) Archiepiscopis, episcopis, prioribus, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis (Alamanniae) nunciat, se (Guidonem) Praenestinum episcopum sedis apostolicae legatum et magistrum Philippum notarium principalius et specialius pro facto imperii, »ex cuius divisione multa incommoda fere toti christianitati provenisse noscuntur,« ad eos mittere, iniuncto eidem episcopo plenae legationis officio, ut evellat quae evellenda cognoverit, et plantet quae ipsius sollicitudo viderit plantanda. Mandat eis, ut legatum cum notario humiliter recipientes quae statuenda duxerit inviolabiliter observent. Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 46 ed. Baluze I. 708; Opp. ed. Migne III. 1047. — »Adversarius noster diabolus.«

» 1 | » | (1300) (Philippo) regi Francorum scribit de ordinatione imperii Romani, »quod ad nos principaliter et finaliter noscitur pertinere.« »Ut serenitati tuae nostrae pateat dispositionis arcanum, noveris quod examinantes merita personarum, invenimus quod alterius (*i. e.* Philippi) promotio praeter alias rationes quibus eius debet promotio impediri et quas Octavianus Ostiensis episcopus sedis apostolicae legatus tibi poterit plenius explicare, nec nobis nec tibi nec regno tuo etiam expediret.... Promotionem autem alterius (*i. e.* Ottonis) ad honorem et commodum regni tui credimus pertinere, cum inter eum et Lodovicum filium tuum affinitatis vinculum sit contractum (a. 1200. Mai. 23), et inter te et Iohannem Anglorum regem plenae pacis sit concordia reformata.« Monet eum, ut ea quae praedictus legatus ipsi proponet, audiat et exaudiat et consiliis illius acquiescat. Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 47 ed. Baluze I. 708; Opp. ed. Migne III. 1048; Bouquet Rec. XIX. 402; *fragm. mai.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1201 § 11. — »Cum te tamquam.«

» 1 | » | (1301) (Octaviano) Ostiensi episcopo sedis apostolicae legato de superiore ad (Philippum) regem Francorum epistola significat. Mandat ei, ut, si a negotiis illis quae ei exequenda commisit in regno Francorum utiliter se poterit expedire, cum (Guidone) Praenestino episcopo apostolicae sedis legato ad partes Germaniarum accedat, cum eo pariter processurus, »cum non videatur alius locus idoneus in quo principes ad tuam deberes praesentiam convocare. Nolumus tamen ut hac occasione causas legationis iniunctae negligenter omittas. In omnibus autem occulte procedas et caute.« Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 48 ed. Baluze I. 709; Opp. ed. Migne III. 1049; Bouquet l. c. 403; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 12. — »Gaudemus in Domino.«

» 1 | » | (1302) (Iohanni) regi Anglorum explicat, promotionem regis Ottonis nepotis eius in Romanorum imperatorem electi ad eius pertinere incrementum et exaltationem illius ipsi provenire ad honorem, cum de domo descenderit Anglicana eumque proxima linea consanguinitatis attingat. Exhortatur eum, ut pecuniam quam b. m. Richardus rex Anglorum frater eius ipsi testamento legavit, »pro tot et tantis necessitatibus quae incumbunt eidem«, nuntiis illius quam celeriter largiatur. Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 49 ed. Baluze I. 709; Opp. ed. Migne III. 1050; Bouquet l. c. 420; *cf.* n° 1513. 1649. — »Quod promotio carissimi.«

» 1 | » | (1303) Comiti de Vianna [Vianden] nunciat, se Ottonem in regem recipere, eique mandat, ut ipsi de cetero fideliter adhaerens et tamquam regi in Romanorum imperatorem electo et a pontifice opportuno tempore coronando reverentiam et honorem impendat et non obstante iuramento, si quod Philippo duci Sueviae ratione regni forsitan praestiterit, »cum nos illud eo reprobato decreverimus non observandum,« per se ac suos potenter intendat ad exaltationem ipsius. Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 36 ed. Baluze I. 705; Opp. ed. Migne III. 1042. — »Expectantes expectavimus olim.«

* *In eundem modum* Comiti hirsuto — Comiti de Zuanburc — Comiti de Salzburg — Comiti de Neojur [Nassau?] — Comitibus de Spanahim — (Iohanni) Trevirensi archiepiscopo et suffraganeis eius — (Eberhardo) Salzburgensi archiepiscopo et suffraganeis eius — Capitulo et suffraganeis ecclesiae Maguntinae — (Ludolfo) Magdeburgensi archiepiscopo et suffraganeis eius — Duci Bernardo (Saxoniae) — Adulfo comiti de Lovenburch — (Ludovico) duci Bavariae.

» 1 | » | (1304) Guarnero de Bolland gratulatur, quod ei et quibusdam aliis amicis et consanguineis eius Dominus inspiravit, ut ab eo (*i. e.* Philippo duce Sueviae) discederet, »cui nos coronam imperii salva conscientia imponere non possemus, et adhaereres illi quem nos intendimus honorare.« Mandat ei, ut Ottoni regi in Romanorum imperatorem electo reverentiam et honorem impendat. Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 37 ed. Baluze I. 706; Opp. ed. Migne III. 1043. — »Gaudemus in Domino.«

* *In eundem modum* Guttifredo de Appelstaim [Eppstein].

| | | |
|---|---|---|
| | | **1201.** |
| Mart. 1 | Laterani | (1305) (Ludolfum) Magdeburgensem archiepiscopum monet et hortatur, ut regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo fideliter et constanter adhaereat, regalem ei honorificentiam et devotionem impendens. Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 38 ed. Baluze I. 706; Opp. ed. Migne III. 1043. — »Licet carissimum in.« |
| | | • *In eundem fere modum* Suffraganeos eius — Ducem Bernardum (Saxoniae). *In eundem modum* Adulfum comitem de Lovenburc — (Ludovicum) ducem Bavariae. |
| » 1 | » | (1306) (Adolfo) Coloniensi archiepiscopo nunciat, se, persona Philippi ducis Sueviae propter impedimenta patentia reprobata, Ottonem in regem recipere et praecipere, ut ei regalis ab omnibus obedientia exhibeatur. Mandat ei, ut in illius dilectione ac devotione persistat, ad honorem et profectum ipsius per se ac suos efficaciter intendat, et quoscunque possit ad favorem eius et fidelitatem inducat. Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 39 ed. Baluze I. 706; Opp. ed. Migne III. 1043. — »Gaudere debes in.« |
| | | • *In eundem fere modum* Suffraganeis Coloniensis ecclesiae. |
| » 1 | » | (1307) Duci Brabantiae scribit: »Gaudere debes in Domino, quod tuam et aliorum principum regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo faventium discretionem et industriam commendantes reprobare quod reprobastis et quod approbastis curavimus approbare.« Ei nunciat, *ut antea.* Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 40 ed. Baluze I. 706; Opp. ed. Migne III. 1044. — »Gaudere debes in.« |
| | | • *In eundem modum* Comiti Flandriae — Duci de Limburg — (Theoderico) comiti Hollandiae (Kluit Hist. crit. Cod. dipl. n° 46; Oorkondenb. van Holl. en Zeel. I. I. 115. n° 187) — Comiti de Sen et fratri eius — Comiti de Aare — Comiti de Hostade — Comiti de Bergh — Comiti de Arnebergh — Comiti de Arnesbergh — Comiti de Theceneburgh — Comiti de Wolpia — Comiti de Everstan, *ita quod unicuique seorsim.* *In eundem modum* Comitibus in Saxonia constitutis — Comitibus in Brunesuuich. |
| » 1 | » | (1308) Henrico comiti palatino Rheni gratulatur, »quod is cuius imperii non est finis per nos vicarios suos genus tuum exaltare disposuit, et de fructu ventris Henrici ducis Saxoniae patris tui super sedem imperii stabilire.« Ei nunciat *etc., ut antea.* Mandat ei, ut ita promotionem eius studeat procurare, »quod rex (Otto), expertus in te fraternae devotionis affectum, fratrem se tibi debeat in omnibus in quibus cum eo Dominus misericordiam fecit exhibere.« Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 41 ed. Baluze I. 706; Opp. ed. Migne III. 1044. — »Gaudere debes in.« |
| » 1 | » | (1309) (Peregrino) patriarchae Aquilegensi gratulatur, quod, sicut Gregorius tit. S. Vitalis presbyter cardinalis sedi apostolicae exposuit, super facto imperii noluit hactenus in partem alteram declinare, sed super eo disposuit potius acquiescere consiliis papae et monitis illius obedire. Ei nunciat *etc. ut antea Adolfo Coloniensi* (No. 1306). Kal. Mart. (a° 4°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 42 ed. Baluze I. 707; Opp. ed. Migne III. 1045. — »Gratum gerimus et.« |
| » 2 | — | Doctoribus et universitati scholarium Parisiensibus: »Lugduni VI non. Mart. a° 4°.« ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 52, 212, *vid.* 1247. Mart. 2. |
| (Feb. 22-Mart. 15) | (Laterani) | (1310) Archiepiscopo Armeriensi (Ameliensi, Ameriensi episcopo *al.*) mandat, ut ad ecclesiam Tudertinam accedens, quod in damnum episcopalis iuris repererit attentatum, in statum debitum reducat. *Sine signo chronol.* (A° 4° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 19 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 577; Opp. ed. Migne III. 1226; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 1 *de constit.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 424; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *de iureiur.* c. 27 ap. Boehmer Corp. II. 346; ap. Richter Corp. II. 358; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slavor. mer. I. 56. n° 14. — »Sicut nostris est.« |
| (Mart.) | ( » ) | (1311) Episcopo Eliensi et archidiacono de Norantono (Northamtonia *Roger.*) mandat, faciant ut pendente causa super archidiaconatu Richemondiae nichil contra dictum archidiaconatum et eius iura seu privilegia attemptetur. *Sine signo chronol.* (A° 4°. *Thein.*) ‖ Rogeri de Hoveden Ann. ap. Savile Rer. Anglic. scr. fol. 468b; *cf. arg.* ap. Theiner l. c. 56. n° 21. —»Cum venissent ad.« |
| ( » ) | ( » ) | • (1312) Priori et conventui ecclesiae s. Mariae de Karleok confirmat iura et praesertim, quod archiepiscopus et episcopus eis exactiones et tallias indebitas non imponant, et quod decimae eis persolvantur. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 22. |
| ( » ) | ( » ) | • (1313) Eisdem concedit, ut possint ponere fratres in ecclesiis suis parochialibus. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 23. |
| ( » ) | ( » ) | • (1314) Eisdem concedit, ut nullus eis praeficiatur in episcopum, nisi quem canonice duxerint eligendum. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 24. |
| ( » ) | ( » ) | • (1315) Eisdem confirmat omnia iura, quae iusto dinoscuntur titulo possidere. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 25. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1201.** |
| (Mart.) | (Laterani) | * (1316) Priori Pisano apud Constantinopolim constituto indulget, ut omnibus privilegiis et indulgentiis suo praedecessori concessis uti possit. A° 4°. ‖ Theiner Vet. mon. Sl. I. 56. n° 26. |
| (») | (») | * (1317) Priori et monachis Bathoniensibus confirmat privilegia, dignitates et iura. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 28. |
| (») | (») | * (1318) Vicario suo apud Constantinopolim mandat, ut priori Pisano nullum impedimentum inferat, quin privilegiis et libertatibus sibi et eius praedecessori concessis libere uti possit. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 30. |
| (») | (») | * (1319) Abbati de Hemenrode et praeposito SS. Apostolorum Coloniensi ac scolastico Bunnensi committit negotium seu causam electionis abbatis Nuciensis (Nusiensis? [Neuss]), in qua duae personae in discordia sunt electae. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 31. |
| (») | (») | * (1320) Vicario suo apud Constantinopolim praecipit, ut mores suos studeat in melius emendare. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 32. |
| Apr. 9 | » | (1321) P(etro) archiepiscopo Senonensi et abbati S. Martini et decano Trecensi mandat, ut, cum transcriptum litterarum quarundam in perniciem Cisterciensis ordinis ad abbatem S. Martini et decanum Trecensem quasi obtentarum a sede apostolica apostolatui praesentatum habeat certa ratione suspectum, revocato prorsus in irritum, si quid earum occasione fecerint et, per eas in nullo penitus procedentes eum qui litteris ipsis sit usus, ad exhibendas eas illis per censuram ecclesiasticam compellant. v id. Apr. a° 4°. ‖ Martene Ampl. coll. I. 1031. — »Licet olim contra.« |
| » 9 | » | * (1322) Ad componendam litem inter monasterium s. Emmerami et canonicum Eystetensem de iure patronatus ecclesiae in Husen [Hausen prope Greding] iudices delegat. v id. Apr. a° 4°. ‖ Lang Regesta II. 5, *perperam ad* a. 1202. |
| » 19 | » | (1323) (Albertum) Livoniensem episcopum et eos qui cum ipso sunt fratres, ingressos Livoniensem provinciam »ut paganis evangelizaretis nomen domini Iesu Christi,« monet et exhortatur, »quatenus eo non obstante, quod inter vos monachi sunt et canonici regulares vel alii etiam regularem vitam sub alia distinctione professi, pariter in unum regulare propositum et honestum habitum quantum ad hoc spectat officium conformetis, ne nova ecclesie Livoniensis plantatio in vobis scandalum patiatur.« »Quia in matrimoniis contrahendis dispar est ritus Livoniensis de novo ad fidem catholicam conversorum, propter novitatem vel (et *Baluze*) infirmitatem gentis eiusdem concedimus, ut matrimoniis contractis cum relictis fratrum utantur; si tamen fratribus decedentibus sine prole..cum talibus contraxerunt, ne tales sibi de cetero, postquam ad fidem venerint, copulentur (copulent *Baluze*) prohibentes.« »Ceterum... pensata qualitate personae super fornicatione, adulterio, homicidio et aliis criminibus et considerata praesertim novitate Livoniensis ecclesiae, competentem poenitentiam delinquentibus imponatis (iniungatis *Baluze*); paulatim eos instruatis in fide, confessionis formam, orationem dominicam et symbolum ipsos (ipsum *Bal.*) edocentes.« XIII kal. Mai. a° 4° secundum originale Holmiae in arch. reg. asservatum; *cf.* Bunge Livl. UB. III. Regest. 2; *sine signo chronol.* ‖ Collect. III. decret. lib. 3. tit. 1 *de vita et hon. cler.* c. 2; lib. 5. tit. 14 *de divort.* c. 3; lib. 5. tit. 20 *de poenit.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 513, 568, 591; Gruber Orig. Livon. 242. n° 19; Bunge Livl. UB. I. 15. n° 13, *perperam ad* a. 1199; *fragm.* Collect. I. decret. Innoc. tit. 40 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 604; Opp. ed. Migne III. 1268; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 1 c. 11, lib. 4. tit. 19 c. 9, lib. 5. tit. 38 c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 417, 691, 838; ap. Richter Corp. II. 435, 698, 850; *argum.* ap. Theiner l. c. 57. n° 52; *germanice* ed. Bonnell *in* Inland. Dorpat 1851. n° 31. — »Deus qui ecclesiam.« |
| (Febr. 22-Apr.) | (») | (1324) Statuit, quid faciendum sit, si quis deficiat in exceptione probanda, cum de beneficiis et officiis ecclesiasticis litigatur, quae sine dispendio diu vacare non possunt. *Absque nota chronol.* (A° 4° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 28 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 587; Opp. ed. Migne III. 1241; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 7 *de dolo* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 483; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 14 *de dolo* c. 5 ap. Boehmer l. c. 271, *ubi ad* a. 1206 *refertur*; ap. Richter l. c. 282; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. n° 9. — »Finem litibus cupientes.« |
| (») | (») | (1325) Tiberiadensi episcopo edoceri per rescriptum apostolicum postulanti, utrum pagani, qui uxores acceperunt in secundo, tertio vel ulteriore gradu sibi convinctas, debeant post conversionem suam insimul remanere vel ab invicem separari, respondet. »Ceterum prolem de huiusmodi coniunctionibus natam, quae secundum opinionem eorum matrimoniali contrahuntur affectu, post fidem receptam utilitate publica suadente legitimam volumus reputari.« *Absque nota chronol.* (A° 4° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 40 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 605; Opp. ed. Migne III. 1269; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 14 *de divort.* c. 2 *et* tit. 12 *qui fil. sint legit.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 567 et 566; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 4. tit. 19 c. 8 *et* tit. 17. c. 15 ap. Boehmer l. c. 689 et 683; ap. Richter l. c. 697, 691; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 55. n° 8. — »Gaudemus in Domino.« |
| (») | (») | (1326) Quid faciendum sit de eis, qui pro violenta manuum iniectione in clericos labem excommunicationis incurrunt, sed ecclesiasticam negligentes sententiam in excommuni- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1201.** |
| | | catione positi ecclesiasticos ordines accipere non formidant, mandata dat. *Sine signo chronol.* (A° 4° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 32 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 592; Opp. ed. Migne III. 1249; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 21 *de sent. exc.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 593; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. exc.* c. 32 ap. Boehmer Corp. II. 854; ap. Richter Corp. II. 866; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. I. 55. n° 7. — »Cum illorum absolutio.« |
| (Mart. Apr.) | (Laterani) | (1327) Ae(gidio) Mutinensi episcopo et magistro Ub(erto) theologo subdiacono suo Modiocensi (Modociensi *Decret.*) canonico scribit de »inordinata ordinatione A(lberti) Imolensis electi, quem G(erardus) Bononiensis episcopus praecedenti sabbato in diaconum et sequenti dominica continuato ieiunio in presbyterum ordinavit,« eisque mandat, faciant ut publicetur tam ipsis episcopis quam per Bononiensem et Imolensem dioceses, »praefatum Bononiensem episcopum, ut puniatur in quo deliquit, a collatione diaconii scilicet et presbyterii, alterum vero ab executione sacerdotalis officii manere suspensos, donec de ipsis aliter disponamus.« *Sine nota chronol.* (A° 4° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 33 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 593; Opp. ed. Migne III. 1251; Collect. III. decret. lib. 1. tit. *de temp. ordin.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 455; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 11 *de temp. ord.* c. 13 ap. Boehmer l. c. 404 (*ubi* a° 1202 *tribuitur*); ap. Richter l. c. 117; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 56. n° 17. — »Litteras vestras recepimus.« |
| ( » ) | ( » ) | (1328) (Gerardo) Paduano episcopo mandat, ut H. clerico, qui equo praeter voluntatem eius rapto in cursum et male parente habenis quandam mulierem, quam obviam habuit, ex improviso pedibus interfecit, iniungat poenitentiam competentem; qua peracta nequaquam impediat, quominus et in susceptis ministret ordinibus et ad maiores valeat promoveri. *Sine signo chronol.* (A° 4° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 34 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 594; Opp. ed. Migne III. 1253; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 7 *de homic.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 579; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 12 *de homic.* c. 16 ap. Boehmer l. c. 763; ap. Richter l. c. 770; Dondi Orlogio Dissert. VI. 170. n° 150, *male ad* a. 1198; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 56. n° 27. — »Significasti nobis per (quod *Dondi*).« |
| ( » ) | ( » ) | (1329) Ubaldo plebano S. Gavini concedit, ut, licet in Lateranensi concilio de monachis caveatur ne singuli per villas et oppida ponantur, sed in maiori conventu aut cum aliquibus fratribus maneant, et cum per antiquos canones etiam monachi possint ad parochialium ecclesiarum regimen in presbyteros ordinari, plebani exercens officium unum canonicum regularem secum habeat ad cautelam. *Sine signo chronol.* (A° 4° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 37 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 596; Opp. ed. Migne III. 1256; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 27 *de statu mon.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 544; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 35 *de statu mon.* c. 5 ap. Boehmer l. c. 560; ap. Richter l. c. 575; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 56. n° 36. — »Quod Dei timorem.« |
| ( » ) | ( » ) | • (1330) (Petro) episcopo et capitulo Florentinis mandat, faciant ut dictus Ubaldus plebanatum praedictum et eius administrationem habeat sicut prius. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 37. |
| ( » ) | ( » ) | • (1331) Clericis plebis S. Gavini scribit super eodem. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 38. |
| ( » ) | ( » ) | (1332) Alexium imperatorem Constantinopolitanum, qui ab eo petiverat, ut (Heimericum de Lusignano) regem Hierosolymorum ad restitutionem Cypri ad Constantinopolitanum imperium pertinentis per excommunicationis sententiam compellat, monet, ne statu Terrae sanctae pendente regem ipsius super eadem insula molestet, cum praedictus rex Cyprum de manu cuiusdam eruisset, qui de ipsa Constantinopolitano imperio nullatenus respondebat. *Sine signo chronol.* (A° 4° *Thein.*). ‖ Gesta Innoc. III. § 64 ap. Bréquigny Dipl. II. i. 74; *in* I-i Opp. ed. Migne I. cxxiii. — »Recepimus litteras quas.« |
| ( » ) | ( » ) | • (1333) Ogerio presbytero et Mauffrido subdiacono suo canonicis Matisconensibus scribit super receptione duorum canonicorum, quos legatus in Matisconensi ecclesia instituerat et quos decanus et capitulum repellere nitebantur. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 34. |
| ( » ) | ( » ) | • (1334) (Rainaldo) archiepiscopo Lugdunensi scribit de eadem re. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 35. |
| ( » ) | ( » ) | • (1335) Universis ecclesiae praelatis mandata dat super conservatione iurium et bonorum monasterii b. Mariae de Brena Praemonstratensis ordinis. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 39. |
| ( » ) | ( » ) | • (1336) (Peregrino) patriarchae Aquilegensi mandata dat super cassatione vel confirmatione electionis (Uberti?) episcopi Vincentini. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 40. |
| ( » ) | ( » ) | (1337) Alberto capellano S. Mariae de Porta Ravennate confirmat sententiam per certos iudices delegatos pro eo latam in causa, quod quidam in parochia S. Mariae post appellationem interpositam ad sedem apostolicam in honore b. Agathae domum et ecclesiam construxerat. A° 4°. ‖ Collect. III. decret. lib. 3. tit. 22 *de paroch. & al. paroch.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 535; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 29 *de off. et pot. iud. del.* c. 34 ap. Boehmer Corp. II. 159, *adscripta* a° 1209; ap. Richter Corp. II. 171; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 56. n° 33. — »Coram dilecto filio.« |
| ( » ) | ( » ) | (1338) Heliensi et Castrensi (Sicestrensi *Thein.*, Cistrensi *Decr. Greg.*) episcopis ac archidiacono de Norhanton (Norbanen. *Decr. G.*, Norantono *Th.*) super controversia, quae |

**1201.**

super archidiaconatu Richemundiae vertitur inter magistrum Rogerium de S. Catidiundo et Honorium de Rent., mandata dat. A° 4°. ‖ Collect. III. decret. lib. 2. tit. 12 *de testib. & attest.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 487; *mutila int.* Decr. Greg. lib. 2. tit. 20 *de test. et att.* c. 30 ap. Boehmer Corp. II. 301, *tributa* a° 1208; ap. Richter Corp. II. 314; *cf.* Theiner Vet. mon. Slav. I. 56. n° 19, *ubi argument.* — »Constitutus in praesentia.«

(Mart. Apr.) | (Laterani) | (1339) P. nobili mulieri viduae dat licentiam infra tempus luctus scilicet unius anni spatium contrahendi matrimonium. A° 4°. ‖ Collect. III. decr. lib. 4. tit. 16 *de secund. nupt.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 569; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 21 *de sec. nupt.* c. 5 ap. Boehmer l. c. 696, *tributa* a° 1206; ap. Richter l. c. 704; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 56. n° 29. — »Cum secundum apostolum.«

(Apr.) | ( » ) | * (1340) (Danieli) Pragensi et (Roberto) Olomucensi episcopis mandat, ut compellant per censuram ecclesiasticam universos in regno Boemiae constitutos fidelitatem et obedientiam exhibere (Ottocari) principi Boemorum. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 46.

( » ) | ( » ) | * (1341) Eisdem mandat, ut inhibeant districte ne qui in regno Boemiae ea, quae vel ipsi vel eorum praedecessores ecclesiis aut piis locis donaverunt, ad se revocent nec de cetero ecclesias molestent in praemissis. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 47.

( » ) | ( » ) | * (1342) Episcopis et Bathoniensi et Glastoniensi scribit super compulsione prioris et monachorum ecclesiae Glastoniensis de obedientia et reverentia eidem exhibendis. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 41.

( » ) | ( » ) | * (1343) Priori et monachis Glastoniensis ecclesiae mandat, ut eidem episcopo obediant et nullum alium recipiant in abbatem. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 42.

( » ) | ( » ) | * (1344) Episcopo Atennensi (Aretino?) confirmat sententiam latam per (Raynerium) episcopum Fesulanum, quod monasterium Capilionis ei debeat esse subiectum. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 43.

( » ) | ( » ) | * (1345) Io(hanni) tit. S. Stephani in Coelio monte presbytero cardinali scribit, quod causas, a quibus coram eo appellatur, possit per viros litteratos examinari facere et appellationem repellere, si frivole appelletur. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 44.

Mai. 5 | » | (1346) Archiepiscopis et episcopis per regnum Angliae constitutis mandat et praecipit, compellant eos qui crucis deposuere signaculum, per excommunicationis et interdicti sententias, ut crucis signum recipiant; universos autem qui idem acceperunt moneant, ut ad terminum, quem Flandrensis, Campanensis, Blesensis comites cum aliis praefixerint in aestate futura, peregrinationis propositum exequantur. III non. Mai. a° 4°. ‖ Rogeri de Hoveden Ann. ap. Savile Rer. Angl. scr. fol. 466 (ed. Stubbs IV. 165); *fragm.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1201 § 41. — »Iustus et misericors.«

» 6 | » | (1347) Episcopo, H. archidiacono et cantori Constantiensibus mandat, compellant communiam Rothomagi, qui murum atrii conventus Rothomagensis destruxerant et alia eis damna gravia et iniurias nequiter irrogaverant, ut de his debitam satisfactionem impendant. II non. Mai. a° 4°. ‖ A. Chéruel Histoire de Rouen I. (1843. 8°.) 258. — »Dilecti filii conventus.«

» 7 | » | (1348) De Ebergoçcesrode et de Conradsburch abbatibus et praeposito de Hademaresleyben mandat, ut, cum comes Otto de Valkenstein defuncto plebano ecclesiae de Marsleve ad fratres ecclesiae s. Wicberti in Quidelingeburch pertinentis equos, armenta et res alias eiusdem plebani fecerit exinde asportari, convocent qui fuerint evocandi et quod iustum fuerit indicent. Non. Mai. a° 4°. ‖ Kettner Antiqq. Quedlinb. 221; Erath Cod. dipl. Quedlinb. 113. — »Dilectorum filiorum prepositi.«

» 7 | » | (1349) Abbati de Valle s. Mariae, praeposito et decano maioris ecclesiae Halberstadensis mandat, ut, cum insinuante praeposito S. Wicberti in Quidelingheburc quidam eius praedecessores praedia ecclesiae quibusdam militibus minus provide in feudum concesserint *etc.*, vocent ad praesentiam suam qui propter hoc fuerint evocandi et, quod iustum fuerit, iudicent. Non. Mai. a° 4°. ‖ Kettner l. c. 220; Erath l. c. 113. — »Insinuante dilecto filio.«

» 8 | ( » ) | * (1350) Clerum Venetum hortatur, ut crucesignatis subveniat. *Vid.* Lettera di papa Innocenzio III diretta al clero Veneto, colla quale invita ad aiutare la Crociata colle proprie rendite; pubblicata per cura dell' abate Gius. Nicoletti. Padova, tipogr. del seminario 1859.

» 23 | » | (1351) (Odoni) Parisiensi episcopo et abbati Latiniacensi mandat, cogant abbatissam Iotrensem, clericos ac homines eius, ut (Ansello) episcopo Meldensi satisfactionem impendant ac ei deinceps obedientiam exhibeant. X kal. Iun. a° 4° (a° 5° *Theod., Duplessis*). ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze II. 290; Opp. ed. Migne II. 1599; Theodorus Poenitent. II. 714; Du Plessis Hist. de Meaux II. 89. n° 203. — »Sicut venerabilis frater.«

» 23 | » | (1352) Eisdem mandat, cogant Hugonem presbyterum S. Petri Iotrensis, ut (Ansello) episcopo Meldensi satisfactionem impendat et deinceps eius mandatis obediat. X kal. Iun.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1201.** a° 4° (a° 5° *Theod., Du Plessis*). ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze II. 290; Opp. ed. Migne II. 1599; Theodorus l. c. 713; Du Plessis l. c. II. 89. n° 204. — »Conquerente venerabili fratre.« |
| Mai. 23 | Laterani | (1353) Eisdem mandat, cogant clericos et laicos Resbacenses, ut super inobedientia sua (Ansello) Meldensi episcopo debitam satisfactionem impendant et deinceps eidem obedientiam et honorem exhibeant. x kal. Iun. a° 4° (a° 5° *Theod.*) ‖ Theodorus l. c. II. 710; Du Plessis l. c. II. 85. n° 198; I-i Opp. ed. Migne IV. 76. n° 46. — »Conquerente venerabili fratre.« |
| » 23 | » | (1354) (Petro) archiepiscopo Senonensi et abbati S. Columbae mandat, ut de controversia inter (Ansellum) episcopum Meldensem et Meldensis ecclesiae archidiaconos orta super iure instituendi ac destituendi decanos rurales veritatem inquirant, et quae decreverint observari faciant. x kal. Iun. a° 4°. ‖ Theodorus l. c. II. 719; Du Plessis l. c. II. 86. n° 200; I-i Opp. ed. Migne IV. 77. n° 47. — »Querela venerabilis fratris.« |
| » 23 | » | (1355) Eidem archiepiscopo mandat, statuat, cum (Ansellus) Meldensis episcopus ad opus cancellariae redditus assignaverit competentes, ut magister Clarembaldus cancellarius et successores eius obtineant de cetero in Meldensi ecclesia personatum et habeant primum locum post alias personas in choro et capitulo. x kal. Iun. a° 4°. ‖ Du Plessis l. c. II. 85. n° 199; I-i Opp. ed. Migne IV. 75. n° 45. — »Constitutus in praesentia.« |
| (Apr. Mai.) | (») | (1356) (Isfrido) Razeburgensi episcopo mandat, ut nobili viro R(adulpho *add. Th.*) militi, qui cum ancilla contraxerat ignoranter, a quo per G(uidonem) tit. S. Mariae trans Tiberim apostolicae sedis legatum extitit separatus, si in ea, postquam scivit eius conditionem, non consensit verbo vel facto, det licentiam cum alia contrahendi. A° 4°. ‖ Collect. III. decr. lib. 4. tit. 7 *de coniug. serv.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 561; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 9 *de c. serv.* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 658, *tributa* a° 1205; ap. Richter Corp. II. 667; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 56. n° 45. — »Ad nostram noveris.« |
| (») | (») | (1357) Episcopo S. Andreae de quaestione Andegavensis episcopi, quid faciendum sit super R. clerico natione Scoto, qui »cum in eius diocesi maneret gratia studiorum, in praeterita quadragesima ordinationi suae, licet sub interminatione anathematis esset inhibitum quod ad eam non accederet ignotus aliquis vel etiam non vocatus, ingerere se praesumpsit et ita in subdiaconum est promotus«, mandatum dat. *Sine nota chronol.* (A° 4° *Thein.*). ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 32 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 591; Opp. ed. Migne III. 1249; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 49. n° 68. — »Significante venerabili fratre.« |
| (») | (») | • (1358) Recognoscit censum pro civitate Firmana, videlicet quinquaginta libras Lucensium annuatim. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 57. n° 48. |
| (») | (») | • (1359) Bathoniensi et Glastoniensi episcopo scribit super obedientia ei per priorem et monachos Glastonienses tamquam suo episcopo exhibenda. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 57. n° 49. |
| (») | (») | • (1360) Priori et capitulo S. Torcari mandat, ut humiliter et devote obediant archiepiscopo Bracharensi. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 57. n° 50. |
| (») | (») | • (1361) Priori et canonicis Vimaranensibus et Priori et capitulo de Casta in eundem modum. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 57. n° 51. |
| (») | (») | • (1362) Praeposito de Monte Iovis scribit super correctione suorum canonicorum, et quod non permittat eos pecunias proprias possidere, sed eas repetat diligentius ab eisdem. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 57. n° 53. |
| (») | (») | • (1363) Decano et capitulo Ebroicensibus confirmat sua iura, specialiter ius quod rex Francorum in eorum electione habebat et pro eis gratiose resignavit. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 57. n° 55. |
| (») | (») | • (1364) S. Martini et S. Melonis Pontizarensis abbatibus *etc.* mandat, ut super molestatione quae per R. canonicum Rothomagensem inferatur archidiacono Ebroicensi, diligenter se informent. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 57. n° 56. |
| (») | (») | • (1365) Flandriae, Campaniae et Blesensi comitibus concedit privilegia in favorem subsidii Terrae sanctae, ad quod cum ardentibus desideriis se disponunt. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 57. n° 57. |
| (Mai.) | (») | • (1366) Priori et canonicis S. Trinitatis Londoniensis (ord. s. Aug.) confirmat iura sua. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 57. n° 66. *Cf.* 1201. Ianr. 12. n° 1246. |
| (») | (») | • (1367) (Niveloni) Suessionensi et (Petro) Atrebatensi episcopis praecepta dat super absolutione canonicorum Cameracensium, qui contra voluntatem seu inhibitionem legati sedis apostolicae ad nominationem processerant, et ut eis potestatem tribuant eligendi. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 57. n° 67. |
| (») | (») | (1368) (Henrico) Xanctonensi (Xandensi *Coll. III*, Valden. *Decr. Gr.*) episcopo et abbati Baciacensi (Vatican. *Decr. Gr.*) mandat, ut decanum et capitulum Xanctonenses ad admittendam provisionem factam magistro P. Audoeni per (Heliam) archiepiscopum Burdegalensem de praebenda Xanctonensi compellant. A° 4°. ‖ Collect. III. decr. lib. 3. tit. 5 |

**1201.**

*de praebend.* c. 9 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 518; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 22 ap. Boehmer Corp. II. 439, *relata ad* a. 1210; ap. Richter Corp. II. 457; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. l. 57. nº 54. — »Pro illorum provisione.«

(Mai.) (Laterani) • (1369) Caseburnensi, de Novoburgo et de Kakecham prioribus mandat in favorem prioris de Pontefracto, ne per patronos prioratus vel monasterium de Lavida impediatur priorem instituere in eodem. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 60.

( • ) ( • ) • (1370) Compostellano et Tholetano archiepiscopis et Palentino et Zamorensi episcopis mandata dat super excommunicatione perferenda in (Alphonsum) regem Legionis, qui (Berengariam) filiam (Alphonsi) regis Castellae neptem suam de facto (mense Oct. aut Nov. a. 1196) sibi copulaverat in uxorem. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 61.

( • ) ( • ) • (1371) Potestati et consulibus ac populo Cremonensibus praecepta dat super restitutione per eos facienda de certis curtibus abbati monasterii s. Sixti, quas violenter occupaverant. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 62.

( • ) ( • ) • (1372) (Chuonrado) episcopo imperialis aulae cancellario scribit super recuperatione cuiusdam feudi ecclesiae Herbipolensis, quod dicitur alienasse, post cuius recuperationem ad administrationem ecclesiae Herbipolensis accedat. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 58.

( • ) ( • ) • (1373) Capitulo Herbipolensi scribit de eadem re. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 59.

( • ) ( • ) • (1374) (Guillelmo) archiepiscopo Bituricensi et (Odoni) Parisiensi et (Iohanni) Lemovicensi episcopis mandata dat super correptione et punitione conversorum et laicorum ordinis Grandimontensis. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 64.

Iun. 2 • (1375) (Ludolfo) Magdeburgensi archiepiscopo et Seburgensi praeposito mandat, ut burggravium de Donyn [Dohna], qui Misnensibus quandam possessionem ad eorum ecclesiam pertinentem spoliavisset castrum ibi aedificare praesumens, per censuram ecclesiasticam cogant, ut ablata restituat conquerentibus vel exhibeat iustitiam coram ipsis. IV non. Iun. aº 4º. ‖ Bartsch Histor. d. St. Dohna 164; Grundmann Cod. diplom. episcopor. Misnens. mpts. Dresdae in archivio I. 78 (*qui uterque hoc diploma* Innocentio IV *false attribuunt*); Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. I. 66. nº 67. — »Dilecti filii Misnenses.«

( • 2) ( • ) (1376) Eisdem (Magdeburgensi et Salzeburgensi archiepiscopis *etc. Thein.*) mandat, ut in causa quae vertatur inter (Ottokarum) principem Boemorum et A(delam, *al.* Adelheidem) eius uxorem sororem (Theodorici) marchionis Misnensis recipiant testes, quos utraque pars super processu Pragensis episcopi vel posteriorum iudicum duxerit producendos. *Sine nota chronol.* (Aº 4º *Thein.*) ‖ Collect. IV. decr. lib. 2. tit. 7 *de test.* c. 5 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 639; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de test.* c. 46 ap. Boehmer Corp. II. 310, *ad* a. 1210; ap. Richter Corp. II. 324, *ubi notam 54 de inscriptione huius bullae observes; cf. argum.* ap. Theiner l. c. 57. nº 65 *et infra* 1210. Apr. 13. — »Constitutis in praesentia.«

• 2 • (1377) (Eustachii) Eliensis episcopi, abbatis S. Eadmundi et decani Lincolniensis arbitrium, quod in causa, quae inter (Hubertum) archiepiscopum Cantuariensem ex parte una et priorem capitulumque Cantuariae ex altera super erigenda capella vel non erigenda apud Lamhee aliisque articulis vertebatur, fecerant, auctoritate apostolica confirmat eisque mandat, ut praefatum arbitrium per censuram ecclesiasticam a partibus inviolabiliter observari faciant. IV non. Iun. aº 4º. ‖ Epistolae Cantuar. 518. — »Quod misericors et.«

• 4 • (1378) (Ludolfo) Magdeburgensi archiepiscopo et abbati priorique de Cella b. Mariae mandat, ut V(lricum) comitem de Witin, qui decimationes ecclesiae Misnensi debitas ab hominibus suis non permittat exsolvi, eiusdem quoque ecclesiae archidiacono in terra sua ius synodale et iura alia subtrahere non formidet, ab huiusmodi praesumptionibus de cetero cessare per censuram ecclesiasticam cogant. II non. Iun. aº 4º. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. I. 66. nº 68. — »Sicut venerabilis frater.«

( • 4) ( • ) • (1379) (Theodorico) episcopo et capitulo ecclesiae Misnensis scribit de provisione Ulrico facienda, et altera quinque praebendarum vacantium in ecclesia memorata. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 58. nº 94.

• 8 • (1380) Abbati de Porta et abbati priorique de Cella b. Mariae mandat, ut advocatos quosdam ecclesiae Misnensis eandem dampnis et exactionibus intolerabilibus aggravare praesumentes, ut ab huiusmodi praesumptione desistant, monitione praemissa per censuram ecclesiasticam cogant. VI id. Iun. aº 4º. ‖ Gersdorf l. c. 67. nº 69. — »Querela venerabilis fratris.«

• 9 • (1381) (Philippum) regem Francorum invitat ad pacem cum Ottone rege reformandam. Eum praeterea his litteris vult reddere certiorem, »quod si pacis foedera inter vos divinitus fuerint stabilita, et ipse, quod absit, ab eis praesumeret resilire, nos eum ad observantiam pacis per censuram ecclesiasticam cogeremus.« V id. Iun. (aº 4º). ‖ Innoc. Ep. *registr.* nº 50 ed. Baluze I. 710; Opp. ed. Migne III. 1051. — »Quanto maior utilitas.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1201.** |
| Iun. 9 | Laterani | • (1382) Innocent III confirme l'abbaye de Stavelot dans la possession des églises de Stavelot et de Condom. v id. Iun. ‖ Gachard Arch. de Stavelot *in* Mém. acad. Belg. 1848. nº 28; Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XIV. (1858.) 73. nº 15. |
| » 12 | » | • (1383) Compositionem inter (Lutoldum) Basiliensem episcopum et monasterium Murbacense super decima factam confirmat. ɪɪ id. Iun. aº 4º. ‖ Mone Zeitschr. IV. 220. |
| ( » 12) | ( » ) | • (1384) (Lutoldo) Basiliensi et (Diethelmo) Constantiensi episcopis mandata dat super eradicando quodam abusu, qui in partibus illis contra ecclesiasticam libertatem observatur. Aº 4º. ‖ Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 58. nº 102. |
| » 20 | » | (1385) Raymundo abbati Nonantulano electionem de eo factam confirmat et transeundi ab ecclesia sua (s. Mariae in strata) ad Nonantulanum monasterium facultatem liberam indulget. xɪɪ kal. Iul. aº 4º. ‖ Tiraboschi Storia di Nonantola II. 334; I-i Opp. ed. Migne IV. 78; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 58. nº 104. — »Audito quondam quod.« |
| » 30 | » | (1386) (Huberto) archiepiscopo, priore et capitulo Cantuariensibus postulantibus arbitrium, quod Eustachius Eliensis episcopus, abbas S. Eadmundi et decanus Lincolniensis in causa, quae inter eos super erigenda capella vel non erigenda apud Lamhee aliisque capitulis vertebatur, tulerant, eorum rescripto sedi apostolicae transmisso de verbo ad verbum annotato, confirmat. ɪɪ kal. Iul. aº 4º. ‖ Epistolae Cantuar. 517; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 58. nº 85. — »Quod misericors et.« |
| (Mai. Iun.) | ( » ) | • (1387) (Octaviano) Ostiensi episcopo apostolicae sedis legato super reconciliatione (Anselli) episcopi Meldensis, qui interdictum non servaverat, praecepta dat. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 68. |
| ( » ) | ( » ) | (1388) Magistro et fratribus Militiae de Calatrava confirmat iura, quae possidere dinoscuntur. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 69; *absque nota chronol.* ap. Manrique Ann. Cisterc. III. 338. — »Quoties a nobis.« |
| ( » ) | ( » ) | • (1389) Abbati et conventui monasterii Beruacensis mandat, quod beneficium quod R. clericus resignavit, quia illud minus canonice obtinuerat, fratri eius in sacerdotio constituto velint liberaliter providere. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 71. |
| ( » ) | ( » ) | • (1390) Marchioni Estensi scribit super concessione in beneficium dnarum villarum ei propter impensa servitia ecclesiae donaturus gratiose. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 72. |
| ( » ) | ( » ) | • (1391) (Ugoni) episcopo Ferrariensi scribit de eodem argumento. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 73. |
| ( » ) | ( » ) | • (1392) Episcopo et decano Zamorensibus et decano Auriensi committit decisionem causae, quae inter episcopum Columbriensem et canonicos S. Crucis est exorta. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 74. |
| ( » ) | ( » ) | • (1393) (Odoni) Parisiensi episcopo et abbati de Sarnaio mandat, ut conferant beneficia ad collationem (Reginaldi) episcopi Carnotensis spectantia, qui ab illa collatione suspensus sit, et revocent collationes, quas idem episcopus praesumptuose attemptavit. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 76. |
| ( » ) | ( » ) | • (1394) Archiepiscopo Colocensi et eius suffraganeis et universis praelatis exemptarum ecclesiarum in provincia Colocensi constitutis concedit, ut per suas ecclesias legere possint vitam s. Stephani regis Ungariae, amoto articulo quo dicitur ipsum de utroque iure de ecclesiis disponere potuisse. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 77. |
| ( » ) | ( » ) | • (1395) (Ymberto) archiepiscopo et capitulo Arelatensibus privilegia confirmat. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 78. |
| ( » ) | ( » ) | • (1396) Praeposito et capitulo Colocensibus confirmat iura omnia, quae debite possidere dinoscuntur. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 80. |
| ( » ) | ( » ) | • (1397) Praeposito et capitulo Baciensibus in eundem modum. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 57. nº 81. |
| ( » ) | ( » ) | • (1398) Episcopo Agriensi et Orodiensi et Dimisiensi praepositis mandata dat super dissensione, quae est inter Albensem et Colocensem ecclesias super iure trium villarum quae fuerunt per Michaelem comitem ecclesiae Albensi pro tribus milibus marcharum assignatae. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 58. nº 82. |
| ( » ) | ( » ) | • (1399) Praeposito, decano et capitulo S. Ademari scribit de revocatione praebendae, quam Iacobus per suppressionem veri et suggestionem falsi contra W. obtinuerat, ipsam dicto W. auctoritate apostolica confirmando. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 58. nº 83. |
| ( » ) | ( » ) | • (1400) Abbati S. Iuliani de Rocca et eius fratribus confirmat iura omnia. Aº 4º. ‖ Theiner l. c. 58. nº 84. |
| ( » ) | ( » ) | (1401) Episcopo Caturcensi (*omitt. Decret.*) et Grandissilvae ac Belleperticae abbatibus super inquisitione de ydoneitate personae episcopi Convennarum postulati in episcopum Tholosanum mandata dat. *Sine die, mense et loco.* Aº 4º. ‖ *Fragm. maius in* Collect. III. de- |

**1201.**

cret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 15 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 445; *mutila int.* Decr. Greg. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 30 ap. Boehmer Corp. II. 60, *tributa* a° 1205; ap. Richter Corp. II. 71; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slav. I. 57. n° 79. — »In caussis quae.«

(Mai. Iun.) | (Laterani) | (1402) (Magistro H[onorio] *om. Decr.*) archidiacono Richemundiae respondet ad quaestionem, quam fecit de illo qui scienter cum excommunicato communicat, utrum excommunicatum ipsum a sua possit accusatione repellere. A° 4°. ‖ Collect. III. decret. lib. 2. tit. 16 *de except.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 498; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 25 *de except.* c. 2 ap. Boehmer l. c. 350, *tributa* a° 1208; ap. Richter l. c. 362; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 57. n° 75. — »A nobis fuit.«

(•) | (•) | (1403) (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo respondet, »quod si adversus eos in monasteriis et canonicis regularibus et religiosis locis, qui labe fuerint simoniacae pravitatis maculati, accusatio coram ipso fuerit canonice instituta, postquam crimen ordine fuerit iudiciario comprobatum, tam in dantes quam in recipientes pretium pro receptione in dictis locis canonicae severitatis exerceat ultionem.« *Sine signo chronol.* (A° 4° *Thein.*) ‖ Collect. I. decret. Innoc. tit. 21 *in eiusd.* Ep. ed. Baluze I. 581; Opp. ed. Migne III. 1231; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 2 *de simon.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 572; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 3 *de simon.* c. 30 ap. Boehmer l. c. 722; ap. Richter l. c. 731; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 57. n° 70. — »Cum (*omitt. Decr. Gr.*) dilectus filius.«

(Iun.) | (•) | * (1404) Abbatissae et monialibus de Pomerio inhibet, ne plures recipiant in sorores quam sui supportant monasterii facultates. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 86.

(•) | (•) | * (1405) Episcopo Wesconensi (Wexionensi?) confirmat pacta inter ipsum et Lingacopiensem episcopum habita. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 87.

(•) | (•) | * (1406) Decano et capitulo Antisiodorensibus mandat, ut ea quae a maiori et saniori parte capituli facta fuerint, habeant robur firmitatis nec per alteram partem valeant per appellationem impugnari. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 88.

(•) | (•) | * (1407) De Deiloco et de Castro Censorii abbatibus et decano Antisiodorensi mandata dat super correctione et punitione aliquorum canonicorum qui focarias tenent, ex quibus frequentius prolem gignunt. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 89.

(•) | (•) | * (1408) Plebanis et clericis plebis de Ariano confirmat sententiam latam pro ecclesia de Lucio, ut ea plebi de Ariano praeter quam in baptismate subiiciatur et in omnibus aliis ei debeat respondere. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 90.

(•) | (•) | * (1409) Cisterciensi, Claravallensi, de Firmitate etc., quod abbates moneant et compellant ad resumendum signum crucis, quos prius ipsum signum crucis per eos assumptum deponere coegerunt. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 91.

(•) | (•) | * (1410) Clericis de Mucilena concedit, ut praelatum sibi eligant propter privationem archipresbyteri sui, qui extitit litteris falsis usus. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 92.

(•) | (•) | * (1411) Episcopo Tirasonensi mandat, moneat regem Navarrae ut restituat fratribus Templi, quae eis abstulit; alioquin sententiam per archiepiscopum Tarraconensem contra ipsum regem latam firmiter observari faciat. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 93.

(•) | (•) | * (1412) (Guidoni) episcopo Penestrino apostolicae sedis legato praecepta dat super inquisitione facienda contra (Chuonradum) cancellarium imperialis aulae electum in episcopum Herbipolensem, qui super multis praecipue super symonia accusatur. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 95.

(•) | (•) | * (1413) Philippo regi Francorum scribit super eo quod de papa minus bene videbatur contentari. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 96.

(•) | (•) | * (1414) De Alcobatia et de Salzeda (Sazeta *leg.*) abbatibus etc. mandata dat super causa exemptionis ecclesiae s. Martini de Castro, quae vertitur inter archiepiscopum Bracharensem et priorem ecclesiae memoratae. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 97.

(•) | (•) | * (1415) De Braida, Domo nova Mediolanensi, Modoicensi, Mailanensi, de vico Zerbete, Domo nova Papiensi, Bergamensi, Brixiensi aliisque praelatis eiusdem(?) ordinis, sed (et?) eorum fratribus et sororibus super approbatione regulae et confirmatione iurium eorundem. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 98.

(•) | (•) | * (1416) G. de Porta orientali, C. Modoicensi, A. Cumano, N. Papiensi, G. Brixiensi, I. Bergamensi, I. Placentino, L. Laudensi, R. Cremonensi aliisque ministris eiusdem(?) ordinis eorumque fratribus et sororibus scribit super ordinatione regulae et religionis eorundem. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 99.

(•) | (•) | * (1417) I. de Rendanario, L. de Vico et pluribus aliis praepositis scribit super approbatione regulae ipsorum et confirmatione iurium, quae nunc possident et in posterum obtinebunt. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 100.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1201.** |
| (Iun.) | (Laterani) | • (1418) De Lucola et de Caritate abbatibus mandata dat super sepultura domini de Montebeligardi, qui obiit excommunicatus, cuius autem filius se obtulit satisfacere pro eodem. A° 4°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. I. 58. n° 101. |
| (•) | (•) | • (1419) Praelatis, principibus et populo regni Siciliae mandat, ut comiti Licii super defensione regni eiusdem efficaciter pareant et intendant. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 103. |
| Iul. 1 | • | (1420) Guillelmum Montispessulani dominum monet et exhortatur, ut Iohanni tit. S. Priscae presbytero cardinali, quem ad partes Provinciae apostolicae sedis legatum duxerit destinandum, super facto haereticorum tam viriliter quam potenter assistat. Kal. Iul. a° 4°. ‖ Gariel Series praesulum Magalon. 186; Bouquet Rec. XIX. 404. — »Cum Dominus a.« |
| • 3 | • | (1421) Friderico regi Siciliae, qui rogaverat ut Gualterium Troianum episcopum ac Siculi regni cancellarium anathemate perculsum in gratiam admitteret, respondet eique exponit, quantos labores pro ipsius tuenda salute adiverit; deinde valde queritur de regiis domesticis, qui privatae dumtaxat rei studentes Iacobo Marescallo sine remuneratione dimisso sub specie pacis, quae ut rei monstravit eventus, proditio potius dicenda erat, Marcualdum furentem anathematis sententia damnatum iamque deiectum ad regis exitium erexerant, et super facto Gualterii Brennensis comitis veritatem obfuscare moliebantur; eundem comitem de regno optime meritum ostendit, ac regem exhortatur, ut, quantum de homine credi possit, in nullo dubitet de comite memorato, sed potius de ipso confidat. v non. Iul. a° 4°. ‖ Gesta Innoc. § 33 ap. Baluze *ante eiusd.* Epist. I. a. 12; ap. Bréquigny Dipl. II. I. 31; ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 80; *nonnisi initium in* Raynaldi Ann. ad a. 1201 § 38. *Cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 298; *supra* n° 1234. — »Utinam puerilibus annis.« |
| • 11 | Signiae | (1422) Decano et archidiacono Ambianensibus mandat, ut sententiam excommunicationis contra burgenses castri s. Audomari super quadam aqua et quibusdam paludibus ad ecclesiam s. Bertini spectantibus latam usque ad condignam satisfactionem observari faciant. v id. Iul. a° 4°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 1121; I-i Opp. ed. Migne IV. 80. — »Significaverunt dilecti filii.« |
| (Iun. Iul.) | — | (1423) Episcopo Torcellano (Torlecan. *Collect. III.,* Toletano *Decret.*) respondet, utrum dies peremptorie ad audiendam sententiam praefixa in diem crastinam sine praeiudicio prorogari possit. A° 4°. ‖ Collect. III. decret. lib. 1. tit. 18 *de off. iud. deleg.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 460; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 29 *de off. iud. del.* c. 24 ap. Boehmer Corp. II. 151, *attributa* a° 1203; ap. Richter Corp. II. 163; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 59. n° 127. — »Consuluit nos tuae.« |
| (•) | — | (1424) (Lutoldo) Basiliensi et (Odoni?) Bellicensi episcopis et abbati S. Mariae mandat, ut, nisi (Nantelmus) Sedunensis episcopus sufficienter ostenderit »quod vel indulgentia sedis apostolicae speciali vel ex alia iusta causa et necessaria ei post consecrationem suam praepositura Lausanensis ecclesiae concessa fuerit,« ipsum ad resignationem ipsius, si sponte noluerit, per censuram ecclesiasticam compellant et deinde Lausanense capitulum ad conferendam eam thesaurario Lausanensi subdiacono suo moveant. A° 4°. ‖ Collect. III. decret. lib. 3. tit. 8 *de concess. praeb.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 521; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *de conc. praeb.* c. 6 ap. Boehmer l. c. 454, *tributa* a° 1216; ap. Richter l. c. 473; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 58. n° 106. — »Cum nostris olim.« |
| (•) | — | • (1425) Abbati et conventui monasterii ecclesiae Christi confirmat iura et privilegia. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 105. |
| (•) | — | • (1426) (Ubaldo) archiepiscopo Pisano mandat, inhibeat Pisanis, ne in auxilium Marcualdi (Marci et Duibaldi *Thein.*) audeant se transferre. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 107. |
| (•) | — | • (1427) Potestati et populo Pisanis scribit de eodem argumento. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 108. |
| (•) | — | • (1428) (Emmerico) regi Ungarorum concedit, ut possit dimittere duodecim crucesignatos pro custodia regni sui. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 109. |
| (•) | — | • (1429) Episcopo et clero ac populo Auximanis scribit super concordia inter ipsos et Firmanos et ecclesiam et multas alias civitates praecipue de Marchia per ipsum papam limitata. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 110. |
| (•) | — | • (1430) (Nicolaum?) patriarcham Alexandrinum et eius suffraganeos monet et hortatur, ut velint in fide catholica firmiter persistere et eam per praedicationem et vitam laudabilem quantum poterunt propagare. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 111. |
| (•) | — | • (1431) Duci Crowaciae scribit super provida gubernatione regni Ungariae, dum (Emmericus) rex eius fuerit ad partes transmarinas, ad quas se disposuit. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 59. n° 112. |
| (•) | — | • (1432) Archiepiscopo Colocensi et Cenadiensi episcopo scribit de eadem re. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 59. n° 113. |

**1201.**

(Iun. Iul.) — • (1433) Strigoniensi et Colocensi archiepiscopis et eorum suffraganeis mandat, quod moneant crucesignatos ire simul in subsidium Terrae sanctae. A° 4°. || Theiner Vet. mon. Slav. I. 59. n° 114.

( • ) — • (1434) Universis ad quos praesentes litterae pervenerint significat, quod debita, quae (Emmericus) rex Ungariae contrahet in eundo ad subsidium Terrae sanctae et quae ante eius obitum persoluta non fuerint, eius heres et successor solvere teneatur. A° 4°. || Theiner l. c. 59. n° 115.

(Iul.) — • (1435) Abbati et capitulo Cisterciensi gratias agit pro duobus milibus marcharum, quas pro subsidio Terrae sanctae se soluturos liberaliter pro toto suo ordine obtulerunt. A° 4°. || Theiner l. c. 59. n° 116.

( • ) — • (1436) Praelatis et nobilibus ac populis regni Siciliae citra Pharum mandat, ut comitem Licii, qui iuravit esse fidelis regno, favorabiliter recipiant et ei circa regni defensionem praestare studeant auxilium et favorem. A° 4°. || Theiner l. c. 59. n° 117.

( • ) — • (1437) Pluribus aliis in principatu Tarentino et alibi super eodem. A° 4°. || Theiner l. c. 59. n° 118.

( • ) — • (1438) (Octaviano) episcopo Hostiensi mandat, ut circa statum (Ingelburgis) reginae Francorum honorifice reformandum et expulsionem superinductae instet diligenter, et (Philippum) regem moneat ad subsidium Terrae sanctae exhibendum, et super pluribus, videlicet provisione facta de ecclesia Maguntina. A° 4°. || Theiner l. c. 59. n° 120.

( • ) — • (1439) Abbati et conventui Cisterciensi confirmat ecclesiam de Kardeborc, quam (Iohannes) rex Anglorum ordini donavit antefato. A. 4°. || Theiner l. c. 59. n° 121.

( • ) — • (1440) (Fridericum) regem Siciliae monet, quod secure confidat in comite Licii, quia ipsum regni et suum securum reperiet defensorem. A° 4°. || Theiner l. c. 59. n° 122.

( • ) — • (1441) Praelatis omnibus per regnum Franciae constitutis mandata dat super solutione quadragesimae pro subsidio Terrae sanctae, quam solvere hucusque distulerunt, cum multis ordinationibus adiacentibus passagio transmarino. A° 4°. || Theiner l. c. 59. n° 123.

( • ) — • (1442) Praeposito, decano et scolastico Hildesemensibus mandata dat super collatione, quam impediebat (Ludolfus) archiepiscopus Magdeburgensis, praepositurae ecclesiae Magdeburgensis, quae erat sedi apostolicae devoluta. A° 4°. || Theiner l. c. 59. n° 124.

Aug. 8 Signiae (1443) (Hugoni) archiepiscopo Cantuariensi indulget, ut decimas de terris ad suam iurisdictionem utroque iure spectantibus, quas propriis sumptibus excolat, conferre possit loco vel locis quibus voluerit, dummodo per hoc Cantuariensis ecclesia contra statuta canonum non laedatur. VI id. Aug. a° 4°. || Epistolae Cantuar. 520. — »Cum a nobis.«

» 10 » (1444) Abbatem et fratres Lubenses [Leubus] cum monasterio et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem villas Lubens, Ruzke, Radtaj, Zagorics *etc.* cum omnibus pertinentiis et decimationibus a Bolezlao duce Zlesiae et H(enrico) eius filio praefato monasterio concessas *etc.*, praeterea libertates et immunitates ordini dicto indultas eis confirmat. IV id. Aug. a° 4°. || (Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 24; *cf.* Grünhagen Regest. I. 58. n° 74. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 12 » • (1445) Abbatem et canonicos monasterii S. Vincentii de Wreczelaw [Breslau] cum omnibus bonis et possessionibus tuendos suscipit, specialiter autem eis ecclesiam s. Martini in Wratizlaw, ecclesiam s. Laurentii in Liegnitz, ecclesiam s. Godardi in Kostenblut *etc.* confirmat. II id. Aug. a° 4°. || Grünhagen l. c. 58. n° 75.

» 27 » (1446) Potestati, consiliariis et populo Mutinensibus mandat, ut, nisi B(onifacius) quondam abbas qui, licet super dilapidationis vitio a regimine Nonantulani monasterii amotus sit, adhuc administrationi eius ambitiosus incubat, et fautores eius ad commonitionem Bononiensis et Mutinensis episcoporum paruerint, eosdem de monasterio eiiciant et R(aimundum) tunc abbatem S. Mariae in Strata, quem sibi fratres Nonantulani monasterii elegerint, una cum electoribus ipsius in istud inducant. VI kal. Sept. a° 4°. || Tiraboschi Stor. di Nonantula II. 336. n° 396; Savioli Ann. Bologn. II. II. 230. — »Qualiter correctionem Nonantulani.«

(Iul.-Aug.) ( • ) (1447) Archidiacono Metensi (Exonensi *hab. Collect. III primo loco, sed videas Theinerum*) respondet ad ea quae petebat, videlicet si praesentatus plures parochias obtinens sit ab huiusmodi praesentatione repellendus, vel ad eam sine contradictione admittendus; et utrum episcopus vel electus sine consensu capituli possit concedere vacantes ecclesias baptismales coenobiis vel ecclesiis conventualibus, etiam habeat ius patronatus in ecclesiis concedendis. A° 4°. || *In duas partes divisa in* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 7 *de institut.* c. 2 *et* lib. 3. tit. 11 *de his quae conced.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 519, 527; *nonnisi 2a pars int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 10 *de his quae f. a prael.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 467, *tributa* a° 1210; ap. Richter Corp. II. 487; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 59. n° 128. — »Tua nuper devotio.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1201.** |
| (Iul. Aug.) | (Signiae) | • (1448) Populo de Castro Gallosae scribit super reconciliatione ipsorum et praestatione per eos fidelitatis iuramenti Leodiensi, quae in discordia extitit celebrata. A° 4°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. I. 59. n° 125. |
| (•) | (•) | • (1449) (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi committit purgationem (Danielis) episcopi Pragensis, qui super diversis criminibus diffamatur. A° 4°. ‖ Theiner l. c. 59. n° 126. |
Wormatiensis episcopi rescindere. x kal. Apr. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 14 ed. Baluze I. 616; Bréquigny Dipl. II. I. 74; Innoc. Opp. ed. Migne I. 964; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 8 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 441; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 23 ap. Boehmer Corp. II. 54 (*ubi refertur ad* a. 1203); ap. Richter Corp. II. 63. *Cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1200 § 19. — »Bonae memoriae C.«

* *In eundem modum* Guillelmo episc. Praenestino apostolicae sedis legato in Germania,
» » » (Hartberto) Hildesemensi episcopo, et
» » » Praeposito Bonnensi.

Mart. 24 — Laterani — (1648) (Hugoni) abbati S. Dionysii, (Roberto) priori S. Martini de Campis et I(ovino) magistro scholarum Aurelianensium mandat, ut, nisi post denunciationem indicendae purgationis publice factam in ecclesia Carnotensi legitimus contra Henricum maiorem archidiaconum Carnotensem infra 20 dies apparuerit accusator, ei purgationem canonicum indicent ad minus tertia manu sui ordinis exhibendam. ix kal. Apr. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 12 ed. Baluze I. 615; Bréquigny l. c. II. I. 72; Innoc. Opp. ed. Migne I. 961; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 17 *de purgat. can.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 589; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 34 *de purg. can.* c. 11 ap. Boehmer l. c. 826 (*ubi ad* a. 1204 *refertur*); ap. Richter l. c. 838. — »Cum dilectus filius.«

* *In eundem modum eodemque die pro* Ph. archidiacono Pisciacensi.

» 26 — » — (1649) Philippo regi Francorum exponit, quid pro fovenda pace egerit cum rege Ottone in Romanorum imperatorem electo; tum eum hortatur, ut cum illo foedus ineat. (vii kal. Apr. a° 5° *Bouq.*) *Sine nota chronol. et non integra* ‖ Raynaldi Ann. 1201 § 26; *integra int.* Innoc. Ep. *registr.* n° 64 ed. Baluze I. 717; Opp. ed. Migne III. 1068; ap. Bouquet Rec. XIX. 407. *Cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 301. n° 92. — »Recepimus litteras quas.«

» 27 — » — (1650) (Iohannem) regem Anglorum (qui uxorem suam Hadovisam sive Iohannam repudiaverat) exhortatur, ut centum milites dirigat in subsidium Terrae sanctae in obsequio Crucifixi per annum integrum moraturos, et monasterium construat, in quo fratres Cisterciensis ordinis statuantur; ut posteriorum oblitus ad anteriora iugiter se extendat nec retrorsum respiciat, sed de cetero vacet operibus pietatis. vi kal. Apr. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 19 ed. Baluze I. 620; Bréquigny Dipl. II. I. 80; I-i Opp. ed. Migne I. 972. n° 20; *cf.* Raynald. l. c. 1202 § 26. — »In medio duorum.«

» 28 — » — (1651) Eundem iterum monet, ut regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo nepoti suo legatum Richardi regis fratris cum integritate persolvat et, »cum nos ei iam publice favorem apostolicum impendamus,« in eius auxilium potenter ac regaliter accingatur. »Alioquin districtionem, quam (Hubertus) Cantuariensis archiepiscopus propter hoc duxerit exercendam, ratam haberi volumus.« v kal. Apr. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 69 ed. Baluze I. 720; Opp. ed. Migne III. 1075; Bouquet Rec. XIX. 412; *fragm.* ap. Raynald. l. c. 1202 § 26. — »Non debet alii.«

» 28 — » — (1652) (Guidoni) episcopo Praenestino apostolicae sedis legato, S. Benedicti Cisterciensis ordinis et Belli Loci abbatibus Virdunensis diocesis mandat, ut causam M(atthaei) Tullensis episcopi pluribus criminibus accusati secundum formam canonum audiant, in ipso negotio usque ad diffinitivam sententiam legitime procedentes. v kal. Apr. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 13 ed. Baluze I. 616; Bréquigny l. c. II. I. 73; Inn. Opp. ed. Migne I. 963. — »Veniens ad apostolicam.«

(Mart.) — » — (1653) (Bertoldo) duci Zaringiae (Laringiae *Collect. III.*) nunciat, se (Eberhardum) Salzburgensem archiepiscopum, (Eberhardum) abbatem de Salem et (Conradum) marchionem orientalem quorundam principum nuntios benigne recepisse et litteras, quas per eos quidam principes destinarint, diligenter perlegi fecisse. Respondet ad singula in eis contenta. Scribit, se per nuntios principum memoratos eos duxisse commonendos, ut »sicut nos a iuris ipsorum cessamus iniuria, sic ipsi contra ius nostrum se nequaquam iniuriosos ostendant, sed a Philippo duce Sueviae iusto quidem a nobis iudicio reprobato recedant et Ottoni regi non abnuant adhaerere..... Si supradictus dux imperium obtineret, libertas principum in electione periret, et imperii obtinendi de cetero ceteris fiducia tolleretur... Praeterea cum multi principum ex imperio aeque sint nobiles et potentes, in eorum praeiudicium redundaret, si nonnisi de domo ducum Sueviae videretur aliquis ad imperium assumendus. Cum ergo nos flecti a nostro proposito nulla penitus occasione possimus,... nobilitatem tuam monemus, ut... de cetero a praefato duce Philippo recedas omnino, non obstante iuramento si quod ei ratione regni fecisti, praedicto vero regi Ottoni patenter adhaereas et potenter.« *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 62 ed. Baluze I. 715; Opp. ed. Migne III. 1065; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 19 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 448; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 34 ap. Boehmer Corp. II. 65 (*ubi refertur ad* a. 1208); ap. Richter Corp. II. 76; ap. Raynald. Ann. ad a. 1201 § 23, 24. *Cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 301. n° 91; Phillips Kirchenrecht III. 192; Hefele *in* (Tübinger) Theolog. Quartalschrift XLIV. (1862.) 615. — »Venerabilem fratrem nostrum.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1202.** |
| (Mart.) | Laterani | (1654) Regem Ottonem in Romanorum imperatorem electum monet et exhortatur, ut constantiae virtutem assumat nec se circumveniri a multis principum aliquatenus patiatur: »quia cum nos non potuerint ad suum consilium inclinare, te ac tuos aggredientur promissis, et quibuscunque modis poterunt circumvenire tentabunt. Unde ... studeas retinere quod habes.... Tuum erit procurare de cetero, qualiter et quo tempore ad sedem apostolicam coronandus accedas. Ceterum quam studiose negotium tuum apud Philippum regem Francorum promovere curamus, in proximo dante Domino desideratus declarabit affectus, de quo spem bonam concepimus ex litteris, quas rex ipse nuper nostro apostolatui destinavit.« *Absque nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 65 ed. Baluze I. 718; Opp. ed. Migne III. 1072; *cf.* Böhmer Reg. p. 301. n° 93. — »Quantum Deo debeas.« |
| (•) | » | (1655) (Henrico) duci Brabantiae et uxori eius significat, se dispensationem, quam (Guido) Praenestinus episcopus apostolicae sedis legatus super matrimonio inter regem Ottonem in Romanorum imperatorem electum et (Mariam) filiam eorum contracto dedit, confirmare. *Sine nota chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 66 ed. Baluze I. 719; Opp. ed. Migne III. 1073. — »In iis quae.« |
| Apr. 1 | » | (1656) Abbatem et fratres Teplenses Praemonstr. ord. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem libertates et immunitates ab Ottogaro duce Bohemiae eis concessas, bona etiam quae Hroznata (*nonnisi* G. *Erb.*) comes Bohemiae ecclesiae eorum concessit, auctoritate apostolica confirmat. Kal. Apr. a° 5°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 579; Erben Reg. Bohem. I. 214. n° 469 *fragm., perperam ad* a. 1203. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 4 | » | (1657) Abbatibus de Blangeio et de Alciaco et priori de Hesdin mandat, ut minis censurarum ecclesiasticarum prohibeant, ne canonici S. Audomari praesentibus burgensibus S. Audomari ratione iniuriarum abbati et conventui S. Bertini illatarum excommunicatis divina celebrent. II non. Apr. a° 5°. ‖ Bréquigny Diplom. II. II. 1122; Inn. Opp. ed. Migne IV. 94. — »Querelam dilectorum filiorum.« |
| » 5 | » | (1658) (Adolfum) Coloniensem archiepiscopum laudat, quod »redeunte Aegidio acolytho nostro tanto amplius sumus ad tuam dilectionem inducti, quanto de sinceritate tua ipse nos reddidit certiores.« Monet eum, ut regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo, »quem ad regnum post Dominum praecipue tu vocasti,« fideliter assistat et quoscunque poterit ad devotionem eius et fidelitatem inducat. Non. Apr. (a° 5°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 67 ed. Baluze I. 719; Opp. ed. Migne III. 1073; *fragm. in* Raynaldi Ann. 1202 § 27. — »Expedit saepius persecutionis.« |
| » 8 | » | (1659) Willelmo archiepiscopo Remensi S. Sabinae cardinali apostolicae sedis legato, (Petro) abbati S. Remigii et decano Remensibus mandat, ut excommunicationis sententiam contra burgenses S. Audomari occasione ablatarum quarundam paludum ad monasterium s. Bertini pertinentium iuste latam publicari et observari faciant. VI id. Apr. a° 5°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1122; Inn. Opp. ed. Migne IV. 95. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 9 | » | (1660) (Roberto) Cabilonensi episcopo et (Arnaldo Amalrico) abbati Cisterciensi mandat, ut (Nivardum) abbatem S. Sequani, »cum ex defectu senilis aetatis asseratur impotens ad eundum,« a voto transfretandi in Terram sanctam absolvant, ita tamen, ut subventionem idoneam dirigat in subsidium terrae eiusdem. V id. Apr. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 15 ed. Baluze I. 619; Bréquigny l. c. II. I. 78; Inn. Opp. ed. Migne I. 970. n° 16. — »Significantibus filiis dilectis.« |
| » 19 | » | (1661) (Henrico) Exoniensi episcopo plures ecclesias et capellaniam de Bosean ad Exoniensem ecclesiam pertinentes cum terris, decimis et aliis pertinentibus confirmat. XIII kal. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 63 ed. Baluze I. 649; Bréquigny l. c. II. I. 126; Inn. Opp. ed. Migne I. 1034. — »Solet annuere.« |
| » 19 | » | Siffrido archiepiscopo Maguntino: »Bonae memoriae C.«, *vid.* 1202. Mart. 21. n° 1643. |
| » 22 | » | (1662) G. fratri militiae Templi familiari suo, Lug. et M. de Potentia magistris camerariis Apuliae et Terrae Laboris et ducatus Amalphiae mandat, ut terras, possessiones, tenimenta demanii et montitii, molendina et alios redditus, quae W. de Plear exhausto thesauro regio quibus voluit concessit, ad regis dominium revocent. X (V *Bréq. et Migne*) kal. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 20 ed. Baluze I. 620; Bréquigny l. c. II. I. 81; Inn. Opp. ed. Migne I. 973. n° 21; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 87. — »Ad nostram noveritis.« |
| » 22 | » *) | (1663) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clero, comitibus, baronibus, civibus et aliis per Apuliam, Terram Laboris et ducatum Amalphiae constitutis significat, se G. fratrem militiae Templi, nobiles viros Lug. et M. de Potentia magistros camerarios Apuliae et Terrae Laboris *etc.* constituisse, et mandat, ut eis in omnibus quae ad magisterium camerariatus pertinent, intendant. X kal. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 21 ed. Baluze I. 621; Bréquigny l. c. II. I. 81; Opp. ed. Migne I. 974. n° 22. — »Ad vestram volumus.« |

*) Signum loci corruptum; pro *Anagniae,* quam lectionem omnes editiones diserte proferunt, legendum est *Laterani,* cum etiam utraque epistola n° 20 et 22 X kal. Mai. *Laterani* data dicatur.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1202.** |
| Apr. 22 | Laterani | (1664) (Maugerio) Wigorniensi episcopo respondet, eum libere posse ad sedem apostolicam appellare, cum ad praesentiam delegatorum iudicum non possit secure venire citatus. x kal. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 22 ed. Baluze I. 621; Bréquigny Dipl. II. I. 82; Inn. Opp. ed. Migne I. 974; *sine nota chronol.* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 509; *valde mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 47 ap. Boehmer Corp. II. 395, *ubi* a° 1212 *tribuitur*; ap. Richter Corp. II. 411. — »Ex parte tua.« |
| » 24 | » | (1665) Eidem concedit, ut, quotiens eum ad ecclesias conventuales diocesana lege subiectas necessitas vel utilitas traxerit, non obstante appellationis obiectu libere in eis corrigenda corrigat et statuat statuenda. VIII kal. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 23 ed. Baluze I. 621; Bréquigny l. c. II. I. 82. n° 24; Inn. Opp. ed. Migne I. 975. n° 24. *Cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1202 § 7. — »Licet appellationis obstaculum.« |
| » 24 | » | (1666) (Hugoni) decano et capitulo Cathalaunensi mandat, ut infra mensem post praesentationem litterarum istarum personam idoneam de gremio eiusdem ecclesiae canonice in episcopum eligant et, si electio facta fuerit, ipsam W(illelmo) archiepiscopo Remensi S. Sabinae presbytero cardinali apostolicae sedis legato repraesentare curent. VIII kal. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 24 ed. Baluze I. 621; Bréquigny l. c. II. I. 83. n° 25; Inn. Opp. ed. Migne I. 976. n° 25. — »Cum nuper ecclesia.« |
| ( » 24) | » | (1667) Patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et universo clero in transmarinis partibus constitutis significat, se S(offridum) tit. S. Praxedis et P(etrum) tit. S. Marcelli presbyteros cardinales destinasse legatos sedis apostolicae in Terram sanctam. A° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 25 ed. Baluze I. 622; Bréquigny l. c. II. I. 84. n° 26; Inn. Opp. ed. Migne I. 977. n° 26; *non integra* ap. Raynaldum Ann. ad a. 1202 § 30. — »Si sub potenti.« |
| ( » 24) | » | (1668) S(offrido) tit. S. Praxedis presbytero cardinali apostolicae sedis legato in ultramarina provincia plenae legationis officium committit. A° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 26 ed. Baluze I. 623; Bréquigny l. c. II. I. 85. n° 27; I-i Opp. ed. Migne I. 979; *indicata* ap. Raynald. l. c. a. 1202 § 30. — »Cum aliquos ex.« |
| » 27 | » | G. fratri militiae Templi: »v kal. Mai.« Bréquigny l. c. II. I. 81, *vid.* 1202. Apr. 22. n° 1662. |
| » 28 | » | (1669) Capitulo Andegavensi mandat, ut infra mensem post susceptionem praesentium personam idoneam canonice in episcopum eligant et, si electio facta fuerit, ipsam (Bartholomaeo) Turonensi archiepiscopo praesentent. IV kal. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 27 ed. Baluze I. 623; Bréquigny l. c. II. I. 86. n° 28; I-i Opp. ed. Migne I. 980. — »Cum olim ecclesia.« |
| » 30 | » | (1670) Decano et capitulo Rothomagensibus decimam universorum redditnum et proventuum de Dieppa et de Botellis, quam Walterus Rothomagensis archiepiscopus capitulo Rothomagensi concessit, auctoritate apostolica confirmat. II kal. Mai. a° 5°. ‖ Bonnin Cartul. de Louviers. Docum. I. 135. n° 97. — »Cum a nobis.« |
| Mai. 3 | » | (1671) (Marco) Castellano episcopo et (Gervasio) abbati S. Hilarii de Venetiis mandat, ut controversiam, quae super quibusdam decimis inter ecclesiam Paduanam ex una et hospitale s. Mariae de Mandria ex altera parte exorta erat, decidant. V non. Mai. a° 5°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XIII. 25. — »Significarunt nobis dilecti.« |
| » 5 | » | (1672) Capitulo Pragensi scribit de causa (Danielis) Pragensis episcopi, contra quem A. Pragensis canonicus coram papa proposuerat, »quod cum esset filius sacerdotis, in ecclesiam fuerit Pragensem intrusus, et contra eiusdem ecclesiae privilegium imperiali ei liberalitate concessum et per sedem apostolicam confirmatum hominium duci Bohemiae praestitisset et regalia recepisset ab eo, sic subiciens Pragensem ecclesiam servituti.« Postea autem »discussa diligentius veritate, cum« praepositus et decanus Salseburgenses, quibus (Eberhardus) archiepiscopus Salsburgensis ad sedem apostolicam a quibusdam principibus missus vices suas delegaverat, »nullum depositione dignum de obiectis ei criminibus notorium invenissent, cum (Conradus) Ratisbonensis et (?) Hamburgensis**) episcopi et C. de Brumen (Breunou *al.*, Braunau?), B. de Sazau, S. de Cladomb (Cladorub *Erb.*) abbates eum pariter compurgarent et ipsum tandem ab obiecta sibi absolventes infamia, in integritatem bonae famae restituere curaverunt, et iniunxerunt eidem ut nostro se conspectui praesentaret, quod ipse celeriter adimplevit.... Ipsum cum gratiae nostrae plenitudine ad vos remittimus absolutum,« ipsis mandans, ut bonae famae denuntient eundem et ei de cetero debitam exhibeant reverentiam et honorem. III non. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 28 ed. Baluze I. 624; Bréquigny Diplom. II. I. 87. n° 29; I-i Opp. ed. Migne I. 981; Erben Reg. Bohem. I. 209. n° 465; *cf.* Palacky Reise 18. n° 28; Boczek Cod. dipl. Morav. I. 351. n° 374, *perperam* cca. 1198. — »Veniens olim ad.« |

* *Fere in eundem modum* (Eberhardo) Sal(s)eburgensi archiepiscopo, *ut elucet ex fragm. in* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 1 *de accus.* c. 2 *in* Augustini Tarracon. Opp. IV. 570. *valde mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 1 *de accus.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 700; ap. Richter Corp. II. 709; *fragm.* ap. Dobner Mon. Boem. I. 127. Not. °. — »Veniens ad (apostolicam *Collect. III.*) sedem.«

**) Haec vox corrupta videtur, quia Hamburgensis archiepiscopatus tunc temporis cum Bremensi coniunctus erat; num *Herbipolensis* legendum?

**1202.**

Mai. 7 — Laterani — (1673) (Walterio) archiepiscopo Rothomagensi praecipit, ut si qui in Normannia vel aliis partibus cismarinis Iohanni regi Anglorum subiectis contra hunc praesumpserint rebellare, eos per censuram ecclesiasticam compescat. Non. Mai. (Mart. *Bréq. et Migne*) a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 30 ed. Baluze I. 625; Bréquigny Dipl. II. I. 89. n° 31; Opp. ed. Migne I. 984; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1202 § 26. — »Fraternitatem tuam credimus.«

* *In eundem modum* (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo.

» 10 — » — (1674) A(delardo) S. R. E. cardinali Veronensi episcopo concedit, ut, cum appellationis remedium non ad defensionem iniquitatis, sed ad subsidium innocentiae fuerit institutum, si excessus in his, qui diocesana sint eidem lege subiecti, fuerint manifesti, in eos qui talia perpetrarint, rigorem exercere iudiciarium non omittat. VI id. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 32 ed. Baluze I. 626; Bréquigny l. c. II. I. 91. n° 33; I-i Opp. ed. Migne I. 986; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1202 § 7. — »Tua nobis fraternitas.«

» 10 — » — (1675) Eidem concedit, ut in laicos Veronensis diocesis viros et feminas nimis dissolute viventes rigorem exerceat iudiciarium. VI id. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 33 ed. Baluze I. 626; Bréquigny l. c. II. I. 91. n° 34; I-i Opp. ed. Migne I. 987; *cf.* Raynald. l. c. a. 1202 § 7. — »Tua nobis fraternitas.«

» 10 — » — (1676) Eidem significat, se arbitrium Octaviani Ostiensis episcopi et P(etri) tit. S. Caeciliae et I(ohannis) tit. S. Priscae presbyterorum cardinalium super archidiaconatu Veronensis ecclesiae prolatum confirmare. VI id. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 34 ed. Baluze I. 627; Bréquigny l. c. II. I. 92. n° 35; I-i Opp. ed. Migne I. 987. — »Cum pro quaestione.«

» 10 — » — (1677) Eidem scribit de archidiaconatu Veronensi simul inhibens, ne quis absque speciali mandato Romani pontificis circa institutionem archidiaconi vel ordinationem archidiaconatus ecclesiae Veronensis procedat, nisi forte Veronensis episcopus et eius capitulum unanimi consensu canonice duxerint procedendum. VI id. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 31 ed. Baluze I. 625; Bréquigny l. c. II. I. 90. n° 32; Opp. ed. Migne I. 985. — »Cum olim dilectus.«

» 12 — » — (1678) (Guillelmo) Bituricensi archiepiscopo, (Guillelmo) episcopo Nivernensi et (Hugoni) abbati Cluniacensi praecipit, ut, nisi burgenses de Charitate haereseos suspecti publice ac distincte suum confiteantur errorem, profiteantur catholicae fidei veritatem et cautionem sufficientem praestiterint, in eos denuo excommunicationis sententiam promulgent et tanquam ethnicos et publicanos mandent ab omnibus evitari. IV id. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 35 ed. Baluze I. 627; Bréquigny l. c. II. I. 92. n° 36; I-i Opp. ed. Migne I. 988; Bouquet Rec. XIX. 412; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1202 § 7. — »Accedentes nuper ad.«

» 15 — » — (1679) Iovino magistro scholarum Aurelianensium mandat, ut de duplici prioris Graciacensis (Traciacensis *Baluze*) nominatione nuper facta inquirat et, si neutram earum canonicam et de persona idonea celebratam fuisse cognoverit, capitulo minoris ecclesiae iniungat, ut infra quindecim dies ad nominationem canonicam procedant. Id. Mai. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 36 ed. Baluze I. 628; Bréquigny l. c. II. I. 94. n° 37; I-i Opp. ed. Migne I. 990. — »Ecclesia sancti Austregisili.«

» 21 — » — (1680) (Hugoni) abbati et conventui S. Dionysii in Francia ecclesiam de Longo Monte, quam eis Nivelo Suessionensis episcopus contulit, auctoritate apostolica confirmat. XII kal. Iun. a° 5°. ‖ Doublet Hist de l'abbaye de St. Denis 538. — »Solet annuere sedes.«

» 23 — » — (Odoni) Parisiensi ep. et abbati Latiniac.: »x kal. Iun. a° 5°«. ‖ Theodori Poenitent. II. 713, 714; Du Plessis Hist. de Meaux II. 89, *vid.* 1201. Mai. 23. n°. 1351—1353.

» 25 — » — (1681) Capitulo Sipontino confirmat contra canonicos Garganicos Alexandri pp. III sententiam, non duas sed unam tantum archiepiscopalem sedem existere, videlicet ecclesiam Sipontinam neque archiepiscopum de cetero Sipontinum et Garganicum, sed Sipontinum solummodo dici, chrisma quoque confici in ecclesia Sipontina. VIII kal. Iun. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 829; Innoc. Ep. lib. 5. n° 41 ed. Baluze I. 632; Bréquigny Diplom. II. I. 100; I-i Opp. ed. Migne I. 999; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1202 § 12. — »In literis bonae.«

» 27 — » — )1682) Praeposito et fratribus Ranshovensis ecclesiae significat, se statuere, »ut is, qui in Ranshovensi ecclesia locum regiminis obtinet, curam plebis ad eandem ecclesiam pertinentis exerceat, ut videlicet nullus in tota illa parrochia preter archiepiscopum et dyocesanum episcopum et eundem prepositum aliquit debeat ordinare.« VI kal. Iun. a° 5°. ‖ UB. ob der Enns II. 484. — »Iustis potencium desideriis.«

» 28 — » — (1683) (Stephano) episcopo Noviomensi respondet, quomodo procedi oporteat, cum agatur de proprietate. V kal. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 40 ed. Baluze I. 633; Bréquigny l. c. II. I. 100; I-i Opp. ed. Migne I. 998; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 5 *de causa poss.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 479; *non integra int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 12 *de causa poss.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 255 (*ubi tribuitur* a° 1204); ap. Richter Corp. II. 268. — »Pastoralis officii debitum.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1202.** |
| Mai. 30 | Laterani | (1684) Canonicis Tyrensibus mandat, ut plebanum ecclesiae s. Marci Tyrensis ante adventum Sofredi tit. S. Praxedis et Petri tit. S. Marcelli presbyterorum cardinalium apostolicae sedis legatorum molestare in iuribus parochialibus non audeant. III kal. Iun. a° 5°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. II. 223; Tafel u. Thomas Urk. zur Gesch. Venedigs *in* Fontes rer. Austr. Abth. II. Dipl. XII. 425. — »Exposita nobis dilecti.« |
| » 31 | » | (1685) (Huberto) archiepiscopo Cantuariensi tribuit facultatem in ecclesia Cantuariensi, »quae unum solum archidiaconum hactenus noscitur habuisse,« de cetero tres archidiaconos instituendi. II kal. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 56 ed. Baluze I. 647; Bréquigny Diplom. II. I. 122; I-i Opp. ed. Migne I. 1029. — »Ex parte tua.« |
| » 31 | » | (1686) Eliensi episcopo, decano Lincolniensi et archidiacono de Bedfor committit, ut accusationem contra archiepiscopum Eboracensem G. prolatam examinent. II kal. Iun. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 57 ed. Baluze I. 647; Bréquigny l. c. II. I. 122; I-i Opp. ed. Migne I. 1029; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1202 § 7. — »Querelarum diversitas et.« |
| (Mai. 15-31) | » | (1687) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, comitibus, baronibus, civibus et aliis per regnum Siciliae constitutis significat, se Walterum comitem Brenensem filium Tancredi regis contra Marcualdum in Siciliam destinasse atque, ut omnis penitus suspicio sopiatur, Rofredum tit. SS. Marcellini et Petri presbyterum cardinalem et Iacobum consobrinum marescalcumque suum illuc direxisse legatos, »concessa eis plenaria potestate, ut gerant in illis partibus vices nostras et personam regiam... faciant per familiares regios fideliter custodiri;« et mandat, ut ambobus humiliter intendant cum eisque contra excommunicatum et perfidum Marcualdum assistant comiti memorato. A° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 37 ed. Baluze I. 630; Bréquigny l. c. II. I. 96. n° 38; I-i Opp. ed. Migne I. 993; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 88; *cf.* Raynald. l. c. a. 1201 § 140; *non integra ibid.* a. 1202 § 1. — »Opera testimonium perhibent.« |
| ( » ) | » | (1688) P(arisium) (B. *Baluze*) episcopum in archiepiscopum Panormitanum electum exhortatur, ut Walterum comitem Brenensem, qui in Siciliam in regis et regni subsidium transfretare festinet, fortiter adiuvet. A° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 38 ed. Baluze I. 631; Bréquigny l. c. II. I. 98. n° 39; Pirrus Sicil. sacra I. 127; I-i Opp. ed. Migne I. 996; *cf.* Raynald. l. c. a. 1202 § 2 (*ubi falso nominatur episcopus* »Petrus«). — »Non potest facere.« |
| Iun. 1 | » | (1689) L(eoni) regi Armeniorum concedit, ne quis in eum vel eius regnum aut homines praeter Romanum pontificem aut eius legatum vel de ipsius speciali mandato excommunicationis aut interdicti sententiam promulgare possit. Kal. Iun. (Iul. *Rayn.*) a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 43 ed. Baluze I. 636; Bréquigny l. c. II. I. 105; I-i Opp. ed. Migne I. 1007; Cocquelines Bullar. III. 104. n° 35; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 182; *non integra* ap. Raynald. l. c. a. 1202 § 40. — »Regiae serenitatis devotio.« |
| » 1 | » | (1690) (Gregorio) catholico Armeniorum mandat, ut in divini nominis timore persistat, in apostolicae sedis reverentia perseverans Leonem regem Armeniorum et universam Armeniorum ecclesiam in lege Domini et pontificis devotione confirmet eisque formam apostolicae remissionis exponat. Kal. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 45 ed. Baluze I. 638; Bréquigny l. c. II. I. 108; I-i Opp. ed. Migne I. 1010; *admodum mutila* ap. Raynald. l. c. a. 1202 § 43. — »Quod die ac nocte.« |
| » 1 | » | (1691) Archiepiscopum Sisensem exhortatur, ut in posterum, sicut intimaverit, sedis apostolicae magisterium et primatum recognoscat, in ipsius devotione persistat ac Leonem regem Armeniorum et universam Armeniorum ecclesiam in lege Domini et pontificis obedientia confirmet, atque ei pallium per Soffredum tit. S. Praxedis et Petrum tit. S. Marcelli presbyteros cardin. transmittit. Kal. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 47 ed. Baluze I. 639; Bréquigny l. c. II. I. 110; I-i Opp. ed. Migne I. 1013; *non integra* ap. Raynald. l. c. a. 1202 § 45. — »Non processit ab.« |
| » 1 | » | (1692) Magistro Honorio archidiacono Richemundiae concedit, ut »quoniam archidiaconatus Richemundiae ei per Eboracensem archiepiscopum primitus fuerit concessum et quod institutione facta per ipsum, secundum iuris ordinem minime reprobata, archidiaconatus non vacans nec potuerit nec debuerit in alium rite transferri, institutio eius facta per Eboracensem archiepiscopum sortiatur effectum.« Kal. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 53 ed. Baluze I. 643; Bréquigny l. c. II. I. 116; I-i Opp. ed. Migne I. 1021; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 8 *de concess. praeb.* c. 4 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 522; *non integra int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *de conc. praeb.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 456; ap. Richter Corp. II. 474. — »Post electionem et.« |
| ( » 1-3) | » | (1693) (Iohanni) regi Anglorum significat, se, cum super archidiaconatu Richemundiae diutius fuisset litigatum, pro magistro Honorio sententiam protulisse, illumque rogat, ne magistrum praefatum impediat aut impediri permittat. (Kal. *vel* III non. Iun.) a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 54 ed. Baluze I. 645; Bréquigny l. c. II. I. 119; I-i Opp. ed. Migne I. 1026. — »Cum partibus apud.« |
| » 3 | » | (1694) (Simoni) decano et capitulo Eboracensi mandat, ut, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, magistrum Honorium tamquam archidiaconum Riche- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1202.** |
| | | mundiae recipiant noverintque, se Eliensi et Norwicensi episcopis et decano Lincolniensi dedisse firmiter in mandatis, ut eos ad id per districtionem ecclesiasticam cogere non omittant. III non. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 53 ed. Baluze I. 645; Bréquigny Dipl. II. I. 119. n° 55; I-i Opp. ed. Migne I. 1025. — »Post electionem et.« |
| Iun. 3 | Laterani | (Guillelmo) Remensi archiepiscopo: »III non. Iun. a° 5°.« Raynaldi Ann. a. 1202 § 23, *vid.* 1202. Iul. 5. n° 1712. |
| » 4 | » | (1695) (Huberto) archiepiscopo Cantuariensi scribit de iudicio severo, quod ille contra R(obertum) quondam abbatem Torneae, quem reclamantem et ad praesentiam papae appellantem deposuerat atque in carcere vinculisque tenuerat. »Sed standum fuerat sententiae, nisi dictus R(obertus) eam ostenderet irritandam, eique super eadem abbatia silentium duximus imponendum.« II non. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 55 ed. Baluze I. 646; Bréquigny l. c. II. I. 120; I-i Opp. ed. Migne I. 1026; *fragm. ex Clementis III decretali hic receptum int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 9 *de renunt.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 88; ap. Richter Corp. II. 100. — »In nostra praesentia.« |
| » 4 | » | (1696) (Guillelmo) Bituricensi archiepiscopo significat, se And(ream) de Calviniaco (Calumagum *Coll. III.*), cuius matrimonium cum Dionysia fuerit accusatum ac cui ingressus ecclesiae interdictus, ab interdicto absolvisse, eique mandat, ut illum super ipso matrimonio non molestet, nec permittat ab alio molestari; nam coniugium, quod per multa tempora constitit, non temere est accusandum. II non. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 51 ed. Baluze I. 643; Bréquigny l. c. II. I. 115; I-i Opp. ed. Migne I. 1019; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 13 *qui matrim. acc. poss.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 566. — »Veniens ad apostolicam.« |
| » 4 | » | (1697) And(reae) de Calviniaco scribit, se inhibuisse, ne quis eum vel uxorem eius super matrimonio audeat molestare. II non. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 52 ed. Baluze I. 643; Bréquigny l. c. II. I. 116; I-i Opp. ed. Migne I. 1020. — »In nostra praesentia.« |
| » 5 | » | (1698) Iacobo consobrino et marescalco suo scribit de matrimonio Friderici regis Siciliae cum sorore regis Aragonum. Non. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 50 ed. Baluze I. 642; Bréquigny l. c. II. I. 114; I-i Opp. ed. Migne I. 1018; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 90; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1202 § 6. *Cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 301. — »Ad tuam volumus.« |
| » 8 | » | Sifrido archiepiscopo Maguntino: »Romae ap. S. Petrum VI. id. Iun. a° 5°,« *vid.* 1205. Iun. 6. |
| » 8 resp. 10 | » | (1699) Iohanni quondam Lugdunensi archiepiscopo [tunc monacho in abbatia Claraevallensi] mittit Collectas de s. Bernardo primo Claraevallensi abbate. VI (IV *Rayn.*) id. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 60 ed. Baluze I. 648; Bréquigny l. c. II. I. 124; I-i Opp. ed. Migne I. 1032; Raynald. l. c. a. 1202 § 13; Manrique Ann. Cisterc. III. 369. — »Negare noluimus quod.« |
| » 10 | » | (1700) (Henrico) Exoniensi episcopo concedit, ut filios clericorum, quos in ecclesiis dioceseos suae patribus nullo medio »absque conscientia sua« invenerit substitutos, ecclesiis et ecclesiasticis beneficiis taliter occupatis spoliet. IV id. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 64 ed. Baluze I. 649; Bréquigny l. c. II. I. 126. n° 66; I-i Opp. ed. Migne I. 1034. *Cf.* Raynald. l. c. a. 1202 § 7. — »Abolenda est in.« |
| » 11 | » | (1701) Abbatissae et monialibus Romaricensibus interdicit, »ne quod ex ecclesiasticis beneficiis, quorum donatio ad eas spectet, vel duobus conferatur in integrum, vel post patrem nullo mediante filio tribuatur aut cuiquam assignetur in dotem vel ad consanguineos tamquam iure hereditario devolvatur.« III id. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 65 ed. Baluze I. 649; Bréquigny l. c. II. I. 126. n° 67; I-i Opp. ed. Migne I. 1035. *Cf.* Raynald. l. c. a. 1202 § 7. — »Occurrere debet apostolica.« |
| » 11 | » | (1702) (Iohanni) archiepiscopo Trevirensi et (Matthaeo) episcopo Tullensi (Tuldensi *Bréq.*) mandat, ut si quis abbatissam et moniales Romaricenses contra inhibitionem praedictam molestare praesumpserit, cum per censuram ecclesiasticam compescant. III id. Iun. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 65 ed. Baluze I. 650; Bréquigny l. c. II. I. 127; I-i Opp. ed. Migne I. 1036. — »Occurrere debet apostolica.« |
| » 11 | » | (1703) P(etro) tit. S. Marcelli presb. card. apostolicae sedis legato facultatem disponendi de rebus suis »cum ei videatur expedire,« tribuit. III id. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 62 ed. Baluze I. 649; Bréquigny l. c. II. I. 125; I-i Opp. ed. Migne I. 1033; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1202 § 19. — »Pium videtur habere.« |
| » 12 | » | (1704) Capitulo Caputaquensi significat, se (Nicolao) archiepiscopo Salernitano, qui »adhuc exulat nec ad sedem suam redire permittitur,« procurationem Caputaquensis ecclesiae commisisse, donec ecclesia eius pace gaudeat exoptata. II id. Iun. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 61 ed. Baluze I. 649; Bréquigny l. c. II. I. 125; I-i Opp. ed. Migne I. 1033. — »Quantae prudentiae ac.« |
| » 18 | » | (1705) (Iacobo) abbati et conventui Cisterciensi mandat, ut, si ordinis sui desertores super receptione sua forte litteras impetraverint, in quibus non contineatur ut recipiantur |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1202.** |
| | | salva ordinis disciplina, tales litterae nullam obtineant firmitatem. xiv kal. Iul. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 59 ed. Baluze I. 648; Bréquigny Dipl. II. i. 124; I-i Opp. ed. Migne I. 1031; Cocquelines Bullar. III. 105. n° 36; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 183. — »Cum paci ac.« |
| Iun. 19 | Laterani | (1706) (Berardo) archiepiscopo Messanensi significat, se excommunicationis sententiam, qua ille astrictus teneatur, petente G(regorio) tit. S. Vitalis presb. cardinale relaxare. xiii kal. Iul. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 58 ed. Baluze I. 648; Bréquigny l. c. II. i. 123; I-i Opp. ed. Migne I. 1030; R. Pirrus Sicilia sacra I. 329, *ubi epistola Salerni data male dicitur.* — »Quantum nos et.« |
| » 24 | » | (1707) Bituntino (Barontino *Coll. III.*, Bononiensi *Decr. Greg.*) episcopo et Marsicano subdiacono et capellano suo mandat, ut ad Tranensem accedentes ecclesiam eius canonicos, qui G. fratrem Casinensis abbatis in archiepiscopum elegerint, de processu electionis inquirant. viii kal. Iul. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 67 ed. Baluze I. 650; Bréquigny l. c. II. i. 128; I-i Opp. ed. Migne I. 1037; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 19 *de off. leg.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 463; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 30 *de off. leg.* c. 5 ap. Boehmer l. c. 166; ap. Richter l. c. 177. — »Licet Tranenses canonici.« |
| » 25 | » | (1708) Priori et capitulo Sagiensi scribit de electione episcopi Sagiensis dissentiente, eisque significat, se electionem S(ylvestri) archidiaconi contra Iohannis regis Angliae beneplacitum factam confirmare. vii kal. Iul. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 68 ed. Baluze I. 651 (*qui etiam* vii kal. Iul., *non* viii *ut Bréquigny dicit, praebet*); Bessin Concil. Rothomag. prov. II. 470; Bréquigny l. c. II. i. 129; I-i Opp. ed. Migne I. 1038. — »Post obitum Sagiensis.« |
| » 26 | » | (1709) H. (*seu potius* Udoni) decano maioris ecclesiae Coloniensis, praeposito Bunnensi et priori de Heisterbach mandat, ut Gertrudim, cuius electionem confirmarat, in possessionem abbatiae de Gerenseheym [Geresheim] inducant. vi kal. Iul. a° 5°. Innoc. Ep. lib. 5. n° 69 ed. Baluze I. 654; Bréquigny l. c. II. i. 133; I-i Opp. ed. Migne I. 1044. — »Si licuisset nobis.« *Cf.* n° 1271. |
| » 29 | » | (1710) (Rodulfo) abbati et conventui Dolensi significat, se compositionem eorum cum Andrea de Calviniaco domino Castri Rodulphi initam confirmare, inserto pacis instrumento de verbo ad verbum. iii kal. Iul. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 70 ed. Baluze I. 656; Bréquigny l. c. II. i. 135; I-i Opp. ed. Migne I. 1048; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1202 § 19. — »Cum lites quae.« |
| (Iun.) | (») | (1711) Iohanni regi Anglorum, qui (Iohannem) episcopum Lemovicensem per ministros suos extra civitatem et villas suas exulare coegerat, mandat, ut eidem ablata restituat universa et de damnis illatis iniuriisque competenter satisfaciat. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 66 ed. Baluze I. 650; Bréquigny l. c. II. i. 127; I-i Opp. ed. Migne I. 1036; Bouquet Rec. XIX. 416; *cf.* Raynald. l. c. a. 1202 § 26. — »Utinam gemitus et.« |
| Iul. 1 | » | L(eoni) regi Armeniorum: »Kal. Iul.« Raynaldi Ann. ad a. 1202 § 40, *vid.* 1202. Iun. 1. n° 1689. |
| » 5 | » | (1712) (Guillelmo) Remensi archiepiscopo S. R. E. cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut Philippum regem Francorum, qui divortium concupiscebat, moneat, »ne illa requirat a nobis quae sine iuris iniuria et tam nostrae quam ipsius animae detrimento et infamia, etiamsi vellemus, non possemus aliquatenus adimplere.« iii non. Iul. (Iun. *Rayn.*) a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 48 ed. Baluze I. 640; Bréquigny l. c. II. i. 111; I-i Opp. ed. Migne I. 1014; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 110; Bouquet Rec. XIX. 416; *cf.* Raynald. l. c. a. 1202 § 23. — »Quantumcunque carissimum in.« |
| ( » 5?) | » | (1713) Philippo regi Francorum, qui conquestus erat quod in causa matrimonii vel potius divortii severius quam alii principes a papa tractaretur, offert »quod duos viros honestos ad eum mitteret, qui non extra regnum Francorum, sed Stampis, ubi Inseburgis regina moratur, eam super impedimento affinitatis vel consanguinitatis aut aliis quae proponerentur audirent et testes regis reciperent; deinde, si regina contumax non fuisset, sed lite potius contestata, properarent in Daciam, testes quos Canutus rex Danorum germanus ipsius induceret recepturi et audituri rationes proponendas;« regemque hortatur, ut praedictam reginam honorifice faciat pertractari. [Datum (*verisimiliter*) ut supra, *id est:* Later. iii non. Iul., *saltem* ante viii id. Sept.] ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 49 ed. Baluze I. 640; Bréquigny l. c. II. i. 112; I-i Opp. ed. Migne I. 1015; Bouquet Rec. XIX. 414; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 108; *non integra* ap. Raynald. l. c. a. 1202 § 23. — »Doloris aculeus nostrae.« |
| » 9 | » | (1714) Claromonti (C. *Decr. Greg.*) canonico Terdonensi (Tridentino *Decr. Gr.*) scribit, se confirmare, praebendam vacantem ecclesiae Terdonensis B. subdiacono et capellano suo a canonicis eiusdem ecclesiae conferri; verum cum ipse in canonicum Terdonensis ecclesiae fuerit receptus, licet hanc receptionem factam contra Lateranense concilium pars canonicorum adversa proponat, se decernere, ut ei quam cito se facultas obtulerit, praebendale officium in dicta ecclesia conferatur. vii id. Iul. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 71 ed. Baluze I. 657; Bréquigny l. c. II. i. 137; I-i Opp. ed. Migne I. 1050; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 8 *de conces. praeb.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 523; *fragmentulum* |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1202.** |
| | | *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *de conc. pr.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 457 (*ad* a. 1210); ap. Richter Corp. II. 476. — »Cum pro (super *Decr. Greg.*) quaestione.« |
| Iul. 15 | Laterani | (1715) Coenobium s. Laurentii de Aversa protegendum suscipit atque ab omni tam ecclesiasticae quam saecularis personae iugo ita omnino liberum manere decernit, ut soli Romanae ecclesiae nullo medio perenniter sit subiectum. Statuit quoque, ut illa monasteria, ecclesiae sive cellae quae coenobio eorum concessa sunt, firma eis eorumque successoribus et illibata permaneant *etc.* Id. Iul. ind. V. incarn. dom. a° 1202. pont. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. append. ed. Baluze I. 678; Opp. ed. Migne I. 1181. n° 163; Cocquelines Bullar. III. 105. n° 37; Margarini Bull. Casin. I. 23; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 184. — »Commissae nobis sanctae.« |
| Aug. 6 | ap. Monasterium Sublacense | (1716) Arelatensi archiepiscopo et S. Aegidii et (Petro) Vallis Magnae abbatibus mandat, ut ad monasterium s. Willelmi [de Desertis] pariter accedentes cessionem et renuntiationem Hu(gonis) quondam abbatis publice nuntient, dantes conventui liberam facultatem sibi personam idoneam praeficiendi abbatem. viii id. Aug. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 72 ed. Baluze I. 658; Bréquigny Diplom. II. i. 139; I-i Opp. ed. Migne I. 1053. — »Cum accessissent olim.« |
| » 9 | » | (1717) (Grumerio) episcopo, archidiacono et praeposito Placentinis mandat, ut praepositum et canonicos S. Antonini Placentini rebelles excommunicent, donec singuli praestiterint iuramentum, »quod clericum T. in canonicum et fratrem admittant et ei praebendam suam non subtrahant.« v id. Aug. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 73 ed. Baluze I. 660; Bréquigny l. c. II. i. 142; I-i Opp. ed. Migne I. 1057. — »Contumaciam praepositi et.« |
| » 9 | » | (1718) Consulibus et universo populo Placentinis mandat, ut canonicos S. Antonini »sicut excommunicatos usque ad satisfactionem condignam arctius evitantes eundem T. clericum in sua iustitia confovere curent.« v id. Aug. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 73 ed. Baluze I. 662; Bréquigny l. c. II. i. 144; I-i Opp. ed. Migne I. 1060. — »Contumaciam praepositi et.« |
| (Sept. 1 c.) | » | (1719) (Beroni) Orchadensi episcopo mandat, curet ut Lumberdus laicus, qui, castello Catenesiae expugnato, linguam (Iohanni) capto Catenesiae episcopo absciderit, iniunctam ei ab apostolica sede poenitentiam observet. *Sine signo chron.* ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze I. 663 n° 77; Opp. ed. Migne I. 1058; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1202 § 10; Bréquigny l. c. II. i. 146; Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VII. i. 2. — »Ex litteris tue.« |
| Sept. 1 | » | (1720) Priori et fratribus iuxta specum b. Benedicti regularem vitam servantibus sex libras usualis monetae de camera b. Petri singulis annis percipiendas concedit. Kal. Sept. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 76 ed. Baluze I. 663; Bréquigny l. c. II. i. 145; I-i Opp. ed. Migne I. 1062. — »Accedentes causa devotionis.« |
| » 3 | » | (1721) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ad quos istae litterae pervenient, significat, se Roberto, qui captus a Sarracenis occasione mandati eorum principis, quod quicumque captivus prolem haberet, illam occideret, filiam et uxorem occidisset et comedisset propter famis angustiam, poenitentiam iniunxisse talem, »ut nunquam de cetero carnibus vesceretur, sed singulis sextis feriis in pane et aqua ieiunet, discalceatus incedat« *etc.*, »peracto vero triennio ad sedem apostolicam revertatur misericordiam petiturus.« Illos hortatur, ut misero misericordiam impendant. iii non. Sept. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 78 ed. Baluze I. 664; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1202 § 11; Bréquigny l. c. II. i. 146; I-i Opp. ed. Migne I. 1063. — »Ad apostolicae sedis.« |
| » 5 | » | (1722) Abbati et capitulo S. Iohannis Senonensis concedit, ne quis sententias interdicti vel excommunicationis in eorum monasterium ferre possit. Non. Sept. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 79 ed. Baluze I. 664; Bréquigny l. c. II. i. 147; I-i Opp. ed. Migne I. 1064. — »Ex susceptae nobis.« |
| » 14 | Velletri | (1723) Waltero Brenensi comiti magistro iustitiario Apuliae et Terrae Laboris mandat, ut adversus perfidum Marcualdum in Siciliam absque mora proficiscatur. xviii kal. Oct. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 151; I-i Opp. ed. Migne I. 1070; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 92; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1202 § 2; *ex his mutila repetita in* Innoc. Ep. lib. 5. n° 84 ed. Baluze I. 665. — »Si naturam et« (»Hoc est consilium« *Baluze*). |
| » 14 | » | (1724) Iacobo consobrino et marescalco suo, magistro iustitiario et capitaneo totius Apuliae et Terrae Laboris mandat, ut Waltero Brenensi comiti in Siciliam proficiscenti se adiungat, eique de expensis providet. xviii kal. Oct. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 152; I-i Opp. ed. Migne I. 1072; *cf.* Raynald. l. c. ad a. 1202 § 3; Böhmer Regest. 1198—1254. p. 302. — »Gaudemus in Domino.« |
| » 14 | » | (1725) Universis mercatoribus, qui Waltero Brenensi comiti certam mutuaverint pecuniae quantitatem, usque ad tria millia unciarum se ipsum obligat. xviii kal. Oct. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 153; I-i Opp. ed. Migne I. 1072. — »Per hoc scriptum.« |
| » 14 | » | (1726) Riccardo et Eugenio magistris camerariis Apuliae et Terrae Laboris mandat, ut omnes proventus camerariatus totius pro Waltero Brenensi comite aut vendant aut |

**1202.**

mercatoribus obligent. xviii kal. Oct. a° 5°. ‖ Bréquigny Dipl. II. i. 153; I-i Opp. ed. Migne I. 1073. — »Praesentium vobis auctoritate.«

Sept. 16 — Volletri — (1727) Capitulo Tranensi scribit de electione archiepiscopi eisque mandat, ut aliqui eorum pro universitate capituli ad sedem apostolicam accedant, G. fratrem Casinensis abbatis archiepiscopum recepturi. xvi kal. Oct. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 154; I-i Opp. ed. Migne I. 1073. — »Licet quidam vestrum.«

» 20 — » — (1728) (Eustachio) Eliensi episcopo mandat, ut compositionem inter abbatem ac monachos S. Edmundi et abbatiam de Bello super iure patronatus ecclesiae de Mildenhall factam nomine sedis apostolicae confirmet. xii kal. Oct. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 160; I-i Opp. ed. Migne I. 1083. — »Significantibus nobis dilectis.«

» 24 — » — (1729) Eidem episcopo, (Samsoni) abbati S. Edmundi et (Galfrido) priori Cantuariensi committit ordinationem ecclesiarum Bathoniensis et Glastoniensis ad similitudinem ceterarum cathedralium ecclesiarum Angliae, in quibus sunt monachorum collegia. viii kal. Oct. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 156; I-i Opp. ed. Migne I. 1076. — »Qualiter partibus olim.«

» 24 — » — (1730) C(aro) archiepiscopo Montis Regalis et Parisio episcopo in archiepiscopum Panormitanum electo regis Siciliae familiaribus significat, Marcualdum nefandae memoriae interiisse, eorumque constantiam ac fidei puritatem laudat. viii kal. Oct. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 155; I-i Opp. ed. Migne I. 1075; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 94; *non integra in* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1202 § 5 *et sic repetita in* Innoc. Ep. lib. 5 n° 89 ed. Baluze I. 666. — »Benedictus Deus et pater.«

* *In eundem fere modum eodemque die* (Iohanni Cicalae) Cephaludensi episcopo familiari regio.

» 24 — » — (1731) Archiepiscopis et episcopis, ducibus, comitibus aliisque fidelibus tam clericis quam laicis per regnum Alemanniae constitutis scribit de falsis sub nomine suo litteris fictis contra id, quod apostolica sedes de S(igfrido) Maguntino archiepiscopo fecit. »Sane non solum in Alemannia, sed usque ad fines orbis terrae iam credimus esse vulgatum, qualiter olim idem S(igfridus) per (Guidonem) Praenestinum episcopum apostolicae sedis legatum, ipsius electione prius confirmata, ordinatus fuit et postea consecratus; qualiter etiam ad praesentiam nostram consequenter accedens (d. 21. Mart. 1202) praesentibus (Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo, (Conrado) marchione orientali et abbate de Salem et famulis et aliis nonnullis de regno Teuthonico pallium pontificale meruit optinere. ... Ceterum (Wolfgerus) Pataviensis, (Otto) Frisigensis et (Hartwicus) Eistedensis episcopi ad ea quae praemisimus considerationem debitam non habentes eundem archiepiscopum .. ad certum diem et locum super ea, quae inter ipsum ex una parte et capitulum Maguntinae ecclesiae et postulatum Warmaciensem episcopum ex altera vertebatur, cogrituri ac discussuri de electione ipsius archiepiscopi ... citare temere praesumpserunt.« ... Eis praecipit, ut »litteras memoratas sub nomine nostro super negotio ecclesiae Maguntinae transmissas episcopis antedictis falsas penitus habeatis et nuncietis ab aliis respuenda. ... Duximus statuendum, ut qui litteris nostris uti voluerint, eas prius examinent diligenter. ... Omnes falsarios, qui per se vel per alios vicium falsitatis exercent, cum fautoribus et defensoribus suis anathematis vinculis decernimus innodatos.« viii kal. Oct. a° 5°. ‖ Innoc. Ep. Ms. bibl. regiae Berol. Ms. lat. Oct. 50. n° 6; Ed. Winkelmann Phil. v. Schwaben u. Otto IV v. Braunschweig. (Leipzig 1872. 8°.) I. 552; *cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 302; *et supra* Mart. 21. n° 1643. — »Cum Christus sit.«

» 28 — » — (1732) (Eustachio) episcopo Eliensi, (Samsoni) abbati S. Edmundi et (Galfrido) priori Cantuariensi mandat, ut controversiam inter Glastonienses monachos atque Bathoniensem et Glastoniensem episcopum componant. iv kal. Oct. a° 5°. ‖ Bréquigny Diplom. II. i. 162; I-i Opp. ed. Migne I. 1085. — »Gravem dilecti filii.«

( » 28) — » — (1733) (Eustachio) Eliensi episcopo et (Samsoni) abbati S. Edmundi mandat, examinent, num G(aufridus) filius Petri, H. Bardof, W(illelmus) de Stotevill, W. Briewer, R. de Berkeleia, A(lanus) et T(homas) Basset iuxta preces I(ohannis) regis Angliae de voto crucis dispensari debeant. *Sine nota chronol.* ‖ Bréquigny l. c. II. i. 164; I-i Opp. ed. Migne I. 1088. — »Ex tenore literarum.«

(c. Sept.) — ( » ) — (1734) Abbati et conventui Sublacensi scribit de quibusdam vitiis emendandis, quae inter monachos illius coenobii irrepserant. *Sine die et mense.* ‖ Innoc. Ep. lib. 5. n° 80 ed. Baluze I. 664; Bréquigny l. c. II. i. 147; I-i Opp. ed. Migne I. 1064; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 27 *de statu mon.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 544; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 35 *de statu mon.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 560; ap. Richter Corp. II. 576; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1202 § 7. — »Cum ad monasterium.«

( » ) — ( » ) — (1735) I(ohanni) tit. S. Stephani in Coelio monte presbytero cardinali apostolicae sedis legato scribit de electione abbatis canonicorum regularium de Benger in archiepiscopum Armachanum, eumque, si hanc duxerit irritandam, monet, ut de viro provido et honesto,

1202.

qui non sit Hibernicus vel Anglicus, Armachanae ecclesiae provideat. *Sine die et mense.* A° 5°. ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 149; I-i Opp. ed. Migne I. 1066; *fragm. maius in* Collect. III. decret. lib. I. tit. 6 *de elect.* c. 13 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 444; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 28 ap. Boehmer Corp. II. 58; ap. Richter Corp. II. 68. — »Quod sicut ex.«

| » 15 | » | (1826) (Adelfonso) Auriensi episcopo significat se sententiam ab apostolicis delegatis de lite inter monasterium Cellae-novae et episcopum Oventensem latam confirmare. XV kal. Mart. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 237; I-i Opp. ed. Migne II. 15. — »Ex literis venerabilis.« |
| » 15 | » | (1827) Compositionem inter (Adelfonsum) Auriensem episcopum et archiepiscopum Compostellanum initam confirmat. XV kal. Mart. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 237; I-i Opp. ed. Migne II. 14. — »Qui tenemur iurgiis.« |
| » 15 | » | (1828) (Raynerio) episcopo Castellano, (Martino) Camaldulensi et (Iohanni) S. Fridiani prioribus praecipit, ut implere studeant mandatum apostolicum, per quod monasteria per Thusciam, Marchiam et ducatum Spoletanum constituta speret et cupiat in spiritualibus et temporalibus reformari. XV kal. Mart. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 227; I-i Opp. ed. Migne I. 1173; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 66. — »Tacti sumus dolore.« |
| » 15 | » | (1829) (Samsoni) abbati S. Edmundi Lincolniensis, decano et P. Blesensi archidiacono Bathoniensibus mandat, ut causam G. de Pertico archidiaconi Nortimbriae examinent. XV kal. Mart. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 225; I-i Opp. ed. Migne I. 1170. — »In nostra praesentia.« |
| » 17 | » | (1830) (Petro) archiepiscopo Senonensi respondet de iure metropolitano absolvendi ante aut post appellationem, specialiter de absolutione Autissiodorensis archipresbyteri. XIII kal. Mart. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 225; I-i Opp. ed. Migne I. 1171; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 21 *de sentent. exc.* c. 14 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 595; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. exc.* c. 40 ap. Boehmer Corp. II. 857 (*ubi* a° 1206 *tribuitur*); ap. Richter Corp. II. 870. — »Per tuas nobis.« |
| » 20 | » | (1831) (Iohannis) regis Angliae delicta contra Romanam ecclesiam, praesertim contra episcopos, clericos et ecclesias in Gallia sub eius dominatione constitutos recenset, eumque exhortatur, ne ecclesiasticam libertatem impediat. X kal. Mart. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 228; I-i Opp. ed. Migne I. 1175; Bouquet Rec. XIX. 423; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1199 § 50, a. 1200 § 37, a. 1203 § 61; *fragm.* »Cum inclytae—latere« *int.* Innoc. Ep. lib. 5. n° 160 ed. Baluze I. 676. — »Cum divina testante.« |
| » 20 | » | (1832) Abbatis S. Lupi Trecensis eiusque fratrum protectionem suscipit eorumque iura ac privilegia confirmat. X kal. Mart. indict. VI. incarn. dom. a° 1202. pont. a° 5°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 234; I-i Opp. ed. Migne II. 11; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 67. — »Fervor religionis et.« |
| » 24 | » | (1833) (Archiepiscopis et episcopis per Theutoniam constitutis) mandat et districte praecipit, ut (Iohannem) archiepiscopum Trevirensem, qui non solum super facto imperii sedis apostolicae hactenus noluit obedire mandatis, sed pro viribus restitit »ne nostrum beneplacitum impleatur,« latam etiam in se excommunicationis sententiam parvipendentem singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis publice excommunicatum nuncient, denuntiantes eidem, quod nisi infra sex menses ad mandatum papae redierit ac super facto imperii eius voluntati satisfecerit, ex tunc convocato vicinorum episcoporum concilio depositionis in eum sententiam ipse prolaturus sit. VI kal. Mart. a° 6°. ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 83 ed. Baluze I. 726; Opp. ed. Migne III. 1089; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 24. — »Perfidiam archiepiscopi Trevirensis.« |
| » 24 | » | (1834) (Guidoni) Praenestino episcopo sedis apostolicae legato respondet eumque laudat, quod in manibus eius negotium imperii sit prosperatum. Scribit ei, se episcopos et canonicos Metenses et Cameracenses per litteras suas increpare, quod ei licet absenti noluerint in procurationibus subvenire, illisque praecipere ut de cetero ei has exhi- |

| | | 1203. |
|---|---|---|
| | | beant. De superiore ad archiepiscopos et episcopos per Theutoniam constitutos epistola ei significat. VI kal. Mart. a° 6°. ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 84 ed. Baluze I. 727; Opp. ed. Migne III. 1089; *cf.* Raynald. l. c. — »Recepimus litteras quas.« |
| Febr. 24 | Laterani | (1835) Iohanni priori et fratribus iuxta Specum b. Benedicti regularem vitam servantibus sex usualis monetae libras singulis annis percipiendas ex annuo censu castri Porciani concedit. VI kal. Mart. indict. VI. incarn. dom. a° 1202. pont. a° 6°. ‖ Bréquigny Diplom. II. I. 233; Margarini Bull. Casin. II. 233; Spicil. Liber. 649; I-i Opp. ed. Migne II. 9; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1202 § 19. — »Inter holocausta virtutum.« |
| » 24 | » | (1836) Priori de Osene respondet de poenitentia, quae ei sit imponenda, qui incestum simul et adulterium perpetravit. VI kal. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 234; I-i Opp. ed. Migne II. 10. — »Per tuas nobis.« |
| » 24 | » | (1837) (Hartberto) episcopo et capitulo Hildesemensibus mandat, ut Hermannum diaconum in canonicum recipiant, praebendam, quam b. m. C(onradus) Herbipolensis episcopus imperialis aulae cancellarius in ecclesia Hildesemensi tenuerit, ei conferentes. VI kal. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 241; I-i Opp. ed. Migne II. 19. n° 11. — »Cum nos favorabiles.« |
| » 25 | » | (1838) Maximo clerico concedit, ut ex proventibus ecclesiae s. Michaelis de Oliveto in festo s. Michaelis in Septembri annis singulis duodecim uncias auri percipiat, donec ei fuerit in maiori beneficio provisum. V kal. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 242; I-i Opp. ed. Migne II. 20. — »Dilectis filiis R.« |
| » 25 | » | (1839) Archiepiscopis et episcopis in regno Ungariae constitutis praecipit, curent ut, Henrico rege ad bellum sacrum ituro, populi Ladislao eius filio fidem exhibeant. V kal. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 236; I-i Opp. ed. Migne II. 13; Dobner Mon. II. 331; Katona Hist. crit. IV. 658; Fejér Cod. dipl. II. 401; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1203 § 19. — »Ecce carissimus in.« |
| » 25 | » | (1840) Consulibus et populo Terracinensibus significat, se eorum litteras, quas per Guidonem subdiaconum et capellanum suum miserint, recepisse et gaudet quod »super his quae nobiles viri Fraiapanes adversum vos proponere volunt et vos contra illos habetis, nostrum non recusastis subire iudicium.« Mandat eis, eligant viros idoneos, quibus concedant plenariam potestatem, ut in hoc negotio agant et respondeant »nomine universitatis vestrae.« V kal. Mart. a° 6°. ‖ Contator Hist. Terracin. 172. — »Recepimus litteras vestras.« |
| » 25 | » | (1841) (Roberto) Cabilonensi et (Gaufrido) Silvanectensi episcopis ac (Guidoni) abbati Trium Fontium causam electionis Philippi Belvacensis episcopi, quem ad Remensem archiepiscopatum (Balduinus) decanus et quidam canonici ac Philippus rex Francorum, contradicente (Theobaldo, *al.* Thoma) archidiacono, transferendum postulant, examinandam committit. V kal. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 239; Manrique Annal. Cisterc. III. 402; Bouquet Rec. XIX. 425; I-i Opp. ed. Migne II. 16; *cf.* Varin Archiv. admin. de Reims I. II. 449. — »Venientes ad apostolicam.« |
| » 25 | » | (1842) Adelfonsum Auriensem episcopum, eius successores et ecclesiam Auriensem tuendos suscipit ac eorum bona privilegiaque confirmat. V kal. Mart. indict. VI. incarn. dom. a° 1202. pont. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 240; I-i Opp. ed. Migne II. 18; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 67. — »Cum simus viris.« |
| » 27 | » | (1843) Abbatibus et conventibus per Thusciam, Marchiam et ducatum Spoletanum constitutis ad Romanam ecclesiam pertinentibus nunciat, se duxisse statuendum, »quod hoc anno apud Perusium vos filii abbates singuli vestrum cum uno vel duobus tantum monachis et quinque duntaxat equitaturis .... convenientes in unum .... de reformatione religionis et ordinis studiosius pertractetis.« Districte eis praecipit, ut statuto loco et die convenire curent. III kal. Mart. a° 6°. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 254. — »Tacti sumus dolore.« |
| » 27 | » | Iohanni regi Angliae: »III kal. Mart. a° 6°.« — »Auditis verbis nuntiorum.« Manrique Ann. Cisterc. IV. 10, *vid.* 1212. Mart. 1. |
| » 28 | » | (1844) H(enrico) regi Ungarorum significat, se statuere, ut promoti ad praeposituras, quae apostolicae sedi in spiritualibus immediate subsint, infra annum ad apostolicam sedem pro confirmationis munere obtinendo accedant. II kal. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 238; I-i Opp. ed. Migne II. 15; Dobner Mon. II. 330; Katona Hist. crit. IV. 663; Fejér Cod. dipl. II. 404. — »Regalis magnificentia nuper.« |
| » 28 | » | (1845) Eidem crucem sumpturo promittit, se curaturum, ne scandala et lites eo absente oriantur. II kal. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 238; I-i Opp. ed. Migne II. 16; Dobner l. c. 332; Katona l. c. 662; Fejér l. c. 403; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 19. — »Cum personam tuam.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1203.** |
| Febr. 28 | Laterani | (1846) (Aegidio) episcopo Mutinensi mandat, ut Cremonenses ob curtes Guastallae et Luciariae, de quibus cum monasterio s. Sixti Cremonensi litem moverant, publice excommunicet, civitatem eorum ecclesiastico interdicto subdet et contumaces presbyteros ab officiis et beneficiis amoveat. II kal. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny Diplom. II. I. 242; I-i Opp. ed. Migne II. 21; Affò Ist. di Guastalla I. 355. n° 46. — »Qualiter in causa.« |
| » 28 | » | Consulibus et populo Terracinensibus: »Anagniae II kal. Mart. a° 6°. ‖ Contator Hist. Terracin. 173, *vid.* 1204. Febr. 29. n° 2147. |
| (Febr.) | » | (1847) Comitissam Viromandensem hortatur, ut praebendam vacantem vel vacaturam in ecclesia s. Quintini, in qua ius patronatus habeat illa, suae donationi reservet. A° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 243; I-i Opp. ed. Migne II. 22. — »Sicut preces tuas.« <br>• *In eundem fere modum* Decano et capitulo S. Quintini mandat, ut ad praebendam nullum in canonicum recipere praesumant, nisi cui eam duxerit conferendam. |
| ( » ) | ( » ) | (1848) Exercitum crucesignatorum apud Iaderam, cum illuc venisset, tentoria in obsidione fixisse, vallavisse undique civitatem et muros ipsius suffodisse dolet. Ei sub interminatione anathematis praecipit, ne Iaderam destruant amplius quam hactenus sit destructa, et ut nuntiis (Henrici) regis Ungarorum ablata omnia restituant. *Sine signo chronol.* ‖ Bréquigny l. c. II. I. 230; Gesta Inn. § 86 ed. Baluze *in* Innoc. Ep. I. a. 46; I-i Ep. lib. 5. n° 161 ed. Baluze I. 677; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 760; Katona Hist. crit. IV. 646; Fejér Cod. dipl. II. 398; Bouquet Rec. XIX. 420; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1203 § 4; ap. Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs *in* Font. rer. Austr. Dipl. XII. 407. — »Dolemus non modicum.« |
| ( » ) | ( » ) | (1849) Comites, barones et alios crucesignatos Iaderam occupasse et Iadertinorum spolia inter se dividisse dolet. Eis mandat, ut de tanto poenitentes excessu per poenitentiam placare Deum studeant, universa Iadertinis reddentes, et (Henrico) regi Ungariae humiliter supplicent, ut super offensa quam commiserint in eum, ipsis misericordiam exhibeat. *Absque nota chronol.* ‖ Bréquigny l. c. II. I. 231; I-i Opp. ed. Migne I. 1179; Bouquet Rec. XIX. 422; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 236; ap. Tafel l. c. 409. — »Tacti sumus dolore.« |
| Mart. 1 | » | (1850) (Macchabaeo) abbati S. Mariae foris portam Faventino mandat, ut bona monasterii in emphyteusin locata ad monasterium revertantur. Kal. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 247; I-i Opp. ed. Migne II. 27. — »Proposuisti nobis fili.« |
| » 4 | » | (1851) (Guillelmo) abbati et monachis de Becco ecclesiam s. Albini de Crovill confirmat. IV non. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 263; I-i Opp. ed. Migne II. 46. — »Cum a nobis.« |
| » 4 | » | (1852) Polinianensi (Pollionensi *Collect. III.*, Pallienensi *Decr. Greg.*, Polymniacensi *legas*) episcopo mandat, ut cognoscat de stipulatione quadam, an sit adversus canonem contra usurarios. IV non. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 244; I-i Opp. ed. Migne II. 22; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 14 *de empt.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 529; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 17 *de empt.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 480 (*ubi* a° 1208 *tribuitur*); ap. Richter Corp. II. 501. — »Ad nostram noveris.« |
| » 7 | » | (1853) Gualtero Lunensi episcopo postulante b. Dei genitricis semperque virginis Mariae ecclesiam Lunensem sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, firma ei eiusque successoribus et illibata permaneant; ad haec conventiones et permutationem tam in ecclesiis quam aliis pertinentiis inter dictum episcopum et canonicos Lunenses initam confirmat. Non. Mart. indict. VI. incarn. dom. a° 1202. pont. a° 6°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 850; I-i Opp. ed. Migne IV. 92. n° 57. — »In eminenti sedis.« |
| » 10 | » | (1854) Archiepiscopis et episcopis in Sardinia constitutis praecipit, ut interfectores Plavacensis episcopi, abbatis de Sergo et Camaldulensis prioris vicarii publice excommunicatos nuncient nec in Sardinia commorari patiantur. VI id. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny Diplom. II. I. 245; I-i Opp. ed. Migne II. 23. — »Quoniam impunitas criminis.« |
| » 10 | » | (1855) (Ubaldo) Pisano archiepiscopo eiusque suffraganeis significat, se iudicis Turritani protectionem suscepisse. VI id. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 245; I-i Opp. ed. Migne II. 24. — »Nobilis viri...« |
| » 11 | » | (1856) (Rodulfo) abbati Dolensi et E. subdiacono suo priori de Leproso mandat, ut, non obstante (Guillelmi) episcopi Nivernensis morte, praebendam in ecclesia Nivernensi P. nepoti archiepiscopi (Blasii) Turritani faciant assignari. V id. (Maii, *sed legas omnino*) Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 246; I-i Opp. ed. Migne II. 25. — »Bonae memoriae...« |
| » 11 | » | (1857) Eisdem mandat, curent ut praepositus et capitulum Liniacenses L. nepotem B(lasii) archiepiscopi Turritani vel magistrum P. de Vico in canonicum recipiant. V id. (Maii, *sed legatur*) Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 246: I-i Opp. ed. Migne II. 25. — »Dilectus filius G.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1203.** |
| Mart. 11 | Laterani | (1858) Archiepiscopis, episcopis et ecclesiarum praelatis et universis clericis per Sardiniam constitutis indulget, ut nequaquam per litteras apostolicas extra Sardiniam respondere cogantur. v id. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 244; I-i Opp. ed. Migne II. 23; Collect. IV. decret. lib. 2. tit. 2 *de foro comp.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 632, *sine inscript.* — »Licet quod (quaedam *Coll. IV.*) legalis.« |
| • 11 | • | (1859) Henrico praeposito S. Petri de Maguntia nepoti comitis de Linig [Leiningen] praeposituram S. Petri de Maguntia ei a (Guidone) Praenestino episcopo apostolicae sedis legato concessam confirmat. v id. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 263; Würdtwein Nova subs. II. 99; I-i Opp. ed. Migne II. 47. — »Solet annuere sedes.« |
| • 11 | • | (1860) Abbatis et fratrum S. Mariae foris portam Faventinorum protectionem suscipit eorumque iura ac privilegia confirmat. v id. Mart. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 247; I-i Opp. ed. Migne II. 26. — »Solet annuere sedes.« |
| ( • 1-15) | (•) • | (1861) Iudici Turritano mandat, ne cogat laicos et ecclesiasticos provinciae Turritanae Pisanis solvere, quaecumque ab eis postulaverint. *Sine die, mense et loco.* A° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 251; I-i Opp. ed. Migne II. 31; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 2 *de foro compet.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 474; *repet.* Cod. dipl. Sardin. I. 318. n° 21, *perperam ad* a. 1211. — »Ad nostram noveris.« |
| • 21 | • | (1862) (Rodulfo) abbati et monachis S. Germani Autissiodorensis concedit, ut tempore interdicti fratres defunctos cum certis honoribus sepelire possint. XII kal. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 248; I-i Opp. ed. Migne II. 28. — »Devotionis vestrae merita.« |
| • 22 | • | (1863) W(ulco) meganippanum Serviae monet, ut ad catholicam fidem redeat et obedientiam ac reverentiam archiepiscopo Colocensi pontificis vice exhibeat. XI kal. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 248; I-i Opp. ed. Migne II. 28; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 18. n° 32; Dobner Mon. II. 333; Katona Hist. crit. IV. 670; Fejér Cod. dipl. II. 417; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 19. — »Mediator Dei et.« |
| • 22 | • | (1864) Colocensi archiepiscopo mandat, ut accedens in Serviam meganippanum, praelatos et nobiles universos in orthodoxa fide confirmet et ab eis iuramentoriam recipiat cautionem, sanctae Romanae sedi apostolicae de cetero in spiritualibus obedire. XI kal. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 249; I-i Opp. ed. Migne II. 29; Theiner l. c. 19. n° 33; Dobner Mon. II. 335; Katona Hist. crit. IV. 672; Fejér Cod. dipl. II. 409; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 19. — »Mediator Dei et.« |
| • 22 | • | (1865) Priori S. Gregorii (Sergii *Coll. III. et Decr. Greg.*) Spoletani mandat, curet ut V. laico et fratribus eius restituantur a consulibus Spoletanis, quae eis ob furti suspicionem, sed innocentibus ablata sint. XI (VI *male R.*) kal. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 250; I-i Opp. ed. Migne II. 29; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 18 *de purgat.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 591; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 35 *de purgat. vulg.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 829 (*ubi ad* a. 1206 *refertur*); ap. Richter Corp. II. 842. — »Significantibus V. laico.« |
| • 23 | • | (1866) Gulielmo abbate postulante Glannafoliensis monasterii protectionem suscipit eiusque possessiones ac bona propriis nominibus expressa confirmat. X kal. Apr. indict. VI. incarn. dom. a° 1202. pont. a° 6°. ‖ Tosti Monte-Cassino II. 281; I-i Opp. ed. Migne IV. 277. n° 242. — »Quotiens illud a.« |
| • 26 | • | (1867) Compositionem inter (Odonem) episcopum Parisiensem et (Iohannem) abbatem S. Genovefae eorumque capitula super parochiali iure in parochia de Monte, super capella s. Genovefae sita in civitate Parisiensi et super procurationibus ab eodem episcopo requisitis in parochialibus ecclesiis ad praedictam ecclesiam spectantibus factam et ab Helia abbate S. Columbae Senonensis et I(ohanne) magistro scholarum Aurelianensium auctoritate apostolica confirmatam confirmat. VII kal. Apr. a° 6°. ‖ Innoc. Ep. lib. 6 ed. Baluze I. 683; Bréquigny Dipl. II. I. 253; Opp. ed. Migne I. 1191 *et* II. 33; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 22. — »Cum inter vos.« |
| • 26 | • | (1868) Consulibus et populo Iani (*forte:* Fani?) mandat, ut duos solidos affortiatorum annuatim de singulis domibus nomine census camerae apostolicae persolvant. VII kal. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 253; I-i Opp. ed. Migne II. 33. — »Solet annuere sedes.« |
| • 26 | • | (1869) Decano b. Mariae Medii Monasterii et archidiacono Bituricensibus mandat, ut magistro O. Mainel canonico B. Mariae de Salis Bituricensi super quadam consuetudine in diocesi Bituricensi, ne cuiquam patrimonium suum vendere liceat, nisi tali qui sit ei propinquior in linea parentelae, iustitiam faciant. VII kal. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 254; I-i Opp. ed. Migne II. 34. — »Ex relatione dilecti.« |
| ( • 26 c.) | (•) | (1870) Abbati S. Iuliani et maiori archidiacono Turonensibus significat, se sententiam ab I(ohanne) magistro scholarum Aurelianensium ad hoc delegato in causa electionis prioratus Graciacensis latam confirmare, eisque mandat, ut eam observari faciant. A° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 254; I-i Opp. ed. Migne II. 34. — »Cum olim inter.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1203.** |
| (Mart. 22-26) | (Laterani) | (1871) B(lasio) archiepiscopo Turritano committit, ut Turritanus iudex, qui cum poenitentiae signis decesserit, veritate cognita absolvatur et ecclesiasticae sepulturae tradatur. *Absque nota chron.* ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 250; I-i Opp. ed. Migne II. 30. — »Ex parte dilecti.« |
| ( » ) | ( » ) | (1872) Turritano, Calaritano et Arborensi iudicibus praecipit, ut quae mandaverit (Blasius) Turritanus archiepiscopus, efficere curent. *Sine nota chron.* ‖ Bréquigny l. c. II. I. 251; I-i Opp. ed. Migne II. 31: *mutila in* Raynaldi Ann. a. 1203 § 68; *repet.* Cod. dipl. Sardin. I. 303. n° 1. — »Quanto Sardinia specialius.« |
| ( » ) | ( » ) | (1873) Iudicibus Sardiniae mandat, ut (Blasio) archiepiscopo Turritano pontificis nomine fidelitatis iuramenta exhibeant. *Sine signo chron.* ‖ Bréquigny l. c. II. I. 252; I-i Opp. ed. Migne II. 32; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 68. — »Vestra nobilitas non.« |
| ( » ) | » | (1874) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, iudicibus et aliis in Sardinia constitutis praecipit, ut censum, quem ecclesiae Romanae debent, (Blasio) archiepiscopo Turritano persolvant. *Sine nota chron.* ‖ Bréquigny l. c. II. I. 252; I-i Opp. ed. Migne II. 32; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 68. — »Quanto de fervore.« |
| Mart. 28 | » | (1875) Abbati S. Columbae et Miloni archidiacono Senonensibus et magistro scholarum Aurelianensium mandat, ut priores et capellanos episcopo Parisiensi procurationes exhibere denegantes eo, quod eius praedecessoribus eas non exsolverint, ad dictas procurationes exhibendas compellant, cum subditus contra praelatum eas ratione visitationis debitas praescribere non possit. v kal. April. (Apostolici *Theod.*) a° 6°. ‖ Theodori Poenitent. II. 684; Guérard Chartul. de Notre-Dame III. 185; I-i Opp. ed. Migne IV. 100. n° 65. — »Ad audientiam nostram.« |
| Apr. 1 | » | Monasterium Teplense: »Kal. Apr. a° ...« ‖ Erben Reg. Bohem. I. 214. n° 469, *vid.* 1202. Apr. 1. n° 1656. |
| » 5 | » | (1876) Universis tam ecclesiasticis quam saecularibus principibus Alamanniae (Archiepiscopis, episcopis et abbatibus, ducibus, marchionibus, comitibus et aliis magnatibus per Teuthoniam constitutis *Ms. Berol.*) scribit, se non modicum moveri, »quod pestilentes quidam filii tenebrarum, sathanae discipuli nobis et ecclesiae Romanae notam volunt impingere levitatis, tamquam quod cum multa gravitate statuimus velimus leviter revocare. Nec hoc solo contenti moliuntur innuere, quod inter nos et fratres nostros zelus sit et contentio, nec sapiamus idem, sed in aemulatione et contentione ad ea quae statuimus procedamus. ... Ipsi autem volentes auctoritati sedis apostolicae derogare, tam super imperii Romani negotio contra regem Ottonem quam super facto ecclesiae Maguntinae adversus Siffridum archiepiscopum Maguntinum falsas praesumpserunt litteras exhibere. ... Verum mentita est iniquitas sibi, cum litterarum falsitas manifesta sit recte intuentibus per se ipsam, cum nec litterae quae tamquam sub nomine nostro missae fuerunt (Wolfgero) Pataviensi, (Ottoni) Frisingensi et (Hartwico) Eistetensi episcopis praesentatae, ecclesiae Romanae stylum redoleant, nec illae quae dicuntur a quibusdam nostris fratribus destinatae fratrum nostrorum sapiant gravitatem. ... Cum ergo nec super imperii Romani negotio, nec super facto ecclesiae Maguntinae a nostro velimus proposito declinare, vobis mandamus, quatenus super utroque consiliis nostris et monitis intendatis.« Non. Apr. a° 6°. ‖ Innoc. Ep. Ms. bibl. regiae Berol., Ms. lat. Oct. 50. n° 4; Innoc. Ep. *registr.* n° 85 ed. Baluze I. 727; Opp. ed. Migne III. 1091; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1203 § 25. — »Cum ecclesia Romana.« |
| » 9 | » | (1877) (Guidoni) Praenestino episcopo apostolicae sedis legato, de Capembach (Capemberch *Decr.*) et de Sceldo (Scheida *Böhm.*, Cold. *Decr.*) abbatibus in Coloniensi et Monasteriensi diocesibus constitutis mandat, ut litem super maiore ecclesiae Coloniensis praepositura vacante ortam componant, capitulum eiusdem ecclesiae ad electionem canonicam et concordem moneant et, si provenire non poterit infra mensem, personam idoneam eis in praepositum praeficiant. v id. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 255; I-i Opp. ed. Migne II. 36; Ficker Engelbert d. Heil. 303; Ennen Quellen II. 8. n° 6; *fragm.* Collect. III. decret. lib. I. tit. 6 *de elect.* c. 7 *et* lib. 2. tit. 18 *de sent. et re iud.* c. 9 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 441 (»Dudum ad«) *et* 505; *valde mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 22 *et* lib. 2. tit. 27 *de sent. et re i.* c. 19 ap. Boehmer Corp. II. 52 (»Dudum ad audientiam«) *et* 374 (*ubi* a^is^ 1206 *et* 1212 *tribuitur*); ap. Richter Corp. II. 62, 389. *Cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 305. n° 124. — »In causis quae.« |
| » 9 | » | (1878) Canonicis et universo clero et populo in Maguntina diocesi constitutis mandat, ut (Siffridum) archiepiscopum ad civitatem et ecclesiam Maguntinam admittant, »ne sedes archiepiscopalis propter inobedientiam vestram ad locum aliquem in quo sint obedientiae filii, transferatur.« v id. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 261; Würdtwein Nova subs. II. 91; I-i Opp. ed. Migne IV. 44; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 50. — »Quod vobis subtrahimus.« |
| » 9 | » | (1879) S(iffrido) archiepiscopo Maguntino concedit, ut irrita decernat, quae in ecclesia Maguntina (Lupoldus) Warmaciensis episcopus, cuius postulatio a sede apostolica ad- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1203.** missa non fuerit, in donationibus, concessionibus vel aliis peregit. v id. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. i. 262; I-i Opp. ed. Migne II. 45; Würdtwein Nova subs. II. 89; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1203 § 50. — »Cum iuxta legitimas.« |
| Apr. 9 | Laterani | (1880) Eundem monet, ut ad officium suum pastorale diligenter incumbat. v id. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 262; I-i Opp. ed. Migne II. 45; Würdtwein l. c. II. 90; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 51. — »Ad hoc onus.« |
| » 10 | » | (1881) Magistro Praepositino Maguntino scholastico praecipit, ut celeriter ad reverentiam (Sigfridi) archiepiscopi Maguntini redeat; alias omnibus ecclesiasticis beneficiis spoliabitur. iv id. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 260; I-i Opp. ed. Migne IV. 43; Würdtwein l. c. II. 93; *cf.* Raynald. l. c. § 50. — »Credebamus hactenus quod.« |
| » 10 | » | (1882) (Sigfrido) Maguntino archiepiscopo mandat, ut, nisi magister Praepositinus Maguntinensis scholasticus infra mensem mandatum sedis apostolicae redeundi ad reverentiam archiepiscopi ac persistendi in ea firmiter et devote impleverit, eum extunc omnibus ecclesiasticis beneficiis spoliet. iv id. Apr. a° 6°. ‖ Innoc. Ep. Ms. bibl. regiae Berolin., Ms. lat. Oct. 50. n° 12. — »Credebamus hactenus quod.« |
| » 11 | » | (1883) (Ludovici) lantgravii Thuringiae protectionem suscipit eique concedit, ne quis in ipsum vel terram eius excommunicationis vel interdicti sententiam absque manifesta et rationabili causa proferre praesumat. iii id. Apr. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. i. 262; I-i Opp. ed. Migne II. 46; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 38. — »Tuae devotionis merita.« |
| » 16 | » | (1884) Potestatibus, consulibus et consiliariis Lombardiae tam praesentibus quam futuris anathema et alias canonicas poenas comminatur, si clericos et ecclesiam exactionibus et iniuriis vexaverint. xvi kal. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 264; I-i Opp. ed. Migne II. 47; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 65. — »Exspectavimus hactenus et.« |
| » 16 | » | (1885) (Philippo) archiepiscopo Mediolanensi, episcopis, abbatibus, prioribus, praepositis et aliis ecclesiarum praelatis in Lombardia constitutis exprobrat, quod consulibus et aliis Lombardiae magistratibus clericos ad onera solvenda compellentibus non obstiterint. xvi kal. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 265; I-i Opp. ed. Migne II. 48; *cf.* Raynald. l. c. § 65. — »Tacti sumus dolore.« |
| » 18 | » | (1886) Universis Christi fidelibus significat, quam poenitentiam Bodoni, Henr. Fuson. vasallo eius, militibus, cum Henrodo et Conrado servientibus suis, interfectoribus C(onradi) Herbipolensis episcopi, imposuit. xiv kal. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 269; I-i Opp. ed. Migne II. 53; Lünig Spic. eccl. II. (Reichs-Arch. XVII.) 944; Trithemii Chron. Hirsaug. I. 504 (*in eiusd.* Opp. II. 164); *partem* ed. Raynald. l. c. a. 1203 § 46. — »Quam execrabile facinus.« |
| » 19 | » | (1887) Abbati de Abenton, priori de Henli et magistro M. canonico de Berlinton Bangorensis diocesis significat, se sententiam de sponsalibus inter filiam principis Insularum et principem Norwalliae confirmare, eisque mandat, ut per censuram ecclesiasticam inviolabiliter ipsam observari faciant. xiii kal. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 265; I-i Opp. ed. Migne II. 49. — »Olim dilectus filius.« |
| » 21 | » | (1888) P(etro) tit. S. Marcelli presbytero cardinali sedis apostolicae legato mandat, ut, nisi Veneti absolutionem acceperint et promiserint, ne contra christianos arma praesumant movere, eumque receperint tanquam apostolicae sedis legatum, illorum exercitum derelinquens versus Ierosolymam dirigat iter suum. xi kal. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 266; I-i Opp. ed. Migne II. 50; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs III. (Font. rer. Austr. XIV.) 464; *cf.* Bzovius Ann. eccl. XIII. 99 § 5; Raynaldus l. c. a. 1203 § 9. — »Inter illa quae.« |
| » 21 | » | (1889) Ecclesiam s. Salvatoris de Piller tuendam suscipit eique duas libras cerae annuatim persolvendas imponit. xi kal. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 267; I-i Opp. ed. Migne II. 50. — »Solet annuere sedes.« |
| » 22 | » | (1890) (Petro) episcopo Florentino et abbati Vallis Umbrosae scribit, se episcopo, praeposito, canonicis et A. potestati Aretinorum licentiam praebuisse, cathedralem ecclesiam cum canonicorum residentia et omni iure ac universis privilegiis infra civitatis moenia transferendi, eisque mandat, inducant abbatem et fratres monasterii s. Florae ad ecclesiam Aretinam pertinentis, ut ad hoc praebeant favorem, quod ecclesia s. Petri maioris ecclesiae cathedrali uniatur. x kal. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. 267; Migne l. c. 51; *ad* a. 1200 Ughelli Ital. sacra I. 419. — »Ex parte venerabilis.« |
| (Apr. 22-30) | » | (1891) (Berardum) archiepiscopum Messanensem laudat ob eiectum e Sicilia Marcualdum et Messinam in fidem apostolicae sedis et regiam redactam. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 269; I-i Opp. ed. Migne II. 54; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 69. — »Ex literis tuae.« |
| ( » ) | » | (1892) Eidem praecipit, ut ab universis per Siciliam comitibus, baronibus, civibus et aliis balii iuramentum pontifici praestandum recipiat. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 270; I-i Opp. ed. Migne II. 55; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 69. — »Tuae fidei puritatem.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1203.** |
| (Apr. 22-30) | Laterani | (1893) Comitibus, baronibus, civibus et aliis in Sicilia constitutis mandat, ut iuramentum balii coram (Berardo) archiepiscopo Messanensi praestent. ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 270; I-i Opp. ed. Migne II. 55; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 100; *cf.* Raynaldus Ann. l. c. — »Quantum apostolica sedes.« |
| Mai. 3 | Praeneste | (1894) Praeposito, decano et capitulo Mersenburgensibus significat, se postulationem (Theodorici) Mersenburgensis archidiaconi in episcopum confirmare, eisque mandat, ut eidem »tamquam electo« debitam reverentiam impendant. v non. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 297; I-i Opp. ed. Migne II. 90. — »Cassata quondam electione.« |
| » 3 | » | (1895) Abbati de Bruwilre, praeposito SS. Apostolorum et magistro Olrico canonico S. Petri Coloniensibus mandat, ut A. mulieri eiusque familiae, quae in controversia inter ipsam et canonicos S. Pauli de Insula Leodiens. dioc. super quibusdam proventibus exorta excommunicatae erant, absolutionis beneficium impendant. v non. Mai. a° 6°. ‖ Innoc. Ep. Ms. bibl. regiae Berolin., Ms. Oct. 50. n° 27. — »Querelam A. mulieris.« |
| » 5 | » | (1896) (Iobo) Strigoniensi archiepiscopo ius coronandi reges et reginas Ungarorum et alia confirmat. III non. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 271; Katona Hist. crit. IV. 669; I-i Opp. ed. Migne II. 56; Dobner Mon. II. 335. n° 10; Fejér Cod. dipl. II. 416; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 19. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 5 | » | (1897) (Iohanni) Colocensi archiepiscopo, qui in ecclesia ad (Iobum) Strigoniensem archiepiscopum spectante populo benedictionem post missam dederat, praeterea contra eius voluntatem in eadem ecclesia consecrationis munus duobus episcopis impenderat et per alias ecclesias provinciae Strigoniensis solenniter crucem ante se faciens deportari palleatus missam contra (Iobi) voluntatem celebraverat, praecipit, ut quidquid in ipsius praeiudicium et gravamen et contra antiquam consuetudinem attentavit, taliter corrigat, »ne nos propter hoc tibi durius scribere cogamur.« III non. Mai. a° 6°. ‖ Fejér Cod. dipl. II. 419. — »Gravem in praesentia.« |
| » 7 | » | ·(1898) Andreae archiepiscopo Acherontino significat, se cathedralem ecclesiam apud Materam sic duxisse statuendam, ut illa priori cathedrae (Acherontinae) uniatur. Non. Mai. a° 6°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 37 (al. ed. 56); Bréquigny Diplom. II. I. 272; I-i Opp. ed. Migne II. 57. — »Fratres et coepiscopos.« |
| » 9*) | » | (1899) (Iobo) Strigoniensi archiepiscopo scribit de abbatiis et praeposituris regalibus iurisdictioni ecclesiae Strigoniensis per Ungariam subiectis. VII id. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 271; I-i Opp. ed. Migne II. 56; Dobner Mon. II. 336; Katona Hist. crit. IV. 665; Fejér Cod. dipl. II. 420; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 19. — »Cum olim carissimus.« |
| » 11 | — | (Rodulfo) abbati Dolensi et E. subdiacono: »Laterani v id. Mai. a° 6°.« ‖ Bréquigny II. I. 246, *vid.* 1203. Mart. 11. n° 1856. 1857. |
| » 14 | Ferentini | (1900) (Malgerio) episcopo et capitulo Wigorniensibus nunciat, se b. pontificem et confessorem Wulstanum catalogo sanctorum adscripsisse. II id. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 274; I-i Opp. ed. Migne II. 59; *fere integra* ap. Raynald. l. c. a. 1203 § 62. — »Cum secundum evangelicam.« |
| » 14 | » | (1901) Priori S. Fridiani Lucano et magistro B. Pisano canonico mandat, ut electionem Lucani episcopi inquirant, an sit canonice celebrata. II id. Mai. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 272; I-i Opp. ed. Migne II. 57; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 12 *de test. et attest.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. II. 488; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de testib.* c. 33 ap. Boehmer Corp. II. 303 (*relata ad* a. 1209); ap. Richter Corp. II. 315. — »Tam litteris vestris.« |
| ( » 14 c.) | ( » ) | (1902) (Gaufrido) Eboracensi archiepiscopo mandat, ut, quod (Bernardo) archiepiscopo Ragusino a cura ecclesiae suae absoluto in episcopatu Carleoli et ecclesia de Maleborn collatum sit, ad sustentationem eius conservet, atque significat, se in ipso episcopatu absque usu pallii eidem Ragusino ut officium episcopale exerceat concessisse, illi tamquam metropolitano impensurus obedientiam. *Sine signo chronol.* ‖ Bréquigny l. c. II. I. 273; I-i Opp. ed. Migne II. 58; Collect. III. decret. lib. I. tit. 8 *de renunt.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 450; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 9 *de renunt.* c. 9 ap. Boehmer l. c. 90; ap. Richter l. c. 102; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 256. — »Ad supplicationem instantem.« |
| » 15 | » | (1903) Iohanni regi Angliae significat, se (Bernardum) archiepiscopum Ragusinum a cura qua tenebatur ecclesiae Ragusinae absolvisse, quod ibi mortis periculum ei immineret, ac eidem episcopatum Karleolensem et ecclesiam de Meleburn cum omnibus pertinen- |

| | | |
|---|---|---|
| Mai. 7*) | Ferentinum.» | »Nonas Maii indignatione Romanorum dominus papa venit Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 686 (*sub tit.:* Ann. Ceccan. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 296). *Equidem crediderim, signa huius chronici esse corrupta; cf. simile quid a. 1208. Sept. 21. 22.* — *Cf.* Gesta Innoc. III. § 137 ap. Baluze *ante eius* Epist. I. 85: »Videns dominus papa, quod furor erat in cursu, cessit currenti furori, et Urbem egressus in Campaniam declinavit.« |

**1203.**

tiis ipsi concessione Gaufridi Eborum archiepiscopi collatis concedere. Id. Mai. a° 6°. || Rymer Foed. I. 190 (135); Wilkins Concil. I. 512; Farlati Illyr. sacr. VI. 89; I-i Opp. ed. Migne IV. 110. n° 78. — »Ad supplicationem instantem.«

Mai. 19 Ferentini (1904) Aretino et Castellano episcopis mandat, faciant ut sententiae excommunicationis et interdicti, quas Fesulanus episcopus in filios Galbinae Aretinae diocesis et in eorum terras promulgavit eo, quod ipsi quoddam castrum cum tota curte in heremitarum Camaldulensium praeiudicium occuparant, observentur. xiv kal. Iun. a° 6°. | Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 255. — »Dilecti filii heremite.«

» 20 » (1905) Compositionem inter abbatem conventumque Trenorchienses et Lugdunensem ecclesiam super capella s. Mauricii in castro Balgiaci ab utraque parte sponte initam confirmat. xiii kal. Iun. a° 6°. || Juenin Hist. de St. Philibert de Tournus, pr. 180. — »Cum a nobis.«

» 21 » (1906) (Amedeo) archiepiscopo Bisuntino respondet de eo »qui illam sibi postea copulare praesumpsit, cuius antea sororem adhuc septennem contractis sponsalibus extraordinaria libidine noscitur polluisse«, et de duabus aliis quaestionibus. xii kal. Iun. a° 6°. || Bréquigny Dipl. II. i. 281; I-i Opp. ed. Migne II. 68. n° 72; *in 3 partes divisa in* Collect. III. decret. lib. 4. tit. 9 *de eo qui cogn.* c. 2, lib. 5. tit. 12 *de cler. excomm.* c. 2 *et* lib. 5. tit. 5 *de schismat.* c. 1 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 562, 583, 578; *pari modo divisa int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 13 *de eo q. c.* c. 7, lib. 5. tit. 27 *de cl. exc.* c. 6 *et* lib. 5. tit. 8 *de schism.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 664 (*tributa* a° 1201), 793 (a. 1201), 753 (a° 1213); ap. Richter Corp. II. 673, 800, 761. — »Fraternitati tuae super.«

(» 21) (») (1907) Monasterio S. Pauli extra Urbem montem Porcium in territorio Tusculano cum pertinentiis suis confirmat. || Bréquigny l. c. II. i. 277; I-i Opp. ed. Migne II. 63. — »Inter loca divino.« *Cf.* n° 1920.

» 21 » (1908) (Petro) archiepiscopo Senonensi concedit, ut in ecclesiis ipsi lege diocesana subiectis emendet et corrigat, quae emendanda sint. xii kal. Iun. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. i. 276; I-i Opp. ed. Migne II. 62; *cf.* Bzovius Ann. eccl. XIII. 101. § 11. — »Ad subditorum excessus.«

» 21 » (1909) (Henrico) archiepiscopo Bituricensi, (Hugoni) episcopo Autissiodorensi et abbati Fontis Morigniani processum contra quosdam burgenses de Charitate, qui criminis haereseos fuerant accusati, committit. xii kal. Iun. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. i. 276; I-i Opp. ed. Migne II. 63; Bouquet Rec. XIX. 426; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 51. — »Qualiter sit et.«

» 21 » (1910) (Huberto) Cantuariensi archiepiscopo et (Eustachio) episcopo Eliensi mandat, ut Iohannem regem Anglorum, nisi archiepiscopo Dublinensi satisfecerit, excommunicent. xii kal. Iun. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. i. 276; I-i Opp. ed. Migne II. 62; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 61. — »Miserabilem clamorem venerabilis.«

» 21 » (1911) Iohanni regi Anglorum exprobrat, quod nondum archiepiscopum Dublinensem in gratiam receperit, eique, si infra mensem post receptionem praesentium illi non fuerit satisfactum, interdicti poenam minatur. xii kal. Iun. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. i. 275; I-i Opp. ed. Migne II. 61; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 61. — »Miserabilem clamorem venerabilis.«

» 22 » (1912) (Hugoni) abbati et conventui S. Dionysii Parisiensis mandat, faciant per censuram ecclesiasticam, ut clerici quidam in villa S. Dionysii commorantes desistant ab excessibus effringendi noctu fores muliercularum et suscitandi cum filiis burgensium seditiones et rixas. xi kal. Iun. a° 6°. || Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 538; Bréquigny l. c. II. ii. 1091; I-i Opp. ed. Migne IV. 102. — »Ad nostram noveritis.«

» 22 » (1913) (Hugoni) Ruthenensi episcopo, praeposito (priori *al.*, Ippolito *al.*) de Monte Salvio et priori S. Antonini Ruthenens. dioc. mandat, curent ne canonici B. Salvii Albiensis capitulum S. Caeciliae (ecclesiae *Bal.*) Albigensis propter ecclesiam b. Marcianae de cetero iniuriis afficiant. xi kal. Iun. a° 6°. || Baluze Miscell. IV. 467 (ed. Mansi III. 20); Bréquigny l. c. II. ii. 1090; I-i Opp. ed. Migne IV. 100. n° 66 et 67. — »Ex parte dilectorum.«

» 22 » (1914) Abbati S. Dionysii mandat, ut, prout ad officium abbatis spectet, clericos qui muliercularum ostia effringebant et rixas cum burgensium filiis suscitabant, per censuram ecclesiasticam compescat. xi kal. Iun. a° 6°. || Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 538. — »Ad nostram noveritis.«

» 22 » (1915) (Galfrido) episcopo et (Iorberto) priori Coventrensibus et (Richardo) archidiacono de Norhamptonia Lincolniens. dioc. de abbate et monachis de Evesham hactenus ecclesiae Wigorniensi diocesana lege subiectis, qui episcopum Wigorniensem ad eorum monasterium causa visitationis certo die praefixo accedentem recipere noluerant et eidem episcopo reverentiam et obedientiam subtrahere debitam moliebantur, mandata dat. xi kal. Iun. a° 6°. || Chron. abbatiae de Evesham 132. — »Constitutis in praesentia.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1203.** |
| Mai. 22 | Ferentini | (1916) Abbati et conventui Mulenbrunensi redditus, possessiones et alia bona eis in parochia de Cnuteliggen diocesani episcopi et archidiaconi loci liberalitate collata, sicut secundum Cisterciensis ordinis instituta ea iuste possident, confirmat. xi kal. Iun. a° 6°. ‖ Wirtemberg. UB. II. 345. n° 523. — »Solet annuere sedes.« |
| » 23 | » | (1917) (Alberto) Vercellensi episcopo significat, se sententiam ab episcopo Pergamensi in causa, quae super ecclesia de Sevitio versata sit, latam confirmare. x kal. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. i. 289; I-i Opp. ed. Migne II. 80. — »Cum venissent ad.« |
| » 25 | » | (1918) Episcopo Dortosensi praecipit, ut Carsiae episcopo Oscensi ecclesias de Alkezar restituat. viii kal. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 289; I-i Opp. ed. Migne II. 79. — »Olim piae recordationis.« |
| » 25 | » | (1919) (Waltherio) Rothomagensi archiepiscopo mandat, ut, si (Iohannes) rex Angliae non recipiat infra mensem post acceptas sedis apostolicae litteras (Sylvestrum) Sagiensem episcopum in gratiam, totam Normanniam, quae ipsius iurisdictionis sit, ecclesiastico interdicto suppositam denuntiet. viii kal. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 281; I-i Opp. ed. Migne II. 69; Bouquet Rec. XIX. 429; *cf.* Bzovius Ann. eccl. XIII. 101 § 11; Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 61. — »Cum in iuventute.« |
| » 25 | » | (1920) Abbati et conventui S. Pauli de Urbe eiusque fratribus Montem Porcium in territorio Tusculano cum pertinentiis suis, »sicut de concessione nostra vobis fuerat assignatus«, confirmat. viii kal. Iun. a° 6°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 233 (*ubi falso ad* a. 1204 *refertur*). — »Inter loca divino.« *Cf.* n° 1907. |
| » 26 | » | (1921) (Philippum) regem Francorum exhortatur, ut cum I(ohanne) rege Anglorum firmam pacem faciat vel treugas ineat congruentes, ut interim de pace inter eos ipsos pertractari possit. vii kal. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 278; Bouquet Rec. XIX. 426; I-i Opp. ed. Migne II. 64; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 54. — »Cum regia serenitas.« <br> • *In eundem modum eodemque die* (Iohannem) regem Anglorum. |
| » 26 | » | (1922) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis constitutis in regno Francorum praecipit, ut apud (Philippum) regem Francorum insistant, ut commonitioni ad pacem ineundam cum rege Iohanne Anglorum acquiescat. vii kal. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. 279; I-i Opp. ed. Migne II. 66; Bouquet l. c. 427; *cf.* Raynaldus l. c. a. 1203 § 54. — »Cum regia serenitas.« |
| ( » 26) | » | (1923) Gualterum regni Siciliae cancellarium in gratiam recipit et de quatuor cautionibus per ipsum oblatis nullam acceptat, nisi ut opera confirmet quod verbo promisit et quae faciunt pro iure Romanae ecclesiae. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 280; I-i Opp. ed. Migne II. 67; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 100; *cf.* Raynald. l. c. a. 1202 § 5; *fragm.* ibid. a. 1203 § 69. — »Licet graviter offenderis.« |
| » 26 | » | (1924) (Eustachio) Eliensi et (Maugerio) Wigorniensi episcopis mandat, ut, cassata duorum in episcopum Menevensem electione, canonicos Menevenses ad electionem novam canonice celebrandam moneant ac inducant. vii kal. Iun. a° 6°. ‖ Wharton Anglia sacra II. 590; Bréquigny l. c. II. i. 282; I-i Opp. ed. Migne II. 70. — »Causam quae vertebatur.« |
| » 27 | » | (1925) Compositionem seu divisionem inter Garsiam Oscensem episcopum et Gombaldum Ilerdensem episcopum litigantes de Oscensis et Ilerdensis ecclesiarum iuribus factam confirmat. Statuit porro, ut Barbastrensis ecclesia cum terminis suis, sicut a Petro rege Barbastro fuerant assignati, dicto Garsiae et per eum Oscensi ecclesiae in perpetuum remaneat, et confirmat Ilerdensi ecclesiae omnia quae inter Cingam et Alcanadrum possidebat *etc.* vi kal. Iun. ind. VI. incarn. dom. a° 1203. pont. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 283; I-i Opp. ed. Migne II. 70; España sagr. XLVI. 291; *cf.* Decr. Greg. IX. lib. I. tit. 41 *de integr. restit.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 205. — »Ne lites amicabili.« |
| » 27 | » | (1926) Ecclesiae Oscensis protectionem suscipit omniaque eius bona nominatim indicat. vi kal. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 288; I-i Opp. ed. Migne II. 78. — »In eminenti sedis.« |
| » 29 | » | (1927) De Weneloc et de Henli prioribus Herefordensis et Bangorensis diocesium causam, quae inter (Robertum) Bangorensem episcopum et R. quondam suppriorem de Alberconwe vertebatur, committit. iv kal. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 290; I-i Opp. ed. Migne II. 81. — »Causam quae vertitur.« |
| » 30 | » | (1928) (Berengario) archiepiscopo Narbonensi praecipit, ut abbatiam Montis Aragonum vel archiepiscopatum dimittat, cum utrique praeesse non possit. iii kal. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. i. 292; I-i Opp. ed. Migne II. 83; *cf.* Bzovii Ann. eccl. XIII. 101; Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 51. — »Si notasses melius.« |
| » 31 | » | »ii (xi *Mur.*) kal. Iunii fecit ibi et consecravit domnum Albertum Longum (Longium *Mur.*) canonicum Anagninum episcopum de Ferentino.« ‖ Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. VII. 686 (*sub tit.:* Ann. Ceccan. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 296). |
| Iun. 1 | » | Monasterium s. Pauli de Urbe: »Primo Iunii, indict. VI« *etc.* ‖ Bréquigny Dipl. II. i. 298 *et al., vid.* 1203. Iun. 13. n° 1935. |

**1203.**

Iun. 3 | Ferentini | (1929) Petro Compostellano archiepiscopo concedit facultatem absolvendi debiles aetate vel sexu et infirmos, qui forte manus violentas in clericos iniecerint. III non. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 294; I-i Opp. ed. Migne II. 85; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1203 § 67. — »Debitum prosequeris pastoralis.«

» 3 | » | (1930) Eidem privilegium Compostellanae ecclesiae a Coelestino papa praedecessore datum de praescriptione votorum aliquot, quae Hispania s. Iacobo apostolo sanxerat, firmum reddit. III non. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 294; I-i Opp. ed. Migne II. 86; *cf.* Raynaldus l. c. a. 1203 § 67. — »Ex literis bonae.«

» 4 | » | (1931) Eliensi et Wigorniensi episcopis et archidiacono de Bukingham Lincolniens. dioc. mandat, ut, cum ipse Giraldum archidiaconum Menevensem propter senectutem ac debilitatem illius a labore peregrinationis denunciaverit absolutum, iniungant eidem, ut iuxta proprias facultates pro expensis quas fuisset in peregrinatione facturus subsidium competens ad subventionem Terrae sanctae transmittat, et ut eundem archidiaconum a labore peregrinationis nuntient penitus absolutum. II non. Iun. a° 6°. ‖ Giraldus Cambr. De iure Menev. eccl. ap. Wharton Angl. sacra II. 591. — »Dilectus filius Giraldus.«

» 5 | » | (1932) (Alfonso) regi Castellae mandat, ut filiam suam (Alfonso) regi Legionensi incestuose copulatam revocet, alioquin in eum et terram eius processurus sit. Non. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 291; I-i Opp. ed. Migne II. 82; *fragm.* ap. Raynald. l. c. a. 1203 § 63. — »Bonorum omnium largitori.«

» 6 | » | (1933) (Petro) Compostellano archiepiscopo concedit, ut laicos iudices, qui errantes clericos mulctarant, absolvat. VIII id. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 293; I-i Opp. ed. Migne II. 84; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 67. — »Boni pastoris officium.«

» 8 | » | (1934) (Guillelmo) archiepiscopo Bituricensi et (Guillelmo) episcopo Caturcensi praecipit, ut Lemovicenses burgenses iam interdicti sententiae ab episcopo suo suppositos denuo propter excessus enormes et multiplices interdicti sententiae subiiciant cum castro, et inobedientes apostolicis mandatis clericos et capellanos excommunicationis poena plectant. VI id. Iun. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 306; Bouquet Rec. XIX. 431; I-i Opp. ed. Migne II. 101; *cf.* Bzovius Ann. eccl. XIII. 101 § 11; Raynald. l. c. a. 1203 § 51. — »Olim primo vobis.«

» 13 | » | (1935) Sacratissimum monasterium s. Pauli apostoli de Urbe »in quo tuum venerabile corpus celebri memoria requiescit,« sub apostolicae sedis tuitione suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibidem perpetuis temporibus observetur, omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. Id. Iun. indict. VI. incarn. dom. a° 1203. pont. a° 6°. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 25; »Primo Iunii, indict. VI.« *etc.* Bréquigny l. c. II. I. 298; I-i Opp. ed. Migne II. 91; *fragm.* ap. Raynald. l. c. a. 1203 § 67. — »Cum aliqua tibi.«

» 17 | » | (1936) Exoniensi episcopo et electo Burgensi mandat, ut adversus episcopum Astoricensem, periurii crimine ac simoniae pravitate pollutum *cet.*, inquirant. XV kal. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 302; I-i Opp. ed. Migne II. 96. — »Veniens ad apostolicam.«

» 17 | » | (1937) Compositionem inter comitem Dunecanum et ecclesiam s. Andreae super iure patronatus quarundam ecclesiarum et terris factam confirmat. XV kal. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 302; I-i Opp. ed. Migne II. 96. — »Solet annuere sedes.«

» 17 | » | (1938) Monachis Montis Regalis, Iati et Calatetrasii castella tenentibus eorumque complicibus praecipit, ut (Caro) ipsorum archiepiscopo ab ipsis graviter offenso satisfactionem congruam exhibeant. XV kal. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 303; I-i Opp. ed. Migne II. 97; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 102; *cf.* Raynald. Ann. eccl. a. 1203 § 64; Pirrhus Sicil. sacra I. 405. — »Quod vobis apostolicae.«

» 18 | » | (1939) (Alphonso) regi Castellae abbatem et conventum Trianensis ecclesiae commendat. XIV kal. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 304; I-i Opp. ed. Migne II. 99. — »Quanto maiorem ille.«

» 18 | » | (1940) Cantori, poenitentiario, Wilhelmo Alboini subdiacono suo canonico Lemovicensibus mandat, ut A. Taines subdiaconum in canonicum a praeposito et capitulo S. Iuniani iuxta tenorem mandati apostolici de hoc iam dati recipi faciant. XIV kal. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 304; I-i Opp. ed. Migne II. 99. — »Veniens ad apostolicam.«

» 18 | » | (1941) Dunelmensi (Dulmens. *Decret.*) episcopo, decano et priori S. Trinitatis Eboracensibus mandat, ut testes in causa, quae super statu ecclesiae Menevensis vertebatur, audiant. XIV kal. Iul. a° 6°. ‖ Wharton Anglia sacra II. 590; Bréquigny l. c. II. I. 301; I-i Opp. ed. Migne II. 95; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 12 *de testib. et attest.* c. 7 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 489; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de test. et attest.* c. 34 ap. Boehmer Corp. II. 304 (*ubi* a° 1199 *tribuitur*); ap. Richter Corp. II. 316. — »Cum olim dilectus.«

**1203.**

Iun. 19 Ferentini (1942) Episcopo Gerundinensi (Gradensi *Coll. III.*) respondet de uno, qui matrem et filiam carnaliter cognoverat. xiii kal. Iul. a° 6°. || Bréquigny Dipl. II. i. 302; I-i Opp. ed. Migne II. 97; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 9 *de eo qui cogn.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 562; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 4. tit. 13 *de eo qui cogn.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 664; ap. Richter Corp. II. 674. — »Ex litteris tuae.«

» 20 » (1943) (Iohanni) episcopo et Willelmo Alboini canonico Lemovicensibus causam Assaliti clerici decanum et capitulum S. Aredii molestantis examinandam committit. xii kal. Iul. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. i. 307; I-i Opp. ed. Migne II. 102. — »Ex parte decani.«

» 20 » (1944) (Iohanni) Norwicensi episcopo concedit, ut clericos qui in conspectu ecclesiae matrimonium contraxerint, ecclesiasticis beneficiis privet. xii kal. Iul. a° 6°. || Collect. III. decret. lib. 3. tit. 3 *de cler. coni.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 514; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 3 *de clericis coniugatis* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 424 (*ad* a. 1212); ap. Richter Corp. II. 442; Bréquigny l. c. II. i. 312; I-i Opp. ed. Migne II. 110. — »Diversis fallaciis circumventi.«

» 20 » (1945) Causam quae inter plebanum et fratres plebis de Calcinaria atque capellanum de Monteculo ratione ecclesiarum suarum vertebatur, diiudicat. xii kal. Iul. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. i. 313; I-i Opp. ed. Migne II. 110. — »Cum olim inter.«

» 20 » (1946) Archiepiscopo Terraconensi respondet de causa matrimoniali inter R. de Belloloco et Agnetem uxorem eius. xii kal. Iul. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. i. 315; I-i Opp. ed. Migne II. 113; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 15 *de iurei.* c. 10 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 496; *fere integra int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *de iurei.* c. 24 ap. Boehmer Corp. II. 343 (*ad* a. 1206); ap. Richter Corp. II. 356. — »Tua nos duxit.«

( » 20) » (1947) Crucesignatis scribit, eos cum Venetis, si hi potuerint ad satisfactionem induci, secure navigare posse, eisque permittit, ut cum illis in terram Sarracenorum vel Hierosolymitanam provinciam navigio transeant. »Ne autem vobis victualia desint, imperatori Constantinopolitano scribemus, ut victualia vobis exhiberi faciat.« || Gesta Innoc. § 87; Bréquigny l. c. II. i. 311; I-i Opp. ed. Migne II. 107; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs *in* Font. rer. Austr. Dipl. XII. 417; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 245; *partim in* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 21 *de sent. excomm.* c. 7 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 594; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. excomm.* c. 34 ap. Boehmer l. c. 855; ap. Richter l. c. 868; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1203 § 7. 8. — »Si vere vos.«

( » 20) Fer(entini) (1948) (Bonifacio) marchioni Montisferrati, B(alduino) Flandriae, L(udovico) Blesensi et H(enrico) S. Pauli comitibus scribit, se gaudere, »quod receptis litteris nostris erratum in vobis intelligentes devote ac humiliter mandatum estis apostolicum executi et, iuramento praestito vel recognito, absolutionis beneficium percepistis, vos et successores vestros, filii comites, cum duobus baronibus Gallicanis ad satisfaciendum iuxta mandatum nostrum super eo, quod apud Iaderam excommunicationis sententiam incurristis, per patentes litteras obligantes.« »Nullus vestrum sibi temere blandiatur, quod terram Graecorum occupare sibi liceat vel praedari tanquam minus apostolicae sedi subiectam et quod imperator Constantinopolitanus deposito fratre suo et etiam excoecato imperium usurpavit.« Mandat eis, ut tandem in subsidium Terrae sanctae transfretent. A° 6°. || Bréquigny l. c. II. i. 309; Gesta Innoc. § 88; I-i Opp. ed. Migne II. 106; Bouquet Rec. XIX. 433; Tafel l. c. 415; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 242; *mutila* ap. Raynald. l. c. a. 1203 § 13; *fragm.* ap. Katona Hist. crit. IV. 655; Fejér Cod. dipl. II. 401; *cf.* Bzovius Ann. eccl. XIII. 99. § 4. — »Cum in manu.«

» 20 Ferentini (1949) Episcopo Dunelmensi, decano et priori S. Trinitatis Eboracensis scribit, se archiepiscopum Cantuariensem super expensis, quas (Giraldus) archidiaconus Menevensis prima et secunda vice fecerit, nonnisi in 60 marcas condemnasse, eisque mandat, ut dicto archiepiscopo in executione apostolici mandati cessante illum ad id per districtionem ecclesiasticam compellant. xii kal. Iul. a° 6°. || Giraldus Cambr. De iure Menev. eccl. ap. Wharton Angl. sacra II. 591. — »Quantum venerabili fratri.«

» 21 » (1950) (Eustachio) Eliensi episcopo, abbati de Tarreton et decano Lincolniensi mandat, curent ut prior et canonici de Hikerham clericos in ipsorum ecclesiis ab archiepiscopo Eboracensi praesentatos admittant. xi kal. Iul. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. i. 305; I-i Opp. ed. Migne II. 100. — »Dilecti filii...«

» 26 » (1951) Litem inter episcopum Colimbriensem atque priorem et canonicos S. Crucis de privilegiis et libertatibus versantem dirimit. vi kal. Iul. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. i. 316; I-i Opp. ed. Migne II. 114; Collect. III. lib. 5. tit. 16 *de privil.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 587; *fragm. int.* Decretal. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *de privil. et excess. privilegiat.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 814, *ubi* a° 1201 *adscribitur*; ap. Richter Corp. II. 824. — »Cum olim ad.«

» 28 » (1952) Consulibus et populo Terracinensibus, qui Roccam Circegii rapuerant, districte praecipit, ut eam Iordano tit. S. Pudentianae presbytero cardinali nomine sedis apostolicae resignent. iv kal. Iul. a° 6°. || Contator Hist. Terracin. 174. — »Satis vobis sufficere.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1203.** |
| Iun. 30 | Ferentini | (1953) S. Roman. Carzoli cognato suo apostolici patrimonii rectori in Tuscia custodiam et gubernationem munitionis et castri Montis Flasconis committit. II kal. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 314; I-i Opp. ed. Migne II. 112. — »Inter omnes munitiones.« |
| Iunio mense | » | (1954) Philippum regem Francorum, Inseburgis uxoris eius miseriam et dolorem exponendo, monet ardenterque hortatur, ut reginam regaliter tractet, eique significat, se abbatem Casemarii super hoc monitorem mittere. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 296; I-i Opp. ed. Migne II. 88; Bouquet Rec. XIX. 430; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 60. — »Inter Deum et hominem.« |
| Iul. 1 | » | (1955) Guidoni rectori et fratribus hospitalis s. Spiritus Magalonensis privilegia quaedam concedit. Kal. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 315; I-i Opp. ed. Migne II. 113. — »Cum sitis operibus.« |
| » 2 | » | (1956) Archidiacono, praeposito et capitulo Placentinis respondet de interpretatione iuramenti clericorum. VI non. Iul. a° 6°. ‖ Collect. III. decret. lib. 5. tit. 23 *de verb. signif.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 597; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 40 *de verb. signif.* c. 19 ap. Boehmer Corp. II. 870, *ubi tribuitur* a° 1206; ap. Richter Corp. II. 882; Bréquigny l. c. II. I. 314. — »Cum clerici Placentini.« |
| » 3 | » | (1957) Gualando subdiacono suo et B. Vitali canonicis Pisanis respondet de causa, quae inter Henricum et Bandum filios Guidonis de Casa, et G. filiam Teberti et heredes ipsius super quibusdam vineis vertebatur. V non. Iul. a° 6°. ‖ Collect. III. decret. lib. 3. tit. 17 *de pign.* c. 1 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 530; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 21 *de pign.* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 487, *ad* a. 1206; ap. Richter Corp. II. 507; Bréquigny l. c. II. I. 323; I-i Opp. ed. Migne II. 124. — »Illo vos credimus.« |
| » 3 | » | (1958) (Eberhardo) Salseburgensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut tam occisores C(onradi) Herbipolensis episcopi quam heredes eorum universis feudis et beneficiis Herbipolensis ecclesiae privent; ut, cum nomen castri Ravennesburc episcopum occidentes in signum bellicum exclamarint »se per hoc ad interfectionem eius tamquam ad gloriosi triumphum certaminis animantes«, illud castrum demoliri faciant; ut eos, qui statim post occisionem episcopi cum armis in auxilium concurrerint occisorum, excommunicent et eos, de quibus praesumitur quod in necem eius consilium praestiterint, per excommunicationis et interdicti sententiam ad purgationem compellant. V non. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 326; I-i Opp. ed. Migne II. 128; *partem* ed. Raynald. Ann. eccl. a. 1203 § 48. — »Sicut impietatem sub.« |
| » 8 | » | (1959) Causam quae inter I(gnatium) et clericos S. Gregorii Spoletani ex una et fratres hospitalis »quod est iuxta ecclesiam illorum situm« ex altera vertebatur diiudicat. VIII id. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 323; I-i Opp. ed. Migne II. 125. — »Cum tu fili.« |
| » 8 | » | (1960) (Iohanni) priori S. Fridiani, C. et C. canonicis Lucanensibus respondet de electione Boni prioris ecclesiae s. Petri Lucanensis eisque mandat, ut eam faciant irritam. VIII id. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. 325; I-i Opp. ed. Migne II. 127; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 12 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 444; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 27 ap. Boehmer Corp. II. 58, *ubi ad* a. 1205 *refertur;* ap. Richter Corp. II. 67. — »Cum causam quae.« |
| » 8 | » | (1961) O(ttoni) Herbipolensi praeposito, G. burgravio et eorum consanguineis propter occisionem C(onradi) episcopi Herbipolensis condolet eisque significat, se ad vindicandam sceleris immanitatem processisse. VIII id. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 327; I-i Opp. ed. Migne II. 130; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1203 § 49. — »Dolet et doluit.« |
| » 8 | » | (1962) Conventus de Bomin [Bodmyn in agro Cornubiensi] ord. s. August. protectionem suscipit eiusque possessiones, libertates et consuetudines confirmat. VIII id. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. 328; I-i Opp. ed. Migne II. 132; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 67. — »Consuevit annuere sedes.« |
| » 11 | » | (1963) Palentino et Zamorrensi episcopis et P. Suevi archidiacono Astoricensi mandat, ut adversus magistrum scholarum Astoricensis ecclesiae criminis falsitatis suspectum inquirant. V id. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 329; I-i Opp. ed. Migne II. 133. — »Cum Christus sic.« |
| ( » 11 ?) | » | (1964) Vitello subdiacono suo castellano Lariani mandat, ut ordinationem duorum canonicorum in ecclesia s. Mariae de Neme per I(ohannem) Albanensem episcopum factam inquirat. A° 6°. ‖ Bréquigny l. c. 330; Migne l. c. 134. — »Conquesti sunt nobis.« |
| ( » 11) | ( » ) | • (1965) Domus s. Trinitatis Cervi-Frigidi protectionem suscipit. ‖ Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 67; Bréquigny l. c. II. I. 330; I-i Opp. ed. Migne II. 134. |
| » 12 | » | (1966) R. cantori, R. priori de Monte Leprosorum et I. de Sagio canonico Rothomagensibus respondet de duabus litteris ab R. sacerdote de Colevill. fraudulenter super eodem negotio obtentis easque revocat. IV id. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 331; I-i Opp. ed. Migne II. 136. n° 120; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 2 *de rescript.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. |

22*

| | | |
|---|---|---|
| | | **1203.** |
| | | Opp. IV. 426; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 3 *de rescr.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 17, *relata ad* a. 1205; ap. Richter Corp. II. 22. — »Ex tenore litterarum.« |
| Iul. 12 | Ferentini | (1967) Magistrum Gualfredum clericum S. Mauricii de Tardubiato protegendum suscipit eique ecclesiam s. Mauricii de Tardubiato confirmat. IV id. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 335; I-i Opp. ed. Migne II. 140. — »Solet annuere sedes.« |
| » 14 | » | (1968) (Benedicti) Marsicani (Masicani *D. Greg.*) episcopi de re matrimoniali quaestionibus respondet. II id. Iul. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 330; I-i Opp. ed. Migne II. 134; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 4 *de cond. appos.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 559; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 5 *de cond. appos.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 649, *ad* a. 1201; ap. Richter Corp. II. 658. — »Per tuas nobis.« |
| » 18 | » | (1969) Maiorem praepositum Halberstadensem, Seburgensem et S. Wiperti in Nienburc praepositos Magdeburgensis et Halberstadensis dioecesum iudices constituit inter (Theodoricum) episcopum Misnensem ex una parte et B. et T. Wrcinenses [Wurzen] praepositos et quosdam canonicos Misnenses ex altera super locatione quatuor praebendarum litigantes. XV kal. Aug. a° 6°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Sax. reg. II. I. 67. n° 70. — »Causam quae inter.« |
| » 20 | » | (1970) Archiepiscopis, episcopis, rectoribus, potestatibus, consulibus, marchionibus, comitibus et aliis nobilibus Lombardiae scribit, se, cum imperii Romani negotium specialiter ad statum pertineat Lombardiae, per (Ugonem) Ferrariensem, (Bernardum) Papiensem et (Grumerium) Placentinum episcopos consilium et auxilium eorum duxisse requirendum. Monet eos, ut suum auxilium et consilium super praedicto eisdem episcopis et sedi apostolicae per illos fideliter exponant. XIII kal. Aug. (a° 6°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 87 ed. Baluze I. 728; Opp. ed. Migne III. 1093. *Cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 305. — »Inter activae vitae.« |
| ( » 20) | (») | (1971) (Ugoni) Ferrariensi, (Bernardo) Papiensi et (Grumerio) Placentino episcopis praecipit, ut archiepiscopos, episcopos, rectores *etc.* Lombardiae ad locum idoneum convocantes inquirant et simul ab omnibus et seorsim a singulis, quid sentiant et quid velint super capitulis in superiore epistola memoratis. *Sine signo chronol.* (a° 6°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 88 ed. Baluze I. 729; Opp. ed. Migne III. 1094. — »Inter activae vitae.« |
| ( » 20) | (») | (1972) Potestati et consulibus Mediolanensibus de utraque epistola antecedente significat eosque exhortatur, ut taliter, cum possint, hoc negotium dirigant, »quod ad honorem apostolicae sedis et vestrae civitatis augmentum nostrum et vestrum desiderium felicem exitum sortiatur.« *Sine nota chronol.* (a° 6°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 89 ed. Baluze I. 729; Opp. ed. Migne III. 1094. — »Cum super facto.« |
| » 21 | » | (1973) Capitulo Novariensi praecipit, ut omne colludium in instituendis canonicis ad beneficia et vacantia et non vacantia rescindant. XII kal. Aug. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 332; I-i Opp. ed. Migne II. 136; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1203 § 66. — »Cum piae recordationis.« <br>* *Scriptum est eodem die* Archiepiscopo Mediolanensi et episcopo Novariensi, *ut praemissa publicent.* |
| » 23 | » | (1974) R(oberto) Lucano electo mandat, ut ad sedem apostolicam sacerdotii gradum et consecrationis beneficium suscepturus veniat. X kal. Aug. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 333; I-i Opp. ed. Migne II. 137. — »Dilecti filii I.« |
| ( » 23-25) | » | (1975) Abbati S. Bosciani, et de Cerreto Laudensis diocesis et S. Gabrieles Cremonensis prioribus mandat, ut, si electionem I. monachi in abbatem S. Petri de Pado canonice celebratam invenerint, ipsam confirment. *Sine nota chronol.* ‖ Bréquigny l. c. II. I. 334; I-i Opp. ed. Migne II. 139. — »Per literas dilectorum.« |
| (») | » | (1976) I. comiti Tricaricensi concedit, ut terram, quam de manibus hostium Theutonicorum poterit liberare, ad dispositionem ecclesiae Romanae conservet. *Sine signo chron.* Bréquigny l. c. 334; I-i Opp. ed. Migne II. 139. — »Nobilitati tuae quam.« |
| Aug. 5 | » | (1977) (Walterum) praepositum S. Petri de Monte Sereno Magdeburgensis dioc. ac decanum et scolasticum Merseburgenses iudices constituit inter (Theodoricum) episcopum ex una parte et B. canonicum et nobilem virum Bulgrauium militem Misnenses ex altera super ecclesia in Gan [Iahna apud Oschatz] litigantes. Non. Aug. a° 6°. ‖ G. Köhler Das Kloster des h. Petrus auf d. Lauterberge bei Halle. Dresden (1857. 4°.) Append. (*male tributa* Innocentio II); Gersdorf Cod. dipl. Sax. reg. II. I. 68. n° 71. — »Inter venerabilem fratrem.« |
| » 6 | » | (1978) (Berengario) abbati et conventui Villae-Magnae concedit, ne quis in monasterium eorum ipsis invitis intrudatur. VIII id. Aug. a° 6°. ‖ Bréquigny Diplom. II. I. 335; I-i Opp. ed. Migne II. 140. — »Ad nostram noveritis.« |
| » 6 | » | (1979) Eisdem mandat, ut secundum consuetudinem in Villa-Magna iurisdictionem temporalem exerceant. VIII id. Aug. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 335; I-i Opp. ed. Migne II. 140. — »Sicut nostris est.« |

**1203.**

| | | |
|---|---|---|
| Aug. 7 | Ferentini | (1980) S(offredo) tit. S. Praxedis et P(etro) tit. S. Marcelli presbyteris cardinalibus sedis apostolicae legatis mandat, ut Tyrensis ecclesiae iura tueantur. vii id. Aug. a° 6°. Bréquigny Dipl. II. i. 342; I-i Opp. ed. Migne II. 149. — »Ut Tyrensis ecclesia.« |
| » 10 | » | (1981) Eundem Soffredum ad patienter sustinendum labores pro Terra sancta subeundos exhortatur. iv id. Aug. a° 6°. Bréquigny l. c. II. i. 339; I-i Opp. ed. Migne II. 145; *non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1203 § 9; ap. Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs III. (Font. rer. Austr. XIV.) 465. — »Si aliquando in.« |
| » 12 | » | (1982) Abbati Sublacensi mandat, ut, cum institutionem Boni presbyteri in ecclesia de Scanzano irritandam sedes apostolica duxerit, Nicolao militi aliisque patronis illius ecclesiae praecipiat, ut personam idoneam in eadem instituendam (Benedicto) Marsicano episcopo repraesentent. ii id. Aug. a° 6°. Bréquigny l. c. II. i. 336; I-i Opp. ed. Migne II. 140. — »Cum dilectus filius.« |
| » 12 | » | (1983) Tyrensem electum arguit, quod vix ad archiepiscopalem sedem electus inobedientiae et praesumptionis vitium non vitaverit. ii id. Aug. a° 6°. Bréquigny l. c. II. i. 341; I-i Opp. ed. Migne II. 147. — »Cum te non solum.« |
| » 12 | » | (1984) (Aymerico) regi Hierusalem et Cypri Tyrensem ecclesiam »quae pro terrae Hierosolymitanae miseria lacrymari videtur,« commendat. ii id. Aug. a° 6°. Bréquigny l. c. II. i. 341; I-i Opp. ed. Migne II. 148; MasLatrie Hist. de Chypre II. 32, *perperam ad* a. 1208. — »Etsi te devotum.« |
| » 14 | » | (1985) Abbatissae ac monialibus S. Mariae maioris de Hierusalem bona, specialiter autem capellam apud Achon confirmat. xix kal. Sept. a° 6°. Bréquigny l. c. II. i. 342; I-i Opp. ed. Migne II. 150. — »Quoties a nobis.« |
| » 16 | » | (1986) C. episcopo in archiepiscopum Tyrensem electo et ecclesiae Tyrensi decimas consuetas confirmat. xvii kal. Sept. a° 6°. Bréquigny l. c. II. i. 342; I-i Opp. ed. Migne II. 149. — »Solet annuere sedes.« |
| » 16 | » | (1987) S(ofredum) tit. S. Praxedis presbyterum cardinalem sedis apostolicae legatum hortatur, ut patriarchatum Hierosolymitanum suscipiat. xvii kal. Sept. a° 6°. Bréquigny l. c. II. i. 336; I-i Opp. ed. Migne II. 141; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1203 § 10; *amplius* Gesta Innoc. § 88. — »Ut lapsum humani.« |
| » 25 | » | (1988) Hospitale de Rochelles tuendum suscipit eique ad indicium huius protectionis obulum aureum annuatim solvendum imponit. viii kal. Sept. a° 6°. Bréquigny l. c. II. i. 343; I-i Opp. ed. Migne II. 150. — »Solet annuere sedes.« |
| Sept. 1 | » | (1989) (Lucae) archiepiscopo et capitulo Cusentinis praecipit, ut abbati et conventui de Flore locum Botranum in concambium assignent. Kal. Sept. a° 6°. Bréquigny l. c. II. i. 343; I-i Opp. ed. Migne II. 150. — »Cum in habitu.« |
| » 1 | » | (1990) Conventui de Flore ecclesias s. Petri et s. Dominicae apud Flumen Frigidum et possessiones a nobili viro S. de Mamistra ei concessas confirmat. Kal. Sept. a° 6°. Bréquigny l. c. II. i. 344; I-i Opp. ed. Migne II. 151. — »Solet annuere sedes.« |
| » 5 | » | (1991) (Andreae) Acherontino archiepiscopo mandat, ut cantorem Tricaricensem a canonicis Anglonensibus in episcopum electum, etsi pater eius iuxta ritum Graecorum uxorem duxerit in minoribus ordinibus constitutus, confirmet et consecret. Non. Sept. a° 6°. Bréquigny l. c. II. i. 345; I-i Opp. ed. Migne II. 152; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 3 *de cleric. coni.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 515; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 3 *de cler. coni.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 425, *ad* a. 1212; ap. Richter Corp. II. 442. — »Cum olim ad.« |
| » 9 | » | (1992) (Eberhardo) Salzburgensi archiepiscopo significat, ad suam audientiam pervenisse, »quod Sueviae dux Philippus, ut corda principum regi Ottoni faventium infirmaret, fecit per Theutoniam divulgari, quod priorem Camaldulensem ad eius praesentiam miseramus, eum ad coronam imperii evocantes.« Negat, se praedictum priorem aut alium ad ducem destinasse. »Priorem eundem ab eo missum recepimus offerentem plura sub testimonio litterarum, quas dux ipse sigillo fecerat aureo roborari (*cf.* ea ap. Raynald. a. 1203 § 28; Hartzheim Conc. III. 467; Pertz M. G. H. IV. 208, *ubi erranter ad* a. 1205); cumque idem prior ex eius parte proponeret, quod paratus erat ad mandatum ecclesiae Romanae redire, a nobis non potuit responsum aliud extorquere, nisi quod, cum redeuntibus ad ecclesiae gremium nolimus aditum veniae denegare, prompti eramus, eum recipere sicut quemlibet poenitentem.« Mandat ei, »ut quicquid malitiose fingatur, non credat, quod a constantia mentis nostrae tam leviter recedamus.« v id. Sept. (a° 6°). Innoc. Ep. *registr.* n° 90 ed. Baluze I. 729; Opp. ed. Migne III. 1095; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1203 § 27; *sine a° et summatim* ap. Hansiz Germ. sacr. II. 317. *Cf.* Meiller Reg. der Salzb. Erzb. 190. n° 95, *ubi falso* a° 1207 *tribuitur; cf. ibid.* 182. n° 51. — »Ad usitatam fallendi.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1203.** |
| (Sept. 9) | (Ferentini) | (1993) Regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo scribit de eadem re fere in eundem modum. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 91 ed. Baluze I. 729; Opp. ed. Migne III. 1096. — »Ei qui mortificat.« |
| » 10 | » | (1994) B(asilium) archiepiscopum de Zagora exhortatur, ut ad sedem apostolicam veniat, ut desiderio et petitioni domini Bulgarorum plenius satisfiat. IV id. Sept. a° 6°. ‖ Bréquigny Diplom. II. I. 348; I-i Opp. ed. Migne II. 156; Theiner Vet. mon. Slavor. I. 21. n° 37; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 258; *partim* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1203 § 21. — »Receptis literis quas.« |
| » 10 | » | (1995) Caloiohanni domino Bulgarorum suadet, ut cum nobili viro Wlco pacis studeat foedera reformare, ne terra utriusque irreparabile detrimentum incurrat. IV id. Sept. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. 349; I-i Opp. ed. Migne II. 158; Theiner l. c. 22 *in* n° 37; Mon. Hungar. l. c. 260; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 21. — »Receptis literis quas.« |
| » 15 | » | (1996) B(lasio) archiepiscopo Turritano concedit, ut eos, qui census ecclesiae Turritanae debitos subtraxerint, possessionibus ab eadem concessis privet. XVII kal. Oct. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. 351; I-i Opp. ed. Migne II. 160. — »Cum a nobis.« |
| » 15 | » | (1997) Iudici Kalarritano (Carolitano *D. Greg.*) mandat, ut in manibus B(lasii) archiepiscopi Turritani fidelitatis ecclesiae Romanae iuramentum exhibeat. XVII kal. Oct. a° 6°. ‖ Bréquigny I. c. II. I. 350; I-i Opp. ed. Migne II. 159; *sine nota chronol.* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 15 *de iurei.* c. 8 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 496; *repet.* Cod. dipl. Sardin. I. 304. n° 3, *perperam ad* a. 1205; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *de iurei.* c. 22 ap. Boehmer Corp. II. 342 (*ubi refertur ad* a. 1206); ap. Richter Corp. II. 355; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1203 § 68. — »Ea te credimus.« |
| » 15 | » | (1998) Eidem mandat, ne permittat ut filia quondam iudicis Gallurensis nubat personae suspectae praesertim Ysidoro fratri iudicis Turritani, qui eam proxima linea consanguinitatis attingat. XVII kal. Oct. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 349; I-i Opp. ed. Migne II. 158. — »Gratum gerimus et.« |
| » 15 | » | (1999) Iudici Turritano mandat, ne permittat ut filia quondam iudicis Gallurensis fratri suo Ysidoro, cum eum proxima linea consanguinitatis attingat, illicite desponsetur. XVII kal. Oct. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. 350; I-i Opp. ed. Migne II. 158. — »Cum iuxta testimonium.« |
| (Sept. fin. c.) | apud Ferentinum Anagniam, | »Cum fere totam aestatem demoratus fuisset, circa finem Septembris venit ubi eum tam gravis aegritudo pervasit, ut de ipsius liberatione pene nulla spes esset.« ‖ Gesta Innoc. § 137 ap. Baluze *ante eius* Epist. I. 85. |
| Oct. 9 | Anagniae | (2000) (Eberhardo) archiepiscopo Salseburgensi (Galburgensi *Collect. III. decr.*, Magdeburgensi *Decr. Greg.*) scribit de poenitentia Corrado laico iniungenda, qui sororem uxoris suae ante nuptias et, nuptiis celebratis, quando se illi opportunitas exhibebat, utramque carnaliter cognoverat. VII id. Oct. a° 6°. ‖ Bréquigny I. c. II. I. 358; I-i Opp. ed. Migne II. 168; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 9 *de eo qui cogn.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 562; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 13 *de eo q. c.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 665 (*ubi* a° 1204 *tribuitur*); ap. Richter Corp. II. 674. — »Veniens ad apostolicam.« |
| » 9 | » | (2001) (Azzonem) marchionem Estensem, castra, villas, iurisdictiones, terras, possessiones ac omnia bona eius, quae possidebat olim tempore, quo .... princeps fuit per sedem apostolicam excommunicatus, et quae nunc marchio rationabiliter possidet, sub b. Petri et sua protectione suscipit. VII id. Oct. a° (1°, *sed legas*) 6°. ‖ Muratori Antich. Estensi I. 402; Lünig Cod. dipl. Ital. I. 1571, *qui perperam ad* a. 1212 *refert.* — »In perpetuam tui.« |
| ( » 9-21) | » | (2002) (Petro) comiti Altissiodorensi mandat, ut (Hugonem) Altissiodorensem episcopum, quem exulare praeceperat, revocet eique satisfactionem impendat. A° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 351; I-i Opp. ed. Migne II. 160; Bouquet Rec. XIX. 435; *partim* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1203 § 52; *cf.* Bzovius Ann. eccl. XIII. 101. § 11. — »Dum propriae salutis.« |
| ( » ) | » | (2003) (Philippum) regem Francorum hortatur, ut comitem Altissiodorensem inducat ad revocandum (Hugonem) episcopum Altissiodorensem, quem hic exulare fecisset. A° 6°. ‖ Bréquigny l. c. 353; I-i Opp. ed. Migne II. 162; Bouquet Rec. XIX. 436; *fragm.* ap. Raynald. l. c. a. 1203 § 53; *cf.* Bzovius l. c. — »Disperdat Dominus universa.« |
| ( » ) | » | (2004) (Petrum) archiepiscopum Senonensem acriter reprehendit, quia contra comitem Altissiodorensem, qui (Hugonem) episcopum Altissiodorensem expulerat, non processerat eique mandat, ut praedictum comitem cum consiliariis et fautoribus ac tota eius terra excommunicet. A° 6°. ‖ Bréquigny I. c. 355; Migne l. c. 165; Bouquet l. c. 438; *cf.* Raynald. l. c. § 54; Bzovius l. c. — »Credebamus nos hactenus.« |
| ( » ) | » | (2005) (Hugonem) episcopum Altissiodorensem de insania comitis persequentis consolatur eumque monet, ut in constantia mentis perseveret. A° 6°. ‖ Bréquigny l. c. 356; Migne l. c. 166; Bouquet l. c. 439; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 54; *cf.* Bzovius l. c. — »Recogitantes in amaritudine.« |

**1203.**

Oct. 21 Anagniae (2006) Abbati S. Petri de Pado, priori S. Gabrielis et praeposito S. Luciae Cremonensis mandat, ut resignationem A. abbatis S. Thomae Cremonensis admittere possint et eidem abbatiae per electionem canonicam de persona idonea provideant. xII kal. Nov. a° 6°. || Bréquigny Dipl. II. I. 357; I-i Opp. ed. Migne II. 168. — »Ex parte dilecti.«

» 27 » (2007) De Novo Burgo et (Eberhardo) de Salem abbatibus praecipit, ut Philippum ducem Sueviae a fovendo Liupuldo quondam Varmatiensi episcopo in Maguntinam sedem intruso deterreant. vI kal. Nov. (vI id. Nov. *Würdtw., Manr.*) a° 6°. || Bréquigny l. c. II. I. 362; Manrique Ann. Cisterc. III. 404; Würdtwein Nova subs. II. 97; I-i Opp. ed. Migne II. 174; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1203 § 50. — »Inauditae praesumptionis excessum.«

» 31 » (2008) Capitulo Augustensi H(artwicum) Ratisponensis ecclesiae vicedominum, etiamsi ex simplici fuerit fornicatione susceptus, in episcopum concedit. II kal. Nov. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. I. 359; I-i Opp. ed. Migne II. 171. — »Cassata quondam electione.«

» 31 » (2009) (Philippo) regi Francorum se miratum esse scribit, quod rex dixisset coram praelatis et principibus regni convocatis, se de iure feudi stare mandato vel iudicio sedis apostolicae non teneri, et inter alia eum monet, ut cum rege Angliae vel solidam pacem reformet vel treugas ineat. II kal. Nov. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. I. 364; I-i Opp. ed. Migne II. 176; Bouquet Rec. XIX. 440; *diversa fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1203 § 55; *cf.* Bzovius Ann. eccl. XIII. 99 § 6. — »Ex divina lectione.«

» 31 » (2010) (Petro) archiepiscopo Senonensi praecipit, ut sententiam excommunicationis contra moventes arma in (Iohannem) regem Anglorum, etiam contra (Philippum) regem Francorum publicet, nisi hic in reformanda pace vel statuendis treugis fecerit, de quo eum sedes apostolica monet. II kal. Nov. a° 6°. || Bréquigny l. c. 367; I-i Opp. ed. Migne II. 181; Bouquet l. c. 443; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 58. — »Ex divina lectione.«

* *In eundem modum* Capitulo Remensi et suffraganeis Remensis ecclesiae — *item* Archiepiscopo Bituricensi et suffraganeis eius.

» 31 » (2011) Abbati Casemarii mandat, ut apud Philippum regem Francorum pro pace vel treuga cum Iohanne rege Anglorum se interponat; sin exequi potuerit, eum excommunicet. II kal. Nov. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. I. 367; I-i Opp. ed. Migne II. 181; Bouquet l. c. 443; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 57. — »Recepimus literas quas.«

» 31 » (2012) (Guillelmo) archiepiscopo Bituricensi et abbati Casemarii mandat, ut de querela regum et Philippi Francorum et Iohannis Anglorum cognoscant. II kal. Nov. a° 6°. || Bréquigny l. c. 368; Migne l. c. 182; Bouquet l. c. 444; *cf.* Raynaldus l. c. § 57. — »Quid carissimo in.«

» 31 » (2013) I(ohanni) regi Anglorum causam belli initi per Philippum regem Francorum contra eum explicat, eumque reprehendit, quod non comparuerit coram dicto rege, cum sit eius homo ligius. II kal. Nov. a° 6°. || Bréquigny l. c. 368; I-i Opp. ed. Migne II. 182; Bouquet l. c. 444; *mutila* ap. Raynald. l. c. § 57. — »Quid tuis meritis.«

Nov. 4 » (2014) S(igfrido) archiepiscopo Maguntino significat, se concessisse H(artvicum) Ratisponensis ecclesiae vicedominum de legitimo matrimonio non natum capitulo Augustensi in pastorem, quia de eo »legatus noster, tu et quam plures alii laudabile duxistis testimonium perhibendum.« II non. Nov. a° 6°. || Innoc. Ep. Ms. bibl. reg. Berolin., Ms. lat. Oct. 50. n° 14. — »Cassata quondam electione.«

» 5 » (2015) (Emmericum) regem Ungarorum hortatur, ut A(ndreae) duci fratri suo in expensis ad votum peregrinationis (Belae) patris exequendum subveniat. Non. Nov. a° 6°. || Bréquigny l. c. II. I. 358; I-i Opp. ed. Migne II. 169; Dobner Mon. II. 339; Katona Hist. crit. IV. 687; Fejér Cod. dipl. II. 412; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1203 § 19. — »Ad audientiam nostram.«

» 5 » (2016) Concordiam inter A(ndream) ducem et (Emmericum) regem Ungariae fratres compositam confirmat. Non. Nov. a° 6°. || Bréquigny l. c. 359; Migne l. c. 170; Dobner l. c. 340; Katona l. c. 690; Fejér l. c. 413; *cf.* Raynaldus l. c. — »Solet annuere sedes.«

» 5 » (2017) Andream ducem Ungariae cum omnibus bonis protegendum suscipit, ex quo iter peregrinationis fuerit aggressus. Non. Nov. a° 6°. || Bréquigny l. c. 359; Dobner l. c. 340; Katona l. c. 669; Fejér l. c. 415; Migne l. c. 170; *cf.* Raynaldus l. c. — »Cum inter tuae.«

» 5 » (2018) Decano et capitulo Lesmorrensibus praecipit, ut M. abbatem S. Benedicti Cisterciensis ordinis in episcopum ab ipsis electum recipiant eique reverentiam debitam impendant. Non. Nov. a° 6°. || Manrique Ann. Cisterc. III. 405; Bréquigny l. c. II. I. 363; I-i Opp. ed. Migne II. 175. — »Dilecti filii …«

» 5 » (2019) Archiepiscopo Guamensi, Duacensi et Fernensi episcopis mandat, ut anathematis sententiam adversus Watafordensem episcopum ferant, quod Lesmorrensem episcopum in carcere impositum duris verberibus fecerit affligi. Non. Nov. a° 6°. || Bréquigny l. c. 363; Migne l. c. 176; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 64. — »Flagitiosam et detestabilem.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1203.** |
| (Nov. 5) | Anagniae | (2020) P(arisio) episcopo in archiepiscopum Panormitanum electo regio familiari gratulatur, quod inter saeculi et regni tumultus tunc ferventes eius fidelitatis integritas et constantia per omne regnum Siciliae ac a mari ad mare praedicatur, eumque monet ut in eisdem persistat. *Sine signo chronol.* ‖ Bréquigny Diplom. II. I. 361; I-i Opp. ed. Migne II. 172; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1203 § 69. — »Si exigente diei.« |
| » 8 | » | De Novo Burgo et (Eberhardo) de Salem abbatibus: »VI id. Nov. a° 6°.« ‖ Würdtwein Nova subs. I. 97, *vid.* 1203. Oct. 27. n° 2007. |
| » 12 | » | (2021) (Iohanni) S. Victoris et (Iohanni) S. Genovefae abbatibus mandat, ut crucesignatum comitem Augi, qui crucem deposuerat ne iret in Terram sanctam, absolvant, si peregrinationis voto se responsurum esse declaraverit. II id. Nov. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 369; I-i Opp. ed. Migne II. 184; *cf.* Bzovius Ann. eccl. XIII. 100 § 7; Malingre Antiquitt. Paris. 452. — »Cum is qui.« |
| » 13 | » | (2022) (Monaldo) episcopo Fanensi obprobrat inobedientiam eique mandat, ut a molestando priore S. Stephani Fanensis desistat. Id. Nov. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 370; I-i Opp. ed. Migne II. 185; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1203 § 64. — »Si attenderes ut.« |
| » 15 | » | (2023) Garganicae ecclesiae patrocinium suscipit. XVII kal. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 370; I-i Opp. ed. Migne II. 185; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 67. — »Suscepti regiminis administratione.« |
| » 18 | » | (2024) Capitulo Ianuensi petente (Othonem) episcopum Bobiensem ad archiepiscopatum Ianuensem transfert eique pallium mittit. XIV kal. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 372; I-i Opp. ed. Migne II. 188. — »Speciosus forma prae.« |
| » 19 | » | (2025) Abbati et conventui de Carraceto unionem cum ordine Cisterciensi factam confirmat. XIII kal. Dec. a° 6°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 406; *cf.* Bréquigny l. c. II. I. 373; I-i Opp. ed. Migne II. 189. — »Licet filia regis.« |
| ( » 19) | ( » ) | * (2026) Conventus de Carraceto protectionem suscipit eiusque bona confirmat. ‖ Bréquigny l. c. 373; Migne l. c. 189. |
| » 20 | » | (2027) Magistrum Petrum Munion decanum Legionensem protegendum suscipit, specialiter autem ei decanatum Legionensis ecclesiae cum omnibus pertinentiis confirmat. XII kal. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 376; I-i Opp. ed. Migne II. 193. — »Solet annuere sedes.« |
| » 20 | » | (2028) Bracharensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat atque praecipit, moneant fratres in monasteriis abbatiae de Carraceto subditis commorantes, ut, cum abbas et fratres de Carraceto Cisterciensis ordinis receperint instituta, illorum sequantur et exequantur propositum, vel cedentes ad alias transeant abbatias. XII kal. Dec. a° 6°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 407. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 22 | » | (2029) (Roberto) episcopo Cabilonensi, (Hugoni) abbati Cluniacensi et priori de Scillo Cartusiensis ordinis mandat, ut statum ecclesiae et terrae Matisconensium enormibus vitiis repletarum perscrutentur atque ad ipsius correctionem procedant. X kal. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 373; I-i Opp. ed. Migne II. 189. — »Si diligenter attenderent.« |
| » 24 | » | (2030) Priori de Boeltum (Bolonic, Bulent *al.*) et I. rectori ecclesiae de Goillis (*al.* Toillis, Borell.) respondet de testibus admittendis in causa matrimoniali quadam. VIII kal. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 375; I-i Opp. ed. Migne II. 192; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 12 *de testib. et attest.* c. 8 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 489; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de test. et att.* c. 35 ap. Boehmer Corp. II. 304, *ubi ad* a. 1210 *refertur;* ap. Richter Corp. II. 317. — »Ex tenore vestrarum.« |
| » 25 | » | (2031) Praeposito S. Stephani de Brolio causam committit, quae inter Al. de Daverio et G. presbyterum Mediolanensem super quodam beneficio vertebatur. VII kal. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 374; I-i Opp. ed. Migne II. 190. — »Ex literis bonae.« |
| » 25 | » | (2032) Episcopo et magistro Alberto de Boges canonico Maurinianensibus et priori de Aqua bella Maurinianensis dioc. mandat, ut capitulum Augustense ad praebendam P. subdiacono conferendam cogant. VII kal. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 375; I-i Opp. ed. Migne II. 191. — »Ad petitionem dilecti.« |
| » 26 | — | (Guidoni) Remensi archiepiscopo: »Romae ap. S. Petrum, VI kal. Dec. a° 6°«, Peigné-Delacourt Ourscamp 298. n° 477, *vid.* 1206. Nov. 26. *Equidem putaverim, lectionem* »a° 6°« *pro* »a° 9°« *ex typothetae errore natam esse.* |
| Dec. 1 | Anagniae | (2033) Magistrum Petrum Munion archidiaconum Compostellanum tuendum suscipit, specialiter autem archidiaconatum Compostellanae ecclesiae cum omnibus pertinentiis ei confirmat. Kal. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 376; I-i Opp. ed. Migne II. 193. — »Solet annuere sedes.« |

**1203.**

| | | |
|---|---|---|
| Dec. 5 | Anagniae | (2034) (Waldemarum) regem Danorum hortatur, ut Waldemarum Saleswicensem episcopum pristinae libertati restituat; »ad omnem suspicionem omnino tollendam idem episcopus in partibus Italiae commoretur in Daniam nullo tempore rediturus.« Non. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 377; I-i Opp. ed. Migne II. 194; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1203 § 64; Suhm Hist. af Danmark IX. 16. — »Utinam non fuisset.« |
| » 8 | » | (2035) Consulibus et populo Terracinensibus firmiter praecipit, ut Roccam de Circeio P. de Anibaldo sororio et senescalco suo omni mora et excusatione postpositis assignent. VI id. Dec. a° 6°. ‖ Contator Hist. Terracin. 174. — »Praesentium vobis auctoritate.« |
| » 9 | » | (2036) Philippum regem Francorum obiurgat acriter de dimissione (Ingeburgae) uxoris suae, quae relicta sit »sicut tugurium in cucumerario et sicut passer unicus in aedificio, quae malit esse cum Christo, quam in castro Stamparum tanquam ergastulo macerari,« eumque hortatur, ut reginam, sicut ipsum deceat et eam, regali faciat honorificentia pertractari. V id. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 380; I-i Opp. ed. Migne II. 198; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 113; Bouquet Rec. XIX. 445; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 60; Bzovius Ann. eccl. XIII. 101. § 10. — »Utinam labor improbus.« |
| » 9 | » | (2037) Celestino abbati S. Columbae de Hay insula significat, se praefatum monasterium s. Columbae tuendum suscipere eiusque possessiones confirmare. V id. Dec. indict. VII. incarnat. dom. a° 1203. pont. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 377; I-i Opp. ed. Migne II. 193; Chronica regum Manniae ed. P. A. Munch 152; Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VII. I. 4; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 67. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 10 | » | (2038) (Andreae) Lundensi archiepiscopo (Lundon. episc. *Coll. III. decr.*, Londonen. episc. *Decr. Greg.*) respondet de poenis clericis graviter excedentibus infligendis. IV id. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 381; I-i Opp. ed. Migne II. 200; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 21 *de sent. excomm.* c. 8 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 594; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de s. exc.* c. 35 ap. Boehmer Corp. II. 855, *ubi tribuitur* a° 1206; ap. Richter Corp. II. 868; Münter Mag. f. Kirchengesch. I. 171. — »Ut famae tuae.« |
| » 10 | » | (2039) (Mauritio) episcopo, decano et magistro Wiloto canonico Pictaviensibus causam electionis abbatis S. Eparchii in episcopum Engolismensem committit. IV id. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny l. c. II. I. 386; I-i Opp. ed. Migne II. 206. — »Quoniam ecclesia Engolismensi.« |
| » 11 | » | (2040) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, rectoribus, potestatibus, consulibus, marchionibus, comitibus et aliis nobilibus constitutis in Lombardia scribit, se in facto imperii bono zelo processisse; causas exponit, cur regem Ottonem praetulerit Philippo duci Sueviae, qui adhuc faveat Capparono ut olim Marcualdo; vituperat eorum responsionem insufficientem: »forsan, quia non intellexeratis negotii seriem nec adhuc erat processus nostri veritas vobis nota, taliter per vestras litteras respondistis.« Nunciat eis, Ottonem hoc anno Philippum, cum terram langravii Turingiae fuisset ingressus, cum duce Boemiae et aliis auxiliantibus e Thuringia et Saxonia expulisse, et mandat, ut per Ferrariensem, Papiensem et Placentinum episcopos, quibus (Henricum) Mantuanum episcopum sociavit, super dicto negotio plenius respondeant. III id. Dec. (a° 6°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 92 ed. Baluze I. 730; Opp. ed. Migne III. 1097; Raynaldi Annal. ad a. 1203 § 33—37; *fragm.* ap. Martene Thes. anecd. II. 497; *aliud fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 216. n° 473; *et* ap. Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 717. n° 48; *cf.* Palacky Reise 18. n° 29. — »Novit scrutator rerum.« |
| » 11 | » | (2041) Eisdem mandat, ut, quia super facto imperii nuper consulti minus sufficienter per Ferrariensem, Papiensem et Placentinum episcopos ipsi responderunt, per eosdem episcopos et Mantuanum episcopum eis sociatum et litteras auxilium et consilium plenius exponant. III id. Dec. (a° 6°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 93 ed. Baluze I. 732; Opp. ed. Migne III. 1100; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 32; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 19. n° 14. — »Cum per venerabiles.« |
| » 11 | » | (2042) (Ugoni) Ferrariensi, (Bernardo) Papiensi, (Grumerio) Placentino et (Henrico) Mantuano episcopis mandat, ut archiepiscopos *etc.* constitutos in Lombardia ad locum idoneum convocent et, praesentatis eis maioribus litteris et perlectis, tenorem earum ipsis exponant, exigentes ab eis, ut non solum consilium sedi apostolicae tribuant, sed etiam auxilium et favorem impendant et super utroque per suas papam reddant litteras et nuntios certiorem. III id. Dec. (a° 6°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 94 ed. Baluze I. 732; Opp. ed. Migne III. 1101. — »Cum per vos.« |
| » 11 | » | (2043) Potestatem et consiliarios Mediolanenses monet, ut in colloquio, ad quod per Ferrariensem *etc.* episcopos convocantur, tale dent consilium et auxilium promittant, »quod ceteri exemplo hoc ad devotionem regis Ottonis fortius inducantur et consilium suum ex vestra responsione formantes polliceantur auxilium opportunum.« III id. Dec. (a° 6°). ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 95 ed. Baluze I. 733; Opp. ed. Migne III. 1101. — »Nisi constantiam vestram.« |
| » 12 | » | (2044) Magistro Symeoni clerico fratri G(uidonis) Praenestini episcopi apostolicae sedis legati scholastriam ecclesiae Maguntinae confirmat. II id. Dec. a° 6°. ‖ Bréquigny Dipl. |

**1203.**

II. I. 385; Würdtwein Nova subs. II. 100; I-i Opp. ed. Migne II. 205. — »Solet annuere sedes.«

Dec. 12 Anagniae (2045) Scabinos et populum Colonienses hortatur, ut in fidelitate erga regem Ottonem in Romanorum imperatorem electum persistant. II id. Dec. a° 6°. || Lacomblet UB. II. 6; Ennen Quellen II. 13. — »Fortitudinis vestre constantiam.«

» 12 » (2046) Widukindo abbati Corbeiensi et eiusdem monasterio libertates, immunitates et privilegia, exemptiones etiam saecularium exactionum per saeculares principes concessas confirmat. II id. Dec. a° 6°. || Bréquigny Dipl. II. I. 385; I-i Opp. ed. Migne II. 205; Schaten Ann. Paderborn. I. 941. — »Solet annuere sedes.«

» 12 » (2047) Eidem, petente O(ttone) in Romanorum imperatorem electo, usum annuli concedit. II id. Dec. a° 6°. || Bréquigny l. c. 385; Migne l. c. 205; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1203 § 67. — »Apostolica sedes cui.«

» 12 » (2048) (Henrico) duci Brabantiae scribit, se moveri, quod regem Ottonem in Romanorum imperatorem electum, (Mariae) filiae suae sponsum, generum immo reliquit; mandat ei, ut, cum Dominus factum regis ipsius manuteneat iustitia exigente, in prosperis non relinquat quem fovit hactenus in adversis. II id. Dec. (a° 6°). || Innoc. Ep. *registr.* n° 99 ed. Baluze I. 733; Opp. ed. Migne III. 1104; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 38. — »Miramur non modicum.«

» 12 » (2049) (Adolfo) Coloniensi archiepiscopo scribit eadem de re eique praecipit, ne illum in fine deserat, quem in initio promovit. »Cum eum ad recipiendam imperii coronam vocabimus, ipsum in forti manu et extento brachio comiteris Alioquin non tam ei videris illusisse quam nobis.« II id. Dec. (a° 6°). || Innoc. Ep. *registr.* n° 100 ed. Baluze I. 734; Opp. ed. Migne III. 1105; *cf.* Raynald. l. c. ad a. 1203 § 24. — »Cum finis non.«

» 12 » (2050) (Waldemarum) regem Danorum exhortatur, ut in regis Ottonis in Romanorum imperatorem electi dilectione proficiat et tam potenter foveat partem eius, ut ipsius auxilio suffultus in brevi possit imperii monarchiam obtinere. II id. Dec. (a° 6°). || Innoc. Ep. *registr.* n° 101 ed. Baluze I. 734; Opp. ed. Migne III. 1106; *fragm.* ap. Raynald. l. c. ad a. 1203 § 38. — »Licet carissimus in.«

» 12 » (2051) Suppanos Boemiae laudat, quod (Guidonem) Praenestinum episcopum apostolicae sedis legatum humiliter receperunt et ad eius commonitionem cum domino suo Boemiam exeuntes regi Ottoni viriliter adstiterunt. Monet eos, ut eidem regi de cetero fideliter assistant et partem eius promoveant, ut ipsius negotium in brevi feliciter consummetur. II id. Dec. (a° 6°). || Innoc. Ep. *registr.* n° 102 ed. Baluze I. 734; Opp. ed. Migne III. 1106; »mense Decembri« ap. Boczek Cod. dipl. Morav. II. 20; Raynald. l. c. § 39; Erben Reg. Bohem. I. 216. n° 474; *cf.* Palacky Reise 18. n° 30. — »Devotionem vestram.«

» 12 » (2052) (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi opprobrat, quod nec litteras ad regem Ottonem nec nuntios destinavit, nec ipsi aliter subvenit. Praecipit ei, ut negligentiam suam emendet. II id. Dec. (a° 6°). || Innoc. Ep. *registr.* n° 103 ed. Baluze I. 735; Opp. ed. Migne III. 1107. — »Cum ob reverentiam.«

» 12 » (2053) (Hermanno) langravio Thuringiae scribit, se conventiones ab rege Ottone in Romanorum imperatorem electo et fratribus eius cum eo factas ad honorem tam ecclesiae quam imperii et ipsius regis utilitatem confirmare. II id. Dec. (a° 6°). || Innoc. Ep. *registr.* n° 97 ed. Baluze I. 733; Opp. ed. Migne III. 1103. — »Sicut sibi spiritualis.«

» 13 » (2054) (Bernardo) duci Saxoniae mandat, ut cum Sueviae dux Philippus nec possit nec debeat ad imperii monarchiam pervenire, omni mora cessante ad regis Ottonis in Romanorum imperatorem electi fidelitatem accedat. Id. Dec. (a° 6°). || Innoc. Ep. *registr.* n° 98 ed. Baluze I. 733; Opp. ed. Migne III. 1103; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1203 § 38; Böhmer Regest. 1198—1254. p. 307. — »Cum finem rerum.«

* *In eundem modum* Bertoldo duci Zaringiae — Duci Moraviae (Boczek Cod. dipl. Morav. II. 11. n° 9; Erben Reg. Bohem. I. 207. n° 463, *uterque male ad* a. 1201) — Comiti Barensi — Duci Austriae — Duci Bavariae — (Conrado) marchioni orientalis, *unicuique seorsim.*

» 13 » (2055) Universis tam ecclesiasticis quam saecularibus principibus Alamanniae scribit, quosdam iniquitatis filios et falsitatis amicos ex infirmitate sua nocendi materiam assumpsisse. »Ac nos mortuos mentientes confinxerunt etiam, quod nobis alius fuerat substitutus, quem... vocavere pro sua voluntate Clementem; cui (qui *R.*) etiam cudentes novam bullam et litteras componentes substitutionem illius nisi sunt per Theutoniam divulgare. Sed ... qui paraverant proximo suo foveam, ipsi absque illo inciderunt in eam. Iam enim manifestatur illorum malitia, qui contra Ottonem regem sub fratrum nostrorum et contra Maguntinum archiepiscopum sub nostro nomine litteras in falsitatis fabrica fabricarunt.« Mandat eis, ut, si illi similia forsan confingant de cetero, non credant nec moveantur per sermonem aut epistolam tamquam »missam sub nostro nomine« ad credendum. Id. Dec. (a° 6°). || Innoc. Ep. Ms. bibl. regiae Berolin., Ms. lat. Oct. 50.

**1203.**

nº 5 (*sine signo chronol.*); Innoc. Ep. *registr.* nº 96 ed. Baluze I. 732; Opp. ed. Migne III. 1102; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1203 § 31. — »Quoniam diligentibus Deum.«

Dec. 13 Anagniae (2056) (Guidoni) Praenestino episcopo apostolicae sedis legato scribit, se agnoscere, quantum negotium ei commiserit et quantum onus eius humeris imposuerit. Sed »Romani imperii negotium, cui non potest praeferri aliud in temporalibus vel conferri, Dominus in tua manu direxit« Ergo eum monet, ne deficiat sed proficiat et sic coeptis insistat, ut in brevi cum palma victoriae ad sedem apostolicam revertatur. Id. Dec. (aº 6º). ‖ Innoc. Ep. *registr.* nº 104 ed. Baluze I. 735; Opp. ed. Migne III. 1107; *cf.* Raynald. l. c. ad a. 1203 § 42. — »Quanta sit obedientiae.«

» 15 » (2057) Episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis, in quorum parochiis monasterium Casinense ecclesias vel possessiones alias habere dinoscitur, significat, abbatem eiusdem monasterii excommunicationis sententiam promulgandi liberam habere facultatem, eisque mandat, ut, si qui parochianorum ipsorum possessiones vel bona monasterii memorati abstulerint vel invaserint, districtam faciant iustitiam. xviii kal. Ianr. aº 6º. ‖ Bréquigny Dipl. II. i. 384; I-i Opp. ed. Migne II. 204; Gattula Hist. Cassin. II. 437; *cf.* Raynald. l. c. a. 1203 § 67. — »Commissa nobis licet.«

„ 12 „ (2178) Priori et conventui de Charitate concedit, ut consuetudinem orandi pro malefactoribus monasterii minime deserant, sed ipsam devote servent. II id. Apr. a° 7°. ‖ Marteno Thes. anecd. I. 795; I-i Opp. ed. Migne IV. 107. n° 74. — »Si iusti (iusta *Migne*) filii.«

„ 15 „ (2179) (Przemislao Ottacaro) regi Bohemorum iura et privilegia ab imperatoribus concessa et nuper a rege Ottone in Romanorum imperium electo confirmata auctoritate etiam apostolica confirmat. XVII kal. Mai. a° 7°. ‖ Bréquigny Diplom. II. II. 488; I-i Opp. ed. Migne II. 339; Erben Reg. Bohem. I. 217. n° 477; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 23. n° 19; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 54; Jireček Cod. iur. Bohem. I. 33. n° 20 *et* Palacky Reise 19. n° 33. — »Sic sibi spiritualis.«

1204.

(Apr. 1-15) Laterani (2180) Abbati Casaemarii cognitionem causae inter reges Ph(ilippum) Francorum et I(ohannem) Angliae committit. A° 7°. || Bréquigny Diplom. II. п. 480; I-i Opp. ed. Migne II. 329; Bouquet Rec. XIX. 460; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1204 § 65. — »Fidem et prudentiam.«

( „ ) „ (2181) Archiepiscopis et episcopis per Franciam constitutis significat, se abbati Casaemarii dedisse in praeceptis, ut, nisi Philippus rex Francorum vel solidam pacem cum (Iohanne) rege Angliae reformet vel treugas ineat competentes vel saltem humiliter patiatur, ut idem abbas et (Guilelmus) Bituricensis archiepiscopus de plano cognoscant, utrum iusta sit querimonia quam contra eum proponit coram ecclesia rex Anglorum, vel eius exceptio sit legitima quam contra eum per suas sedi apostolicae duxit litteras exprimendam, iuxtam formam ei datam procedat. Eis districte praecipit, ut, postquam idem abbas super hoc mandatum fuerit apostolicum executus, sententiam eius recipiant humiliter, eam servent et faciant ab aliis observari. A° 7°. || Bréquigny l. c. II. п. 478; I-i Opp. ed. Migne II. 325. n° 42; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 472; *inde* ap. Hardouin Conc. VI. п. 1969; Labbe Concil. XI. 27; Bouquet l. c. XIX. 458; Mansi Conc. XXII. 745; Manrique Ann. Cisterc. III. 427; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 222 (*tributa* a° 1200); ap. Richter Corp. II. 234; *fragm. in* Bzovii Ann. XIII. 125. — »Novit ille qui.«

( „ 12-15) ( „ ) (2182) Magistro Thomae de Disce canonico Wellensi praebendam a Gaufr(edo) archiepiscopo Eboracensi collatam, scilicet ecclesiam de Muscham confirmat. *Sine nota chronol.* || Bréquigny l. c. 482; I-i Opp. ed. Migne II. 332. — »Cum ecclesia Wellensis.«

„ 16 „ (2183) P(etro) episcopo, G(aufrido) abbati S. Melanii et P. archidiacono Redonensibus mandat, cogant G. de Auvertia, Simonem Mieta, Theobaudum Bauchan et quosdam alios Andegavensis diocesis, qui tenementa, domos, vineas, census *etc.* domui elemosinariae s. Iohannis Andegavensis a b. mem. Alexandro papa confirmata contra iustitiam detinent, ut tenementa, terras et alia conquerentibus restituant. xvi kal. Mai. a° 7°. || Port Inventaire 113. n° 28. — »Sicut dilecti filii.«

„ 16 „ (2184) (Simoni) Waradiensi episcopo et abbati de Petis (Belis *Dobn.*, *Fej.*) Vesprimiens. dioc. mandat querelis (Emerici) regis Ungarorum motus, ut mores monachorum Graecorum in regno Ungariae constitutorum per incuriam diocesanorum episcoporum dissolutos inquirant, et utrum per ipsos monachos Graecos monasteria reformari possint, utrumve de dioecesanorum episcoporum consensu unus fieri possit episcopus ex eis, qui sedi apostolicae sit immediate subiectus. xvi kal. Mai. a° 7°. || Bréquigny Dipl. II. п. 483; I-i Opp. ed. Migne II. 332; Dobner Mon. II. 341; Katona Hist. crit. IV. 708; Fejér Cod. dipl. II. 429; Theiner Vet. mon. Slavor. I. 33. — »Significavit nobis charissimus.«

„ 19 „ (2185) Monasterium b. Mariae de Monte tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum ibidem institutus in eodem coenobio perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, omnesque eius possessiones, libertates et iura confirmat. xiii kal. Mai. indict. VII. incarn. dom. a. 1204. pont. a° 7°. || Fejér l. c. VII. v. 158. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 19 „ (2186) (Przemislao Ottacaro) regi Bohemorum significat, se eum postero tempore regem reputare et vocare velle, ac monet, ut quam citius a rege Ottone in Romanorum imperatorem electo se faciat solemniter coronari. xiii kal. Mai. a° 7°. || Cherubini Bullar. I. 74; Magn. bull. Rom. ed. noviss. I. 57; Lünig Cod. Germ. dipl. I. 958; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 24. n° 20; Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 54; Bréquigny Dipl. II. п. 484; I-i Opp. ed. Migne II. 333; Cocquelines Bullar. III. 108. n° 39; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 189; Erben Reg. Bohem. I. 218. n° 478; *cf.* Jireček Cod. iur. Bohem. I. 34. n° 21; Palacky Reise 19. n° 34. — »Licet ante tuae.«

„ 19 „ (2187) Inter archipresbyterum et clericos plebis Aretinae atque praepositum canonicosque Aretinos litem super diversis articulis versantem dirimit. xiii kal. Mai. a° 7°. || Bréquigny l. c. II. п. 484; I-i Opp. ed. Migne II. 334. — »Cum dilectus filius.«

„ 20 „ (2188) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino scribit de rebellione et obstinatione ecclesiae Maguntinae, quae »te caput suum admittere despicit,« eique mandat ut inquirat de metropoli in Bohemia constituenda, cum supplicantibus (Ottacaro) rege et populo Bohemorum »tu propter locorum distantiam et diversitatem linguarum minus sufficias circa eos metropoliticum exercere officium.« xii kal. Mai. a° 7°. || Bréquigny l. c. II. п. 486; Würdtwein Nova subs. II. 101; I-i Opp. ed. Migne II. 336; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 24. n° 21; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 52; Palacky Reise 19. n° 35; Erben Reg. Bohem. I. 218. n° 480. — »Usque adeo se.«

„ 20 „ * (2189) Ecclesiae Pragensi immunitates a regibus Boemiae datas et »donationes quae vulgo Suod, Glaua et Naroc appellantur« a rege Boemorum ei factas confirmat. xii kal. Mai. a° 7°. || Erben l. c. 218. n° 479.

„ 21 „ (2190) (Danieli) Pragensi et (Roberto) Olomucensi episcopis et archidiacono de Behin mandat, ut si quis parochianorum P(rzemislao Ottacaro) Bohemorum regi damnum inferre temptaverit, eum censuris ecclesiasticis compescant. xi kal. Mai. a° 7°. || Bréquigny

| | | 1204. |
|---|---|---|
| | | l. c. 489; Migne l. c. 339; Boczek l. c. 28. nº 24; Erben l. c. 220. nº 483; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 54; Palacky l. c. 19. nº 38. — »Cum carissimus in.« |
| Apr. 21 | Laterani | (2191) (Przemislai Ottacari) regis Bohemorum petitionem de erigenda in Bohemia metropoli differt eique mandat, ut (Sigfridi) archiepiscopi Maguntini consensum obtinere curet. xi kal. Mai. aº 7º. ‖ Bréquigny Diplom. II. ii. 487; I-i Opp. ed. Migne II. 337; Würdtwein Nova subsid. II. 103; Boczek l. c. II. 27. nº 23; Erben l. c. 219. nº 481; *fragm.* ap. Raynald. l. c. a. 1204 § 52. 53; *cf.* Palacky Reise 19. nº 36. — »Monet nos tuae.« |
| » 21 | » | (2192) Canonicos et ministeriales Maguntinos de eorum rebellione adversus ecclesiam Romanam et archiepiscopum suum facta obiurgat. xi kal. Mai. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. 488; Würdtwein l. c. 106; Migne l. c. 338; Boczek l. c. 26. nº 22; Erben l. c. nº 482; *fragm.* ap. Raynald. l. c. a. 1204 § 53. — »Supplicarunt nobis humiliter.« |
| » 21 | » | (Amelino) episcopo Cenomanensi *etc.*: »xi kal. Mai. aº 7º.« ‖ Bréquigny Table chronol. IV. 343, *vid.* 1204. Apr. 30. nº 2199. |
| » 23 | » | (2193) Cives Colonienses monet et exhortatur, ut in fidelitate erga regem Ottonem in Romanorum imperatorem electum persistant, ut rex ipse auxilio eorum diadema imperii consequatur. ix kal. Mai. aº 7º. ‖ Lacomblet UB. II. 8; Ennen Quellen II. 15. nº 10. — »Etsi multi scandalizati.« |
| » 24 | » | (2194) (Adelae) reginae Francorum propter devotionem quam erga monasterium Pontiniaci ac eius fratres habet concedit, ut post obitum corpus ipsius in eorum monasterio libere sepeliatur. viii kal. Mai. aº 7º. ‖ Martene Thes. anecd. III. 1244; I-i Opp. ed. Migne IV. 108. nº 75. — »Consuevit annuere sedes.« |
| » 24 | » | (2195) (Ugrino) Strigoniensi archiepiscopo mandat, ut cognoscat, num praepositura (S. Martini) in castro Posoniensi existens sine ecclesiae damno extra munitionem illius construi possit. viii kal. Mai. aº 7º. ‖ Bréquigny Diplom. II. ii. 489; I-i Opp. ed. Migne II. 340; Dobner Mon. II. 346; Katona Hist. crit. IV. 710; Fejér Cod. dipl. II. 430. — »Supplicavit nobis carissimus.« |
| » 24 | » | (2196) Eidem archiepiscopo (archidiacono *Rayn.*) mandat, ut (Ladislaum) filium (Hemmerici) regis Ungariae regali diademate insigniat, cum ipse in Terram sanctam ire proposuerit. viii kal. Mai. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. 489; I-i Opp. ed. Migne II. 340; Dobner l. c. 337; Katona l. c. 712; Fejér l. c. 431; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 45. — »Supplicavit nobis carissimus.« |
| » 24 | » | (2197) (Hemmerico) regi Ungarorum mandatum explicat, quod iam super praeposituris regni Ungariae emiserat. viii kal. Mai. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. 490; Migne l. c. 340; Dobner l. c. 338; Katona l. c. 666; Fejér l. c. 423. — »Olim nobis regalis.« |
| » 28 | » | (2198) Monasterium s. Augustini de Montealto cum omnibus bonis protegendum suscipit omnesque eius iura ac libertates confirmat. iv kal. Mai. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 490; I-i Opp. ed. Migne II. 341. — »Quoties a nobis.« |
| » 30 | » | (2199) (Amelino) episcopo Cenomanensi et (Adamo) abbati de Persegnia Cenoman. dioc. et magistro Guarino Angeli canonico Cenomanensi mandat, ut personaliter ad b. Martini Turonensis ecclesiam descendentes inquirant, quae circa statum ipsius ac personarum conversationem fuerint inquirenda et quae corrigenda viderint corrigant in ea. ii (xi *Bréq.*) kal. Mai. aº 7º. ‖ Défense de l'égl. St. Martin de Tours, pièc. just. 28; I-i Opp. ed. Migne IV. 109. nº 77; *cf.* Bréquigny Table chronolog. IV. 343 ad a. 1203. Apr. 21. — »Ex relatione dilectorum.« |
| » 30 | — | Rege Angliae petente fratribus Praedicatoribus et Minoribus: »Lugduni ii kal. Mai. aº 7º.« ‖ Rymer Foedera I. i. 44, *vid.* 1250. Apr. 30. |
| Mai. 1 | Laterani | Archiepiscopis ... in Serviae provinciis constitutis: »Laterani kal. Mai. aº 1204.« ‖ Dobner Mon. II. 345, *vid.* 1204. Febr. 25. nº 2144. |
| » 2 | — | (Eustachio) Eliensi episcopo *etc.*: »Anagniae VI. non. Mai. aº 7º.« ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 456, *vid.* 1204. Mart. 2. nº 2149. |
| » 3 | Laterani | (2200) (Engelberto) praeposito et canonicis S. Gereonis in Colonia mandat, ut magistrum Ricc(ardum?) sedis apostolicae scriptorem in canonicum recipiant eique praebendam assignent. v non. Mai. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 496; I-i Opp. ed. Migne II. 348. — »Etsi rem grandem.« |
| » 7 | » | (2201) Praeposito et conventui S. Petri in Marhtil [Marchthal] Praemonstr. ord. ecclesiam sitam in villa Bilringen [Kirchbierlingen], sicut eam ex concessione (Diethalmi Constantiensis) episcopi diocesani possident, confirmat. Non. Mai. aº 7º. ‖ Wirtemberg UB. II. 345. nº 524. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 8 | » | (2202) Consulibus et populo Terracinensibus consulit, ut cautionem sufficientem praestent, »quod sententiam quam inter ... nobiles viros Fraiapanes et vos ... promulgavimus, plene curabitis mancipare.« viii id. Mai. aº 7º. ‖ Contator Hist. Terracin. 176. — »Recepimus litteras vestras.« |

**1204.**

Mai. 10 Laterani (2203) Decano et capitulo capellae Ducis in Divione concedit, ne a quoquam, sede apostolica excepta, excommunicari possint. vi id. Mai. a° 7°. || Bréquigny Diplom. II. n. 492; I-i Opp. ed. Migne II. 343. — »Etsi ecclesiarum omnium.«

» 10 » (2204) Archidiacono, archipresbytero et universo capitulo Garganicae ecclesiae antiquas consuetudines confirmat. vi id. Mai. a° 7°. || Bréquigny l. c. II. n. 492; I-i Opp. ed. Migne II. 343. — »Suscepti regiminis administratione.«

» 11 » (2205) (Guilelmo) Lincolniensi et (Maugerio) Wigorniensi episcopis mandat, ut de iniuriis nuntio nepotis cardinalis G(regorii) S. Georgii ad velum aureum a (Gaufredo) Eboracensi archiepiscopo irrogatis inquirant, nuntium ipsum pacifica praebendae collatae possessione gaudere faciant eumque a molestatione cuiuslibet defendant. v id. Mai. a° 7°. || Bréquigny l. c. II. n. 491; I-i Opp. ed. Migne II. 342. — »Cum olim venerabili.«

» 13 » (2206) Hospitalis de Thuregano (Thuregum *Schoepf.*), quod dux Zeringie pro suorum peccatorum remedio fabricavit, protectionem priore et fratribus eius postulantibus suscipit. iii id. Mai. a° 7°. || Bréquigny l. c. II. n. 458; I-i Opp. ed. Migne II. 300; *cf. argument.* ap. Schoepflin Hist. Zar.-Badens. V. 131. n° 69. — »Solet annuere sedes.«

» 14 » (2207) (Henrico) episcopo Mantuano concedit, ut terras b. m. comitissae Mathildis in sua diocesi consistentes nomine sedis apostolicae recipiat. ii id. Mai. a° 7°. || Bréquigny l. c. II. n. 493; I-i Opp. ed. Migne II. 344; Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 37. n° 661; Theiner Cod. dipl. domin. temp. I. 37. n° 46; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 76. — »Fidem et devotionem.«

» 14 » (2208) (Aegidio) episcopo, decano et praecentori Herefordensibus mandat, ut causam Iohannis magistri hospitalis Eboracensis, quem decanus et capitulum Eboracensis ecclesiae a suae administrationis officio removere volebant, inquirant. ii id. Mai. a° 7°. || Bréquigny l. c. II. n. 494; I-i Opp. ed. Migne II. 346; *pars maior in* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 509; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 48 ap. Boehmer Corp. II. 395 (*ubi tribuitur* a° 1212); ap. Richter Corp. II. 411. — »Significavit nobis dilectus.« *Cf.* n° 2213.

» 15 » (2209) Abbati de Affligeim et magistris R. Personae ecclesiae de Thenis et Gileberto canonico Traiectensi (abbati de Affligerin et magistro R. a persona ecclesiae Ceteren. et G. canonico Timacen. *Collect. III. d.*; abb. de Affligien. et magistro R. et canonicis Traiecten. *Decr. Greg.*) mandat, ut inquirant de W. Traiectensi decano, qui ex regulari vita ad saecularem transierat. Id. Mai. a° 7°. || Bréquigny l. c. II. n. 493; I-i Opp. ed. Migne II. 344; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 24 *de regular.* c. 7 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 540; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 31 *de regular.* c. 20 ap. Boehmer l. c. 538 (*ubi refertur ad* a. 1212); ap. Richter l. c. 556. — »Consulti sumus frequenter.«

» 18 » (2210) Monasterium in Bebenhusen ord. Cisterc. (Constantiens. dioc.) protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. xv kal. Iun. indict. VII. incarn. dom. a° 1204. pont. a° 7°. || Besoldus Docum. rediv. 365; Petrus Suevia eccles. 130; Wirtemb. UB. II. 346. n° 525. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 18 » (2211) Abbatem monasterii de Schonaugia eiusque fratres ord. Cisterc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque dicti coenobii possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit verbis, iura ac privilegia confirmat. xv kal. Iun. ind. VII. incarn. dom. a° 1204. pont. a° 7°. || Schannat Hist. Wormat., prob. 95; Gudenus Sylloge 61. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 20 » (2212) Conrado provisore eiusque fratribus postulantibus eorum ecclesiam quae dicitur »ad Ripas« ord. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. xiii kal. Iun. indict. VII. incarn. dom. a° 1204. pont. a° 7°. || Hund Metrop. Salisb. III. 524. — »Si religiosorum virorum.«

» 20 » (2213) (Aegidio) episcopo, decano et praecentori Herefordensibus mandat, ut de causa inter (Gaufredum) Eboracensem archiepiscopum et I(ohannem) rectorem hospitalis Eboracensis ex una parte, et decanum et capitulum Eboracenses ex altera super amotione ipsius rectoris versante inquirant. xiii kal. Iun. a° 7°. || Bréquigny Diplom. II. n. 495; I-i Opp. ed. Migne II. 347. — »Significarunt nobis dilecti.« *Cf.* n° 2208.

» 21 » (2214) Monasterii s. Mariae Fusniacensis patrocinium suscipit eiusque bona, possessiones ac libertates confirmat. xii kal. Iun. ind. VII. incarn. dom. a° 1204. pont. a° 7°. || Bréquigny l. c. II. n. 1092; I-i Opp. ed. Migne IV. 111. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 21 » (2215) Zamorensi episcopo respondet de puero, qui, cum causa mortis alterius pueri fuerit, postmodum habitum religionis assumpsit et ad ordines recipiendos accessit. xii kal. Iun. a° 7°. || Bréquigny l. c. II. n. 499; I-i Opp. ed. Migne II. 353; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 7 *de homicid.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 579. — »Ex parte tua.«

**1204.**

Mai. 21 Laterani (2216) Hospitale de Bekekeg, ab A. de Raze et H. uxore ipsius, fundatoribus eius, hospitali Teutonicorum s. Mariae in Ierusalem concessum, tuendum suscipit. xii kal. Iun. a° 7°. Bréquigny Dipl. II. n. 492; I-i Opp. ed. Migne II. 344; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1204 § 80. — »Cum a nobis.«

» 22 » (2217) Monasterium Silvae maioris protegendum suscipit eiusque bona confirmat. xi kal. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 493; I-i Opp. ed. Migne II. 344. — »Iustis petentium desideriis.«

» 22 » (2218) (Wolfgero) episcopo Pataviensi concedit in testimonium, quod contra iura imperii Romani nullam sedi apostolicae obligationem fecit aut etiam sponsionem, litteras in quibus scriptura illa, quam ad suam innocentiam ostendendam papae dedit, de verbo ad verbum adnotata est. xi kal. Iun. a° 7°. ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 110 ed. Baluze I. 738; Opp. ed. Migne III. 1114. *Cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 308. n° 169. — »Non est tibi.«

» 22 » (2219) Archiepiscopo Toletano, Burgensi et Zamorensi episcopis praecipit, ut B(erengariam) filiam (Alphonsi) regis Castellae, quae regi Legionensi adhaeserat per incestum, sed ad cor rediens ab eo recesserat et beneficium absolutionis poscebat, absolvant. xi kal. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny Diplom. II. n. 494; I-i Opp. ed. Migne II. 345; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 69. — »Cum eius locum.«

» 26 » (2220) Monasterium s. Andreae de Arce [Ardes?] tuendum suscipit eiusque bona confirmat. vii kal. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 511; I-i Opp. ed. Migne II. 368. — »Solet annuere sedes.«

» 26 » (2221) Monasterii de Folkestan protectionem suscipit eiusque bona confirmat. vii kal. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. 512; Migne l. c. 369. — »Solet annuere sedes.«

» 27 » (2222) Capitulo S. Caeciliae sententiam, quae in causa inter ipsos et archipresbyterum M. ecclesiae s. Laurentii in Pusciola vertente in ipsorum favorem lata fuerat, confirmat. vi kal. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 500; I-i Opp. ed. Migne II. 353. — »Cum olim inter.«

» 28 » (2223) (Heriberto) abbati de Werden Coloniensis dioc., (Brunoni) Bunnensi et (Theodorico) S. Cuniberti Coloniensi praepositis mandat, ut electionem (Ottonis) Bremensis praepositi in episcopum Monasteriensem examinent. v kal. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 498; I-i Opp. ed. Migne II. 350; Wilmans Westfäl. UB. III. 15. n° 25. — »Ex literis venerabilis.«

» 28 » (2224) (Arnaldo Amalrici) abbati Cisterciensi, P(etro de Castro Novo) et R(odulpho) monachis Fontis Frigidi apostolicae sedis legatis praecipit, ut de (Berengario) archiepiscopo Narbonensi pluribus vitiis et accusationibus infamato inquirant. v kal. Iun. a° 7°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 424 *omissis aliquibus;* Bréquigny l. c. II. n. 501; I-i Opp. ed. Migne II. 355; Bouquet Rec. XIX. 463; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 56. — »Quia omne caput.«

» 28 resp. 29 » (2225) (Philippum) regem Francorum monet, ut (Arnaldo Amalrici) abbati Cisterciensi et P(etro de Castro Novo) et R(odulpho) monachis Montis Frigidi apostolicae sedis legatis contra haereticos assistat. v (iv *Manr.*) kal. Iun. a° 7°. ‖ Manrique l. c. III. 419; Bréquigny l. c. II. n. 506; I-i Opp. ed. Migne II. 361; Bouquet Rec. XIX. 466; *fragm.* ap. Raynald. l. c. a. 1204 § 64. — »Ad sponsae suae.«

» 29 » (2226) (Berengarium) archiepiscopum Narbonensem propter incompatibilitatem abbatia Montis Aragonis privat. iv kal. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 505; I-i Opp. ed. Migne II. 360; *fragm.* ap. Manrique l. c. III. 426; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 56. — »Sicut is qui.«

» 29 » (Arnaldo Amalrici) abbati Cisterciensi, P(etro) de Castro Novo *etc.*: »iv kal. Iun. a° 7°«. Manrique Ann. Cisterc. III. 418, *vid.* 1204. Mai. 31. n° 2229.

» 30 » (2227) Philippo rege Francorum petente comitissae Viromandensi super praebenda ecclesiae s. Quintini in qua illa ius patronatus obtinebat, litteras concedit in testimonium »quod per receptionem W. clerici, quem canonicum institui iussimus in ecclesia memorata, nullum sibi vel successoribus suis volumus praeiudicium generari.« iii kal. Iun. a° 7°. ‖ Colliette Mém. pour l'hist. de Vermandois II. 544; *argum.* ap. Teulet Layettes I. 249. n° 712, *sed false ad* 20. Mai. — »Litteras tuas quas.«

» 31 » (2228) Priori de Essebi, magistro H. de Gillevillis canonico Lincolniensi et magistro A. de Wilna (Willa *Coll. III.*) rectori ecclesiae de Bareswuh (Bares Urch *Coll. III.*) Lincolniens. dioc. mandat, ut in causa Agnetis mulieris, quam pater et noverca ipsius in monasterium de Haverholm (A. Werholin *Coll. III.*) detruserant invitam, procedant. ii kal. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 511; I-i Opp. ed. Migne II. 368; Coll. III. decret. lib. 2. tit. 11 *de probat.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 486. — »Litteras vestras accepimus.«

» 31 » (2229) (Arnaldo Amalrici) abbati Cisterciensi, P(etro de Castro Novo) et R(odulpho) monachis Fontis Frigidi apostolicae sedis legatis mandat, ut ad extirpandam haereticam pravitatem in Aquensi, Arelatensi et Narbonensi provinciis procedant. ii (iv *Manr.*) kal. Iun. a° 7°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 418 *non absque mendis;* Bréquigny l. c. II. n. 503; I-i Opp. ed. Migne II. 358; Bouquet Rec. XIX. 465; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 56 *et* Bzovius Ann. eccl. XIII. 121. — »Etsi nostri navicula.«

| | | 1204. |
|---|---|---|
| Mai. 31 | Laterani | (2230) Aquensi, Arelatensi, (Berengario) Narbonensi archiepiscopis et suffraganeis eorum, et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis in eorum provinciis constitutis mandat, ut praedictis abbati Cisterciensi et monachis apostolicae sedis legatis potenter et efficaciter assistant. II kal. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny Dipl. 505; Migne l. c. 360; Bouquet l. c. 466; *cf.* Bzovius et Raynaldus ll. cc. — »In virtute obedientiae.« |
| Iun. 1 | » | (2231) Capellam supra Pontem Lincolniensem a W. de Parisio aedificatam suscipit tuendam eiusque possessiones confirmat. Kal. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 507; I-i Opp. ed. Migne II. 362; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 80. — »Cum a nobis.« |
| » 1 | » | (2232) (Benedictum) electum Gradensem obiurgat, quod consecrationem et pallii petitionem tam per negligentiam suam, quam propter excessum Venetorum distulit. Kal. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 500; I-i Opp. ed. Migne II. 354. — »Licet praeter negligentiae.« |
| » 1 | » | (2233) (Iohanne) episcopo Furconensi petente ecclesiam Furconensem sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Kal. Iun. indict. VII. incarn. dom. a° 1204. pont. a° 7°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 378. — »In eminenti apostolicae.« |
| » 1 | » | (2234) Benigno abbate eiusque fratribus postulantibus Vallumbrosanum coenobium ord. s. Ben. cum omnibus monasteriis ei subiectis patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. Kal. Iun. indict. VII. incarn. dom. a° 1204. pont. a° 7°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. I. 555. — »Religiosis desideriis dignum.« |
| » 4 | » | (2235) Canonicis Cusentinis mandat, ut permutationi ecclesiae in Botrano, quam cum pertinentiis suis (Lucas) archiepiscopus Cusentinus abbati et fratribus Florensis monasterii assignaverat, consensum praebeant. II non. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 507; I-i Opp. ed. Migne II. 363; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 81. — »Attendentes olim quod.« |
| » 4 | » | (2236) Cives Cusentinos exhortatur, instent canonicis Cusentinis, ut praedictae commutationi assensum praebeant. II non. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. 509; Migne l. c. 365. — »Attendentes olim quod.« |
| » 6 | » | (2237) Potestati et populo Asisinatibus interdicit, ne postero tempore excommunicatum vel ecclesiae inimicum scienter ad civitatis regimen assumant, *cet.* VIII id. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 509; I-i Opp. ed. Migne II. 365; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 76. — »Gratum gerimus et.« |
| » 8 | » | (2238) (Guillelmo) Ebredunensi archiepiscopo et (W.) abbati Boscaudunensi mandat, ut de excessibus (Petri) episcopi Venciensis diligenter inquirant. VI id. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 510; I-i Opp. ed. Migne II. 366; *cf.* Bzovius Ann. eccl. XIII. 121. § 22; Raynald. l. c. a. 1204 § 67. — »Cum tu frater.« |
| » 11 | » | (2239) Monasterii s. Andreae de Stokes [*leg.* Stokecursy] patrocinium suscipit eiusque bona confirmat. III id. Iun. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 512; I-i Opp. ed. Migne II. 370. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 15 | » | (2240) (Bernardo) episcopo et archidiacono Papiensibus mandat, ut de collatione praebendarum quarundam in ecclesia Astensi inquirant. XVII kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 513; I-i Opp. ed. Migne II. 371; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 8 *de concess. praeb.* c. 7 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 524; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *de conc. pr.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 459, *ubi refertur ad* a. 1210; ap. Richter Corp. II. 478. — »Ex parte Astensis.« |
| » 15 | » | (2241) (Othoni) archiepiscopo et praeposito (et priori *add. Coll. III., Decr. Gr.*) S. Mariae de Albario (Albano *Coll. III.*, Alben. *Decr. Gr.*) Ianuensibus mandat, ut mulierem S. matrimonium filiae suae cum N. (M. *al.*) de Camilla (Canula *D. Gr.*) cive Ianuensi accusantem ad pecuniam ab illo extorquendam ab hac accusatione repellant. XVII kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 515; I-i Opp. ed. Migne II. 373; Coll. III. decr. lib. 4. tit. 13 *qui matrim. acc. poss.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 567; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 18 *q. matr. a. poss.* c. 5 ap. Boehmer l. c. 686; ap. Richter l. c. 693. — »Significante N. de.« |
| » 15 | » | (2242) (Ebrardo) episcopo et praeposito Uticensibus mandat, ut litteras confirmationis quas quidam canonici Nemausensis ecclesiae super dilapidatione et aliis criminibus infamati de administrationibus suis impetraverint, irritas et inanes nuntient. XVII kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 520; I-i Opp. ed. Migne II. 380; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 20 *de confirm.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 513; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 30 *de confirm.* c. 5 ap. Boehmer l. c. 412, *tributa* a° 1213; ap. Richter l. c. 429. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 15 | » | (2243) I(ohanni) episcopo Furconiensi donationem casalis s. Gusanii (Eusanii *Copp.*) a Rog(erio) rege Siciliae b. mem. Berardo episcopo Furconiensi factam confirmat, inserto instrumento eius. XVII (VII *Copp.*) kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 523; I-i Opp. ed. Migne II. 385; Coppola Dissert. sopro gli atti di s. Massimo levita e mart. (Napoli 1749. 4°.) 93; Ughelli Ital. sacra I. 378. — »Solet annuere sedes.« |

**1204.**

Iun. 15 Laterani (2244) Abbati de Salem mandat, ut (Diethelmo) episcopo Constantiensi absolutionis beneficium impendat. xvii kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 513; I-i Opp. ed. Migne II. 370. — »Sicut nostris est.«

» 17 » * (2245) Acone priore et fratribus eius petentibus ecclesiae Lehunensis tutelam suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibi perpetuo observetur, ac omnes eiusdem possessiones, quarum plurimas recenset, praesentes et futuras illibatas permanere iubet. xv kal. Iul. incarn. dom. a° 1204. pont. a° 7°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 99.

» 17 » (2246) Abbati et conventui Casaedei terminum peremptorium ad respondendum de facto Montispilosi assignat. xv kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny Diplom. II. n. 514; I-i Opp. ed. Migne II. 373. — »Grave gerimus et.«

» 18 » (2247) N... mandat, ut priorem et monachos Dunelmenses ad exhibendam episcopo Dunelmensi debitam obedientiam inducant. xiv kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 539; I-i Opp. ed. Migne II. 405. — »Conquaerente venerabili fratre.«

» 18 resp. 19 » (2248) Hospitale s. Mariae in Saxia Magalonensis dioc., pro pontificum, episcoporum, presbyterorum atque diaconorum Romanae ecclesiae cardinalium salute constructum, unit cum illo S. Spiritus apud Montem Pessulanum ea conditione, ut unus tantum magister hospitalibus praeficiatur ambobus, ut fratres, qui colligendis eleemosynis pro pauperibus hospitalis s. Mariae in Saxia fuerint deputati, tantum Italia, Sicilia, Anglia et Ungaria sint contenti, fratres autem hospitalis s. Spiritus in Monte Pessulano libere in provinciis aliis eleemosynarum statuant collectores *etc.* xiv (xiii *Cherub., al.*) kal. Iul. indict. VII. incarn. dom. a° 1204. pont. a° 7°. ‖ Cherubini Bullar. I. 74; Cocquelines Bullar. III. 108. n° 40; Toussart Diplom. pontif. I. 5; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 189; Bréquigny l. c. II. n. 517; I-i Opp. ed. Migne II. 376; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 76. — »Inter opera pietatis.«

» 19 » (2249) Archiepiscopo Compostellano, Zamorensi et Palentino episcopis mandat, ut regem Legionensem, qui ex eo, quod (Berengariae) filiae (Alfonsi) regis Castellae adhaerere praesumpserat per incestum, excommunicatus erat, absolvant, cum ab illa ex toto recesserit. xiii kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 517; I-i Opp. ed. Migne II. 376; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 69. — »Cum eius locum.«

» 20 » (2250) Compostellano et Toletano archiepiscopis, Tirasonensi et Colimbriensi episcopis praecipit, ut (Berengariam) filiam (Alfonsi) regis Castellae inducant ad restituenda regi Legionensi oppida, quae sive dotis titulo sive donationis propter nuptias ab illo ipsi assignata fuerant. xii kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 515; I-i Opp. ed. Migne II. 373; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 69. — »Cum olim ad.«

» 21 » (2251) (Rostagno) Avenionensi, (Bertrando) Tricastrinensi et (Bertrando) Cavallicensi episcopis mandat, ut sententiam interdicti adversus praepositum et canonicos Sistaricenses in causa, quae inter ipsos et fratres Templi militiae super oratorio apud Sistaricensem civitatem construendo vertebatur, latam firmiter observari faciant. xi kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 524; I-i Opp. ed. Migne II. 386. — »Cum olim inter.«

» 22 » (2252) (Reginaldo) episcopo et capitulo Laudunensibus mandat, ut admittant ad sacerdotalem praebendam personam illam, quam Hubaldus subdiaconus ecclesiae Laudunensis canonicus propter potestatem ipsi ab episcopo datam tempore vacationis nominandam duxerit. x kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 520; I-i Opp. ed. Migne II. 381; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 8 *de concess. praeb.* c. 8 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 525; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *de c. praeb.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 459 (*relata ad* a. 1210); ap. Richter Corp. II. 479. — »Constitutus in praesentia.«

» 24 » (2253) Iohanni Oddonis consobrino suo castri quod dicitur Montorium, et alius cui Caminaras nomen dominium ex Urbis iudicum consilio tribuit. viii kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 525; I-i Opp. ed. Migne II. 387; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 76. — »Iustis petentium desideriis.«

» 24 » (2254) Capitulo Vicentino praecipit, ut praebendam in ecclesia Vicentina vacantem Nicolao subdiacono suo conferant. viii kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 521; I-i Opp. ed. Migne II. 382. — »De singulorum provisione.«

» 24 » (2255) (Wolfgero) Pataviensi episcopo in Aquileiensem patriarcham electo facultatem tribuit suo arbitrio vel ad istam metropolin transeundi vel in Pataviensi sede remanendi. viii kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 522; I-i Opp. ed. Migne II. 383; Rubeis Mon. Aquileg. 654; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 74; Böhmer Regest. 1198—1254. p. 308. n° 172; Bianchi Docum. 12. n° 12. — »Cum bonae memoriae.«

» 25 » Iohanni episcopi Furconensi: »vii kal. Iul. a° 7°.« ‖ Coppola Dissert. sopro s. Massimo lev. (1749.) 93, *vid.* 1204. Iun. 15. n° 2243.

Iul. 1 » (2256) (Hartberto) Hildesemensi episcopo et (Alberto) praeposito Magdeburgensi mandat, ut (Theodorico) electo Mersenburgensi, si apostolicae sedis mandatis absolute obedire

**1204.**

promiserit, absolutionis beneficium impendant; porro mandat, ut Hildesemensis episcopus ei munus consecrationis tribuat, si (Ludolfus) Magdeburgensis archiepiscopus infra duos menses non redierit ad ecclesiae unitatem. Kal. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 532; I-i Opp. ed. Migne II. 395; Geschichts-Blätter für Magdeburg IV. (1869.) 184; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1204 § 55; Chronicon Montis Sereni *ad* a. 1211. fin. — »Ex literis ... electi.«

Iul. 1 Laterani (2257) Ecclesiam Furconensem Iohanne episcopo postulante cum omnibus bonis ac possessionibus, quorum plurima nominatim recenset, tuendam suscipit. Kal. Iul. indict. VII. incarn. dom. a° 1204. pont. a° 7°. ‖ Gius. Coppola Dissertaz. sopra gli atti di s. Massimo lev. e mart. (Napoli 1749. 4°.) 90; Bréquigny l. c. 533; Migne l. c. 396; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 81. — »In eminenti apostolicae.«

» 2 » (2258) (Helenae) filiae quondam iudicis Gallurensis mandat, ut in matrimonio contrahendo Turritani archiepiscopi consiliis acquiescat. VI non. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 526; I-i Opp. ed. Migne II. 389. — »Gratum gerimus et.«

* *In eundem fere modum* Matri puellae.

» 2 » (2259) Episcopos et nobiles viros in Gallurensi existentes iudicatu exhortatur, ne cui filiam H(elenam) quondam iudicis Gallurensis copulare praesumant. VI non. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. 527; Migne l. c. 390. — »Universitatem vestram novimus.«

» 2 » (2260) B(lasii) archiepiscopi Turritani arbitrio committit ut diiudicet, num, cum Turritanus iudex et uxor eius quarto et quinto consanguinitatis gradu coniuncti sint, nihilo secius autem coniugalem sibi exhibuerint affectum, grave scandalum ex hoc divortio immineat. VI non. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 528; I-i Opp. ed. Migne II. 390. — »Per tuas nobis.«

» 2 » (2261) Calaritano archiepiscopo praecipit, ne castra H(elenae) filiae Gallurensis iudicis, qui moriens tam terram quam filiam suam sub apostolicae sedis tutela reliquit, ulli prius assignare praesumat, quam puellae ipsi providerit pontifex in maritum. VI non. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. 527; I-i Opp. ed. Migne II. 389. — »Fraternitatem tuam novimus.«

» 3 » (2262) Iudici Calaritano mandat, ne H. filiam quondam iudicis Gallurensis cuiquam matrimonialiter copulari permittat, cum ei in brevi virum idoneum providere velit. V non. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 527; I-i Opp. ed. Migne II. 390. — »Quod ad tollendum.«

» 3 » (2263) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per Sardiniam constitutis praecipit, ut B(lasio) archiepiscopo Turritano pro negotiis sedis apostolicae ad diversas Sardiniae partes accedenti necessaria ad victum suppeditent. V non. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. 528; Migne l. c. 391. — »Cum nemo suis.«

» 3 » (2264) (Ubaldo Lanfranco) Pisano archiepiscopo praecipit, curet ut marchio Calaritanus fidelitatem Romanae ecclesiae iuret, cum Sardinia sit iuris et proprietatis eiusdem ecclesiae. V non. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 529; I-i Opp. ed. Migne II. 391; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1204 § 78. — »Quod insula Sardiniae.«

» 3 » (2265) B(lasio) archiepiscopo Turritano mandat, ut archiepiscopo Pisano respondeat in auctoritate, si provinciam Turritanam visitet, cum privilegia legationis et primatiae in Sardinia habeat. V non. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 529; Migne l. c. 392; Ughelli Ital. sacra III. 410, *perperam ad* a. 1198; Cod. dipl. Sardin. I. 280. n° 146 *repetiit; cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 78. — »Licet venerabilem fratrem (venerabilis frater« *Ugh., sed erranter.*)

» 3 » (2266) Eidem concedit, ut, amotis ab ecclesia Turritana archipresbytero et canonicis »qui nil canonicum sapiunt«, in eadem ecclesia canonicos instituat regulares. V non. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 530; Migne l. c. 393; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 78. — »Si ab agro.«

» 3 » (2267) Exemptarum ecclesiarum praelatis in Sardinia constitutis interdicit, ne, cum inter se aliquid habeant quaestionis, ad saeculare forum contra canonicas sanctiones se invicem trahant. V non. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 530; Migne l. c. 392; *mutila* ap. Raynald. l. c. a. 1204 § 79. — »Cum diligentibus Deum.«

» 3 » (2268) Iudici Turritano interdicit, ne litibus clericorum se immisceat et ecclesiasticam libertatem impediat. V non. Iul. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. 531; Migne l. c. 394; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 79. — »Cum lex inhibeat.«

» 6 » (2269) Capitulo Remensi multa propter archiepiscopi electionem obiicit et G(uidonem) cardinalem episcopum Praenestinum, apostolicae sedis legatum, oriundum de regno Franciae, »qui fuerat in Cisterciensi ordine primus abbas«, dummodo ipse consenserit, eis in archiepiscopum providet. II non. Iul. a° 7°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 203; Gall. christ. I. 520 (ed. 2. X. instr. 54. n° 57); Bréquigny l. c. II. II. 534; I-i Opp. ed. Migne II. 398; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 27; Duchesne Hist. des cardin. franç. II. 145; Bouquet Rec. XIX. 467; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 67. — »Licet nec reprehensibile«; (Gall. christ., Bulaeus *etc.* qui incipiunt »*Praelatorum vota eligentium*«, verba »*Licet nec — in electionibus*« omiserunt.)

**1204.**

| | | |
|---|---|---|
| Iul. 12 | Laterani | (2270) [De Novo Fontin. (Novo Fonte *Decr. Greg.*, *num* Novem Fontium *legendum?*) et Casae Dei abbatibus in Claromontensi dioc. constitutis *hanc inscript. om. Bréq., Migne*] causam inter G(iraldum) de Cros (Gros *Coll. III.*) archidiaconum Claromontensem ex una et capitulum Claromontense Parentiumque subdiaconum suum basilicae Principis apostolorum canonicum ex altera parte super ecclesiae Claromontensis decanatu vertentem committit. IV id. Iul. a° 7°. Bréquigny Dipl. II. n. 537; I-i Opp. ed. Migne II. 402; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 12 *de test. et attest.* c. 11 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 490; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de test. et att.* c. 38 ap. Boehmer Corp. II. 306, *donata* a° 1210; ap. Richter Corp. II. 319. — »Veniens ad apostolicam.« |
| » 27 | » | (2271) N.... N... scribit, se sententiam, qua G. diacono decima ipsi ab episcopo (Theobaldo) Ambianensi collata adiudicata fuit, contra I. de Canduetre Noviomensis dioc., quia eandem decimam iniuste occuparat, latam confirmare, eisque mandat, ut dictum G. ab omni molestatione tueantur ablataque ei restitui faciant. VI kal. Aug. a° 7°. Bréquigny l. c. II. n. 541; I-i Opp. ed. Migne II. 407. — »Constitutus in praesentia.« |
| » 30 | » | (2272) N... (*i. e.* Decano et capitulo ecclesiae s. Aredii) mandat, ut Assalitum in canonicum recipiant. III kal. Aug. a° 7°. Bréquigny l. c. II. n. 540; I-i Opp. ed. Migne II. 406. — »Ad hoc Deus.« |
| » 30 | » | (2273) Assalito canonico concedit, ut, non obstante defectu natalium, usque ad sacerdotii gradum per ecclesiasticos ordines valeat promoveri et tam praebendas quam dignitates recipere, quibus ordo sacerdotalis non fuerit annexus. III kal. Aug. a° 7°. Bréquigny l. c. II. n. 539; I-i Opp. ed. Migne II. 405. — »Ad hoc Deus.« |
| Aug. 2 | » | (2274) N. mandat, ut presbyteros Graecos et Latinos, qui a Graecis episcopis absque unctione manuum se faciunt ordinari et simul accipiunt omnes ordines extra quatuor tempora contra canonicas sanctiones, suspendat, et provideat ne clerici suae diocesis ab episcopis Graecis ulterius ordinentur. IV non. Aug. a° 7°. Bréquigny l. c. II. n. 540; I-i Opp. ed. Migne II. 407; Collect. III. decr. lib. 1. tit. 9 *de temp. ordin.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 454. — »Ex parte tua.« |
| » 7 | » | (2275) Archiepiscopos et episcopos per Franciam constitutos a sententia interdicti ab abbate Casaemarii in negotio pacis inter reges Ph(ilippum) Francorum et I(ohannem) Anglorum lata immunes pronuntiat. VII id. Aug. a° 7°. Bréquigny l. c. II. n. 554; I-i Opp. ed. Migne II. 425; Bouquet Rec. XIX. 469; Labbe Concil. XI. 30; Hardouin Conc. VI. n. 1971; Mansi Conc. XXII. 748; Manrique Ann. Cisterc. III. 428; *cf.* Gesta Innoc. § 129; Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 66. — »Ad nostram noveritis.« |
| » 16 | » | (2276) N... praecipit, ut Roberto Vaissiaci diacono ecclesiasticum beneficium non habenti praebendam in ecclesia Suessionensi, si qua vacet ibidem, conferant. XVII kal. Sept. a° 7°. Bréquigny l. c. II. n. 542; I-i Opp. ed. Migne II. 408. — »Et officii nostri.« |
| » 16 | » | (2277) Decano, succentori et Bliardo de Acreio canonico Remensibus mandat, ut praeceptum memoratum inviolabiliter observandum denuntient. XVII kal. Sept. a° 7°. Bréquigny l. c. 542; Migne l. c. 409. — »Et officii nostri.« |
| Sept. 1 | » | (2278) N. N.... mandat, ut Rog. de Bisatiis a civibus Bisin. in rectorem, sed absque violentia, recipi procurent. Kal. Sept. a° 7°. Bréquigny l. c. II. n. 542; I-i Opp. ed. Migne II. 409. — »Dilectus filius Iacobus.« |
| » 1 | » | (2279) N. N.... (*i. e.* civibus Bisin.) mandat, ut R(ogerio) de Bisatiis tanquam rectori usque ad aetatem legitimam F(riderici) Siciliae regis humiliter et devote intendant. Kal. Sept. a° 7°. Bréquigny l. c. 543; Migne l. c. 410. — »Cum dilectus filius.« |
| » 14 | Romae ap. S. Petrum | (2280) (Hemericum) regem Ungariae monet, ne impediat, quominus monachi S. Egidii de Ungaria secundum consuetudinem hactenus observatam sui monasterii, quod tam abbates quam monachos consuevit habere Latinos, sibi assumant personam idoneam per electionem canonicam in abbatem; et ut archiepiscopum Spalatensem, qui violenter abbatiam istam involaverat, coerceat. XVIII kal. Oct. a° 7°. Bréquigny l. c. II. n. 548; I-i Opp. ed. Migne II. 417; Dobner Mon. II. 347; Katona Hist. crit. IV. 735; Fejér Cod. dipl. II. 446; *non integra* ap. Fuxhoffer Monast. (ed. 2.) I. 224. — »Venientes ad apostolicam.« |
| » 14 | » | (2281) B(ernardum) Spalatensem archiepiscopum, qui abbatis ministerium in monasterio s. Egidii de Ungaria usurpaverat, acriter obiurgat eique poenam minatur severam, nisi hos excessus per se ipsum corrigat et emendet. XVIII kal. Oct. a° 7°. Bréquigny l. c. II. n. 549; Dobner l. c. II. 348; Katona l. c. IV. 738; Fejér l. c. II. 448; I-i Opp. ed. Migne II. 419. — »Venientes ad apostolicam.« |
| » 15 | ( » ) | (2282) H(emericum) Ungariae regem obiurgat, quod in finibus regni sui transitum Leonis tit. S. Crucis presbyteri cardinalis sedis apostolicae legati ad Bulgariam iniuriose impediverit, eumque monet de tali errore emendando, ne cogatur »propter hoc aliquid agere quod tibi possit esse molestum.« (XVII kal. Oct. a° 7° *add. Thein.*). Bréquigny l. c. II. n. 543; I-i Opp. ed. Migne II. 410; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 34. n° 56; Katona |

**1204.**

l. c. IV. 714; Fejér l. c. II. 432; Erben Reg. Bohem. I. 221. nº 486; *non integra* Gesta Innoc. § 78; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1204 § 43; ap. Palacky Reise 19. nº 39. — »Inter alios reges.«

Sept. 15 Romae ap. S. Petrum — (2283) L(eoni) tit. S. Crucis presbytero cardinali apostolicae sedis legato verbotenus responsionem communicat, quam (Hemerico) regi Ungariae de eius quinque querelarum capitulis dedit, et admonitionem illius, quin impediat propagationem fidei catholicae nec dilationem sedis apostolicae. Legato ipsi mandat, ut Ioannitium dominum Bulgarorum non super alienam terram, sed super propriam coronet in regem. xvii kal. Oct. aº 7º. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 545; I-i Opp. ed. Migne II. 413; Theiner Vet. mon. Slav. I. 35. nº 57; *aliquanto mutila* Gesta Innoc. § 79; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 45. — »Ad literas quas.«

( » 15) ( » ) — (2284) Ad Emerici regis Ungariae litterarum quinque capitula respondet, quas ille sedi apostolicae per E. militem destinaverat: 1) de coronatione Belae regis patris eius per Colocensem archiepiscopum; 2) de devastatione Serviae per Ioannitium dominum Bulgarorum; 3) de coronatione eiusdem Ioannitii; 4) de eo, quod Emericus rex L(eonem) tit. S. Crucis presb. cardinalem legatum ex Bulgaria retroducere praecepit, postquam Ioannitius coronam accepit; 5) de destructione Iaderae. *Sine signo chronol.* ‖ Gesta Innoc. *ante* Ep. ed. Baluze I. 40 (ap. Bréquigny l. c. II. ii. 545. Lib. VII. nº 127, Leoni tit. S. Crucis presb. card. *directa epistola, in qua inserta est epistola, de qua hic agitur*); Katona Hist. crit. IV. 726; Fejér Cod. dipl. II. 435. — »Regiae celsitudinis litteras.«

» 23 » — (2285) (Radulfo) electo, (Walterio) decano et archidiacono Atrebatensibus mandat, ut, cum, rixâ inter monachos S. Bertini et burgenses S. Audomari Morinens. dioc. saeviente, (Philippus) comes Namurcensis et ballivi comitis Flandriae burgensium partes fuerint amplexi, memoratos comitem et ballivos ad dicti monasterii libertates conservandas et de damnis et iniuriis congruam eis satisfactionem impendendam compellant. ix kal. Oct. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 1123; I-i Opp. ed. Migne IV. 115; Bouquet Rec. XIX. 470. — »Proposita nobis dilecti.«

» 28 » — (2286) Episcopo Termulano et abbati S. Iohannis in Lamis querelas Fogitanorum adversus Troianum episcopum examinandas committit eisque mandat, ut ad reformandam inter eos pacem efficaciter intendant. iv kal. Oct. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 567; I-i Opp. ed. Migne II. 442. — »Proposuit nobis dilectus.«

Oct. 4 » — (2287) (Fridericum) regem Siciliae monet, acquiescat G(erardi) S. Adriani diaconi cardinalis apostolicae sedis legati consiliis, ut pax procuretur et salus, ne miserabile regnum continuis guerrarum cladibus destruatur. iv non. Oct. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 549; I-i Opp. ed. Migne II. 419; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 106; *cf.* Gesta Innoc. § 36; Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 74. — »Regiae celsitudinis literas.«

» 4 » — (2288) W(illelmum) Caparonem monet, ut G(erardi) S. Adriani diaconi cardinalis sedis apostolicae legati, quem in Siciliam ad (Fridericum) regem miserit, consiliis acquiescat et ad consummationem pacis utique necessariae cum eodem cardinale operam efficacem impendat. iv non. Oct. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 550; I-i Opp. ed. Migne II. 419; Huillard-Bréh. l. c. 107; *cf.* Raynald. l. c. § 74. — »Quoniam Marcualdus cum.«

» 4 » — (2289) L. regio protonotario mandat, ut erga Romanam ecclesiam ea satagat operari, quae ad profectum eius accedant, regis Siciliae quoque ac regni pacem respiciant. iv non. Oct. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. 550; Migne l. c. 420; *cf.* Raynald. l. c. § 74. — »Licet Marcualdus cum.«

» 4 » — (2290) (Emerico) regi Ungariae gratulatur, quod L(eoni) tit. S. Crucis presbytero cardinali sedis apostolicae legato transitum concesserit, ut ad coronationem Iohannitii domini Bulgarorum procedat; rogat, ut eum in reditu suo benigne recipiat et honorifice tractet. (iv non. [*add. Dobn., Fej.*] Oct. aº 7º *add. iidem, Theiner*). ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 555; I-i Opp. ed. Migne II. 427; Dobner Mon. II. 345; Katona Hist. crit. IV. 731; Fejér Cod. dipl. II. 443; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 38. nº 58. — »Gratum gerimus et.«

» 4 » — (2291) G(erardo) tit. S. Adriani diacono cardinali sedis apostolicae legato mandat, ut, statu Siciliae prudenti meditatione pensato, tractatum pacis aut consumat aut rumpat aut protrahat, sicut videatur expedire; »quod totum idcirco tibi committimus faciendum, quia tu plenius causarum et temporum nec non rerum ac personarum potes circumstantias intueri.« iv non. Oct. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 554; I-i Opp. ed. Migne II. 425; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 108; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 74. — »Recepimus nuntios quos.«

» 5 » — (2292) P(etrum) Panormitanum electum ad pacem comparandam hortatur. iii non. Oct. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 555; I-i Opp. ed. Migne II. 426; *cf.* Raynald. l. c. a. 1204 § 74. — »Cum gratiam nostram.«

» 5 » — (2293) Iohanni abbati S. Bertini facultatem benedicendi pallas altarium et sacerdotalia indumenta concedit. iii non. Oct. aº 7º. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 1124; I-i Opp. ed. Migne IV. 116. — »Iustis petentium desideriis.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1204.** |
| Oct. 7 | Romae ap. S. Petrum | (2294) (Iohanni) Lemovicensi episcopo praecipit, ut magistrum W. Brunater. in Engolismensi ecclesia in canonicum recipi faciat. Non. Oct. a° 7°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 551; I-i Opp. ed. Migne II. 421. — »Veniens ad apostolicam.« |
| » 7 | » | (2295) Archidiacono Papiensi mandat, ut inter Guillelmum de Tabiaco et abbatem de Clavat. Mediolanensis dioc. de quodam feudo litigantes iudicium faciat. Non. Oct. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 556; I-i Opp. ed. Migne II. 427. — »Significante dilecto filio.« |
| » 7 | » | (2296) Petro priore eiusque fratribus postulantibus ecclesiam s. Reparatae, quae in civitate Lucana Plebis vocabulo fungitur, tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. Non. Oct. indict. VIII. incarn. dom. a° 1204. pont. a° 7°. ‖ *Mutila* ap. Muratori Antiq. Ital. VI. 445; I-i Opp. ed. Migne IV. 117. n° 82. — ».........« |
| » 9 | » | (2297) Riccardo germano suo Polum Iustinianum, Anticulum, Roccam de Nibblis *cet.* cum omnibus pertinentiis et utilitatibus suis possidenda tribuit, donec de expensis ad terram ipsam pro ecclesia Romana defendendam latis filii Gregorii de Polo ei satisfecerint. vii id. Oct. a° 7°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 552; I-i Opp. ed. Migne II. 422; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1204 § 76. — »Ex publico instrumento.« |
| » 10 | » | (2298) Iohanni abbati et conventui S. Bertini quasdam possessiones nominibus propriis expressas confirmat. vi id. Oct. a° 7°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 1125; I-i Opp. ed. Migne IV. 118. — »Solet annuere sedes.« |
» 4 (») (2528) (Gerardo) de Heisterbach et (Reinero) de Rumersdorp abbatibus et decano Bunnensi Coloniensis dioc. mandat, ut cognoscant, si inter H. et E. comites Bunnensis praepositi fratres et T. comitem de Landesberg per matrimonium pax reformari possit, licet in certo affinitatis gradu se attingant. II non. Iun. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 722; I-i Opp. ed. Migne II. 649. — »Ex literis dilecti.«

» 4 » (2529) (Wolfgero) patriarchae Aquilegensi et (Petro) abbati de Novo Castro Cisterc. ord. mandat, moneant Ph(ilippum) ducem Sueviae, ne ullum de cetero tribuat auxilium Luipuldo quondam Wormaciensi episcopo. II non. Iun. (Iul. *Manr.*) a° 8°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 450; Bréquigny l. c. 723; I-i Opp. ed. Migne II. 650; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1205 § 52; *cf.* Bzovius Ann. eccl. XIII. a. 1205 § 17; Böhmer Regest. 1198—1254. p. 310. n° 189. — »Si filii estis.«

» 4 » (2530) Eisdem praecipit, ut nisi infra mensem post eorum commonitionem Ph(ilippus) dux Sueviae ab errore vel haeresi resipiscens Luipuldo quondam Wormaciensi episcopo suum subtraxerit favorem, totam terram, quam in domanio suo teneat, interdicto suppositam denuntient. II non. Iun. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 725; Migne l. c. 653; *cf.* Raynald. l. c. § 53. — »Quid vobis super.«

» 4 (») (2531) Clericis S. Agathae significat, se eorum ecclesiam in statum percipiendi pensionem sedecim denariorum Papiensium annuam de ecclesia s. Salvatoris quae dicatur de Cornutis (?) reducendam decrevisse et ad solutionem eiusdem pensionis P. presbyterum condemnasse. II non. Iun. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 728; I-i Opp. ed. Migne II. 657; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 9 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 443; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 24 ap. Boehmer Corp. II. 56, *tributa* a° 1203; ap. Richter Corp. II. 65. — »Querelam quam dilectus.«

(» 4) (») (2532) Universo populo Viterbiensi praecipit, ut in concives, qui quosdam credentes Patarenorum in consules eligere attentarint, ipsum etiam haeresiarcham videlicet I. Tiniosi camerarium instituere non timentes, et in electos viriliter insurgant, ac interdicit, ne eis in aliquo consilium, auxilium vel favorem praestent. *Sine die et mense.* A° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 726; I-i Opp. ed. Migne II. 654; *partim* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1205 § 66; *fragm.* Regi Aragoniae *inscriptum in* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 4 *de haeret.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 577; *et int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 7 *de haeret.* c. 11 ap. Boehmer l. c. 747, *ubi* a° 1203 *tribuitur;* ap. Richter l. c. 754. — »Si adversus vos (nos« *Decret.*)

» 6 » (2533) Sifrido archiepiscopo Moguntino scribit de H(enrico) Argentinensi electo, cui »tu diem apud Andernacum in dominica qua cantatur *Oculi mei* in anno praeterito (*i. e.* 25. Febr. 1204) assignasti, promittens te ibi consecrationis ei beneficium impensurum.« Sed interato diligentissime postulans nihil accepit. »Ergo electus, qui non sine multo labore ad praesentiam nostram accessit, a nobis postulavit, ut, quod a te ad praesens obtinere non poterat, ei impendere dignaremur. Nos autem ad consecrationem ipsius non duximus procedendum, donec de rei serie ac voluntate tua per tuas litteras redderemur certiores.« Mandat ei, ut per litteras meram et simplicem ipsi significet veritatem et suam etiam voluntatem exponat. VIII id. Iun. a° 8° (VI id. Iun. a° 5° = 8. Iun. 1202 *habet falso Ms. Berolin., cum tunc temporis Conradus Argentin. ep. adhuc viveret*). ‖ Innoc. Ep. Ms. bibl. regiae Berol., Ms. lat. Oct. 50. n° 11; Schoepflin Alsatia dipl. I. 313. n° 373; Bréquigny l. c. II. n. 732; Würdtwein Nova subs. II. 108; I-i Opp. ed. Migne II. 662. — »Solet ad se.« *Cf.* n° 2589.

» 7 (») (2534) G. maiori archidiacono et magistro R. poenitentiario S. Victoris Parisiensis et magistro R(oberto) de Corzon Noviomensi canonico Parisiis commoranti mandat, ut (Matthaeum) episcopum Tullensem ab excommunicationis vinculo absolvant, sed suspensionis sententiam per (Guidonem) Remensem archiepiscopum tunc sedis apostolicae legatum contra eum latam observari faciant et procuratorem idoneum statuant, qui negotia eiusdem episcopatus interim administret. VII id. Iun. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 729; I-i Opp. ed. Migne II. 659; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 53. — »Veniens ad apostolicam.«

» 9 (») (2535) (Petro) archiepiscopo et (Fulconi) S. Remigii et S. Iohannis abbatibus Senonensibus mandat, ut ab H. diacono Senonensi recipiant resignationem beneficii in ecclesia de Alemanchis idemque personae idoneae assignent, non obstante, quod episcopus dioecesanus beneficium illud post mortem dicti diaconi promiserat. V id. Iun. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 745; I-i Opp. ed. Migne II. 678. — »Ex parte dilecti.«

» 11 (») (2536) Hospitale s. Trinitatis de Vernolio cum omnibus bonis ac possessionibus sub annua obuli aurei oblatione protegendum suscipit. III id. Iun. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 731; I-i Opp. ed. Migne II. 662; *cf.* Raynald. l. c. a. 1205 § 68. — »Solet annuere sedes.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1205.** |
| Iun. 13 | (Romae ap. S. Petrum) | (2537) Wirzeburgensi et in Husdorp [Heusdorf] praepositis et decano S. Mariae in Herfordia Maguntin. dioc. significat, se magistro Martino, contra quem (Theodoricus) episcopus Misnensis ex una parte et praepositus Wrchinensis [Wurzen] Bercer., Ulricus et magister Nicolaus, magister Albertus et Albertus procurator quorumdam Misnensium canonicorum ex altera ad sedem apostolicam accessissent, praebendam Misnensem vacantem concessisse et ipsum de illa manu propria investivisse; eisque mandat, ut Martinum praefatum pacifica praebendae possessione gaudere faciant. Idib. Iun. a° 8°. ‖ Würdtwein Nova subsid. II. 111; Bréquigny Dipl. II. ii. 744; I-i Opp. ed. Migne II. 676; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. i. 69. n° 73; *cf. argum.* ap. Rein Thuring. sac. II. 122. n° 16. — »Cum dilectus filius.« |
| » 16 | » | (2538) Universis procuratoribus domorum et prioratuum ecclesiae Dominici Sepulcri mandat, ut priori et capitulo Dominici Sepulcri debitam et obedientiam et reverentiam de cetero impendant. xvi kal. Iul. a° 8°. ‖ Rozière Cartul. du St. Sépulcre 272. n° 149; I-i Opp. ed. Migne IV. 148. n° 101. — »Dilecti filii prior.« |
| » 16 | (») | (2539) (Raynerio) Viterbiensi et (Matthaeo Alberico) Urbevetano episcopis mandat, ut Viterbium accedentes inducant fideles qui sint ibi ad expellendos Patarenos ac consules electos a dominio usurpato eiciendos. »Alioquin Viterbienses noverint, nos universis fidelibus nostris circumiacentibus praecepisse, ut eis ex tunc ad mandatum vestrum faciant vivam guerram.« xvi kal. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 740; I-i Opp. ed. Migne II. 673; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 67. — »Cum lupi rapaces.« |
| » 16 | (») | (2540) Cisterciensi abbati, P. de Castronovo et magistro R. apostolicae sedis legato mandat, ut P(etro) regi Arragonum castrum Scurae ab haereticis per eundem recuperatum in feudum concedant. xvi kal. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 735; I-i Opp. ed. Migne II. 667. — »Discretioni vestrae per.« |
| » 16 | » | (2541) (Benedictum) magistrum et fratres S. Iuliani de Perario (Pereyro *Manr.*) in Saracenorum faucibus constituti protegendos suscipit eorumque bona ac privilegia confirmat sub annuo censu marapotini unius. xvi kal. Iul. indict. VIII. incarn. dom. a° 1205. pont. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 737; I-i Opp. ed. Migne II. 668; *cf.* Manrique Ann. Cisterc. III. 457 et IV. 568. — »In regesto bonae.« |
| ( » 16) | (») | • (2542) Universis archiepiscopis et praelatis in Hierosolymitana provincia constitutis mandat, ut legatum sedis apostolicae missum ad regnum Hierosolymitanum benigne recipiant. (xvi kal. Iul. a° 8° *Rayn.*) ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 738; I-i Opp. ed. Migne II. 669. *Cf.* Raynaldi Annal. 1205 § 27. — »Mediator Dei et.« |
| » 16 | (») | (2543) P(etro) regi Arragoniae concedit, ut ipse et successores per Terraconensem archiepiscopum apud Caesaraugustam coronentur. xvi kal. Iul. a° 8°. ‖ Gesta Innoc. § 122; Raynald. Ann. eccl. a. 1206 § 34 (*uterque habet* a° pont. 9° *et, quod valde mirandum est, in Regesto anni noni n° 91 repetita legitur, prout infra ad a. 1206 Iun. 17 videbis*); Bréquigny l. c. II. ii. 734; I-i Opp. ed. Migne II. 665. — »Cum quanta gloria.« |
| ( » 16) | (») | • (2544) Eidem pollicetur, ut si obtineat insulam Maioricarum, instituatur in ea sedes episcopalis. ‖ Bréquigny l. c. 734; Migne l. c. 666. |
| (») | (») | • (2545) Eidem concedit facultatem possidendi licite quidquid de terra haereticorum poterit acquirere. ‖ Bréquigny l. c. 735; Migne l. c. 666. |
| (») | (») | • (2546) Archiepiscopis, episcopis et praelatis per terram Arragonensem constitutis mandat, ut regi in expellendis impiis auxilio consilioque praesto sint. ‖ Bréquigny l. c. 735; Migne l. c. 666. |
| » 19 | (») | (2547) (Desiderio) Cenadiensi episcopo et abbati de Stekedor [Czikator] Cisterc. ord. mandat, ut purgationem C(alani) Quinqueecclesiensis episcopi crimine incestus accusati publice ab ipso recipiant. xiii kal. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 736; I-i Opp. ed. Migne II. 667; Dobner Mon. II. 356; Katona Hist. crit. IV. 773; Fejér Cod. dipl. II. 462. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 21 | (») | (2548) S(avarico) Bathoniensi et Glastoniensi episcopo dilationem transfretandi ad Terrae sanctae subsidium concedit. xi kal. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 736; I-i Opp. ed. Migne II. 668. — »Cum assumpseris signum.« |
| » 21 | (») | (2549) Conventui Wintoniensi et abbatibus, prioribus et universo clero Wintoniensis ecclesiae nunciat, se electionem (Petri) praecentoris Lincolniensis in episcopum Wintoniensem confirmare eisque mandat, ut ipsi debitam obedientiam impendant. xi kal. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 739; Innoc. Opp. ed. Migne II. 671; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. I. tit. 6 *de elect.* c. 10 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 443; *et int.* Decr. Greg. IX. lib. I. tit. 6 *de elect.* c. 25 ap. Boehmer Corp. II. 57, *ubi refertur ad* a. 1204; ap. Richter Corp. II. 66. — »Cum Wintoniensis ecclesia.« |
| » 24 | (») | (2550) Andreae domino Hungariae excusationem affert, cur ei pro postulatis et I(ohanne?) Colocensi archiepiscopo et C(alano) Quinqueecclesiensi episcopo in Strigoniensem archi- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1205.** |
| | | episcopum morem non gerat, aliumque eligi aut postulari iubet. VIII kal. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 730; I-i Opp. ed. Migne II. 661; Dobner Mon. II. 356; Péterfius Concil. Hungar. I. 67; Koller Hist. Episc. Quinqueeccl. I. 318; Katona Hist. crit. IV. 770; Fejér Cod. dipl. II. 460; Kollar Hist. iur. patron. 138; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 55. — »Novit ille qui.« |
| Iun. 26 | (Romae ap. S. Petrum) | (2551) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Halberstadensis, praelatis et universo clero in Halberstadensi ecclesia constitutis et omnibus fidelibus eiusdem ecclesiae nunciat, se (Conradum) episcopum Halberstadensem Roma remittere ab excommunicationis vinculo absolutum, eisque mandat, ut ipsi reverentiam debitam exhibeant. VI kal. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 743; Migne l. c. 676; *cf.* Raynald. l. c. § 53. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 26 | » | (2552) (Berengarium) Narbonensem archiepiscopum hortatur, ut usque ad Septuagesimam proximo venturam se apostolico conspectui repraesentet ac se ipsum defendat ab elusione canonicae disciplinae. VI kal. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 742; I-i Opp. ed. Migne II. 674; *fere integra* ap. Manrique Ann. Cisterc. III. 425 § 10; *cf.* Raynald. l. c. § 59. — »Cum super his.« |
| ( » 26) | ( » ) | (2553) Andreae duci gubernatori regni Hungariae significat, quamobrem eius preces pro (Ecberto) Papembergensi episcopo nondum exaudiat. (VI kal. Iun. a° 8° *add. Dobn., Fej.*) ‖ Bréquigny l. c. 742; Migne l. c. 675; Dobner Mon. II. 358; Katona Hist. crit. IV. 774; Fejér Cod. dipl. II. 463; *cf.* Raynald. l. c. § 55. — »Tam multa fuerunt.« |
| » 30 | » | (2554) Bertrandum Agennensem episcopum eiusque successores protegendos suscipit, possessiones ac bona Agennensis ecclesiae nominatim expressa, libertates ac immunitates ei a regibus, principibus et aliis personis indultas, comitalia quoque et monetam a R(icardo) rege Angliae tunc comite Pictavensi concessa *cet.* confirmat. II kal. Iul. indict. VIII. incarn. dom. 1205. pont. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 750; I-i Opp. ed. Migne II. 684. — »Et ordo rationis.« |
| » 30 | ( » ) | (2555) Praeposito, decano et scholastico Biturien. Coloniensis dioc. (de Miren Colocen. dioc. *Collect. III.*, Demeren. Colon. dioc. *Decr. Gr.*, Bunnensi *legendum puto*) mandat, moneant E. de Hard. (Herd. *Decr.*; Hardenberg? Herdecke? Herdringen?) eiusdem diocesis, ut G. mulierem uxorem suam recipiat; si vero vir saeculo relicto maluerit ad vitam regularem migrare, ei super hoc licentiam tribuant. II kal. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 745; I-i Opp. ed. Migne II. 678; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 24 *de regular.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 540; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 31 *de regul.* c. 19 ap. Boehmer Corp. II. 537; ap. Richter Corp. II. 555. — »Veniens ad apostolicam.« |
| Iul. 1 | ( » ) | (2556) (Alberto) archiepiscopo Armachano, episcopo Dunensi et abbati de Ines Dunensis dioc. mandat, ut, si H. de Lasci iniuste contra Iohannem de Curci bellum moverit, eum ad occupata restituenda moneant. Kal. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 747; I-i Opp. ed. Migne II. 681. — »Sicut oblatus dilecti.« |
| » 5 | ( » ) | (2557) R(aimundo) quondam Tholosano episcopo concedit, ut, licet administrationem ecclesiae Tholosanae resignaverit, in solemnibus festis vel cum a viris ecclesiasticis fuerit invitatus, episcopale officium exercere possit. III non. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 748; I-i Opp. ed. Migne II. 682. — »Cum ad consilium.« |
| » 5 | ( » ) | (2558) Fratribus de Calatrava et de Velez mandat, ut P(etro) Arragoniae regi contra expugnandos Sarracenos opitulentur. III non. Iul. (Iun. *Manr.*) a° 8°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 457 § 5; Bréquigny l. c. II. n. 735; I-i Opp. ed. Migne II. 666; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 63. — »Proposuit coram nobis.« |
| » 5 | ( » ) | (2559) (Petro) Senonensi archiepiscopo, (Bernoaldo) abbati S. Mariani et magistro R. de Corzon mandat, ut de accusatione, quam O(do) dux Burgundiae super matrimonio (Hervaei) comitis Nivernensis cum consanguinea sua intendat, inquirant et causam terminent vel ad sedem apostolicam referant. III non. (Iun., *sed legas*) Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 746; I-i Opp. ed. Migne II. 679; Bouquet Rec. XIX. 477; *cf.* Raynald. l. c. 1205 § 59. — »Significavit nobis dilectus.« |
| » 5 | » | (2560) (Ingeburgam) reginam Francorum consolatur de perpetuo maleficio Philippi regis, qui propter affinitatem ab illa separari postulabat, eique mittit magistrum P. capellanum suum »qui tibi solatium nostrae visitationis impendat.« III non. Iul. a° 8°. ‖ Raynald. l. c. a. 1205 § 58; Bréquigny l. c. II. n. 747; I-i Opp. ed. Migne II. 680; Bouquet l. c. 478. — »Novit ille qui.« |
| » 6 | ( » ) | (2561) (Arnaldo Amalrico) abbati Cisterciensi, R(odulpho) et P(etro de Castronovo) monachis Fontis Frigidi apostolicae sedis legatis mandat, ut Mascaronem cellerarium ab officio praepositurae Tholosanae amoveant et virum idoneum ad illud assumi faciant. II non. Iul. a° 8°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 446 § 2; Bréquigny l. c. II. n. 749; I-i Opp. ed. Migne II. 683; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 11 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 443; *in aliquibus mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 26 ap. Boehmer Corp. II. 57; ap. Richter Corp. II. 67. — »Per inquisitionem quam.« |

**1205.**

| | | |
|---|---|---|
| Iul. 6 | Romae ap. S. Petrum | Patriarchae Achyleyensi et abbati de Novo Castro Cisterc. ord.: »ii non. Iul. (a° 8°)«. Manrique Ann. Cisterc. III. 450, *vid.* 1205. Iun. 4. n° 2529. |
| » 7 | (») | (2562) B(artholomaeo) Tranensi archiepiscopo apostolicae sedis legato mandat, ut Bartholomaeo diacono ignoranti, utrum inferiores ordines receperit, ordines minores ad cautelam conferat. Non. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 751; I-i Opp. ed. Migne II. 686. — »Bartholomaeus pauper diaconus.« |
| » 11 | » | (2563) Clericis capellae s. Mariae Massiliensis postulantibus inhibet, ne quis de bonis illius capellae, quam Hugo Ferus civis Massiliensis suis sumptibus dicatur construxisse, temere quicquam distrahere vel alienare audeat. v id. Iul. a° 8°. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 23; I-i Opp. ed. Migne IV. 148. n° 102. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 12 | (») | (2564) Petrum tit. S. Marcelli presbyterum cardinalem sedis apostolicae legatum reprehendit, quod Terram sanctam deseruerit, eique mandat ut istuc revertatur ibique saltem (Alberti) patriarchae Hierosolymitani adventum praestoletur. iv id. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 760; I-i Opp. ed. Migne II. 699; *mutila in* Gestis Innoc. § 95; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1205 § 12. 13. — »Audito iampridem quod.« |
| » 15 | (») | (2565) (Petro) archiepiscopo Senonensi et (Odoni) Parisiensi episcopo mandat, ut Iudaeorum insolentiam compescant, ne cervicem perpetuae servitutis iugo submissam erigant. Id. Iul. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 756; I-i Opp. ed. Migne II. 694; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 3 *de Iudaeis* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 575; *valde mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 6 *de Iud.* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 739 (*refertur ad* a. 1203); ap. Richter Corp. II. 747; *cf.* Raynald. l. c. a. 1205 § 57. — »Etsi Iudaeos quos.« |
| » 20 | (») | (2566) Mutinensi et Reginensi episcopis, a quibus Willelmus filius Pelavicini, qui »non tam Romanam ecclesiam quam divinam offenderat maiestatem spoliando P(etrum) nunc tit. S. Marcelli presbyterum, tunc S. Mariae in via lata diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum ad praesentiam b. mem. Coelestini pp. de Polonia redeuntem«, recepto iuramento quod apostolicis per omnia staret mandatis, super offensa praedicta absolutus erat, significat, se quod bona intentione in hac absolutione fecerint, ratum habere. xiii kal. Aug. (a° 8°). ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 758. n° 124. — »Quam graviter nobilis.« |
| » 27 | (») | (2567) A(ndream) regem Ungariae hortatur, faciat ut Georgius frater Savin. Rodominus et Goianus ea, quae G. clerico P(etri) Portuensis episcopi ex ultramarinis partibus redeunti per violentiam abstulerunt, ei restituant. vi kal. Aug. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 762; I-i Opp. ed. Migne II. 702; Dobner Mon. II. 359; Katona Hist. crit. V. 4; Fejér Cod. dipl. III. i. 22. — »Providendum est regiae.«<br>• *In eundem modum* Colocensi archiepiscopo — Spalatensi archiepiscopo — Quinqueecclesiensi episcopo. |
| (Iul. 27-Aug. 16) | (») | (2568) Abbati et conventui Albarensibus significat, se electionem Andreae praepositi S. Nicolai in abbatem S. Augustini de Monte Albo confirmare, licet sine eorum consensu et consilio facta sit. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 763; I-i Opp. ed. Migne II. 703. — »Querelam ex parte.« |
| (») | (») | (2569) Caloiohanni regi Bulgarorum et Blachorum consulit, ut per liberationem Balduini Constantinopolitani imperatoris, quem tenere captivum dicatur, veram et firmam pacem cum Latinis faciat. ‖ Gesta Innoc. § 107; Bréquigny l. c. 764; Bouquet Rec. XIX. 476; Migne l. c. 705; Theiner Vet. mon. Slavor. I. 42. n° 64; Fejér Cod. dipl. VII. v. 165; *mutila* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1205 § 21. — »Ex illa gratia.« |
| Aug. 16 | (») | (2570) Universis Christi fidelibus ad succursum Terrae sanctae volentibus Constantinopolim proficisci mandat, ut reddant pontificem de ipsorum proposito certiorem, ut viam eis securam faciat per Apuliam praeparari eantque nuntii Brundusium ad navigium conducendum. xvii kal. Sept. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 765; I-i Opp. ed. Migne II. 706; *cf.* Raynald. l. c. a. 1205 § 30. — »Cum per Constantinopolitani.« |
| » 24 | — | Baronibus Angliae: »Anagniae ix kal. Sept. a° 8°«. Matth. Paris Hist. maior 267, *vid.* 1215. Aug. 24. |
| ( » 20-27) | (Romae ap. S. Petrum) | (2571) N... praecipit, moneant Philippum regem Francorum, ut ad subsidium Terrae sanctae prudenter ac potenter intendat. *Sine nota chronol.* Bréquigny l. c. II. ii. 759; I-i Opp. ed. Migne II. 698; Bouquet Rec. XIX. 480; *partim* ap. Raynald. l. c. a. 1205 § 28. 29. — »Inter occupationes diversas.« |
| (Aug. 16-Sept. 7) | (») | (2572) Henrico fratri Constantinopolitani imperatoris mandat, ut pacem stabiliat cum Caloiohanne rege Bulgarorum et Blachorum. *Sine nota chronol.* ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 767; Theiner Vet. mon. Slavor. I. 42. n° 65; I-i Opp. ed. Migne II. 710; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 305; Bouquet Rec. XIX. 476. — »Nobilitati tuae per.« |
| (») | (») | (2573) (Bonifacio) marchioni Montisferrati mandat, ut subiugatum Constantinopolitanum imperium defendat et tueatur, donec papa melius fuerit instructus, an id iniuria fuerit |

**1205.**

factum. *Sine signo chronol.* Gesta Innoc. § 93; Bréquigny Dipl. II. n. 768; I-i Opp. ed. Migne II. 710; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs *in* Font. rer. Austr. Dipl. XII. 561; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1205 § 7. — »Quod inter curas.«

(Aug. 16- Sept. 7) (Romae ap. S. Petrum) (2574) M(ariae) uxori B(onifacii) marchionis Montisferrati quondam Constantinopolitanae imperatrici gratulatur, quod ritibus Graecorum abiectis Latinis se legibus consecraverit. *Sine nota chronol.* | Bréquigny l. c. 770; Migne l. c. 714; *cf.* Raynald. l. c. § 8. — »Devotionis tuae literas.«

( » ) ( » ) (2575) B(enedicto) tit. S. Susannae presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut ecclesias et beneficia ecclesiastica, quae in parte Francorum clericis transmontanis assignata repererit, eisdem consentiente (Thoma) patriarcha Constantinopolitano concedat. *Sine nota chronol.* || Bréquigny l. c. 771; Migne l. c. 715; Tafel l. c. 566; *cf.* Raynald. l. c. 1205 § 14. — »Licet pactiones quae.«

Sept. 7 ( » ) (2576) Thomam patriarcham Constantinopolitanum hortatur, ut magistrum Henricum, latorem praesentium, in canonicum ecclesiae s. Sophiae recipiat. vii id. Sept. a° 8°. Bréquigny l. c. II. n. 771; I-i Opp. ed. Migne II. 715; Tafel l. c. 569. — »Cum ad illam.«

» 22 » (2577) Maiori decano et SS. Apostolorum et S. Gereonis praepositis Coloniensibus mandat, ut Brunonem (de Bensheim) A(dolphi) quondam Coloniensis archiepiscopi clericum, qui dominum suum induxit, ut in regem Ottonem crimen proditionis committeret et (Philippo) duci Sueviae pertinaciter adhaereret, a quo in proditionis praemium pecuniam accipere non expavit, omnibus beneficiis suis sine spe restitutionis privent. x kal. Oct. a° 8°. | Innoc. Ep. Ms. bibl. regiae Berol., Ms. lat. Oct. 50. n° 34; *sine signo chronol.* Innoc. Ep. *registr.* n° 123 ed. Baluze I. 743; Opp. ed. Migne III. 1125. — »Ad nostram noveritis.«

( » 22) ( » ) (2578) Eisdem mandat, ut Sibod clericum, qui beneficium de manu Ottonis regis receperat et fidelitatis praestiterat iuramentum, sed contra proprium veniens iuramentum (Philippo) Sueviae duci iuravit et ab eo praedictum beneficium recepit, qui quoque ab eodem duce in (Iohannis) Cameracensis episcopi diocesim legatione suscepta bona eiusdem episcopi temere occupavit *etc.*, ab omni officio deponant et omnibus beneficiis spolient. *Sine nota chronol.* | Innoc. Ep. *registr.* n° 124 ed. Baluze I. 743; Opp. ed. Migne III. 1125. — »Ad nostram audientiam.«

( » ) ( » ) (2579) (Bernardo) Padeburnensi episcopo scribit, se mirari, quod cum regi Ottoni fidelitatis praestiterit iuramentum et ab eo de regalibus fuerit investitus, postquam per Siffridum Maguntinum archiepiscopum consecrationis beneficium susceperit, tepuit pene penitus circa eum et ipsi suae devotionis obsequium subtraxit. Mandat ei, ut de cetero in eiusdem regis fidelitate persistat et potenter ac patenter ipsi adhaereat. *Sine nota chronol.* | Innoc. Ep. *registr.* n° 125 ed. Baluze I. 743; Opp. ed. Migne III. 1126. — »Quam detestabile sit.« *Cf.* n° 2444.

* *In eundem fere modum* (Wedekindo [† 1205. Iul. 23]) abbati Corbeiensi, se mirari, quod cum regi Ottoni fidelitatis praestiterit iuramentum et ei a suae promotionis initio auxilium praestiterit et favorem, nunc ultimo tepuit *etc.*

( » ) ( » ) (2580) (Iohanni) archiepiscopo Trevirensi finaliter et peremptorie scribit sub debito iuramenti mandans, ut regi Ottoni potenter adhaereat et patenter, per se ac suos publice ipsi auxilium tribuens et favorem. »Alioquin securim ad radicem arboris infructuosae immo etiam perniciosae ponemus.« *Sine signo chronol.* || Innoc. Ep. *registr.* n° 126 ed. Baluze I. 744; Opp. ed. Migne III. 1126. — »Qualiter iuramentum coram.«

( » ) ( » ) (2581) Praeposito, archidiacono, canonicis et ministerialibus ecclesiae Trevirensis mandat, ut (Iohannem) archiepiscopum suum ad mandatum apostolicum exequendum diligentius moneant, parati, »cum super hoc secundo vobis scripserimus, quod mandavimus humiliter adimplere.« Si forsan ecclesia Trevirensis in erroris eiusdem archiepiscopi defensione peccaret, honoris metropolitici dignitatem alias transferre propter ingratitudinis vitium cogeretur. *Absque nota chronol.* | Innoc. Ep. *registr.* n° 127 ed. Baluze I. 744; Opp. ed. Migne III. 1127. — »Inconstantiam et facilitatem.«

( » ) ( » ) (2582) Regem Ottonem in Romanorum imperatorem electum monet, ut, cum (Maria) filia (Henrici) ducis Brabantiae aetati nubili sit vicina, usque ad nubilem eius aetatem expectet et, si pater eius eam ipsi tradere nolit, ex tunc libere cui voluerit in Domino nubat. *Sine nota chronol.* || Innoc. Ep. *registr.* n° 128 ed. Baluze I. 744; Opp. ed. Migne III 1128; Raynaldi Ann. a. 1205 § 51. — »Cum inter te.«

( » ) ( » ) (2583) (Iohannem) regem Anglorum monet, ut regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo pecuniam, quam Richardus rex Angliae ei legavit, persolvat in multae necessitatis articulo constituto, »ne te ac nos in eam necessitatem inducas ut te ad solvendum debitum, quod non denegas te debere, cogere compellamur post commonitiones multoties iteratas.« *Sine signo chronol.* Innoc. Ep. *registr.* n° 129 ed. Baluze I. 744; Opp. ed. Migne III. 1128; Scheid Origg. Guelf. III. 777. — »Quantum tuae serenitatis.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1205.** |
| Sept. 23 | Romae ap. S. Petrum | (2584) Priores et capellanos Colonienses prosequitur actionibus gratiarum, quod in fidelitate regis Ottonis in Romanorum imperatorem electi de die in diem persistunt fortiores. Monet eos, ut in fidelitate regis ipsius proficiant iugiter nec impetum (imperium *Ms.*) formident illius »qui, tamquam posset fluvium absorbere, vobis exilium et depopulationem (despoliacionem *Ms.*) civitatis vestrae, licet frustra, minatur ... Nos autem, qui puritatem vestram in multis hactenus et nunc praesertim in facto A(dolphi) quondam archiepiscopi vestri, nunc depositi, sumus evidenter experti, ad honorem et profectum tam ecclesiae quam civitatis vestrae efficaciter intendemus.« IX kal. Oct. a° 8°. ‖ Innoc. Ep. Ms. lat. Oct. 50. bibl. regiae Berolin. n° 15; *sine signo chronol.* Innoc. Ep. *registr.* n° 130 ed. Baluze I. 745; Opp. ed. Migne III. 1128. *Cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 311. n° 201. — »Quod Colonia sedis.«<br>• *In eundem modum* Plebanis Coloniensibus,<br>• • • Scabinis et universo populo Coloniensi. |
| ( » 23) | ( » ) | (2585) (Iohannem) regem Angliae rogat monet deposcit et hortatur, ut regi Ottoni nepoti suo ad obtinendum coronam imperii auxilium tribuat opportunum. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 131 ed. Baluze I. 745; Opp. ed. Migne III. 1129. — »Quantum honoris et.« |
| » 26 | » | (2586) (Burchardo) abbati S. Michaelis in Luneburg ad preces Wilhelmi de Luneburg filii quondam Bavariae et Saxoniae ducis Henrici concedit, ut in sollempnioribus festis infula — quae dignitas malignitate cuiusdam dominae, quae castro de Luneburg ante tempora ista praesedit, praefato monasterio subtracta erat — utatur, sicut antecessores eius antiquis temporibus utebantur, et cum necesse fuerit, benedicat sacras vestes. VI kal. Oct. a° 8°. ‖ Scheid Origg. Guelf. III. 856; Pfeffinger Hist. I. 318; Pfeffinger ad Vitriarium III. 1499; Wedekind Noten III. 302; Hodenberg Lüneb. UB. Abth. VII. I. 27. n° 30. 31. — »Certa multorum insinuatione.« |
| (Sept. 7-Oct. 6) | ( » ) | (2587) Frederico praeposito Clarholtensi concedit, ut, non obstante defectu natalium, si nominatus fuerit ad ecclesiasticas dignitates, libere postulari possit. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 772; I-i Opp. ed. Migne II. 715. — »Ad hoc Deus.« |
| Oct. 6 | Romae (ap. S. Petrum) | (2588) Praeposito et capitulo Strigoniensi I(ohannem) archiepiscopum Colocensem in archiepiscopum praeficit. II non. Oct. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 773; I-i Opp. ed. Migne II. 717; Kollar Hist. dipl. 142; Koller Hist. Episc. Quinqueeccl. I. 322; Katona Hist. crit. V. 6; Fejér Cod. dipl. III. I. 23; Collect. III. decret. lib. I. tit. 4 *de postulat.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 433; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 5 *de postulat.* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 36, *ubi refertur ad* a. 1211; ap. Richter Corp. II. 43. — »Bonae memoriae venerabili.« |
| » 8 | (Romae ap. S. Petrum) | (2589) (Sifrido) Maguntino archiepiscopo mandat, ut (Henrico) electo Argentinensi munus consecrationis exhibeat; quod si facere distulerit, (Petro) archiepiscopo Senonensi committitur. VIII id. Oct. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 772; Schöpflin Alsat. dipl. I. 314; Würdtwein Nova subsid. II. 114; I-i Opp. ed. Migne II. 716. — »Quantum tibi et.« *Cf.* n° 2533. |
| » 8 | » | (2590) Henrico episcopo Argentinensi electo ius patronatus in Cella Vilmari cum pertinentiis suis a Bertholdo comite (de Nuwenburg) ecclesiae Argentinensi concessum confirmat. VIII id. Oct. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 1096; I-i Opp. ed. Migne IV. 149; Würdtwein l. c. X. 215. — »Annuere solet sedes.« |
| » 14 | » | (2591) Capitulo Colocensi declarat, per translationem (Iohannis) archiepiscopi ipsorum ad Strigoniensem metropolim nullum ecclesiae Colocensis iuri vel dignitati damnum inferri. II id. Oct. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 775; Dobner Mon. II. 360; Katona Hist. crit. V. 13; Fejér Cod. dipl. III. I. 29. — »Licet archiepiscopum vestrum.« |
| » 15 | » | (2592) Basilicam apostolorum principis Petri »quae ceterarum ecclesiarum speculum est et specimen, decor et decus,« tuendam suscipit, ecclesias eidem subditas designat, eius possessiones ac bona, iura, privilegia et libertates enumerat et confirmat. Id. Oct. indict. VIII(!). incarn. dom. a° 1205. pont. a° 8°. ‖ Bullar. Vatic. I. 83. — »Domino sancto merito.« |
| » 15 | » | (2593) Henrico et Vitali Collisvaconi canonicis Beneventanis mandat, ut Robertum, quem sedes apostolica declaravit esse legitimum, ipsi etiam legitimum reputent et in causa super hereditate illius vertente iuxta litterarum apostolicarum tenorem procedant. Id. Oct. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 776; I-i Opp. ed. Migne II. 721; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 12 *Qui fil. sint legit.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 566; *valde mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 17 *Qui f. s. leg.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 683, *ubi tribuitur* a° 1201; ap. Richter Corp. II. 691. — »Ex tenore litterarum.« |
| » 27 | Romae (ap. S. Petrum) | (2594) P(etro) episcopo Wintoniensi mandat, ut in monasteriis et ecclesiis diocesana lege ipsi subiectis corrigat tam in capite quam in membris, quae fuerint corrigenda. VI kal. Nov. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 776; I-i Opp. ed. Migne II. 722; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 62. — »Providere rectorem oportet.« |

| | | 1205. |
|---|---|---|
| Oct. 27 | Romae (ap. S. Petrum) | (2595) Eidem concedit, ut ea, quae de pertinentibus ad episcopalem mensam tam in feudis quam aliis a praedecessoribus alienata repererit, legitime revocare possit. vi kal. Nov. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 777; I-i Opp. ed. Migne II. 722. — »Annuere solet sedes.« |
| » 27 | » | (2596) Eidem mandat, ut archidiaconos, decanos et alios suae diocesis ad suscipiendos ordines iuxta Lateranensis concilii sanctiones compellat. vi kal. Nov. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 777; Migne l. c. 722. — »Cum sit onus.« |
| » 27 | » | (2597) Eidem mandat, ut eos qui personatus ecclesiarum adepti sunt, cogat ad instituendos vicarios, qui personaliter deservire velint et possint. vi kal. Nov. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 778; Migne l. c. 723. — »Accepimus quod in.« |
| » 27 | » | (2598) Eidem mandat, ut clericos Wintoniensis diocesis, qui usuras aut lucrum turpe sectantur, adulteri sunt, publice tenent focarias aut alia committunt contra honestatem ordinis clericalis, per districtionem ecclesiasticam a sua praesumptione coercere studeat. vi kal. Nov. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 778; Migne l. c. 723; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 62. — »In corrigendis excessibus.« |
| » 27 | » | (2599) Eidem mandat, ut filios sacerdotum tenentes ecclesias, in quibus patres eorum proximo ministrarunt, ab ecclesiis illis amoveat. vi kal. Nov. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 778; Migne l. c. 724. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 27 | » | (2600) Eidem mandat, ut beneficiorum alternationem impediat. vi kal. Nov. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 779; Migne l. c. 724. — »Auribus nostris noveris.« |
| » 27 | » | (2601) (Willelmo) Londoniensi et (Maugerio) Wigorniensi episcopis, et decano Cicestrensi mandat, ut, si quid in episcopatu Wintoniensi post decessum G(odefridi) Wintoniensis episcopi innovatum fuerit in episcopalis praeiudicium dignitatis, ad statum debitum id reducant. vi kal. Nov. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 779; Migne l. c. 724. — »Cum ex officio.« |
| » 31 | » | (2602) (Guillelmo) archiepiscopo, (Adamo) decano et ... archidiacono Bituricensibus mandat, ut si (Helias) archiepiscopus Burdegalensis cedere noluerit regimini pastorali, ipsi eundem amoveant et iniungant capitulo, ut personam aliam idoneam in pastorem eligant. ii kal. Nov. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 779; I-i Opp. ed. Migne II. 725; Bouquet Rec. XIX. 479; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 59. — »Expectans expectavit diutius.« |
| Nov. 4 | Romae ap. S. Petrum | * (2603) Abbatissam sororesque monasterii s. Bartholomaei in Trebnitz sub b. Petri et sua protectione suscipit. ii non. Nov. (a° 8°). ‖ Grünhagen Regest. I. 72. n° 100. |
| » 5 | (») | (2604) B(ernoni?) archidiacono Viennensi subdiacono suo ad regimen Vivariensis ecclesiae electo concedit, ut ecclesiasticos redditus universos, quos habeat, praeter archidiaconatum ecclesiae Viennensis per triennium retineat. Non. Nov. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 781; I-i Opp. ed. Migne II. 727. — »Apostolicae sedis benignitas.« |
| » 5 | » | (2605) Priorem et fratres hospitalis Ierusalem in Bohemia constitutos et possessiones quae in Bohemia et Moravia eis pia sunt liberalitate collatae, sub b. Petri et sua protectione suscipit. Non. Novb. a° 8°. ‖ Boczek Cod. dipl. Moraviae II. 35; I-i Opp. ed. Migne IV. 149. n° 104; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 224. n° 491. — »Cum a nobis.« |
| » 8 | » | (2606) Heinrico abbate fratribusque postulantibus monasterii in Walkenredde patrocinium suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima verbis exhibet, iura ac privilegia confirmat. vi id. Nov. indict. VIII(!). incarn. dom. a° 1205. pont. a° 8°. ‖ Leuckfeld Antiquitt. Walckenred. 340; Lünig (Deutsch. Reichsarch. XVIII.) Spicil. eccl. III. 844; Eckstorm Chron. Walckenrid. 69; UB. für Niedersachsen II. 47. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 12 | Romae (ap. R. Petrum) | (2607) (Guillelmo) archiepiscopo Bituricensi concedit, ut servos suos et ecclesiae suae clericos a violenta manuum iniectione absolvat. ii id. Nov. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 780; I-i Opp. ed. Migne II. 726. — »Consideratis circumstantiis temporum.« |
| » 19 | » | (2608) T(homae) patriarchae Constantinopolitano mandat, ut A. electum S. Andreae de Patras consecrationis munere ac honore pallii insignire non differat. xiii kal. Dec. a° 8°. ‖ Gesta Innoc. III. § 103; Bréquigny l. c. II. n. 781; I-i Opp. ed. Migne II. 727; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. 1 (Font. rer. Aust. XIII. 1). — »Inter quatuor animalia.« |
| » 21 | Romae ap. S. Petrum | (2609) (Gilberto) Roffensi et (Guillelmo) Londoniensi episcopis et priori S. Albani Londoniens. dioc. mandat, iudicent inter abbatem S. Augustini et archidiaconum Cantuarienses de ecclesia in Faversham litigantes. xi kal. Dec. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 783; I-i Opp. ed. Migne II. 729; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 9 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 510; *fragm. int.* Decr. Greg. lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 51 ap. Boehmer Corp. II. 397, *ubi* a° 1213 *tribuitur;* ap. Richter Corp. II. 413. — »Bonae memoriae O.« |
| » 24 | » | (2610) Eisdem mandat, ut archidiaconum Cantuariensem ad restaurationem cuiusdam altaris, quod in ecclesia de Faversham demoliri fecerat, compellant. viii kal. Dec. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 786; I-i Opp. ed. Migne II. 733. — »Cum olim tibi.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1205.** |
| Nov. 25 | Romae ap. S. Petrum | (2611) (Ugoni) Ferrariensi episcopo, et abbati de Columba, et archidiacono Veronensi mandat, ut fratribus et sororibus monasterii apud Castanasium certam regulam statuant. vii kal. Dec. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 787; I-i Opp. ed. Migne II. 735; *fragm.* ap. Manrique Ann. Cisterc. III. 454 ad a. 1205 c. 7 § 1. — »Cum olim dilecto.« |
| » 27 | Romae (ap. S. Petrum) | (2612) (Iohanni?) Florentino episcopo mandat, ut canonicos in causa, quae inter (Ildebrandum) episcopum et capitulum Volterranos vertatur, testes recipiat. v kal. Dec. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 786; I-i Opp. ed. Migne II. 734. — »Ex literis tuae.« |
| » 30 | » | (2613) Abbati et conventui S. Petri de Cultura Cenomanensibus significat, se concessiones pensionum et promissiones beneficiorum non vacantium a R. quondam abbate monasterii istius contra Lateranensis concilii statuta attentatas decernere irritas et inanes. ii kal. Dec. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 790; I-i Opp. ed. Migne II. 740. — »Si iuxta praeceptum.« |
| Dec. 1 | Romae ap. S. Petrum | (2614) Alexandro abbati et fratribus monasterii ss. Apostolorum Montis Cornelii in Leodio ecclesiam b. Nicolai super pontem Leodii, ecclesiam s. Bavonis in Loverval, ecclesiam s. Lamberti in Bofoet ..., curiam et omnes possessiones quas habent in Villari Episcopi *etc.* confirmat. Kal. Dec. a° 8°. ‖ Miraei Opp. dipl. IV. 30. — »Solet annuere sedes.« |
| » 5 | » | (2615) Bonaccursio praeposito S. Ginesii (Lucanae diocesis) eiusque fratribus petentibus vitae canonicae ordinem, quem sunt professi, firmat eorumque ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut quascunque possessiones ac bona eadem ecclesia canonice possidet, illibata permaneant. Non. Dec. indict. VIII(!). incarn. dom. a. 1205. pont. a° 8°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 425; I-i Opp. ed. Migne IV. 149. n° 105. — »Piae postulatio voluntatis.« |
| » 5 | (») | (2616) (Lutoldo) Basiliensi episcopo et (Eberhardo) abbati de Salem praecipit, ut ad monasterium Augiense accedentes personam idoneam in abbatem eligi procurent. Non. Dec. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 789; I-i Opp. ed. Migne II. 738. — »Cum a quibusdam.« |
| » 7 | Romae (ap. S. Petrum) | (2617) Compositionem inter C(ynthium) presbyterum cardinalem et clericos S. Laurentii in Lucina ex una parte et G(regorium) tit. S. Vitalis presb. cardinalem rectorem ecclesiae s. Apollinaris et clericos eius ex altera super scrutinio et baptismo in ecclesiis s. Mariae de Posterula, s. Blasii et s. Cosmae de Monte Granatorum factam confirmat. vii id. Dec. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 790; I-i Opp. ed. Migne II. 739. — »Petentibus vobis restitutionem.« |
| » 8 | Romae ap. S. Petrum | (2618) Universis suffraganeis Cantuariensis ecclesiae mandat, ut Cantuariensem ecclesiam matrem suam non indebite molestent. vi id. Decb. a° 8°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 212; Wilkins Concil. I. 512. — »Cum tempore legis.« |
| 9 | » | (2619) R(ofredo) tit. SS. Marcellini et Petri presbytero cardinali Casinensi abbati concedit, ut alienationes possessionum et bonorum, quas in sui monasterii dispendium noverit attemptatas, legitime revocare ei liceat. v id. Dec. a° 8°. ‖ Tosti Monte-Cassino II. 284; I-i Opp. ed. Migne IV. 152. — »Quanto monasterium Casinense.« |
| » 11 | » | (2620) (Iohanni) S. Albani Lincolniensis et ... de Radinges Saresberiensis diocesium abbatibus et decano S. Pauli Londoniensis mandat, ut testes in causa (Reginaldi) electi Cantuariensis audiant. iii id. Dec. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 791; I-i Opp. ed. Migne II. 740. — »Cum dilecti filii.« |
| » 12 | » | (2621) (Iohanni?) episcopo Florentino respondet, eum quibusdam Florentinis nobilibus et potentibus, promptis ad servitium et devotis tempore schismatis, quibus b. m. Iulius Florentinus episcopus quatuor modios terrae in feudum concessit, hoc feudum integrare posse, cum terra illa nomine quatuor modiorum ipsis fuerit assignata. ii id. Dec. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 792; I-i Opp. ed. Migne II. 742; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 18 *de donat.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 531; *valde mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 24 *de donat.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 494; ap. Richter Corp. II. 514. — »Per tuas nobis.« |
| » 12 | Romae (ap. S. Petrum) | (2622) (Guillelmo) Londinensi et (Eustachio) Eliensi episcopis et (Samsoni) abbati S. Edmundi Norwicens. dioc. mandat, ut in causa, quae inter archidiaconum Cantuariensem ex una et abbatem monachosque S. Augustini Cantuariensis ex altera parte super possessione custodiae ecclesiae de Midelton vertatur, testes audiant. ii id. Dec. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 793; I-i Opp. ed. Migne II. 743; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 12 *de testib. et attest.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 488; *valde mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de testib.* c. 32 ap. Boehmer l. c. 302, *ubi refertur ad* a. 1209; ap. Richter l. c. 315. — »In nostra praesentia.« |
| » 13 | Romae ap. S. Petrum | (2623) Rainerio thesaurario Nimocensi (Nimociensi *MasL.*) thesaurariam Nimocensis ecclesiae ei a b. mem. A. archiepiscopo Nicosiensi collatam confirmat. Id. Dec. a° 8°. Bréquigny l. c. II. n. 803; I-i Opp. ed. Migne II. 756; MasLatrie Hist. de Chypre II. 33. — »Solet annuere sedes.« |
| » 16 | » | (2624) (Guillelmo) episcopo et (Rogero) decano Lincolniensibus mandat, concedant G(aufrido) filio Petri iustitiario Angliae et crucesignato, ut per tres annos ad (Iohannis) |

**1205.**

regis obsequium et praesidium filiorum in Anglia remaneat. xvii kal. Ianr. a° 8°. || Bréquigny Dipl. II. n. 794; I-i Opp. ed. Migne II. 745. — »Significavit nobis dilectus.«

Dec. 16 | Romae | (2625) Abbati Vallis Umbrosae et magistro Gualando subdiacono suo canonico Pisano mandat, ut, vocatis episcopo et capitulo Fesulanis, potestate consulibus et consiliariis Florentinis, locum idoneum in ipsa diocesi ad translationem Fesulanae sedis investigent. xvii kal. Ianr. a° 8°. || Bréquigny l. c. II. n. 795; I-i Opp. ed. Migne II. 746. — »Cum super translatione.«

» 23 | Romae ap. S. Petrum | (2627) (Iohannem) regem Angliae hortatur, ne abbatissam et conventum S. Trinitatis de Cadomo a comite Alberico in ius ad laicos iudices vocari patiatur. x kal. Ianr. a° 8°. || Bréquigny l. c. II. n. 795; I-i Opp. ed. Migne II. 747; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 61. — »Oblata nobis dilectarum.«

» 23 | » | (2628) Vindocinensis monasterii protectionem suscipit, eius possessiones ac bona confirmat. x kal. Ianr. a° 8°. || Bréquigny l. c. II. n. 796; I-i Opp. ed. Migne II. 747; *cf.* Raynald. l. c. 1205 § 68. — »Quamvis universis ecclesiis.«

» 23 | » | (2629) Scabinis et universo populo Coloniensi libertates et immunitates antiquas et rationabiles consuetudines confirmat. x kal. Ianr. a° 8°. || Bréquigny l. c. 801; Migne l. c. 754; Ennen Quellen II. 20. n° 16. — »Solet annuere sedes.«

( » 23?) | ( » ) | * (2630) Capitulo et clero Coloniensi praecipit, ut (Adolphum) depositum archiepiscopum tanquam excommunicatum omnino vitent, et (Brunoni) electo tamquam praelato suo debitam obedientiam impendant, eisque significat, se Brunoni pallium destinare. *Sine nota chronol.* || Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 47; Bréquigny l. c. 801; Migne l. c. 754.

» 23 | » | (2631) (Brunoni) electo Coloniensi concedit, ut, si Coloniensis ecclesiae suffraganei requisiti vel nequiverint vel noluerint ad eum consecrandum venire, se ab aliis episcopis quibuscumque faciat in archiepiscopum consecrari. x kal. Ianr. a° 8°. || Bréquigny l. c. 801; Migne l. c. 755. — »Devotioni tuae praesentium.«

» 23 resp. 24 | » | (2632) (Brunoni) electo Coloniensi concedit, ut, cum propter bellorum ingruentium tempestates ecclesia Coloniensis gravia damna et rerum iacturam incurrerit, omnes redditus et ecclesiastica beneficia, quae prius habebat, per biennium in sua manu detineat et proventus eorum in usus suos et ecclesiae convertat. ix (x *Enn.*) kal. Ianr. a° 8°. || Bréquigny l. c. II. n. 800; I-i Opp. ed. Migne II. 753; Ennen Quellen II. 19. n° 15; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 47. — »Solet annuere sedes (fides« *Enn.*).

» 24 | » | (2633) Scolastico S. Gereonis, S. Laurentii et S. Brigidae (S. Gereonis et S. Laurentii *male Böhmer*) plebanis Coloniensibus mandat, ut maiorem praepositum Coloniensem Engelbertum, qui »curias, de quarum proventibus omnes canonici consueverant sustentari, spoliavit bonis omnibus praedo factus ... ita quod canonici servientes in ea (*i. e.* ecclesia Coloniensi) non habent unde valeant sustentari,« nisi commonitus infra mensem Deo et ecclesiae satisfecerit de iniuriis irrogatis et ablata cum integritate reddiderit, a praepositurae administratione suspensum excommunicationis sententia percellant. ix (viii *male Ficker, Ennen*) kal. Ianr. a° 8°. | Innoc. Ep. Ms. lat. Oct. 50. bibl. regiae Berolin. n° 17; Ficker Engelbert d. Heilige 310; Ennen Quellen II. 20. n° 17; *cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 312. n° 207. — »Gravem ad nos.«

» 28 | » | (2634) (Lothario) episcopo Vercellensi mandat, ut matrimonium inter Opizonem Lancaveclam et Rufinam filiam R. militis Alexandrini solvat, si stabiliverit, dictum Opizonem continuo furore laborare. v kal. Ianr. a° 8°. || Bréquigny Dipl. II. n. 798; I-i Opp. ed. Migne II. 751; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 4 *de sponsal.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 558; *valde mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 1 *de sponsal.* c. 24 ap. Boehmer Corp. II. 634, *ubi tribuitur* a° 1212; ap. Richter Corp. II. 645. — »Dilectus filius R.«

( » 23-29) | ( » ) | * (2635) Universis praelatis per Angliam mandat, ut Petri denarium, qui cum fide quidem colligebatur in Anglia, sed ministrorum dolo non integer ad Romanum pontificem perveniebat, annis singulis exigendum sibique sine ulla fraude deferendum curent. *Sine nota chronol.* || Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 62; Bréquigny l. c. II. n. 802; I-i Opp. ed. Migne II. 754.

» 29 | Romae (ap. S. Petrum) | (2636) Petro Wintoniensi episcopo interdicit, ne inconsulto Romano pontifice excommunicationis sententiam promulgare audeat. iv kal. Ianr. a° 8°. || Bréquigny l. c. II. n. 802; I-i Opp. ed. Migne II. 754. — »Cum per manus.«

» 29 | (Romae ap. S. Petrum) | (2637) (Alberto) Hierosolymitano patriarchae significat, se concedere universis clericis, qui cum eo duxerint transmeandum, ut fructum praebendarum suarum usque ad triennium percipiant. iv kal. Ianr. (*num potius legendum* Iul.?) a° 8°. || Bréquigny l. c. II. n. 739; I-i Opp. ed. Migne II. 670. — »Si ad remotas.«

» 29 | ( » ) | (2638) Eidem concedit, ut universis quos zelus fidei christianae ad partes ultramarinas adduxerit, absolutionis beneficium impertiri possit, quocumque modo vel a quocumque fuerint excommunicati. iv kal. Ianr. (*num potius legendum* Iul.?) a° 8°. || Bréquigny l. c.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1205.** |
| | | II. n. 738; I-i Opp. ed. Migne II. 670; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1205 § 37. — »Cum apostolicae sedis.« |
| Dec. 29 | Romae ap. S. Petrum | (2639) Eidem dispensationem visitandi limina ss. Apostolorum etiam per nuntios concedit. IV kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 799; I-i Opp. ed. Migne II. 751. — »Ex speciali quam.« |
| » 29 | » | (2640) Eidem concedit, ut tempus quadriennii legationis suae computetur a die, quo ecclesia ipsi commissa eum receperit. IV kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 799; Migne l. c. 752. — »Quoniam de voluntate.« |
| » 29 | » | (2641) Eidem concedit, ut in quacunque provincia pallio uti possit. IV kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 799; Migne l. c. 752. — »Licet per certas.« |
| » 29 | (») | (2642) Eidem quadringentos obulos aureos in expensarum suarum necessitatibus convertendos et viginti quatuor marcas argenti in subsidium Terrae sanctae destinat. IV kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 800; Migne l. c. 753. — »In laboribus viae.« |
| » 30 | » | (2643) Eidem concedit, ut, si qui excommunicati eius comitatui se iniunxerint habentes desiderium transfretandi cum ipso in subsidium Terrae sanctae, eos ab excommunicationis vinculo absolvat. III kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 800; I-i Opp. ed. Migne II. 752; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1205 § 27. — »Praesentium tibi auctoritate.« |
| » 30 | Romae (ap. S. Petrum) | (2644) Cantori et Sigiberto et M. de S. Quintino canonicis Noviomensibus mandat, ut A. de Maisnilio militi, propter interfectionem A. clerici Noviomensis erranter ab H(ugone) decano Noviomensi excommunicato, purgationem cum quinta manu suorum parium indicant, quod illud facinus nec ipse commisit nec committi mandavit. III kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 804; I-i Opp. ed. Migne II. 756. — »Exhibitae nobis dilectorum.« |
| » 30 | Romae ap. S. Petrum | (2645) (Bartholomaeo) archiepiscopo et B. cellerario Turonensibus causam inter I. de Meduano et E. mulierem eius nobiles super hereditate sua vertentem committit. III kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 802; I-i Opp. ed. Migne II. 755; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 2 *de foro compet.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 474; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 2 *de foro comp.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 231, *adscripta* a° 1210; ap. Richter Corp. II. 243. — »Ex tenore litterarum.« |
| » 31 | Romae (ap. S. Petrum) | (2646) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint significat, electionem (Ricardi) decani Saresberiensis ob defectum electionis, non ob defectum personae irritari. II kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 807; I-i Opp. ed. Migne II. 761; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1206 § 33. — »Ad nostram noveritis.« |
| | — | Iudici Calaritano. *Sine nota chronol.* ‖ Cod. dipl. Sardin. I. 304. n° 3, *vid.* 1203. Sept. 15. n° 1997. |
| | — | (Ricco) archiepiscopo Calaritano. *Sine nota chronol.* ‖ Cod. dipl. Sardin. I. 305. n° 4, *vid.* 1206. Mart. I. n° 2698. |
| | | **1206.** |
| Ianr. 10 resp. 11 | Romae ap. S. Petrum | (2647) Archipresbytero et canonicis S. Petri ea, quae ad officia divina rite persolvenda et ad confovendam canonicam disciplinam ipsi in praesentia papae instituerant, confirmat eorumque observantiam ipsis inculcat. III (IV *Bull. Vat.*) id. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 806; I-i Opp. ed. Migne II. 760; Bullar. Vatic. I. 87; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1206 § 42. — »Ea quae de.« |
| » 11 | Romae (ap. S. Petrum) | (2648) (Wolfgero) patriarchae Aquilegensi mandat, ut ecclesiam Tridentinam in pastoris absentia contra comitem Tyrolensem custodiat et tueatur. III id. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 805; I-i Opp. ed. Migne II. 758; *cf.* Raynald. l. c. a. 1206 § 38. — »Ex parte tua.« |
| » 11 | (Romae ap. S. Petrum) | (2649) Eidem licentiam concedit uniendi episcopatum Aemonensem Iustinopolitano episcopatui. III id. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 805; Migne l. c. 758; Theiner Vet. mon. Slavor. I. 43. n° 67; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1206, *sed male* IV id. Ianr.; *cf.* Raynald. l. c. § 38. — »Ex parte tua.« |
| » 12 | » | (2650) (Swercherum) regem Suethiae hortatur, ne clericos ob quamcunque causam ad iudicium saeculare pertrahi patiatur. II id. Ianr. a° 8°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 154. n° 127; *cf.* Celse Appar. 50. n° 9. — »Non absque cordis.« |
| » 12 | (») | (2651) (Andreae) Lundensi (Lugdunensi *Collect. III., Decr. Greg.*) archiepiscopo respondet ad matrimonialem quaestionem, matrimonium, ex quo illud inter personas legitimas per verba de praesenti contrahatur, illis viventibus in nullo casu dissolvi posse. II (VI *male Richt.*) id. Ianr. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 816; I-i Opp. ed. Migne II. 773; Liljegren l. c. I. 151. n° 123; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 25 *de convers. coni.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 540; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 32 *de convers. coni.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 545, *ubi refertur ad* a. 1204; ap. Richter Corp. II. 562. *Cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 80 (*ubi* a° 1205 *adscribitur*); Porthan Bullar. access. 2. n° 4. — »Ex parte tua.« |

**1206.**

Ianr. 13 (Romae a. S. Petrum) (2652) Eidem contra paganos (in orientalibus maris Baltici regionibus) profecturo concedit, ut in civitate, quam ad cultum fidei catholicae redegerit, catholicum possit ordinare episcopum. Id. Ianr. aº 8º. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 817; I-i Opp. ed. Migne II. 775; Liljegren Svenskt dipl. I. 152. nº 124. *Cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 81, *ubi bulla ad a.* 1205 *refertur;* Porthan l. c. nº 5. — »Cum de christianis.«

» 13 » (2653) Eidem Lundensi (Londonensi *Collect. III.*, Lugdunensi *Decr. Greg.*) archiepiscopo mandat, ut servos provinciae suae, qui propter iniectionem manuum in clericos violentam in canonem inciderint promulgatae sententiae, ad sedem apostolicam absolvendos mittat, nisi fecerint hoc in fraudem, ut se obsequio dominorum subtrahant. Id. Ianr. aº 8º. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 847; I-i Opp. ed. Migne II. 816; Liljegren l. c. I. 154. nº 128; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 21 *de sentent. exc.* c. 11 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 595; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. exc.* c. 37 ap. Boehmer Corp. II. 856, *ubi relata ad* a. 1205; ap. Richter Corp. II. 869; *cf.* Porthan l. c. 3. nº 8. — »Relatum est nobis.«

» 13 » (2654) Magistro G(uidoni) decano Suessionensi, cantori Remensi et Silvanectensi succentori mandat, ut (Ansellum) Meldensem episcopum in possessionem obedientiae monasterii Resbacensis restituant, sed, nisi contra libertatem privilegii infra sex menses, postquam fuerit restitutus, idem aliquid rationabile obiecerit, eidem super subiectione ipsius monasterii perpetuum silentium imponant. Id. Ianr. aº 8º. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 808; I-i Opp. ed. Migne II. 762; *valde mutila* ap. Du Plessis Hist. de Meaux II. 94. nº 212. — »Cum dilecti filii.«

» 13 » • (2655) Abbati et conventui monasterii de Viktring bona, quae Leupoldus miles ad sustentationem pauperum donavit, auctoritate apostolica confirmat. Id. Ianr. aº 8º. ‖ v. Ankershofen Urk.-Reg. *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XIV. 129. — »Solet annuere sedes.«

( » 13) Romae (ap. S. Petrum) (2656) (Iohanni) episcopo Brixiensi respondet ad quaestiones diversas, 1) utrum is, qui cum sorore legitimae coniugis fornicatur, cum uxore possit postmodum commorari, an propter hoc debeat matrimonium separari *etc. Sine signo chronol.* ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 810; I-i Opp. ed. Migne II. 765; *fere tota sed in partes divisa in* Collect. III. decret. lib. 4. tit. 10 *de cons. et aff.* c. 3 (Episcopo Briensi *inscripta*), lib. 2. tit. 4 *ut lite non cont.* c. 3, lib. 3. tit. 4 *de praebend.* c. 7, lib. 1. tit. 22 *de procurat.* c. 2 (Episcopo Britiensi *inscripta*), lib. 4. tit. 1 *de sponsal.* c. 5 (Ep. Briciensi *inscripta*) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 563, 476, 517, 468, 558; *fere tota sed in partes divisa int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 13 *de eo qui cogn.* c. 10 (Episcopo Strigonensi *inscripta*), lib. 2. tit. 6 *ut lite non contest.* c. 3, lib. 3. tit. 5 *de praebend.* c. 20, lib. 1. tit. 38 *de procurat.* c. 5 *et* lib. 4. tit. 1 *de sponsal.* c. 25 ap. Boehmer Corp. II. 665, 239 (*ad* a. 1210), 438 (*ad* a. 1207), 196 (*ad* a. 1208), 634 (*ad* a. 1206); ap. Richter Corp. II. 674, 251, 456, 206, 645. — »Tuae fraternitatis devotio.«

( » ) ( » ) (2657) Clero et populo per Firmanam diocesim constitutis mandat, ut (Adenulpho?) Firmano electo in spiritualibus et temporalibus obedientiam impendant. *Sine nota chronol.* ‖ Bréquigny l. c. 811; Migne l. c. 767; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1206 § 38. — »Licet pontificalis auctoritas.«

( » ) ( » ) (2658) (Adenulpho?) Firmano electo eiusque successoribus canonice substituendis aliquot privilegia in temporalibus largitur. *Sine nota chronol.* ‖ Bréquigny l. c. 812; Migne l. c. 767; *cf.* Raynald. l. c. § 38. — »Etsi universis ecclesiis.«

» 13 — Magistro G. decano Suessionensi, cantori Remensi *etc.* »Id. Ianr. aº 8«, *vid.* nº 2372.

» 14 ( » ) (2659) Ric(ardo) decano Sarisberiensi dispensationem concedit, ut defectus natalium ei de cetero circa spirituales actus et ecclesiastica officia non obsistat in beneficiis et dignitatibus. XIX kal. Febr. aº 8º. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 806; I-i Opp. ed. Migne II. 759. — »Qui generalem gerit.«

» 18 » (2660) Controversiam inter (Adamum) abbatem fratresque Eveshamensis coenobii et (Maugerium) episcopum Wigorniensem de istius monasterii subiectione ac libertate vertentem definit. XV kal. Febr. aº 8º. ‖ Chron. abbatiae de Evesham 179; Bréquigny l. c. II. n. 823; I-i Opp. ed. Migne II. 784; *magnam partem in* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 16 *de privil.* c. 7 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 588; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *de privil.* c. 17 ap. Boehmer Corp. II. 816; ap. Richter Corp. II. 826. — »Ex ore sedentis.«

» 18 » (2661) (Valerio) Upsalensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ne clericos ob quamcunque causam ad iudicium saeculare pertrahi patiantur; praesumptores huiusmodi ut desistant per censuram ecclesiasticam compellant. XV kal. Febr. aº 8º. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 155. nº 129. — »Non absque cordis.«

» 18 ( » ) (2662) (Andreae) Lundensi archiepiscopo concedit, ut suae provinciae officium visitationis impendat, corrigens quae corrigenda cognoverit, procurationes accipiat moderatas, et beneficia, quae longo tempore in ecclesiis eiusdem provinciae vacare contigerit, idoneis personis assignet. XV kal. Febr. (aº 8º). ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 816; I-i Opp. ed. Migne II. 773; Liljegren l. c. 155. nº 130; *cf.* Porthan Bullar. access. 3. nº 9. — »Quia seculo senescente.«

**1206.**

Ianr. 18 (Romae ap S. Petrum) (2663) Eidem mandat, ut, cum universitas capituli generalis monachorum ordinis nigri in regno Daciae abbatem monasterii Omnium Sanctorum Lundensis sibi praefecerint in rectorem, haec institutio usque ad quadriennium observetur. xv kal. Febr. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 817; Liljegren Svenskt dipl. I. 152. n° 125; I-i Opp. ed. Migne II. 775; *cf.* Porthan Bullar. access. 2. n° 6. — »Gratum gerimus et.«

» 19 (») (2664) Eidem institutiones quasdam ab ipso ad propagandum decorem ecclesiasticae honestatis factas confirmat. xiv kal. Febr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 817; I-i Opp. ed. Migne II. 774; Liljegren l. c. I. 153. n° 126; *cf.* Porthan l. c. n° 7. — »Benedictus Deus a.«

» 20 (») (2665) (Waldemarum) regem Daniae hortatur ad clementiam erga Waldemarum Slevicensem episcopum et rogat, ut idem securo conductu valeat deduci ad (Andream) Hungarorum regem, et deinde promittit, se eius regni quieti consulturum. xiii kal. Febr. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. a. 1206 § 22. 23; Bréquigny l. c. II. II. 814; I-i Opp. ed. Migne II. 771; *cf.* Suhm Hist. af Danm. IX. 80 *et* Kallius ibid. 739, *ubi hae litterae ad* a. 1205 *referuntur.* — »Gratias agimus gratiarum.«

» 21 » (2666) Monasterii Loci Dei Ripens. dioc. patrocinium suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum ibidem semper observetur, omnesque eius possessiones ac bona, iura et privilegia confirmat. xii kal. Febr. indict. VII. (!) incarn. dom. a° 1205. pont. a° 8°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VIII. 182; I-i Opp. ed. Migne IV. 134. n° 92. — »Religiosam vitam eligentibus.«

( » 21) (») (2667) Abbati et conventui eiusdem monasterii de Loco Dei indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, a personis liberis in eorum coenobio professionem facientibus petere recipere ac retinere libere possint. *Sine signo chronol., sed cum nota* »Ut supra«. ‖ Langebek l. c. VIII. 189; I-i Opp. ed. Migne IV. 276. n° 238; *cf.* Suhm Hist. af Danmark VIII. 438, 709. — »Devotionis vestre supplicationibus.«

» 26 (») (2668) (Maugerio) Wigorniensi episcopo respondet, sufficere sacerdoti semel in die unam Missam celebrare, excepto die Nativitatis dominicae. vii kal. Febr. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 821; I-i Opp. ed. Migne II. 781; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 33 *de celebr. miss.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 548; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 41 *de celebr. m.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 597, *ubi refertur ad* a. 1212; ap. Richter Corp. II. 611. — »Consuluisti nos utrum.«

» 27 (») (2669) Abbati de Bardeslera (Bordellia *Coll. III., Decr. Greg.*), priori S. Sepulchri et decano Warvich Wigorniensis dioc. mandat, ut in causa, quae inter R. rectorem ecclesiae s. Aldati ab una et Thomam rectorem capellae s. Iohannis de Glovernia ab altera parte de iure parochiali vertebatur, procedant, nisi actor fuerit effectus familiaris iudicis. vi kal. Febr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 818; I-i Opp. ed. Migne II. 776; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 18 *de off. iud. del.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 460; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 29 *de off. iud. del.* c. 25 ap. Boehmer Corp. II. 151, *ubi tribuitur* a° 1204; ap. Richter Corp. II. 164. — »Insinuante dilecto filio.«

» 28 » (2670) (Petro) decano S. Thomae Crispiacensis Silvanectens. dioc., Germendo (Gerindo de Crech *Bréq.*, Germundo *Du Pl.*) canonico Suessionensi et magistro Girardo de S. Dionysio canonico Noviomensi scribit de lite inter (Ansellum) Meldensem episcopum et (Agnetem) abbatissam Iotrensem ac eis mandat, ut episcopum restituant in iure suo super Iotrense monasterium; si vero infra mensem post restitutionem super petitorio non respondeat, abbatissa in possessionem libertatis reducatur. v kal. Febr. a° 8°. ‖ Innoc. Ep. ed. Baluze II. 292; Opp. ed. Migne II. 781 *et* 1603; Bréquigny l. c. II. II. 822; Du Plessis Hist. de Meaux II. 96. n° 215. — »Olim inter procuratores.«

» 28 (») (2671) Toletano archiepiscopo et episcopo Zamorensi praecipit, compellant (Alfonsum) regem Castellae, ut fratribus hospitalis Hierosolymitani in Hispania constitutis duo castra et tres villas eis violenter ablata restituat. v kal. Febr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. 823; I-i Opp. ed. Migne II. 782: *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1206 § 34. — »Ad nostram noveritis.«

» 29 (») (2672) (Lothario) Vercellensi episcopo, abbati de Tileto (Cilieto *Collect. III.*) et presbytero Alberto Mantuano (et — Mant. *om. Coll. et Decr. Gr.*) scribit, qualiter et quomodo procedere debeant adversus (Petrum) Novariensem et (Bernardum) Yporiensem episcopos. Agitur etiam de cessione episcoporum (Bonifacii) Astensis et (Adelardi) Veronensis. iv kal. Febr. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 819, *cf.* 872; I-i Opp. ed. Migne II. 777, *cf.* 848; *maxima pars, sed completior in* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 1 *de accusat.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 570 (*cf.* Collect. IV. lib. 5. tit. 1. c. 4 *ibid.* 672, *ubi fere eadem verba ex* Const. VIII conc. Lateran.); *in duas partes divisa int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 1 *de accus.* c. 17 *et* lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 17 ap. Boehmer Corp. II. 701, 225; ap. Richter Corp. II. 710, 237; *fragmenta* ap. Ughelli Ital. sacra IV. 532 *et* 1497. — »Qualiter et quando.«

Febr. 1 » (2673) Fidelibus et populo Radicofanensibus concedit, ut consules eligant, sed nunquam absque pontificis vel castellani eius conniventia et assensu. Kal. Febr. a° 8°. ‖ Cocque-

**1206.**

lines Bullar. III. 112. nº 44; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 196; *absq. nota chronol.* Bréquigny Dipl. II. n. 832; I-i Opp. ed. Migne II. 795. — »Apostolicae sedis benignitas.«

Febr. 1 | Romae ap. S. Petrum | (2674) Priori S. Victoris Parisiensis, Symoni succentori Silvanectensi et magistro S. de Languet theologo Parisius commoranti mandat, ut in causa quae inter abbatem monachosque S. Dionysii ex una parte ac abbatissam monialesque de Footel (Fectel *Coll. III.*) ex altera tam de proprietate quam possessione prioratus de Argentolio vertatur, praefatos abbatem et monachos ad quartam productionem testium cum iuris solemnitate admittant et quod iustum sit iudicent. Kal. Febr. aº 8º. || Bréquigny l. c. II. n. 830; I-i Opp. ed. Migne II. 793; *magna pars et nonnisi* Priori S. Victoris *inscripta in* Collect. III. decr. lib. 2. tit. 12 *de testib. et attest.* c. 9 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 489; *pari modo sed mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de test. & att.* c. 36 ap. Boehmer Corp. II. 305, *tributa* aº 1210; ap. Richter Corp. II. 317. — »Significaverunt nobis per.«

» 1 | (») | (2675) Canonicis S. Petri de Curia Cenomanensis, quibus licitum fuerat in generali etiam interdicto pulsatis campanis alta voce, interdictis tamen et excommunicatis exclusis, divina officia celebrare, significat, se hanc consuetudinem irritare, sed ipsis ex benignitate concedere, ut, cum generale in civitate Cenomanensi fuerit interdictum, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, submissa voce divina officia celebrent. Kal. Febr. aº 8º. || Bréquigny l. c. II. n. 835; I-i Opp. ed. Migne II. 797. — »Cum causa quae.«

» 1 | (») | (2676) I(ohanni) S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut Iohannem regem Angliae a molestatione R(icardi) decani Sarisberiensis et aliorum tam clericorum quam laicorum revocet. Kal. Febr. aº 8º. || Bréquigny l. c. II. n. 829; I-i Opp. ed. Migne II. 792; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1206 § 33. — »Cum carissimo in.«

» 1 | (») | (2677) (Gilbertum) Roffensem episcopum senectute gravatum hortatur, ne laborem pastoralis regiminis recuset. Kal. Febr. aº 8º. || Bréquigny l. c. II. n. 828; I-i Opp. ed. Migne II. 790; *cf.* Raynald. l. c. a. 1206 § 33. — »Usque in senectam.«

» 2 | » | (2678) Priori S. Victoris Parisiensis, Symoni succentori Silvanectensi et magistro S. de Languet theologo Parisius commoranti mandat, ut inter abbatissam de Footel et abbatem S. Dionysii Parisiensis dioc. de possessione prioratus in Argentolio litigantes iudicium faciant. IV non. Febr. aº 8º. || Bréquigny l. c. II. n. 829; I-i Opp. ed. Migne II. 791. — »Dilectae in Christo.«

» 3 | (») | (2679) Decano et capitulo Cenomanensibus (Camerin. *Collect. III.*) significat, se canonicis S. Petri de Curia concedere, ut, cum generale in civitate Cenomanensi fuerit interdictum, eis licitum sit clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis submissa voce divina officia celebrare. III non. Febr. aº 8º. || Bréquigny l. c. II. n. 833; I-i Opp. ed. Migne II. 796; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 3 *de consuetud.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 429; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 4 *de consuet.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 30; ap. Richter Corp. II. 36. — »Cum inter vos.«

» 3 | » | (2680) Abbati et conventui de Holmcoltram Cisterc. ord. capellam de Kyrkewinwi in Galwychya, quam per 40 annos possident, ex concessione b. mem. Iocelini Glasguensis episcopi eis et eorum ecclesiae collatam confirmat. III non. Febr. aº 8º. || Dugdale Monast. Angl. V. 603, *ubi erranter* Innocentio V *tribuitur.* — »Sacrosancta ecclesia Romana.«

» 3 | (») | (2681) (Eustachio) Eliensi et (Gilberto) Roffensi (Floren. *Decr. Gr.*) episcopis et magistro B. canonico Londoniensi mandat, iudicent inter (Maugerium) episcopum Wigorniensem et (Adamum) Eveshamensem abbatem de ecclesiis in valle de Eveshamia constitutis litigantes. III non. Febr. aº 8º. || Chron. abbatiae de Evesham 191; Bréquigny Dipl. II. n. 826; I-i Opp. ed. Migne II. 788; *in duas partes divisa in* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 17 *de praescr.* c. 5 *et* lib. 1. tit. 24 *de rest. in integr.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 500, 469; *in eund. mod. int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 26 *de praescr.* c. 15 *et* lib. 1. tit. 41 *de in integr. rest.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 362, *relata ad* a. 1210, 204, *ad* a. 1208; ap. Richter Corp. II. 374, 216. — »Auditis et intellectis.«

» 7 | » | (2682) Philippum regem Francorum monet et hortatur, ut legatis sedis apostolicae assistat et poenas, quas haereticis iniunxerint, exequi faciat, aut ipse etiam in renuentes exequatur. VII id. Febr. (aº 8º). || Manrique Ann. Cisterc. III. 443. — »Ne populus Israel.«

» 7 resp. 8 | (») | (2683) (Eustachio) Eliensi, (Gilberto) Roffensi episcopis et magistro B. Londoniensi mandat, ut, si in causa (Maugerii) Wigorniensis episcopi et (Adami) Eveshamensis abbatis eis commissa falsi contigerit incidere quaestionem super privilegiis duorum regum Kenredi et Offae, quae proponat idem abbas habere, eam fine debito terminent. VII (VI *Chr. Ev.*) id. Febr. aº 8º. || Chron. de Evesham 193; Bréquigny Dipl. II. n. 827; I-i Opp. ed. Migne II. 789. — »Praesentium vobis auctoritate.«

» 11 | » | (2684) (Thoria) Nidrosiensi archiepiscopo petente inhibet, ne quis illos qui pro tempore fuerint in ecclesiis ei lege metropolitana subiectis electi, in episcopos consecrare absque eius mandato praesumat. III id. Febr. aº 8º. || Bréquigny l. c. II. n. 836; I-i Opp. ed. Migne II.

**1206.**

800; Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VII. I. 5. n° 5; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1206 § 26. — »Annuere solet sedes.«

Febr. 11 — Romae ap. S. Petrum — (2685) Eidem mandat, ut in censu b. Petri per suam provinciam colligendo diligens et fidelis existat. III id. Febr. a° 8°. ‖ Unger og Huitfeldt l. c. 6. n° 6. — »Onus volumus te.«

» 13 — » — (2686) Eidem constitutionem confirmat, qua Eugenius papa urbem Nidrosiensem perpetuam metropolim ordinaverat eique Asloensem, Amatripiensem, Bargensem, Stauangriensem, insulas Orcades, insulas Fareiae, Sutrhaiae, et Islandensem et Grenelandiae episcopatus subiacere constituerat; atque Thoriae pallium concedit. Id. Febr. indict. IX. incarnat. dom. a° 1205. pont. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 834; I-i Opp. ed. Migne II. 798; Unger og Huitfeldt l. c. 6. n° 7; *cf.* Raynald. l. c. a. 1206 § 26. — »Licet omnibus ligandi.«

» 17 — » — (2687) Brunoni archiepiscopo, maiori decano et magistro H. scholastico S. Gereonis Coloniensibus mandat, studeant, ut (Ottonem) Monasteriensem episcopum ad servandum iuramentum regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo exhibitum inducant; si ad commonitionem quod praemissum est adimplere forsan noluerit, eum ad id per districtionen ecclesiasticam compellant. XIII kal. Mart. a° 8°. ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 135 ed. Baluze I. 746; Opp. ed. Migne III. 1131; *fragm.* ap. Wilmans Westfäl. UB. III. 20. n° 36. *Cf.* Böhmer Reg. a. 1198—1254 p. 312. — »Cum inter cetera.«

* *In eundem modum* Eisdem contra (Gerhardum) Osnaburgensem episcopum.

» 17 — » — (2688) (Iohannem) regem Anglorum rogat attentius et monet, ut regi Ottoni nepoti suo super his, quae Richardus rex ei testamento legavit, non differat ulterius satisfactionem debitam exhibere, »ne per tuum defectum suus impediatur profectus.« XIII kal. Mart. a° 8°. ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 132 ed. Baluze I. 745; Opp. ed. Migne III. 1129; Scheid Origg. Guelf. III. 778; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 9. — »Cum carissimo in.«

* *Scriptum est super hoc* Heliensi, Dunelmensi et Wigorniensi episcopis. Monet eos, ut eundem regem ad hoc efficaciter inducant. Et si forte per exhortationes ad id induci nequiverit, eum per districtionem ecclesiasticam compellant. *Ibid. eod.*
*In eundem fere modum* Aliis episcopis et magnatibus regni Angliae. *Eodem ibid.*

( » 17) — » — (2689) Regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo nunciat, se (Iohannem) Cameracensem episcopum benigne recepisse et ea quae proposuerit diligenter notasse. Monet eum, ut nec adversitates ipsum frangant, nec suggestiones seducant, quo minus ad sublimationem suam prudenter intendat »ad quam nos intendimus diligenter«, ut ad suscipiendam coronam imperii possit feliciter pervenire. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 133 ed. Baluze I. 746; Opp. ed. Migne III. 1130; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1206 § 9. — »Venientem ad apostolicam.«

( » 17) — » — (2690) Eboracensi archiepiscopo mandat, ut regi Ottoni nepoti suo opem efficacem impendat et de suis non praetermittat tam hilariter quam liberaliter subvenire. *Sine signo chronol.* ‖ Innoc. Ep. *registr.* n° 134 ed. Baluze I. 746; Opp. ed. Migne III. 1131. — »Si eximia facta.«

» 18 — » — (2691) (Thoriae) Nidrosiensi archiepiscopo concedit »ut quia homines de partibus suis propter difficultatem et discrimen itineris pro iniectione manuum violenta in clericos ad sedem apostolicam nequeunt sine multo gravamine accedere absolvendi«, eos a vinculo excommunicationis sua vice absolvat. XII kal. Mart. a° 8°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 836; I-i Opp. ed. Migne II. 800; Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VII. I. 9. n° 8; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 26. — »Annuere solet sedes.«

» 19 resp. 21 — » — (2692) Bracharensi archiepiscopo respondet, »omnes apostolorum vigilias in observatione ieiunii celebrandas esse praeter vigilias ss. Philippi et Iacobi, et b. Iohannis evangelistae«, atque de aliis dubiis eum certum facit. IX (XI *Rayn.*) kal. Mart. a° 8°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 842; I-i Opp. ed. Migne II. 810; *in duas partes divisa in* Collect. III. decr. lib. 3. tit. 33 *de celebr. miss.* c. 2 *et* lib. 3. tit. 35 *de observ. ieiun.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 548 *et* 554; *eodem modo int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 41 *de cel. miss.* c. 4 *et* lib. 3. tit. 46 *de obs. iei.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 597 *et* 613, *relata ad* a. 1213; ap. Richter Corp. II. 611, 625; *fragm.* ap. Raynald. l. c. a. 1206 § 35. — »Consilium nostrum super.«

» 23 — » — (2693) Eidem respondet, percussionem clericorum in satisfactione iniuriae aliis illatae inhibendum esse, etiamsi mos patriae sit. VII kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 843; I-i Opp. ed. Migne II. 812; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 21 *de sent. excomm.* c. 10 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 595; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. exc.* c. 36 ap. Boehmer l. c. 856; ap. Richter l. c. 869. — »Contingit interdum in.«

» 25 — » — (2694) A(lberti) praepositi in archiepiscopum Magdeburgensem electi electionem confirmat eique mandat, ut talem in administratione Magdeburgensis ecclesiae se exhibere studeat, »quod gratiae nostrae plenitudinem merearis.« V kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 852; I-i Opp. ed. Migne II. 822; Geschichts-Blätter für Magdeburg IV. (1869.) 185; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 26. — »Venientibus nuper ad.«

**1206.**

Mart. 1 — Romae ap. S. Petrum — (2695) Maurianensi episcopo concedit, ut gageriam, quam de feudo ecclesiae suae apud Argentinam a Nantelmo de Miolano receperit, retinere possit. Kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 846; I-i Opp. ed. Migne II. 815; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 16 *de feud.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 530; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 20 *de feud.* c. 1 (*ubi* Episc. Mariensi *directa dicitur*) ap. Boehmer Corp. II. 485, *tributa* a° 1212; ap. Richter Corp. II. 506. — »Insinuatione tibi praesentium.«

» 1 — » — (2696) (Thoriae) Nidrosiensi archiepiscopo respondet, illos non habere baptismum, in quibus non solum aquam et sacerdotem, sed eorum alterum sint omissa. Kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 844; I-i Opp. ed. Migne II. 812; Lange Dipl. Norveg. VI. I. 14; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 34 *de baptismo* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 554; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 42 *de bapt.* c. 5 (*ubi* Episcopo Morosiensi *inscripta*) ap. Boehmer l. c. 609, *ad* a. 1205; ap. Richter l. c. 622. — »Non ut apponeres.«

» 1 — » — (2697) Eidem respondet de sacerdotibus, qui habitu laicali incedunt et arma capiunt. Kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 844; Migne l. c. 813; Lange l. c. 15. — »Nec tu nobis.«

» 1 — » — (2698) (Riccum) Calarritanum (Arelatensem *Decr. Greg.*) (archi)episcopum monet, ne cessionem suscepti ministerii quaerat; scribit ei, propter quas causas episcopus renuntiare et cedere episcopatum cogatur. Kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 837; I-i Opp. ed. Migne II. 801; *sine signo chronol.* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 8 *de renunt.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 450; *repet.* Cod. dipl. Sardin. I. 304. n° 4; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 9 *de renunt.* c. 10 ap. Boehmer l. c. 90; ap. Richter l. c. 103. — »Nisi cum pridem.«

( » 1) — (») — • (2699) Archiepiscopis Toletano et Compostellano mandat, ut controversias, quas Castellanus et Legionensis reges de quibusdam oppidis exercebant, componere studeant. *Sine nota chronol.* ‖ Bréquigny l. c. II. II. 842; I-i Opp. ed. Migne II. 810; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 34.

» 3 — » — (2700) Decano de Etton et priori de Aqua Bella Maurianens. dioc. (Decano de Ecceon et priori Belsoman. dioc. *Coll. IV.*) mandat, ut in causa Maurianensis episcopi contra T. et R. clericos Maurianensis diocesis procedant. v non. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 846; Gallia christ. XVI. instr. 303; I-i Opp. ed. Migne II. 815; Collect. IV. decret. lib. 1. tit. 12 *de off. iud. del.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 626. — »Constitutus in praesentia.«

» 4 — » — (2701) Monasterium de Vivofonte in Parmensi episcopatu situm Cisterc. ord. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim exhibet, iura ac privilegia ad exemplar Alexandri et Gregorii praedecessorum confirmat. IV non. (Mai., *sed legas, ut signa chronol. quadrent*) Mart. indict. VIII. incarn. dom. a° 1205. pont. a° 9°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 318. n° 23. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 4 — » — (2702) Consules et populum Pratenses laudat, quod haereticos violentos et impios ex suis finibus expulerunt, eosque hortatur, ut in fide catholica persistant. IV non. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 846; I-i Opp. ed. Migne II. 815; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 42. — »Quidam violenti et.« •

» 4 — » — (2703) (Bartholomaeo) archiepiscopo Turonensi mandat, ut tradat sepulturae ecclesiasticae corpus iuvenculae Nivethae, cum se non sponte praecipitaverit de ponte in amnem, sed fugiens manus illorum qui ipsam rapere nitebantur. IV non. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 847; I-i Opp. ed. Migne II. 816. n° 12; Coll. III. decret. lib. 3. tit. 21 *de sepult.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 535; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 28 *de sepult.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 514, *adscripta* a° 1190; ap. Richter Corp. II. 533. — »Ex parte parentum.«

» 5 — » — (2704) Potestatem et consilium Florentinos monet, ut haereticos iamdudum eorum civitatem ingressos evitent et ipsi in fide catholica persistant. III non. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 845; I-i Opp. ed. Migne II. 813; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 42. — »Quidam violenti et.«

» 8 — » — (2705) (Bartholomaeo) Turonensi archiepiscopo, magistro et fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia significat, se fundum de fonte Moron, petente Rogerio Palestensi, in proprietatem sedis apostolicae recepisse et domum ibidem constructam isti hospitali adiunxisse. VIII id. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 849; I-i Opp. ed. Migne II. 818; *cf.* Raynald. l. c. a. 1206 § 42. — »Solet annuere sedes.«

» 8 — » — (2706) Archiepiscopo et O. archidiacono Ianuensibus mandat, ut dotem faciant assignari Hugoni viro pauperi, cum dos ei credi possit, cui creditum sit corpus uxoris. VIII id. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 848; I-i Opp. ed. Migne II. 817; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 15 *de dote amitt.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 569; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 20 *de donat. int. vir. et uxor.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 694 (*tributa* a° 1204); ap. Richter Corp. II. 703. — »Per vestras nobis.«

**1206.**

(Mart. 8) (Romae ap. S. Petrum) • (2707) (Ecberto) episcopo Bambergensi terminum veniendi ad recipiendam absolutionem dat. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 848; I-i Opp. ed. Migne II. 818; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 13.

» 10 » (2708) (Heliae) abbati S. Columbae Senonensis concedit, ut de terris quae infra eius parochias redigantur noviter ad culturam, decimas exigat. VI (IX *male R.*) id. Mart. a° 9°. Bréquigny l. c. II. II. 849; I-i Opp. ed. Migne II. 819; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 23 *de decim.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 537; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 30 *de decim.* c. 27 ap. Boehmer Corp. II. 527 (*relata ad* a. 1210); ap. Richter Corp. II. 544. — »Ex parte tua.«

» 10 » (2709) Potestatem et consilium Faventinos hortatur, ut haereticos, qui vocantur Pauperes de Lugduno, etiam Patarenos vel alios cuiuscumque sectae schismaticos a civitate sua excludant. VI id. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 850; Migne l. c. 819; *cf.* Raynald. l. c. a. 1206 § 42. — »Iam derident ecclesiam.«

» 10 » (2710) S. Proculi et S. Stephani abbatibus Bononiensibus mandat, ut potestatem et consilium Faventinos ad excludendum haereticos qui vocantur Pauperes de Lugduno *etc.* a civitate sua per districtionem ecclesiasticam compescant. VI id. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 851; Migne l. c. 820; *cf.* Raynald. l. c. a. 1206 § 42. — »Iam derident ecclesiam.«

» 10 » (2711) (Valerio) archiepiscopo Upsalensi et eius suffraganeis praecipit, ut contra legislatores regni Sweciae publice denunciari curent, »quod omnes habeant liberam facultatem de bonis suis, cum egerint in extremis, ecclesiis atque pauperibus seu aliis intuitu pietatis beneficia conferendi.« Clericos quoque super ecclesiasticis rebus ad saeculare iudicium trahi non patiantur. VI id. Mart. a° 9°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 156. n° 131; *cf.* Celse Appar. 50. n° 11. — »Ex parte karissimi.«

» 12 » (2712) Compostellano archiepiscopo consulenti, utrum canonici regulares ad patrocinium in causis forensibus sint admittendi, respondet, idem esse iudicium in canonicis regularibus, quod in monachis. IV (*om. Richt.*) id. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 859; I-i Opp. ed. Migne II. 831; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 38 *ne cler. vel monachi* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 557; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 37 *de postul.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 194 (*ubi tribuitur* a° 1210); ap. Richter Corp. II. 203. — »Ex parte tua.«

» 12 » (2713) Eidem sententiam in causa votorum b. Iacobi, quae inter ecclesiam Compostellanam ex una parte, ac Templarios, Hospitalarios et fratres Militiae s. Iacobi ex parte altera vertebatur, latam confirmat. IV id. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 859; Migne l. c. 832. — »Cum a nobis.«

» 14 » (2714) (Thomae) priori et conventui Glastoniensibus concedit »ut, cum Bathoniensis ecclesia de praesule fuerit ordinata, si ostendere volueritis, quod ecclesiae vestrae nondum sit ad detrimentum vel praeiudicium evitandum plene provisum, ius vestrum apud sedem apostolicam prosequendi facultatem liberam habeatis; interim autem sub cura prioris idem monasterium libere gubernetur.« II id. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 856; I-i Opp. ed. Migne II. 827; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 9 *ne vacante sed.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 525 (*inscripta* Pr. et conv. Castomen.); *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 9 *ne vac. s.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 462 (*donata* a° 1210); ap. Richter Corp. II. 482. — »Novit ille qui.«

» 14 » (2715) (Iohanni?) Florentino episcopo mandat, ut commune civitatis Pisanae cogat vel per districtionem ecclesiasticam compescat, ne W. marchioni Massae Calaritano iudici quasdam rationes et iura in Sardinia, quae ad Romanam spectent ecclesiam, eiusdem ecclesiae nomine possidenti auferre praesumant. II id. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 851; I-i Opp. ed. Migne II. 821; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 36. — »Si quantum in.«

• Archiepiscopo Pisano *de eodem argumento.*

» 15 » (2716) Scholastico S. Gereonis, S. Laurentii et S. Brigidae plebanis scribit: »Olim vobis dedimus in mandatis, ut nobiles viros comitem terrae Iuliae, Hostaden, de Monte, de Altena, de Gelria et eorum complices, qui non solum Coloniensis ecclesiae capitulum quorundam fructibus praediorum, verum etiam ipsis praediis spoliarunt, ad restitutionem cogatis.« Nunc mandat eis, ut huius mandati apostolici contemptores taliter puniant, ut de cetero poena docente mandatum apostolicum non contemnant. Id. Mart. a° 9°. | Innoc. Ep. Ms. bibl. regiae Berolin., Ms. lat. Oct. 50. n° 18; Abel König Philipp d. Hohenst. 283; Ennen Quellen II. 22. n° 19. — »Olim per nostras.«

» 15 » (2717) (Adelfonso) Auriensi (Mauriensi *Coll. III.*) episcopo respondet, in condendis canonicorum testamentis Lateranensis statuta concilii firmiter esse observanda; porro scribit de verbis, quibus episcopi metropolitano electum offerant consecrandum. Id. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 860; I-i Opp. ed. Migne II. 833; *pars secunda* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1206 § 36; *eadem p. in* Collect. III. decr. lib. 1. tit. 10 *de scrutin. fac.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 455; *ead. mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 12 *de scrut. in ord. fac.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 106; ap. Richter Corp. II. 119; *pars postrema in* Coll. III. lib. 3. tit. 33 *de celebr. miss.* c. 3 ap. Aug. Tarr. l. c. 549. — »Ex parte tua.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1206.** |
| Mart. 16 | Romae ap. S. Petrum | (2718) Abbati S. Iohannis et decano et maiori archidiacono Carnotensibus mandat, cogant per districtionem ecclesiasticam O. presbyterum de Nova villa, vicecomitem Melidunensem et quosdam alios, qui priori et conventui S. Martini de Campis super oblationibus, nemoribus, terris, decimis *etc.* iniuriabantur, ut ab hac indebita molestatione illorum desistant. xvii kal. Apr. a° 9°. ‖ Taillandier Hist. de Blandy 157 *et* 171. — »Exhibita nobis dilectorum.« |
| » 17 | » | (G.) archidiacono et (magistro R.) poenitentiali S. Vict. Paris.: »Cum olim.« xvi kal. Mart., *vid.* 1206, Apr. 16. n° 2750. |
| » 18 | » | (2719) (Michaeli) Arelatensi archiepiscopo concedit, ut delinquentibus praefigat terminum competentem ad prosequendas appellationes, quas solummodo pro persistendo in suis nequitiis in elusionem ecclesiasticae disciplinae interponunt. xv kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 857; I-i Opp. ed. Migne II. 829. — »Ex parte tua.« |
| » 19 | » | (2720) (Iohanni) abbati S. Victoris Parisiensis, (Guidoni) decano Suessionensi et magistro R(oberto) de Corzon canonico Noviomensi causam electionis episcopi Trecensis committit. xiv kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 853; I-i Opp. ed. Migne II. 823. — »Venientibus nuper ad.« |
| » 21 | ( » ) | • (2721) Peringero abbate petente monasterium s. Lamberti in Styria ord. s. Ben. protegendum suscipit eiusque possessiones ac bona, iura et privilegia confirmat. xii kal. Apr. a° 9°. ‖ *Bullae hoc die datae meminerunt* Beiträge zur Kunde steiermärkscher Geschichtsquellen. Graz. II. (1865.) 127. |
| » 21 | » | (2722) Abbati et capitulo Castellionis (*al.* Concharum) concedit, ut ipsi et monasterii illius conversi possint in causis eiusdem, deficientibus aliis testibus, pro ipso perhibere testimonium veritati. xii kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 854; I-i Opp. ed. Migne II. 825; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 15 *de iurei.* c. 13 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 498; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *de iurei.* c. 26 ap. Boehmer Corp. II. 344; ap. Richter Corp. II. 357. — »Etsi Christus praeceperit.« |
| » 21 | ( » ) | • (2723) Monasterium s. Lamberti tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, specialiter ecclesias de Grazzlupa, de Kaltenkirchen, Weisskirchen, Afflenz, s. Georgii *etc.*, iura ac privilegia confirmat. ‖ A. v. Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark V. 1850. 46. |
| » 23 | » | (2724) Zamarensi et Salamantino episcopis scribit, omnes regionis Compostellanae habitatores, si communiter una et eadem mensura in solutione votorum ad ecclesiam b. Iacobi Compostellanam utantur, ad eandem solvere esse cogendos; si autem communis solutio per mensuras distinguatur varias et diversas et illi velint solvere ad minorem, non esse utique compellendos, ut ad maiorem persolvant, cum huiusmodi vota gratuita fuerint ab initio. x kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 860; I-i Opp. ed. Migne II. 832; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 38 *de censib.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 555; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 39 *de censib.* c. 18 ap. Boehmer l. c. 590 (*relata ad* a. 1201); ap. Richter l. c. 603. — »Ex parte venerabilis.« |
| » 24 | » | (2725) Archidiacono, (Petro) cancellario et (Iohanni [Iosberto *Bréq.*]) decano S. Germani (*om. Coll. III.*) Autissiodorensis Parisiensibus mandat, ut ea quae sententialiter definita fuerint in causa inter magistrum Gualterium de Picerel pro se ipso et magistrum Hugonem de Feverniaco (Fernemaco *Coll. III.*) pro decano de Alveoli (Ameli *Coll. III.*) super ecclesia de Beavilla (Bardevilla *Coll. III.*) observari faciant. ix kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 869; I-i Opp. ed. Migne II. 844; Coll. III. decr. lib. 3. tit. 30 *de iure patron.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 547; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 38 *de iure patr.* c. 28 ap. Boehmer l. c. 581; ap. Richter l. c. 595. — »Cum dilecti filii (dilectus filius« *Decr.*). |
| » 24 | » | (2726) (Hugoni) Aurelianensi episcopo mandat, ut inspecta veritate R. subdiacono dumtaxat clericatus officium inter alios clericos exercere permittat, cum, nonnisi vim vi repellendo, laicum percussisset. ix kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 858; I-i Opp. ed. Migne II. 830. — »In nostra praesentia.« |
| » 25 | » | (2727) I(ohanni) S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut, cum Bathoniensis ecclesia de praesule fuerit ordinata, priori et conventui Glastoniensibus licentiam regulariter eligendi sibi abbatem impendat. viii kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 857; I-i Opp. ed. Migne II. 828. — »Discretioni tuae praesentium.« |
| » 29 | Laterani | (2728) Henrico duce Poloniae petente monasterium in Lubens ab eius patre fundatum protegendum suscipit istiusque possessiones ac bona confirmat. iv kal. Apr. a° 9°. ‖ (Büsching) Urk. d. Klosters Leubus 42; *cf.* Grünhagen Regest. I. 73. n° 105. — »Solet annuere sedes.« |
| » 29 | » | (2729) Episcopo Maurianensi, praeposito Ulciensi et decano Heltonensi Taurinens. et Maurianens. diocesium mandat, compellant Bonevardum laicum per censuram ecclesiasticam, ut villam vulgariter Iauen. appellatam, quam ei abbas et conventus Clusini monasterii |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1206.** in feudum concesserant, eidem monasterio liberam et quietam dimittat. IV kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 886; I-i Opp. ed. Migne II. 868; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 13 *de reb. eccles.* c. 2 (*ubi* Episc. Mauriensi, praep. Ultiensi et decano Hectoriensi Turonen. et Maurien. diocc. *inscripta*) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 528; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 13 *de reb. eccl.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 475, *ubi refertur ad* a. 1210; ap. Richter Corp. II. 497. — »Ad nostram noveritis.« |
| Mart. 29 | Laterani | (2730) Scholastico Hildesemensi et custodi et scholastico Mindensibus scribit, se G. monialem in abbatissam Herisiensis [Neuenherse] ecclesiae electam ab administratione ipsius abbatiae sententialiter removendam duxisse, eisque mandat, ut ad ipsam ecclesiam accedentes abbatiae administrationem eiusdem alii personae idoneae committant, dent sororibus facultatem liberam eligendi, et quam in abbatissam sibi elegerint, eius electionem confirment. IV kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 865; I-i Opp. ed. Migne II. 840. — »Dilecta in Christo.« |
| » 30 | » | (2731) (Alberto de Castro) patriarchae Hierosolymitano apostolicae sedis legato mandat, ut pactionem inter cl. mem. H(aimaricum) regem Cyprensem et comitem Henricum tunc Hierosolymitani regni dominum super matrimonio filiorum filiarumque suarum invicem contrahendo, et comitatu Ioppensi factam observari faciat. III kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 858; I-i Opp. ed. Migne II. 829; MasLatrie Hist. de Chypre II. 34; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 8. — »Cum de superni.« |
| » 30 | » | (2732) Priori et conventui Cantuariensibus mandat, ut usque ad kalendas Octobris proximo venturas veniant ad sedem apostolicam audituri, an provisio abbatis eorum, prout protendunt, fuerit mala. III kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 861; I-i Opp. ed. Migne II. 834. — »Non sufficimus verbis.« |
| » 30 | » | (2733) Suffraganeis Cantuariensis ecclesiae mandat, destinent procuratores idoneos infra terminum priori et conventui Cantuariensibus praefixum ad sedem apostolicam, ne propter procuratorum defectum vel eis vel Cantuariensi ecclesiae dispendium generetur. III kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 864; Migne l. c. 839. — »Qualiter et quantum.« |
| » 30 | » | (2734) (Iohanni) regi Anglorum intimat, ut procuratorem idoneum infra terminum priori et conventui Cantuariensibus praefixum ad sedem apostolicam destinet, ne propter eius defectum vel regiae celsitudini vel Cantuariensi ecclesiae dispendium generetur. III kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 865; Migne l. c. 839. — »Qualiter et quantum.« |
| » 30 | » | (2735) (Gilberto) episcopo Roffensi et abbati S. Augustini Cantuariensis mandat, ut ad Cantuariensem ecclesiam personaliter accedentes inquirant a monachis Cantuariensibus ad sedem apostolicam non evocatis sub iurisiurandi religione veritatem eamque pontifici infra terminum illis praefixum rescribant. III kal. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 865; Migne l. c. 839. — »Qualiter et quantum.« |
| Apr. 4 | Romae ap. S. Petrum | (2736) P(etro) episcopo Portuensi concedit, ut de rebus suis liberam facultatem habeat disponendi. II non. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 868; I-i Opp. ed. Migne II. 843. — »Cum provida deliberatione.« |
| » 5 | » | (2737) (Conrado) Halberstadensi episcopo respondet, quod monachus movens campanam, qua corruente interfectus est puerulus, in monasterio ad altiores ordines promoveri possit. Non. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 872; I-i Opp. ed. Migne II. 848; *sine inscript. in* Collect. III. decr. lib. 5. tit. 7 *de homic.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 579; *directa* Bisuntinensi archiepiscopo *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 12 *de homic.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 762, *donata* a° 1201; ap. Richter Corp. II. 769. — »Ex litteris tuae.« |
| » 7 | » | (2738) (Iohanni?) episcopo Florentino respondet, subdiaconos ecclesiae Romanae, qui praelationes in eius dioecesi assequantur per collationem, ab obedientia, quam alias ei debeant, minime absolvi. VII id. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 872; I-i Opp. ed. Migne II. 849; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 21 *de maior. et obed.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 467; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 33 *de mai. et obed.* c. 7 ap. Boehmer l. c. 181; ap. Richter l. c. 191. — »Per tuas nobis.« |
| » 8 | » | (2739) (Rainaudo) abbati et conventui Pultariensibus privilegium eis a papa Iohanne (VIII) concessum et hoc loco repetitum innovat. VI id. Apr. incarn. dom. a° 1205(!). pont. a° 9°. indict. IX. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 873; I-i Opp. ed. Migne II. 850; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 42. — »Cum Christus sit.« |
| » 10 | » | (2740) Magistro et fratribus militiae Templi in Italia constitutis concedit, ut praeceptores in eorum domibus existentes in causis ordinis ad prosequendam iustitiam agere ac defendere possint, non obstante religione nec eorum ignota origine. IV id. Apr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 881; I-i Opp. ed. Migne II. 861; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 38 *ne clerici* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 557; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 225; ap. Richter Corp. II. 237. — »Cum deputati sitis.« |
| » 10 | » | (2741) Marchionem Namurcensem et universos Christi fideles volentes cum eodem ad succursum Terrae sanctae Constantinopolim proficisci hortatur, ne illuc proficisci tar- |

**1206.**

dent. IV id. Apr. a° 9°. || Bréquigny Dipl. II. II. 876; I-i Opp. ed. Migne II. 854; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 8. — »Cum per Constantinopolitani.«

Apr. 10 | Romae ap. S. Petrum | • (2742) Praeposito de Maria-Saal ac plebanis de Murzbuhel et de Cuun litem inter (Conradum) abbatem Victoriensem et Wipotenum militem Salisburgensis diocesis vertentem super manso de Castrof, quem hic iniuste detinebat, inquirendam committit. IV id. Apr. a° 9°. || v. Ankershofen Urk.-Reg. *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XIV. 132. — »Dilectus filius abbas.«

» 11 | » | (2743) (Helmberto) episcopo et praeposito Havelbergensibus et praeposito de Ericho Havelberg. dioc. mandat, faciant ut ecclesia de Stendal bona, quae eidem ab ipsius fundatoribus, duobus fratribus (Albrechti) marchionis in Brandeburch, collata sint, pacifice possideat. III id. Apr. a° 9°. || Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Hauptth. II. 445. n° 10, *perperam ad* a. 1201. — »Ex parte dilecti.«

» 11 | » | (2744) (Conrado) Brixinensi, (Ottoni) Frisingensi et (Henrico?) Tergestino episcopis scribit de causa inter Salseburgensem et Gurcensem ecclesias de iure ecclesiae Gurcensis sibi, defuncto antistite, pastorem eligendi litigantes, eisque mandat, partes ad concordiam inducentes suggerant eisdem, ut congruum compositionis modum per se ipsas inveniant et acceptent. III id. Apr. a° 9°. || Bréquigny Dipl. II. II. 877; I-i Opp. ed. Migne II. 855. — »Cum pro causa.«

» 12 | » | (2745) Abbati et conventui de Cupro (in Scotia) Cisterc. ord. possessiones ac bona confirmat. II id. Apr. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. II. 888; I-i Opp. ed. Migne II. 870. — »Solet annuere sedes.«

» 13 | » | (2746) Episcopo Dertusensi praecipit, ut ecclesias de Alchezar episcopo Oscensi infra duos menses post susceptionem praesentium restituat vel coram archiepiscopo Terraconensi et episcopo Tirasonensi eidem episcopo exhibeat iustitiae complementum. Id. Apr. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. II. 879; I-i Opp. ed. Migne II. 858. — »Sub hac forma.«

• *Eodem die et fere in eund. modum de eodem argum.* Archiepiscopo Terraconensi et episcopo Tirason.

» 13 | » | (2747) N. N. rogat, ne Dertusensi episcopo in praeiudicium Oscensis ecclesiae assistat, sed ut potius archiepiscopo Terracon. et episcopo Tirason., quibus idem negotium sit commissum, praebeat auxilium, ut ecclesiae de Alchezar Oscensi episcopo restituantur. Id. Apr. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. II. 880; I-i Opp. ed. Migne II. 860. — »Etsi ecclesiam Dei.«

» 13 | » | (2748) N. N. mandat, ut sententiam interdicti, quam Oscensis episcopus propter ecclesiam de Almodevar ad mensam canonicorum Oscensium pertinentem, sed a fratre L. regis Aragoniae occupatam tulerat, firmiter observari faciat. Id. Apr. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. II. 880; Migne l. c. 860; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 34. — »Ex parte venerabilis.«

» 13 | » | (2749) (Ugoni) Ferrariensi episcopo mandat, ut I. latorem praesentium per singulos ordines usque ad sacerdotium promoveat, cum sit baptizatus. Id. Apr. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. II. 884; I-i Opp. ed. Migne II. 864; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 22 *de presb. non baptiz.* c. 1 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 596; *non integra int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 43 *de presb. non baptiz.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 611; ap. Richter Corp. II. 623. — »Veniens ad apostolicam.«

» 16 | » | (2750) (G. maiori) archidiacono et (magistro R.) poenitentiali S. Victoris Parisiensis et magistro R(oberto) de Corzon canonico Noviomensi mandat, ut (Matthaeum) episcopum Tullensem iuxta prioris commissionis tenorem (*vid.* 1205. Iun. 7.) ab excommunicationis vinculo absolvant eique praefigant terminum, infra quem ea quae per ipsum de bonis ecclesiae suae alienata sint, ad proprietatem illius revocet. XVI kal. (Mart., *sed, cum in regesto haec epistola post illas mense Aprili datas collocata sit, legendum potius videtur*) Mai. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. II. 885; I-i Opp. ed. Migne II. 866. — »Cum olim ... Tullensis.«

» 18 | » | (2751) N. N. mandat, ut episcopum Tullensem ab excommunicationis vinculo absolvant atque tam ipsi quam parti adversae octavas s. Michaelis proximo venturas terminum peremptorium praefigant, quo se conspectui pontificis repraesentent. XIV kal. Mai. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. II. 881; I-i Opp. ed. Migne II. 861. — »Cum dilectus filius.«

» 19 | » | (2752) A(lberto) praeposito in archiepiscopum Magdeburgensem electo mandat, ut, cum (Bertholdus) Naumburgensis episcopus suam insufficientiam recognoscens pastoralem curam »in nostris manibus« resignaverit, eique a sede apostolica concessa sit venia, usque ad festum Omnium Sanctorum proximo venturum amministrandi et ex tunc episcopatus sollicitudinem omnino dimittens ad locum transeundi quem sibi duxerit eligendum, usque dictum terminum hoc servans omnino secretum ex tunc canonicis Nuumburgensibus licentiam det alium sibi praesulem eligendi. XIII kal. Mai. a° 9°. || Lepsius Bischöfe des Hochstifts Naumburg I. 269. — »Venerabilis frater noster.«

» 19 | » | (2753) Abbatem et conventum in Halisburnen Cisterc. ord. cum omnibus bonis protegendos suscipit, et insuper prohibet, ut nullus de eorum novalibus, pecorum nutrimentis vel

| | | |
|---|---|---|
| | | **1206.** |
| | | hortorum oleribus audeat ab ipsis decimas extorquere. xiii kal. Mai. a° 9°. ‖ Hocker Suppl. z. d. Haylsbronnischen Antiquit.-Schatz 86. n° 11. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| Apr. 19 | Romae ap. S. Petrum | (2754) (Petro de Corbolio) archiepiscopo et archidiacono Senonensibus mandat, moneant (Hilduinum) episcopum et canonicos Lingonenses, ut T. canonico Lingonensi praebendam assignent, quam de mandato papae G(arnerius) episcopus quondam Lingonensis eidem assignaverat. xiii kal. Mai. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 887; I-i Opp. ed. Migne II. 869; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 517; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 19 ap. Boehmer Corp. II. 437, *donata* a° 1211; ap. Richter Corp. II. 455. — »Dilectus filius T.« |
| » 20 | » | (2755) (Alberto de Castro) patriarchae Hierosolymitano apostolicae sedis legato et canonicis Dominici Sepulchri mandat, ut a festo b. Lucae proximo venturo usque ad tres annos conspectui pontificis se praesentent, Antiochenae ecclesiae super Tyrensi et Patracensi archiepiscopatibus responsuri. xii kal. Mai. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 882; I-i Opp. ed. Migne II. 863. — »Cum olim inter.« |
| » 20 | » | (2756) (Conrado) episcopo Brixinensi, abbati de Sevven et archipresbytero de Grusgare Salzburgens. dioc. mandat, ut causam vertentem inter capitulum Berthesgadmensis coenobii et (Eberhardum) Salzburgensem archiepiscopum, qui quoddam praedium quod C. de Melingis pro damnis ab ipso praefato monasterio illatis eidem in ultima voluntate legaverat, contra iustitiam distulit assignare, fine debito terminent. xii kal. Mai. a° 9°. ‖ Hund Metrop. Salisb. II. 165; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 12. n° 12. — »Dilecti filii capitulum.« |
| » 20 | » | (2757) Abbati de Manse, archipresbytero de Grusen et decano de Lauffen Salzburg. dioc. mandat, cogant C. militem eiusdem diocesis, ut a fratrum Berthesgadmensis coenobii molestatione indebita conquiescat. xii kal. Mai. a° 9°. ‖ Hund l. c. 165; Lünig l. c. 12. n° 10. — »Lecta nobis dilectorum.« |
| » 21 | » | (2758) Ecclesiam Eugubinam ad exemplar Alexandri et Coelestini praedecessorum suorum tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. xi kal. Mai. indict. VI.(!) incarn. dom. a° 1205(!). pont. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 642 (686 ed. 1644). — »Quoties illud a.« |
| » 22 | » | (2759) (Petro) patriarchae Antiocheno, qui, cum b. apostolorum Petri et Pauli singulis quadrienniis limina visitare teneatur, hoc omiserat, offensam relaxat, quam hanc ob rem incurrerat. x kal. Mai. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 883; I-i Opp. ed. Migne II. 864. — »Olim ex parte.« |
| » 24 | » | (2760) Fratribus hospitalis s. Iohannis Ierosolymitani petentibus libertates et immunitates eorum hospitali et hominibus eiusdem a Wladislao marchione Moraviae in terra ipsius concessas, nec non novas possessiones eis a comite Adalberto in Cunici collatas cum capella in Grussowane confirmat. viii kal. Mai. a° 9°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 36; I-i Opp. ed. Migne IV. 155. n° 107; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 225. n° 495. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 26 | » | (2761) Praeposito et canonicis Berthasgadmensibus significat, se arbitrium, quod Guido tit. S. Mariae trans Tiberim presbyter cardinalis in controversia inter Salzburgensem ecclesiam et ipsorum coenobium vertente super salina apud Toual tulerit, decernere inviolabiliter observandum. vi kal. Mai. a° 9°. ‖ Hund Metrop. Salisb. 166; Lünig Spic. eccl. III. 12. n° 11. — »Licet olim inter.« |
| » 26 | » | (2762) (Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo et abbati .... Salzeburg. dioc. et decano Gurcensi (Guiren. *Rayn.*) causam de matrimonio (Przemislai Ottacari) regis Bohemiae, qui, uxore legitima sorore marchionis Misnensis repudiata, sororem (Andreae) regis Ungariae sibi adiunxerat, usque ad calculum definitivae sententiae committit eisque mandat, ut, cum fuerit sufficienter instructa, ad sedis apostolicae examen remittant. vi kal. Mai. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. a. 1206 § 24. 25; Bréquigny Dipl. II. n. 889; I-i Opp. ed. Migne II. 872; Erben Reg. Bohem. I. 225. n° 496; *fragm.* ap. Katona Hist. crit. IV. 583; ap. Fejér Cod. dipl. II. 372, *uterque ad* a. 1199; *cf.* Palacky Reise 19. n° 41. — »Ex parte dilecti.« |
| » 29 | » | (2763) Priori et conventui Dunelmensibus (Diviolmenen. *Coll. III.*, Dimoliensi *Decr. Greg.*) significat, religiosum zelo sanctioris vitae ad religionem transire posse strictiorem, petita prius licentia praelati sui, licet non obtenta, etiamsi primum monasterium sit ita privilegiatum, ut de illo ad aliud etiam arctius transiri non possit; eisque mandat, ne R. monachum, qui ad fratres Cistercienses transmigraverit, super hoc molestent. iii kal. Mai. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 890; I-i Opp. ed. Migne II. 874; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 24 *de regular.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 539; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 31 *de regular.* c. 18 ap. Boehmer Corp. II. 536; ap. Richter Corp. II. 554. — »Licet quibusdam monachis.« |

| | | 1206. |
|---|---|---|
| Apr. 29 | Romae ap. S. Petrum | (2764) Monasterium B. Mariae V. in Porta abbate Winemaro eiusque fratribus postulantibus sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum s. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. III kal. Mai. indict. VIII. (!) incarn. dom. aº 1206. pont. aº 9º. ‖ *Germanice* ap. Wolff Chronik des Klosters Pforta I. 262. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 30 | » | (2765) Arnoldo abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Mariae V. de Halesprunen Cisterc. ord. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. II kal. Mai. indict. VIII. (!) incarn. dom. aº 1205(!). pont. aº 9º. ‖ Hocker Suppl. zu dem Haylssbronnischen Antiquitäten-Schatz 82. nº 10. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| Mai. 2 | » | (2766) (Theoderico) Lyubicensi, (Philippo) Racebergensi et (Brunwardo) Querinensi episcopis mandat, ut H. sacerdoti, latori praesentium, quo inscio sedente infantulus aeger obierat, ad cautelam poenitentiam iniungant. VI non. Mai. aº 9º. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 888; I-i Opp. ed. Migne II. 871. — »Accedens ad apostolicam.« |
| » 4 | (») | (2767) Hermanno abbate et fratribus petentibus eorum ecclesiam s. Mariae in Sayna patrocinandam suscipit, statuens ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam atque institutionem Praemonstratensium fratrum ibidem perpetuo observetur, eiusque possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, privilegia ac iura confirmat. »Laterani« IV non. Mai. indict. IX. incarn. dom. aº 1206. pont. aº 9º. ‖ Hontheim Hist. Trevir. dipl. I. 644; Hugo Ann. Praem. II. 477; I-i Opp. ed. Migne IV. 156. nº 108. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 4 | » | Monasterium de Vivofonte: »IV non. Mai. aº 9º.« ‖ Affò Stor. di Parma III. 318. nº 23, *vid.* 1206. Mart. 4. nº 2701. |
| » 6 | » | (2768) Ecclesiam b. Ruffi in insula, quae dicitur Esparveria, sitam sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam perpetuis in ea temporibus inviolabiliter observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, privilegia ac immunitates confirmat. II non. Mai. indict. VIII. (!) incarn. dom. aº 1206. pont. aº 9º. ‖ Theodori Poenitent. II. 616; Bréquigny Dipl. II. II. 897; I-i Opp. ed. Migne II. 885. — »Regularem vitam eligentibus.« |
| » 6 | » | (2769) (Ubaldo Lanfranco) archiepiscopo Pisano praecipit, ut iudicem Calaritanum a vinculo fidelitatis absolvat, ut, eo non obstante, sedi apostolicae iuramentum fidelitatis exhibeat. II non. Mai. aº 9º. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 891; *in duas partes divisa in* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 2 *de foro comp.* c. 4 *et* lib. 2. tit. 17 *de praescr.* c. 7 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 474 *et* 501; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 2 *de f. comp.* c. 12 *et* lib. 2. tit. 26 *de praescr.* c. 17 ap. Boehmer Corp. II. 231, *ad* a. 1210 *et* 363 *ad* a. 1212; ap. Richter Corp. II. 243. 375. — »Si diligenti meditatione.« |
| 6 | » | (2770) Decano et capitulo Stendaliensibus possessiones ac bona, specialiter ecclesias de Stendale, de Schinne, de Eluebuie et Rencherflache, villam de Garlippe *etc.* confirmat. II non. Mai. aº 9º. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 895; I-i Opp. ed. Migne II. 882; *omisso initio* ap. Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. V. 29. nº 18, *male ad* a. 1207. — »Annuere consuevit sedes.« |
| ( » 2-6) | (») | * (2771) Comiti Nivernensi et uxori eius concedit, ut illi, qui sciebant ipsos esse coniunctos quarto consanguinitatis gradu et in contractu matrimonii non dixerunt, si accusare voluerint, non audiantur. *Sine nota chron.* ‖ Bréquigny l. c. II. II. 890; Migne l. c. II. 873. |
| » 9 | » | (2772) (Lothario) episcopo Vercellensi mandat, ut oblationem castri Montisbelli per A. sororem B. marchionis Montisferrati factam monasterio s. Mariae de Rocha, ubi censum quinquaginta librarum instituit Romanae ecclesiae, vice sedis apostolicae recipiat. VII id. Mai. aº 9º. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 895; I-i Opp. ed. Migne II. 882. — »Exposita nobis dilectae.« |
| » 9 | » | (2773) (Philippo) decano et subdecano Pictavensibus et decano Asianensi Pictavensis dioc. mandat, ut litteras, quas magister C. Rufus super praetentionibus suis contra capitulum Xanctonense subreptitie impetraverit, nullius esse valoris declarent. VII id. Mai. aº 9º. Bréquigny l. c. II. II. 900; I-i Opp. ed. Migne II. 889. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 9 | » | (2774) (Arnaldo) abbati Cisterciensi, P(etro) de Castro novo et fratri R(adulpho) monachis Fontis Frigidi apostolicae sedis legatis mandat, ne (Berengarium) archiepiscopum Narbonensem ob ea crimina, de quibus convictus sit, molestia afficiant, sed, si quid forsitan contra promissionem suam et iussionem sedis apostolicae praesumpserit operari, pontifici fideliter intiment. VII id. Mai. aº 9º. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 896; I-i Opp. ed. Migne II. 883; Bouquet Rec. XIX. 481; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. a. 1206 § 27. — »Eius exemplo qui.« |
| » 10 | » | (2775) (Conrado) episcopo Halberstadensi respondet, si puella, quam pater eius cuidam viro desponsaverat, sed post patris mortem avunculus alteri copulaverat matrimonio, |

**1206.**

| | | |
|---|---|---|
| | | tunc nubilis erat aetatis et inter eam et primum virum legitimus intervenit de praesenti consensus, absque dubio inter eos legitimum matrimonium esse contractum, etsi carnalis commixtio non fuerit subsecuta. vi (iv *male Richt.*) id. Mai. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 901; I-i Opp. ed. Migne II. 890; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 2 *de despons. impub.* c. 2 (*ubi* Episcopo Alberstaden. *directa dicitur*) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 559; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 2 *de desp. impub.* c. 14, (*ubi* Episcopo Abbaten. *inscripta*) ap. Boehmer Corp. II. 643 (*attributa* a° 1203); ap. Richter Corp. II. 654. — »Tuae nobis exhibitae.« |
| Mai. 10 | Romae ap. S. Petrum | (2776) Nicolao archipresbytero (*al.* praeposito), Florano (*leg.* Florasio) archidiacono et canonicis Vicentinis petentibus ecclesiam s. Mariae, in qua divino mancipati sunt obsequio, tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. vi id. Mai. indict. IX. incarn. dom. a° 1206. pont. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1046; Riccardi Vescovi Vicentini 79. — »Quoties a nobis.« |
| » 11 | » | (2777) Helenae Dominicae Gallurensi mandat, ut T. consobrinum pontificis honorifice recipiat et cum eo initiatum coniugium solemniter et iucunde consummet. v id. Mai. a° 9°. ‖ Bréquigny Diplom. II. ii. 900; I-i Opp. ed. Migne II. 888. — »Laudes et grates.« |
| » 11 | » | (2778) (Berengario) archiepiscopo et capitulo Narbonensibus confirmat, Tolosanam ecclesiam ad iurisdictionem Narbonensis ecclesiae iure metropolitico pertinere, licet abbas Cisterciensis et magister Petrus de Castronovo ac Rodulfus (monachi Fontis Frigidi) apostolicae sedis legati (Fulconem) electumi Tolosanum ab Arelatensi archiepiscopo fecerint consecrari. v id. Mai. a° 9°. ‖ Baluze Miscell. VI. 458 (ed. Mansi III. 22); I-i Opp. ed. Migne IV. 159. n° 109; Gallia christ. VI. instr. 52. — »Cum constet Tolosanam.« |
| » 14 | Ferentinum | »ii id. Mai. dominus papa Innocentius venit, et ab ecclesiis foderum recipere noluit, dicens quod ultra modum ecclesiae gravarentur.« ‖ Chron. Fossae novae ap. Muratori Scr. r. Ital. VII. 886 (*sub tit.:* Annal. Ceccan. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 296). |
| » 19 | Ferentini | (2779) Praepositum, priorissam ac moniales monasterii s. Mariae de Werbe sub b. Petri et sua protectione suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, confirmat. xiv kal. Iun. a° 9°. ‖ Varnhagen Grundlage. UB. 37. n° 11, *male ad* a. 1207. — »Cum a nobis.« |
| » 22 | | »xi kal. Iun. Stephanus diaconus S. Heliae de Ceccano factus est camerarius domini papae.« ‖ Chron. Fossae novae ap. Muratori Scr. r. Ital. VII. 886. |
| » 24 | » | Alberto praeposito in archiepisc. Magdeburg. electo: »ix kal. Iun. a° 9°.« ‖ *male* Geschichts-Blätter f. Magdeburg IV. (1869.) 186, *vid.* 1206. Iun. 23. n° 2825. |
| » 25 | » | (2780) Praepositum, priorissam ac moniales monasterii in Beriche cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem eis in villa de Beriche novem mansos cum silva de marchia et duo molendina, in Bettenhusen mansum unum *etc.* confirmat. viii kal. Iun. a° 9°. ‖ Varnhagen Grundlage. UB. 93. n° 38, *ubi male* Innocentio IV *adscribitur.* — »Cum a nobis.« |
| » 27 | (») | * (2781) Monasterii s. Petri Carnotensis libertates immunitatesque omnes confirmat, et ius eligendi abbatem solis eiusdem monasterii fratribus vel certe saniori illorum parti confert. ‖ Guérard Cartul. de St. Père de Chartres II. 672. |
| » 27 | (») | * (2782) Abbati et monachis S. Petri Carnotensis licentiam indulget ea in suum ius revocandi, quae ab ipsorum dominio illicite alienata esse constiterit. ‖ Guérard l. c. 673. |
| » 29 | » | (2783) Clero et populo Pirhanensi compositionem quae per Viguerium Ferrariensem et Dominicum Clugensem episcopos delegatos a sede apostolica inter eos ex parte una ac Aldigerium episcopum Iustinopolitanum ex altera super quadam decimatione olei facta est, confirmat. iv kal. Iun. a° 9°. ‖ Kandler Cod. dipl. Istriano, a° 1207. — »Solet annuere sedes.« |
| » 30 | » | (2784) R. comiti Fundan. significat, se conventionem, quam ille cum Iacobo et Deodato Fraiapan. contra Terracinenses faciet, ratam habiturum esse. iii kal. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 902; I-i Opp. ed. Migne II. 891. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 31 | » | (2785) (Lothario) Vercellensi episcopo mandat, ut litteras quas consules et commune Vercellenses super rebus impetrati sint, quae forum saeculare requirant, inutiles et inanes declaret. ii kal. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 902; I-i Opp. ed. Migne II. 892; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 2 *de foro comp.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 473; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 2 *de foro comp.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 230, *ubi refertur ad* a. 1208; ap. Richter Corp. II. 242. — »Licet ex suscepto.« |
| » 31 | » | (2786) Potestati et populo Alexandrinorum significat, se negotium de episcopatu definivisse, eosque hortatur, ut in fidelitate ac devotione apostolicae sedis perseverent. »In signum gratiae specialis mittimus vobis sub insigni b. Petri vexillum.« ii kal. Iun. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 314; Moriondus Mon. Aquens. II. 19. — »Cum dilectus filius.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1206.** |
| Mai. 31 | — | Rectoribus et fratribus de Poenitentia: »Perusii II kal. Iun. a° 9°.« — »Attendentes verbum apostoli.« ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 635, *vid.* 1252. Mai. 31. |
| Iun. 1 | Ferentini | (2787) W(illelmo) Nivernensi episcopo et H. archidiacono Bituricensi mandat, ut in W. burgensi de Charitate, latore praesentium, haereseos suspecto orthodoxiam experiantur et, si fidelis fuerit, non permittant ipsum molestari; alioquin eum tanquam haereticum condemnent. Kal. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 929; I-i Opp. ed. Migne II. 926; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 14 *de praesumpt.* c. 1 (*ubi* Episcopo Murnen. et archid. Bitur. *inscripta*) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 493; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 23 *de praes.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 331, *ubi refertur ad* a. 1198; ap. Richter Corp. II. 345. — »Litteras vestras recepimus.« |
| » 3 | » | (2788) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat, ut aliquibus militiae Templi fratribus excommunicationis vel interdicti sententiis innodatis, qui ab invio ad viam veritatis redire cupiant, absolutionis beneficium impendant. III non. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 905; I-i Opp. ed. Migne II. 895. — »Dilectis filiis fratribus.« |
| » 3 | » | (2789) Clericis S. Pamphili Sulmonensibus notum facit, se eis O(ddonem) subdiaconum et capellanum suum concessisse in pastorem et ipsum sabbato infra octavas pentecostes in diaconum curavisse ordinari. Praecipit eis, ut eum cum debito honore et reverentia recipiant. III non. Iun. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1370. — »Si secundum rigorem.« |
| » 6 | » | (2790) Abbati et capitulo ecclesiae de Dinant Leodiensis dioc. praecipit, ut R. clericum nepotem magistri Davidis capellani sui in canonicum recipiant eique partem praebendae, quam praefatus David in ecclesia ista possidebat, conferant. VIII id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 910; I-i Opp. ed. Migne II. 901. — »Etsi iuxta officii.« |
| » 7 | » | (2791) (Iohanni) Strigoniensi archiepiscopo et episcopo Agriensi mandat, ut in matrimonio contracto inter comitem palatinum Hungariae eiusque uxorem dispensent. VII id. Iun. a° 9°. Bréquigny l. c. 904; Migne l. c. 894; Dobner Mon. II. 363; Katona Hist. crit. V. 36; Fejér Cod. dipl. III. I. 35. — »Ex parte dilecti.« • |
| » 7 | » | (2792) Archiepiscopos, episcopos et alios ecclesiarum praelatos et principes per Hungariam constitutos hortatur, ut soboli, quae (Andreae) regi Hungariae nascetur, ad mandatum patris iuramentum fidelitatis praestent. VII id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 905; Dobner l. c. 362; Fejér l. c. 37; Migne l. c. 895. — »Cum pater et.« |
| » 7 | » | (2793) (Andreae) regi Hungariae intimat, se (Bertholdum) praepositum Babenburgensem germanum (Gertrudis) coniugis eius, »si litteratura non solum eminens, sed saltem competens in eo fuerit inventa, et aetas non solum perfecta, sed perfectioni saltem competens fuerit in ipso reperta«, ad preces regis in archiepiscopum Colocensem confirmaturum esse. VII id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 903; I-i Opp. ed. Migne II. 893; Dobner l. c. II. 361; Katona l. c. V. 29; Fejér l. c. III. I. 29. — »Coram (Cum *Dobn., Fej., Kat.*) illo fatemur.« *Cf.* 1207. Apr. 5 n° 3073 *et* 1207. Dec. 24. n° 3252. |
| » 7 | » | (2794) Capitulo S. Aredii praecipit, ut magistro P. clerico episcopi Tusculanensis decanatum ipsius ecclesiae conferant. VII id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 903; I-i Opp. ed. Migne II. 892. — »Ex iniuncto nobis.« |
| » 8 | » | (2795) Clero et populo Alexandrinis significat, se statutum Alexandri papae praedecessoris sui de translatione Aquensis ecclesiae ad Alexandrinam civitatem taliter moderari, ut Alexandrinam et Aquensem ecclesias uniat, statuens, ut unus et idem sit pontifex utriusque, unam et eandem pontificalem sedem obtinens in utraque. VI id. Iun. ind. VIII. (!) incarn. dom. a° 1206. pont. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 317; Moriondus Mon. Aquens. II. 21; Bréquigny l. c. II. II. 907; I-i Opp. ed. Migne II. 898; *mutila* ap. Raynald. Ann. a. 1206 § 39. — »Cum beatus Petrus.« |
| | | • *In eundem modum eodemque die* Clero et populo Aquensibus. ‖ Bréquigny l. c. 907; Migne l. c. 901; Raynald. l. c. § 40. |
| ( » 8) | (») | • (2796) Prioris S. Andreae eiusque fratrum protectionem suscipit. ‖ Bréquigny l. c. 908; Migne l. c. 901; *cf.* Raynald. l. c. a. 1206 § 33. |
| » 9 | » | (2797) B(lasio) Turritano archiepiscopo mandat, ut inquirat, in quoto gradu consanguinitatis Hug. de Basso iudex Arborensis et filia W. marchionis Massae iudicis Calaritani se contingant. V id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 906; I-i Opp. ed. Migne II. 897. — »Ex literis dilecti.« |
| » 9 | » | (2798) Priori et conventui S. Portiani Claromontensis diocesis praecipit, ut ecclesiam de Bajec Durando clerico liberaliter conferant. V id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 911; I-i Opp. ed. Migne II. 902. — »Per nostras vobis.« |
| » 9 | » | (2799) P(etro) regi Aragonum concedit, ut universa haereticorum eisque faventium bona mobilia et immobilia, quae ad eius manus devenerint, ad usum suum libere retinere |

**1206.**

ipsi liceat. v id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 921; I-i Opp. ed. Migne II. 915; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 34. — »Cum secundum evangelicam.«

Iun. 9 Ferentini (2800) P(etro) de Castro Novo et R(odulpho) monachis M(F?)ontis Frigidi apostolicae sedis legatis mandat, ut P(etro) Aragonum regi pro debellandis et extirpandis haereticis castrum de Scurra, »quod ad Romanam ecclesiam noscitur pertinere«, assignent, si necessitas exigat. v id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 922; I-i Opp. ed. Migne II. 916; *cf.* Raynald. l. c. a. 1206 § 34. — »Carissimus in Christo.«

» 10 » (2801) Ecclesiam s. Mariae Montis de Gardia cum omnibus bonis protegendam suscipit. iv id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 907; I-i Opp. ed. Migne II. 898. — »Iustis petentium desideriis.«

» 10 » (2802) (Grumerio) episcopo et clero Placentinis respondet, consules et consiliarios Placentinos pro devotione ecclesiae absque nota et noxa periurii iurare posse, Fulcone Radin. etiam contradicente, et se esse paratum ad illud iuramentum secundum formam ecclesiae consuetam recipiendum. iv id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 906; I-i Opp. ed. Migne II. 896. — »Ex literis vestris.«

» 11 » (2803) I(ohanni) S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut de statu prioratus S. Petroci de Bomin (*al.* Bodmyn) inquirat. iii id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 907; I-i Opp. ed. Migne II. 897. — »Prior et canonici.«

» 12 » (2804) B(ernardo) episcopo Papiensi privilegia et statuta suae ecclesiae confirmat eique ac successoribus concedit, ut inter sacra missarum solemnia pallio utantur, in processione Palmarum et feriae secundae post Pascha equum album udone coopertum equitent et crucem inter ambulandum praeferant. ii id. Iun. indict. VIII. (!) incarn. dom. a° 1206. pont. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 913; I-i Opp. ed. Migne II. 905. — »Et ipsa iustitiae.«

» 12 » (2805) Praepositum et capitulum S. Petri de Ronais hortatur, ut magistrum Walterum pauperem clericum in canonicum recipiant. ii id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 923; I-i Opp. ed. Migne II. 918. — »Cum simus licet.«

» 12 » (2806) (Roberto) episcopo Claromontensi, (Eustorgio) abbati Mauziacensi et magistro Symoni archipresbytero de Hermenco Claromontensis dioc. mandat, faciant ut ea, quae sententialiter a sede apostolica definita sint in causa inter priorem ecclesiae Montisferrandi et B. procuratorem Hospitalariorum Claromontensis dioc., observentur. ii id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 912; I-i Opp. ed. Migne II. 903; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 21 *de sepult.* c. 1 (*ubi* Episc. Claremont. et abbati Maurien. *inscripta*) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 535; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 28 *de sepult.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 513, *ubi adscribitur* a° 1190; ap. Richter Corp. II. 532; *compos. ex decret.* ap. Baluze Hist. de la maison d'Auvergne II. 74, *ad* a. 1207 cca. — »In nostra praesentia.«

» 13 » (2807) Praeposito et capitulo Lensensibus mandat, ut magistro P. de beneficio competenti provideant. Id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 937; I-i Opp. ed. Migne II. 939. — »Pietas quae promissionem.«

» 13 » (2808) (Willelmo) episcopo, decano et cancellario Londoniensibus mandat, curent, ne fama E. mulieris de Bendevillis, quae citra regularem professionem monialium fuerat custodiae mancipata, sed viro nupserat, ex hoc suggilletur. Id. Iun. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 910; I-i Opp. ed. Migne II. 902. — »Ex parte E.«

» 14 » (2809) Capitulo Cumano significat, se (Guillelmo) eorum episcopo mandasse, ut ipsos, quos vinculo excommunicationis astrinxerat, quod B. subdiaconum in canonicum ad papae mandatum non receperant, absolvat, nihilominus praecipiens, ne de praebenda, quam dicto iusserat clerico assignari, aliquid ordinare praesumant. xviii kal. Iul. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 915; I-i Opp. ed. Migne II. 908. — »Iamdudum inobedientes nobis.«

» 16 » (2810) Capitulum Aquense certiores reddit de unione Aquensis et Alexandrinae ecclesiarum a se sancita. xvi kal. Iul. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 916; I-i Opp. ed. Migne II. 909; Ughelli Ital. sacra IV. 329; Moriondus Mon. Aquens. II. 20. n° 17; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1206 § 17. — »Solet annuere sedes.«

» 16 » (2811) Confirmat conventionem inter B(ernardum) archiepiscopum et canonicos Spalatanos mediantibus I(ohanne) tunc Viterbiensi nunc Albanensi episcopo et bon. mem. G(regorio) de S. Apostolo S. Mariae in porticu cardinale factam, qua statutum est, ut »clerici archiepiscopo quartam partem decimationum et oblationum restituerent civitatis, et archiepiscopus daret clericis memoratis de ipsa quarta parte decimationum et oblationum per suum procuratorem annuatim viginti perperos pro recompensatione postulatarum procurationum et quod residuum esset de ipsa quarta in suum commodum converteret et usum; praeterea sex tantum prandia daret eisdem statutis festivitatibus anni, scilicet s. Domny, Pentecosten, in translatione b. Domny, s. Anastasy, ss. Cosmae et Damiani, et s. Vincentii, potationes sabbatorum et tribus ebdomadariis singulis dominicis diebus procurationes; ab omnibus etiam aliis adiutoriis quae a totius civitatis clericis debito expetebat, tam pro se quam pro successoribus suis perpetuo reddidit

**1206.**

clericos memoratos immunes.« xvi kal. Iul. a° 9°. || Carrara Archiv. capit. di Spalato 71, *cf.* 9; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 309. — »Cum inter bone.«

Iun. 17 Ferentini (2812) De Helwatheshusen (Heluuardishusen *Harenb.* [*hodie aut* Hilwartshausen ad Visurgim, *aut* Helmarshausen]) et de Herwetheshusen [*num hodie* Hardehausen?] abbatibus et decano Paderburnensi declarat, in causa quae inter ecclesiam Hildesemensem ex una parte et ecclesiam de Gandersheim et ecclesiam Romanam ex altera agitetur, »postquam praescriptio contra monasterium supradictum et libertates ipsius dicitur inchoata«, scissuram trium schismatum adversus Romanam ecclesiam intervenisse. Licet autem sit statutum, »ut contra sacrosanctam Romanam ecclesiam, quae gaudet privilegio speciali, non nisi centum annorum praescriptio locum sibi valeat vindicare, tempora tamen intercidentium schismatum, quae secundum iuris ordinem cursum praescriptionis impediunt, nolumus aliquatenus computari.« xv kal. Iul. (Iun. *perperam Richt.*) a° 9°. || Bréquigny Dipl. II. ii. 925; I-i Opp. ed. Migne II. 921; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 17 *de praescript.* c. 4 (*ubi* De Hel. Quartesuen. et de Hel. Wertesnen. abbatibus *inscripta*) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 500; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 26 *de praescr.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 362, *attributa* a° 1209; ap. Richter Corp. II. 373. — »Cum vobis aliis.«

» 17 » (2813) Eisdem praecipit, ut super adiudicatione subiectionis monasterii Gandersheim ecclesiae Hildesemensi certo modo procedant. xv kal. Iul. a° 9°. || Bréquigny l. c. 926; Migne l. c. 922; Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 743; Leuckfeld Antiq. Gandersh. 429; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 35. n° 31; Collect. III. lib. 2. tit. 20 *de confirm. ut.* c. 1 (*ubi* Decano Padeburgen. *inscripta*) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 512; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 30 *de conf. util.* c. 4 (*ubi* Decano Padeburnensi *directa*) ap. Boehmer l. c. 411, *adscripta* a° 1209; ap. Richter l. c. 428. *Cf.* 1208. Mai. 11. — »Cum dilectae in.«

» 17 » (2814) Pampilonensi episcopo, P(etro) de Castro Novo et fratri R(adulpho) monachis M(F?)ontis Frigidi apostol. sedis legatis mandat, ut causam in causa matrimoniali inter Petrum Arragonum regem et M. natam quondam G. de Montepessulano audiant et, si partes consenserint, fine canonico terminent. xv kal. Iul. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. ii. 915; I-i Opp. ed. Migne II. 908; Bouquet Rec. XIX. 482; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 34. — »Transmissa nobis carissimus.«

» 17 » (2815) Abbati de Sichem Cisterc. ord., de Walbeck et de Hekelingen praepositis Alberstadensis dioc. mandat, compellant C. maioris ecclesiae et l. S. Crucis canonicos Ildesemenses per censuram ecclesiasticam, ut 90 marcas argenti, in quas a sede apostolica condemnati sint, abbatissae et sororibus ecclesiae de Gandersem solvant. xv kal. Iul. a° 9°. || Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 742; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 39; Leuckfeld Antiq. Gandersh. 82. — »Cum dilecte in.«

( » 17) (») (2816) P(etro) regi Aragonum concedit, ut ipse et successores per Terraconensem archiepiscopum apud Caesaraugustam coronentur. (xv kal. Iul. a° 9°, *sic in* Gestis Innoc. *et in* Cherubini Bullar. I. 75; *cf. supra ad a. 1205. Iun. 16. n° 2543, ubi eadem epistola*). || Bréquigny Dipl. II. ii. 921; I-i Opp. ed. Migne II. 915; Raynaldi Ann. ad a. 1206 § 34; Cocquelines Bullar. III. 113. n° 45; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 197. — »Cum quanta gloria.«

» 19 » (2817) B(ernardi) Papiensis episcopi dispositioni monasterium s. Mariae foris portam Papiensem, quod est monialium, et s. Bartholomaei in Strata, quod est monachorum, committit, ut in eis corrigat et emendet, quae ipsis monasteriis expedire noverit. xiii kal. Iul. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. ii. 919; I-i Opp. ed. Migne II. 913. — »Apostolica sedes quae.«

» 19 » (2818) (Machtildi) abbatissae Gandersheimensi decimationem quatuor marcharum et villarum scilicet Dengi, Witmari, Weverlingi et Suttherum, quam ex dono b. m. Bernardi episcopi Haluerstadensis († 968) obtentam percipit annuatim, confirmat. xiii kal. Iul. a° 9°. || Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 743. — »Cum a nobis.«

» 21 » (2819) P. potestatem et populum Alexandrinos monet, ut in fidelitate ac devotione apostolicae sedis perseverent. xi kal. Iul. a° 9°. || Ughelli Ital. sacra IV. col. 445; Bréquigny Dipl. II. ii. 917; I-i Opp. ed. Migne II. 911; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 40. — »Cum dilectus filius.«

» 21 » (2820) Universo clero Alexandrino mandat, ut, »cum Alexandrinam et Aquensem ecclesias duxerimus uniendas,« Alexandrino et Aquensi episcopo tamquam pastori et episcopo suo obedientiam et reverentiam debitam exhibeant. xi kal. Iul. a° 9°. || Ughelli l. c. IV. 319; Bréquigny l. c. 918; Moriondus Mon. Aquens. II. 20. n° 18, *omisso initio; cf.* Raynald l. c. ad a. 1206 § 40.

» 21 » (2821) P(etro) tit. S. Marcelli et B(enedicto) tit. S. Susannae presbyteris cardinalibus apostolicae sedis legatis mandat, moneant patriarcham Constantinopolitanum, ne Venetos tantum in canonicos S. Sophiae recipiat, sed etiam alios dummodo sint boni. xi kal. Iul. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. ii. 920; I-i Opp. ed. Migne II. 914; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 7 *de institut.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 519; *valde mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 7 *de institut.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 450 (*ad* a. 1210); ap. Richter Corp. II. 468. — »Ad decorem et.«

**1206.**

Iun. 21 Ferentini (2822) (Thomae) patriarchae Constantinopolitano concedit, ne iuramentum ab ipso per Venetos extortum, ut videlicet neminem sit facturus canonicum in ecclesia s. Sophiae nisi Venetum natione, observare teneatur. xi kal. Iul. a° 9°. || Gesta Innoc. § 99; Bréquigny Dipl. II. n. 944; I-i Opp. ed. Migne II. 947; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 13; *partim in* Raynaldi Ann. a. 1206 § 2. — »Ad hoc Deus.«

» 22 » (2823) Monasterii SS. Innocentii et Anastasii in Gandersheim patrocinium suscipit eiusque possessiones ac bona nominatim expressa confirmat. x kal. Iul. ind. VIII.(!) incarn. dom. a° 1206. (1207 *Meib., Leibn.*) pont. a° 9°. || Leuckfeld Antiq. Gandersh. 70; Meibom Scr. rer. Germ. II. 507; Leibnitii Scr. rer. Brunsvic. III. 725; Lünig (Reichs-Arch. XII.) Pars spec. Cont. II. Forts. III. 822; Bréquigny l. c. II. n. 924; I-i Opp. ed. Migne II. 919; Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 738, *sine signo chronol.; cf.* Raynald l. c. a. 1206 § 42. — »Prudentibus virginibus quae.«

» 22 » (2824) (Grumerio) episcopo Placentino mandat, ut in causa, quae inter (Albertum) archiepiscopum Ravennatensem ac commune Faventinum super villa Luci et s. Politi et Castro Aureoli et eorum districtu agitetur, infra tres menses recipiat testes, quos utraque pars duxerit producendos ac eos diligenter examinari procuret. x kal. Iul. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. n. 927; I-i Opp. ed. Migne II. 924; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 26 *de iuram. cal.* c. 1 *et* lib. 2. tit. 12 *de testib.* c. 10 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 472 *et* 490; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 7 *de iuram. calumn.* c. 6 *et* tit. 20 *de test.* c. 37 ap. Boehmer Corp. II. 245 *et* 306 (*ad* a. 1203. 1208); ap. Richter Corp. II. 258. 319. — »Cum causam quae.«

» 23 » (2825) Alberto praeposito in archiepiscopum Magdeburgensem electo mandat, ut magistrum G. nuntium apostolicum benigne recipiat. ix kal. Iul. (Iun. *Gesch.-Bl.*) a° 9°. || Bréquigny l. c. II. n. 919; I-i Opp. ed. Migne II. 913; Geschichts-Blätter für Magdeburg IV. (1869.) 186, *ubi falso ad* d. 20. Mai. 1206. — »Tempestas imperii quae.«

» 24 » (2826) (Bernardo) Padelburnensi episcopo et (Thietmaro) abbati Corbeiensi Padelburnens. dioc. mandat, compellant, cum ab abbatissa et sororibus de Gandersem Hildesemens. dioc. fuerint requisiti, malefactores earum in Saxonia constitutos, ut eis ablata restituant et de damnis irrogatis satisfaciant. viii kal. Iul. a° 9°. || Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 742. — »Quoniam nimis dispendiosum.«

» 24 » (2827) Adolfum quondam Coloniensem archiepiscopum deplorat, quod nec monitis et praeceptis, nec minis et terroribus eum inducere potuit, »ne sine causa nobis illuderes, quos ad favendum regi Ottoni per litteras induxisti.. . Ecce iusto iudicio per ius ipse in foveam incidisti, quam alii praeparasti; quia enim velles praedictum regem deicere, deiectus es ipse prior propter notum periurium, proditionem vulgatam, publicam excommunicationem et inobedientiam manifestam...... Ne putes quod verba ista de cordis amaritudine proferamus; memores adhuc (sumus) illius dilectionis antiquae, qua te inter fratres et coepiscopos nostros affectuose amabamus.... Memorare novissima tua, si forsan a tanto resipiscas errore, ad illum per humilem poenitentiam te convertens, a quo te per contumacem inobedientiam avertisti.... Monemus ergo te frater cum lacrimis et exhortamur in Christo Iesu, quatenus nostris salubribus monitis acquiescens per poenitentiae medicinam de morte resurgas ad vitam et ad ubera matris ecclesiae revertaris.« viii kal. Iul. a° 9°. || Innoc. Ep. Ms. bibl. regiae Berol., Ms. lat. Oct. 50. n° 3, *ubi autem signum chronol. est abscissum;* Raynaldi Ann. a. 1206 § 11; Bréquigny Dipl. II. n. 918; I-i Opp. ed. Migne II. 911; Lünig Spic. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 252. — »Quotiens te monitis.«

» 26 » (2828) Monasterii s. Vedasti Atrebatensis tutelam suscipit eiusque bona ac possessiones confirmat. vi kal. Iul. ind. VIII.(!) incarn. dom. a° 1206. pont. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. n. 934; I-i Opp. ed. Migne II. 934; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 42. — »Sicut irrationabilia praedecessorum.«

» 26 » (2829) (Oddoni) abbati et capitulo S. Vedasti Atrebatensis interdicit, ne cui laico de cetero procurationem cibi et potus concedant, eis libertates et consuetudines antiquas confirmat, statuit, »ut nullus in proprio fundo monasterii ecclesiam de novo audeat fabricare,« et adiicit, »ut capellanos qui in propriis eorum ecclesiis morantur, nemo subiicere valeat interdicto.« vi kal. Iul. a° 9°. || Bréquigny l. c. 937; Migne l. c. 938. — »Cum nobis sit.«

» 27 » (2830) Sabinensem episcopum in eo statu quoad defendenda episcopatus Sabinensis iura reponit, quem habuit, quando Conradus archiepiscopus Maguntinus et episcopus Sabinensis ecclesiae praesulatum accepit. v kal. Iul. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. n. 920; I-i Opp. ed. Migne II. 914. — »Quoniam propter longam.«

(Iun. fin., Iul. ine.) (») (2831) (Wolfgero) Aquilegensi patriarchae gratias agit, »quod circa principem illum quem nosti (*i. e.* Philippum ducem Sueviae) mandatum nostrum exequi studuisti .... Responsionem ipsius gratam in multis habemus. Verumtamen in facto ecclesiae Maguntinae nec iuste nec honeste respondit, quia ... sic vult dimittere Liupuldum intrusum ut et nos Siffridum archiepiscopum faciamus omnino cessare; quod iniquum, frivolum et ab-

**1206.**

surdum .... Illud habemus acceptum quod inter ipsum et adversarium suum (*i. e.* regem Ottonem) treuguas libenter... admisisset, si ad illum nostri potuissent nuntii pervenisse.... Suggerimus alteri parti ut treuguas non solum recipiat, sed exposcat.« *Absque nota chronol.* || Innoc. Ep. *registr.* n° 137 ed. Baluze I. 748; Opp. ed. Migne III. 1136; Raynaldi Ann. a. 1206 § 14. — »Dignas fraternitati tuae.«

(Iun. fin., Iul. ine.) (Ferentini) (2832) Regi Ottoni de superiore epistola ad (Wolfgerum) Aquilegensem patriarcham significat eumque monet, ut, si sibi et parti suae viderit expedire, communicet cum illo, quod ad mandatum sedis apostolicae treuguas recipere sit paratus et, si forsan ipse consenserit, ineat treuguas saltem unius anni cum ipso. *Sine signo chronol.* || Innoc. Ep. *registr.* n° 138 ed. Baluze I. 748; Opp. ed. Migne III. 1137; *cf.* Raynald. l. c. § 14. — »Noverit regalis prudentia.«

( - ) ( - ) (2833) (Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo respondet ad haec quinque capitula: »Primum capitulum fuit, quod multorum didicisti relatu, quod inter nos et Philippum medium constituimus (Wolfgerum) patriarcham Aquilegensem; secundum, quod non sinit ratio nec discretionis patitur ordo, ut domino arma ponente servus pugnam non deserat, sed gerat se, quod non decet, domino fortiorem; tertium, quod repetitas saepe preces recepimus, ut dignaremur tibi obligationis vinculum relaxare quo nobis es in facto imperii obligatus; in quarto admiraris, cur hoc tibi negetur, quod legato nostro et legationis tempore licuit patriarchae. Ex quinto vero capitulo, quo dixisti, quod haec exempla suadere tibi non possunt nec poterunt ut manus tuae ad id se velint extendere quod nostra eis indulgentia non concessit, gratiarum tibi referimus actiones.« *Sine signo chronol.* | Innoc. Ep. *registr.* n° 139 ed. Baluze I. 748; Opp. ed. Migne III. 1137; Hansiz Germ. sacr. II. 317. — »Ad universa capitula.«

Iul. 1 » (2834) (Iohanni) episcopo et magistro Guidoni archidiacono Lemovicensibus [et (Bargaudo) abbati Buliensi Lemovic. dioc. *om. Decr.*] causam inter magistrum Zachariam abbatem et conventum Mauziacenses (Maugracen. *Coll. III.*, Naviacen. *Decr. Gr.*) ex una parte et fratrem Petrum, Templariorum de Torreta (Torren. *Coll. III.*, Tocen. *D. Gr.*) procuratorem ex altera de decimis terrarum de Sancolt (Sarcole *Decr.*) litigantes committit. Kal. Iul. a° 9°. || Bréquigny Dipl. II. ii. 930; I-i Opp. ed. Migne II. 923; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 16 *de privil.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 588; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *de privil.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 815, *tributa* a° 1213; ap. Richter Corp. II. 825. — »Accedentibus ad praesentiam.«

» 2 » (2835) Simonem comitem Montisfortis monet et rogat, ut Arnaldo archiepiscopo Narbonensi de damnis et iniuriis irrogatis satisfactionem exhibeat competentem ab eiusque indebita molestatione de cetero desistat. vi non. Iul. (a° 9°). || Gallia christ. VI. instr. 57. — »Quot et quanta.«

» 3 » (2836) (Hugoni) Autissiodorensi episcopo scribit de divortio ab isto celebrato inter maritum quendam et Odoardem mulierem, cui naturale deerat instrumentum, ut ab ipso carnaliter cognosci non posset, quae autem postea Willelmum invenit, qui seras huiusmodi reseravit eamque sibi copulavit. »Inter ipsam et praedictum Willelmum matrimonium non esse censemus eosque praecipimus ab invicem separari. Quaestio illa autem est soluta, qua quaeritur, utrum illa quae adeo arcta est, ut nulli possit carnaliter commisceri nisi per incisionem, aut alio sibi modo violentia inferatur, ut ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea perhiberi.« v non. Iul. a° 9°. || Bréquigny Dipl. II. ii. 922; I-i Opp. ed. Migne II. 916; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 11 *de impotent. coeundi* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 563; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 15 *de frigid.* c. 6 ap. Boehmer l. c. 672 (*relata ad* a. 1204); ap. Richter l. c. 681. — »Fraternitatis tuae litteras.«

» 7 » (2837) (Desiderio) Cenadiensi episcopo et abbati de Cikedor (Ciquedor *Coll. III.*) mandat, ut (Calanum) episcopum Quinqueecclesiensem falso crimine delatum protegant et defendant. Non. Iul. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. ii. 932; I-i Opp. ed. Migne II. 931; Koller Hist. episc. Quinqueeccl. I. 328; Fejér Cod. dipl. III. i. 38; *fragm.* ap. Kollar Hist. iur. patron. 130; *in 2 partes divisa in* Collect. III. decret. lib. 2. tit. 14 *de praesumpt.* c. 2 *et* lib. 5. tit. 17 *de purgat. can.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 494 *et* 589; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 23 *de praesumpt.* c. 15 *et* lib. 5. tit. 34 *de purgat. can.* c. 12 ap. Boehmer l. c. 332 *et* 826, *ubi tribuitur* a'° 1198. 1210; ap. Richter l. c. 346. 838. — »Cum in iuventute.« *Cf.* 1210. Mart. 9.

» 9 » (2838) Hugoni S. Genculfi Tullensis et W. Liberdunensis ecclesiae et Lamberto Lincien. Tullensis dioc. canonicis causam inter G. presbyterum ex una parte et abbatem S. Leonis Tullensis ex altera de expoliatione cuiusdam beneficii ecclesiae de Nais litigantes committit terminandam. vii id. Iul. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. ii. 931; I-i Opp. ed. Migne II. 930. — »Causam quae vertitur.«

» 11 » (2839) (Guillelmo) Cumano episcopo concedit, ut ea quae a praedecessoribus male alienata sint, ad ius et proprietatem ipsius ecclesiae revocet. v id. Iul. a° 9°. || Bréquigny l. c. II. ii. 934; I-i Opp. ed. Migne II. 934. — »Cum a nobis.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1206.** |
| Iul. 11 | Ferentini | (2840) Universos abbates in generali Cisterciensi capitulo congregatos obsecrat, ut sibi caritatis suffragia impendant, et remis orationum suarum piscatorem et naviculam sublevantes illum qui mari et ventis imperat exorent, ut interiorem et exteriorem tempestatem serenet et compescat. v id. Iul. a° 9°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 469; Bréquigny Dipl. II. ii. 938; I-i Opp. ed. Migne II. 940; Raynaldi Ann. a. 1206 § 30. 31. — »Postquam vocante Domino.« |
| » 13 | » | (2841) (Guidoni) Remensi archiepiscopo S. R. E. cardinali apostolicae sedis legato et suffraganeis eius mandat, ut sententiam excommunicationis, quam (Iohannes) episcopus Cameracensis in cives Cameracenses et alios suorum bonorum raptores propriis nominibus exprimendos tulit, singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis sententiam renovantes observari faciant. iii id. Iul. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 946; I-i Opp. ed. Migne II. 949; Bouquet Rec. XIX. 483; *cf.* Raynald. l. c. a. 1206 § 27. — »Angustias et aerumnas.« |
| » 13 | » | (2842) (Lamberto) abbati S. Bartholomaei et Gosberto et Drogoni de Cordolio canonicis Noviomensibus mandat, ut B. subdiaconum in possessionem vacantis ecclesiae de Fraitoi inducant eumque possessione ipsius pacifica frui faciant. iii id. Iul. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 938; I-i Opp. ed. Migne II. 939. — »Ex literis dilectorum.« |
| » 14 | » | (2843) Cellerario et M. Asino et R. canonicis Spirensibus mandat, ut sententiam confratrum suorum super electione custodis ecclesiae s. Petri Argentinensis factam inviolabiliter observari faciant. ii id. Iul. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 940; I-i Opp. ed. Migne II. 942. — »Cum custodia ecclesiae.« |
| » 16 | » | (2844) Magistrum et fratres hospitalis de Novo Castro de Driencort protegendos suscipit eisque ecclesiam s. Nicolai de Menonvalt et grangiam de feudo de Periers cum omnibus pertinentiis confirmat. xvii kal. Aug. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 941; I-i Opp. ed. Migne II. 944. — »Solet annuere sedes.« |
| 18 | » | (2845) Archipresbytero et Guidoni de Bagnolo canonico Bononiensibus petitionem abbatis de Nonantula de primario lapide ad oratorium construendum a pontifice mittendo examinandam committit. xv kal. Aug. a° 9°. ‖ Tiraboschi Storia di Nonant. II. 339; I-i Opp. ed. Migne IV. 160. n° 112. — »Dilectus filius abbas.« |
| ( » 16-22) | ( » ) | * (2846) (Adamo *al.* Andreae) decano et capitulo Laudunensibus statuta ecclesiae confirmat. *Sine signo chron.* ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 941; I-i Opp. ed. Migne II. 944. |
| » 22 | » | (2847) Caesaraugustano episcopo mandat, ut tollat statutum factum, quod nisi omnes canonici consenserint, nullus possit recipi in canonicum. xi kal. Aug. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 943; I-i Opp. ed. Migne II. 945. — »Per tuas nobis.« |
| » 23 | » | (2848) Gualtero clerico (capellano?) B(alduini) imperatoris Constantinopolitani praepositurам ecclesiae s. Mariae, quae graece Ypanimnitos et latine Misericordia nuncupatur, confirmat. x kal. Aug. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 943; I-i Opp. ed. Migne II. 946. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 23 | » | (2849) Lamberto presbytero capellano B(alduini) Constantinopolitani imperatoris praepositurам S. Michaelis confirmat. x kal. Aug. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 944; Migne l. c. 946. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 23 | » | (2850) Absaloni presbytero praepositurам in ecclesia b. Mariae de Scota apud Constantinopolim confirmat. x kal. Aug. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 944; Migne l. c. 946. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 24 | » | (2851) (Reginaldum) episcopum Laudunensem hortatur, ut magistro Alberico praebendam in ecclesia Laudunensi conferat. ix kal. Aug. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 942; I-i Opp. ed. Migne II. 944. — »Si viros scientia.« |
| » 24 | » | (2852) (Adamo *al.* Andreae) decano et capitulo Laudunensibus concedit, ut, si quando super consuetudinibus ecclesiae suae inter ipsos et episcopum vel archiepiscopum controversia mota fuerit, ad illas probandas fratres suos testes producere possint. ix kal. Aug. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 942; Migne l. c. 945. — »Solet annuere sedes.« |
| » 25 | » | (2853) Gualtero de Curtraco canonico in ecclesia s. Sophiae Constantinopolitanae institutionem ibi factam confirmat. viii kal. Aug. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 944; I-i Opp. ed. Migne II. 946. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 26 | » | (2854) N. N. mandat, ut mercimonia vel quaelibet bona, quae a mercatoribus Placentinis in eorum posse devenerint, detineri faciant, donec populus Placentinus ecclesiae matri suae debitam satisfactionem impendat. vii kal. Aug. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. ii. 945; I-i Opp. ed. Migne II. 948. — »Nisi prava populi.« |
| » 28 | » | (2991) Pampilonensi episcopo, P(etro) de Castro Novo et fratri Rad(ulfo) monacho F(M)ontis Frigidi apostolicae sedis legatis mandat, ut secundum prius mandatum in causa matrimonii P(etri) Aragonum regis cum M. nata quondam G. Montis Pessulani procedant. V kal. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 1045; I-i Opp. ed. Migne II. 1080; Bouquet Rec. XIX. 485; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1207 § 6. — »Dudum nos vobis.« |
| » 29 | » | (2992) (Friderico) regi Siciliae gratulatur, »quod manus Domini de illorum indigna te custodia liberavit, qui ....... curam a te amoverant, quam pia tibi genitrix deputarat,« eumque ad bene agendum hortatur. IV kal. Febr. a° 9°. ‖ Raynald. l. c. a. 1207 § 5; Bréquigny l. c. II. n. 1045; I-i Opp. ed. Migne II. 1081; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 124 — »Quantae iucunditatis affectus.« |
| | | * *De eodem argumento* Regis Siciliae familiaribus; Bréquigny l. c. 1046; *et* ** Archiepiscopis et praelatis ac comitibus per regnum Siciliae mandat, ut obediant et faveant regi Siciliae. ‖ Bréquigny l. c. 1047; Migne l. c. 1082; *cf.* Raynald. l. c. § 6. |
| » 29 | » | (2993) (Niveloni) episcopo Suessionensi significat, se statuere, »quatenus, si quid in tuum vel ecclesiae s. Georgii Constantinopolitani tibi commissae super hospitali aut rebus aliis ad eandem ecclesiam pertinentibus post tuum recessum fuerit praeiudicium attentatum, in irritum revocetur.« IV kal. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 1047; Migne l. c. 1082; *cf.* Raynald. l. c. § 20. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 31 | » | (2994) (Alberto) Hierosolymitano patriarchae sedis apostolicae legato respondet de ordinatione eorum canonica, qui penitus sunt ignoti, et de clericis in saeculari habitu non tolerandis, qui sunt apostasiae criminis infamati. II kal. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1207.** |
| | | II. 1048; I-i Opp. ed. Migne II. 1083; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 16 *de cler. peregr.* c. 2 *et* lib. 5. tit. 6 *de apostat.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 459. 578; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 22 *de cl. per.* c. 3 *et* lib. 5. tit. 9 *de apost.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 132. 754, *relata ad* a. 1203; ap. Richter Corp. II. 143. 762. — »Tuae fraternitatis discretio.« |
| Febr. 1 | Romae ap. S. Petrum | (2995) (Roberto) Cabilonensi et (Gerardo) Cathalaunensi episcopis et priori Claraevallensi mandat, ut causam inter (Matthaeum) Tullensem episcopum et decanum Tullensem super dilapidatione, excommunicatione, periurio ac quibusdam aliis vertentem fine canonico terminent. Kal. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1051; I-i Opp. ed. Migne II. 1087; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 22 *de procur.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 468; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 38 *de procur.* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 196, *tributa* a° 1210; ap. Richter Corp. II. 205. — »In nostra praesentia.« |
| » 1 | » | (2996) (Roberto) Lingonensi et (Gerardo) Cathalaunensi episcopis et priori Claraevallensi causam primiceriatus et scholastriae Tullensis committit. Kal. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 1053; I-i Opp. ed. Migne II. 1090; *sine inscript. in* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 1 *de constitut.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 425; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 2 *de constitut.* c. 8 ap. Boehmer l. c. 6, *adscripta* a° 1204; ap. Richter l. c. 9. — »Cum accessissent ad.« |
| » 1 | » | (2997) Petro abbati monasterii s. Martini de Monte eiusque fratribus significat, se, cum in generali Cisterciensi capitulo diffinitum sit, ut propter paupertatem hoc monasterium a Cisterciensi ordine separari deberet, mille libras tribuisse ad possessiones eiusdem redimendas et mandasse abbati et fratribus Pontigniacensis coenobii, ut eorum ecclesiam in specialem filiam adoptantes abbatem et conventum ad illam dirigerent reformandam. Porro ad conventum honeste sustinendum eis ecclesiam s. Salvatoris positam iuxta Orelem cum omnibus possessionibus in perpetuum concedit *etc.* Kal. Febr. indict. (II *Ugh.*) XI (!) incarn. dom. a° 1206. pont. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1404; Manrique Ann. Cisterc. III. 469; *cf.* 1208. Febr. 1. n° 3291. — »Licet monasterium vestrum.« |
| » 3 | » | (2998) (Alberto) Hierosolymitano patriarchae apostolicae sedis legato terminum veniendi ad curiam Romanam prorogat. III non. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1047; I-i Opp. ed. Migne II. 1083. — »Ex parte tua.« |
| » 5 | » | (2999) R(aynerio) episcopo et clero Viterbiensibus mandat, ut vel a divinorum celebratione cessent, vel Iohanni Bono ea restituant, quae ipsi in odium fidei catholicae Patareni abstulerunt. Non. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 1050; I-i Opp. ed. Migne II. 1086; *cf.* Raynald. Ann. a. 1207 § 3. — »Lacrymabilem dilecti filii.« |
| » 5 | » | (3000) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, plebanis archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis per Tusciam, Maritimam et Campaniam constitutis praecipit, ut in eos, qui bona monasterii s. Martini in Monte Cisterc. ord. aut iniuste occupant, aut oneribus gravant, excommunicationis sententiam promulgent. Non. Febr. a° 9°. ‖ Bullar. Vatic. I. 129, *ubi male* Innocentio IV *tribuitur.* — »Non absque dolore.« |
| » 6 | » | (3001) (Iohanni?) Florentino episcopo mandat, ut F. diaconum, quem »cum a suis aemulis diceretur, quod esset filius sacerdotis« non promovere voluerat, ad sacerdotis officium promoveat. VIII id. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1049; I-i Opp. ed. Mine II. 1085; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 17 *de purgat. can.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 590; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 34 *de purg. can.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 827, *tributa* a° 1206; ap. Richter Corp. II. 839. — »Accedens ad praesentiam.« |
| » 7 | » | (3002) (Eustachio) Eliensi episcopo mandat, ut Henricum de Wiceton subdiaconum Lincolniensis dioc. a voto transfretandi in Terrae sanctae subsidium absolvat, cum velit congruum subsidium destinare per terminos competentes. VII id. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 1049; I-i Opp. ed. Migne II. 1085. — »Ad apostolicam sedem.« |
| » 7 | » | (3003) Capitulo Vastinensi significat, se ordinationem in eorum ecclesia factam super negotio prioratus tolerare. VII id. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 1050; I-i Opp. ed. Migne II. 1086; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 8 *(sine inscript.) in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 517; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 21 *(sine inscript.)* ap. Boehmer Corp. II. 438, *tributa* a° 1206; ap. Richter Corp. II. 456. — »Nisi essent viri.« |
| » 8 | » | (3004) Capitulo et universo clero Magdeburgensibus electionem Alberti archiepiscopi confirmat. VI id. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 1055; I-i Opp. ed. Migne II. 1093; Geschichts-Blätter für Magdeburg IV. (1869.) 187; *fragm. sine inscript. in* Collect. IV. decret. lib. 1. tit. 3 *de elect.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 616; *pari modo int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 39 ap. Boehmer l. c. 70, *donata* a° 1210; ap. Richter l. c. 80; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1207 § 11. — »Illa quotidiana instantia.« |
| » 8 | » | (3005) Praeposito et canonicis S. Mariae Magdeburgensis hospitale s. Alexii iuxta praescriptam ecclesiam positum confirmat. VI id. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. II. 1056; I-i Opp. ed. Migne II. 1094. — »Iustis petentium desideriis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1207.** |
| Febr. 9 | Romae ap. S. Petrum | (3006) Praeposito et canonicis S. Mariae Magdeburgensis libertates, immunitates, rationabiles consuetudines et alia iura, quae eis Romanorum pontificum privilegiis indulta sunt, confirmat. v id. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 1056; I-i Opp. ed. Migne II. 1095; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1207 § 11. — »Effectum iusta postulantibus.« |
| » 10 | » | Priorem ac fratres Vallis Caulium: »Solet annuere«, iv id. Febr. a° 9°. ‖ Manrique Ann. III. 478, *vid.* 1205. Febr. 10. n° 2410. |
| » 13 | » | (3007) Alberto Magdeburgensi archiepiscopo concedit, ut donationes beneficiorum, quae L(udolfus) praedecessor, dum esset excommunicationis vinculo innodatus, clericis assignare praesumpserit, irritas decernat ipsaque beneficia personis idoneis tribuat. Id. Febr. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 1060; I-i Opp. ed. Migne II. 1100; Geschichts-Blätter für Magdeburg IV. (1869.) 189. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 13 | » | (3008) (Iohanni) archiepiscopo Strigoniensi, (Petro) Geuriensi episcopo et praeposito Albensi mandat, ut Petrum de Ukas et quosdam alios de Curumzue [Koronczo] Geuriensis dioc., qui usque ad effusionem sanguinis in quosdam fratres monasterii de Monte s. Mariae in Ungaria manus iniecerunt violentas, tamdiu excommunicatos publice nuntient, donec passis iniuriam satisfecerint. Id. Febr. a° 9°. ‖ Fejér Cod. dipl. VII. v. 170. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 13 | » | (3009) Eisdem mandat, ut causam inter abbatem conventumque de Monte s. Mariae Cisterc. ord. ex parte una et Dianum (?), filios eius Michaelem et Paulum *etc.* ex altera super quibusdam possessionibus monasterii dicti ab his contra iustitiam occupatis vertentem terminent. Id. Febr. a° 9°. ‖ Fejér l. c. 171. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 13 | » | * (3010) Eidem archiepiscopo et (Petro) episcopo Iaurinensi mandat, faciant ut possessiones abbatiae s. Mariae de Kethel ord. Cisterc. per vim a quibusdam occupatae et distractae eidem abbatiae restituantur. Id. Febr. a° 9°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 36. |
| » 13 | » | * (3011) Quendam Pike Vkas et alios quosdam de Curumzue Iaurinensis diocesis, qui occupatis abbatiae s. Mariae de Kethel bonis aliquot fratres Cistercienses percusserant, excommunicat. Id. Febr. a° 9°. ‖ Fejér l. c. 36. |
| » 16 | » | (3012) (Roberto) Lingonensi episcopo respondet de capellae ducis Divionensis (Bohemiae *Coll. III.*, Burgundiae *Decr. Gr.*) privilegio, quod tale est ut »nullus archiepiscopus vel episcopus in personas canonicorum eiusdem capellae suspensionis vel excommunicationis aut etiam interdicti sententiam audeat promulgare.« xiv kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 1058; I-i Opp. ed. Migne II. 1097; *sine inscript.* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 16 *de privil.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 588; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *de privil.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 816, *adscripta* a° 1213; ap. Richter Corp. II. 826. — »Cum capella ducis.« |
| » 16 | » | (3013) Alberto Magdeburgensi archiepiscopo institutionem quarundam ecclesiarum et donationem possessionum earum confirmat. xiv kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 1061; I-i Opp. ed. Migne II. 1101. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 17 | » | (3014) Abbati de Sichen Halberstatensis dioc., scholastico S. Sebastiani et magistro Arnoldo plebano S. Iohannis Magdeburgensis mandat, ut de excessibus Alberti praepositi de Hunoldesburc et Rodulfi de Ranis canonici Magdeburgensis ecclesiae inquirant et referant. xiii kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 1061; I-i Opp. ed. Migne II. 1101; Geschichts-Blätter für Magdeburg IV. (1869.) 190. — »Super speculam Domini.« |
| » 18 | » | (3015) (Roberto) episcopo et (Evrardo) decano et capitulo Lingonensibus mandat, ut magistrum Hugonem de Faverniaco in canonicum recipiant. xii kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 1059; I-i Opp. ed. Migne II. 1098. — »Scientia litteralis et.« |
| » 18 | » | (3016) (Iohanni) episcopo, (Bernardo) abbati S. Martini et cantori Lemovicensibus mandat, ut eos, qui post mortem magistri P. subdiaconi et notarii sui bona matris et fratrum eius indebite occuparunt, excommunicationi subiiciant. xii kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. 1059; Migne l. c. 1099. — »Si ... Sollempniacensis.« |
| » 19 | » | (3017) Eidem episcopo et capitulo Lemovicensibus iterum praecipit, ut R. de Turribus canonicum S. Aredii in fratrem et canonicum recipiant. xi kal. Mart. a° 9°. ‖ Bréquigny l. c. II. n. 1062; I-i Opp. ed. Migne II. 1102. — »De facili perpendere.« |
| 1206 Febr. 22-1207 | — | (3018) [T. et G. (*al.* S.) et archidiacono Parisiensi] mandat, ut in causa vertente inter abbatem conventumque S. Vincentii ex parte una et archidiaconum Carnotensem ex altera super quibusdam procurationibus, non obstantibus litteris impetratis ante adventum W. eiusdem monasterii monachi, quem propter hoc ad sedem apostolicam transmiserint, ratione praevia procedant. A° 9°. ‖ Collect. IV. decr. lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 630; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 18 ap. Boehmer Corp. II. 225, *ad* a. 1200; ap. Richter Corp. II. 238. — »Causam quae inter.« |
| Febr. 25 | Romae ap. S. Petrum | (3019) Abbati et conventui S. Vedasti Atrebatensis privilegium Alexandri pp. super prohibitione concessionis aliquarum praebendarum, quas canonici saeculares B. Petri reci- |

1207.

| | | |
|---|---|---|
| | | piebant, confirmat. v kal. Mart. a° 10°. ‖ Innoc. Ep. lib. 10. n° 2 ed. Baluze II. 2; Opp. ed. Migne II. 1104. — »Quanto religiosi viri.« |
| Febr. 26 | Romae ap. S. Petrum | (3020) Eisdem significat, se processum super causa, quae inter ipsos et quosdam Atrebatenses clericos de praebendis ecclesiae s. Petri vertebatur, in irritum revocare. iv kal. Mart. a° 10°. ‖ Innoc. Ep. lib. 10. n° 3 ed. Baluze II. 2; Opp. ed. Migne II. 1105. — »Cum super processu.« |
| » 26 | » | (3021) Monasterium de Radingia Cluniac. ord. cum omnibus bonis protegendum suscipit eique omnes possessiones, libertates et immunitates confirmat. iv kal. Mart. a° 10°. ‖ Innoc. Ep. lib. 10. n° 16 ed. Baluze II. 8; Opp. ed. Migne II. 1115. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 26 | » | (3022) Heliae abbati et conventui de Radingia Cluniac. ord. concedit, ut quae a suo monasterio alienata noscuntur, ad ipsum legitime revocare possint. iv kal. Mart. a° 10°. ‖ Innoc. Ep. lib. 10. n° 17 ed. Baluze II. 8; Opp. ed. Migne II. 1115. — »Cum ex illorum.« |
| » 26 | » | (3023) Abbatem et conventum Sanctae Crucis Cisterc. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem possessiones Sulze, Wecelendorf et Poumgarten, quas quondam L. et F. filius eius duces Austriae eorum monasterio contulerant, eis confirmat. iv kal. Mart. a° 10°. ‖ Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 36. — »Cum a nobis.« |
| » 26 | » | (3024) Abbatem et monachos de Alto Monte s. Mariae Cisterc. ord. protegendos suscipit eisque specialiter possessiones Satelbach, Mulchberch, Miscendorff, Grasental, Baranstorff et Dogendorff cum pertinentiis confirmat, statuens ut nullus de eorum novalibus aut de nutrimentis animalium aut de ipsis animalibus decimas exigere praesumat. iv kal. Mart. a° 10°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 94. — »Cum a nobis.« |
| » 28 | » | (3025) Abbati Eveshamensi A. monachum remittit mandans, ut ipsum patiatur ibidem in monastico habitu Domino famulari, cum eodem, prout expedire viderit, dispensando. ii kal. Mart. a° 10°. ‖ Innoc. Ep. lib. 10. n° 1 ed. Baluze II. 1; Opp. ed. Migne II. 1103. — »In nostra praesentia.« |
| Mart. 1 | » | • (3026) Commissarios denominat, qui militem de Helmistorf ad resarcienda damna monasterio Baumburgensi illata compellant. Kal. Mart. a° 10°. ‖ Lang Regesta II. 24. |
| » 2 | » | (3027) Ulrico clerico custodiam S. Petri in Leodio, quam ex concessione H(ugonis) Leodiensis episcopi assecutus est, confirmat. vi non. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 13 ed. Baluze II. 5; Opp. ed. Migne II. 1110. — »Cum a nobis.« |
| 3 | » | (3028) B(ernardum) ducem Saxoniae cum eis quae possidet aut in posterum poterit adipisci, sub protectione sedis apostolicae suscipit. v non. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 5 ed. Baluze II. 3; Opp. ed. Migne II. 1106. — »Cum iuxta canonicas.« |
| ( » 3?) | » | (3029) Abbati S. Auberti, cantori et R. de Bekerel canonico Cameracensibus mandat, ut praepositum, decanum et capitulum Brugensis ecclesiae compellant ad Hugonem subdiaconum in canonicum recipiendum, praebenda vacante in eorundem ecclesia. *Sine signo chronol.* ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 4 ed. Baluze II. 2; Opp. ed. Migne II. 1105. — »Dilecti filii . . .« |
| » 5 | » | (3030) (Sophiae) abbatissae ac sororibus Quidelingeburgensibus locum in quo situm monasterium, civitatem quoque Quidelingeburgensem, numismatis percussuram, theloneum et forum, libertates quoque ac immunitates et exemptiones saecularium exactionum a Romanis pontificibus, regibus *etc.* eis indultas confirmat. iii non. Mart. a° 10°. ‖ Kettner Hist. Quedlinb. Beil. 13; *id.* Antiqq. Quedl. 225; Erath Cod. dipl. Quedlinb. 124; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 201. n° 38; *ibid.* Cont. III. (R.-A. XXI.) Anh. 127. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 5 | » | (3031) Abbati S. Michaelis de Lapide et praeposito S. Wiberti Quidelingeburgensi, abbatissae S. Mariae in Monte et praepositissae S. Nicholai in Wenethusen Halberstad. dioc. mandat, ut abbatissae Quidelingeburgensis monasterii, »ad quod monasteria vestra pertinere noscuntur,« obedientiam et reverentiam exhibeant. iii non. Mart. a° 10°. ‖ Erath l. c. 124. — »Cum obedientie bonum.« |
| » 5 resp. 6 | » | (3032) (Ottoni) episcopo et scholastico Frisingensibus et plebano in Conven. Frising. dioc. causam inter praepositum capitulumque Berthesgatmenses et praepositum capitulumque Salzburgenses super censu cuiusdam foresti ac rebus aliis vertentem committit diiudicandam. ii (iii *Lün.*) non. Mart. a° 10°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. I. ii. 570; Hund Metrop. Salisb. II. 166; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 13. n° 13. — »Suam ad nos.« |
| » 6 | » | (3033) Capitulo Magdeburgensi inhibet, ne quis eorum curias vel claustrales areas, quae vendi debent tantummodo canonicis Magdeburgensibus vel locari, personis aliis donare, vendere vel locare praesumat. ii non. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 7 ed. Baluze II. 4; Opp. ed. Migne II. 1108. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 6 | » | (3034) (Iohanni) archiepiscopo Strigoniensi et suffraganeis eius, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis in Strigoniensi provincia constitutis mandat, ut, si quis parochianorum suorum in abbatem et conventum de Alto Monte |

**1207.**

s. Mariae Cisterc. ord. violentas manus iniecerit, eum accensis candelis excommunicatum publice nuncient, donec eisdem fratribus congrue satisfaciat et cum litteris dioecesani ipsius rei veritatem continentibus apostolico se conspectui praesentet. (xi *Mon. Hung., sed legas*) ii non. Mart. a° 10°. ‖ Fuxhoffer Monast. II. 107; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 95. — »Audivimus et audientes.«

Mart. 7 — Romae ap. S. Petrum — (3035) Sophia abbatissa Quidelingeburgensis (Quiddinaburg. *Lün.*) monasterii eiusque sororibus postulantibus praefatum monasterium, »quod b. Petri iuris existit et ab Henrico rege fundatum est et sub annuo censu unius librae argenti ecclesiae Romanae oblatum,« protegendum suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat. Non. Mart. indict. IX(!). incarn. dom. a° 1206. pont. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 6 ed. Baluze II. 3; Opp. ed. Migne II. 1106; Erath Cod. dipl. Quedlinb. 125; Lünig Reichs-Arch. (XII.) Pars spec. Cont. II. 858; Kettner Antiqq. Quedlinb. 222. — »Prudentibus virginibus quae.«

» 8 — Laterani — (3036) (Conrado) Alberstadensi et (Theodorico) Merseburgensi episcopis et abbati S. Iohannis in Monte Magdeburgensi mandat, iniungant Magdeburgensi capitulo, ut presbyteros idoneos et alios viros honestos in canonicos recipere non recusent, non obstante privilegio quodam de sandaliorum usu, quod ministrantibus altari maiori in quibusdam festivis diebus concessum sit. viii id. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 8 ed. Baluze II. 4; Opp. ed. Migne II. 1108. — »Venerabilis frater noster.«

» 9 — » — (3037) Lucae abbati et conventui Burguliensi ea quae de Savigneio et de Claromonte abbates Cisterciensis ordinis et P. de Butera canonicus Andegavensis, quibus correctio monasterii illius a sede apostolica commissa erat, pro reformatione religionis et utilitate dicti monasterii statuerant, confirmat, constitutiones ipsas inserens ad verbum. vii id. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 14 ed. Baluze II. 5; Opp. ed. Migne II. 1111; Cocquelines Bullar. III. 113. n° 47; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 198. — »Ad evellendum et.«

» 10 — » — (3038) (Heliae) abbati de Radingia Cluniac. ord. concedit, ut in exterioribus monasterii sui procurationibus fratres professionis suae in religione probatos, industrios ac discretos absque contradictione cuiuslibet constituere ac revocare possit. vi id. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 18 ed. Baluze II. 8; Opp. ed. Migne II. 1115. — »Iustis petentium desideriis.«

» 10 — » — (3039) Magistro Gervando praebendam Magdeburgensem ab Alberto archiepiscopo ei assignatam confirmat. vi id. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 9 ed. Baluze II. 4; Opp. ed. Migne II. 1109. — »Licet causam quae.«

» 10 — » — (3040) Capitulo Magdeburgensi mandat, ut magistrum Gervandum in canonicum recipiant. vi id. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 10 ed. Baluze II. 5; Opp. ed. Migne II. 1110. — »Licet causam quae.«

» 10 — » — (3041) Alberto Magdeburgensi archiepiscopo mandat, ut magistro Gervando stallum in choro et locum in capitulo assignet. vi id. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 11 ed. Baluze II. 5; Opp. ed. Migne II. 1110. — »Licet causam quae.«

» 10 — » — (3042) (Theodorico) Merseburgensi episcopo, (Balduino) Brandeburgensi et (Sigebodoni) Havelburgensi electis mandat, ut magistrum Gervandum possessione praebendae ei confirmatae facientes gaudere contradictores per censuram compescant. vi id. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 12 ed. Baluze II. 5; Opp. ed. Migne II. 1110. — »Licet causam quae.«

» 11 — » — (3043) (Odoni) episcopo et decano Parisiensibus consulentibus, utrum ab apostolica sede processerit allegata nuper in iudicio coram eis decretalis »Quisquis in suis,« respondet, se eam utpote falsam omnino respuere et damnare; mandat eisdem, ut actores ipsius poena contra falsarios edita puniant. v id. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 15 ed. Baluze II. 7; Opp. ed. Migne II. 1113. — »Vestra prudentia nos.«

» 13 — » — (3044) Maiorem decanum, priores et ceteros clericos Colonienses laudat, quod Coloniensis ecclesia super negotio imperii constantiam conservavit. »Utinam autem nunquam natus homo ille fuisset (*i. e.* Adolfus archiepiscopus Colon.), qui ecclesiam et civitatem vestram turpitudinum suarum contagione foedavit eamque perniciosissimis factis suis in multiplicem difficultatem induxit. Vere filius Belial..... Vero postquam draco ille proiectus est, per quem satan cribrandos vos quasi triticum expetivit, nullatenus fides vestra defecit.... Fornacem persecutionis instantis aequanimiter ferre debetis.« Monet eos, ut inter malleum positi et incudem imminentem pressuram per patientiam eludant, et virtutem obedientiae erga Brunonem archiepiscopum suum fortes et intrepidi observent. iii id. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. Ms. bibl. regiae Berol., Ms. lat. Oct. 50. n° 24; Ep. lib. 10. n° 19 ed. Baluze II. 8; Opp. ed. Migne II. 1116. — »Licet Coloniensis ecclesia.«

» 14 — » — (3044a) Priori et canonicis S. Andreae decimas bladi in parochia de Lochres confirmat. ii id. Mart. a° 10°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 85. — »Iustis petentium desideriis.«

» 17 — » — (3045) Prioribus et fratribus de Kirkehan, Giseburgensis, Bredlingam, de Novo burgo, et aliis eiusdem ordinis in Eboracensi dioecesi constitutis mandat, ut annis singulis conveniant in unum et, de ordinis reformatione tractantes, corrigant quae in ecclesiis suis corrigenda viderint. xvi kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 32 ed. Baluze II. 16; Opp. ed. Migne II. 1128. — »Verbum est sapientis.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1207.** |
| Mart. 17 | Laterani | (3046) Abbatem et conventum Burguliensem hortatur, ut in unitate ac pace firmiter persistant et monachos complices Hilarii quondam abbatis, qui monasterium ipsum perturbent, regulariter castigent. XVI kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 24 ed. Baluze II. 11; Opp. ed. Migne II. 1121. — »Significarunt nobis dilecti.« |
| » 17 | » | (3047) Eisdem concedit, ut pensiones annuas, quas Hilarius quondam abbas multis percipiendas ab eorum monasterio illicite fecit, legitime revocent. XVI kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 21 ed. Baluze II. 10; Opp. ed. Migne II. 1119. — »Ex parte vestra.« |
| » 17 | » | (3048) (Bartholomaeo?) Turonensi archiepiscopo et de Chaloceio et de Oratorio abbatibus ordinis Cisterc. Andegavens. dioc. mandat, moneant Hilarium quondam abbatem Burguliensem, qui ab administratione monasterii sententialiter amotus erat, ut in monasterio s. Iovini de Marnis resideat et ibidem agat poenitentiam fructuosam. XVI kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 20 ed. Baluze II. 10; Opp. ed. Migne II. 1118. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 17 | » | (3049) Eisdem mandat, faciant, ut ab abbate et conventu Burguliensis monasterii cuilibet super debitis tempore Hilarii quondam abbatis requisitis conquerenti, usuris cessantibus, iustitiae plenitudo exhibeatur. XVI kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 22 ed. Baluze II. 11; Opp. ed. Migne II. 1120. — »Cum tibi frater.« |
| » 19 | » | (3050) (Conrado) episcopo Brixinensi, H. Aquilegensi praeposito et S. scolastico Augustensi committit examinationem testium in causa electionis pontificis ecclesiae Gurcensis, super qua electione Salseburgensis ecclesia ius habere sibi vendicabat. XIV kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 55 ed. Baluze II. 27; Opp. ed. Migne II. 1148. — »Conquesta est nobis.« |
| » 19 | » | (3051) Maioris Monasterii, S. Iuliani et S. Florentii abbatibus Turonens. et Andegav. diocc. mandat, ut Hilarium quondam abbatem Burguliensem extra claustrum s. Iovini de Marnis, ubi ei ad poenitentiam peragendam commorari praeceptum est, vagantem in cameris monasteriorum suorum vel mensis (mentis *Bal., M.*) suis recipere nullatenus praesumant. XIV kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 25 ed. Baluze II. 11; Opp. ed. Migne II. 1121. — »Cum Hilarius quondam.« |
| » 19 | » | (3052) Turonensi archiepiscopo, (Guillelmo) Andegavensi et abbati de Oratorio Cisterc. ord. Andegav. dioc. de superiore ad Maioris Monasterii *etc.* abbates epistola significat eisque mandat, ut si illi secus praesumpserint attentare, eos ab huiusmodi praesumptione per censuram ecclesiasticam compescant. XIV kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 26 ed. Baluze II. 12; Opp. ed. Migne II. 1122. — »Cum Hilarius quondam.« |
| » 20 | » | (3053) Episcopo (S. Andreae *Coll. III., Decr. Gr. add.*) et H. abbati de Aberbruhot (Beroth *Coll. III.*, Bechot *Decr. Gr.*), Th. priori, Radulpho archidiacono et magistro Laurentio officiali S. Andreae, quibus causam inter abbatem canonicosque de Kambuskinel et abbatem monachosque de Dunfermelin dioc. S. Andreae super quibusdam decimis ad ecclesiam de Egles spectantibus vertentem commiserat, respondet de pluribus dubitationibus et quaestionibus, quae ex illa emerserant. XIII kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 31 ed. Baluze II. 14; Opp. ed. Migne II. 1126; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 25 *de arbitr.* c. 3, lib. 2. tit. 13 *de fide instr.* c. 4, lib. 2. tit. 5 *de causa poss.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 472. 493. 479; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 1 tit. 43 *de arbitr.* c. 6, lib. 2. tit. 22 *de fide instr.* c. 9, lib. 2. tit. 12 *de c. poss.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 213. 324. 256 (a. 1208. 1206. s. a°); ap. Richter Corp. II. 225. 338. 268. — »Cum dilecti filii« (»Cum dilectus filius« *Coll. III., Decr. Gr.*). |
| » 20 | » | (3054) Maiori decano, praeposito SS. Apostolorum et magistro H. plebano S. Martini Coloniensibus mandat, ut, cum videatur indignum, ut qui pro eo quod claves ecclesiae contempserint eiecti sint extra ipsam, cum eisdem illos impugnent quos intra eam praeceptorum suorum obedientia stabilivit, si quas litteras praesertim contra obedientes a sede apostolica impetratas pro illis noverint, tacita excommunicatione ipsorum denuntient eas tamquam surreptas nullum vigorem habere. XIII kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. Ms. bibl. regiae Berol., Ms. Oct. 50. n° 25. — »Cum videatur indignum.« |
| » 21 | » | (3055) Turonensi archiepiscopo, (Mauritio) Pictavensi et (Guillelmo) Andegavensi episcopis mandat, ut in diocesibus suis in omnes illos, qui tempore Hilarii Burguliensis monasterii quondam abbatis quandam grangiam dicti coenobii combusserunt vel ad eam comburendam impenderunt auxilium, aut obtentu ipsius Hilarii dictum monasterium praesumpserint molestare, excommunicationis sententiam promulgent. XII kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 23 ed. Baluze II. 11; Opp. ed. Migne II. 1120. — »Sicut ex parte.« |
| » 22 | » | (3056) Matthaeo praeposito et canonicis postulantibus ecclesiam b. Laurentii de Iovisvilla tuendam suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. XI kal. Apr. indict. IX(!). incarn. dom. a° 1206. pont. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 27 ed. Baluze II. 12; Opp. ed. Migne II. 1122. — »Piae postulatio voluntatis.« |
| » 23 | » | (3057) Monasterium s. Mariae de Radingia Cluniac. ord. cum omnibus eius possessionibus ac bonis, libertatibus, immunitatibus, privilegiis et quibusdam aliis eleemosynis favore religionis concessis protegendum suscipit. X kal. Apr. indict. IX(!). incarn. dom. a° 1207(!). |

1207.

pont. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 28 ed. Baluze II. 12; Opp. ed. Migne II. 1123. — »Ideo sumus licet.«

Mart. 23 Laterani (3058) Monopolitanensi, Poligniacensi et Conversanensi episcopis mandat, ut, si Benedictum presbyterum invenerint idoneum, electionem eius in episcopum insulae Kefaloniae confirmantes ipsum vice papae in episcopum consecrent. x kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 33 ed. Baluze II. 16; Opp. ed. Migne II. 1129. — »Per suas nobis.«

» 24 » (3059) (Stephano) episcopo, decano et archidiacono Noviomensibus mandat, ut, inquisitione praehabita, per censuram ecclesiasticam faciant observari sententiam ab ipsis latam contra abbatissam Montis Martyrum super dotalitio Guiburgis pauperis viduae. ix kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 34 ed. Baluze II. 16; Opp. ed. Migne II. 1129. — »Accedens ad praesentiam.«

» 24 » (3060) Arusiensi capitulo bona a Petro episcopo et S(kælmone) electo oblata confirmat. ix kal. Apr. a° 10°. ‖ Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 87; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 388; Münter Mag. f. Kirchengesch. I. 373; I-i Opp. ed. Migne IV. 162. n° 115. — »Iustis petentium desideriis.«

» 24 » (3061) Nobili viro M(atthaeo *add. Collect. III.*) de Romania significat diffinitionem suam in causa, quae inter eum ac milites Campanicos super restitutione iuris patronatus ecclesiae s. Angeli de Casaperota (Romana Casaparata *Collect. III.*) vertebatur. ix kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 29 ed. Baluze II. 14; Opp. ed. Migne II. 1125; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 20 *de confirm.* c. 3 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 513; *in 2 partes divisa int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 30 *de confirm.* c. 7 *et* lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 15 (*inscripta primo loco* Matthaeo de Rivariis, *secundo loco* Matthaeo de Riparia) ap. Boehmer Corp. II. 413, *relata ad* a. 1213, 224 *ad* a. 1200; ap. Richter Corp. II. 430. 237. — »Examinata causa quae.«

( » 17-24) (») (3062) Potestati et populo Faventinensi in causa, quae vertitur inter eos et ecclesiam Ravennatensem, inducias usque ad primum pascha concedit, ut interim syndicum vel alium responsalem idoneum ad sedem apostolicam transmittant. *Sine signo chronol.* ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 30 ed. Baluze II. 14; Opp. ed. Migne II. 1126. — »Cum nuper ex.«

» 26 » (3063) Decano et maiori archidiacono Parisiensibus et O. scholastico maioris ecclesiae Coloniensis Parisius commoranti causam inter D. canonicum Remensem et monasterium s. Remigii super altaribus de Lovois, de Driencurte et de Villari in Silva ad Remensem ecclesiam de iure spectantibus *etc.* vertentem committit examinandam eisque mandat, ut statuant quod canonicum fuerit. vii kal. Apr. a° 10°. ‖ Varin Archiv. admin. de Reims I. ii. 462; I-i Opp. ed. Migne IV. 162. n° 116. — »Dilectis filiis D.«

» 27 » (3064) Prioratum S. Sepulcri de Sambleriis protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita confirmat. vi kal. Apr. ind. IX(!). incarn. dom. a° 1207. pont. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 224 ed. Baluze II. 849; Opp. ed. Migne II. 1335. — »Ad hoc universalis.«

» 28 » (3065) (Ugoni) Ferrariensi episcopo mandat, ut clericos omnes in ecclesiis Nonantulani monasterii residentes ad praestandam fidelitatem abbati eiusdem coenobii per censuram ecclesiasticam compellat. v kal. Apr. a° 10°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 379. n° 461, *ubi* Innocentio IV *perperam tribuitur.* — »Ad audientiam nostram.«

» 28 » (3065a) Monasterium de Dunfermelin tuendum suscipit. v kal. Apr. ind. IX(!). inc. dom. a° 1207. pt. a° 10°. ‖ Registrum de Dunferm. 161. n° 245. — »Pie postulacio uoluntatis.«

» 30 » (3066) Clero et populo Verisiensi magistrum Guarinum electum in archiepiscopum Verisiensem ordinatum, consecratum et palleatum remittit eisque mandat, ut ipsi reverentiam et obedientiam impendant. iii kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 35 ed. Baluze II. 17; Opp. ed. Migne II. 1130. — »Et apostolicae auctoritas.«

• *In eundem modum* Patriarchae Constantinopolitano;
» » » Henrico imperatori Constantinopolitano.

» 30 » (3067) G(uarino) Verisiensi archiepiscopo scribit, se inhibere, ne quis in ipsum sine manifesta et rationabili causa suspensionis vel excommunicationis sententiam promulgare praesumat. iii kal. Apr. a° 10°. ‖ Lib. 10. n° 36 ed. Baluze II. 17; Migne l. c. II. 1131. — »Cum per manus.«

» 30 » (3068) Eidem concedit, ut beneficia quae in civitate Constantinopolitana, antequam esset promotus, canonice erat assecutus, retineat. iii kal. Apr. a° 10°. ‖ Lib. 10. n° 37 ed. Baluze II. 17; Migne II. 1131. — »Cum Constantinopolitanum imperium.«

» 30 » (3069) Universis Christi fidelibus crucesignatis in Romaniae partibus constitutis nunciat, copiosam crucesignatorum multitudinem in eorum auxilium cito venturam esse. iii kal. Apr. a° 10°. ‖ Lib. 10. n° 38 ed. Baluze II. 17; Migne II. 1131. — »Cum ad apostolicae.«

» 31 » (3070) Magistro et fratribus de Pereiro decimas, ecclesias et possessiones, quas per quadraginta annos et amplius possederunt, confirmat. ii kal. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 225 ed. Baluze II. 851; Opp. ed. Migne II. 1338. — »Solet annuere sedes.«

**1207.**

Apr. 2 Laterani (3071) (Waldemaro) regi Danorum gratias agit propter liberationem (Waldemari) Slewicensis episcopi. Slewicensi ecclesiae »taliter duximus providendum, ut praedictus episcopus circa nos, donec res concordia vel iustitia mediante pacificum finem capiat, commoretur, et interim per (Andream) Lundensem archiepiscopum ecclesiae memoratae provideatur in idoneo provisore.« Monet eum et hortatur, ut ecclesiam ipsam per eundem archiepiscopum libere disponi permittat, et praefato episcopo de ipsius proventibus provideri. IV non. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 41 ed. Baluze II. 19; Opp. ed. Migne II. 1134. — »Qualiter super facto.«

» 2 » (3072) Philippum regem Francorum rogat, ut I(ngeburgam) coniugem suam tractet gratia maritali nec sustineat, eam quasi captivatam despicabiliter detineri. IV non. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 42 ed. Baluze II. 19; Migne II. 1135; Bouquet Rec. XIX. 486; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 114. — »Debitum officii pastoralis.«

» 5 » (3073) A(ndreae) regi Ungariae rescribit persuadendo, ne pro malo habeat, si electio (Bertoldi) praepositi Pabenburgensis, germani (Gertrudis) coniugis suae, qui in aetate minore et alias illiteratus existebat, in archiepiscopum Colocensem confirmari non possit. Non. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 39 ed. Baluze II. 18; Opp. ed. Migne II. 1132; Katona Hist. crit. V. 66; Fejér Cod. dipl. III. I. 49; Kollar Hist. iur. patron. 146. — »Sicut regali prudentiae.« *Cf.* 1206. Iun. 7. n° 2793.

» 5 » (3074) Abbati et conventui de Cambuschineo dioc. S. Andreae significat, se propter confirmationem privilegii factam eis ad abbatis et conventus de Domfermelin petitionem non intendere, ius novum conferre, sed collatum servare. Non. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 40 ed. Baluze II. 19; Migne II. 1134. — »Licet in privilegio.«

» 6 » (3075) Heliensi et Cicestrensi episcopis mandat, ut G. filium Petri iustitiarium Angliae moneant, ipsum si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam compellentes, ne peregrinationis votum, quod olim crucesignatus emiserit, exequi postponat. VIII id. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 43 ed. Baluze II. 20; Opp. ed. Migne II. 1136. — »Dilectus filius nobilis.«

» 6 » (3076) Archiepiscopo, subdecano B. Martini et Socrati canonico Turonensibus terminandam committit causam matrimonii inter nobilem virum I. de Alcia et M. uxorem eius, quae minis et verberibus compulsa ad matrimonii sui dissolutionem consenserat. VIII id. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 44 ed. Baluze II. 21; Opp. ed. Migne II. 1137. — »Ex litteris venerabilis.«

» 6 » (3077) Episcopo S. Andreae de declaratione obedientiae et exemptione parochialium ecclesiarum, de sepulturis et nonnullis aliis ad ipsum episcopum pertinentibus respondet. VIII id. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 45 ed. Baluze II. 21; Migne II. 1138; *partem magnam in* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 18 *de donat.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 533; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 24 *de donat.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 496, *relata ad* a. 1211; ap. Richter Corp. II. 516. — »Apostolicae sedis oraculo.«

» 6 » • (3078) Abbati et conventui de Milstat renunciacionem modii exactionis, qui vulgariter Vogtimutti nuncupatur, per Engelbertum comitem factam confirmat. VIII id. Apr. a° 10°. v. Ankershofen Urk.-Reg. *in* Arch. f. österr. Gesch.-Quellen XIV. 133. — »Iustis petentium desideriis.«

» 9 » (3079) Priorem et fratres Grandimontenses monet et exhortatur, ut pro B(artholomaeo) Turonensi archiepiscopo effundant coram Domino corda sua et pro ipsius anima supplicent altissimo, ut a poenis quas pro suis forsan excessibus meruerit, eorum intercessionibus liberetur. V id. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 48 ed. Baluze II. 23; Opp. ed. Migne II. 1140. — »Etsi fraternae caritatis.«

» 10 » (3080) Marchioni de Malaspina significat, se inhibere, ne quis occasione pedagii, quod ante statutum Lateranensis concilii super hoc editum in terra eius recipiebat, eundem praesumat per censuram ecclesiasticam molestare. IV id. Apr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 46 ed. Baluze II. 22; Opp. ed. Migne II. 1140. — »Auctoritate praesentium.«

» 10 » • (3081) (Leupoldo) Maguntinensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut contra invasores et detractores monasterii Ebracensis excommunicationis sententiam promulgari curent. IV id. Apr. a° 10°. ‖ Lang Regesta II. 25.

» 11 » • (3082) Eisdem mandat, ut prohibeant, ne de fratribus Ebracensis monasterii decimae exigantur. III id. Apr. a° 10°. ‖ Lang l. c. 27.

» 13 » (3083) (Thomae) patriarchae Constantinopolitano, qui abbati et conventui Nonantulanis monasterium s. Georgii quod graece Verlocopo dicitur concesserat mandans eis, ut ad recipiendum illud Constantinopolim monachos et personas idoneas destinarent, mandat, ut monasterium ipsum praefatis monachis assignet. Id. Apr. a° 10°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 339. n° 403. — »Significaverunt nobis dilecti.«

» 13 » (3084) Compositionem inter consules populumque Montispessulani et regem Aragonensium per Magalonensem episcopum super controversiis, guerris et dissensionibus initam con-

**1207.**

firmat. Id. Apr. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 226 ed. Baluze II. 851; Opp. ed. Migne II. 1338; Gallia christ. III. 578 (VI. instr. 363 ed. 2ª); Bouquet Rec. XIX. 487. — »Cum illius locum.«

Apr. 14 Laterani (3085) (Manegoldo) episcopo Pataviensi scribit, (Leopoldum) ducem Austriae pontifici humiliter supplicasse, »ut in provincia sua specialem ordinare pastorem super gregem dominicum dignaremur, locum congruentem designans in quo decenter constitui possit ecclesia cathedralis, Wiennam videlicet civitatem, quae post Coloniam una de melioribus Teutonici regni urbibus esse dicitur, amoena flumine, situ praedita, civibus populosa, in qua dudum episcopalis sedes noscitur extitisse, sed per incursum exterae nationis ... primo Lauriacum et inde Pataviam est translata.« Monet eundem, ut tam salutare propositum benivolo prosequendo favore, »quantum in te fuerit in hoc affectum adhibeas et effectum, quid de singulis eius negotii circumstantiis sentias nobis quantocius rescripturus. Nos enim (Eberhardo) Salseburgensi archiepiscopo dedimus in mandatis, ut memoratum ducem ad peragendum huiusmodi propositum pietatis exhortetur.« xviii kal. Mai. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 52 ed. Baluze II. 24; Opp. ed. Migne II. 1143; Hansiz Germ. sacr. I. 352; Mon. Boic. XXVIII. ii. 274. n° 49, *male ad* a. 1208. — »Et canonica tradit.«

» 14 » * (3086) Albero abbati monasterii s. Salvatoris quod in Salzburgensi provincia in loco qui dicitur Milstat situm est, possessiones ac bona praefati coenobii confirmat. xviii kal. Mai. indict. IX(!). incarn. dom. a° 1207. pont. a° 10°. || v. Ankershofen Urk.-Reg. *in* Arch. f. österr. Gesch.-Quellen XIV. 133. — »Dilectis filiis.«

» 16 » (3087) (Aegidio) Ravennati archiepiscopo per R. subdiaconum pallium mittit tradendum ea conditione, ut infra annum apostolico se conspectui repraesentet, professionem »quam nunc iuramento praestiteris ore tunc ibi proprio editurus.« xvi kal. Mai. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 47 ed. Baluze II. 22; Opp. ed. Migne II. 1140; Amadesii Antist. Ravenn. III. 152. n° 26. — »Licet ab antiquo.«

» 17 » (3088) (Marco) episcopo Castellano mandat, ut compositionem inter ecclesiam s. Salvatoris et ecclesiam s. Bartholomaei de Venetiis super iure parochiali litigantes initam firmiter observari faciat. xv kal. Mai. a° 10°. || Cornelius Eccles. Venet. XIV. 130. — »Cum inter ecclesiam.«

» 18 » (3089) (Reinherio) episcopo, praeposito S. Lucii et scolastico Curiensibus praecipit, ut, si constiterit, H. pauperem presbyterum ex praesentatione ius in ecclesia de Rapis acquisivisse, faciant eundem ipsius pacifica possessione gaudere. xiv kal. Mai. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 53 ed. Baluze II. 25; Opp. ed. Migne II. 1145. — »Accedens olim ad.«

» 19 » (Gaufrido) electo Meldensi: »xiii kal. Mai. a° 10°.« || Du Plessis Hist. de Meaux II. 98, *vid.* 1208. Apr. 19. n° 3380.

» 19 » (3090) Archiepiscopo Patracensi (Panormitano *Decr. Greg.*) scribit, quid faciendum sit de quibusdam episcopis Graecis suffraganeis qui, cum Latini regionem Achaiae occupassent, timore perterriti suas ecclesias reliquerunt. Praeterea ei consulenti »utrum clericos illos qui ad partes Achaiae sine commendatitiis litteris veniunt, permittere debeat celebrare« respondet. xiii kal. Mai. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 51 ed. Baluze II. 23; Opp. ed. Migne II. 1143; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 4 *de cler. non resid.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 515; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 4 *de cl. n. res.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 429, *relata ad* a. 1214; ap. Richter Corp. II. 446. — »Ex tuae devotionis.«

» 21 » (3091) Potestatem et consules et universum populum Tarvisinos exhortatur, ut (Ugoni) Ferrariensi episcopo suo, »cui dedimus in praeceptis, ut districte corrigat clericorum excessus, quorum prava vos exempla conturbant«, credant et acquiescant in eis quae redolent mores honestos et fidem sapiunt orthodoxam. xi kal. Mai. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 54 ed. Baluze II. 26; Opp. ed. Migne II. 1146. — »Gloria nominis vestri.«

» 24 » (3092) Capitulo Patracensi mandat, ut Patracensi archiepiscopo, »cui munus consecrationis impendimus et quem cum honore pallii insignitum remittimus«, obedientiam et reverentiam exhibeant. viii kal. Mai. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 56 ed. Baluze II. 29; Opp. ed. Migne II. 1151. — »Cum dilectus filius.«

» 27 » (3093) Archidiacono et praeposito de Setara (Secam *Decr.*) subdiacono suo canonico Mediolanensi mandat, ut causam quae vertatur inter C. scholarem ac Iohannem clericum audiant et fine debito terminent. v kal. Mai. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 57 ed. Baluze II. 30; Opp. ed. Migne II. 1152; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 23 *de verb. signif.* c. 9 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 599; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 23 *de praesumpt.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 333, *donata* a° 1200; ap. Richter Corp. II. 346. — »Dudum bonae mem.«

» 28 » (3094) Episcopis, abbatibus, prioribus et universis clericis per Achaiam constitutis mandat, subveniant Patracensi archiepiscopo caritativis auxiliis, ut eorum liberalitatis subsidiis a suorum debitorum obligationibus expediatur. iv kal. Mai. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 49 ed. Baluze II. 23; Opp. ed. Migne II. 1141. — »Etsi quilibet in.«

**1207.**

Apr. 28 | Laterani | (3095) Archiepiscopo Patracensi mandat, ne permittat, ut clerici, qui in ecclesiis in quibus ordinati fuerint personaliter deservire contempnant, proventus ecclesiasticos percipiant. IV kal. Mai. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 50 ed. Baluze II. 23; Opp. ed. Migne II. 1142. — »Ad nostram noveris.«

Mai. 3 | » | (3096) De Inferiori Alta et de Rota abbatibus et Fr. plebano de Innechoven Pataviens. et Frising. dioec. controversiam inter praepositum ac fratres Perthesgadmenses et praepositum canonicosque Salzburgenses super possessionibus et rebus aliis vertentem committit diiudicandam. V non. Mai. a° 10°. ‖ Hund Metrop. Salisb. II. 167; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 13. n° 14. — »Ad audientiam nostram.«

» 9 | » | (3097) (Gerardo) episcopo et canonicis Paduanis petentibus confirmat autenticum p. mem. Urbani pp. praedecessoris sui, quo hic constituit, ut ecclesia quam abbas Prataliensis intra matricis ecclesiae terminos aedificare proposuit, construatur salvo iure episcopatus et canonicorum, scilicet quod rector qui pro tempore fuerit interdicta episcopi tam generalia quam specialia in laicos vel clericos promulgata inviolabiliter debeat observare *etc.* VII id. Mai. a° 10°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VI. docum. 205. n° 177, *ubi male relata ad* d. 13. Mai. 1213. — »Autenticum piae memoriae.«

» 9 | » | (3098) Priorissa et sororibus de Sexena postulantibus earum monasterium sub b. Petri protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, libertates et immunitates confirmat. VII id. Mai. ind. IX(!). incarn. dom. a° 1207. pont. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 59 ed. Baluze II. 31; Opp. ed. Migne II. 1155. — »Prudentibus virginibus quae.«

» 9 | » | (3099) Canonicis S. Mauritii Augustensis postulantibus eorum ecclesiam suscipit tuendam eiusque possessiones ac bona libertatesque confirmat. VII id. Mai. ind. IX(!). incarn. dom. a° 1207. pont. a° 10°. ‖ Baluze II. 32; Migne II. 1156. — »Effectum iusta postulantibus.«

» 11 | » | (3100) Zamorensi, Secobiensi et Abulensi episcopis mandat, ut I. magistrum scolarum ecclesiae Palentinensis, qui sedi apostolicae de Palentinensi episcopo excessus varios nuntiaverat, donec canonice suam purgaverit innocentiam, scilicet quod non calumniandi animo ad huiusmodi crimina proponenda processerit, ab officio et beneficio suspendant. V id. Mai. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 58 ed. Baluze II. 31; Opp. ed. Migne II. 1154; Aguirre Conc. Hisp. V. 140; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 1 *de accusat.* c. 7 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 572; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 2 *de calumn.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 711, *attributa* a° 1212; ap. Richter Corp. II. 720. — »Cum dilectus filius.«

» 15 | » | (3101) Maiori decano et priori Coloniensibus quaerentibus respondet, quis suffraganeus Coloniensis ecclesiae, dum B(runo) archiepiscopus eorum in vinculis detineatur, debeat iudicare, si forte a clericis suis iidem fuerint ad Coloniensem ecclesiam appellati, et quid fieri debeat de beneficiis vacantibus, quae ad donationem eiusdem archiepiscopi pertinent; porro, utrum clerici, qui, dum essent excommunicationis vinculo innodati, ecclesiastica beneficia sunt adepti, eadem, postquam absolutionis beneficium obtinuerint, licite possint retinere; denique, qualiter puniri debeant clerici ac monachi necnon etiam moniales ecclesiarum conventualium qui post latam interdicti sententiam in locis suppositis interdicto praesumpserint divina officia celebrare; insuper, quid fieri debeat de clericis illis qui, cum eis a iudicibus delegatis fuisset iniunctum, cum ipsis absolutionis beneficium praestiterunt, ut se pontificis conspectui praesentarent, id exequi contempserunt. Id. Mai. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 62 ed. Baluze II. 33; Opp. ed. Migne II. 1158; *fragm. maius in* Collect. III. decret. lib. 5. tit. 12 *de cleric. exc.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 583; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 27 *de cl. exc.* c. 7 ap. Boehmer l. c. 793, *attributa* a° 1213; ap. Richter l. c. 800. — »Postulastis per sedem.«

(Apr. 14-Mai. 15) | » | (3102) Consulibus et populo Placentinis scribit de eorum praevaricatione contra libertatem ecclesiasticam. Hortatur eos, ut poenitentiam suam prompta satisfactione peragere studeant. ... Maii a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 64 ed. Baluze II. 34; Opp. ed. Migne II. 1160. — »In arca foederis.«

Mai. 16 | » | (3103) Abbati et conventui Cluniacensibus concedit, ut authentico hîc inserto, quo Clemens pp. praedecessor eis capellam quam in Tuscanensi civitate e concessione Iohannis Tuscanensis episcopi canonice adepti erant, confirmavit, libere ac licenter utantur. XVII kal. Iun. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 227 ed. Baluze II. 851; Opp. ed. Migne II. 1338; Bullar. ord. Cluniac. 102. — »Authenticum felicis memoriae.«

» 16 | » | (3104) Abbati eidem concedit, ut authentico hîc relato, quo Alexander pp. praedecessor ei indulsit monachos suos secundum regulam b. Benedicti et institutiones monasterii sui corrigere ac a prioratibus et aliis obedientiis, cum causa exegerit, removere, libere utatur. XVII kal. Iun. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 228 ed. Baluze l. c. 851; Migne l. c. 1339; Bullar. ord. Cluniac. 102. — »Authenticum bonae memoriae.«

| | | »Per octo dies in ipsa civitate (Tuscaniae) moratus accessit |
| ( » 23) | Cornetum, | ubi apud S. Nicolaum novum sibi fecerat aedificari palatium.« ‖ Gesta Innoc. § 127 ed. Baluze *ante eius* Epist. I. 81. |
| » 24 | Corneti | (3202) Episcopo Fesulano et priori Castellano scribit, se, intellectis eis quae Aretinus episcopus et prior Camaldulensis proposuerunt super controversia quae inter ipsos de Moiona, de Agna et de Lorenzano ecclesiis vertebatur, mandavisse, ut commissio quae super illis impetrata erat, inter eos suum processum haberet, ita quod idem episcopus interdicendo vel excommunicando lite durante nihil praesumeret innovare. Praecipit eis, ut hoc mandatum faciant per censuram ecclesiasticam observari. IX kal. Nov. a° 10°. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 266. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 25 | » | (3203) Capitulo Uticensi scribit, se magistro Petro Marco scriptori suo ecclesiam s. Iohannis de Balneolis abiudicare. VIII kal. Nov. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 140 ed. Baluze II. 79; Opp. ed. Migne II. 1234. — »Ex litteris venerabilis.« |
| » 25 | » | (3204) (Andreae) Lundensi archiepiscopo mandat, ut, cum (Olao) archiepiscopo Upsalensi viam carnis universae ingresso ecclesia Upsalensis propter insolentiam regionis diu manserit pastoris officio viduata, nunc autem in S(werkeri) regis Suethiae capellanum V(alerium) clerus et populus consensu et petitione unanimi convenerint, circa confirmationem postulationis et postmodum consecrationem procedat. VIII kal. Nov. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 147 ed. Baluze II. 85; Opp. ed. Migne II. 1244; Liljegren Svenskt dipl. I. 158. n° 133; *epit.* ap. Neumann Hist. primat. Lundens. 166; ap. Celse Appar. 50. n° 12. — »Tam per litteras.« |
| » 27 | » | (3205) Calaritanensi archiepiscopo opprobrat, quod graves et grandes excessus suorum subditorum non solum corrigere negligat, sed etiam corrigere praetermittat, »sicut ex eo colligitur, quod incestuosam copulam a nobis inhibitam inter filiam marchionis de Massa et Hugonem de Basso conniventibus oculis contrahi permisisti.« Mandat ei, moneat marchionem et Hugonem de Basso, ut praelibatam copulam omnino dissolvant ac sententias excommunicationis et interdicti latas in dominas et terram Galluris necnon et Lambertum Pisanum innovet et se usque ad festum resurrectionis dominicae proxime venturum sedi apostolicae repraesentet. VI kal. Nov. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 143 ed. Baluze II. 83; Opp. ed. Migne II. 1242; Cod. dipl. Sardin. I. 310. n° 10. — »Illis es merito.« |
| » 29 | » | (3206) Clero et populo Tuscanensi privilegium Leonis IV pp. Virobono quondam episcopo Tuscanensi de privilegiis ecclesiae Tuscanensis concessum confirmat et »ne vetustate consumptum valeat deperire, praesenti pagina de verbo ad verbum iussimus annotari.« [»Scriptum per manus Nicolai notarii atque regionarii et scriniarii S. nostrae R. E. mense Februario, indict. V. Datum VIII kal. Mart. per manum Leonis primicerii ... a° pont. Leonis pp. IV sexto, mense et indict. suprascripta V.«] IV kal. Nov. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 142 ed. Baluze II. 80; Opp. ed. Migne II. 1236. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 30 | » | (3207) Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis et universis clericis in regno Aragoniae constitutis Petri regis Aragonum statutum de libera praelatorum electione sine requirendo regio consensu et assensu confirmat. III kal. Nov. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 144 ed. Baluze II. 84; Opp. ed. Migne II. 1243; Cocquelines Bullar. III. 117; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 204; Aguirre Conc. Hisp. V. 141. — »Solet annuere sedes.« |
| » 30 | » | (3208) Abbati et conventui S. Martini de Monte (Viterbiensis) significat, se e duabus sententiis in causa dicti monasterii super accasamentis quondam Tornampart(is) et terris |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1207.** |
| | | de Risiare ac Salicis prolatis unam tanquam iniquam cassare, alteram minus provide promulgatam corrigere. III kal. Nov. a° 10°. ‖ I-i Ep. ed. Baluze II. 84. n° 145; Opp. ed. Migne II. 1243. n° 145; Bullar. Vatic. I. 88. — »Ne causa sententiali.« *Cf.* n° 3231. |
| Oct. 31 | Corneti | (3209) Priori et fratribus Cartusiensibus statuta, quae fecerant in sui ordinis concilio generali, confirmat. II kal. Nov. a° 10°. ‖ Privil. ord. Cartus. fol. 6; Tromby Storia V. app. 44. n° 33. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 31 | » | (3210) Eisdem indulget, ut, si ad priorem vel ad aliquem alium priorem vel fratrem ordinis Cartusiani super aliqua causa apostolicae fuerint litterae impetratae, quae de eorum ordine expressam non faciant mentionem, huiusmodi litterarum obtentu de causa illa praeter propriam voluntatem nullatenus cognoscant. II kal. Nov. a° 10°. ‖ Privil. l. c. fol. 6ᵇ; Tromby l. c. 45. n° 34. — »Piae postulatio voluntatis.« |
| Nov. 1 | » | (3211) Philippo duci Sueviae, cui legati sedis apostolicae (mense Augusto Wormatiae) absolutionem impenderant, salutationis et benedictionis litteras mittit eumque exhortatur, ut ad pacem imperii reformandam diligenter intendat. Kal. Nov. a° 10°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 143 ed. Baluze I. 750; Opp. ed. Migne III. 1142; Raynaldi Ann. a. 1207 § 9. — »Postquam absolutionis gratiam.« |
| » 1 | » | (3212) Hugolino Ostiensi episcopo et Leoni tit. S. Crucis presbytero cardinali apostolicae sedis legatis mandat, ut recepto a Luipoldo episcopo (Wormatiensi) in publico clericorum et laicorum conventu corporaliter iuramento, »quod universis papae mandatis parebit super omnibus pro quibus excommunicatus existit,« eum absolvant. Kal. Nov. a° 10°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 144 ed. Baluze I. 751; Opp. ed. Migne III. 1142; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1207 § 10 *et* n° 3256. — »Licet Luipuldus episcopus.« |
| » 1 | » | (3213) Eisdem mandat, ut recepto ab Adolfo quondam Coloniensi archiepiscopo in publico clericorum et laicorum conventu corporaliter iuramento, quod universis papae mandatis parebit super omnibus pro quibus excommunicatus existit, eum absolvant, iniungentes eidem, ut ex tunc infra mensem iter arripiat ad sedem apostolicam veniendi recepturus et servaturus quae ab eadem ipsi fuerint mandata. Kal. Nov. a° 10°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 145 ed. Baluze I. 751; Opp. ed. Migne III. 1143; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1207. § 10. — »Licet Adolphus quondam.« |
| » 5 | » | (3214) Priori et fratribus Cartusiensibus ea, quae generale capitulum ordinis de instituendis et destituendis prioribus ac de illis qui ordini sunt rebelles *etc.*, statuit, auctoritate apostolica confirmat. Non. Nov. a° 10°. ‖ Privil. ord. Cartus. fol. 6; Tromby Storia V. app. 45. n° 35. — »Cum sitis religioni.« |
| » 8 | » | (3215) Monasterium s. Germani de Pratis Parisiensis tuendum suscipit eiusque bona ac possessiones confirmat. VI id. Nov. indict. XI. incarn. dom. a° 1207. pont. a° 10°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 1097; I-i Opp. ed. Migne IV. 169. — »Monet nos apostolicae.« |
| ( » 8-13) | per Rovertellum Sutrium, | »Inde profectus est ubi tribus diebus moratus cathedralem ecclesiam solemniter dedicavit.« ‖ Gesta Innoc. § 127 ed. Baluze *ante eius* Epist. I. 81. |
| » 13 | Sutrii | (3216) W. episcopo S. Andreae concedit, ut, si quidam monachi et alii viri religiosi, vacantibus ecclesiis quae iure patronatus ad ipsos pertinent, ei capellanos vel clericos infra tempus a canonibus diffinitum praesentare malitiose contempserint, eisdem ecclesiis de personis idoneis providendi liberam habeat facultatem. Id. Nov. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 150 ed. Baluze II. 87; Opp. ed. Migne II. 1248. — »In nostra praesentia.« |
| » 14 | » | (3217) Concordiam inter Raynerium Vitterbiensem episcopum ex parte una et P. archidiaconum canonicosque S. Xysti Vitterbiensis ex altera super quarta decimarum, mortuariorum, procurationibus, synodatico et quibusdam aliis iuribus episcopalibus factam confirmat. XVIII kal. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 148 ed. Baluze II. 85; Opp. ed. Migne II. 1245. — »Inter vos et.« |
| » 14 | » | (3218) (Odoni) episcopo Parisiensi significat, se inhibere, ne Parisiis magistrorum theologiae numerus octonarium transcendat, nisi forte necessitas hoc exposcat. XVIII kal. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 151 ed. Baluze II. 87; Opp. ed. Migne II. 1248; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 36; Bouquet Rec. XIX. 496; Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris I. 67. — »Sicut expedire credimus.« |
| » 14 | » | (3219) Eidem significat, se inhibere, ne procedatur ad examinationem clericorum ad sacros ordines promovendorum, nisi episcopo vel eius responsali praesente. XVIII kal. Dec. a° 10°. ‖ *Ibid.* n° 152: Baluze II. 87; Migne II. 1248. — »Solet annuere sedes.« |
| » 14 | » | (3220) Eidem praecipit, ut, si quem monachum in diocesi sua singulariter invenerit inhabitare, eum compellat vel ad monasterium redire, vel aliquem honestum fratrem secum habere commorantem. XVIII kal. Dec. a° 10°. ‖ *Ibid.* n° 153: Baluze II. 87; Migne II. 1249. — »Cum in Lateranensi.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1207.** |
| Nov. 14 | Sutrii | (3221) Eidem mandat, ut tam circa viros religiosos quam clericos saeculares iurisdictioni ipsius subiectos corrigat quae viderit corrigenda. xviii kal. Dec. a° 10°. ‖ *Ibid.* n° 154: Baluze II. 87; Migne II. 1249. — »Ad nostram noveris.« |
| ( » 14. *al.* 15) | | Universis comitibus ... per regnum Siciliae constitutis: »Tuscan.«, *vid.* 1207. Oct. 16 (?). n° 3199. |
| ( » 5-17) | — | »Et sic ad Urbem finaliter est reversus.« ‖ Gesta Innoc. § 127 ed. Baluze *ante eius* Epist. I. 81. |
| » 17 | Romae ap. S. Petrum | (3222) (Odoni) episcopo Parisiensi monasteria ipsius diocesis reformanda committit. xv kal. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 155 ed. Baluze II. 88; Opp. ed. Migne II. 1249. — »Licet ecclesiarum omnium.« |
| » 17 | » | (3223) (Philippi) regis Francorum auxilium invocat ad haeresim in partibus Tolosanis extirpandam, terram eius ac homines et omnia eorum bona sub sua protectione suscipit, concessa pugnaturis adversus haereticos eadem peccatorum remissione quam indulsit laborantibus pro Terrae sanctae subsidio. xv kal. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 149 ed. Baluze II. 86; Opp. ed. Migne II. 1246; Bouquet Rec. XIX. 495. — »Inveterata pravitatis haereticae.« <br> * *In eundem fere modum eodemque die* Universis comitibus, baronibus et militibus et universis Christi fidelibus in regno Franciae constitutis; <br> » » » » » » Trecensi, Viromandensi et Blesensi comitissis; <br> » » » » » » Comiti Barren; <br> » » » » » » Duci Burgundiae et Nivernensi et Drocensi comitibus et Nobili viro G. de Doupierra. |
| » 18 | » | (3224) (Odoni) episcopo Parisiensi mandat, ut monasterium Vallis profundae monasterio de Gyf unire studeat, cum sorores eorundem monasteriorum necessitate laborantes quaedam minus licita, immo gravia committere non vereantur. xiv kal. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 156 ed. Baluze II. 88; Opp. ed. Migne II. 1250. — »Ad aures nostras.« |
| » 18 resp. 19 | » | (3225) Universos episcopos per Angliam et Walliam constitutos hortatur, ut in facto (Stephani) Cantuariensis archiepiscopi S. R. E. cardinalis, quolibet mundano timore postposito, se tales exhibeant, ut per eorum constantiam libertas ecclesiastica defendatur. xiv (xiii *Wilk.*) kal. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 159 ed. Baluze II. 89; Opp. ed. Migne II. 1251; Wilkins Concil. I. 523. — »Quamquam virtus obedientiae.« |
| » 19 | » | (3226) (Willelmo) Londoniensi, (?) Eliensi et (Maugerio) Wigorniensi episcopis per iterata scripta praecipit, ut, si secundum apostolici mandati tenorem sententiam interdicti pro negotio Cantuariensis ecclesiae per totam Angliam viderint promulgandam, omnes pariter saecularium et regularium, Hospitalariorum et Templariorum vel etiam quoruncunque religiosorum ecclesias eadem sententia concludant, et similiter in ecclesias in Wallia constitutas procedant, cum hae Cantuariensi metropoli sint subiectae. xiii kal. Dec. a° 10°. ‖ Wilkins Concil. I. 524; *sine die et mense* I-i Ep. lib. 10. n° 161; Baluze I. c. 91; Migne I. c. 1255. — »Ne praetextu libertatis.« |
| » 20 | » | (3227) (Iohanni) abbati et conventui S. Bertini concessionem molendina construendi inter Archas, Broborc et Lodic, quam Balduinus Flandrensis et Hanoniae comes eis fecit, confirmat. xii kal. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 166 ed. Baluze II. 93; Opp. ed. Migne II. 1258. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 20 | » | (3228) Eisdem divisionem cantuariatus a personatu in Calais, Petresse et aliis parochiis factam per iudices a sede apostolica delegatos confirmat; confirmat etiam eiusdem privilegia, maxime comitis Flandriae, »quod nullus possit molendina construere praeter nos inter Arkas, Bourbourg et Leodic, et privilegium Balduini.« xii kal. Dec. a° 10°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 1140; I-i Opp. ed. Migne IV. 171; *cf. argum. in* Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 689. — »Annuere consuevit sedes.« |
| » 21 | » | (3229) Universos magnates in Anglia constitutos hortatur, insistant apud Iohannem Anglorum regem fidelibus persuasionibus, ne consilia maturiora spernat, sed ut illos, qui caput eius oleo peccatoris impinguant foventes ipsum in malo tanquam adulatores, despiciat et velut corruptores expellat; porro, ut S(tephano) Cantuariensi archiepiscopo faveat. Mandat eis, ut libertatem ecclesiasticam non laedant. xi kal. Dec. a° 10°. ‖ Wilkins Concil. I. 524; *sine signo diei et mensis* I-i Ep. lib. 10. n° 160 ed. Baluze II. 90; Opp. ed. Migne II. 1254; Rymer Foed. I. (1745.) 47. — »Si carissimo in.« |
| » 23 | » | (3230) (Mauritio) episcopo Pictavensi praecipit, ut I. scholarem a matre sua praegnante in sortem dominicam deputatum et minores ordines assecutum ad subdiaconatus ordinem promoveat, cum patrimonium habeat de quo possit congrue sustentari. ix kal. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 157 ed. Baluze II. 88; Opp. ed. Migne II. 1250. — »Ex insinuatione dilecti.« |
| » 26 | — | Roffensi episcopo praecipit, ut Fulconem de Cantelu *etc.*: »Viterbii vi kal. Dec. a° 10°.« ‖ Wilkins Conc. I. 525, *vid.* 1207. Sept. 26. n° 3189. |

1207.

Nov. 27 | Romae ap. S. Petrum | (3231) Episcopo et archidiacono Urbevetanis (Beneventanis *Decr.*) de causa, quae inter yconomum monasterii s. Martini de Monte Viterbiensis ex parte una, F. et R. cives Viterbienses ex altera super accasamentis quondam Tornampartis et terris de Rasiare ac Salicis *etc.* vertebatur, scribit eisque mandat, ut eandem remittentes ad sedem apostolicam praefigant partibus terminum, in quo se conspectui papae praesentent sententiam recepturae. v kal. Dec. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 162 ed. Baluze II. 91; Opp. ed. Migne II. 1255; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 14 *de empt.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 529; *fragm., mutila et in 2 partes divisa int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 17 *de empt. et vend.* c. 6 *et* lib. 2. tit. 20 *de test.* c. 42 ap. Boehmer Corp. II. 480 (*tributa* a° 1208), 308 (*ad* a. 1210); ap. Richter Corp. II. 501. 321. — »Cum causa quae.« *Cf.* n° 3207.

» 27 | » | (3232) (Gaufrido) Silvanectensi et (Radulfo) Atrebatensi episcopis et abbati Latiniacensi mandat, ut, si capitulum Meldense infra octo dies in episcopi electione in personam idoneam concordaverit, electum confirment, sive sit diaconus sive subdiaconus. v kal. Dec. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 163 ed. Baluze II. 91; Opp. ed. Migne II. 1256; Du Plessis Hist. de Meaux II. 100. n° 221 (*ubi* Datum Laterani). — »Cum vota Meldensis.«

( » 27) | (») | (3233) Statuit, ut subdiaconus libere possit in episcopum eligi sicut diaconus vel sacerdos. *Sine die et mense et inscriptione.* || I-i Ep. lib. 10. n° 164 ed. Baluze II. 92; Opp. ed. Migne II. 1256; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 9 *de temp. ordin.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 456; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 14 *de aetate et qual.* c. 9 (*ubi inscribitur* Episcopo Mutinensi) ap. Boehmer Corp. II. 111 (*relata ad* a. 1203); ap. Richter Corp. II. 123. — »A multis multotiens.«

» 28 | » | (3234) Cives et universum populum Dertusensem qui, cum pro eo quod decimas et primitias G. Dertusensi episcopo ad plenum solvere nolebant, ab illo excommunicationis sententiae subiecti essent, in contemptum excommunicationis ipsius in cimiterio ecclesiae fere centum corpora decedentium sepeliverant, postmodum autem poenitentiam agere volentes eidem episcopo confessi erant hoc ab ipsis fuisse pro suae damno ecclesiae attentatum, monet et hortatur, ut tam in vita quam in morte solito more eandem ecclesiam honorantes ad statum pristinum redeant. iv kal. Dec. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 158 ed. Baluze II. 88; Opp. ed. Migne II. 1251; Aguirre Conc. Hisp. V. 141. — »Ad nostram audientiam.«

Dec. 3 | » | (3235) Decano Belnensi (Belvacensi *Coll. III., Decr. Greg.*) consulenti respondet, simoniae reos esse tam clericum, qui bona sua offerat pro praebenda a se in canonicum admisso retinenda, quam canonicos, qui tali conditione eum admittant. iii non. Dec. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 169 ed. Baluze II. 93; Opp. ed. Migne II. 1260; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 2 *de simon.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 575; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 3 *de simon.* c. 34 ap. Boehmer Corp. II. 726; ap. Richter Corp. II. 734. — »Tua nos duxit.«

» 3 | » | (3236) (Humberto) archiepiscopo Viennensi et suffraganeis eius mandat, compellant priores et fratres Cartusienses qui fuerint in ipsorum iurisdictione reperti, ut a praesumptione transeundi ad ordinem laxiorem desistant. iii non. Dec. a° 10°. || Privil. ord. Cartus. fol. 7; Tromby Storia V. app. 46. n° 36. — »Dilecti filii prior.«

» 4 | » | (3237) Abbati et conventui S. Mariae de Bello Portu Praemonstr. ord. concedit, ut, cum in Anglia et Britannia plures ecclesias habeant et provinciarum illarum prorsus ignorent idiomata et loquelas, in istis capellanos instituant, qui monasterio de temporalibus et de spiritualibus diocesano episcopo respondeant. ii non. Dec. a° 10°. || Geslin Évêchés de Bretagne IV. 65, *ubi* a° 1208 *non recte attribuitur.* — »Ex parte vestra.«

» 4 | » | (3238) Capitulo S. Petri Namurcensis ecclesias, decimas, redditus et alia in villis de Namurco et s. Dionysio, Boveche, Mehcignioul, Meux, Heracourt et quibusdam aliis, ceterasque possessiones, terras, domus, vineas *etc.* confirmat. ii non. Dec. a° 10° et Christi 1208. || Miraei Opp. dipl. IV. 31; Anal. p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique V. 374. — »Solet annuere sedes.«

» 6 | » | (3239) (Gaufrido) episcopo et decano Silvanectensibus et abbati de Chaslis Silvan. dioc. mandat, ut inquirant de iure ecclesiae Karrofensis in prioratum Andrensem, qui Karrofensis abbatis assensu in abbatiam erectus fuit. viii id. Dec. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 170 ed. Baluze II. 94; Opp. ed. Migne II. 1260. — »Cum per privilegium.«

» 9 | » | (3240) Canonicis ecclesiae s. Bartholomaei Mediolanensis scribit de causa inter monasterium s. Dionysii et eorum ecclesiam diutius agitata et confirmat arbitrium in eadem per G. archidiaconum Parmensem latum. v id. Dec. a° 10°. || I-i Ep. lib. 10. n° 183 ed. Baluze II. 102; Opp. ed. Migne II. 1275. — »Dilectis filiis D.«

» 10 | » | (3241) Praeposito S. Prosperi Bononiensis mandat, ut iniquam sententiam, quam magister Baldinus decretista delegatus ab episcopo Bononiensi in causa abbatis et conventus D. Stephani Bononiensis contra priorem fratresque S. Iohannis in Monte super quibusdam possessionibus litigantes promulgavit, legitime de eorum appellatione cognoscens confirmet vel infirmet, sicut de iure fuerit faciendum. iv id. Dec. a° 10°. || (Sartius) De archigymn. Bonon. professor. II. 65. — »Dilecti filii prior.«

**1207.**

Dec. 10 | Romae ap. S. Petrum | (3242) De Savigneio et de Billieio abbatibus et decanis de Fulgeriis Abrincensis et Redonensis diocesum mandat, ut inter abbatem fratresque S. Mariae de Bello Portu Praemonstr. ord. ex una parte et canonicos Trecorenses ex altera de tribus ecclesiis et iure patronatus in eis, quas episcopus Trecorensis monachis dictis contulerat, litigantes diiudicet. IV id. Dec. a° 10°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 65. — »Ex parte dilectorum.«

» 12 | » | (3243) Abbati et conventui Karrofensi eorum bona ac iura recenset et confirmat. II id. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 174 ed. Baluze II. 96; Opp. ed. Migne II. 1264. — »Solet annuere sedes.«

» 12 | » | (3244) I. de Longocampo Rothomagensi archidiacono infirmo procuratores deputat inhibens, ne parentes eius sub simulatione tutelae tenere eum praesumant aut bona eius vel redditus damnoso modo tractare. II id. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 173 ed. Baluze II. 95; Opp. ed. Migne II. 1263. — »Cum secundum apostolum.«

» 12 | » | (3245) (Odoni) episcopo Parisiensi requirenti, quid metropolitano sit agendum, cum a iurisdictione episcopali ad sedem apostolicam appelletur, respondet, a metropolitano nec de appellatione cognosci posse, nec de his quae post appellationem innovata fuerint. II id. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 165 ed. Baluze II. 92; Opp. ed. Migne II. 1257; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 12 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 511; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 54 ap. Boehmer Corp. II. 399, *ubi tribuitur* a° 1213; ap. Richter Corp. II. 416. — »Sollicitudinem pastoralis officii.«

» 13 | » | (3246) Electo Morinensi, praeposito Wattenensi et decano S. Audomari Morin. dioc. mandat, faciant ut compositio inter S. Bertini et Claromarisci abbates et conventus super quodam marisco et querelis inita inviolabiliter observetur. Id. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 167 ed. Baluze II. 93; Opp. ed. Migne II. 1259. — »Ex parte dilectorum.«

» 13 | » | (3247) Priori et conventui Dunelmensibus significat, se inhibere, ne quis archiepiscopus vel episcopus, in quorum diocesibus possessiones habent, in eos vel eorum ecclesias sine manifesta et rationabili causa excommunicationis aut interdicti sententias promulget. Id. Dec. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 168 ed. Baluze l. c. 93; Migne l. c. 1259. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 18 | » | (3248) (Maugerio) Wigorniensi, (?) Heliensi et (Aegidio) Herefordensi episcopis scribit, Iohannem regem Anglorum mobilia et immobilia Eboracensis archiepiscopi bona diripuisse ac invasisse *etc.* ac tandem eodem archiepiscopo cum episcopo Dunelmensi super hoc flexis genibus ei supplicante deprecationem ipsorum despexisse. Se regem dictum rogandum duxisse, ut praefato archiepiscopo, hominibus eius et ecclesiae debitam satisfactionem exhibeat. Quocirca mandat eis, ut litteras apostolicas illi praesentantes, eundem ad id moneant et inducant. XV kal. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 172 ed. Baluze II. 95; Opp. ed. Migne II. 1262; *sine signo chronol.* ap. Wilkins Concil. I. 529. — »A regalis celsitudinis.«

» 19 | » | (3249) (Petro) archiepiscopo Senonensi declarat, se eius metropolitanae iurisdictioni derogare noluisse, cum (Odoni) Parisiensi episcopo monasteria, alios viros religiosos et clericos saeculares archiepiscopali iurisdictioni subiectos commiserit reformandos. XIV kal. Ianr. a° 10°. I-i Ep. lib. 10. n° 171 ed. Baluze II. 95; Opp. ed. Migne II. 1262; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 20 *de off. iud. ord.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 465; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 31 *de off. iud. ord.* c. 12 ap. Boehmer Corp. II. 173; ap. Richter Corp. II. 184. — »Licet in corrigendis.«

» 21 | » | (3250) Ecclesiam s. Andreae protegendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita confirmat. XII kal. Ianr. indict. XI. incarn. dom. a° 1206(!). pont. a° 10°. I-i Ep. lib. 10. n° 175 ed. Baluze II. 96; Opp. ed. Migne II. 1264. — »Ideo sumus ad.«

» 22 | » | (3251) Abbati S. Hilarii, plebano S. Pauli Castellanensis dioc. et magistro Gallo canonico Tervisino (Tercacin. *Collect. III.*) causam inter clericos S. Iustinae ac presbyterum Albertum super eo quod idem presbyter clericum se ipsius ecclesiae asserebat agitatam committit examinandam. XI kal. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 178 ed. Baluze II. 98· Opp. ed. Migne II. 1267; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 18 *de off. vic.* c. 8 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 462; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 29 *de off. et pot. iud. del.* c. 29 ap. Boehmer Corp. II. 156; ap. Richter Corp. II. 167. — »Ex litteris venerabilis.«

» 24 | » | (3252) (Bertholdi) electi Colocensis, quem prius reiecerat, electionem confirmat. IX kal. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 177 ed. Baluze II. 97; Opp. ed. Migne II. 1266; Katona Hist. crit. V. 72; Fejér Cod. dipl. III. I. 53. — »Quoniam iuxta canonicas.«

(Nov. 15–Dec. 31) | (») | (3253) Hugolino Ostiensi episcopo et Leoni tit. S. Cruci presbytero cardinali apostolicae sedis legatis mandat »quod ex quo princeps (*i. e.* Philippus dux Sueviae) petit et rogat, subeatis laborem ad nostram praesentiam revertendi, monentes eundem et alterum principem (*i. e.* Ottonem), ut utriusque nuntiis vobiscum praesentibus tractatus pacis possit habere progressum; qui ne valeat impediri, procuretis ut treugae firmiter observentur. Ad plenariam vero liberationem Brunonis archiepiscopi Coloniensis efficaciter intendatis et

| | | |
|---|---|---|
| | | **1207.** |
| | | committatis procurationem ecclesiae ac diocesis Maguntinae alicui viro provido et fideli.« *Sine signo chronol.* ‖ I-i Ep. *registr.* nº 146 ed. Baluze I. 751; Opp. ed. Migne III. 1143; *fragm. in* Raynald. Ann. a. 1207 § 10. — »Recepimus litteras vestras.« |
| (Nov. 15-Dec. 31) | (Romae a. S. Petrum) | (3254) Eosdem rogat et monet, ut, cum tractatus pacis nondum ex toto potuerit consummari, ad bonum eiusdem adhuc propensius insistant secundum formas, quas eis duxit praefigendas. *Absque nota chronol.* ‖ I-i Ep. *registr.* nº 147 ed. Baluze I. 751; Opp. ed. Migne III. 1143. — »Licet tractatus pacis.« |
| ( » ) | ( » ) | (3255) Eosdem laudat, quod legationis officium prudenter et honeste gerunt et manus suas ab omni turpi munere penitus excusserunt. »Ne vero super litteris illis quas nuntii vestri perdidisse dicuntur nimia vos sollicitudo conturbet, tenorem earum praesentibus vobis litteris mittimus interclusum, ut nullatenus doleatis, si etiam ad manus principis (*i. e.* Philippi) eaedem litterae devenissent, cum in eis nihil reperiatur reprehensione dignum .... Vos igitur secundum tenorem huiusmodi procedatis, scientes quod nos (Conrado) Spirensi episcopo duximus intimandum, ut liberiorem super eo possitis habere processum.« Monet eos, ut super negotio regni Siciliae gerant sollicitudinem diligentem. *Sine signo chronol.* ‖ I-i Ep. *registr.* nº 148 ed. Baluze I. 751; Opp. ed. Migne III. 1144; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1207 § 8. — »Largitori omnium gratiarum.« |
| ( » ) | ( » ) | (3256) Eisdem scribit et sperat »quod ea quae nobis de perfido Waldemaro (episcopo Sleswicensi, postulato mense Nov. 1207 archiepiscopo Hamburgensi et Bremensi) scripsistis, licet proposito vestro videantur adversa, convertentur in bonum .... Luipuldum vero noveritis apud Senas hostilibus actibus implicatum ad nostram praesentiam non venisse; cuius insolentiam et stultitiam diligenter principi (*i. e.* Philippo duci Sueviae) exponatis.« *Sine signo chronol.* ‖ I-i Ep. *registr.* nº 149 ed. Baluze I. 751; Opp. ed. Migne III. 1144; *fragm. in* Raynaldi Ann. 1207 § 10.— »Licet apud districtissimum.« *Cf.* nº 3211. |
| ( » ) | ( » ) | (3257) Regem Ottonem in Augustum electum monet, ut, cum adversarius eius nuntios ad sedem apostolicam disposuerit cum cardinalibus mittere, etiam nuntios providos et fideles destinet, ne suum remaneat negotium indefensum. *Absque nota chronol.* ‖ I-i Ep. *registr.* nº 150 ed. Baluze I. 752; Opp. ed. Migne III. 1145; *cf.* Raynald. l. c. a. 1207 § 11. — »Litteras tuae serenitatis.« |
| — | — | (3258) Capitulo Signino I. »non ex electione vestra, sed auctoritate nostra« concedit in pastorem, mandans eidem ut assumat Signinae ecclesiae curam, consecrationis munus per papam recepturus. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 10. nº 184 ed. Baluze II. 104; Opp. ed. Migne II. 1277. — »Ad nostram praesentiam.« |
| — | — | (3259) Philippo regi Francorum intimat, quod, si reginam diligenter ex fide tentans carnaliter cognoscere cum ea fieri una caro nequiverit et voluerit experiri super impedimento maleficii contra coniugium, »nos, cum requisiti fuerimus, ad iudicium procedemus, sine quo profecto non praevales ab hoc vinculo liberari.« *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 10. nº 176 ed. Baluze II. 97; Opp. ed. Migne II. 1266; Bouquet Rec. XIX. 496; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 115. — »Ab eo credimus.« |
| — | — | Iohanni regi Angliae munera mittit. *Litterae suspectae; cf.* 1198. Mai. 29. nº 225. |
| — | — | Iohanni regi Anglorum: »Aº 10º.« ‖ Matth. Paris Hist. maior 224, *al., vid.* 1207. Mai. 26. nº 3111. |
| — | — | (Roberto) episcopo Claromontensi, (Eustorgio) abbati Mauziacensi *etc. Sine signo chronol.* ‖ Baluze Hist. de la maison d'Auvergne II. 74, *vid.* 1206. Iun. 12. nº 2806. |
| | | **1208.** |
| Ianr. 3 | Romae ap. S. Petrum | (3260) Rectori et fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia nunciat, se solemnem instituere apud idem stationem in dominica prima post octavas epiphaniae; mandat et statuit, ut effigies Iesu Christi eodem die a b. Petri basilica per eiusdem canonicos ad dictum hospitale deportetur; ut pro mille pauperibus extrinsecus adventantibus et 300 personis intus degentibus 17 librae usualis monetae, ut singuli accipiant tres denarios, ab eleemosynario summi pontificis annuatim fratribus hospitalis in perpetuum tribuantur, et canonicis praedictis 12 nummi et cereus unius librae de oblationibus confessionis b. Petri praestentur. III non. Ianr. aº 10º. ‖ I-i Epist. ed. Baluze II. 99. nº 179; Opp. ed. Migne II. 1270. nº 179; Bullar. Vatic. I. 89; Cocquelines Bullar. III. 117. nº 53; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 205. — »Ad commemorandas nuptias.« |
| » 4 | » | (3261) S(aloni) decano et capitulo Senonensibus antiquas consuetudines, immunitates et libertates praesertim a Guidone Senonensi archiepiscopo eis factas, sicut in inserto ipsius scripto authentico continentur, confirmat. II non. Ianr. aº 10º. ‖ I-i Ep. lib. 10. nº 181 ed. Baluze II. 100; Opp. ed. Migne II. 1271. — »Solet annuere sedes.« |
| » 5 | » | (3262) Archidiacono et priori S. Stephani de Ponte Florentino mandat, ut firmiter observari faciant latam a sede apostolica sententiam in causa vertente inter abbatem con- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1208.** |
| | | ventuinque monasterii de Ficiculo et (Robertum) Lucanum episcopum super institutione plebani in plebe in Ficiculo, qua, cum episcopus praesumpserit post denuntiationem ei factam missarum solemnia celebrare, a sacerdotali et pontificali officio suspensus erat. Non. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 187 ed. Baluze II. 107; Opp. ed. Migne II. 1282; Lami Hodoeporicon 1249; Lami Eccl. Florent. mon. II. 1007. — »Accedentibus ad praesentiam.« |
| Ianr. 6 | Romae ap. S. Romae | (3263) Abbati et conventui Fossatensibus redditus, quos b. m. Ysembardus abbas ad augmentum luminarium sacristiae monasterii eorum apud Longumvillare concessit, confirmat. VIII id. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 220 ed. Baluze II. 135; Opp. ed. Migne II. 1330. — »Solet annuere sedes.« |
| » 7 | » | (3264) (Iohanni) Turonensi archiepiscopo mandat, ut universas beneficiorum vel quorumcunque bonorum Petragoricensis ecclesiae concessiones aut distractiones, quas a (Raimundo) Petragoricensi episcopo suspenso invenerit factas, legitime revocet. VII id. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 182 ed. Baluze II. 102; Opp. ed. Migne II. 1274; Serv. Lupi Opp. ed. Baluze 533. n° 12. — »Ad hoc in.« |
| » 9 | » | (3265) Patriarchae Ierosolymitano A. S. L. mandat, ut archidiaconatum Antiochenae ecclesiae assignet personae idoneae. V id. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 186 ed. Baluze II. 104; Opp. ed. Migne II. 1278. — »Dilecto filio nostro.« |
| » 9 | » | (3266) Ecclesiam s. Mariae de Charitate constructam in possessionibus a Marco Iuliano infra ducatum Venetiae b. Petro collatis, quas Innocentius II ecclesiae s. Mariae in Portu (Ravennatis) commiserat, cum omnibus suis pertinentiis protegendam suscipit. V id. Ianr. indict. II. (*legas* XI) incarn. dom. a° 1206. (*legas* 1207.) pont. a° 10°. ‖ Pennottus Clericorum canonic. hist. 588; Cornelius eccl. Venet. V. 162. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 10 | » | (3267) (Guilelmo) Altissiodorensi episcopo concedit facultatem, ut quosdam burgenses usurarios de Caritate, qui in tribus festivitatibus annualibus se ad villas regis vel aliorum principum extra eius diocesim transferunt iura parochialia ibidem exercentes, ut sic se parochianos alterius mentientes eiusdem iurisdictionem eludant, ad exhibendum ipsi reverentiam et obedientiam debitam per censuram ecclesiasticam compellat. IV id. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 204 ed. Baluze II. 123; Opp. ed. Migne II. 1308. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 10 | » | (3268) Abbati Augensi et Conrado decano de Wlde Constantiensis dioc. et magistro Conrado scholastico Curiensi de H. presbytero, qui super incestus et adulterii crimine erat publice infamatus, mandata dat. IV id. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 188 ed. Baluze II. 109; Opp. ed. Migne II. 1286; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 17 *de purgat. can.* c. 6 (*ubi inscripta* Abbati Argentin. et magistro G. scholastico Cucien. et de Valle) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 590; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 34 *de purg. can.* c. 15 (*ubi inscripta* Abbati Eugen. et scholastico Mutin.) ap. Boehmer Corp. II. 828; ap. Richter Corp. II. 839. — »Cum dilectis filiis.« |
| » 10 | » | (3269) (Herveo) episcopo et cantori et magistro N. archidiacono Trecensibus causam inter decanum Altisiodorensis ecclesiae et (Guilelmum) Altisiodorensem episcopum vertentem super R. presbytero domus Dei de Monte atrito, in qua provisionem et dispositionem plenariam idem episcopus obtinet, ab eodem episcopo vinculis detento committit examinandam ac mandat, ut eam fine canonico terminent. IV id. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 189 ed. Baluze II. 111; Opp. ed. Migne II. 1288; Collect. III. decr. lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 13 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 511; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *de appellat.* c. 55 ap. Boehmer l. c. 400, *ad* a. 1213; ap. Richter l. c. 416. — »Dilectis filiis (dilecto fil. *Coll. III.*) decano.« |
| » 11 | » | (3270) A(egidio) archiepiscopo Ravennae scribit, se causam parochianorum ecclesiae s. Iohannis de Marmorato Ravennatis litigantium cum I. Romano clerico ecclesiae ipsius super distractione ac ablatione quarundam rerum eiusdem ecclesiae abbati de Pomposa commisisse terminandam, qui contra dictos parochianos iniquam sententiam promulgaverit, a qua ipsi sedem apostolicam appellarint. Mandat ei, ut sententiam ipsam confirmet vel infirmet, sicut iustitia fuerit. III id. Ianr. a° 10°. ‖ Amadesii Antist. Ravenn. III. 151. n° 25. — »Ex parte Ru.« |
| » 12 | » | (3271) (Guilelmo) Altissiodorensi et (Herveo) Trecensi episcopis mandat, ut contra quosdam haeresiarchas quos Consolatores appellant et alios pestiferos de haeretica pravitate suspectos procedant. II id. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 206 ed. Baluze II. 125; Opp. ed. Migne II. 1312. — »Ex tenore litterarum.« |
| » 12 | » | (3272) (Petrum) archiepiscopum et capitulum Senonenses rogat, concedant S. decano Senonensis ecclesiae triennium ad commorandum in scholis Parisius, ut theologicam facultatem regendo et aliis et sibi proficiat. II id. Ianr. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 185 ed. Baluze II. 104; Opp. ed. Migne II. 1277. — »Quamvis de facili.« |
| » 16 | » | (3273) (Iohanni) archiepiscopo Trevirensi et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus … et aliis ecclesiarum praelatis in Trevirensi provincia constitutis de malefactoribus mona- |

**1208.**

sterii Miraevallis Praemonstr. ord. mandata dat. xvii kal. Febr. a° 10°. Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 177. — »Non absque dolore.«

Ianr. 17 | Romae ap. S. Petrum | (3274) (Herveum) comitem Nivernensem, »qui tamquam vir catholicus deberet Iudaicis superstitionibus obviare, ne inimici crucis exaltarentur in semetipsis contra famulos crucifixi, sed principaliter favet eis, et ipsi eum in excessibus usurarum *etc.* habent praecipuum defensorem,« hortatur, ut a similibus de cetero conquiescat et zelum orthodoxae fidei habeat, »ne nos ad correctionem tuam cogamur apponere manus nostras.« xvi kal. Febr. a° 10°. I-i Ep. lib. 10. n° 190 ed. Baluze II. 112; Opp. ed. Migne II. 1291; Bouquet Rec. XIX. 497. — »Ut esset Cain.«

» 18 | » | (3275) (Mauritium) episcopum Pictavensem, contra quem Brucardus canonicus Pictavensis multa gravia retulerat, qui autem se innocentem ostenderat, absolvit ab obiectis »seu verius declaravimus absolutum et clarificatum per ipsa.« xv kal. Febr. a° 10°. I-i Ep. lib. 10. n° 191 ed. Baluze II. 113; Opp. ed. Migne II. 1293. — »Sicut experimento in.«

» 18 | » | (3276) (Guilelmo) episcopo, decano et capitulo Altisiodorensibus concessionem, qua Philippus rex Francorum quicquid iuris habebat in regalibus ecclesiae Altisiodorensis sede vacante, ipsi ecclesiae tradidit, confirmat, authentico eius inserto. xv kal. Febr. a° 10°. I-i Ep. lib. 10. n° 195 ed. Baluze II. 118; Opp. ed. Migne II. 1300; Bouquet Rec. XIX. 498. — »Iustis petentium desideriis.«

» 19 | » | (3277) (Iohanni) archiepiscopo Turonensi et abbati maioris monasterii Turonensis nunciat, se abbatissam S. Mariae Andegavensis ab impetitione procuratoris et Hospitalariorum Ierosolymitanorum quoad domum eleemosynariam sententialiter duxisse absolvendam, et mandat ut, quod a sede apostolica sit diffinitum, faciant per censuram ecclesiasticam observari. xiv kal. Febr. a° 10°. I-i Ep. lib. 10. n° 193 ed. Baluze II. 116; Opp. ed. Migne II. 1297. — »Cum dilecti filii.«

» 22 | » | (3278) Monasterium s. Mariae de s. Columba de Blendeka Cisterc. ord. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, privilegia ac libertates confirmat. xi kal. Febr. indict. XI. incarn. dom. a° 1207. pont. a° 10°. I-i Ep. lib. 10. n° 192 ed. Baluze II. 114; Opp. ed. Migne II. 1294; Miraeus Opp. dipl. III. 371. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 23 | » | (3279) (Guilelmo) Altisiodorensi episcopo eiusque successoribus concedit, ut, si archidiaconi sui consensus accesserit, lectoriam et scholastriam in ecclesia Altisiodorensi personis idoneis conferant. x kal. Febr. a° 10°. I-i Ep. lib. 10. n° 196 ed. Baluze II. 118; Opp. ed. Migne II. 1301. — »Ex parte tua.«

» 24 | » | (3280) (Humberto) Viennensi archiepiscopo, (Bernardo) episcopo Gebennensi et abbati de Cassania Cisterc. ord. Lugdun. dioc. scribit, sibi intimatum esse, quod (Rainaldus) Lugdunensis archiepiscopus monasterium Saviniacense destruxerit et coenobium de Lirin incendio devastaverit *etc.* Mandat eis, ut, si super his vel aliis contra illum legitimus apparuerit accusator, indulta copia defensionis eidem, audiant quae contra ipsum proposita fuerint ac pro ipso quod canonicum fuerit statuant. ix kal. Febr. a° 10°. I-i Ep. lib. 10. n° 194 ed. Baluze II. 117; Opp. ed. Migne II. 1299. — »In tantum clamor.«

» 25 | » | (3281) (Brunwardo) Zwerinensi et (Philippo) Racesburgensi episcopis et (Burchardo) abbati de Luneborg Verdens. dioc. mandat, ut inter abbatem conventumque S. Iohannis in Lubike ac quosdam cives Lubicenses super quadam piscina litigantes iudicium faciant. viii kal. Febr. a° (10°). Meklenb. UB. IV. 197. n° 2660. — »Ex parte dilectorum.«

» 27 | » | (3282) Magistro P. decano Bertorii intimat, se divisionem decanatuum Thoarcensis et Bertorii per Iohannem episcopum Pictaviensem factam confirmare. vi kal. Febr. a° 10°. I-i Ep. lib. 10. n° 197 ed. Baluze II. 118; Opp. ed. Migne II. 1301. — »Cum olim dilectus.«

» 28 | » | (3283) Decano et capitulo B. Macuti de Barro Lingonens. dioc. concedit, ut ad praebendam R. concanonici qui a longis retroactis temporibus abiit in Ungariam et ibidem per viginti annos commoratus adeptus est ecclesiasticos redditus abundantes, aliquam personam idoneam in vicarium ordinent, donec ille redeat requisitus. v kal. Febr. a° 10°. I-i Ep. lib. 10. n° 199 ed. Baluze II. 120; Opp. ed. Migne II. 1303. — »Ex parte vestra.«

» 28 | » | (3284) R(aynaldo) episcopo, archidiacono et praeposito Atrebatensibus mandat petentibus abbate et conventu de Cisonio, inhibeant ne in domo eorum, quae dicitur Belrepaire et praeter canonicos et fratres onerata est nimia multitudine feminarum, de cetero recipiantur mulieres. v kal. Febr. a° 10°. Histor. eccles. Cison. ap. Achery Spicil. (XII. 518 ed. vet.) II. 884; I-i Ep. lib. 10. n° 221 ed. Baluze II. 135; Opp. ed. Migne II. 1330; Miraeus Opp. dipl. III. 374. — »Dilecti filii abbas.«

» 29 | » | (3285) Dunkeldensi et Brechinensi episcopis et Abbati de Kelchou dioc. S. Andreae mandat, ut examinata electione pariter et electo Aberdenensi, si Adam clericus electus se administrationi episcopalium non ingesserit nec se fecerit, ut obtineret episcopatum, in subdiaconum promoveri, electionem de ipso factam confirment. iv kal. Febr. a° 10°. I-i

| | | |
|---|---|---|
| | | **1208.** Ep. lib. 10. nº 198 ed. Baluze II. 119; Opp. ed. Migne II. 1303. — »Accedentes ad praesentiam.« |
| Ianr. 30 | Romae ap. S. Petrum | (3286) (Bernardo) episcopo Gebennensi et abbati Bonaevallis [Bonnevaux] Viennens. dioc. mandat, cogant qua conveniat districtione (Petrum) episcopum Gratianopolitanum, ut magistro Oliverio ecclesiam Aspernadi [Épernay] cum fructibus inde perceptis sine dilatione resignet et permittat eum ipsam pacifice possidere. III kal. Febr. aº 10º. ‖ l-i Epist. ed. Baluze II. 120. nº 201; Opp. ed. Migne II. 1304. — »Cum virtus mutuo.« |
| » 30 | » | (3287) Compositionem inter monasterium Fossae novae ex una parte et commune Piperni ex altera super silva Morgazani factam confirmat. III kal. Febr. aº 10º. ‖ l-i Ep. lib. 10. nº 203 ed. Baluze II. 121; Opp. ed. Migne II. 1306. — »In nomine Domini.« |
| » 31 | » | (3288) Herveo Trecensi episcopo concessionem Philippi regis Francorum, qua statuit, ut episcopus de beneficiis quae nuper sede vacante rex concesserat suam faceret voluntatem, libere profitendo se in illis nihil iuris penitus habuisse, confirmat. II kal. Febr. aº 10º. ‖ l-i Ep. lib. 10. nº 217 ed. Baluze II. 133; Opp. ed. Migne II. 1326; Gallia christ. XII. inst. 285. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 31 | » | (3289) Decano et capitulo Nivernensibus scribit de fructibus praebendae P. puero concanonico nepoti Turritani episcopi sine diminutione persolvendis, donec erit in scholis. II kal. Febr. aº 10º. ‖ l-i Ep. lib. 10. nº 200 ed. Baluze II. 120; Opp. ed. Migne II. 1304. — »Cum sicut per.« |
| » 31 | » | (3290) Cusentinum archiepiscopum hortatur, »ut in pugna quam contra te per ministros suos universae terrae malleus incitavit, non deficias sed proficias, et adversus principes et potestates harum tenebrarum invicta mente resistas.« II kal. Febr. aº 10º. ‖ l-i Ep. lib. 10. nº 202 ed. Baluze II. 121; Opp. ed. Migne II. 1305. — »Legisse te credimus.« |
| Febr. 1 | » | (3291) Monasterii s. Martini de Monte patrocinium suscipit statuens, ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum ibidem inviolabiliter observetur, eius possessiones ac bona confirmat et quam plurima privilegia addit. Kal. Febr. indict. XI. incarn. dom. aº (1206, *legas*) 1207. pont. aº 10º. ‖ l-i Epist. ed. Baluze II. 123. nº 205; Opp. ed. Migne II. 1309. nº 205; Bullar. Vatic. I. 90; *cf.* Bréquigny Dipl. I. I. 101 *et* 1207. Febr. 1. nº 2997. — »Licet monasterium vestrum.« |
| » 7 | Laterani | (3292) Herveo Trecensi episcopo concessionem Philippi Francorum regis, qua statuit ut archidiaconatus, praebendae ac alia beneficia Trecensis ecclesiae, quae ibidem vacare contigerit ecclesia ipsa pastoris officio destituta, donationi substituendi pontificis de cetero reserventur, confirmat, privilegio regis ad verbum hîc inserto. VII id. Febr. aº 10º. ‖ l-i Ep. lib. 10. nº 216 ed. Baluze II. 132; Opp. ed. Migne II. 1324; Cocquelines Bullar. III. 118. nº 54; Gallia christ. XII. instr. 283; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 206. — »Solet annuere sedes.« |
| » 7 | » | (3293) (Gosvino) episcopo, T. archidiacono et scholastico Tornacensibus mandat, ut ab (Hugone) Traiectensi episcopo excommunicationis sententia innodato in publicum iuratoria cautione recepta, quod sine conditione aliqua parebit apostolicae sedis mandatis, ipsi absolutionis beneficium impendant, post haec monentes eundem, ut Parent. et P. de Cicc. civibus Romanis *etc.* de pecunia quam eisdem teneatur exsolvere, satisfaciat. VII id. Febr. aº 10º. ‖ l-i Ep. lib. 10. nº 208 ed. Baluze II. 126; Opp. ed. Migne II. 1314. — »Licet Traiectensis episcopus.« |
| » 10 | » | (3294) Uterinae Vallis et Garniswikae abbatibus Spirensis et Metensis diocesum mandat, faciant ut sententia pro A. praeposito S. Paulini Argentin. dioc. lata observetur. IV id. Febr. aº 10º. ‖ l-i Ep. lib. 10. nº 211 ed. Baluze II. 128; Opp. ed. Migne II. 1317. — »Causam super ecclesia.« |
| » 10 | » | (3295) Gregorio capellano ecclesiam de Othcapella [Oostkappel], super qua eum Arnoldus abbas monasterii de Mildeburg [Middelburg] molestabat, canonice adiudicat. IV id. Febr. aº 10º. ‖ l-i Ep. lib. 10. nº 207 ed. Baluze II. 125; Opp. ed. Migne II. 1313; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 131. nº 219. — »Cum dilectus filius.« |
| » 13 | » | (3296) Patriarcham Ierosolymitanum apostolicae sedis legatum monet, ut diligenter intendens ad liberationem patriarchae Antiocheni, in quem comes Tripolitanus sacrilegas manus miserat, ac nepotum suorum super satisfactione tam ipsi quam ecclesiae praestanda, et absolutione praedicti comitis statuat, quod saluti et iustitiae singulorum ac statui Terrae sanctae noverit expedire. Id. Febr. aº 10º. ‖ l-i Ep. lib. 10. nº 214 ed. Baluze II. 130; Opp. ed. Migne II. 1321. — »Quod provocata peccatis.« |
| » 14 | — | Abbati S. Stephani Bononiensis: »Perusii XVI kal. Mart. aº 10º.« ‖ Soldani Hist. de Passiniano 196, *vid.* 1253. Febr. 14. |
| » 15 | Laterani | (3296a) Archiepiscopis et aliis ecclesiarum praelatis mandat, prohibeant parochianis suis, ne a fratribus domus Ierosolimitani hospitalis vel eorum hominibus de victualibus aut aliis rebus eorundem fratrum usibus deputatis pedagium vendam cantagium *etc.* exigant. XV kal. Mart. aº 10º. ‖ Registrum episc. Aberdon. II. 262. — »Religiosos viros fratres.« |

**1208.**

Febr. 20 | Laterani | (3297) Abbati et monachis S. Columbani de epistola d. d. 21. Febr. 1208 Uberto Bobiensi episcopo dirigenda significat eisque mandat, ut quod a sede apostolica sit sententialiter diffinitum, recipiant humiliter et inviolabiliter observent. x kal. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 213 ed. Baluze II. 130; Opp. ed. Migne II. 1320. — »Motae iam dudum.«

» 21 | » | (3298) Ubertum Bobiensem episcopum et ecclesiam Bobiensem ab impetitione O. acolythi et capellani pontificis et procuratoris Romanae ecclesiae sententialiter absolvit ac sententiam Eugenii papae pro Bobiensi ecclesia contra monasterium s. Columbani promulgatam confirmat, et praecipit, ut abbates et monachi qui pro tempore in ipso monasterio fuerint, Bobiensibus episcopis diocesana sint lege subiecti. ix kal. Mart. a° 10°. ‖ I-i Ep. lib. 10. n° 212 ed. Baluze II. 128; Opp. ed. Migne II. 1318. — »Tempore felicis recordationis.«

(ante Febr. 21) | » | (3299) Mariae reginae (uxori Philippi regis Germaniae) scribit de reclamatione Hamburgensis capituli contra postulationem Waldemari episcopi Slewicensis a Bremensi capitulo factam et de eiusdem excommunicatione. A° 10°. ‖ I-i Epist. ed. Baluze II. 126. n° 209; Opp. ed. Migne II. 1315. n° 209; Lappenberg Hamb. UB. I. 321. n° 366; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 132. 741. — »Quanto ferventius viri.«

( » 21) | » | (3300) (Ottoni) Herbipolensi electo mandat, ut Waldemarum episcopum Slewicensem excommunicatum esse et postulationem eius penitus reprobatam denuntiet. *Sine signo chronol.* ‖ I-i Epist. ed. Baluze II. 127. n° 210; Opp. ed. Migne II. 1316. n° 210; Lappenberg l. c. I. 323. n° 367; *cf.* Suhm l. c. 132. 741. — »Dilecti filii praepositus.«

1207-08 Febr. 21 | — | • (3301) Monasterium s. Iohannis evangelistae in Lubeke protegendum suscipit. A° 10°. ‖ Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 452. n° 7; Cod. dipl. Lubec. II. I. 2. n° 2.

1207-08 Febr. 21 | Laterani | Iohanni Anglorum regi: »A° 10°«. *Sine die et mense.* ‖ Matth. Paris Hist. maior 224, *vid.* 1207. Mai. 26. n° 3111.

» 25 | » | (3302) Liubuldum ducem Austriae rogat, ut procedat ad Terrae sanctae succursum celeriterque se accingat. Mittit ei vivificae crucis signum per Nicolaum priorem S. Iohannis Cartusiens. ord. vi kal. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 1 ed. Baluze II. 139; Opp. ed. Migne II. 1339. — »Experimento didicimus quod.«

» 25 | » | (3303) Eidem significat, se statuere, ut tam persona quam omnia bona eius pariter et familia, ex quo crucem acceperit, sub apostolicae sedis necnon archiepiscoporum et aliorum praelatorum ecclesiae, in quorum diocesibus ipsa permaneant, protectione consistant. vi kal. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 2 ed. Baluze II. 140; Opp. ed. Migne II. 1341. — »Quod non immemor.«

» 26 | » | (3304) Abbati et conventui S. Iohannis Morinensis concedit, ut infra fines suos molendinum habeant. v kal. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 6 ed. Baluze II. 141; Opp. ed. Migne II. 1343. — »Praesentium vobis auctoritate.«

» 27 | » | (3305) Abbati et conventui Praemonstratensi respondet, abbates teneri ex officio suo, congregationum suarum negotia procurare, nisi forte abbatis et conventus negotia essent omnino discreta. iv kal. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 3 ed. Baluze II. 140; Opp. ed. Migne II. 1341; Collect. III. decr. lib. 1. tit. 2 *de rescript.* c. 11 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 428; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 3 *de rescr.* c. 21 ap. Boehmer Corp. II. 20, *ubi tribuitur* a° 1204; ap. Richter Corp. II. 25. — »Edoceri a nobis.«

( » 25-27) | » | (3306) (Petro) regi Aragonum scribit: »Tua regalis serenitas non ignorat, qualiter super negotio matrimonii inter (Constantiam) tuam sororem et Fredericum regem Siciliae consummandi aliquando tecum fuerimus viva voce locuti ac saepe per nostras litteras te exhortati. Sed licet in succursum ipsius duas galeas noviter destinaris, de quo regalem prudentiam plurimum in Domino commendamus, confirmationem tamen eiusdem facti, ex parte praefati regis non sine studio nostrae sollicitudinis acceptati, quantum a te dependet, plus quam oportuerit et decuerit distulisti.« Hortatur eum, ut sororem cum apparatu decenti et honorifico comitatu, quo et ipsa circumornata procedat, mittere non postponat, expensas quas negotium tanti profectus et honoris exposcat, non evitans. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 4 ed. Baluze II. 140; Opp. ed. Migne II. 1342; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 131; Aguirre Conc. Hisp. V. 142; *fragm.* ap. Fejér Cod. dipl. III. I. 58. — »Ex speciali dilectionis.«

(») | » | (3307) (Sanciae) reginae Aragonum scribit de eodem argumento eamque monet, ut (Petrum) regem ad id inducat. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 5 ed. Baluze II. 141; Opp. ed. Migne II. 1343; Aguirre l. c. 142. — »Ex speciali dilectionis.«

» 27 | » | • (3308) Steingadensi abbati ecclesiam in Gebremi confirmat. iv kal. Mart. a° 11°. ‖ Lang Regesta II. 30.

» 28 | » | • (3309) Eidem constitutiones Welfonis fundatoris monasterii confirmat. iii kal. Mart. a° 11°. ‖ Lang l. c. 30.

**1208.**

Febr. 28 Laterani (3310) (Sigfrido) Maguntino archiepiscopo et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis in Maguntina provincia constitutis mandat, prohibeant omnibus parochianis suis, ne ab abbate et conventu de Otterburg Cisterc. ord. de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, aut de nutrimentis animalium decimas praesumant exigere vel quomodolibet extorquere. III kal. Mart. a° 11°. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 6. n° 8. — »Audivimus et audientes.«

» 28 » (3311) Demetrium Arbanensem principem hortatur, ut Nicolaum archidiaconum Latinorum Durachii legatum a latere suscipiat honorifice eiusque monita et praecepta devote observet. III kal. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 7 ed. Baluze II. 141; Opp. ed. Migne II. 1343. — »Devotionem et reverentiam.«

» 29 » (3312) Statuit, ut archiepiscopis, episcopis, archidiaconis aliisque praelatis personaliter visitantibus ab ecclesiis et locis visitatis exhibeantur procurationes in victualibus et aliis necessariis moderate, ita quod haec secundum communem rerum existimationem singulorum locorum vel sumptus, qui pro hiis fient, summam seu valentiam quatuor marcarum argenti in nulla procuratione transcendant. II kal. Mart. a° 11°. ‖ Varin Archiv. admin. de Reims I. II. 467; I-i Opp. ed. Migne IV. 171. n° 121. — »Contra gravamina que.«

Mart. 3 » (3313) Universis clericis abbatiae Farfensis in Sabinensi diocesi constitutis significat de controversia quae inter Iohannem Sabinensem episcopum et abbatem conventumque Farfenses de iure episcopali ab eodem episcopo tam in monasterio Farfensi quam in eius ecclesiis in sua diocesi constitutis petito vertebatur. Mandat eis, ut ad locum ad quem idem episcopus eos duxerit evocandos, sine difficultate accedant, audituri mandatum ipsius iuxta tenorem sententiae promulgatae. V non. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 8 ed. Baluze II. 142; Opp. ed. Migne II. 1344. — »Cum inter venerabilem.«

» 4 » (3314) Patriarchae Ierosolymitano apostolicae sedis legato mandat, inhibeat comiti Tripolitano necnon Maiori et consulibus Antiochenis sub poena excommunicationis, ne patriarcham graecum intrusum aut clericos graecos in rebellione contra Antiochenum patriarcham manutenere praesumant. IV non. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 9 ed. Baluze II. 142; Opp. ed. Migne II. 1345. — »Ad nostram noveris.«

» 5 » (3315) S. Galli et de Salem abbatibus et plebano de Marpach Constantiens. dioc. mandat, compellant C. diaconum eiusdem diocesis, ut ecclesiam de Brigantia [Bregenz], in qua se fecerit violenter intrudi et quam detineat contra iustitiam occupatam, Brigantiensi conventui restituat. III non. Mart. a° 11°. ‖ Mone Zeitschr. X. 410. — »Conquerentibus dilectis filiis.«

» 7 » (3316) (Calendae) Vesprimiensi episcopo et abbati de Bucan Wesprimiens. dioc. mandat, cogant (Petrum) Iaurinensem episcopum, qui a fratribus hospitalis Hierosolymitani et servis eorum qui sumptibus eorum terras excolunt, contra sedis apostolicae privilegia et generalem regni consuetudinem decimas extorquebat, ut de hac molestatione indebita conquiescat. Non. Mart. a° 11°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 84. — »Oblata nobis dilectorum.«

» 7 » (3317) Universo clero ecclesiarum a patriarchali iurisdictione non exemptarum in Constantinopolitana diocesi commoranti mandat, ut Constantinopolitano patriarchae impendant canonicam obedientiam et honorem. Non. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 20 ed. Baluze II. 146; Opp. ed. Migne II. 1351; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 66. — »Divinae ordinationi videtur.«

» 7 » (3318) (Henricum) Constantinopolitanum imperatorem, (baro)nes, Venetos et universum populum apud Constantinopolim commorantes monet, impendant Constantinopolitano patriarchae consilium et auxilium, ut Graeci tam laici quam clerici ad Romanae ecclesiae et dicti patriarchae obedientiam redeant eumque patrem habeant et pastorem. Non. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 21 ed. Baluze II. 146; Opp. ed. Migne II. 1352; Tafel l. c. 67. — »Cum vestrae utilitati.«

» 7 » (3319) Priori Pisanorum inhibet, ne, cum confirmatio puerorum ad episcopos tantum pertineat, de cetero pueros aliquatenus confirmare praesumat. Non. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 22 ed. Baluze II. 146; Opp. ed. Migne II. 1352. — »Ad audientiam nostram.«

» 8 » (3320) (Thomae) patriarchae Constantinopolitano respondet, »quod si episcopi graeci ad tuam obedientiam redeuntes, qui iam consecrati sunt, induci nequeunt ut recipiant unctionem iuxta consuetudinem Latinorum, id in hac novitate dissimulatione poteris pertransire. Consecrandos vero nullatenus consecres, nisi more Latinorum voluerint consecrari.« VIII id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 23 ed. Baluze II. 146; Opp. ed. Migne II. 1353; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 68. — »Ex parte tua.«

» 8 » (3321) Episcopo Kallipoliensi et decano S. Sophiae et praeposito SS. Apostolorum Constantinopoli mandat, compellant Pisanos, Lombardos ... et alias nationes apud Constantinopolim commorantes in parochiis patriarchae Constantinopolitano subiectis per censuram ecclesiasticam, ut eidem et ecclesiis a quibus percipiant spiritualia decimas cum debita integritate persolvant. VIII id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 24 ed. Baluze II. 147; Opp. ed. Migne II. 1353; Tafel l. c. 68. — »Sua nobis venerabilis.«

**1208.**

Mart. 8 | Laterani | (3322) (Angelo Baroccio) patriarchae Gradensi et suffraganeis eius mandat, ut eos quos Constantinopolitanus patriarcha excommunicat vel interdicto supponit, tamquam excommunicatos arctius evitent et faciant a subditis suis evitari. viii id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 25 ed. Baluze II. 147; Opp. ed. Migne II. 1353; Tafel l. c. 69. — »Significavit nobis venerabilis.«

„ 8 | „ | Narbonensi, Arelatensi, Ebredunensi *etc.* archiepiscopis *etc.*: »viii id. Mart. a° 11°.« ‖ Cocquelines Bullar. III. 119; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 208, *vid.* 1208. Mart. 10. n° 3324.

„ 8 | „ | (Philippum) Racesburgensem episcopum: »viii id. Mart. a° 11°.« ‖ Meklenb. UB. I. 177. n° 183, *vid.* 1208. Mart. 13. n° 3336.

„ 9 resp. 10 | „ | (3323) Comitibus, baronibus et universis populis per regnum Franciae constitutis (*sic* Innoc. Ep.; *al.* et universis militibus per provincias Narbonensem, Arelatensem, Ebredunensem, Aquensem et Viennensem constitutis) mittit epistolam, qua Raymundum comitem Tolosanum ob necem Petri de Castro novo monachi et sacerdotis apostolicae sedis legati ac varia eius crimina, homicidia et haeresim excommunicat, subditos eiusdem a iuramento fidelitatis liberat, ac terram eius a quolibet iuste occupandam declarat. vi id. Mart. (vii id. Mart. *Catel., Manriq.* et *Castr.*; vi . . . Mart. *Rayn.*) a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 29 ed. Baluze II. 150; Opp. ed. Migne II. 1359; Petri Vall. Sarn. mon. Histor. Albigensium c. 8 ap. Bouquet Rec. XIX. 12; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 563; Biblioth. Cisterc. VII. 7; Catel Hist. des comtes de Tolose 240; Rousset Supplém. au (Dumont) Corps dipl. I. i. 70; Manrique Annal. Cisterc. III. 484; Castrucci Istoria d'Avignone I. 109; Raynaldi Ann. a. 1208 § 15—21; Teulet Layettes I. 314. n° 841. — »Rem credulam audivimus.«

„ 10 | „ | (3324) (Berengario) Narbonensi, (Michaeli) Arelatensi, (Guilelmo) Ebredunensi, (Bermundo) Aquensi et (Humberto) Viennensi archiepiscopis ac eorum suffraganeis mandat, ut (Raimundum) Tolosanum comitem Petri de Castro novo occisorem, socios eius ac fautores excommunicatos nuncient, omnia eorum loca interdicto subiiciant, omnes qui praefato comiti fidelitatis iuramento tenentur astricti absolutos declarent; tum archiepiscopos eosdem monet, ut episcopo Conseranensi et Cisterciensi abbati sedis apostolicae legatis tamquam milites strenui assistant. *Sine die et mense.* (*Supple:* »vi id. Mart. a° 11°« *ex* Petri de Sarnaio Hist. Albigens. ap. Bouquet Rec. XIX. 12 sq., *ubi eadem epistola sine huius initio.*) ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 26 ed. Baluze II. 147; Opp. ed. Migne II. 1354; Bouquet Rec. XIX. 499; *cum dato* »viii id. Mart.« Cocquelines Bullar. III. 119. n° 55; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 208; *fragm.* ap. La Croix Series Episc. Cadurc. 84. — »Ne nos eius.«

* *In eundem fere modum* (Rainaldo) archiepiscopo Lugdunensi et suffraganeis eius. Lib. 11. n° 27. ‖ Baluze l. c. 149; Migne l. c. 1358.

„ 10 | „ | (3325) Archiepiscopo Verisiensi et Salembriensi episcopo et electo Nicomediensi mandata dat de ecclesiis in imperio Constantinopolitano sitis, quae imperiales dicuntur et nonnisi duntaxat imperatoribus consueverant Graecorum temporibus respondere. vi id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 41 ed. Baluze II. 153; Opp. ed. Migne II. 1365. — »Carissimus in Christo.«

„ 11 | „ | (3326) (Henrico) imperatore Constantinopolitano supplicante s. Mariae et s. Michaëlis ecclesias, quarum altera in imperiali palatio quod appellatur Blakerna, reliqua vero in eo quod dicitur Bucca Leonis est sita, sub speciali protectione sua suscipit et statuit, ut ecclesiae ipsae nulli alii teneantur in spiritualibus quam sedi apostolicae respondere. v id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 39 ed. Baluze II. 153; Opp. ed. Migne II. 1364. — »Illo caritatis affectu.«

„ 12 | „ | (3327) Eundem rogat et monet, ut si milites vel alii possessiones suas ecclesiis legare voluerint, eos nullatenus impediat. iv id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 12 ed. Baluze II. 144; Opp. ed. Migne II. 1348; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 70. — »Cum a catholicis.«

„ 12 | „ | (3328) Archiepiscopo Varisiensi et episcopo Panidensi de superiore epistola significat eisque mandat, ut quoslibet, qui apostolicae sedis inhibitione contempta id impedire praesumpserint, per censuram ecclesiasticam a praesumptione compescant. iv id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 13 ed. Baluze II. 144; Migne l. c. 1349; Tafel l. c. 70. — »Cum a catholicis.«

„ 12 | „ | (3329) Potestati et populo Venetorum apud Constantinopolim commorantibus scribit de eodem argumento et addit, se decano, cantori et thesaurario S. Sophiae Constantinopolitanis dare in mandatis, ut contradictores ab inhibitione per censuram ecclesiasticam compellant. iv id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 14 ed. Baluze II. 144; Migne l. c. 1349; Tafel l. c. 71. — »Cum a catholicis.«

„ 12 | „ | (3330) Baronibus apud Constantinopolim commorantibus scribit de eodem argumento ac addit, se Varisiensi archiepiscopo et Salombreae et Kallipolis episcopis dare in praeceptis, ut contradictores compescant. iv id. Mart. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 15 ed. Baluze II. 144; Migne l. c. 1349; Tafel l. c. 71. — »Cum a catholicis.«

## 1208.

Mart. 12 Laterani (3331) Varisiensi archiepiscopo et epicopo Kallipoliensi causam, quae inter Constantinopolitanum patriarcham et Henricum Constantinopolitanum imperatorem super triginta praeposituris infra urbem Constantinopolitanam vertebatur, audiendam et remittendam ad sedem apostolicam committit. IV id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 16 ed. Baluze II. 145; Opp. ed. Migne II. 1349; Tafel l. c. 72. — »Significavit nobis venerabilis.«

» 12 » (3332) Kallipoliensi et Panidensi episcopis et decano S. Sophiae Constantinopoli causam, quae inter patriarcham Constantinopolitanum et patriarcham Gradensem de decimis a Venetis habitatoribus regiae civitatis solvendis vertebatur, audiendam committit et fine canonico terminandam. IV id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 17 ed. Baluze II. 145; Opp. ed. Migne II. 1350; Tafel l. c. 73. — »Ex conquestione venerabilis.«

» 12 » (3333) Archiepiscopo Varisiensi et episcopo Panidensi mandat, ut, si praelati ecclesiarum Constantinopolitano patriarchae non subiectarum commorantes in parochiis eidem subiectis excommunicatos ab ipso et interdicto suppositos nominatim recipiant ad divina, eos a praesumptione huiusmodi per censuram ecclesiasticam compescant. IV id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 18 ed. Baluze II. 145; Migne l. c. 1351; Tafel l. c. 74. — »Significavit nobis venerabilis.«

» 12 » (3334) Praelatis ecclesiarum patriarchae non subiectarum Constantinopoli de superiore ad archiepiscopum Varisiensem epistola significat eisque praecipit, ut parochianos ecclesiarum quae ipsi subiectae sint patriarchae, cum ab eo excommunicati fuerint vel interdicti, recipere ad divina vel eis sacramenta ecclesiastica exhibere nullatenus praesumant. IV id. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 19 ed. Baluze II. 146; Migne l. c. 1351; Tafel l. c. 74. — »Significavit nobis venerabilis.«

( » 4-12) » (3335) (Iohanni) archiepiscopo Turonensi, (Odoni) Parisiensi et (Guilelmo) Nivernensi episcopis mandat, statuant ne debita aut usurae per biennium exigantur a crucesignatis. *Sine die et mense.* A° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 11 ed. Baluze II. 144; Opp. ed. Migne II. 1348. — »Inter cetera quae.«

» 13 » (3336) (Philippum) Racesburgensem episcopum et ecclesiam eius curae commissam sub b. Petri et sua protectione suscipit. III (VIII *Mekl. UB.*) id. Mart. a° 11°. ‖ Westphalen Mon. ined. II. 2057; Schröder Papist. Meklenburg I. 513; Gruber Orig. Livon. 230; Scr. rer. Livon. I. 357. n° 12* (*uterque perperam ad* a. 1209); Meklenb. UB. I. 177. n° 183. — »Cum a nobis.«

» 17 » (3337) Theodorum Lascarum monet, ut Henrico Constantinopolitano imperatori debitum impendat obsequium et honorem; »imperatorem eundem faciemus sollicite commoneri, ut tecum in spiritu ambulet lenitatis.« XVI kal. Apr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 47 ed. Baluze II. 158; Opp. ed. Migne II. 1372. — »Ut litterarum tuarum.«

» 17 » (3338) Decano, cantori et thesaurario S. Sophiae Constantinopolitanae causam W. clerici adversus fratres militiae Templi Constantinopolitani super ecclesia s. Yomeniae committit terminandam. XVI kal. Apr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 36 ed. Baluze II. 152; Opp. ed. Migne II. 1363. — »Causam quam dilectus.«

» 17 » (3339) Archiepiscopo Verisiensi et episcopo Salembriensi et praeposito S. Sophiae Constantinopoli mandat, ut causam quae inter praepositum et decanum S. Georgii Constantinopolitani et fratres hospitalis Ierosolymitani super hospitali s. Georgii, quibusdam redditibus et rebus aliis vertatur, audiant et fine debito terminent. XVI kal. Apr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 35 ed. Baluze II. 152; Opp. ed. Migne II. 1362. — »Porrecta nobis dilectorum.«

» 18 » (3340) S. Mariae in Cagia Meldensis et Vallis Secretae Suessionensis diocesum abbatibus et M. (de Lagerio *add. Varin*) canonico Remensi definiendam committit causam inter abbatem dilapidationis, periurii, simoniae *etc.* infamatum et canonicos S. Dionysii Remensis, quorum iuramenta abbas contendebat non fuisse recipienda a iudicibus, qui sententiam contra ipsum protulerant. *Sine die et mense.* (XV kal. Apr. a° 11° *add. Varin.*) I-i Ep. lib. 11. n° 276 ed. Baluze II. 283; Opp. ed. Migne II. 1587; Varin Archiv. admin. de Reims I. II. 468; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 18 *de sent. et re iud.* c. 12 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 506; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 27 *de sent. et re iud.* c. 22 ap. Boehmer Corp. II. 376 (*ubi inscribitur* Alex. III. a° 1174); ap. Richter Corp. II. 392. — »Cum I. et A.«

» 22 » (3341) Archiepiscopis et episcopis et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat, prohibeant omnibus parochianis suis, ne a fratribus Hierosolymitani hospitalis de novalibus vel de aliis terris quas propriis manibus vel sumptibus excolunt vel de nutrimentis animalium ullatenus decimas praesumant exigere vel extorquere, *etc.* XI kal. Apr. a° 11°. Fejér Cod. dipl. III. I. 84. — »Audivimus et audientes.«

» 22 » (3342) (Amadeo) Bisuntino archiepiscopo consulenti respondet, clericos in minoribus ordinibus constitutos, si patrimonium habeant unde possint sustentari, ad superiores or-

**1208.**

dines promovendos esse: monachos de suis fratribus ac conversis testes in causis propriis producere non posse absque iuramenti exhibitione; decimas a religiosis esse solvendas pro terris quas acquisiverint; denique iudicium ferventis aquae non solum in matrimonialibus, sed etiam in aliis causis ecclesiasticis non esse recipiendum. XI kal. Apr. a° 11°. | I-i Ep. lib. 11. n° 46 ed. Baluze II. 157; Opp. ed. Migne II. 1372; *maximam partem in* Collect. III. decr. lib. 3. tit. 5 *de praebend.* c. 11 *et* lib. 2. tit. 12 *de testib.* c. 12 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 518. 491; *et int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 23 *et* lib. 2. tit. 20 *de test.* c. 39 ap. Boehmer Corp. II. 440. 307, *relata ad* a. 1208 *et* 1210; ap. Richter Corp. II. 457. 320. — »Tuis quaestionibus respondemus.«

Mart. 22 resp. 23 resp. 24 — »Anglia per papam Innocentium interdicto supponitur XI kal. Apriles.« | Nic. Triveti Annal. ed. Hog 180. — »Interdicta est Anglia generaliter X kal. Apr. a Willelmo Londonensi et Eustachio Eliensi et Malgero Wigorniensi episcopis ex praecepto papae.« | Florentii Wigorn. Chron. II. 167. — »Proxima die Lunae post dominicam qua cantatur *Isti sunt dies,* scil. in vigilia Annuntiationis dominicae IX kal. Apr. indictum est generaliter interdictum divini officii ... auctoritate domini papae.« | Ann. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 260. — *Cf.* Ann. de Dunstaplia, de Bermundeseya *in* Ann. mon. III. 30, 451, *al.*

Forma generalis interdicti in Angliam ab Innocentio III constituta: »Quod clerici quando.« | Martene Thes. anecd. I. 812; Innoc. Opp. ed. Migne IV. 190. n° 136; Dumont Corps univ. dipl. I. I. 385.

» 26 Laterani — (3343) (Henrico) imperatori Constantinopolitano concedit, ut ab archiepiscopis et episcopis terrae suae necnon et ab aliis in imperio constitutis fidelitatem recipiat pro regalibus quae ab ipso habent. VII kal. Apr. a° 11°. | I-i Ep. lib. 11. n° 38 ed. Baluze II. 152; Opp. ed. Migne II. 1363. — »Illo caritatis affectu.«

» 27 » — (3344) Hugoni canonico S. Georgii de Faya factam praebendae adiudicationem ratam habet, et capitulum Fayensis ecclesiae ac praefatum Hugonem ab impetitione G. de Marnaio absolvit. VI kal. Apr. a° 11°. | I-i Ep. lib. 11. n° 45 ed. Baluze II. 155; Opp. ed. Migne II. 1368. — »Dilectis filiis B.«

» 27 » — (3345) S. Pauli, S. Michaelis de Bucca Leonis et S. Anastasis decanis Constantinopolitanis mandat, ut si quos in Constantinopolitana diocesi constitutos W. Cocart sacerdoti quicquam subtraxisse vel detinere de istius proventibus invenerint, eosdem ad restituendum illud compellant. VI kal. Apr. a° 11°. I-i Ep. lib. 11. n° 37 ed. Baluze II. 152; Opp. ed. Migne II. 1363. — »Missus ad praesentiam.«

» 28 » — (3346) Monasterium Fossae novae patrocinandum suscipit, et statuit ut per territorium Pipernense usuaria pascuarum et sylvae habeat libera *etc.* V kal. Apr. a° 11°. | I-i Ep. lib. 11. n° 42 ed. Baluze II. 153; Opp. ed. Migne II. 1365. — »Solet annuere sedes.«

» 28 » — (3347) Capitulo Cracoviensi mandat, ut Vincentio Sudomiriensis ecclesiae dioc. Cracov. praeposito in episcopum Cracoviensem electo in temporalibus et spiritualibus respondentes ei debitam obedientiam ac reverentiam exhibeant. V kal. Apr. a° 11°. | I-i Ep. lib. 11. n° 40 ed. Baluze II. 153; Opp. ed. Migne II. 1364. — »Diversis litteris a.«

» 28 » — (3348) Consoranensi et Regensi episcopis et abbati Cisterciensi apostolicae sedis legatis, ut legationis officium possint melius et liberius exercere, plenam in Aquensi, Arelatensi, Narbonensi, Auxitanensi, Viennensi et Ebredunensi provinciis et vicinis etiam diocesibus, si quae sint haereticorum labe pollutae, concedit facultatem destruendi, disperdendi et evellendi quae destruenda, disperdenda et evellenda noverint. V kal. Apr. a° 11°. | Teulet Layettes I. 317. n° 843. — »Etsi nostri navicula.«

» 30 » — (3349) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae s. Donatiani Brugensis Tornacens. dioc., quibus cl. mem. Rotbertus Flandrensis marchio filius comitis Rotberti dicti Frisonis concesserat, ut eorum ecclesia eadem, quam Insulana ecclesia obtineat, gaudeat libertate, videlicet ut homines ipsius ecclesiae, qui submansores vulgariter nuncupantur, ab omni publica exactione ac iugo etiam dominationis suae sint liberi et immunes, *etc.*, hanc concessionem confirmat, tenore litterarum Rotberti inserto. III kal. Apr. a° 11°. | Miraeus Opp. dipl. II. 1148. — »Iustis petentium desideriis.«

» 31 » — (3350) Abbatem et conventum de Bosco Ranulphi Praemonstr. ord. cum redditibus quos Willelmus de Rupibus et Margarita istius uxor eis concesserant, auctoritate apostolica confirmat. II kal. Apr. a° 11°. | Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 355. — »Cum a nobis.«

» 31 » — (3351) Monasterium s. Taurini Ebroicensis ord. s. Ben. cum omnibus ecclesiis infra ibidem nominatis sub b. Petri protectione suscipit, statuens ut omnes possessiones ac bona eius, quae maximam partem propriis exprimit verbis, firma abbati, conventui eorumque successoribus et illibata permaneant. II kal. Apr. a° 11°. | Bonnin Cartul. de Louviers. Docum. I. 239. n° 201, *falso relata ad* a. 1210. — »Cum a nobis.«

» 31 » — (3352) Abbatem conventumque S. Taurini Ebroicensis et ecclesiam s. Taurini cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem s. Mariae de Loviers

**1208.**

et s. Antonini de Paceyo, de Periers ecclesias cum illarum pertinentiis eis confirmat. ɪɪ kal. Apr. a° 11. Bonnin Cartul. de Louviers. Doc. I. 245. n° 202. — »Cum a nobis.«

(Mart.) Laterani — (3353) Philippum regem Francorum hortatur, ut necem Petri de Castro novo ulciscatur, pondere regalis oppressionis urgens (Raimundum) comitem Tolosanum ac eius fautores, et in eorundem terris catholicos habitatores instituens. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 28 ed. Baluze II. 149; Opp. ed. Migne II. 1358; Bouquet Rec. XIX. 499. — »Si tua regalis.«

( » ) » — (3354) (Waldemaro) regi Danorum significat, quomodo contra Waldemarum episcopum Slewicensem procedere velit. A° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 10 ed. Baluze II. 142; Opp. ed. Migne II. 1346; Lappenberg Hamb. UB. I. 323. n° 368; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 133, 741. — »Si Deus scientiarum.«

( » ) » — (3355) Persenniae et de Pinu abbatibus Cisterc. ord. mandat, ut Franciae et Angliae reges ad treugas per biennium ineundas inducant, cum post occisionem Petri de Castro novo haeresis in Provincia reprimi non credatur nisi per regum eorundem concordiam. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 30 ed. Baluze II. 151; Opp. ed. Migne II. 1360; Bouquet Rec. XIX. 500. — »Quam sit necessarium.«

( » ) » — (3356) (Iohanni) Turonensi archiepiscopo scribit de eodem argumento eique mandat, ut Franciae et Angliae reges ad treugas, si quae initae fuerint, observandas compellat. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 31 ed. Baluze II. 151; Migne l. c. 1360. — »Quam sit necessarium.«

( » ) » — (3357) (Arnaldo) abbati Cisterciensi apostolicae sedis legato mandat, ut in Provinciam proficiscens una cum (Navarro) episcopo Consoranensi eius conlegato ad ecclesiam de nece Petri de Castro novo consolandam negotium generalis ecclesiae prudenter et constanter promovere satagat. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 32 ed. Baluze II. 151; Migne l. c. 1361; Bouquet l. c. 501. – »Recepimus litteras benignitate.«

( » ) » — (3358) (Iohanni) Turonensi archiepiscopo, (Odoni) Parisiensi et (Guilelmo) Nivernensi episcopis mandat, ut Philippum regem Francorum ac universos regni eius nobiles et magnates inducant ad haereticos in Provincia expugnandos. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 33 ed. Baluze II. 151; Migne l. c. 1361; Bouquet l. c. 501. — »Qualiter post interfectionem.«

( » ) » — (3359) Consules societatis s. Eusebii Vercellensis laudat propter devotionis affectum, quem erga papam et Romanam ecclesiam ostendunt, eosque hortatur, ut in bono proposito persistant. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 34 ed. Baluze II. 152; Migne l. c. 1362. — »Dilectum filium nobilem.«

Apr. 1 » — (3360) (Vulgrino) abbati S. Evurtii, decano S. Aviti et archidiacono Aurelianensi mandat, ut (Hamelinum) episcopum Cenomanensem ad conservanda instrumenta pacis inter abbatem ac conventum S. Dionysii et vicecomitem Castridunensem super ecclesia de Cergiaco celebratae cogant. Kal. Apr. a° 11°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ɪɪ. 1099; I-i Opp. ed. Migne IV. 172. — »Significantibus dilectis filiis.«

» 1 » — (3361) Abbatissae et capitulo de Edera octogenarium numerum monialium vel etiam conversarum consilio et assensu Philippi regis Francorum et (Odonis) episcopi Parisiensis in Ederensi monasterio statutum confirmat. Kal. Apr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 44 ed. Baluze II. 155; Opp. ed. Migne II. 1368. — »Iustis petentium desideriis.«

» 2 » — (3362) Abbati S. Victoris, decano Parisiensi et magistro Roberto de Corzon Noviomensi canonico Parisius commoranti mandat, ut Iohannis Morinensis archidiaconi electionem in episcopum Morinensem, si non fuerit canonica, irritam declarent ac Morinensi ecclesiae de persona idonea in pontificem provideri faciant. ɪᴠ non. Apr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 43 ed. Baluze II. 154; Opp. ed. Migne II. 1366; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 17 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 447; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 32 ap. Boehmer Corp. II. 63 (*ubi tributa* a° 1206); ap. Richter Corp. II. 74. — »Cum dilecti filii« (»Cum dilectus filius« *Decr.*).

» 5 » — (3363) S. Laurentii et S. Brigidae plebanis Coloniensibus Henricum de Lecenich et Iohannem de Aldendorph, qui intra interdictum excommunicati divina officia celebraverant, remittit, eisque mandat, ut pensatis illorum excessuum circumstantiis cum illis dispensent. Non. Apr. a° 11°. ‖ I-i Ep. Ms. bibl. regiae Berol., Ms. lat. Oct. 50. n° 28. — »Ideo in sacris.«

» 9 » — (3364) Alufo canonico praebendam quam in ecclesia s. Anastasis assecutus est, confirmat. ᴠ id. Apr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 48 ed. Baluze II. 159; Opp. ed. Migne II. 1375. — »Solet annuere sedes.«

» 11 » — (3365) Marco abbate eiusque fratribus petentibus ecclesiam s. Mariae Wiennae sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum regulam b. Benedicti ibidem perpetuo observetur, omnesque eiusdem loci possessiones, iura ac privilegia

**1208.**

confirmat. III id. Apr. indict. XII(!). incarn. dom. a° 1208. pont. a° 11°. ‖ Sickel Monum. graph. Fasc. V. tab. 18; *eiusd.* Texte 86; Hauswirth Urk. 17 — »Religiosam vitam eligentibus.«

Apr. 12 Laterani (3366) Decano S. Mariae in Blacherna et cantori SS. Quadraginta et magistro G. canonico S. Pauli Constantinopolitanis mandata dat super questione Alufi canonici S. Anastasis, in quem D. concanonicus eius et quidam alii manus iniecerant violentas. II id. Apr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 49 ed. Baluze II. 159; Opp. ed. Migne II. 1375. — »Gravem nobis dilectus.«

» 13 » (3367) Cantori SS. Quadraginta et magistro G. S. Pauli et Arn(ulfo) S. Mariae de Cintura canonicis Constantinopolitanis mandat, cogant decanum S. Mariae de Blaquerna et canonicos S. Anastasis Constantinopolitanae, ut Alufo S. Anastasis canonico praebendae suae fructus et alia de iure ad ipsum spectantia exhibeant. Id. Apr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 50 ed. Baluze II. 159; Opp. ed. Migne II. 1375. — »Veniens ad apostolicam.«

» 13 » (3368) Praepositum et capitulum de Blaquerna rogat, ut Arnulfo ecclesiae eiusdem canonico de proventibus ipsi subtractis, donec pro communibus negotiis absens fuit, taliter provideant, »quod ipse propter hoc vobis et ecclesiae vestrae magis obnoxius teneatur.« Id. Apr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 51 ed. Baluze II. 159; Migne l. c. 1376. — »Constitutus in praesentia.«

» 13 » (3369) (Calendae) Wesprimiensi episcopo et abbati de Bucan Wesprim. dioc. mandat, faciant ut dos, quam b. mem. Margareta quondam uxor b. mem. Andreae comitis de Symichio, amita (Andreae) regis Ungariae, fratribus hospitalis Ierosolymitani in Ungaria in ultima voluntate legavit, Andronicus autem filius dicti comitis contra iustitiam detinet, praefatis fratribus ab eo restituatur. Id. Apr. a° 11°. ‖ Pray Diss. de prioratu Auranae 106; Katona Hist. crit. V. 81; Fuxhoffer Monast. II. 200 (ed. 2ª 140); Fejér Cod. dipl. III. 1. 56 *et* 69. — »Gravem dilectorum filiorum.«

» 14 » (3370) Eudone priore et canonicis domus helemosinariae s. Iohannis Andegavensis petentibus praefatam hospitalem domum sub b. Petri et sua tutela suscipit, statuens ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam ibi perpetuo observetur, ac omnia eius bona adepta vel adipiscenda, quorum plura nominatim exprimit, illibata iubet permanere. XVIII kal. Mai. indict. XI. incarn. dom. a° (1206, *sed leg.*) 1208. pont. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 61 ed. Baluze II. 161; Opp. ed. Migne II. 1379; Port Inventaire 118. — »Licet locis religiosis.«

» 15 » (3371) Cantori et decano de Blacherna et magistro P. de Montiniaco canonico S. Pauli Constantinopolitanis mandat, ut controversiam inter Ernulfum canonicum S. Mariae de Cinctura Constantinopoli et cantorem ipsius ecclesiae disceptent. XVII kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 58 ed. Baluze II. 161; Opp. ed. Migne II. 1378. — »Sicut dilectus filius.«

» 15 » (3372) Cantori S. Mariae de Blakerna et magistro G. S. Pauli et T. S. Georgii Constantinopolitanis canonicis mandat, ut inter decanum capitulumque ecclesiae s. Mariae de Cinctura et Brinonem balistarium ac quosdam alios Constantinopolitanos iudicium faciant. *Datum ut supra.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 59 ed. Baluze II. 161; Migne l. c. 1378. — »Dilecti filii decanus.«

» 15 » (3373) S. Anastasii et S. Pauli decanis et magistro G. canonico S. Pauli Constantinopolitanis de decani capitulique de Blakerna et fratrum hospitalis ... de Bolonia ac quorundam aliorum Constantinopolitanae diocesis controversia mandata dat. *Datum ut supra.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 60 ed. Baluze II. 161; Migne l. c. 1379. — »Querelam dilectorum filiorum.«

» 15 » (3374) Lottarii archiepiscopi electi et archipresbyteri Pisarum examini committit causam, quam fratres et sorores hospitalis Osnelli adversus priorem S. Sepulchri Pisani super ordinatione ac obedientia hospitalis eiusdem habent. XVII kal. Mai. a° 11°. ‖ Matthaeius Eccl. Pisana I. app. 74. — »Causam quam fratres.«

» 16 » (3375) Henricum Constantinopolitanum imperatorem rogat et monet, ut ecclesiae s. Anastasis Constantinopolitanae casalia, possessiones et res alias, quas Balduinus imperator eius germanus contra iustitiam occupavit, restituens ab eius super hoc molestatione indebita conquiescat. XVI kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 52 ed. Baluze II. 160; Opp. ed. Migne II. 1376. — »Ad audientiam nostram.«

» 17 » (3376) Cantori de Blakerna, praeposito S. Sepulchri et magistro P. canonico S. Pauli Constantinopolitani causam T. capellani ecclesiae de Bucca Leonis et quorundam aliorum clericorum committit. XV kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 53 ed. Baluze II. 160; Opp. ed. Migne II. 1376. — »Insinuantibus T. capellano.«

» 17 » (3377) Electo Nicomediensi et praeposito S. Sepulchri et priori Pisanorum Constantinopolitanis causam A. et D. clericorum committit, quibus decanus S. Sophiae quandam mulam et alias res contra iustitiam detinebat. XV kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 54 ed. Baluze II. 160; Migne l. c. 1377. — »Innotuit nobis conquerentibus.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1208.** |
| Apr. 17 | Laterani | (3378) S. Sophiae et S. Anastasis decanis et cantori de Blakerna mandat, ut causam inter Ernulfum de Blakerna aliosque clericos et Salimbriensem (episcopum), qui eis super quibusdam terris, vineis et rebus aliis damna et iniurias inferre non cesset, fine debito terminent. xv kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 55 ed. Baluze II. 160; Opp. ed. Migne II. 1377. — »Conquesti sunt nobis.« |
| » 17 | » | (3379) Episcopo Salimbriensi, electo Heracliensi et cantori S. Sophiae Constantinopolitanae mandat, ut (Thomam) patriarcham Constantinopolitanum ad refundenda hyperpera, quae vel de procuratione Benedicti tit. S. Susannae presbyteri cardinalis tunc apostolicae sedis legati eum subtraxisse vel de procuratione clericorum de parte peregrinorum apud Constantinopolim commorantium occupasse constiterit, per censuram ecclesiasticam compellant. xv kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 78 ed. Baluze II. 171; Opp. ed. Migne II. 1395. — »Dilectus filius W.« |
| » 19 | » | (3380) (Gaufrido) Meldensi electo mandat, ut infra quindecim dies, postquam fuerit consecratus, abbatissae Iotrensi electae munus benedictionis impendat. xiii kal. Mai. a° 11° (10° *Du Pl.*). ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 56 ed. Baluze II. 160; Opp. ed. Migne II. 1377; Du Plessis Hist. de Meaux II. 98. n° 219. — »Dilectae in Christo.« |
| » 19 | » | (3381) (Herveo) Trecensi episcopo mandat, ut, si (Gaufridus) Meldensis electus mandatum sedis apostolicae infra praedictum terminum non impleverit, electam abbatissam sine dilatione benedicat. xiii kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 57 ed. Baluze II. 161; Migne l. c. 1378. — »Dilectae in Christo.« |
| » 19 | » | (3382) (Radulfum) episcopum Atrebatensem instruit, quomodo se gerere debeat erga usurarios et presbyteros in haeresim relapsos. xiii kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 62 ed. Baluze II. 162; Opp. ed. Migne II. 1380. — »Cum iuxta canonicas.« |
| » 20 | » | (3383) Abbati et conventui S. Calixti Cisoniensis concedit licentiam in pignus accipiendi decimas et terras quas laici ab eorum monasterio in feudum habent, dummodo super obsequio ratione feudi impendendo laici non graventur. xii kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 63 ed. Baluze II. 162; Opp. ed. Migne II. 1381. — »Cum sicut asseritis.« |
| » 20 | » | Civibus Soranis: »xii kal. Mai. a° 11°.« ‖ *Perperam* Cocquelines Bullar. III. 121. n° 56; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 211. n° 56, *vid.* 1208. n° 3587. |
| » 24 | » | (3384) Episcopo Vericensi et episcopo Panidensi et cantori S. Pauli Constantinopolitani mandat, ut, (Thoma) Constantinopolitano patriarcha in executione mandati sedis apostolicae cessante, suspensionem ipsius publicare ac in ceteris exequi mandatum apostolicum procurent. viii kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 77 ed. Baluze II. 169; Opp. ed. Migne II. 1392; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 83. — »Procuratoribus venerabilis fratris.« |
| » 24 | » | (3385) (Thomam) patriarcham Constantinopolitanum propter multos excessus redarguit. »Ab impetitione vero clericorum S. Anastasis super columnis marmoreis quas de ipsorum ecclesia ad ecclesiam s. Sophiae transtulisse diceris ad ornatum altaris, te reddimus absolutum. Super eo vero quod ecclesiam s. Sophiae multis milibus marcharum diceris spoliasse, si res ita se habet, taliter per te ipsum corrigas quod fecisti, quod iusta de te non remaneat materia conquerendi, provisurus attentius ne de cetero manus ad huiusmodi thesaurum extendas.« viii kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 76 ed. Baluze II. 166; Opp. ed. Migne II. 1387; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 76. — »Contra pessimam pestem.« |
| » 24 | » | (3386) Clericis de parte peregrinorum apud Constantinopolim commorantibus iniungit, »quod usque ad duos menses, quod utique spatium (Thomae) patriarchae Constantinopolitano ad exequendum mandatum nostrum duximus concedendum, obedientiam ei debitam exhibeatis, .... subtracturi illi eandem, si forsan inobediens fuerit et rebellis.« viii kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 79 ed. Baluze II. 171; Opp. ed. Migne II. 1395. — »Licet venerabilis frater.« |
| » 26 | » | (3387) (Iohanni) archiepiscopo Turonensi mandat, ut, cessante etiam probatione adulterii quod vir quidam commisisse dicitur, virum illum uxorem cui adulterium obiiciebat, compellat recipere, nisi constiterit vel per evidentiam rei vel per confessionem legitimam mulieris, eam adulteratam fuisse. vi kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 70 ed. Baluze II. 164; Opp. ed. Migne II. 1384; Collect. III. decret. lib. 5. tit. 8 *de adulter.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 579; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 16 *de adult.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 771, *ubi refertur ad* a. 1214; ap. Richter Corp. II. 777. — »Intelleximus tuam per.« |
| » 30 | » | (3388) Monasterium Velicardi (Welehradense) protegendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exprimit, iura et privilegia confirmat. ii kal. Mai. indict. XI. incarn. dom. a° 1208. pont. a° 11°. ‖ Boczek Cod. dipl. Moraviae II. 45; I-i Opp. ed. Migne IV. 173. n° 124; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 233. n° 511. — »Religiosam vitam eligentibus.« |

**1208.**

Apr. 30 Laterani (3389) Abbati (de Lapide) S. Michaelis Cisterc. ord. significat, comitem de Blancoburgo sedi apost. 18 mansos optimae terrae in Elikestorp, decimam insuper eiusdem loci et centum marchas ad structuram hospitalis infirmorum et pauperum in honore s. Spiritus iuxta monasterium s. Michaelis obtulisse et se donum eius recepisse. Committit ei, ut praedictorum omnium nomine papae possessionem apprehendat et in praedicto loco hospitale construi faciat. II kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 69 ed. Baluze II. 164; Opp. ed. Migne II. 1383. — »In nostra praesentia.«

» 30 » (3390) (Thietmaro) abbati et conventui Corbeiensibus concedit ut, cum monasterium eorum ab omni iurisdictione cuiuslibet episcopi praeter quam summi pontificis sit exemptum, ordines monachorum et consecrationes altarium et basilicarum quae fuerint infra eiusdem monasterii ambitum constituta, necnon chrisma et oleum sanctum ac cetera ecclesiae sacramenta recipiant a quocunque catholico episcopo gratiam apostolicae sedis habente. II kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 74 ed. Baluze II. 166; Opp. ed. Migne II. 1387. — »Quanto Corbeiensem ecclesiam.«

» 30 » (3391) Eidem abbati concedit, ut officiales monasterii sui, qui fratrum praebendam contra iustitiam detinuerint, canonica districtione compellat ad iustitiam. II kal. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 75 ed. Baluze II. 166; Opp. ed. Migne II. 1387. — »Quanto Corbeiensem ecclesiam.«

Mai. 2 » (3392) Iacobo praeposito et capitulo ecclesiae s. Stephani Bugellensis significat, se eorum personas et ecclesiam cum omnibus bonis specialiter nominatis in protectionem suam suscipere. VI non. Mai. a° 11°. ‖ G. Avogadro di Valdengo Storia del santuario di nostra Signora d' Oropa ne' monti di Biella. (Torino 1846. 8°.) 172. — »Iustis petentium desideriis.«

» 2 » (3393) Consulibus, militibus et hominibus tam civitatis quam burgi Arelatensis, V. de Baucio et aliis dominis burgi Arelatensis mandat, ut (Michaeli) archiepiscopo et ecclesiae Arelatensi debita et consueta servitia impendant. VI non. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 67 ed. Baluze II. 163; Opp. ed. Migne II. 1383. — »Si quam suave.«

» 2 » (3394) (Michaeli) Arelatensi archiepiscopo praecavet, ne ullum ei generetur praeiudicium per obsequia impensa legatis ad partes provinciae Arelatensis haereticae pravitatis causa destinatis, cum eadem provincia nonnisi legato de Romani pontificis latere sit subiecta. *Datum ut supra.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 68 ed. Baluze II. 164; Migne l. c. 1383. — »Licet per apostolicum.«

» 2 » (3395) Canonicis altaris B. apostolorum Petri et Pauli Senonensis redditus quosdam eidem altari a b. m. G(uilelmo) archiepiscopo Senonensi assignatos et partitiones a capitulo concessas confirmat. VI non. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 71 ed. Baluze II. 165; Opp. ed. Migne II. 1385. — »Annuere consuevit.«

» 2 » (3396) Ecclesiam b. Mariae Meduntensis cum omnibus bonis adeptis et adipiscendis protegendam suscipit. *Datum ut supra.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 72 ed. Baluze II. 165; Migne l. c. 1385. — »Cum a nobis.«

» 3 » (3397) Conventui Corbeiensis monasterii scribit, (Hugolinum) episcopum Hostiensem et Leonem tit. S. Crucis presbyterum cardinalem, cum olim*) in partibus Alemanniae legationis officium fungerentur, invenisse, abbatem de monasterio Hervvordeldensi (Helmwardeshusen *Schaten*) ad monasterium Corbeiense propria temeritate migrasse, licentia illud deserendi vel confirmatione a sede apostolica vel a legatis ipsis in illis partibus tunc commorantibus nec habita nec petita. »Cumque Northusium advenisset regalia recepturus«, ad eos ibidem existentes non accessit. »Propter quod dicti legati (Bernardo) Padeburnensi episcopo dederunt in mandatis, ut eundem ab omni officio et beneficio suspendere non differret. Ceterum cum suum nuntium ad eorundem praesentiam direxisset, se super praedictis omnibus per eundem excusans illius terrae allegavit consuetudinem generalem, asserens quod pro electionis confirmatione vel obtinenda etiam benedictione vel licentia de uno ad aliud monasterium transeundi summus pontifex vel eius legati non erant aliquatenus requirendi, cum in illis partibus consuetudo talis hactenus sit servata. Iidem vero legati .. praedictam sententiam relaxarunt. ... Cum haec non tam consuetudo quam corruptela merito sit censenda, quae profecto sacris est canonibus inimica, eisdem legatis dedimus in mandatis, ut ab abbatis ad sedem apostolicam destinatis nuntiis, Her. videlicet praeposito et C. canonico Ecclesiae Novae ... obedientiam reciperent manualem, facta renuntiatione consuetudinis antedictae.« Mandat eis, ut quod factum est per nuntios antedictos ratum habentes de cetero hanc pravam consuetudinem nullatenus observent. V non. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 73 ed. Baluze II. 165; Opp. ed. Migne II. 1386; Schaten Ann. Paderborn. I. 952; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 102; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 1. tit. 3 *de consuet.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 430; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 4 *de cons.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 31; ap. Richter Corp. II. 38. — »Cum venerabilis frater.«

*) Quantum scio, erant in Germania iam 1. Nov. 1207 (*cf.* Böhmer Reg. imp. n° 144) et adhuc 16. Ianr. 1209 (*ibid.* n° 181. 182).

**1208.**

Mai. 5 Laterani (3398) (Iordano) episcopo Lexoviensi, de Savigneio et de Persennia abbatibus Cenomanens. et Abrincens. diocc. mandat, ut in monasterio s. Michaelis de Periculo Maris per abbatis incuriam et quosdam fautores eius in spiritualibus et temporalibus graviter delapso corrigant tam in corpore quam in membris, quae corrigenda invenerint. III non. Mai. a° 11°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 807; I-i Opp. ed. Migne IV. 187. n° 134. — »Insinuante venerabili fratre.«

» 5 » (3399) Petro abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Mariae Novi Castri ord. Cisterc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. III non. Mai. indict. XI. incarn. dom. a° 1208. pont. a° 11°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1099; I-i Opp. ed. Migne IV. 176; Schoepflin Alsat. dipl. I. 317; *correctior* ap. Würdtwein Nova subs. X. 227. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 5 » (3400) Bernardo abbati et monachis S. Gregorii Basiliens. dioc. inhibet, ne cui saeculari personae, nisi habitum monasticae religionis assumpserit, praebendam in suo monasterio conferant. III non. Mai. a° 11° (13° *Schöpfl., Mig.*). ‖ Bréquigny l. c. 1100; I-i Opp. ed. Migne IV. 199. n° 146; Schoepflin l. c. 321. n° 383; Lünig Spic. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 1101. — »Cum ex nostri.«

» 5 » • (3401) Ad querimoniam capituli S. Evasii de Casali, quod homines de Paciliano Vercellens. dioc. parvulos suos non deferebant ad ecclesiam ipsam baptizandos facientes eos in capella s. Germani ecclesiae ipsi subdita baptizari cum praeiudicio matris — mandat et cognoscere et diffinire ... III non. Mai. a° 11°. ‖ De-Conti Notiz. stor. di Casale II. 366.

» 6 » (3402) Conradum praepositum et conventum monasterii s. Lucii de Curia tuendos suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, confirmat. II non. Mai. a° Chr. 1209 (!) pont. a° 11°. ‖ Eichhorn Episc. Curiens., probat. 71. n° 63, *cf.* 319; Mohr Cod. dipl. I. 245. n° 174 *integrior, sed cum* Mohr Regest. von Schanfigg 49. n° 5 *perperam ad* a. 1209. — »Cum a nobis.«

» 6 » (3403) Swikerum praepositum et conventum monasterii s. Mariae de Curwalt ord. canon. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim exprimit, iura atque privilegia confirmat. II non. Mai. a° 11°. ‖ Mohr l. c. 241. n° 172; *cf.* Eichhorn l. c. 353. — »Cum a nobis.«

» 8 » (3404) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Suessionensis significat, se praebendam in eadem ecclesia a se suae donationi reservatam Roberto Vaisliaci diacono adiudicasse, eisque praecipit ut illum in fratrem ac canonicum recipiant. VIII id. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 96 ed. Baluze II. 180; Opp. ed. Migne II. 1411. — »Olim bonae memoriae.«

» 8 » (3405) (Haymardo) electo Suessionensi significat, se Roberto Vaisliaci diacono praebendam in Suessionensi ecclesia suae donationi reservatam adiudicasse ac capitulo eiusdem ecclesiae mandasse, ut illum recipiens in canonicum praebendam ipsam permittat eum pacifice possidere. VIII id. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 97 ed. Baluze II. 181; Opp. ed. Migne II. 1413. — »Olim bonae memoriae.«

» 9 » (3406) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Suessionensis mandat, ut Roberto Vaisliaci diacono permittant pacifice possidere praebendam, quam ipse ei assignari per (Haymardum) Suessionensem electum praeceperit. VII id. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 98 ed. Baluze II. 182; Opp. ed. Migne II. 1413. — »Olim bonae memoriae.«

» 11 » (3407) (Alberto) Magdaburgensi archiepiscopo, abbati Pegaviensi et praeposito S. Petri in Monte Sereno Merseburgens. et Magdaburg. diocc. scribit, se »quia nobis constitit evidenter, monasterium Gandersemense ad Romanam ecclesiam pertinere, ac Hildesemensem ecclesiam centum annorum praescriptionem, quam obiecerant, non probasse,« abbatissam dicti coenobii ab impetitione ecclesiae Hildesemensis absolvere, statuens ut illud monasterium ea de cetero gaudeat libertate, quae in innovato a sede apostolica privilegio inveniatur expressa. V id. Mai. a° 11°. ‖ Leuckfeld Antiq. Gandersh. 83; Schannat Vindic. quorundam archivi Fuldens. diplom. (Francof. 1728. fol.) 22; Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 104; *fragm. ibid.* 744; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 41. n° 35. — »Cupientes olim dilecte.«

» 11 » (3408) Eisdem mandat, ut quod in causa monasterii Gandersemensis contra ecclesiam Hildesemensem a sede apostolica sententialiter diffinitum sit, faciant inviolabiliter observari. V id. Mai. a° 11°. ‖ Harenberg l. c. 747. — »Cupientes olim dilecte.«

» 11 » (3409) Potestatem, consiliarios et populum Pisanos hortatur, ut in devotione apostolicae sedis persistant ac ab omni prorsus regni Siciliae laesione cessantes viros ad papam idoneos destinent, qui super indemnitate ipsius regni congruam cautionem eidem impendant. V id. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 80 ed. Baluze II. 171; Opp. ed. Migne II. 1396; Cod. dipl. Sardin. I. 312. n° 13. — »Nec mater filiorum.«

**1208.**

Mai. 11 | Laterani | (3410) (Ubaldo) Pisano archiepiscopo dignitates, immunitates et libertates, quas ecclesia eius temporibus praedecessorum suorum habuit, innovat ac privilegia, confirmationes et indulgentias universas eidem ecclesiae a papis concessas confirmat et communit. v id. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 81 ed. Baluze II. 172; Opp. ed. Migne II. 1397. — »Grata civitatis ecclesiaeque.«

» 11 | » | (3411) Abbatissae et conventui SS. Anastasii et Innocentii in Gandersem [Gandersheim] scribit, se earum supplicationibus inclinatum quatuor episcopis et totidem abbatibus iniunxisse, ut privilegia ecclesiae Gandersemensis, quae propter viarum discrimina tute non poterant ad sedem destinari apostolicam, inspicerent et conscriberent fideliter tenorem ipsorum, et illos eorundem tenorem sub sigillis suis transmisisse. »Nec tunc aliquid apparebat, propter quod eadem non deberent privilegia renovari. Quia tamen C. maioris ecclesiae ac I. S. Crucis Hilde(se)mensis canonici proponebant, Hildesemensem ecclesiam in quasi possessione subiectionis eiusdem monasterii per centum annos et amplius extitisse, privilegia ipsa tunc non duximus innovanda; sed ut tam monasterio quam ecclesiae memoratae suam iustitiam servaremus, Pigaviensi Corbeiensi et de Lapide s. Michaelis abbatibus dedimus in mandatis, ut partibus convocatis inquirerent super praemissis omnibus veritatem .... Quia tamen pars Hildesemensis ecclesiae vocem ad nos appellationis emisit, praedicta causa processum habere non potuit coram eis..... Nos, quia nobis constitit evidenter, monasterium vestrum ad Romanam ecclesiam pertinere ac Hildesemensem ecclesiam centum annorum praescriptionem, quam obiecerant, non probasse, te, filia abbatissa, nomine Romanae ecclesiae, cuius fueras procuratrix, ab impetitione ecclesiae Hildesemensis absolvimus, statuentes ut monasterium vestrum ea de cetero gaudeat libertate, quae in innovato a nobis privilegio invenitur expressa.« v id. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 84 ed. Baluze II. 172; Opp. ed. Migne II. 1398; Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 745; Leuckfeld Antiq. Gandersh. 432; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 39. n° 34. (*Cf.* 1206. Iun. 17. n° 2812). — »Cupientes olim monasterii.«

» 13 | » | (3412) Maioris ecclesiae et S. Gereonis decanis et praeposito SS. Apostolorum Coloniensibus scribit de causa Adulphi quondam archiepiscopi ab excommunicatione absoluti, et se providisse, ut Bruno archiepiscopus iurisdictionem archiepiscopalem in omnibus exequatur et universi tam clerici quam cives, ministeriales, barones et nobiles seu quilibet ordinis cuiuscunque in Coloniensi provincia constituti ei respondeant super cunctis in quibus teneri archiepiscopo dinoscantur. »Memoratum vero Adulphum castris illis non providimus interim spoliandum, quae ante archiepiscopi Brunonis captivitatem dinoscitur tenuisse, inhibentes eidem ne praefatum Brunonem archiepiscopum, ecclesias vel civitatem Coloniensem vel ministeriales b. Petri per se vel alium molestare praesumat, sed et temporalia universa quae idem archiepiscopus obtinet, sibi et suis in pace dimittat.« Mandat eis ut, quod a sede apostolica taliter sit provisum, faciant sine refragatione firmiter observari. III id. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 88 ed. Baluze II. 176; Opp. ed. Migne II. 1405; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1206 § 11. — »Postquam Adulphus quondam.«

* *Eodem die atque de eodem argumento scribit* C. decano maiori et archidiacono ceterisque prioribus et toti clero Coloniensi. Monet eos ut »quod a nobis taliter est provisum, sine refragatione servetis.« ‖ I-i Ep. Ms. bibl. regiae Berolin., Ms. lat. Oct. 50. n° 26. — »Postquam Adolphus quondam.«

*In eundem modum* Suffraganeis, comitibus, nobilibus, ministerialibus, burgensibus Coloniensibus.

» 13 | » | (3412a) Archiepiscopo Terraconae et episcopo Vicensi mandat, ut Guillermum Grossum et Gilabertum de Monte Regali Vicenses canonicos ab officio beneficioque suspensos pro eo quod in illorum probatione quae contra dictum episcopum Vicensem olim obiecerant, defecerant, publice denuncient absolutos. III id. Mai. a° 11°. ‖ Villanueva Viage liter. VII. 243. n° 2. — »Sicut sedis apostolicae.«

» 14 | » | (3413) Universis archiepiscopis et episcopis per Teutoniam constitutis mandat, ut, cum abbatissa et sorores Gandersemenses crisma, oleum sanctum, ordinationes clericorum, consecrationes altarium et alia ecclesiastica sacramenta a quocumque catholico episcopo recipere possint, requisiti supradicta eis liberaliter exhibeant. II id. Mai. a° 11°. ‖ Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 747. — »Cum dilectis in.«

» 15 | » | (3414) Praeposito, decano, cantori et capitulo maioris ecclesiae ac universo clero Maguntino, qui ad tempus excommunicatis communicaverant, sed super innocentia sua validas potuerant inducere rationes et de mandato Hogulini Hostiensis episcopi et Leonis tit. S. Crucis presb. card. sedis apostolicae legatorum ab abbate de Eberboch absolutionis beneficium receperant, praecipit, ut mandatum, quod ab ipsis legatis vel a sede apostolica fuerit eis iniunctum, recipiant humiliter et servent. Id. Mai. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 82 ed. Baluze II. 172; Opp. ed. Migne II. 1397. — »Ex litteris vestris.«

» 15 | » | (3415) Suffraganeis ecclesiae Maguntinae, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis in Maguntina provincia constitutis mandat, inhibeant omnibus parochianis suis, ne a conventu in Everbach Cisterc. ord. contra apostolicae sedis indulgentias de novalibus quae propriis manibus excolunt *etc.* decimas praesumant extorquere. Porro eis praecipit, ut si qui

| | | |
|---|---|---|
| | | **1208.** |
| | | monachi *etc.* contra haec privilegia memoratos fratres gravaverint, laicos excommunicationis sententia percellant, monachos autem, canonicos vel clericos ab officio suspendant. Id. Mai. a° 11°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach I. 122. — »Audivimus et audientes.« |
| (Mai. 1-15) | (Laterani) | (3416) Regi Ottoni in Augustum electo scribit, se habuisse et habere pro eo tantum dilectionis et gratiae affectum, »ut nuntii partis adversae publice conquerantur, quod dominus eorum meliorem potuit tecum pro se quam possit nobiscum pro te compositionem inire..... Quid autem tractatum sit et dispositum, per nostros legatos et tuos nuntios in brevi tibi curabimus intimare.« *Sine nota chronol.* ‖ I-i Ep. *registr.* n° 151 ed. Baluze I. 752; Opp. ed. Migne III. 1145; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1207 § 7. — »Affectum dilectionis et.« |
| ( » 11-15) | ( » ) | (3417) Iohanne S. Mariae in Cosmidin diacono cardinale S. R. E. cancellario supplicante, qui in fundo S. Mariae in Cosmidin quandam walkeriam construxerat, taliter de ea statuit, qualiter ille disposuit. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 83 ed. Baluze II. 172; Opp. ed. Migne II. 1398. — »Cum quandam walkeriam.« |
| » 15 | Anagniam.« | »Celebrato festo ascensionis Domini Innocentius pp. III egressus Roma venit Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 887 ad a. 1207 (*sub tit.:* Annal. Ceccan. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 296). |
| » 23 | Anagniae | Richardo abbate et conventu S. Mariae de Bolonia: »x kal. Iun. a° 11°.« Miraei Opp. dipl. IV. 30; Leroi Notre-Dame de Boulogne 325, *vid.* 1208. Iul. 10. n° 3452; *cf.* n° 3423. |
| » 27 | » | (3418) Londoniensi et Roffensi episcopis et decano Lincolniensi scribit de interdicto provinciae Eboracensis servando. vi kal. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 87 ed. Baluze II. 175; Opp. ed. Migne II. 1403. — »Inter ceteras angustias.« |
| » 27 | » | (3419) Iohannem regem Anglorum rogat et exhortatur, »quatenus hoc nobis liberaliter concedas in donum, ut per te ipsum Stephano Cantuariensi archiepiscopo regalia largiendo debitam ab eo fidelitatem recipias. Iam ergo de mansuetudine regali securi ipsum et Cantuariensem ecclesiam Deo et in ipso tibi fiducialiter commendamus.« vi kal. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 89 ed. Baluze II. 177; Migne l. c. 1406. — »Si diligenter attendas.« |
| » 27 | » | (3420) (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo S. R. E. cardinali significat, Iohannem regem Anglorum paratum esse, eum sicut Cantuariensem archiepiscopum recipere ac tractare, et permittere, ut monachi Cantuarienses ad ecclesiam suam redeant. »Regalia in manu nostra posuit per abbatem Belliloci, ut nos ea pro nostro beneplacito conferamus... Unde Londoniensi, Eliensi et Wigorniensi episcopis damus in mandatis ut, proviso prudenter ne quid deceptionis contra libertatem ecclesiasticam interveniat, praelibata regalia recipiant tibique conferant vice nostra.« Monet eum, ut circa praefatum regem talem se satagat exhibere, quod ad profectum ecclesiae melius promovendum familiaritatis et gratiae eius possit sibi comparare favorem.« vi kal. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 90 ed. Baluze II. 178; Migne l. c. 1408; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1208 § 26. — »Carissimus in Christo.« |
| » 27 | » | (3421) Londoniensi, Eliensi et Wigorniensi episcopis mandat, ut ab Iohanne rege Anglorum idonea cautione recepta »quod nostro consilio et mandato pareat super negotio Cantuariensis ecclesiae,« interdicti sententiam relaxent. vi kal. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 91 ed. Baluze II. 179; Migne l. c. 1409. — »Fraternitati vestrae praesentium.« |
| » 27 | » | (3422) Eisdem mandat, ut, nisi Iohannes rex Anglorum ab eis requisitus regalia voluerit S(tephano) Cantuariensi archiepiscopo conferre, proviso prudenter, ne quid deceptionis contra libertatem ecclesiasticam interveniat, praelibata regalia recipiant et vice papae eidem archiepiscopo conferant. vi kal. Iun. a° (10°, *sed legatur*) 11°. ‖ Wilkins Concil. I. 525. — »Charissimus in Christo.« |
| » 28 | » | (3423) Monasterii b. Mariae in Bolonia, petentibus Ricario abbate et conventu, patrocinium suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. x kal. Iun. ind. XI. a° 11°. ‖ Leroi Notre-Dame de Boulogne 325. — »Piae postulatio voluntatis.« *Cf.* n° 3452. |
| » 29 | » | (3424) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis praelatis ecclesiarum in regno Franciae constitutis mandat, ut Gualam S. Mariae in Porticu diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum humiliter recipiant, statuta eius tam super orientalis ecclesiae subventione quam super aliis negotiis firmiter servent ac eidem reverentiam et obedientiam impendant. iv kal. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 85 ed. Baluze II. 174; Opp. ed. Migne II. 1401; Bouquet Rec. XIX. 502. — »Tetendisse Dominus arcum.« |
| » 29 | » | (3425) Gualae S. Mariae in Porticu diacono cardinali apostolicae sedis legato committit decidendam, sin minus examinandam causam, quae inter Philippum regem et Ingeburgem reginam Francorum vertitur super maleficio, quo idem rex asseritur impeditus. iv kal. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 86 ed. Baluze II. 175; Migne l. c. 1403; Bouquet l. c. 503. — »Plenam gerentes de.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1208.** |
| Mai. 30 | Anagniae | (3426) Nicolao abbati monasterii s. Crucis quod dicitur de Saxo vivo constitutionem, qua Paschalis papa xvi kal. Apr. a° 1116 ecclesiam s. Apolenaris iuxta Sambrum fluvium monasterio praefato committit, innovat, tenore authentici hîc inserto. iii kal. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 92 ed. Baluze II. 179; Opp. ed. Migne II. 1409. — »In privilegio felicis.« |
| » 31 | » | (3427) H(ugolino) Hostiensi episcopo et Leoni tit. S. Crucis presbytero cardinali apostolicae sedis legatis mandat, ut, cum (Leopoldus) dux Austriae novum episcopatum in sua creare provincia velit, in Wienna videlicet civitate, »quae post Coloniam una de melioribus Teutonici regni urbibus dicebatur,« et episcopatum huiusmodi cum Wiennensi plebe de bonis suis 1000 marcarum redditibus se promiserit dotaturum, redditus nihilominus assignando, de quibus tricenarius in ea praebendarum numerus statuatur, quarum quaelibet 20 marcas percipiat annuatim, rem accurate discutiant et universa sedi apostolicae referant. ii kal. Iun. a° 11°. ‖ Hansiz Germ. sacra I. 354; Pez Cod. dipl. (Thesaur. VI.) II. 65; Mon. Boica XXVIII. ii. 279. — »Cum olim dilectus.« |
| » 31 | — | Abbati et conventui Westmonasterii London.: »Assisii ii kal. Iun. a° 11°.« ‖ Rymer Foed. I. 48 (ed. alt. 101); I-i Opp. ed. Migne IV. 177 Innocentio III *perperam tribuunt; hanc bullam ad* Innocentium IV *recte retuli eamque videas sub* a° 1254. Mai. 31. |
| Iun. 1 | — | Hubaldum episcopum Faventinum: »Laterani kal. Iun. a° 11°.« ‖ I-i Ep. ed. Baluze II. 286; Opp. ed. Migne II. 1592, *vid.* 1208. Dec. 21. n° 3580. |
| » 2 | Anagniae | (3428) Cives de burgo s. Remigii Remensis monet, ut constitutionem vulgariter ab ipsis »assisia« appellatam, quam fecerunt ut de bonis suis certam annuatim quantitatem monasterio s. Remigii conferant, inviolabiliter observent. iv non. Iun. a° 11°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 472; *fragm.* ap. Marlot Hist. eccl. Remens. II. 467; I-i Opp. ed. Migne IV. 178. n° 127. — »Gratum gerimus et.« |
| » 3 | » | (3429) (Guilelmo) Nivernensi et (Manassi) Aurelianensi episcopis ac abbati Curiae Dei mandat, ut Petrum de Stampis canonicum Remensem ab omni officio suspendant, ac Theobaldo de Pertico archidiacono vocem contradicendi in praelatorum electionibus interdicant, cum Alberici archiepiscopi Remensis consecrationi temerarie sese opposuerint; Raynerio autem suo subdiacono iniungant, ut eidem archiepiscopo pallium assignet. iii non. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 102* ed. Baluze II. 185; Opp. ed. Migne II. 1419; *cf.* Varin l. c. I. ii. 472. n° 41. — »Circa venerabilem fratrem.« |
| » 3 | » | (3430) Nobilibus viris Ringravio et Uberto de Sunnemburch mandat, ut universa iura temporalia Maguntinensi archiepiscopo competentia, illis nunc duntaxat exceptis quae ad regalia pertinere noscuntur, ad opus et mandatum ipsius taliter procurent, »quod de fideli et prudenti possitis commendari sollicitudine. Nos enim principibus, comitibus, baronibus, ministerialibus et aliis in Maguntinensi diocesi constitutis, apud quos idem archiepiscopus huiusmodi habet iura, direximus scripta nostra, ut super ipsis vobis respondeant vice sua.« iii non. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 93 ed. Baluze II. 180; Opp. ed. Migne II. 1410. — »Quanto venerabilem fratrem.« |
| » 3 | » | (3431) Abbates, praepositos et universum clerum et populum Maguntinenses monet, ut his quibus archiepiscopus Maguntinensis iura tam spiritualia quam temporalia procuranda commiserit, respondeant de ipsis. iii non. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 94 ed. Baluze II. 180; Opp. ed. Migne II. 1411. — »Quanto venerabilem fratrem.« |
| » 3 | » | (3432) Abbatibus, praepositis et universo clero, comitibus, baronibus, ministerialibus et aliis in Maguntinensi diocesi constitutis scribit de eadem materia. iii non. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 95 ed. Baluze II. 180; Migne l. c. 1411. — »Quanto venerabilem fratrem.« |
| » 3 | » | • (3433) Canonicis Gurcensibus omnes possessiones ac bona, quae eis Gebehardus, Conradus, Eberhardus (I) et Albertus archiepiscopi Salzburgenses concesserant et postea Eberhardus (II) archiepiscopus Salzburgensis confirmaverat, auctoritate apostolica confirmat. iii non. Iun. a° 11°. ‖ v. Ankershofen Urk.-Reg. *in* Arch. f. österr. Gesch.-Quellen XIV. 137. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 4 | » | (3434) Abbati, priori et cantori in Cella Cisterc. ord. Misnens. dioc. mandat, ut in causa Misnensium canonicorum contra P. militem de Nozim et Z. fratrem istius, Magnum et fratres eius de Zobor, H. de Criwiz, P. de Cunsbach *etc.* eiusdem diocesis, qui quasdam decimas ad illorum praebendas spectantes contra iustitiam detinebant, statuant quod canonicum fuerit. ii non. Iun. a° 11°. ‖ Köhler Cod. dipl. Lus. super. II. i. 49 *male ad* a. 1209. Iun. 2; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. i. 73. n° 77. — »Transmissa nobis dilecti.« |
| » 5 | » | (3435) Decano et canonicis Gurcensibus scribit de electione episcopi Gurcensis. »Nos attendentes tam vobis quam adversae parti multipliciter expedire, controversiam ipsam concordia potius quam iudicio terminari, compositionem huiusmodi de partium conniventia inter vos duximus faciendam, ut, episcopo vestro defuncto, Salzburgensis archiepiscopus vocatus a vobis ad ecclesiam Gurcensem accedat et tres personas, unam videlicet de gremio eiusdem ecclesiae ac duas extraneas, vobis denominare procuret, vos vero seorsum super denominatis vobis personis tractetis, et vobis tandem ac eodem |

**1208.**

archiepiscopo in capitulo residentibus is ex denominatis personis ab archiepiscopo primum in episcopum et vicarium, et consequenter a vobis in episcopum eligatur, in quem omnes vel saltem maior pars vestrum penitus consensissent, ac postmodum electione ipsa per decanum . . . solemniter publicata, electum ipsum Salzburgensi archiepiscopo utpote metropolitano vestro praesentare curetis ab eodem confirmationis beneficium recepturum, cui metropolitanus ipse sine difficultate tam confirmationis quam consecrationis munus gratanter impendat.« Hanc compositionem confirmat statuens, ut nec sententia nec privilegium ei unquam obsistat. Non. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 99 ed. Baluze II. 182; Opp. ed. Migne II. 1414; Cocquelines Bullar. III. 121. n° 57; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 212; *germanice et summatim* ap. v. Ankershofen Reg. z. Gesch. Kärnthens *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quell. XIV. 138. n° 674; ap. Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 192. n° 103. — »Turbulentissimam quaestionem.«

* *In eundem modum* (Eberhardo) Saltzburgensi archiepiscopo. ‖ Hirn Kirchenrechtl. Verhältnisse von Gurk 75; *cf.* v. Ankershofen l. c. 140. n° 675.

Iun. 6 Anagniae (3436) Episcopo et archidiacono Legionensibus mandat, permittant, ut G. presbyter, cui adhuc diacono M. miles Legionensis diocesis ex eo quod falso istius concubinam dicebatur carnaliter cognovisse, virilia absciderat, qui autem hoc tacito procuraverat se in presbyterum promoveri, in suscepto ministret ordine, si ipsis constiterit, presbyterum praefatum ab imposito sibi crimine fornicationis immunem extitisse. VIII id. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 103 ed. Baluze II. 187; Opp. ed. Migne II. 1423. — »Dilectus filius G.«

» 6 » * (3437) Ottoni praeposito et capitulo Gurcensibus possessiones ac bona ecclesiae Gurcensis, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. VIII id. Iun. indict. XI. incarn. dom. a° 1208. pont. a° 11°. ‖ v. Ankershofen Urk.-Reg. *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XIV. 140. — »Pie postulatio voluntatis.«

» 7 » * (3438) Abbati Sacri Portus Senonens. dioc., priori S. Victoris Parisiensis et magistro Bartholomaeo canonico Carnotensi mandat, ut partibus auditis dirimant controversiam super quodam iure parochiali et aliis rebus ortam inter presbyterum S. Luciani et abbatem S. Dionysii, observandamque procurent suam sententiam, adhibita si necesse fuerit censura ecclesiastica. VII id. Iun. a° 11°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris I. 118.

» 8 » (3439) Fratribus hospitalium s. Spiritus apud Urbem et Montempessulanum Domino famulantibus significat, se statuere, ut caput et magisterium ordinis eorum perpetuo perseveret in Urbe apud hospitale s. Spiritus in Saxia, »ita quod rector ipsius praesit universis fratribus. Cum autem hospitalis quod est apud Montempessulanum rector fuerit eligendus, de consilio et assensu rectoris hospitalis quod est apud Urbem regulariter eligatur. Unde nos secundum formam constitutionis huiusmodi eligi fecimus fratrem P. de Granerio in summum rectorem hospitalis s. Spiritus in Saxia.« VI (IV *male Bull. R.*) id. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 104 ed. Baluze II. 188; Opp. ed. Migne II. 1424; Ordo s. Spiritus Monspeliensis I. 9; Cocquelines Bullar. III. 125. n° 58; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 215. — »Defuncto Romae felicis.«

» 11 » (3440) Archiepiscopo Ragusino et archidiacono Traguriensi mandat, ut excommunicationem a Tinniensi episcopo contra Nonensem episcopum latam denuntient irritam et inanem. III id. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 105 ed. Baluze II. 188; Opp. ed. Migne II. 1424; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 44. n° 69; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 326. — »Significarunt nobis fratres.«

» 13 » (3441) (Richardo) episcopo Ambianensi mandat, ut ecclesias quibus patroni propter excommunicationem praesentare non possunt, personis idoneis post sex menses a tempore vacationis assignet. Id. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 100 ed. Baluze II. 184; Opp. ed. Migne II. 1418. — »Oblatae nobis tuae.«

» 13 » (3442) Eidem respondet, virum declinare non posse uxoris suae in adulterio deprehensae consortium, si ipse postmodum cum alia adulterium manifeste perpetret. Id. Iun. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 101 ed. Baluze II. 184; Migne l. c. 1418; Collect. III. decret. lib. 4. tit. 8 *de adulter.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 580; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 16 *de adult.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 772, *relata ad* a. 1214; ap. Richter Corp. II. 778. — »Tua fraternitas requisivit.«

» 14 » (3443) Eliensi et Londoniensi episcopis scribit, se, licet eis iam innotuisse credat, quid sit super negotio Cantuariensis ecclesiae per abbatem Belliloci oblatum ab (Iohanne) rege (Anglorum), quidve mandatum a sede apostolica, ad maiorem cautelam transscriptum suarum litterarum ad regem destinatarum mittere praesentibus interclusum, monens eos ut »sicut fuistis in ligando prudentes, ita sitis in absolvendo discreti.« Hortatur eos ad perseverantiam, »quae sola tandem accipit bravium.« Eorum consultationibus respondet, »quod cum occasione interdicti novum chrisma in Coena Domini nequiverit consecrari, veteri est utendum in baptismate parvulorum et, si necessitas postulaverit, ipsi chrismati, ne deficiat, est oleum commiscendum per manum pontificis

**1208.**

| | | |
|---|---|---|
| | | aut etiam sacerdotis *etc.* Addit etiam alias informationes de statu ecclesiae. xvIII kal. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 102 ᵇ ed. Baluze II. 187; Opp. ed. Migne II. 1422; *nonnisi pars ultima incipiens* »Vestris consultationibus« ap. Wilkins Conc. I. 526. — »Licet ex litteris.« |
| Iun. 16 | »Anagniam | xvi kal. Iulii egressus invenit domnum Iohannem de Ceccano cum 50 militibus pulcherrime praeparatis |
| | ad Alatrum | (Maprum *Murat.*) ad conducendum et ludendum coram domno papa usque |
| | ad fontem Castri Iuliani, | ubi inventus est clerus totius terrae domni Iohannis de Ceccano paratus ad processionem usque intro |
| | Castrum Iuliani. | Ante ianuam ecclesiae domnus Albertus Ferentinus episcopus cum clericis ..... recepit domnum papam cantando responsorium »Tua est potentia« ....... |
| » 17 | Pipernum | feria tertia alio die (*i. e. die Martis*) domnus papa ivit et comedit ibi et dormivit .... Ad auram post meridiem domnus papa cum omnibus ivit |
| | ad monasterium Fossae novae; | solemniter receptus .... cum conventu coenavit ....... |
| » 18 | | Feria quarta (*i. e. die Mercurii*) clarente die domnus papa dedicavit altare maius ecclesiae novae praedicti monasterii .... Et per totum diem ibi domnus papa moratus, cum conventu comedit in refectorio. — [»Novum altare quod in nova basilica erexistis, xIV kal. Iul. solemniter propriis manibus consecravimus.« ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 124 ed. Baluze II. 194; Opp. ed. Migne II. 1435.] |
| » 19 | | Feria quinta (*i. e. die Iovis*) adveniente domnus papa a conventu monachorum usque ad portam monasterii cum processione celebri conductus ivit |
| | ad Castrum s. Laurentii; | die et nocte permansit ibi. |
| » 20 | | Feria sexta (*i. e. die Veneris*) adveniento ivit |
| | Castrum, | et die et nocte ibi pernoctavit. |
| » 21 | | Sabbato transivit |
| | ad Ceperanum, | die et nocte permansit ibi. |
| » 22 | | Dominico die proximante a clero totius abbatiae Montis Casini solemniter |
| | in S. Germanum | domnus papa receptus est [»»eo anno Innocentius pp. III in vigilia s. Iohannis baptistae mense Iunio venit ad S. Germanum.« Richardus de S. Germano ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 982 (ap. Ughelli Ital. sacr. III. ((1647.)) 968)] et ibi permansit usque in vII kal. Augusti (*i. e.* 26. Iul.). Propter quod festum b. Iohannis baptistae (*die Martis, 24. Iun.*), s. Petri apostoli (*die domin., 29. Iun.*) et s. Iacobi apostoli (*die Veneris, 25. Iul.*) celebravit ad Montem Casinum.« Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. r. Ital. VII. 887 (*sub tit.* Annal. Ceccan. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 296. 297). — »Deinde Montem Casinum domnus papa conscendit, ibique diebus multis propter clementiam aeris immoratus, a praedecessoribus suis indulta monasterio privilegia renovavit« (*vid.* n° 3465. 3470). Annal. Casin. ap. Pertz l. c. XIX. 319. |
| » 27 | ap. S. Germanum | (3444) (Petrum) Yporiensem episcopum rogat et monet, ut regimen Thessalonicensis metropolis suscipiat. v kal. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 106 ed. Baluze II. 188; Opp. ed. Migne II. 1425. — »Cum Thessalonicensis metropolis.« |
| (Iun. exeunte) | ( » ) | (3445) »Haec est ordinatio quam facimus super succursu et adiutorio regis et super pace ac defensione regni Siciliae ....« *Sine loco, die et mense.* ‖ Lib. 11. n° 132. Baluze l. c. 202; Migne l. c. 1448; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 134; *fere eisdem verbis, sed brevius in* Gest. Innoc. § 40. — *Cf.* Annal. Casinens. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 319: »Mense Iunii domnus papa Urbem exiens ad S. Germanum contendit, convocatisque illuc comitibus et magnatibus regni, de domni regis Frederici succursu et regni pace tractavit, constitutis ad hoc capitaneis et magistris iustitiariis Apuliae et Terrae Laboris comite Petrus(!) Celanensi et comite Ryccardo Fundano«. |
| Iul. 6 | » | (3446) Archiepiscopis et episcopis per Sardiniam constitutis praecipit, ut ecclesias et alia bona, quae beatus Benedictus in eorum parochiis habeat, pro b. Petri reverentia diligere et manutenere curent et contra pravorum hominum molestias defendant. II non. Iul. (a° 11°). ‖ Tosti Monte-Casino II. 284; I-i Opp. ed. Migne IV. 185. n° 132. — »Ad defensionem rerum.« |
| » 7 | » | (3447) Stephano nepoti suo praebendam in Baiocensi ecclesia adiudicat. Non. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 128 ed. Baluze II. 199; Opp. ed. Migne II. 1443. — »Dilectis filiis P.« |
| » 9 | » | (3448) Patriarchae Ierosolymitano apostolicae sedis legato officium legationis in aliud quadriennium committit. vII id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 108 ed. Baluze II. 189; Opp. ed. Migne II. 1427. — »Cum exitus quadriennii.« |
| » 10 | » | (3449) Capitulo Geruntinensi mandat, ut infra mensem post susceptionem praesentium curent ecclesiae suae de persona idonea per electionem canonicam in episcopum providere. vI id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 107 ed. Baluze II. 188; Opp. ed. Migne II. |

**1208.**

1425; *fragm. in* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 8 *de concess. praeb.* c. 9 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 525 (*ubi inscripta* Gerantin. capit.); *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *de conc. praeb.* c. 12 (*ubi directa* Geruatino cap. *et relata ad* a. 1210) ap. Boehmer Corp. II. 460; ap. Richter Corp. II. 480. — »Dilectus filius magister.«

* *In eundem fere modum* Gregorio S. Theodori diacono cardinali: »Ex litteris bonae«. ‖ Baluze l. c. 189; Migne l. c. 1427.

Iul. 10 | ap. S. Germanum | (3450) Larissiensem ecclesiam archiepiscopo eius petente patrocinandam suscipit omnesque illius possessiones confirmat. VI id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 122 ed. Baluze II. 194; Opp. ed. Migne II. 1435. — »Solet annuere sedes.«

» 10 | » | (3451) Magistrum et fratres hospitalis s. Sansonis Constantinopolitani cum omnibus quae possident sub b. Petri protectione suscipit ac praecipit, ut institutiones, quas Benedictus tit. S. Susannae presb. card. tunc apostolicae sedis legatus ibidem fecit, firmiter observentur. VI id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 123 ed. Baluze II. 194; Migne l. c. 1435. — »Cum a nobis.«

» 10 | » | (3452) Richardo abbate et conventu S. Mariae de Bolonia supra mare postulantibus eorum ecclesiam tuendam suscipit statuens, ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam ibi perpetuo observetur; omnia eiusdem bona adepta vel adipiscenda, quorum plurima nominatim recenset, illibata permanere iubet. VI id. Iul. indict. XI. incarn. dom. a° 1208. pont. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 111 ed. Baluze II. 191; Opp. ed. Migne II. 1429; Miraei Opp. dipl. IV. 30; *et* Leroi Hist. de Notre-Dame de Boulogne 325, *sed cum discrepantiis fide non dignis in notis chronol.* (Anagniae X kal. Iun. indict. XI. incarn. dom. a° 1207. pont. a° 11°.) — »Piae postulatio voluntatis.«

» 10 | » | (3453) Archiepiscopum et capitulum Athenienses cum omnibus eorum ecclesiis et bonis sub b. Petri protectione suscipit et ea ipsis ac per eos ecclesiis ipsorum confirmat. VI id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 112 ed. Baluze II. 193; Migne l. c. 1432. — »Solet annuere sedes.«

» 10 | » | (3454) (Alberto) patriarchae Ierosolymitano et magistris militiae Templi et Hospitalis Ierosolymitani mandat, ut eleemosynam Cisterciensis ordinis et quadragesimam ab (Odone) Parisiensi episcopo destinatam accipiant cum mille libris Proviniensibus, expendendis prout Terrae sanctae necessitati noverint expedire; tum eos hortatur, ut ad gubernandum hereditatis Christi reliquias constanter intendant non solum in finibus suis, verum etiam in Antiochia et in Tripoli; denique eis scribit, se intendere ad pacem non solum in imperio, sed etiam in regnis reformandam, ut tanto copiosius exinde Terrae sanctae subsidium procuretur. VI id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 109 ed. Baluze II. 190; Opp. ed. Migne II. 1427. — »Super miseria Terrae.«

» 12 | » | (3455) Eidem in negotio electionis patriarchae Antiocheni committit plenarie vices suas, mandans ei ut, canonicis eiusdem ecclesiae, si quos excommunicatos invenerit, iuxta formam ecclesiae absolutis, commoneat illos, ad quos patriarchae Antiocheni spectat electio, ut infra tempus eis praefigendum personam idoneam de provincia ipsa vel citra mare vel ultra per electionem canonicam sibi praeficiant in pastorem. IV id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 110 ed. Baluze II. 190; Opp. ed. Migne II. 1428. — »Quasi non suffecissent.«

» 14 | » | (3456) Archiepiscopo et capitulo Atheniensi concedit, ut suam ecclesiam secundum consuetudinem Parisiensis ecclesiae ordinent. II id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 113 ed. Baluze II. 193; Opp. ed. Migne II. 1433. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 14 | » | (3457) Dimicensi episcopo concedit, ut Dimicensem episcopatum possidens, si fieri possit absque detrimento ecclesiae utriusque, tam diu episcopatum Calidoniensem teneat et habeat commendatam, donec per apostolicam sedem aut eius lêgatum aliud contigerit ordinari. II id. Iul. a° 11. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 114. Baluze l. c. 193; Migne l. c. 1433. — »Ex eo te.«

» 14 | » | (3458) Citriensi electo, qui de ecclesiae Citriensis redditibus sustentari non poterat, concedit ut episcopatum Platamonensem, quem ei Rolandus Piscius princeps illius terrae compatiens eius paupertati assignavit, teneat et habeat cum altero. II id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 115. Baluze l. c. 193; Migne l. c. 1433. — »Ex eo te.«

» 14 | » | (3459) Dominis Thebarum iniungit, ut ecclesiae Thebanae decimas persolvant. II id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 116. Baluze l. c. 193; Migne l. c. 1434. — »Nobilitatem vestram rogandam.«

» 14 | » | (3460) Dominis Nigripontis mandat, ut Abinonensi ecclesiae decimas persolvant. II id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 117. Baluze l. c. 194; Migne l. c. 1434. — »Nobilitatem vestram rogandam.«

» 14 | » | (3461) Dominis Fermopilensibus et dominis Thebarum mandat, ut ecclesiae Fermopilensi decimas solvant. II id. Iul. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 118. Baluze l. c. 194; Migne l. c. 1434. — »Nobilitatem vestram rogandam.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1208.** |
| Iul. 14 | ap. S. Germanum | (3462) Nobili viro Rolando Pissa mandat, ut ecclesiae Platamonensi decimas solvat. II id. Iul. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 119 ed. Baluze II. 194; Opp. ed. Migne II. 1434. — »Nobilitatem tuam rogandam.« |
| » 14 | » | (3463) Nobili viro Comestabulo Thessalonicensi mandat, ut papates et possessiones ecclesiasticas tam ab ipso quam ab illis qui eius sint iurisdictioni subiecti detentas cum fructibus inde perceptis ecclesiae Dumicensi restituat neque ab ipsa ecclesia, episcopo et clericis episcopatus crusticam extorquere praesumat. II id. Iul. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 120. Baluze l. c. 194; Migne l. c. 1434. — »Nobilitatem tuam rogandam.« |
| » 14 | » | (3464) O(ttoni) de Rocca duci Athenarum mandat, ne ab Atheniensi ecclesia et clericis archiepiscopatus eiusdem crusticam vel aliquid contra iustitiam extorquere praesumat. II id. Iul. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 121. Baluze l. c. 194; Migne l. c. 1435. — »Nobilitatem tuam rogandam.« |
| » 21 | ap. monasterium Casinense | (3465) Abbati et conventui Fossae Novae scribit: »Ad consecrandum in monasterio vestro novum altare quod in nova basilica erexistis a vobis ... invitati, ad monasterium ipsum descendimus ... ipsumque sacrosanctum altare cum honorabili coetu episcoporum et cardinalium ... XIV kal. Iul. (*i. e.* d. 18. Iun.) solemniter propriis manibus consecravimus. Ut ipsius altaris consecratio veneranda singulis annis devotius celebretur, universis qui ad celebritatem consecrationis ipsius infra 15 dies devote convenerint, indulgentiam unius anni concedimus.« Praeterea monasterium ipsum sub speciali cura et principali tutela b. Petri suscipit cum omnibus rebus quas possidet aut in futurum possidebit. XII kal. Aug. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 124 ed. Baluze II. 194; Opp. ed. Migne II. 1435; Cocquelines Bullar. III. 123. nº 59; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 216. — »Si olim in.« |
| » 21 | ap. S. Germanum | (3466) Priori et clericis SS. Iohannis et Pauli Tudertinensis tertiam partem oblationum in ecclesia s. Hilarii Tudertinensis adiudicat. XII kal. Aug. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 127 ed. Baluze II. 198; Migne l. c. 1442. — »Cum inter vos.« |
| » 21 | » | (3467) Raynaldo Capuano archiepiscopo diffinitivam sententiam confirmat, quam Alexander pp. III praedecessor super causa, quae inter (Alfanum) antecessorem illius et Math(ildem) abbatissam monasterii s. Mariae Capuanensis super subiectione ac libertate ipsius monasterii vertebatur, exigente iustitia promulgaverat, tenore eiusdem sententiae verbotenus inserto. XII kal. Aug. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 126 ed. Baluze II. 197; Opp. ed. Migne II. 1439. — »Solet annuere sedes.« |
| » 23 | » | (3468) Eodem postulante ecclesiam Capuanam protegendam suscipit eiusque possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, confirmat. X kal. Aug. indict. XI. incarn. dom. aº 1208. pont. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 125 ed. Baluze II. 195; Opp. ed. Migne II. 1437. — »Cum ex iniuncto.« |
| » 25 | » | (3469) Episcopo Aversano mandat, ut primum praebendale beneficium, quod in sua vacabit ecclesia, donationi papali reservet. VIII kal. Aug. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 136 ed. Baluze II. 203; Opp. ed. Migne II. 1450. — »Cum in ecclesia.« |
| » 25 | » | (3470) Casinensis monasterii »in quo beatissimus Benedictus pater et sanctissime vixit et gloriosissime obiit« tutelam suscipit, statuens »ut idem monasterium et omnia quae ad ipsum pertinent pleno iure, quieta semper et ab omni iugo mortalium libera sub solius Romanae ecclesiae iure consistant«; omnes eius possessiones adeptas vel adipiscendas, quarum plurimas nominatim exprimit, iubet illibatas permanere *etc.* VIII kal. Aug. indict. XI. incarn. dom. aº 1208. pont. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 282. Baluze l. c. 287; Migne l. c. 1594; Margarini Bull. Casin. I. 28. — »Omnipotenti Deo cuius.« *Cf.* nº 3588. |
| » 25 | » • | (3471) R(offredo) tit. SS. Marcellini et Petri presbytero cardinali abbati et conventui Casinensibus praecipit, ut, »cum ad idem monasterium visitationis gratia venisset et, investigato statu eius in interioribus et exterioribus, ab hospitali, vestiario, sacristia, infirmitorio et cellario multa minus licite alienata comperisset, de quorum subtractione praelibata officia detrimentum multiplex sustinebant«, universa alienata ad officia ipsa in integrum revocari curent *etc.;* praeterea redditum duarum librarum argenti, quem apostolicae sedi debitum B(lasius) Turritanus archiepiscopus a s. Mariae de Thergo ecclesia exigebat, eis donat. VIII kal. Aug. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 281 ed. Baluze II. 286; Opp. ed. Migne II. 1593; Margarini Bull. Casin. II. 237; Tosti Monte Cassino II. 285. — »Licet ex apostolicae.« |
| » 25 | » | (3472) Eisdem ecclesiam s. Columbani Castrens. dioc. cum pertinentiis suis, quam ex concessione b. mem. Aldebrandini Palatini possident, confirmat et communit. VIII kal. Aug. ind. XI. incarn. dom. aº 1208. pont. aº 11º. ‖ Gattula Hist. abbatiae Cassin. I. 419. — »Cum a nobis.« |
| » 25 | | »Descendens igitur a monte (Casino) rogatu domni Petri decani Casinensis, in altare s. Nycolay de s. Petri in monasterio sacras reliquias ipse recondit in festo b. Iacobi VIII kal. Augusti.« ‖ Annal. Casinens. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 319. — »Tunc etiam |

**1208.**

rogatu Petri cognomine Comitis decani Casinensis ipse papa aput Sanctum Petrum monasterii, in cappella s. Nycolai, aram quandam in honorem b. Marie Magdalene consecravit.« ‖ Ryccardus de S. Germano ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 333.
»Deinde Soram domnus papa contendit; et per
Atinum
cum cardinalibus transiens a domno abbate ecclesiae s. Mariae honorifice procuratur.« ‖ Annal. Casin. ap. Pertz l. c. XIX. 319. — »Dictus papa relicta sub deposito parte thesauri non modica in monasterio, ..... ipse de S. Germano discessit, et per Atinum iter faciens, quod ... abbas Roffridus tenebat, Soram se contulit.« ‖ Ryccard. de S. Germano ap. Pertz l. c. XIX. 333. — »vii kal. Aug. domnus papa ivit
Iul. 26 Soram
et ibi recepit ecclesiam s. Mariae Fluminis de Cecano sub sui protectione (*cf.* nº 3491) ....« ‖ Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. r. It. VII. 887 (*sub tit.:* Ann. Ceccan. ap. Pertz l. c. XIX. 297).

Iul. Aug. — (3473) Comitibus, baronibus, civibus ceterisque regni fidelibus a Salerno usque Ceperanum de mari constitutis ad mare mandat et praecipit, ut P. Celanensi et R. Fundano comitibus, quos super succursu et adiutorio regis (Siciliae) magistros capitaneos constituit, per omnia intendant, »ut ordinatio nostra per eos ad salutem et quietem regis ac regni debitum consequatur effectum.« *Sine signo chronol.* ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 133 ed. Baluze II. 202; Migne l. c. 1449. — »Universitati vestrae praesentium.«

» — (3474) Gregorio S. Theodori diacono cardinali apostolicae sedis legato et O. acolytho suo mandat, ut ordinationem quam fecit super adiutorio regis (Siciliae), proponant comitibus, baronibus atque civibus per Apuliam constitutis et inducant eosdem, ut ad exemplar eorum qui ordinationem ipsam apud S. Germanum in papae praesentia iuraverunt, iurent et ipsi se fideliter servaturos, duos ex ipsis magistros capitaneos statuentes. *Sine signo chronol.* ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 131. Baluze l. c. 202; Migne l. c. 1448. — »Quia propter fervorem.«

(Aug. init.) (Sorae) (3475) Regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo scribit, se in eius dilectione constantem esse, licet propter eum multa passus sit adversa. »Nunc autem adversario tuo sublato de medio (21. Iun.), ne contra te alius suscitetur, quamvis nepos ipsius iam tibi adversarium se opponat, diligenti studio praecavemus, ad promotionem tuam efficaciter intendentes, sicut apostolica scripta testantur, quae pro te diversis personis super variis articulis destinamus. Tu ergo benignitatem et humilitatem cunctis ostendens, honorem et gratiam exhibeas universis. ... Principes quoque tam ecclesiasticos quam mundanos per idoneam cautionem de omni reddas indemnitate securos; ... personam tuam caute custodias. ... Si vero tibi videris expedire, ad consummationem matrimonii iam tractati (cum Philippi ducis filia Beatrice) secure procedas, super quo matri puellae, (Wolfgero) patriarchae Aquilegensi, Henrico de Calandrino nec non et Henrico de Massech nostras litteras destinamus«; *etc. Sine signo chronol.* ‖ I-i Ep. *registr.* nº 153 ed. Baluze I. 752; Opp. ed. Migne III. 1147; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1208 § 6. 8. — »Novit ille qui.«

( » ) ( » ) (3476) (Alberto) archiepiscopo et episcopis suffraganeis Magdeburgensis ecclesiae praecipit, ut ad pacem imperii fideliter intendentes nullatenus permittant, ut quisquam de novo eligatur in regem. »Ut autem omnis tollatur occasio malignandi«, interdicit eis sub interpositione anathematis, ne quis alterum inungere vel coronare praesumat. *Sine nota chronol.* ‖ I-i Ep. *registr.* nº 154 ed. Baluze I. 753; Opp. ed. Migne III. 1148; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1208 § 8. — »Cum dissensionis materia.«

* *In eundem modum* (Sigfrido) archiepiscopo et episcopis suffraganeis ecclesiae Maguntinae;
» » » (Brunoni) archiepiscopo et episcopis suffraganeis ecclesiae Coloniensis;
» » » (Eberhardo) archiepiscopo et episcopis suffraganeis ecclesiae Salzburgensis;
» » » (Iohanni) archiepiscopo et episcopis suffraganeis ecclesiae Trevirensis;
» » » Episcopis suffraganeis ecclesiae Bremensis;
» » » (Wolfgero) patriarchae Aquilegensi et suffraganeis eius.

( » ) ( » ) (3477) Universis principibus tam ecclesiasticis quam mundanis in Theutonia constitutis mandat, ut ad pacem imperii fideliter intendant et regi Ottoni ad regendum imperium efficaciter assistant. *Sine nota chronol.* ‖ I-i Ep. *registr.* nº 155 ed. Baluze I. 753; Opp. ed. Migne III. 1148. — »Cum dissensionis materia.«

( » ) ( » ) (3478) (Ottocarum) regem Boemiae monet, ut, cum iam necessitas, quae eum ab obsequio regis Ottonis subduxerit, divino iudicio sit sublata, divinae dispositioni consentiens eidem regi de cetero patenter et potenter adhaereat. *Sine signo chronol.* ‖ I-i Ep. *registr.* nº 156 ed. Baluze I. 753; Opp. ed. Migne III. 1149; Erben Reg. Bohem. I. 233. nº 512; *cf.* Palacky Reise 20. nº 43. — »Sicut nuntiis et.«

* *In eundem modum* Langravio Thuringiae;
» » » Duci Brabantiae: »Certa multorum relatione«;
» » » Aliis principibus qui praefato regi aliquando adhaeserunt.

**1208.**

(Aug. init.) (Sorae) (3479) (Eberhardo) Salzburgensi archiepiscopo mandat, ut regi Ottoni patenter et potenter adhaereat, impendendo ei auxilium et favorem, recepta tamen ab eo super indemnitate Salzburgensis ecclesiae idonea cautione. *Sine signo chronol.* || I-i Ep. *registr.* n° 157 ed. Baluze I. 754; Opp. ed. Migne III. 1149. — »Cum dissensionis materia.«

* *In eundem modum* (Sigfrido) Maguntino, (Iohanni) Treverensi, (Brunoni) Coloniensi et (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopis, et (Conrado) episcopo Alberstadensi, *unicuique seorsim;*

*In eundem fere modum* Iudicibus, scabinis et civibus Coloniensibus: »Certa multorum relatione.«

( » ) ( » ) (3480) (Bertoldum) ducem Zaringiae rogat et monet, ut divinae dispositioni consentiens nunc regi Ottoni patenter et potenter adhaereat. »Alioquin praeter divinam offensam apostolicam quoque censuram incurreres, cum eidem regi nolimus in suo iure deesse, qui sumus omnibus in sua iustitia debitores.« *Sine signo chronol.* || I-i Ep. *registr.* n° 158 ed. Baluze I. 754; Opp. ed. Migne III. 1149. — »Cum dissensionis materia.«

* *In eundem modum* Duci Meraniae — Duci Saxoniae — Duci Bauuariae — Nobilibus viris vassallis ducatus — Marchioni Misnensi — Marchioni de Brandeburc — Marchioni de Landesberc — Duci Austriae.

( » ) ( » ) (3481) Iohannem regem Angliae monet et exhortatur, ut circa subventionem regis Ottonis nepotis sui se nec durum exhibeat nec avarum, sed taliter ei studeat subvenire, ut »tuo accedente subsidio quod nunc commode praevalet expediri, per nostrae sollicitudinis studium feliciter consummetur.« *Sine signo chronol.* || I-i Ep. *registr.* n° 159 ed. Baluze I. 754; Opp. ed. Migne III. 1150. — »Ecce iam tempus.«

Aug. 2 » (3482) Rectori et fratribus hospitalis s. Bartholomaei in Silice Lucanensi declarat arbitrium, quod prior S. Fridiani et primicerius S. Martini Lucanensis a sede apostolica iudices delegati super eligendis in dicto hospitali rectore ac fratribus protulerant. IV non. Aug. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 147 ed. Baluze II. 211; Opp. ed. Migne II. 1464; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 25 *de arbitr.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 472; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 43 *de arbitr.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 213; ap. Richter Corp. II. 226. — »Cum olim super.«

» 5 » (3483) Rectoribus, consulibus, castellanis, civibus aliisque fidelibus suis per Campaniam constitutis praecipit, ut, cum ex paucitate denariorum de Flore ac ponderatione ipsorum multa impedimenta proveniant, tam in magnis commerciis quam in parvis pontificalem recipiant monetam, quae vulgo dicitur de Senatu. Non. Aug. a° 11°. | I-i Ep. lib. 11. n° 135 ed. Baluze II. 203; Opp. ed. Migne II. 1449; Theiner Cod. dipl. domin. temp. I. 42. n° 52. — »Cum ex paucitate (pravitate« *Thein.*).

» 6 » (3484) Maiori et Willelmo archidiaconis ac priori S. Victoris Parisiensibus praecipit, faciant ut sententiae suspensionis et excommunicationis ab abbate S. Genovefae ac eius coexecutoribus prolatae in capitulum B. Martini Turonensis pro eo, quod Willelmi in canonicum receptioni obsisteret, observentur. VIII id. Aug. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 129 ed. Baluze II. 200; Opp. ed. Migne II. 1445. — »Inducti dudum laudabili.«

» 8 » (3485) (Petro) regi Aragonum scribit, se impertiri assensum, ut Fredericus Siciliae rex Constantiam sororem eius quondam reginam Hungariae (Emerici regis viduam) ducat in coniugem, et se approbare, quod statutum sit et concessum de duobus dodariis, donationibus videlicet propter nuptias. De tertio eum exhortatur, ut moras ulterius non innectens ad consummationem huius negotii studiose procedat. VI id. Aug. a° 11°. | I-i Ep. lib. 11. n° 134 ed. Baluze II. 203; Opp. ed. Migne II. 1449; Aguirre Conc. Hisp. V. 142; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 139; Katona Hist. crit. V. 83; Fejér Cod. dipl. III. I. 57. — »Ut carissimus in.«

» 12 » (3486) Permutationem inter Roffridum tit. SS. Marcellini et Petri presbyterum cardinalem abbatem et conventum Casinenses ex parte una et Iohannem de Carbone ac Benedictum fratres ex altera super quibusdam hominibus quos Fredericus Siciliae rex dicto Iohanni et heredibus eius in castro Plumbarolae concesserat, rationabiliter factam confirmat, instrumento ipso hic verbotenus inserto. II id. Aug. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 139 ed. Baluze II. 204; Opp. ed. Migne II. 1452. — »Iustis petentium desideriis.«

» 15 » Ecclesiam s. Mariae de Flumine de Ceccano: »XVIII kal. Sept. a° 11°.« || Ughelli It. sacra I. 677, *vid.* 1208. Aug. 19. n° 3489.

» 16 » (3487) (Herveo) Trecensi episcopo mandat, faciat ut P. electo super labe simoniacae pravitatis canonice purgato a canonicis ecclesiae s. Martini Trecensis obedientia et reverentia exhibeantur; canonicos autem contra eundem electum malignatos ad poenitentiam agendam in aliis monasteriis ponat. XVII kal. Sept. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 138 ed. Baluze II. 204; Opp. ed. Migne II. 1451. — »Diligenter auditis et.«

**1208.**

(Aug. 16) (Sorae) (3488) Comites, barones, cives et ceteros regni fideles in Apulia constitutos monet et exhortatur, ut ordinationem, quam sedes apostolica fecit super (Friderici) regis (Siciliae) adiutorio et succursu, defensione ac pace regni, ad exemplar aliorum comitum et baronum ac etiam civitatum recipiant hilariter et efficaciter observent. »Quia propter fervorem aestatis ad praesens non possumus personaliter descendere in Apuliam, vices nostras super magistris capitaneis committimus exequendas Gregorio S. Theo(do)ri diacono cardinali apostolicae sedis legato, cui O. acolythum nostrum a latere nostro transmissum duximus adiungendum.« *Sine loco, die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 130 ed. Baluze II. 201; Opp. ed. Migne II. 1447; Gesta I-i § 40; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 138. — »Affectum dilectionis et.«

» 19 — (Wolfgero) patriarchae Aquilegensi: »Laterani XIV kal. Sept. aº 11º.« ‖ I-i Ep. *registr.* nº 167, *vid.* 1208. Nov. 18. nº 3536.

» 19 Sorae (3489) Ecclesiam s. Mariae de Flumine de Ceccano cum omnibus bonis protegendam suscipit omnesque eius redditus, decimas, homines, possessiones confirmat, libertates quoque et immunitates necnon et exemptiones secularium exactionum a Iohanne de Ceccano eis et eorum ecclesiae die 24. Iul. aº 1196 concessas ratas habet, tenore authentici de verbo ad verbum hîc inserto. XIV (XVIII *Ugh.*) kal. Sept. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 137 ed. Baluze II. 203; Opp. ed. Migne II. 1450; Chron. Fossae Nov. ap. Muratori Scr. VII. 888 (*sub tit.:* Ann. Ceccan. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 297); Ughelli It. sacra I. 677. — »Iustis petentium desideriis.«

» 20 » (3490) Regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo scribit, se, antequam post occasum Philippi quondam ducis Sueviae ex eius parte nuntius cum litteris ad papam pervenerit, universa peregisse, quae per litteras suas postulavit. Monet eum, ut non minus prudenti quam diligenti studio illa satagat procurare, quae suae promotioni conveniant. XIII kal. Sept. aº 11º. ‖ I-i Ep. *registr.* nº 161 ed. Baluze I. 754; Opp. ed. Migne III. 1151; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1208 § 10. — »Priusquam ad nos.«

» 20 » (3491) Eidem significat, se, »audito quod principes Alemanniae apud Wirceburch in nativitate b. Mariae debeant convenire de imperio tractaturi,« protinus per nuntium suum ad eos litteras apostolicas destinasse, »quales promotioni tuae credidimus opportunas, executorem mandati nostri constituentes (Ottonem) Herbipolensem electum.« XIII kal. Sept. aº 11º. ‖ I-i Ep. *registr.* nº 162 ed. Baluze I. 755; Opp. ed. Migne III. 1152; *fragm.* ap. Raynald. l. c. — »Licet antequam ad.«

» 20 » (3492) (Alberto) archiepiscopo Magdeburgensi, qui sine speciali mandato populi suum impendit obsequium et favorem regi Ottoni, mandat, ut eidem potenter et prudenter inhaerens in omnibus et per omnia suum ei praebeat auxilium. XIII kal. Sept. aº 11º. ‖ I-i Ep. *registr.* nº 163 ed. Baluze I. 755; Opp. ed. Migne III. 1152. — »Quod carissimo in.«

» 20 » (3493) (Ottoni) Herbipolensi electo praecipit, ut, cum principes Alamanniae apud Wirceburch in nativitate b. Mariae tractaturi de imperio debeant convenire, »receptis litteris nostris, quas ad omnes principes Alamanniae communiter destinamus, eas eisdem ex parte nostra prudenter assignes et ad promotionem regis Ottonis diligenter intendens secundum tenorem litterarum ipsarum eosdem principes exhorteris ad nostrum beneplacitum exequendum.« XIII kal. Sept. aº 11º. ‖ I-i Ep. *registr.* nº 164 ed. Baluze I. 755; Opp. ed. Migne III. 1152. — »Cum principes Alamanniae.«

» 22 » (3494) (Willelmo) Londoniensi, (?) Eliensi et (Maugerio) Wigorniensi episcopis mandat, ut sententiam interdicti nec prius nec aliter relaxent, quam Iohannes rex Anglorum Stephanum Cantuariensem archiepiscopum S. R. E. cardinalem tamquam archiepiscopum Cantuariensem recipiat et pertractet, et restitutionem plenariam exhibeat ablatorum tam eidem archiepiscopo quam monachis Cantuariensis ecclesiae nec non aliis ecclesiis et personis, ipsosque monachos ad ecclesiam suam redire permittat ac manere securos, *etc.* XI kal. Sept. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 141 ed. Baluze II. 206; Opp. ed. Migne II. 1455; *sine signo chronol.* Wilkins Conc. I. 525. — »Absit a nobis.«

» 26 » (3495) Conventus de Coldriz Praemonstr. ord. tutelam suscipit ac omnes eius possessiones bonaque confirmat. VII kal. Sept. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 148 ed. Baluze II. 212; Opp. ed. Migne II. 1465. — »Cum a nobis.«

» 27 » (3496) Girardum ecclesiae Thebanae thesaurarium cum omnibus bonis protegendum suscipit eique thesaurariam confirmat. VI kal. Sept. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 222 ed. Baluze II. 253; Opp. ed. Migne II. 1537. — »Cum a nobis.«

Sept. 1 » (3497) Magistro militiae s. Iacobi respondet, quid faciendum sit a quodam milite, qui infirmitate detentus apud fratres Grandimontenses professionem fecit tantummodo, sed habitum non recepit; praeterea, utrum illos fratres militiae s. Iacobi, qui, ab ipsius praedecessoribus licentia accepta, extra domum vitam elegerint arctiorem, ad collegium revocare possit. Kal. Sept. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 140 ed. Baluze II. 206; Opp. ed. Migne II. 1454. — »Ex parte tua.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1208.** |
| Sept. 15 | Sorae | (3498) (Gaufrido) Meldensi episcopo et archidiacono Parisiensi mandat, faciant ut sententia ab abbate de Sarnaio et aliis iudicibus prolata in R. de Salneriis, quem multiplici infamia laborantem (Reginaldus) episcopus Carnotensis, cuius erat camerarius, ad praebendam elegit, observetur; ac eidem episcopo iniungant, ut personas huiusmodi a familiaritate sua repellat. XVII kal. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 142 ed. Baluze II. 207; Opp. ed. Migne II. 1457. — »Dilecti filii P.« |
| » 17 | » | (3499) Philippo regi Francorum, qui de Philippo quondam duce Sueviae, »quem tu regem Romanorum appellas,« conquestus erat, respondet multis verbis. »Praeterea subiunxisti, quod rex Otto nunquam posset in imperium sublimari, quin in tuum ac regni et ecclesiarum dispendium redundaret.... Indemnitati tuae ac regni tui super hoc curavimus praecavere, certa promissione ab eodem Ottone recepta sub aurea bulla scripto pariter et iuramento firmata, quod de pace vel concordia tecum componenda et observanda nostro per omnia parebit arbitrio et mandato.... Praeterea super eo quod de imperii civitatibus tuo regno vicinis per tuas nobis litteras suggessisti, tua regalis prudentia diligenter advertat, utrum tibi vel tuo regno expediat, ut ad res imperii manum mittas.« XV kal. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 165 ed. Baluze I. 755; Opp. ed. Migne III. 1153; Bouquet Rec. XIX. 506; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1208 § 12. 13. — »Per tuas nobis.« |
| » 20 | » | (3500) Windocinensi Carnotensis dioc. et S. Iuliani Turonensis abbatibus et priori Maioris monasterii Turonensis mandat, ne procedant ad novam monasterii Burguliensis correctionem iuxta litteras quarum falsitatem deprehendere facile erat, cum in eisdem litteris scripti sint gallico idiomate monachi *de Burguol*, quos sermone latino *Burgulienses* consueverit appellare. XII kal. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 144 ed. Baluze II. 209; Opp. ed. Migne II. 1459. — »Tenorem litterarum quae.« |
| ( » 15-20) | » | (3501) Episcopo et clericis Narniensibus praecipit, ut interdictum latum in civitatem Narniensem observent et faciant ab aliis observari. *Sine mense et die.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 143 ed. Baluze II. 208; Opp. ed. Migne II. 1458. — »Cum Narnienses ita.« |
| » 21 | » | (3502) Luca abbate et fratribus monasterii Burguliensis postulantibus idem monasterium tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibi perpetuo observetur, ac omnes eius possessiones praesentes et futuras, quarum plurimas nominatim recenset, illibatas permanere iubet. XI kal. Oct. indict. XII. (!) incarn. dom. a° 1208. pont. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 145 ed. Baluze II. 209; Opp. ed. Migne II. 1460; Gallia christ. IV. 206 (*absque mensis nota*). — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 22*) | » | (3503) Rectoribus Romanae societatis respondet, »quod homo qui ab adolescentia sua bellica castra secutus mulierem, quae successive fuerat concubina duorum, sibi matrimonio copulavit et, defuncta demum eadem, habitum religionis assumpsit, nequaquam debet ad sacros ordines promoveri. Is qui de magis arcta religione transit ad minus arctam, non est sustinendus in illa.« Porro eis scribit, quid sibi videatur de incauto presbytero, qui se sciens in mortali crimine constitutum missarum solemnia pro sui facinoris conscientia dubitat celebrare, sed peractis ceteris circumstantiis missam celebrare se fingit et suppressis verbis, quibus conficitur corpus Christi, panem et vinum tantummodo purum sumit. X kal. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 146 ed. Baluze II. 211; Opp. ed. Migne II. 1463; *partim* Collect. III. decret. lib. 3. tit. 33 *de celebr. miss.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 551; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 41 *de celebr. miss.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 602 (*relata ad* a. 1207); ap. Richter Corp. II. 615. — »De homine qui.« |
| (Aug. 2-Sept. 22) | » | (3504) N. N. mandat, ut electionem monialium S. Mariae de Mantignano Florentinae dioc. et electam examinent et, si eam invenerint de persona idonea canonice celebratam, ipsam confirment. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 150 ed. Baluze II. 212; Opp. ed. Migne II. 1466. — »Per originales litteras.« |
| Oct. 4 | Ferentini | (3505) Capitulo Turonensi mandat, irritans cantoris Parisiensis electionem in archiepiscopum ac confirmans electionem (Iohannis) decani Turonensis, ut ei tanquam pastori suo obedientiam et reverentiam exhibeant. IV non. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 149 ed. Baluze II. 212; Opp. ed. Migne II. 1465. — »Diligenter auditis et.« |
| » 4 | » | (3506) Patraciensi et Thebano archiepiscopis et episcopo Fermopilensi mandat, moneant relictam marchionis Montisferrati dominam Thessalonicae, ut abbates et abbatias necnon et presbyteros de Larissa et Larimorond pertinentes ad archiepiscopum Larissiensem et suffraganeos eius, quos in praeiudicium eorum detineat, eisdem restituat; alio- |

| | | |
|---|---|---|
| *) Spt. 20 (resp. 21) | »Sora ad monasterium Casaemarii | XII (XI *al. lect.*) kal. Octobr. domnus papa egressus venit et pernoctavit ibi. |
| Sept. 21 (resp. 22) | Ferentinum | Alio die valde mane domnus papa ivit et mansit ibi per mensem, et ab episcopo Alberto noluit recipere fodorum.« Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. r. Ital. VII. 888 (*sub tit.:* Annal. Ceccan. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 298). *Signa chronologica aut in regesto papae aut in hoc chronico sunt corrupta, quamobrem haec in nota addidi.* |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1208.** quin ipsam ad id per censuram ecclesiasticam cogant. IV non. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11 n° 152 ed. Baluze II. 213; Opp. ed. Migne II. 1467. — »Quanto dilectam in.« * *Scriptum est Eidem nobili mulieri super hoc.* |
| Oct. 4 | Ferentini | (3507) Atheniensi et Thebano archiepiscopis et episcopo Castoriensi mandat, compellant Guilelmum de Larse dioc. Lariss., ut abbates et abbatias, presbyteros etiam et viros ecclesiasticos de Larse molestare de cetero, sicut fecisse dicitur hactenus, non praesumat. IV non. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 154 ed. Baluze II. 214; Opp. ed. Migne II. 1468. — »Cum dilectus filius.« |
| » 4 | » | (3508) Larissiensi archiepiscopo mandat, ut consecrandos episcopos et benedicendos abbates ac moniales Graecorum secundum ritum Latinum consecret et benedicat. IV non. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 155 ed. Baluze II. 214; Opp. ed. Migne II. 1468. — »Super episcoporum consecrationibus.« |
| » 5 | » | (3509) Bartholomaeo Cardicensi episcopo precante inhibet, ne quis super beneficio Cardicensi et Valestino, quod Larissiensis archiepiscopus ei concessit, temere ipsum molestet. III non. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 151 ed. Baluze II. 213; Opp. ed. Migne II. 1466. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 6 | (») | »A°.. 1208... mense Oct. die VI comes Richardus de Sora iuravit fidelitatem et fecit ligium homagium D. papae Innocentio... in praesentia DD. Iohannis Albani, Iohannis Sabinensis ... episcoporum..... Et idem papa investivit dictum comitem per cuppam argenteam deauratam....« Ex libro censuali ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1208 § 27. |
| » 8 | » | (3510) Universis clericis ad obsequium Christi signatis contra haereticos Provinciales vel signandis concedit, ut redditus suos pignori per biennium obligare possint. VIII id. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 157 ed. Baluze II. 214; Opp. ed. Migne II. 1469. — »Cum orthodoxae fidei.« |
| » 9 | » | (3511) Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis in regno Franciae constitutis mandat, ut apud ipsorum subditos praedicatione et exhortatione instent pro haereticis Provincialibus exterminandis; creditores eorum qui ad opus tam sanctum se accinxerint ad usuras remittendas compellant et inducant ad solutionem debitorum elongandam; ac universos tam clericos quam laicos nominatim in terra (Ottonis) ducis Burgundiae et (Hervei) Nivernensis ac (Galcheri) S. Pauli comitum moneant, ut de cunctis proventibus suis unius anni portionem decimam crucesignatis largiantur. VII id. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 158 ed. Baluze II. 214; Opp. ed. Migne II. 1469; Bouquet Rec. XIX. 508. — »Ut contra crudelissimos.« |
| » 9 | » | (3512) Philippum regem Francorum monet, ut legatis sedis apostolicae consilium et auxilium ad haereticos Provinciales exterminandos impendat et populos sibi subditos inducat ad exhibendum subsidium ecclesiae necessarium; tum eum hortatur ad Iudaeos regia potestate compellendos, ut crucesignatis omnino relaxent usuras et terminos ad exsolvendam sortem praefixos competenter prorogent. VII id. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 159 ed. Baluze II. 215; Migne l. c. 1470; Bouquet l. c. 508. — »Ut contra crudelissimos.« |
| » 10 | » | (3513) Larissiensi et Atheniensi archiepiscopis et episcopo Sithoniensi mandat, moneant Hospitalarios in Thebani archiepiscopi provincia constitutos, qui tam dominos Thebanos quam populum pravis suggestionibus dehortantur quo minus decimas et primitias ecclesiae Thebanae debitas exsolvant, et praedictos Thebanos dominos qui septingentos de redditibus exactionis nomine quae crostica dicitur annuatim extorquent, ut ab ipsius archiepiscopi super eis indebito gravamine conquiescant. VI id. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 153 ed. Baluze II. 213; Opp. ed. Migne II. 1467. — »Exposita nobis venerabilis.« |
| » 11 | » | (3514) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Franciae constitutis mandat, ut per censuram ecclesiasticam iniuriatores seu perturbatores crucesignatorum contra Provinciales haereticos compescant, ac eorum personas et possessiones tuendas suscipit. V id. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 156 ed. Baluze II. 214; Opp. ed. Migne II. 1469. — »Cum pro ecclesiae.« |
| » 13 | » | (3515) Archiepiscopo Larisseno largitur licentiam residendi apud Ferchikam. III id. Oct. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 160 ed. Baluze II. 215; Opp. ed. Migne II. 1471. — »Supplicavisti nobis ut.« |
| » 14 | » | (3516) Fratres Dominici Sepulchri in Polonia constitutos sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem villam de Meschow, quam b. m. Iasco antecessoribus eorum contulerat, necnon libertates, immunitates et consuetudines eis eorumque hominibus a Mesicone quondam Poloniae duce concessas confirmat. II id. Oct. a° 11°. ‖ Nakielski Miechovia 95. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 14 | » | (3517) Eosdem protegendos suscipit cum omnibus bonis, specialiter autem libertates domui et eorum hominibus a b. mem. Casimiro Poloniae duce concessas eis confirmat. II id. Oct. a° 11°. ‖ Nakielski l. c. 98. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 14 | » | (3518) Eisdem Salem, quem G. de Miechow canonicus S. Sepulchri ad opus domus eorum emerat et illi demum obtinuerant per diffinitivam sententiam a b. mem. F(ulcone) epi- |

**1208.**

| | | |
|---|---|---|
| | | scopo Cracoviensi et N. comite promulgatam, confirmat. II id. Oct. a° 11°. ‖ Nakielski Miechovia 129. — »Iustis petentium desideriis.« |
| Oct. 18 | Ferentini | (3519) Magistrum Aimerum canonicum S. Andreae Pictavensis docet, quomodo a delegatis sit procedendum, cum litterae ab ipso impetratae sint ab aliquibus ex malitia, et a nonnullis ex ignorantia, tacita veritate vel falsitate suggesta. XV kal. Nov. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 161 ed. Baluze II. 216; Opp. ed. Migne II. 1471; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 2 *de rescript.* c. 10 (*ubi directa* Aymoni S. Hilarii can. Pictav.) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 428; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 3 *de rescript.* c. 20 (*cum eadem inscript.*) ap. Boehmer Corp. II. 19, *relata ad* a. 1201; ap. Richter Corp. II. 24. — »Super litteris quae.« |
| » 19 | — | Bartholomaeo Theatino episc.: »XIV kal. Nov. a° 11°.« ‖ I-i Opp. ed. Migne IV. 179, *vid.* 1207 Oct. 19. n° 3200. |
| » 20 | Ferentini | (3520) Willelmo Doiard canonico Thebano praebendam, quam in ecclesia Thebana assecutus est, confirmat. XIII kal. Nov. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 162 ed. Baluze II. 216; Opp. ed. Migne II. 1472. — »Solet annuere sedes.« |
| » 20 | » | (3521) Gualterium Cathaniensem episcopum monet, ut (Montano) archiepiscopo Montis Regalis reverentiam et honorem impendat. XIII kal. Nov. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 163. Baluze l. c. 216; Migne l. c. 1472. — »Humilitatem tuam et.«<br>• *Scriptum est super hoc* Archiepiscopo Montis Regalis. |
| » 21 | » | (3522) Abbati et conventui S. Vincentii decimas possessionum quae sunt circa Rivum obscurum ac Sangrum ac per habitatores castrorum Rivi obscuri et Alfedenae coluntur, adiudicat. XII kal. Nov. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 166 ed. Baluze II. 217; Opp. ed. Migne II. 1474. — »Cum inter vos.« |
| » 23 | » | (3523) Adolpho quondam Coloniensi archiepiscopo, qui postulaverat, ut causam suam in regno Theutonico personis idoneis delegaret, hoc non concedit. »Credimus quod utilitati tuae potius expediret, ut sub manu nostra te humiliare curares, quae non solum fortis et potens, sed ampla etiam est et larga.... Quapropter si nos in eo placare satageres, in quo nos offendere attentasti..., spes tibi non incerta daretur, ut quo cecidisti resurgeres et, si non ad illum in quo alius est locatus, ad alium tamen gradum in quo alius est locandus, et nos interim faceremus tibi honorabiliter provideri.« X kal. Nov. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 166 ed. Baluze I. 756; Opp. ed. Migne III. 1155; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1208 § 11. — »Dilectum filium Hermannum.« |
| » 23 | » | (3524) Bartholomaeo de Ceperano sententiam a Pelagio S. Luciae ad septa solis diacono cardinale pro eo contra Orandinum de Pontecarvo militem latam confirmat. X kal. (Sept., *legatur*) Novb. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 164 ed. Baluze II. 217; Opp. ed. Migne II. 1473. — »Cum dilectus filius.« |
| » 23 | » | (3525) Mediolanensi archiepiscopo S. R. E. cardinali mandat, ut feudum decedentis vasalli alii concedat; secundo ut, si vasallus feudum alienet, filium vel consanguineum alienantis investiat; tertio ut feudum alienatum ei licenter concedat, per quem ipsum ecclesia possit rehabere. X kal. Novb. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 165. Baluze l. c. 217; Migne l. c. 1474; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 16 *de feud.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 530; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 20 *de feud.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 485, *ubi tribuitur* a° 1212; ap. Richter Corp. II. 506. — »Ex parte tua.« |
| » 31 | » | (3526) (Roberto) Lucano episcopo significat, se, »quia abbas S. Salvatoris de Fichecho sufficienter ostendit monasterium suum super institutionibus, destitutionibus et ordinationibus plebani et clericorum de Salamazano et adiacentibus capellis, baptismo« *etc.* legitima praescriptione munitum, abbatem ipsum ab impetitione episcopi super iam dictis articulis absolvere et super illis ei perpetuum silentium imponere. II kal. Nov. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 167 ed. Baluze II. 217; Opp. ed. Migne II. 1475; *fragm. mai. in* Collect. III. decr. lib. 2. tit. 17 *de praescr.* c. 8 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 501; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 26 *de praescr.* c. 18 ap. Boehmer Corp. II. 364, *relata ad* a. 1212; ap. Richter Corp. II. 376. — »Dum (Cum *Decr.*) olim frater.« |
| » 31 | » | (3527) Abbati et monachis S. Salvatoris de Ficheco de superiore ad (Robertum) Lucanum episcopum epistola significat. II kal. Nov. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 168. Baluze l. c. 219; Migne l. c. 1477. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 31 | » | (3528) Gerardo fundatori capellae in suburbio Wiennae ad honorem s. Spiritus et b. Antonii constitutae significat, se precibus ducis Austriae inclinatum eandem capellam cum omnibus bonis protegendam suscipere. II kal. Nov. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 169. Baluze l. c. 219; Migne l. c. 1477; v. Hormayr Wien. 2. Abth. I. Heft III. 183; *cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 317. n° 262. — »Dilectus filius nobilis.« |
| Nov. 1 | » | (3529) Larisseno et Thebano archiepiscopis mandat, moneant illos ad quos pertineat Thessalonicensis episcopi electio, ut absque mora personam idoneam per electionem canonicam sibi praeficiant in pastorem. Kal. Nov. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 171 ed. Baluze II. 220; Opp. ed. Migne II. 1478. — »Dilecti filii canonici.« |

**1208.**

Nov. 3 — Archiepiscopis, episcopis ac abbatibus *etc.*: »Laterani III non. Nov. a° 11°«. || Cocquelines Bullar. III. 124. n° 60; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 217, *ubi perperam* Innocentio III *bulla tribuitur, vid.* 1253. Nov. 3.

» 4 Ferentini (3530) (Andreae) archiepiscopo Lundensi scribit de depositione et degradatione Waldemari episcopi Slewicensis. II non. Nov. a° 11°. || I-i Epist. lib. 11. n° 173 ed. Baluze II. 222; Opp. ed. Migne II. 1483; Lappenberg Hamb. UB. I. 326. n° 370. — »Cum diabolus misisset.«

(Oct. 4-Nov. 4) » (3531) Archiepiscopo Beneventano quandam ecclesiam ad Romanum pontificem spectantem de manu sua confert. *Sine die et mense.* || I-i Ep. lib. 11. n° 170 ed. Baluze II. 219; Opp. ed. Migne II. 1478. — »Bonae memoriae.«

» 12 » (3532) Pontio abbati monasterii s. Aegidii omnem immunitatem huic coenobio ab antecessoribus suis contributam roborat statuens, ut illud liberum ab omni episcopali exactione et a saeculari iurisdictione maneat; omnes eiusdem possessiones adeptas vel adipiscendas, quarum plurimas nominatim exprimit, iubet illibatas permanere; transactiones praeterea inter Pontium abbatem et Iohannem Nemausensem ac Raymundum Uzeticensem episcopos de ecclesiarum quartonibus factas confirmat. II id. Nov. indict. XII. incarn. dom. a° 1208. pont. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 172 ed. Baluze II. 220; Opp. ed. Migne II. 1480; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 327; Cocquelines Bullar. III. 125. n° 61; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 219. — »Quamvis ecclesiarum omnium.«

» 13 » (3533) A. Turritanensi archiepiscopo praecipit, faciat, ut ecclesiae s. Petri de Nugulbi et s. Heliae de Sitim, quae a papa Calixto Casinensi monasterio sub annuo censu concessae sint, sed a P. Ampuriensi episcopo per violentiam occupatae iniuste detineantur, cum omnibus pertinentiis eidem monasterio restituantur. Id. Nov. *sine a°* (a° 11°). || Tosti Monte-Cassino II. 285. — »Perlatus est clamor.«

» 13 » (3534) Vastianum (Wexionensem?), Lincopensem et (Benedictum) Scarensem episcopos anathemate feriendum iubet Ericum, quod in regnum Sueciae se violenter intruserit et S(wercherum) Sueciae regem sub ecclesiae Romanae protectione consistentem in Daniam cum (Valerio) archiepiscopo Upsalensi fugere coegerit. Id. Nov. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 174 ed. Baluze II. 224; Opp. ed. Migne II. 1485; Liljegren Svenskt dipl. I. 160. n° 135; *fragm.* ap. Celse Appar. 51. n° 15. — »Ad nostram noveritis.«

» 14 » (3535) Potestatem et populum Veronenses rogat et monet, ut Mantuanis civibus, qui super fluvium Zare pontem et castrum in loco s. Leonis in grave praeiudicium ecclesiae Reginae fecerant, ad occupandum et devastandum possessiones praefatae ecclesiae nullum tribuant auxilium vel favorem. XVIII kal. Dec. a° 11°. || Affarosi Monast. di s. Prospero I. 430; Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 42. n° 672. — »Transmissa nobis olim.«

» 18 » (3536) (Wolfgero) patriarchae Aquilegensi, cui post necem Philippi ducis Sueviae super negotio imperii beneplacitum suum pluries intimaverat, mandat, ut regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo adhaereat eique assistat viriliter et potenter. XIV kal. (Sept., *legas*) Dec. a° 11°. || I-i Ep. *registr.* n° 167 ed. Baluze I. 757; Opp. ed. Migne III. 1156. — »Licet post necem.«

» 22 Laterani (3537) Archiepiscopo Mediolanensi S. R. E. cardinali et Yporiensi episcopo et abbati de Tilieto mandat, ut, quae a sede apostolica contra episcopum et clerum, consules et cives Placentinos statuta sint, faciant per censuram ecclesiasticam inviolabiliter observari. X kal. Dec. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 175 ed. Baluze II. 224; Opp. ed. Migne II. 1486. — »Inter multiplices angustias.«

» 22 » (3538) (Roberto) episcopo Baiocensi respondet ad consulta super quibusdam iuris articulis nihil aut modicum dubitationis continentibus. X kal. Dec. a° 11°. || Lib. 11. n° 176. Baluze l. c. 226; Migne l. c. 1489; Collect. III. decr. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 18 *et* lib. 1. tit. 18 *de off. iud. del.* c. 10 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 448. 462; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 33 *et* lib. 1. tit. 29 *de off. iud. del.* c. 31 ap. Boehmer Corp. II. 64. 157; ap. Richter Corp. II. 75. 169. — »Cum in iure.«

» 25 » (3539) Florentino episcopo et abbati Saxivivi et priori Camaldulensi super omnibus monasteriis tam in Tuscia usque Viterbium et Reate quam etiam in Marchia constitutis visitationem committit. VII kal. Dec. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 177 ed. Baluze II. 227; Opp. ed. Migne II. 1490. — »Cum ex apostolicae.«

» 26 » (3540) Terraconensi, Bracarensi et Compostellano archiepiscopis mandat, compellant abbates Cisterciensis ordinis in Hispania constitutos per censuram ecclesiasticam, ut a receptione fratrum hospitalis Ierosolymitani desistant. VI kal. Dec. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 178 ed. Baluze II. 227; Opp. ed. Migne II. 1491; Aguirre Conc. Hisp. V. 143; *fragm. maius in* Collect. III. decr. lib. 3. tit. 24 *de regular.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 539; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 31 *de reg.* c. 18 ap. Boehmer Corp. II. 536; ap. Richter Corp. II. 554. — (*Eadem decretalis* Priori et conventui Dunelmensibus *directa legitur* 1206. Apr. 29. *Vid.* n° 2763). — »Licet quibusdam monachis.«

**1208.**

Nov. 27 Laterani (3541) Gualtero canonico Lucano causam inter abbatem conventumque monasterii s. Petri de Potheolis ord. Camaldul. ex parte una et Guidonem canonicum Lucanum, Rainerium et Paganellum fratres dominos de Vivinaria *etc.* ex altera super quadam (pecuniae?) summa, possessionibus et aliis rebus vertentem committit decidendam. v kal. Dec. a° 11°. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 272. — »Dilecti filii abbas.«

Dec. 4 » (3542) Regi Ottoni in imperatorem Romanorum electo significat, se quosdam principes per iterata scripta exhortatum esse, videlicet (Wolfgerum) Aquilegensem patriarcham, (Albertum) Magdeburgensem archiepiscopum, Adolfum quondam Coloniensem, (Conradum) Spirensem episcopum, (Ottocarum) regem Boemiae, (Leopoldum) Austriae ac (Bertoldum) Zaringiae duces et quosdam alios, ut ei potenter faveant et patenter. Monet eum, ut talem circa singula studeat se habere, ut honoris sui processus feliciter consummetur. ii non. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 168 ed. Baluze I. 757; Opp. ed. Migne III. 1157; Erben Reg. Bohem. I. 234. n° 514; *cf.* Palacky Reise 20. n° 44. — »Licet per dilectum.«

» 4 » (3543) (Conrado) Spirensi episcopo gratulatur, quod regi Ottoni disposuit adhaerere ipsique imperialia insignia resignare. »Super eo vero, quod de coniugii coniuramento scripsisti, tibi per legatos nostros curabimus plenarie respondere.« ii non. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 170 ed. Baluze I. 757; Opp. ed. Migne III. 1157. — »Gratum gerimus et.«

» 5 » (3544) Regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo scribit de matrimonio inter eum ac (Beatricem) primogenitam quondam Philippi ducis Sueviae. Non. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 169 ed. Baluze I. 757; Opp. ed. Migne III. 1157; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1208 § 14. — »Cum de matrimonio.«

» 5 » (3545) (Bertoldo) duci Zaringiae consilium dat, ut, cum rex Otto iam procedat magnifice, ei firmiter adhaereat et potenter foveat. Non. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 171 ed. Baluze I. 757; Opp. ed. Migne III. 1158. — »Ex affectu sincerae.«

» 5 » (3546) (Iohanni) Cameracensi episcopo rescribit ad litteras, »per quas de promotione quinimmo quasi de confirmatione promotionis regis Ottonis non solum desiderata nobis, verum etiam insperata gaudia nuntiasti; illud in maiori exultatione ducentes, quod idem rex in virum quasi alterum immutatus in iustificationibus Domini magis solito delectatur.« Eum hortatur, ut circa latus eiusdem studio sedulae recordationis insistat, ut ille se sedulum et apostolicae sedi devotum gerat. Non. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 172 ed. Baluze I. 758; Opp. ed. Migne III. 1158. — »Litteras tuas plenas.«

» 5 » (3547) (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopo idem rescribit eique gratulatur, quod pro sedis apostolicae reverentia eidem regi ceteris factus praevius adhaesit. Non. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 173 ed. Baluze I. 758; Opp. ed. Migne III. 1159. — »Litteras tuas plenas.«

* *In eundem modum* Magistro Gerlando (Magdeburgensi).

» 5 » (3548) Magistro Henrico scolastico S. Gereonis (Coloniensis) rescribit in eundem modum Non. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 174 ed. Baluze I. 758; Opp. ed. Migne III. 1159. — »Recepimus litteras plenas.«

» 5 » (3549) (Leopoldo) duci Austriae respondet, se de corde puro, conscientia bona et fide non ficta eius prudentiae consulere, ut, cum rex Otto magnifice procedere iam inceperit, potenter illi faveat et patenter. Non. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 175 ed. Baluze I. 758; Opp. ed. Migne III. 1159. — »Nuntium et litteras.«

» 6 » (3550) Priori et conventui Cartusiensi formam sui capituli generalis ab universis prioribus totius ordinis constitutam auctoritate apostolica confirmat. viii id. Dec. a° 11°. ‖ Privil. ord. Cartus. fol. 5b; Tromby Storia V. app. 49. — »Cum a nobis.«

» 7 » (3551) Philippo regi Franciae consulit, ut animo suo dominans Ingeburgi uxori suae coniugalem affectum exhibeat. vii id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 180 ed. Baluze II. 228; Opp. ed. Migne II. 1493; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 116; Bouquet Rec. XIX. 509. — »Super causa coniugii.«

» 8 » (3552) Archiepiscopo Neopatrensi et episcopo Davaliensi et abbati S. Lucae Nigripontensis dioc. mandat, ut, cum Theodorus episcopus Nigripontis tam sedi apostolicae quam archiepiscopo Atheniensi paratus sit canonicam obedientiam exhibere, ipsum ad episcopatum praedictum restituant. vi id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 179 ed. Baluze II. 228; Opp. ed. Migne II. 1492. — »Sua nobis venerabilis.«

» 8 » (3553) Neopatrensi archiepiscopo et episcopo Davaliensi et electo Nazorescensi mandat, moneant Dimitriacensem episcopum suffraganeum Larissiensis ecclesiae, ut debitam obedientiam et reverentiam Larissiensi archiepiscopo exhibeat. vi id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 189 ed. Baluze II. 236; Opp. ed. Migne II. 1505. — »Venerabilis frater noster.«

» 9 » (3554) Electo Nazorescensi petente ecclesiam Nazorescensem cum omnibus possessionibus tuendam suscipit. v id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 190 ed. Baluze II. 236; Opp. ed. Migne II. 1506. — »Cum a nobis.«

**1208.**

Dec. 9 | Laterani | (3555) Episcopo Davaliensi petente ecclesiae Davaliensis omniumque eius bonorum protectionem suscipit. v id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 191 ed. Baluze II. 236; Opp. ed. Migne II. 1506. — »Cum a nobis.«

» 9 | » | (3556) Monasterii s. Mariae de Rosevelde [Harsefeld] protectionem suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat. v id. Dec. indict. XI. (!) incarn. dom. a° 1208. pont. a° 11°. ‖ I-i Epist. lib. 11. n° 193 ed. Baluze II. 237; Opp. ed. Migne II. 1507; Lappenberg Hamb. UB. I. 328. n° 371. — »Quotiens illud a.«

» 9 | » | (3557) Philippo regi Francorum scribit, se Gualae S. Mariae in porticu diacono cardinali apostolicae sedis legato mandavisse, ut, si rex in divortii sui causa de affinitate proposuerit vel de maleficio, formam observet legatis aliis vel sibi praefixam; si de religione, praescripta attendat et consideret proponenda; ac demum, si de partium voluntate processerit, causam in quolibet casu decidat, aut instructam ad papae examen remittat. v id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 182 ed. Baluze II. 232; Opp. ed. Migne II. 1494; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 117; Bouquet Rec. XIX. 510. — »Veniens ad apostolicam.«

( » 9) | » | (3558) Gualae S. Mariae in porticu diacono cardinali de superiore ad Philippum regem epistola significat eique mandat, ut secundum formam praescriptam procedat. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 183. Baluze l. c. 232; Migne l. c. 1499; Langebek l. c. VI. 121. — »Super causa coniugii.«

» 10 | » | (3559) Universos Christi fideles per Lombardiam et Marchiam constitutos monet et hortatur, ut qui potentes sint praelium Domini praeliari, et crucem et arma capescant; qui vero non sint habiles ad pugnandum pro liberanda terra nativitatis Redemptoris, in expensis suis secundum proprias facultates aliquos dirigant bellatores, nec sit qui se ab huiusmodi obsequio subventionis excuset quin aliquid saltem modicum vel unum nummum imperialem propter hoc devote impendat. iv id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 185 ed. Baluze II. 232; Opp. ed. Migne II. 1500; Cocquelines Bullar. III. 127. n° 62; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 222. — »Utinam Dominus et.«

» 10 | » | (3560) Archiepiscopos et episcopos et alios ecclesiarum praelatos per Lombardiam et Marchiam constitutos monet, instent apud populos sibi subditos studio sedulae praedicationis et exhortationis, ut iuxta ipsius, Cremonensis et Yporiensis episcoporum et abbatis de Tilieto exhortationem Terrae sanctae succurrant. iv id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 186. Baluze l. c. 234; Migne l. c. 1503. — »Utinam Dominus.«

» 11 | » | (3561) (Sigfrido) Maguntino et (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopis de causa matrimonii inter O(ttocarum) regem Boemiae et A(delam) sororem marchionis Misnensis mandata dat. iii id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 184 ed. Baluze II. 232; Opp. ed. Migne II. 1499; Erben Reg. Bohem. I. 234. n° 515. — »Olim per litteras.«

» 12 | » | (3562) (Ottocaro) regi Boemiae respondet, se de corde puro, conscientia bona et fide non ficta ei consulere, ut, cum rex Otto magnifice procedere iam inceperit, potenter illi faveat et patenter. ii id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 176 ed. Baluze I. 758; Opp. ed. Migne III. 1160; Erben l. c. 235. n° 516; *cf.* Palacky Reise 20. n° 45. — »Super eo quod.«

» 12 | » | (3563) Priori Osensi et subpriori S. Fredeswidae causam, quae inter I. clericum ex parte una et abbatem conventumque de Bello ex altera super reddita decem marcharum vel quindecim quas idem exigebat ab ipsis agitabatur, committit. ii id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 188 ed. Baluze II. 235; Opp. ed. Migne II. 1504; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 8 *de concess. praeb.* c. 10 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 525; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *de conc. praeb.* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 461, *ubi tribuitur* a° 1210; ap. Richter Corp. II. 480. — »Ex tenore litterarum.«

» 12 | » | (3563a) Consules societatis s. Syri Papiensis — qui praeter alia onera nuper episcopo et clero imposita certam talliam exemptis ecclesiis monasteriorum s. Petri in Coelo aureo, s. Salvatoris, s. Agathae, s. Maioli ac s. Matthaei induxerant bona ecclesiarum illarum tam diu facientes per manum laicam custodiri, quousque tallias dictas extorsissent — monet et hortatur, ut quae in praefata monasteria minus prudenter attemptaverunt, taliter studeant corrigere per se ipsos »quod nos, qui iuxta Apostolum prompti sumus inobedientiam omnem ulcisci, non oporteat manus nostras apponere.« ii id. Dec. a° 11°. ‖ Mich. Daverio Mem. sulla storia dell' ex-ducato di Milano. (Milano 1804. 4°.) 261; *cf.* Robolini Notizie III. i. 79. — »Audita illius immanitate.«

» 13 | » | (3564) Episcopo Yporiensi (Iponet *Coll. III.*, Hipponen. *Decr. Gr.*) et abbati de Tilieto (Tiseno *Coll. III.*, Toleto *Decr. Gr.*) visitatoribus Lombardiae mandat, moneant Albiganensem (Ambigaven. *Coll. III.*) episcopum, »quia non solum in iudicio candentis ferri, verum etiam in furis suspendio graviter noscitur deliquisse et, cum his non tantum auctoritatem praestiterit, verum etiam praesentiam exhibuerit corporalem, ipsum indignum altaris ministerio reputamus,« ut episcopatui cedat; alioquin eum ab Albiganensi ecclesia amoveant. Id. Dec. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 187 ed. Baluze II. 234; Opp. ed. Migne II. 1503; Collect. III. decr. lib. 5. tit. 14 *de excess. prael.* c. 3 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 584; *int.*

**1208.**

Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 31 *de exc. prael.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 800; ap. Richter Corp. II. 807. — »Ex litteris vestris.«

Dec. 16 Laterani (3565) (Oddoni) abbati et conventui S. Vedasti Atrebatensis interdicit, ne quis sine testimonio eorum pecuniam concedat mutuo alicui monachorum. xvii kal. Ianr. a° 11°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 1140; I-i Opp. ed. Migne IV. 181. — »Officii nostri sollicitudo.«

» 17 » (3566) (Henrico) priore et fratribus Andrensis monasterii petentibus inhibet, ne quis infra eorum parochiarum terminos oratoria vel xenodochia construere contra eorum et diocesani episcopi voluntatem praesumat. xvi kal. Ianr. a° 11°. ‖ Chron. Andrense ap. Achery Spicil. II. 846; *fragm. in* I-i Ep. lib. 11. n° 199 ed. Baluze II. 241; Opp. ed. Migne II. 1514. — »Cum a nobis.«

» 17 » (3567) (Sicardo) episcopo et archidiacono Cremonensibus de P. abbate monasterii s. Stephani de Cornu ab eadem abbatia super lapsu carnis, crimine simoniae *etc.* remoto mandata dat eosque monet, iniungant priori et fratribus, ut personam idoneam per electionem canonicam sibi praeficiant in abbatem. xvi kal. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 192 ed. Baluze II. 236; Opp. ed. Migne II. 1506. — »Cum venerabilis frater.«

» 17 » (3568) Abbati et conventui S. Vedasti Atrebatensis scribit, se (Radulfo) Atrebatensi episcopo inhibuisse, ne eorum monasterium molestare praesumat contra tenorem privilegii, quo ad Romanam ecclesiam nullo medio pertineat. xvi kal. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 193. Baluze l. c. 238; Migne l. c. 1509. — »Ex privilegio felicis.«

» 18 » (3569) Abbati et conventui monasterii Ursicampi Cisterc. ord. Noviom. dioc. concedit, ut successiones bonorum mobilium et immobilium petere, recipere ac retinere possint. xv kal. Ianr. a° 11°. ‖ Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 305. n° 490. — »Devotionis vestre precibus.«

» 18 » (3570) Officiali Parisiensi nunciat, se abbati et conventui monasterii Ursicampi concessisse, ut successiones bonorum mobilium et immobilium petere, recipere ac retinere possint. Mandat ei, ne permittat, abbatem et conventum contra huius concessionis tenorem ab aliquibus indebite molestari. xv kal. Ianr. a° 11°. ‖ Peigné-Delacourt l. c. 305. n° 491. — »Devotionis dilectorum filiorum.«

» 18 » (3571) Archiepiscopo et suffraganeis Terraconensis ecclesiae mandat, ut Durandum de Osca et socios eius reconcilient ecclesiasticae unitati et denuntient ipsos vere catholicos ac recte fideles. xv kal. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 196 ed. Baluze II. 238; Opp. ed. Migne II. 1510. — »Eius exemplo qui.« *Cf.* 1209. Iul. 5. n° 3766.

» 18 » (3572) Durando de Osca eiusque fratribus qui Pauperes catholici nuncupantur in fide catholica permanentibus approbat scriptum confessionis eorum hic verbotenus insertum, ne quis de cetero conversionis (conversationis *Baluze, Migne*) eorum propositum calumnietur iniuste. xv kal. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 197. Baluze l. c. 240; Migne l. c. 1514. — »Ne quis de.«

» 18 » (3573) Eisdem concedit, ne teneantur contra christianos ad bellum procedere vel pro rebus saecularibus iuramentum praestare. xv kal. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 198. Baluze l. c. 240; Migne l. c. 1514. — »Postulastis a nobis.«

» 18 » (3574) Rectoribus, potestatibus et consulibus in patrimonio b. Petri, in Thuscia, ducatu Spoleti et Marchia constitutis mandat, ut privilegia, libertates et immunitates ab apostolica sede ac imperatoribus heremo Fontis Avellanae concessas servent illibata. xv kal. Ianr. a° 11°. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. append. 273. — »Cum velimus iura.«

» 20 » (3575) (Henrico) priori et fratribus Andrensibus concedit, ut terras, redditus et alia ad feodum monasterii eorum pertinentia, quae ab infeodatis in pignus data sunt potentibus, in pignus recipiant, ne omnino alienari contingant. xiii kal. Ianr. a° 11°. ‖ Chron. Andrense ap. Achery Spicil. II. 846; I-i Ep. lib. 11. n° 195 ed. Baluze II. 238; Opp. ed. Migne II. 1509. — »Ex parte vestra.«

» 20 » (3576) Monasterii s. Vedasti Atrebatensis patrocinium suscipit, possessiones ac bona eius confirmat atque Oddoni abbati eiusque successoribus usum tunicae et dalmaticae infra missarum solemnia concedit. xiii kal. Ianr. ind. XI.(!) incarn. a° 1208. pont. a° 11°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 1141; I-i Opp. ed. Migne IV. 182. — »Quotiens illud a.«

» 20 » (3577) Abbati et conventui Karoffensibus ecclesias de Bovesrezia, de Alneto et de Formeria confirmat. xiii kal. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 201 ed. Baluze II. 242; Opp. ed. Migne II. 1517. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 20 » (3578) (Gerardo) episcopo et capitulo Catalaunensibus mandat, ut in canonicum recipiant magistrum Walterum, cui concessit praebendam in ipsius manus resignatam a Ferrico de Domnapetra, qui ad militiam secularem translatus cum Waltero Brenensi comite Apuliam introierat. xiii kal. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 203 ed. Baluze II. 242; Opp. ed. Migne II. 1517. — »Cum ad nostram.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1208.** |
| Dec. 21 | Laterani | (3579) Henrico priore monasterii Andrensis eiusque fratribus postulantibus eorum coenobium s. Salvatoris et s. Rotrudis virginis tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim expressa confirmat. xII kal. Ianr. indict. XI(!). incarn. dom. a° 1208. pont. a° 11°. ‖ Chron. Andrense ap. Achery Spicil. II. 845; I-i Ep. lib. 11. n° 200 ed. Baluze II. 241; Opp. ed. Migne II. 1515. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 21 | » | (3580) Hubaldum episcopum Faventinum ab ecclesia Faventina ad ecclesiam Ravennatem archiepiscopalem transfert. xII kal. Ianr. a° 11° (*male legunt Bal. et M.:* »Lat. kal. Iun. a° 11°«). ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 280 ed. Baluze II. 286; Opp. ed. Migne II. 1592; Mittarelli Ann. Camald. IV. 208; *manca in* Amadesii Antist. Ravenn. III. 155. n° 30. — »Ecclesia Ravennae (Ravennate *Amad.*) suo.« |
| » 23 | » | (3581) Episcopo, archidiacono et capitulo Morinensibus inhibet, ne pro benedictione abbatis Andrensis palefredum, pastum vel capam sericam extorqueant. x kal. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 202 ed. Baluze II. 242; Opp. ed. Migne II. 1517. — »Congruam officii nostri.« |
| » 23 | » | (3582) Abbati Praemonstratensi, ceteris abbatibus et professis ordinis Praemonstratensis indulget, ne ipsi teneantur citare, monere vel excommunicare magnates et nobiles, in quorum terris bona monasteriorum vel prioratuum eiusdem ordinis sita sunt. x kal. Ianr. a° 11°. ‖ Le Paige Bibl. Praem. 648. — »Quoniam ordinem vestrum.« |
| » 29 | » | (3583) (Iohanni) Trevirensi et (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopis mandat, ne ullatenus prohibeant, ut fratres Praemonstratensis ordinis ad capitulum generale proficiscantur, sed ut nolentes ad eundum cogant. IV kal. Ianr. a° 11°. ‖ Le Paige l. c. 649. — »Fraternitatem vestram ignorare.« |
| » 30 | » | (3584) Longipontis et Igniacensi abbatibus et priori Igniacensi Suessionensis dioc. mandat, compellant per censuram ecclesiasticam R., non obstante quod post contractum matrimonium se fecit in subdiaconum promoveri, ad recipiendam Isabel uxorem suam. III kal. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 204 ed. Baluze II. 243; Opp. ed. Migne II. 1518. — »Ex litteris dilectorum.« |
| » 31 | » | (3584a) Ecclesiam Vallis Orlianensis de licentia b. m. Philippi archiepiscopi Mediolanensis constructam sub b. Petri et sua protectione suscipit. II kal. Ianr. a° 11°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum monum. II. 150. — »Solet annuere sedes.« |
| — | — | (3585) R. Torselli canonici S. Ursini Bituricensis electionem in priorem irritat, eo quod duelli iudex fuerit; nihilominus ei concedit, ut, hoc penitus non obstante, ad quamlibet dignitatem eligi possit, cum ex illo duello non sit mutilatio vel occisio subsecuta. *Sine die et mense.* I-i Ep. lib. 11. n° 64 ed. Baluze II. 162; Opp. ed. Migne II. 1381. — »Solet annuere sedes.« |
| — | — | (3586) Philippo regi Francorum nunciat, se (Stephano) episcopo et archidiacono Noviomensibus mandavisse, ut in ius et proprietatem b. Petri recipiant fundum, in quo rex intendat Parisius aedificare domum ab episcopali iure penitus exemptam, ubi vitae necessaria ministrentur officialibus qui in servitio regio senuerint. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 65. Baluze l. c. 163; Migne l. c. 1382; Bouquet Rec. XIX. 502. — »Ex litteris regiae.« |
| — | Laterani | (3587) Civibus Soranis rationabiles libertates, bonos usus et consuetudines approbatas, quas a tempore regis Rogerii usque ad obitum Willelmi regis Siciliae habuerunt, concedit et confirmat. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 66 ed. Baluze II. 163; Opp. ed. Migne II. 1382; *perperam cum dato:* »xII kal. Mai. a° 11°« Cocquelines Bullar. III. 121. n° 56; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 211. — »Ad ubera sacrosanctae.« <br>• *In eundem modum* Clericis, militibus et universis hominibus Roccae Arcis; <br>» » » Universis hominibus de Pesclo solido. |
| — | — | (3588) Monasterium b. Benedicti Casinense, omnium monasteriorum caput, et universa quae ad idem pertinent, »ab omnium mortalium iugo libera manere ac sub solius sacrae Romanae ecclesiae iure defensioneque perpetua habere« decernit, ac eius privilegia confirmat plura alia addens. *Sine signo chronol.* ‖ Tosti Monte-Cassino II. 287; I-i Opp. ed. Migne IV. 185. n° 133. — »Cum iniunctum nobis.« *Cf.* n° 3470. |
| — | — | • (3589) (Brunwardo) Szuerinensi et (Philippo) Ratzeburgensi episcopis et abbati de Luneburg mandat, ut disceptent controversiam inter monasterium s. Iohannis evangelistae in Lubeke et commune Lubecense super piscina vertentem. 1208. ‖ Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 452. n° 8; Cod. dipl. Lubec. II. I. 2. n° 3; Meklenb. UB. I. 175. n° 180. |
| | | **1209.** |
| Ianr. 3 | Laterani | (3590) Decano Sarisberiensi Parisius commoranti, A. archidiacono et magistro P. Peverel canonico Parisiensi committit definiendam causam inter Andrense et Karroffense monasteria super electione et confirmatione abbatis Andrensis. III non. Ianr. a° 11°. ‖ |

**1209.**

I-i Ep. lib. 11. nº 205 ed. Baluze II. 243; Opp. ed. Migne II. 1519; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 3 *de consuet.* c. 7 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 430; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 4 *de consuet.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 32, *relata ad* a. 1208; ap. Richter Corp. II. 38. *Cf.* 1207. Dec. 6. nº 3239. — »Cum dilecti filii (Cum dilectus filius« *Decr.*)

Ianr. 3 — Laterani — (3591) Priori et fratribus de Tinemvahe possessiones, libertates etiam et alia bona a Ricardo et Iohanne regibus Anglorum ecclesiae eorum concessa, necnon libertates ac immunitates confirmat. III non. Ianr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 210 ed. Baluze II. 247; Opp. ed. Migne II. 1526. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 — » — (3592) Regi Ottoni scribit, adventum nuntiorum eius ipsum in ea qua tenebatur aegritudinis molestia consolatum esse. »Licet super negotiis, pro quibus latores praesentium ad nostram praesentiam destinasti, consueverint secundum morem antiquum, maxime pro petitione imperialis coronae, magni principes ad sedem apostolicam destinari ...., nos auditis et intellectis petitionibus quas iidem nuntii tuo nobis nomine porrexerunt, super earum aliquibus litteras praecepimus expedire, ac per legatos nostros, quos ad te e vestigio destinamus, gratum responsum tibi tam super negotio matrimonii quam etiam super aliis impendemus.« Non. Ianr. aº 11º. ‖ I-i Ep. *registr.* nº 177 ed. Baluze I. 758; Opp. ed. Migne III. 1160; Raynaldi Ann. a. 1209 § 1. — »Iucundus tuorum nuntiorum.«

» 8 — » — (3593) Abbati et conventui (S. Victoris) Massiliensibus concedit, ut, appellatione frustratoria non obstante, ab illis monachis, qui eorum ecclesias obtinentes praetextu earum ipsis tenentur obedientiam et reverentiam exhibere, sed parere salubribus monitis et statutis contemnunt et censum, quem annis singulis eorum monasterio debent praestare, solvere denegant, exigendi tam censum quam alia et eosdem regulariter corrigendi licentiam habeant. VI id. Ianr. aº 11º. ‖ Guérard Cartul. de l'abb. de St. Victor de Mars. II. 266. nº 880. — »Licet ab apostolo.«

» 8 — » — (3594) (Conrado) abbati et fratribus de Zwiuildea [Zwiefalten] ad exemplar Coelestini pp. praedecessoris ecclesiam de Zwiuildea, quam ex donatione Diethalmi episcopi (Constantiensis) diocesani adepti erant, confirmat. VI id. Ianr. aº 11º. ‖ Wirtemberg. UB. II. 371. nº 543. — »Iustis petentium desideriis.«

» 9 — » — (3595) Fredericum regem Siciliae monet, ne de cetero attentet sibi iurisdictionem in spiritualibus vindicare, sed ut in devotione Romanae ecclesiae perseveret et cantorem, succentorem et quendam alium Panormitanae ecclesiae clericum propter appellationem ad sedem apostolicam a regno proscriptos revocet, »sciturus pro certo quod nos constitutum de electionibus inter nos et imperatricem matrem tuam habitum per totum regnum faciemus solemniter publicari, ut secundum illud electiones de cetero celebrentur.« V id. Ianr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 208 ed. Baluze II. 246; Opp. ed. Migne II. 1523; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 140. — »Ex tenore litterarum.«

» 9 — » — (3596) Hospitalis de Salburc [Saarburg] tutelam suscipit. V id. Ianr. aº 11º. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens II. 1. — »Cum a nobis.«

» 10 — » — (3597) Priorem S. Thomae martyris Acconensis et S. Georgii de Sisto eiusque fratres cum omnibus bonis protegendos suscipit omnesque possessiones eis confirmat. IV id. Ianr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 209 ed. Baluze II. 247; Opp. ed. Migne II. 1525. — »Cum a nobis.«

» 11 — » — (3598) Wlterrano episcopo causam quandam matrimonialem, qua restitutio possessionum rerumque aliarum dotis nomine datarum petebatur, terminandam committit. III id. Ianr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 206 ed. Baluze II. 245; Opp. ed. Migne II. 1521; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 6 *de rest. spol.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 482; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 13 *de rest. spol.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 266, *ubi refertur ad* a. 1200; ap. Richter Corp. II. 277. — »Ex parte M.«

» 12 — » — (3599) Decano et capitulo Lincolniensibus mandat, ut personam idoneam, quae congruat oneri et honori, per electionem canonicam in pastorem sibi praeficiant. II id. Ianr. aº 11º. ‖ Wilkins Concil. I. 527. — »Cum certa sint.«

( » 12) — ( » ) — (3600) Iohannem regem Angliae rogat et monet, ut usus consilio saniori saltem in negotio Cantuariensis ecclesiae procedat iuxta continentiam litterarum, quas abbas Belli-loci a sede apostolica dudum eius nomine impetravit. »Nisi usque ad tres menses post harum susceptionem vel recusationem praesentium quae praemisimus adimpleveris, ex tunc... te anathematizatum decernimus et a communione fidelium praecidimus.« *Sine signo chronol.* ‖ I-i Ep. lib. 11 *in* nº 211; Martene Thes. anecd. I. 810; Dumont Corps univ. dipl. I. I. 384; I-i Opp. ed. Migne IV. 188. nº 135. *Cf.* quae Bréquigny, qui hanc epistolam ad a. 1208 reiicit, de ea in *Notices et extr.* II. 287 sq. disseruit. — »Tacti sumus dolore.«

» 12 — » — (3601) (Willelmo) Londoniensi, (?) Eliensi et (Maugerio) Wigorniensi episcopis de superiore ad Iohannem regem Angliae epistola significat eisque praecipit, ut, si dictus rex ea quae praemissa sunt infra tempus non impleverit praenotatum, ex tunc in ipso negotio

| | | |
|---|---|---|
| | | **1209.** iuxta praescriptam formam procedant. II id. Ianr. a° 11. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 211 ed. Baluze II. 247; Opp. ed. Migne II. 1526; *sine nota chronol.* ap. Wilkins Concil. I. 528, *sed in initio mutila, mendis plena et deficiente fine; cf.* Gesta Innoc. § 131. — »Super negotio Cantuariensis.« |
| Ianr. 12 | Laterani | (3602) Eisdem mandat, inquirant, num clerici et laici cum F(ulcone) de Cantolu et R(eginaldo) de Cormeill. pro negotio Cantuariensis ecclesiae excommunicatis communicent; veritatem sedi apostolicae rescribant, ut contra tantam insolentiam procedatur. II id. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 215 ed. Baluze II. 249; Opp. ed. Migne II. 1530. — »Grave gerimus et.« |
| » 12 | » | (3603) Stephano Cantuariensi archiepiscopo S. R. E. cardinali concedit, ut F(ulconi) de Cantalu et R(eginaldo) de Corneill., qui nominatim excommunicati fuerint eo quod ad eius ecclesiam manus sacrilegas extenderint, beneficium absolutionis impendat, cum illud duxerint humiliter implorandum. II id. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 216. Baluze l. c. 250; Migne l. c. 1530. — »Ex paternae benignitatis.« |
| » 12 | » | (3604) Eidem concedit, ut, non obstante interdicto pro ecclesia eius lato, permittere ei liceat, ut in locis ad quae in suo transitu declinaverit celebrentur ei ac Londoniensi, Eliensi et Wigorniensi coepiscopis suppressa voce divina. II id. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 217. Baluze l. c. 250; Migne l. c. 1531. — »Fraternitati tuae praesentium.« |
| » 13 | » | (3605) (Petro) Wintoniensi episcopo praecipit, ut ea quae Londoniensis, Eliensis et Wigorniensis episcopi super ecclesiae Cantuariensis negotio ei duxerint iniungenda, impleat. Id. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 218 ed. Baluze II. 250; Opp. ed. Migne II. 1531. — »Fraternitati tuae praesentium.« |
| » 13 | » | (3606) Priori et conventui Coventrensibus mandat, ut convenientes in unum per electionem canonicam personam idoneam in pastorem sibi praeficere studeant. »Alioquin nos vobis talem curabimus in pastorem praeficere, qui vobis praeesse valeat et prodesse.« Id. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 212 ed. Baluze II. 249; Opp. ed. Migne II. 1528. — »Cum certa sint.« <br> • *In eundem modum* Priori et conventui Dunelmensibus; <br> » » » Decano et capitulo Cicestrensibus. |
| » 13 | » | (3607) Capitulo Exoniensi significat, se hortari regem Angliae, ne impediat et per suos impediri permittat, quominus tam cathedrales quam regulares ecclesiae vacantes personas idoneas per electionem liberam et canonicam sibi praeficiant in pastores. Monet eos, ut personam idoneam eligant. Id. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 213. Baluze l. c. 249; Migne l. c. 1529. — »Cum certa sint.« |
| » 13 | » | (3608) (Willelmo) Londoniensi, (?) Eliensi et (Maugerio) Wigorniensi episcopis petente Stephano Cantuariensi archiepiscopo committit, ut, non obstante interdicti sententia quam tulerunt, conventualibus ecclesiis quae illud continue servaverint licentiam concedant pro conficienda eucharistia semel ac secreto in hebdomada celebrandi divina. Id. Ianr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 214. Baluze l. c. 249; Migne l. c. 1529. — »Ad petitionem venerabilis.« |
| » 16 | » | (3609) Regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo scribit: »Cum vera pax et firma concordia inter ecclesiam et imperium nunc existat, ad tollendam in posterum omnem dissensionis et suspicionis materiam quaedam ad praesens a te duximus postulanda, quae utique debes sine difficultate concedere, pro certo sperantes quod longe maiora in futuro concedes.... Ad ea obtinenda et exequenda ... Hugolinum Ostiensem episcopum et Leonem tit. S. Crucis presb. card. sedis apostolicae legatos ad tuam praesentiam destinamus.« Rogat, ut eos benigne pertractet. Ad haec eum deposcit, ut clericos et ecclesias diligat et honoret, manuteneat et defendat. XVII kal. Febr. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 179 ed. Baluze I. 759; Opp. ed. Migne III. 1161; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1209 § 2. — »Benedictus Deus qui.« |
| » 16 | » | (3610) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis in Theutonia constitutis mandat, ut praedictos legatos cum debito suscipientes honore providis monitis et mandatis ipsorum efficaciter intendant. »Alioquin sententiam quam tulerint in rebelles ratam habebimus.« XVII kal. Febr. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 180 ed. Baluze I. 760; Opp. ed. Migne III. 1163; ap. Raynald. l. c. § 3. 4. — »Cum acceptam angelus.« |
| » 16 | » | (3611) Archiepiscopis et episcopis in Theutonia constitutis scribit de matrimonio contrahendo inter regem Ottonem et (Beatricem) Philippi ducis Sueviae primogenitam; significat eis, se dedisse Hugolino Ostiensi episcopo et Leoni tit. S. Crucis presb. card. apostolicae sedis legatis in praeceptis, ut, si urgens necessitas et evidens utilitas pro pace in imperio reformanda hoc matrimonium postularint, ipsi super eo dispensent. XVII kal. Febr. a° 11°. ‖ I-i Ep. *registr.* n° 181 ed. Baluze I. 761; Opp. ed. Migne III. 1165; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum olim ex.« |

**1209.**

Ianr. 16 Laterani (3612) Hugolino Ostiensi episcopo et Leoni tit. S. Crucis presbytero card. apostolicae sedis legatis scribit de eodem argumento eisque mandat, ut super illo matrimonio contrahendo dispensent. xvii kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. *registr.* n° 182 ed. Baluze I. 761; Opp. ed. Migne III. 1165. — »Cum olim ex.«

» 16 » (3613) Eisdem negotium (Ecberti) Papembergensis episcopi sub hac forma committit, ut, si super nece Philippi ducis Sueviae, accusatore contra illum legitimo comparente, culpabilis coram ipsis fuerit comprobatus, eum ab omni officio et beneficio ecclesiastico deponant; alioquin ei indicent purgationem canonicam. xvii kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. *registr.* n° 183 ed. Baluze I. 761; Opp. ed. Migne III. 1166; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1209 § 5. — »Plenam gerentes de.«

» 16 » (3614) (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopo mandat, ut ad ea feliciter promovenda, quae Hugolinus Ostiensis episcopus et Leo tit. S. Crucis presb. card. apostolicae sedis legati ei ex parte papae suggesserint, diligens studium et operam efficacem impendat. xvii kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. *registr.* n° 184 ed. Baluze I. 761; Opp. ed. Migne III. 1166; *cf.* Raynald. l. c. — »Firmam gerimus de.«

» 18 » (3615) Herveo episcopo Trecensi petente Trecensem ecclesiam sub sua protectione suscipit et omnes eius possessiones ac institutiones confirmat, quarum plurimas fuse recenset. xv kal. Febr. indict. XII. incarn. dom. a° 1209. (!) pont. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 219 ed. Baluze II. 250; Opp. ed. Migne II. 1531; Gallia christ. XII. instr. 285; Cocquelines Bullar. III. 128. n° 63; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 224. — »Cum honestas tua.«

» 18 » (3616) Regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo significat, se Hugolino Ostiensi episcopo et Leoni tit. S. Crucis presbytero cardinali apostolicae sedis legatis dedisse in praeceptis, ut, si urgens necessitas et evidens utilitas pro pace in imperio reformanda matrimonium inter eum ac (Beatricem) Philippi ducis Sueviae primogenitam contrahi postularint, ipsi super illo contrahendo dispensent; quod ab eis super hoc provide factum fuerit, papa ratum habebit. xv kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. *registr.* n° 178 ed. Baluze I. 759; Opp. ed. Migne III. 1161; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1209 § 2. — »Cum olim ex.«

» 21 » (3617) (Andreae) regi Ungariae significat, se (Ecberti) Babembergensis episcopi negotium sub hac forma legatis suis commisisse »ut si super nece Philippi ducis Sueviae, accusatore contra eum legitimo comparente, culpabilis coram eis fuerit comprobatus, eum ab omni officio et beneficio ecclesiastico deponant, alioquin ei indicant purgationem canonicam. Concedimus autem ut, si maluerit coram nobis prosequi causam suam, ad sedem apostolicam accedat.« Praeterea scribit ei, se (Bertoldo) Colocensi electo, qui Vincentiam se transtulerit, mandasse ut continuo ad Colocensem ecclesiam revertatur. Monet regem, ut illum ad hoc inducat. xii kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 220 ed. Baluze II. 252; Opp. ed. Migne II. 1534; Katona Hist. crit. V. 87; Fejér Cod. dipl. III. i. 74. — »Licet Babembergensis episcopus.«

» 21 » (3618) Iohannem regem Anglorum exhortatur, ut usque ad sex menses post susceptionem praesentium Berengariae quondam Anglorum reginae super eius dotalitio, medietate mobilium regis Ricardi et rebus aliis congrue satisfaciat aut amicabiliter cum ea componat. »Alioquin ex tunc in Sumersetsire manerium de Yvecestre *etc. etc.*, quae ad dotalitium praefatae reginae spectare noscuntur, necnon demania, maneria tua in praedictis comitatibus constituta, de quibus saepefata regina lanam debet habere, licet omnia praedicta ex alia causa supposita sint sententiae interdicti, propter hoc pari sententia specialiter decernimus alligata, ut in eis omnibus nequaquam interdicti sententia relaxetur donec super hoc satisfeceris competenter.« xii kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 223 ed. Baluze II. 253; Opp. ed. Migne II. 1537; Rymer Foed. I. (1745.) 49. — »Quantum celsitudini regiae.«

» 21 » (3619) Roffensi et Sarisberiensi episcopis mandat, ut epistolam superiorem Iohanni regi Anglorum exhibeant, praefatam sententiam publicent et sedi apostolicae intiment, qualiter in executione huius praecepti processerint. xii kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 224 ed. Baluze II. 255; Opp. ed. Migne II. 1539. — »Si carissimus in.«

» 22 » (3620) Abbatem et canonicos Dominici Templi cum omnibus bonis protegendos suscipit eisque s. Nicolai de Varvar Constantinopoli, s. Trinitatis Atheniensis *etc.* ecclesias confirmat. xi kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 250 ed. Baluze II. 263; Opp. ed. Migne II. 1555. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 23 » (3621) Monasterium s. Prosperi subtus civitatem Regii protegendum suscipit et omnes eius possessiones ac institutiones confirmat, quarum plurimas fuse recenset. x kal. Febr. indict. XI. (!) incarn. dom. a° 1208. pont. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 278 ed. Baluze II. 284; Opp. ed. Migne II. 1589; Margarini Bull. Casin. II. 235; *cf.* Affarosi Monast. di S. Prospero I. 158. — »Quotiens a nobis.«

» 23 » (3622) (Iohannem) regem Angliae familiariter petit, dulciter admonet, paterne consulit, benigne rogat, ut super ecclesiae Cantuariensis negotio sedi apostolicae et ecclesiae sine ulteriori mora satisfaciat. »Eligas ergo tam dulcibus monitis acquiescere; alioquin

**1209.**

coelum et terram contra te in testimonium invocamus, quod ex pertinacia tua, non ex nostra severitate continget, si manum apostolicam in te pateris aggravari.« x kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 221 ed. Baluze II. 252; Opp. ed. Migne II. 1535; *sine signo chronol.* ap. Wilkins Concil. I. 526. — »More pii patris.«

Ianr. 23 Laterani (3623) Athenienses et archiepiscopum et ecclesiam cum omnibus bonis sub protectione b. Petri suscipit. x kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 238 ed. Baluze II. 260; Opp. ed. Migne II. 1549. — »Cum a nobis.«

» 23 » (3624) Hugonem canonicum Thebanum tuendum suscipit eique ecclesiam de Kalenda confirmat. x kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 239 ed. Baluze II. 261; Opp. ed. Migne II. 1549. — »Cum a nobis.«

» 23 » (3625) Roberti de Suciaco canonici Atheniensis protectionem suscipit eique praebendam, quam in Atheniensi ecclesia assecutus est, confirmat. x kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 240 ed. Baluze II. 261; Opp. ed. Migne II. 1550. — »Cum a nobis.«

» 23 » (3626) Magistri Guillelmi canonici Thebani tutelam suscipit eique ecclesiam s. Iohannis de Araquio confirmat. x kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 241 ed. Baluze II. 261; Opp. ed. Migne II. 1550. — »Cum a nobis.«

» 23 » (3627) Hugonem canonicum Thebanum protegendum suscipit eique praebendam quam in Thebana ecclesia assecutus est, confirmat. x kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 242 ed. Baluze II. 261; Opp. ed. Migne II. 1550. — »Cum a nobis.«

» 23 » (3628) Magistrum Randulphum decanum Davaliensem sub sua protectione suscipit eique decanatum Davaliensis ecclesiae confirmat. x kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 243 ed. Baluze II. 261; Opp. ed. Migne II. 1550. — »Cum a nobis.«

» 23 » (3629) Archiepiscopo Larisseno et Citriensi et Nazorescensi electis scribit, Atheniensem archiepiscopum timore ductum Ottoni de Rocca domino Athenarum uxorato quendam personatum Atheniensis ecclesiae, qui thesauraria vulgariter appelletur, contulisse; mandat eis, ut quod per illum super hoc in praeiudicium ipsius ecclesiae invenerint attentatum, in statum debitum revocent. x kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 244 ed. Baluze II. 261; Opp. ed. Migne II. 1550. — »Ad nostram noveritis.«

» 24 » (3630) Atheniensi archiepiscopo concedit, ut canonicos suae ecclesiae, qui in ea personaliter deservire nolunt, ad debitam residentiam faciendam per censuram ecclesiasticam compellat. ix kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 246 ed. Baluze II. 262; Opp. ed. Migne II. 1551. — »Proposuisti nobis in.«

» 24 » (3631) Balmo Thessalonicensi comestabulo, Ottoni de Rocca domino Athenarum, .. marchioni, .. domino Nigripontis, T. de Ostremuncout et aliis principibus Romaniae mandat, ut ecclesias et abbatias, personatus et redditus, quos detinent occupatos, ecclesiis quibus debentur liberaliter resignent et decimas eis integre persolvant; alioquin Thessalonicensis et Larissensis archiepiscopi et episcopus Davaliensis illos ad hoc compellent. ix kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 245 ed. Baluze II. 261; Opp. ed. Migne II. 1551. — »Quanto personas vestras.«

» 25 » (3632) Nazorescensi archiepiscopo concedit, ut canonicos suae ecclesiae, qui in ea personaliter deservire nolunt, ad debitam residentiam per censuram ecclesiasticam compellat. viii kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 247 ed. Baluze II. 262; Opp. ed. Migne II. 1552. — »Proposuisti nobis in.«

» 28 » (3633) (Bertrando) episcopo et S. Petri ac de Secureto abbatibus Aniciensibus mandat, ut canonicis Brivatensis ecclesiae, quotiens ab eis requisiti fuerint, iustitiae plenitudinem exhibeant de eorum malefactoribus in Claromontensi, Aniciensi et Mimatensi diocesibus. v kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 228 ed. Baluze II. 258; Opp. ed. Migne II. 1544. — »Licet ex iniuncto.«

» 28 » (3634) Praeposito et capitulo Brivatensibus nunciat, se eorum ecclesiam in capite liberam esse decernere; membra eius Claromontensi episcopo adiudicat, illis duntaxat exceptis super quibus probari poterit legitima praescriptio. v kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 225 ed. Baluze II. 255; Opp. ed. Migne II. 1540. — »Cum dilecti filii.«

» 29 » (3635) Abbati S. Genovefae, archidiacono et magistro P. Peverel canonico Parisiensibus mandat, ut quidquid contra Morinensem electum post appellationem eius ad sedem apostolicam attentatum invenerint, irritum decernant, ac eum ab eius archiepiscopo in episcopum consecrari procurent, si ipsis constiterit per originales testium depositiones cum transcriptis collatas, in praefati electi nominatione canonicorum maiorem partem convenisse. iv kal. Febr. a° 11°. || I-i Ep. lib. 11. n° 226 ed. Baluze II. 256; Opp. ed. Migne II. 1542. — »De prudentia dilectorum.«

» 30 » (3636) Eisdem mandat, ut, adversariis Morinensis electi citatis et infra triginta dies non comparentibus, contra eos secundum sedis apostolicae litteras procedant. iii kal. Febr.

**1209.**

| | | |
|---|---|---|
| | | aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 227 ed. Baluze II. 258; Opp. ed. Migne II. 1544. — »Ne pastoralis provisio.« |
| Febr. 3 | Laterani | (3637) Capitulo Bivinensi donationes et concessiones casalium, videlicet s. Petri in Drugazzano, Balnei *etc.*, quas Robertus olim palatinus comes Loretelli Bivinensi fecit ecclesiae, nec non antiquas consuetudines et iura per eundem comitem obtenta confirmat. III non. Febr. indict. XI(!). incarn. domin. aº 1208. pont. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 279 ed. Baluze II. 285; Opp. ed. Migne II. 1591; Ughelli Ital. sacra VIII. 259. — »Cum a nobis.« |
| » 3 | » | (3638) Philippum regem Francorum rogat, ut aliquem virum auctoritate regia in capitaneum praeficiat eis qui ad expugnandos haereticos Provinciales se accingunt. III non. Febr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 229 ed. Baluze II. 258; Opp. ed. Migne II. 1545; Bouquet Rec. XIX. 513. — »Religiosa fides et.« |
| » 3 | » | (3639) Universos fideles in obsequium Christi contra Provinciales haereticos certaturos rogat ac monet, ut postpositis omnibus quae eorum sanctum agonem impedire possint, unitatis concordiam servent. III non. Febr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 230 ed. Baluze II. 258; Opp. ed. Migne II. 1545; Cocquelines Bullar. III. 130. nº 64; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 227; Bouquet l. c. 513. — »Benedicti vos in.« |
| » 3 | » | (3640) Eisdem signatis vel signandis tam in regno quam extra regnum Franciae constitutis nunciat, se constituisse, ut eorum personae ac possessiones sub protectione sedis apostolicae maneant. III non. Febr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 231 ed. Baluze II. 259; Opp. ed. Migne II. 1546. — »Cum orthodoxae fidei.« |
| » 3 | » | (3641) (Hugoni) Regensi et (Navarro) Consoranensi episcopis ac Cisterciensi abbati apostolicae sedis legatis mandat, ut Guidonem comitem Alverniensem, qui circa captionem (Roberti) Claromontensis episcopi graviter excesserat, absolvant, si hoc ecclesiae noverint expedire. III non. Febr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 234 ed. Baluze II. 259; Opp. ed. Migne II. 1547; Baluze Hist. généal. de la maison d'Auvergne II. 79; Bouquet Rec. XIX. 515. — »Licet nobilis vir.« |
| ( » 3) | ( » ) | (3642) Eisdem requirentibus intimat, qualiter procedendum sit circa comitatum Melgoriensem b. Petri iuris et proprietatis existentem fideli exercitui signatorum, ut divisos ab ecclesiae unitate divisim capere studeant et tunc ad extirpandos alios haereticos transeant; circa comitis Tolosani negotium procedant, prout ad utilitatem ecclesiae viderint expedire. *Sine die, mense et loco.* ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 232 ed. Baluze II. 259; Opp. ed. Migne II. 1546; Bouquet l. c. 514. — »Licet nobis iamdudum.« |
| » 3 | » | (3643) Eosdem monet, ut litteris apostolicis super negotio signatorum et haereticorum excidio ad ipsos destinatis utentes prudenter circa singula procedant. III non. Febr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 233 ed. Baluze II. 259; Opp. ed. Migne II. 1547. — »Super negotio.« |
| » 3 | » | (3644) (Arnaldum) Cisterciensem abbatem apostolicae sedis legatum vituperat, quod, cum Londoniensis episcopus et coexecutores Cisterciensis ordinis monasteria sic arcte interdicto conclusissent quominus possent secundum indulta eis apostolica privilegia celebrare, consultus consulentibus respondit »ut nisi rescripti papalis copia eis fieret vel si forsan illud obtentum per subreptionis vitium appareret, per appellationis obiectum se a praefatis executoribus tuerentur.« III non. Febr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 235 ed. Baluze II. 260; Opp. ed. Migne II. 1547. — »Licet aequanimiter tulissemus.« |
| » 4 | » | (3645) Heliensi episcopo mandat, ut, si secundum diversas locorum consuetudines diversas habere noverit praecentores in Anglicanis ecclesiis dignitates, B. praecentorem illam habere faciat in Londoniensi ecclesia dignitatem, quam habent alii praecentores in aliis ecclesiis Anglicanis. II non. Febr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 248 ed. Baluze II. 262; Opp. ed. Migne II. 1552; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 3 *de consuet.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 430; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 4 *de cons.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 31; ap. Richter Corp. II. 37. — »Cum olim venerabilis.« |
| » 5 | » | (3646) (Willelmo) Burdegalensi archiepiscopo mandat, ut magistro Fulch(erio?) in Xanctonensi ecclesia assignet praebendam, quam Calo dominus de Ponte papae ipsi resignavit. Non. Febr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 236 ed. Baluze II. 260; Opp. ed. Migne II. 1548. — »Licet super omnium.« |
| » 5 | » | (3647) Abbati S. Auberti, decano et magistro R. de Bekerel canonico Cameracensibus mandat, ut Aegidium sacerdotem ab abbate et conventu S. Michaelis ad ordinem presbyteratus praesentatum admittant. Non. Febr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 237 ed. Baluze II. 260; Opp. ed. Migne II. 1549. — »Cum olim abbati.« |
| » 6 | » | (3648) Larisseno archiepiscopo et episcopo Davaliensi et Citriensi electo mandat, ut, si necessitas exposcat, canonicis Cermopilensis (*al.* Thermopylensis) ecclesiae sine praeiudicio monachorum in abbatia quae Communio vulgariter appellatur in proprio Cermopilensis ecclesiae fundo sita commorandi licentiam tribuant, donec alias provideatur eisdem. VIII id. Febr. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 11. nº 252 ed. Baluze II. 265; Opp. ed. Migne II. 1557. — »Venerabilis fratris nostri.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1209.** |
| Febr. 10 | Laterani | (3649) Hubaldo episcopo in archiepiscopum Ravennatem electo mandat, ut Ioachimo S. Fridiani Lucani canonico, inquisita veritate cur hic episcopatui Serzenati cesserit, licentiam tribuat accedendi ad regimen ecclesiae Faventinae. IV id. Febr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 249 ed. Baluze II. 262; Opp. ed. Migne II. 1553; Collect. III. decret. lib. 1. tit. 8 *de renunt.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 453; *fragm. int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 9 *de renunt.* c. 11 ap. Boehmer II. 95; ap. Richter Corp. II. 107. — »Post translationem tuam.« |
| » 11 | » | (3650) Abbati et conventui S. Mauri Andegavensis ius patronatus ecclesiae s. Petri de Culturis adiudicat, imponens Andegavensi ecclesiae super hoc silentium. III id. Febr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 253 ed. Baluze II. 265; Opp. ed. Migne II. 1557. — »Cum causam quae.« |
| » 12 | » | (3651) (Iordano) episcopo et capitulo ecclesiae Lexoviensis concedit, ut ii, quibus thesaurariam et praebendam in ipsorum ecclesia a papa reservatas contulerunt, eas retineant, dummodo quod sic actum est, de iure stare possit. II id. Febr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 254 ed. Baluze II. 265; Opp. ed. Migne II. 1558. — »Cum thesaurariam pariter.« |
| » 12 | » | (3652) Abbati Molismensi gratulatur de laudabili regiminis sui monasterii cura et, ut melius et liberius utilitates eiusdem abbatiae promovere possit, eum ac conventum ab abbatis Cisterciensis visitatione reddit absolutos, ne praetextu huius visitationis ius correptionis perpetuae ibidem usurpari valeat. II id. Febr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 251 ed. Baluze II. 264; Opp. ed. Migne II. 1555. — »Cum olim ad.« |
| » 12 | » | (3653) Auriensi episcopo respondet, »quod per intitulationem a rectoribus parochialium ecclesiarum factam nullum patronis praeiudicium generatur, quin possint alios ad ipsas ecclesias, cum vacaverint, praesentare, nisi de patronorum processerit assensu.« II id. Febr. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 258 ed. Baluze II. 268; Opp. ed. Migne II. 1563; Collect. III. decret. lib. 3. tit. 30 *de iure patron.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 548; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 38 *de iure patron.* c. 30 ap. Boehmer Corp. II. 583 (*tributa* a° 1214); ap. Richter Corp. II. 596. — »Postulasti per sedem.« |
| » 13 | » | (3654) Berardo Atheniensi archiepiscopo postulante Atheniensem ecclesiam sub sua protectione suscipit et omnes eius possessiones, institutiones, libertates et immunitates, quarum plurimas fuse recenset, confirmat. Id. Febr. indict. XI (!). incarn. dom. a° 1208. pont. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 256 ed. Baluze II. 266; Opp. ed. Migne II. 1559; Cocquelines Bullar. III. 130. n° 65; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 228. — »Antiquam Atheniensis gloriam.« |
| » 16 | » | (3655) (Radulfo) episcopo Atrebatensi, de Dunis et Ursicampi abbatibus Morinens. et Noviomens. dioec. causam super donatione sex praebendarum sacerdotalium committit diiudicandam inter praepositum G. Ariensem ac decanum Atrebatensem et comitissam Flandrensem. XIV kal. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 255 ed. Baluze II. 266; Opp. ed. Migne II. 1559; Collect. III. decret. lib. 2. tit. 12 *de testib.* c. 13 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 491; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de testib.* c. 40 ap. Boehmer Corp. II. 308 (*ubi refertur ad* a. 1210); ap. Richter Corp. II. 321. — »Dilecto filio G.« |
| » 16 | » | (3656) (Petro) Parisiensi episcopo exponit, quid sit saeculari curiae clericum tradere; tum ei consulit, ut clericum quendam falsarium in perpetuo carcere includat pane et aqua sustentandum. XIV kal. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 257 ed. Baluze II. 268; Opp. ed. Migne II. 1562; Collect. IV. decret. lib. 5. tit. 16 *de verb. sign.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 692; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 40 *de verb. sign.* c. 27 ap. Boehmer l. c. 875 (*relata ad* a. 1208); ap. Richter l. c. 886. — »Novimus expedire ut.« |
| » 19 | » | Universis episcopis per Angliam: »XI kal. Mart. a° 11°.« ‖ Wilkins Conc. I. 527, *vid.* 1209. Febr. 21. n° 3658. |
| » 20 | » | (3657) (Gaufrido) Meldensi electo, abbati S. Genovefae et Guilelmo archidiacono Parisiensibus praecipit, ut inquirant de canonica (Roberti) primicerii Virdunensis electione in Virdunensem episcopum ac eius consecratione per (Iohannem) Treverensem archiepiscopum; tum causam sufficienter instructam ad sedem apostolicam remittant. X kal. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 261 ed. Baluze II. 269; Opp. ed. Migne II. 1565. — »Dilectus filius magister.« |
| » 21 | » | (3658) Universis episcopis per Angliam constitutis praecipit, ut abbates vel priores Cisterciensis ordinis monasteriorum, qui non solum interdictum pro negotio Cantuariensis ecclesiae generaliter promulgatum appellationis praetextu temere violarunt, verum etiam in campanis sonantibus ac boantibus cantilenis, apertis ianuis et ad communionem aliis invitatis solemnius praesumpserunt solito celebrare, suspendant et ad sedem apostolicam ad satisfaciendum de tanto contemptu per censuram ecclesiasticam accedere compellant. IX (XI *Wilk.*) kal. Mart. a° 11°. ‖ I-i Ep. lib. 11. n° 259 ed. Baluze II. 268; Opp. ed. Migne II. 1563; Wilkins Concil. I. 527. — »Cum Cisterciensis ordinis.« |
| » 21 | » | (3659) (Arnaldo) abbati Cisterciensi apostolicae sedis legato de superiore ad universos Angliae episcopos epistola significat eumque monet, ut sic alios sui ordinis a simili |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1209.** |
| | | certaminis agone contendat.« II kal. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 104 ed. Baluze II. 362; Opp. ed. Migne III. 118. — »Suggestor scelerum serpens.« |
| Nov. 2 | Laterani | (3812) Poncio Lugdunensi concedit, ut decimas possessionum castri de Keriscoth et Calavath cum episcopi diocesani assensu ecclesiae eiusdem castri conferat. IV non. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 112 ed. Baluze II. 377; Opp. ed. Migne III. 146. — »Cum a nobis.« |
| » 2 | » | (3813) (Thomae) Constantinopolitano patriarchae mandat, faciat ut G. clericus Henrici Constantinopolitani imperatoris in ecclesia s. Sophiae in canonicum recipiatur. IV non. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 113 ed. Baluze II. 378; Opp. ed. Migne III. 147; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 109. — »Si preces apostolicas.« |
| » 2 | » | (3814) Varissiensi, Thebano et Larissensi archiepiscopis mandat, ut, si Henricus Constantinopolitanus imperator de aliquo tam latinorum quam graecorum archiepiscoporum et imperialium monasteriorum abbatum de toto imperio Romaniae, qui ei recusant fidelitatem debitam exhibere, suam coram ipsis deposuerit questionem, illos ad id per censuram ecclesiasticam cogant. IV non. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 114 ed. Baluze II. 378; Opp. ed. Migne III. 147; Tafel l. c. 110. — »Carissimus in Christo.« |
| » 2 | » | (3815) Archiepiscopo Varissiensi, episcopo Salimbriensi et decano S. Mariae de Blakerna Constantinopolitano mandat, ut (Thomam) patriarcham Constantinopolitanum, qui in praeposituris ad Henricum Constantinopolitanum imperatorem spectantibus pro suae voluntatis arbitrio volens praepositos ordinare praepositos institutos in eis et earundem clericos tamquam excommunicatos evitet, moneant ut praepositos institutos taliter in pace dimittat, ne inter eum ac imperatorem possit scandalum exoriri. IV non. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 115 ed. Baluze II. 378; Opp. ed. Migne III. 147; Tafel l. c. 111. — »Gravem ad nos.« |
| » 4 | » | (3816) (Thomae) patriarchae Constantinopolitano mandat, ut praepositos in praeposituris ad Henricum Constantinopolitanum imperatorem spectantibus institutos taliter in pace dimittat, ne inter ipsum ac imperatorem possit scandalum exoriri. II non. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 116 ed. Baluze II. 378; Opp. ed. Migne III. 148; Tafel l. c. 111. — »Gravem ad nos.« |
| » 4 | » | (3817) Eidem mandat, ut unionem episcopatuum Dan. et Euthlochi existentium in parte Henrici Constantinopolitani imperatoris et archiepiscopatui Erachiensi existenti in parte Venetorum ab ipso coniunctorum revocet. II non. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 117 ed. Baluze II. 378; Opp. ed. Migne III. 148; Tafel l. c. 112. — »Oblata nobis carissimi.« |
| » 4 | » | (3818) Archiepiscopo Varissiensi, episcopo Salimbriensi et decano S. Mariae de Blakerna Constantinopolitano de superiore ad (Thomam) patriarcham Constantinopolitanum epistola significat eisque mandat, ut, si dictus patriarcha mandatum sedis apostolicae neglexerit adimplere, id quod in praeiudicium ipsius imperatoris super praemissis praesumptum invenerint, legitime revocent. II non. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. *in* n° 118 ed. Baluze II. 379; Opp. ed. Migne III. 148; Tafel l. c. 113. — »Oblata nobis carissimi.« |
| » 7 | » | (3819) Adulpho quondam Coloniensi archiepiscopo provisionem 250 marcarum, quam ei (Bruno) Coloniensis archiepiscopus assensu priorum et conniventia nobilium terrae ac ministerialium et civium Coloniensium ad mandatum sedis apostolicae percipiendam annis singulis assignavit, confirmat. VII id. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 110 ed. Baluze II. 375; Opp. ed. Migne III. 142. — »Solet annuere sedes.« |
| » 9 | » | (3820) H(enrico) regi Ungariae consulit, ut, si fieri possit absque regni sui periculo, votum transeundi in Terram sanctam solvat. (V id. Nov. a° 5° *addunt Dobn., Fej.*). ‖ Bréquigny Dipl. II. I. 172; I-i Opp. ed. Migne I. 1100; Dobner Monum. II. 328; Katona Hist. crit. IV. 634; Fejér Cod. dipl. II. 393; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1202 § 9. — »Regiae magnitudinis litteras.« |
| » 9 | » | (3821) (Manassi) Autissiodorensi et (Guillelmo) Aurelianensi episcopis et (Reginaldo) decano Autissiodorensi mandat, faciant ut sententia excommunicationis firmiter observetur, qua illi, qui post expugnatam a crucesignatis Carcassonam pecuniam et alia ad valentiam 5000 librarum Simoni comiti de Monteforti et aliis subripuerant, a legatis sedis apostolicae et ab ipsis episcopis adstricti sunt. V id. Nov. a° 12°. ‖ Tissier Bibl. Cisterc. VII. 71; Bouquet Rec. XIX. 525; Mahul Cartul. V. 326. — »Porrecta nobis dilecti.« |
| » 9 | » | (3822) Abbati de Vallibus Cisterc. ord. mandat, ut iuxta (Arnaldi) abbatis Cisterciensis apostolicae sedis legati monitionem ad terram nuper ab haeretica pravitate mundatam accedat, Simoni de Monteforti et aliis ibidem ad Dei servitium residentibus salutare consilium praebiturus. V id. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 132 ed. Baluze II. 383; Opp. ed. Migne III. 157. — »Cum dilectus filius.« |
| » 9 | » | (3823) Roberto de Malovicino, matre et uxore eius petentibus eleemosynas ab eis collatas piis locis confirmat. V id. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 133 ed. Baluze II. 384; Opp. ed. Migne III. 157. — »Solet annuere sedes.« |

**1209.**

Nov. 9 — Laterani — (3824) Monialibus Parrasii Cisterc. ord. eleemosynas quas Robertus de Malovicino ac mater ipsius eis contulerunt et alia bona ecclesiae suae confirmat. v id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 134 ed. Baluze II. 384; Opp. ed. Migne III. 157. — »Iustis petentium desideriis.«

» 9 — » — (3825) Galtero presbytero ecclesiae de Corberon eleemosynas a Roberto de Malovicino ei collatas et alia bona ecclesiae suae confirmat. v id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 135 ed. Baluze II. 384; Opp. ed. Migne III. 158. — »Cum a nobis.«

» 10 — » — (3826) Abbati et priori S. Victoris et priori S. Genovefae Parisiensibus mandat, ut eleemosynas a Roberto Malovicino eiusque matre piis locis concessas pacifice possideri faciant. iv id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 130 ed. Baluze II. 383; Opp. ed. Migne III. 156. — »Praesentium vobis auctoritate.«

» 10 — » — (3827) (Arnaldo) abbati Cisterciensi apostolicae sedis legato mandat, ut cum episcopi dioecesani consensu Roberto Malovicino terram ab haereticis incolis expiatam habitanti clericum religiosum vel secularem deputet, cuius consilio tam ipse quam eius uxor ad salutem animarum utantur. iv id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 131 ed. Baluze II. 383; Opp. ed. Migne III. 157. — »Profecturus ad habitandum.«

» 11 — » — (3828) (Michaeli) Arelatensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut subditos suos hortentur ad reliquias pestis haereticae extirpandas; creditores eorum qui auxilium ecclesiae impendent, per censuram ecclesiasticam compellant, ut ab usurarum exactione desistant ac terminos ad solutionem debitorum praefixos elongent; tum universos clericos moneant, ut ad defensionem terrarum, quibus Simon deMonteforti praefectus est, et ad eius sustentationem partem aliquam de proventibus suis transmittant, ac Iudaeos procurent compelli ut usuras debitoribus suis in Dei obsequium profecturis relaxent et prorogent terminos ad solutionem sortis praefixos. iii (ii *Teul.*) id. Nov. pont. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 136 ed. Baluze II. 384; Opp. ed. Migne III. 158; Bouquet Rec. XIX. 528; Teulet Layettes I. 340; Cocquelines Bullar. III. 135. n° 70; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 236. — »Gloriantes hactenus in.«

* *In eundem modum* (Amadeo) Bisuntino archiepiscopo et suffraganeis eius,
» » » (?) Viennensi » » » » »,
» » » (?) Aquensi » » » » »,
» » » (Berengario) Narbonensi » » » » »,
» » » )Rainaldo) Lugdunensi » » » » »,
» » » (?) Ebredunensi » » » » »,
» » » (?) Auxitano » » » » » (Teulet Layettes I. 340.)

*In eundem fere modum* (Guilelmo) Albiensi episcopo,

*In eundem modum* (?) Ruthenensi episcopo,
» » » (?) Agennensi episcopo,
» » » (?) Caturcensi episcopo.

» 11 — » — (3829) Consules Arelatenses rogat et monet, ut reliquiis pestis haereticae extirpandis operam suam et praesentiam exhibere studeant. iii id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 137 ed. Baluze II. 385; Opp. ed. Migne III. 160; Bouquet Rec. XIX. 529. — »Gloriantes hactenus in.«

* *In eundem modum* Avinionensibus consulibus — Consulibus S. Aegidii — Consulibus Nemausensibus — Consulibus Montispessulani — Amalrico et civibus Narbonensibus (13. Nov.) — Consulibus Terasconensibus — Comiti Sancio — Comiti Savoyae — Comiti Gebennensi — Comiti Stephano — Comiti W. Matisconensi.

*In eundem fere modum* Nobili viro Folcalcariensi comiti.

» 11 — » — (3830) Ottonem Romanorum imperatorem semper augustum rogat et monet, ut, cum provincia Narbonensis ab haeretica pravitate mundata Simoni de Monteforti commissa sit, ei ad extirpandas reliquias huius pestis consilium et auxilium transmittat. iii id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 124 ed. Baluze II. 381; Opp. ed. Migne III. 153; Bouquet Rec. XIX. 527. — »Licet ad promovendum.«

» 11 — » — (3831) Regi Aragonum scribit idem et addit: »Illud te ab huiusmodi non revocet pietate, quod pro suspecto paganorum incursu ad exterminandum pestilentes iam dictos tibi sit opera minor danda.« iii id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 125 ed. Baluze II. 382; Opp. ed. Migne III. 154; Aguirre Conc. Hisp. V. 145. — »Licet ad promovendum.«

* *In eundem modum* Regi Castellae.

» 11 — » — (3832) Abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis in partibus Narbonensibus, Biterrensibus, Tolosanis et Albigensibus constitutis mandat, ut ea penes ipsos ab haereticis deposita Simoni de Montiforti, cui noviter commissa sit terra de huiusmodi pestilentium sordibus

**1209.**

expiata, assignent et tradant. III id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 11. n° 126 ed. Baluze II. 382; Opp. ed. Migne III. 154; Bouquet Rec. XIX. 529. — »Optaveramus ut orthodoxae.«

Nov. 11 Laterani (3833) Simoni de Montiforti significat, se eius petitiones admisisse confirmando ei et heredibus eius terras haereticorum, et hortando Ottonem imperatorem Romanorum, Aragonum ac Castellae reges, ut ipsi succurrant; monet eum, ut id quod ecclesiae Dei eius et aliorum laboribus sit acquisitum, studeat conservare ac taliter iuxta mandatum legatorum sedis apostolicae ad extirpandas reliquias haereticae pravitatis intendere, ut gratiam divinam et papalem inde possit uberius promereri. III id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 123 ed. Baluze II. 381; Opp. ed. Migne III. 152; Bouquet l. c. 526. — »Nuntios et apices.«

» 12 » (3834) Simoni de Monteforti comiti Lecestriae vicecomiti Biterrensi Carcassonensem et Biterrensem civitates ac alias haereticorum terras pro tutela pacis et fidei defensione a principibus exercitus contra fidei subversores congregati ei concessas confirmat. II id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 122 ed. Baluze II. 380; Opp. ed. Migne III. 151; Bouquet l. c. 526; Mahul Cartul. V. 291; Teulet Layettes I. 339. n° 898. — »Habuisse baiulos dominici.«

» 12 » (3835) Abbati S. Victoris ac S. Genovefae et S. Victoris prioribus Parisiensibus praecipit, ut Robertum Malumvicinum pro ecclesiastica libertate pugnantem, filiam eius, matrem ac sororem defendant ac per censuram ecclesiasticam compellant eos, qui praefatum virum molestare praesumpserint, ad satisfaciendum de damnis ac iniuriis ei illatis. II id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 127 ed. Baluze II. 382; Opp. ed. Migne III. 155. — »Attendentes devotionem dilecti.«

» 12 » (3836) Eisdem mandat, ut Buchardum pro ecclesiastica libertate pugnantem ac matrem eius viduam defendant. II id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 128 ed. Baluze II. 383; Opp. ed. Migne III. 156. — »Attendentes devotionem dilecti.«

» 12 » (3837) In causa monasterii s. Emmerami contra nobilem virum A. iuvenem Lupum, W. militem de Benteling, nobilem virum A. Luceman, O. fratrem eius Eistetensis diocesis, qui per incendium eandem ecclesiam 300 libris amplius damnificaverint, abbatem de Prüle ac praepositum et decanum Ratisponenses iudices denominat. II id. Nov. a° 12°. | Ratisbona Monast. Liber probat. 161. n° 63. — »Ex parte abbatis.«

» 12 » Auxitanensi archiepiscopo et suffraganeis eius: »II id. Nov. a° 12°«. || Teulet Layettes I. 340, *vid.* 1209. Nov. 11. n° 3828.

» 13 » (3838) Barones et milites, qui cum Simone de Monteforti de signatorum exercitu remanserunt, rogat ut illi adesse perseverent, cum novum auxilium eis ad proximum pascha transmittendum sit. Id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 129 ed. Baluze II. 383; Opp. ed. Migne III. 156; Bouquet Rec. XIX. 529. — »Devotionem vestram dignis.«

» 13 » (3839) A(malricum) et cives Narbonenses monet, ut ad reliquias haereticae pravitatis extirpandas Simoni de Monteforti et ecclesiae auxilium impendant. Id. Nov. a° 12°. | Tissier Bibl. Cisterc. VII. 71; Hist. Albigens. 323; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1209 § 27. — »Gloriantes hactenus in.«

» 13 » (3840) (Leopoldum) ducem Austriae monet, ut bona (Ecberti) episcopi Papembergensis eiusque ecclesiae, quae detineat occupata, cum fructibus medio tempore perceptis ex eis dicto episcopo sine difficultate restituat; alioquin (Eberhardus) Salzeburgensis archiepiscopus eum ad id per excommunicationis sententiam compulsurus sit. Id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 121 ed. Baluze II. 380; Opp. ed. Migne III. 151. — »Quantumcunque sit detestabile.«

» 13 » (3841) Ottoni Romanorum imperatori semper augusto scribit, detestandum esse et iniquum iudicium quod contra (Ecbertum) Pabembergensem episcopum occasione necis Philippi quondam ducis Sueviae nimis extiterit inordinate praesumptum: »quoniam etsi forte culpabilis super hoc idem episcopus potuisset ostendi, ordinato tamen et aequo debuerat examine iudicari. Unde nos ipsum negotium volentes reducere ad tramitem rationis, dudum Hugolino Hostiensi episcopo et Leoni tit. S. Crucis presbytero cardinali tunc apostolicae sedis legatis illud commisimus sub hac forma, ut si super nece praedicti ducis, accusatore contra praedictum episcopum legitimo comparente, fuisset coram ipsis culpabilis comprobatus, ab omni eum officio et beneficio ecclesiastico deponere procurarent; alioquin indicerent ei purgationem canonicam. .... Ad abundantiorem tamen cautelam (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et (Ottoni) Herbipolensi episcopo et (Henrico) abbati Fuldensi damus in praeceptis, ut in statum pristinum revocent quicquid contra saepefatum episcopum vel ipsius ecclesiam perperam invenerint attentatum ... et si super nece praefati ducis, accusatore legitimo infra tres menses contra dictum episcopum comparente, culpabilis coram eis fuerit comprobatus, ab omni eum officio et beneficio ecclesiastico deponere non postponant.« Rogat eum, efficiat diligenter, ut quod a sede apostolica sit provisum, efficaciter impleatur. Id. Nov. a° 12°. || I-i Ep. lib. 12. n° 118 ed. Baluze II. 379; Opp. ed. Migne III. 149; Lünig Reichs-Arch. Pars gener. Cont. II. 1529. — »Quantumcunque sit detestabile.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1209.** |
| Nov. 13 | Laterani | (3842) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino, (Ottoni) Herbipolensi episcopo et (Henrico) abbati Fuldensi mandat, quae in epistola antecedenti Ottoni imperatori scripsit. Id. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 119 ed. Baluze II. 380; Opp. ed. Migne III. 150. — »Quantumcunque sit detestabile.« |
| » 13 | » | (3843) (Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo mandat, ut, si (Leopoldus) dux Austriae, a sede apostolica monitus, bona (Ecberti) Pabembergensis episcopi et ecclesiae eius, quae occasione huiusmodi detineat occupata, eidem episcopo non restituat, illum ad id per excommunicationis sententiam in personam et interdicti in terram suam compellat. Id. Nov. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 120 ed. Baluze II. 380; Opp. ed. Migne III. 150. — »Quantumcunque sit detestabile.« |
| » 23 | » | (3844) Archiepiscopo Eracliensi, Salimbriensi episcopo et decano de Blakerna Constantinopolitano mandat, ut excommunicationis sententiam a (Thoma) Constantinopolitano patriarcha in homines de Spigant promulgatam faciant observari. ix kal. Dec. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 144 ed. Baluze II. 387; Opp. ed. Migne III. 164; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 116. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 23 | » | (3845) Eisdem mandat, cogant quosdam clericos et laicos in partibus Romaniae per censuram ecclesiasticam, ut (Thomae) patriarchae Constantinopolitano monasteria patriarchalia contra iustitiam ab eis detenta, videlicet quae ad patriarchae iurisdictionem de iure spectant, restituant. ix kal. Dec. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 145 ed. Baluze II. 387; Opp. ed. Migne III. 164; Tafel l. c. 116. — »Ex conquestione venerabilis.« |
| » 23 | » | (3846) (Thomae) Constantinopolitano patriarchae, cui, cum per Venetias ad ecclesiam Constantinopolitanam properans creditoribus satisfacere non posset de pecunia mutuata, Veneti super confirmatione quarundam ecclesiarum quas Constantinopoli detinebant coactione extorserant publicum instrumentum, scribit, se decernere instrumentum ipsum viribus omnino carere. ix kal. Dec. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 140 ed. Baluze II. 387; Opp. ed. Migne III. 162; Tafel l. c. 113. — »Sicut ea quae.« |
| » 23 | » | (3847) Eidem concedit, ut ab ecclesiis suae diocesis cathedraticum exigere possit et per censuram ecclesiasticam Graecos cogere ad decimas ei debitas persolvendas. ix kal. Dec. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 141 ed. Baluze II. 387; Opp. ed. Migne III. 163; Tafel l. c. 114. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 23 | » | (3848) Eidem concedit, ut illos qui ligna et arma prohibita Alexandriam deferant, per quae subsidia infidelibus subministrent, per censuram ecclesiasticam ad desistendum a sua temeritate cogat. ix kal. Dec. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 142 ed. Baluze II. 387; Opp. ed. Migne III. 163; Tafel l. c. 115. — »Cum avaritiae fervor.« |
| » 23 | » | (3849) Eidem significat, se Patracensi archiepiscopo nullum exemptionis privilegium concessisse. ix kal. Dec. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 143 ed. Baluze II. 387; Opp. ed. Migne III. 163; Tafel l. c. 115. — »Requisivit a nobis.« |
| » 24 | » | (3850) Episcopo Seguntino purgationem canonicam super quodam facinore indicit. viii kal. Dec. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 138 ed. Baluze II. 385; Opp. ed. Migne III. 160; Aguirre Conc. Hisp. V. 146. — »Olim nobis per.« |
| » 24 | » | (3851) Episcopo Segobiensi et Palentino electo et archidiacono Septempublicensi mandat, ut in negotio episcopi Seguntini iuxta praescriptam formam procedant. viii kal. Dec. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 139 ed. Baluze II. 386; Opp. ed. Migne III. 162; Aguirre l. c. 146. — »Olim per litteras.« |
| » 25 | » | (3852) Monasterium s. Mariae V. Dobaranense ord. Cisterc., abbate eiusque fratribus postulantibus, patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. vii kal. Dec. ind. XIII. incarn. dom. a° 1209. pont. a° 12°. ‖ Meklenb. UB. I. 180. n° 191. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 29 | » | (3853) (Alberico) archiepiscopo, decano et P. de Lagerio canonico Remensibus mandat, ut observari faciant quod definitive statuit de ecclesia quadam G. presbytero canonice collata ab (Haimardo) episcopo Suessionensi, cum suspensionis sententia in eundem episcopum lata nulla penitus extiterit. iii kal. Dec. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 146 ed. Baluze II. 388; Opp. ed. Migne III. 164. — »Cum dilecti filii.« |
| Dec. 3 | » | (3854) Abbati et canonicis S. Mariae de Stampis sententiam pro eis contra ecclesiam s. Crucis super iure subiectionis prolatam confirmat. iii non. Dec. a° 12°. ‖ Fleureau Antiq. d'Estampes 390. — »Quotiens postulatur a.« |
| » 3 | » | (3855) Abbatem et conventum de Ursin (ord. s. Ben. Basiliens. dioc.) cum omnibus bonis patrocinandos suscipit, specialiter autem eis ecclesiam s. Mariae de Ursin confirmat. iii non. Dec. a° 12°. ‖ Gerbert Nig. Silva III. 121; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 319. n° 3, *male ad* a. 1210. — »Solet annuere sedes.« |
| » 16 | » | (3856) Hugone praeposito eiusque fratribus postulantibus ecclesiam Berhthergadmensem ord. s. Aug. tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1209.** |
| | | nominatim enumerat, iura ac privilegia confirmat. xvII kal. Ianr. ind. XIII. incarn. dom. a° 1209. pont. a° 12°. ‖ Hund Metrop. Salisb. II. 163; Lünig l. c. 13. n° 15. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| Dec. 18 | Laterani | (3857) (Radulfo) decano, (Roberto) thesaurario et H(uberto) canonico Meldensibus mandat, ut sententiam, quam in quaestione inter M. viduam et Paganum clericum super dotalicio agitata abbas S. Victoris Parisiensis eiusque coniudices a sede apostolica delegati protulerunt, confirment vel infirment, sicut de iure fuerit faciendum. xv kal. Ianr. a° 12°. Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris II. 462 *in* n° 92. — »Ex insinuatione M.« |
| » 18 | » | (3858) Henrico abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Iohannis baptistae quod iuxta Magdeburg situm est, sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. xv kal. Ianr. indict. XIII. incarn. dom. a° 1209. pont. a° 12°. ‖ Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 17. — »Desiderium quod ad.« |
| » 19 | » | (3859) Praeposito et capitulo Pertesgadmensibus concessionem superlibera iurisdictione saecularium personarum infra terminos in ipsorum privilegiis comprehensos degentium, quam cl. mem. Heinricus imperator eorum ecclesiae fecerat, auctoritate apostolica confirmat. xIV kal. Ianr. a° 12°. ‖ Hund l. c. 167; Lünig l. c. 15. n° 16. — »Solet annuere sedes.« |
| » 20 | » | (3860) Fulconi priori et conventui S. Martini de Campis Parisiensis medietatem omnium proventuum ecclesiae s. Iacobi Parisiensis contra eiusdem archipresbyterum adiudicat. xIII kal. Ianr. a° 12°. ‖ I-i Ep. lib. 12. n° 147 ed. Baluze II. 389; Opp. ed. Migne III. 166. — »Olim coram dilecto.« |
| » 30 | » | (3861) (Hartwicum) archiepiscopum Salisburgensem eiusque suffraganeos conservatores monasterii Raitenhaslach Cisterc. ord. constituit. III kal. Ianr. a° 12°. ‖ Mon. Boic. III. 124. — »Non absque dolore.« |
| » 30 | » | • (3862) Abbati et conventui Novi Castri (Cisterc. ord.) compositionem de ecclesia Dangendorffensi initam confirmat. III kal. Ianr. a° 12°. ‖ Würdtwein Nova subsid. X. 257. |
| » 31 | » | (3863) Thomae provisori et fratribus religiosae domus pauperum scholarium s. Thomae Parisiensis significat, se prohibere, ne ullus fratrum absque licentia rectoris sui, nisi arctioris religionis obtentu, discedat; tum statuit ad indicium protectionis a sede apostolica perceptae, ut duos obolos aureos singulis annis exsolvant. II kal. Ianr. a° 12°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. II. 465, *fragm. — Initium deest.* |
| — | — | • (3864) (Eustachio) abbati et conventui S. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. concedit, ut in parochiis illis, in quibus ipsis veteres decimae sint concessae, novalium quoque pro portione, qua veteres eisdem contingant, percipere possint. ‖ Lokeren Abbaye de St. Bavon II. 165. |
| | | **1198—1209.** |
| — | — | (3865) Priori S. Frigdiani Lucano respondet, quid per censuram ecclesiasticam intelligi debeat, ac eidem significat, se statuere, »ut delegatus a sede apostolica non solum usque ad quadrimestre tempus, quod ad solvendum debitum a lege reo conceditur, sed usque ad integrum annum iurisdictionem sibi commissam ad exsequendum sententiam valeat exercere.« *Sine signo chronol.* ‖ Collect. III. decret. lib. 5. tit. 23 *de verb. signif.* c. 4 *et* lib. 1. tit. 18 *de off. iud. del.* c. 5 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 597, 460; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 40 *de verb. signif.* c. 20 *et* lib. 1. tit. 29 *de off. iud. del.* c. 26 ap. Boehmer Corp. II. 871, 152 (*ad* a. 1206 *et* 1205); ap. Richter Corp. II. 882, 164. — »Quaerenti quid per.« |
» 5 — » — (4034) Sydoniensi et Cardicensi episcopis et electo Nazorescensi mandat, compellant episcopum Dimicensem qui post tertium consecrationis suae diem ab ecclesia Dimicensi recesserat, ut ad eandem revertatur. III non. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 104 ed. Bosquet 98; ed. Baluze II. 464; Opp. ed. Migne III. 299. — »Significarunt nobis venerabilis.«

» 5 — » — (4035) Archiepiscopum Larissenum hortatur, ut paupertati Cardicensis episcopi succurrat. III non. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 106 ed. Bosquet 99; ed. Baluze II. 465; Opp. ed. Migne III. 300. — »Cum venerabilis frater.«

» 6 — » — (4036) Comestabulum Romaniae, dominum de Armiro, A. de Plaerio et alios barones et populos Latinos et Graecos in Cardicensi diocesi constitutos hortatur et monet, ut Cardicensi episcopo restituant singula quae detinent. II non. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 107 ed. Bosquet 99; ed. Baluze II. 465; Opp. ed. Migne III. 300. — »Sanctam Dei ecclesiam.«

» 7 — » — (4037) Archiepiscopo Neopatrensi, priori S. Demetrii Thessalonicensis et procuratori episcopatus Dimicensis mandat, faciant ut sententia excommunicationis pro Cardicensi episcopo lata contra fratres hospitalis s. Iohannis Ierosolymitani inviolabiliter observetur. Non. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 113 ed. Bosquet 101; ed. Baluze II. 466; Opp. ed. Migne III. 303. — »Lacrymabilem ven. fratris.« *Cf.* n° 4052.

» 7 — » — (4038) Abbati S. Mariae Rotundae possessionem pinetae adiudicat, de qua et quibusdam aliis causa inter eum et commune Ravennae diutius versa erat. Non. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 96 ed. Bosquet 92; ed. Baluze II. 461; Opp. ed. Migne III. 293; Margarini Bull. Casin. II. 241. — »Olim causam quae.«

» 7 — » — (4039) (Henricum) Constantinopolitanum imperatorem monet, permittat restituens ecclesiae Larissenae si quae de ipsius bonis detineat minus iuste, ut Larissenus archiepiscopus et suffraganei eius ecclesias, abbatias, clericos et possessiones, decimas et alia iura quae ad ecclesias pertinent eorundem, pacifice possideant. Non. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 100 ed. Bosquet 95; ed. Baluze II. 463; Opp. ed. Migne III. 297; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1210 § 29. — »Ad ecclesiastica bona.«

» 7 — » — (4040) Archiepiscopo Neopatrensi, episcopo Davaliensi et Avalonensi electo mandat, compellant abbatem de Plaerio et nobiles memoratos, ut monasteria, abbatias, ecclesias et possessiones alias ad Larissenum archiepiscopum eiusque suffraganeos de iure spectantes, quas contra iustitiam detinent occupatas, cum integritate restituant. Non. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 102 ed. Bosquet 97; ed. Baluze II. 464; Opp. ed. Migne III. 298. — »Conquesti sunt nobis.«

» 7 — » — (4041) Comestabulum Romaniae, W. de Larissa dominum de Armiro, et dominum de Valestino et alios barones ac milites provinciae Larissenae rogat, permittant restituentes ecclesiae Larissenae si quae de bonis ipsius minus licite detinent, ut archiepiscopus Larissenus et suffraganei eius ecclesias, abbatias, clericos, possessiones, decimas et alia iura pacifice possideant. Non. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 105 ed. Bosquet 98; ed. Baluze II. 464; Opp. ed. Migne III. 300. — »Ad ecclesiastica bona.«

» 10 — » — (4042) (Henricum) Constantinopolitanum imperatorem monet, ut relaxet edictum ab eo latum de non relinquendo possessiones ecclesiis. VI id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 98 ed. Bosquet 94; ed. Baluze II. 462; Opp. ed. Migne III. 296; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1210 § 29. — »Gravem venerabilium fratrum.«

» 10 — » — (4043) Eundem monet, ut barones, milites et alios nobiles Romaniae, qui monasteria, possessiones, homines, decimas tam Graecorum quam Latinorum, et alia bona ecclesiarum

**1210.**

suarum contra iustitiam detinent, ad restitutionem integram detentorum compellat. vi id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 99 ed. Bosquet 95; ed. Baluze II. 462; Opp. ed. Migne III. 296. — »Significantibus venerabilibus fratribus.«

Iul. 10 — Laterani — (4044) Thebano et Neopatrensi archiepiscopis *in eundem fere modum scriptum est de eadem re.* vi id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 99 ed. Bosquet 95; ed. Baluze II. 463; Opp. ed. Migne III. 297. — »Significantibus venerabilibus fratribus.«

» 10 — » — (4045) Archiepiscopo Neopatrensi, episcopo Davaliensi et electo Cytrensi mandat, compellant viduam marchionis Montisferrati, ut debitas decimas et ipsa persolvat Larisseno archiepiscopo et suffraganeis eius, et ab hominibus suis Graecis videlicet et Latinis persolvi permittat. vi id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 112 ed. Bosquet 101; ed. Baluze II. 466; Opp. ed. Migne III. 302. — »Conquesti sunt nobis.«

» 10 — » — (4046) Archiepiscopo Neopatrensi, episcopo Sydoniensi et electo Nazorescensi mandat, ne permittant, ut Cardicensis episcopus et ecclesia ei commissa ab aliquo indebite molestentur. vi id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 116 ed. Bosquet 103; ed. Baluze II. 467; Opp. ed. Migne III. 304. — »Cum venerabilem fratrem.«

» 10 — » — (4047) (Henricum) Constantinopolitanum imperatorem monet, tueatur Cardicensem episcopum, ne ab aliquibus super castro Cardicensi, ecclesiis et rebus aliis, quae ipsi sint restituta, indebite molestetur. vi id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 117 ed. Bosquet 103; ed. Baluze II. 467; Opp. ed. Migne III. 304. — »Querelam venerabilis fratris.«

» 10 — » — (4048) Eundem exhortatur, cogat V. Alemannum et quosdam alios milites suos, ut ecclesias Citrensem et Platamonensem, castellum etiam de Citro *etc.* per violentiam detenta Citrensi electo restituant. vi id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 108 ed. Bosquet 99; ed. Baluze II. 465; Opp. ed. Migne III. 301. — »Conquestionem dilecti filii.«

» 10 — » — (4049) Episcopo Sidoniensi, electo Nazorescensi et procuratori Dimicensi mandat, compellant comestabulum Romaniae, dominum de Armiro et alios nobiles, ut monasteria, abbatias, ecclesias *etc.* quas contra iustitiam detinent occupatas, episcopo Cardicensi integre restituant. vi id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 109 ed. Bosquet 100; ed. Baluze II. 465; Opp. ed. Migne III. 301. — »Conquestus est nobis.«

» 10 — » — (4050) Archiepiscopo Thebano, Davaliensi et Sydoniensi episcopis mandat, moneant Ottonem de Roca dominum Athenarum aliosque barones et milites, ut inhibitionem, ne quis de possessionibus suis in vita sua conferat vel condat ecclesiis testamentum, relaxent. vi id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 110 ed. Bosquet 100; ed. Baluze II. 465; Opp. ed. Migne III. 302. — »Venerabilium fratrum nostrorum.«

» 10 — » — (4051) Sydoniensi et Cardicensi episcopis et electo Nazorescensi mandat, compellant V. Alemannum et quosdam alios, ut ecclesias Citrensem et Platamonensem, castellum etiam de Citro *etc.* Citrensi electo restituant. vi id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 111 ed. Bosquet 101; ed. Baluze II. 466; Opp. ed. Migne III. 302. — »Conquestionem dilecti filii.«

» 11 — » — (4052) Archiepiscopo Neopatrensi, priori S. Demetrii Thessalonicensis et procuratori episcopatus Dimicensis mandat, faciant ut sententia excommunicationis pro Cardicensi episcopo lata contra fratres hospitalis s. Iohannis Ierosolymitani inviolabiliter observetur. v id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 101 ed. Bosquet 96; ed. Baluze II. 463; Opp. ed. Migne III. 297. — »Lacrymabilem venerabilis fratris.« *Cf.* n° 4037.

» 15 — » — (4053) Cardicensi, Sydoniensi et Fermopilensi episcopis mandat, compellant per censuram ecclesiasticam abbates et monachos S. Lucae de Sciro, ut priori et capitulo Dominici Sepulchri debitam exhibeant obedientiam. Id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 114 ed. Bosquet 102; ed. Baluze II. 466; Opp. ed. Migne III. 303. — »Dilecti filii prior.«

» 15 — » — (4054) (Henricum) Constantinopolitanum imperatorem exhortatur, ut se priori et capitulo Dominici Sepulchri exhibeat super monasterio s. Lucae de Sciro favorabilem et benignum. Id. Iul. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 115 ed. Bosquet 102; ed. Baluze II. 466; Opp. ed. Migne III. 303. — »Si te servum.«

» 21 — » — (4055) (Sigebodoni) Havelbergensi episcopo et abbatibus de Lapide s. Michaelis et de Walkenrede Magunt. et Halberstad. dioec. mandat, ut causam quae inter (Fridericum) Halberstadensem episcopum et abbatissam Quidelingeburgensem vertebatur, fine canonico terminent vel eam sufficienter instructam ad sedis apostolicae examen remittant. xii kal. Aug. a° 13°. ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinburg. 130; *cf.* UB. für Niedersachsen II. 69. n° 79. — »Dilecta in Christo.«

» 29 — » — • (4056) Conquerente (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi »quod nonnulli religiosi viri et clerici saeculares, .... cum suam contingit diocesim visitare, procurationes debitas denegent«, abbatibus et Admontensi et Victoriensi [Viktring] et praeposito Seckoviensi mandat, ut, cum in tales idem archiepiscopus excommunicationis duxerit sententiam promulgandam, inquisita et cognita veritate sententiam ipsam, sicut fuerit promulgata, faciant per censuram ecclesiasticam appellatione remota observari. iv kal. Aug. a° 13°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 199. n° 128.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1210.** |
| Iul. 31 | Laterani | (4057) (Eberhardo) Salzeburgensi et (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopis et abbati de Pigavia [Pegau] Merseburgens. dioc. mandat, ut de consanguinitate filii (Leopoldi) ducis Austriae et (Theodorici) marchionis Misnensis filiae inquirant. II kal. Aug. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 118 ed. Bosquet 103; ed. Baluze II. 467; Opp. ed. Migne III. 305. — »Dilectus filius nobilis.« |
| Aug. 3 | » | (4058) Magistro et fratribus Ierosolymitani hospitalis civitatem Saleph, Castellum novum et Camard cum omni iure ad ea terra et mari spectante, quae eis Leo Armeniae rex contulit, confirmat. III non. Aug. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 119 ed. Bosquet 104; ed. Baluze II. 467; Opp. ed. Migne III. 305; Lünig Cod. dipl. Ital. IV. 1459; Lünig Spicil. eccles. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 318 (*sed male hanc confirmationem tamquam* Ordini Teuthonico *praestitam dicit*); Langlois Cartul. 114. n° 4; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1210 § 34. — »Ex litteris carissimi.« |
| » 3 | » | (4059) Priori et fratribus de Fraxina [Frasnes-lez-Gosselies] ecclesiam de Fraxina eis ab (Hugone) episcopo Leodiensi concessam confirmat. III non. Aug. a° 13°. ‖ Anal. p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique II. 110. — »Solet annuere sedes.« |
| » 9 | — | Archidiacono Fiscannensi: »Perusii v id. Aug. a° 13°.« ‖ Dumonstier Neustria pia 245; I-i Opp. ed. Migne IV. 194. n° 141. *Uterque hanc bullam erranter* Innocentio III *tribuit; equidem ad Innocentium IV eam retuli, vid.* 1252. Aug. 9. |
| » 11 | Laterani | (4060) S. Mariae Magdeburgensis, de Heckelingen et S. Wiperti in Quidelingburc Alverstadens. dioc. praepositis mandat, ut, cum (Machthildis) abbatissa Gandersemensis iuxta aquas salutares in fundo Principis apostolorum emanantes oratorium cum hospitali construere proponat, inquisita super praemissis veritate quid invenerint per litteras papae intiment, ut per hanc relationem instructus in eodem negotio securius procedere possit. III id. Aug. a° 13°. ‖ Leuckfeld Antiq. Gandersh. 142; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 45. n° 38; Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 749. — »Dilecta in Christo.« |
| » 11 | » | (4061) Monasterium de Lapide s. Michaelis [Michaelstein] ord. Cisterc. (Halberstad. dioc.) abbate eiusque fratribus postulantibus protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum aliquot nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. III id. Aug. indict. XIII. incarn. dom. a. 1210. pont. a° 13°. ‖ Leuckfeld Antiq. Michaelsteinens. 96. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 14 | » | (4062) Archiepiscopo Neopatrensi, priori S. Demetrii Thessalonicensis et procuratori episcopatus Dimicensis causam inter Cardicensem episcopum et fratres hospitalis Ierosolymitani committit. XIX kal. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 120 ed. Bosquet 105; ed. Baluze II. 468; Opp. ed. Migne III. 307. — »Lacrymabilem venerabilis fratris.« |
| » 18 | » | (4063) Philippum regem Francorum, qui ecclesia Laudunensi vacante praebendam R. canonici eiusdem ecclesiae ut vacantem secundum antiquam consuetudinem regni sui magistro Thomae de Argentolio clerico suo concesserat et papam petiverat, ut hoc confirmaret, monet, aequanimiter toleret, ut adversarius dicti magistri O(dericus) clericus sperata provisione praefatae praebendae minime frustretur. XV kal. Sept. a° 13°. ‖ Preuves des libertés de l'égl. Gallic. II. 101; Lemère Rec. des actes .... du clergé XI. 231; Dupuy Comment. II. 199; Rousseaud de Lacombe Iurisprud. canon. II. 2; Teulet Layettes I. 355. — »Receptis litteris quas.« |
| » 18 | » | (4064) Mabiliae mulieri Ianuensi sententiam confirmat, quam Pelagius S. Luciae ad septa solis diaconus cardinalis pro causa quae inter ipsam ac Henricum Mallon. super medietate domus et turris de Moneta, terra de Sauri et quadam summa pecuniae vertebatur, de papali mandato promulgavit. XV kal. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 121 ed. Bosquet 106; ed. Baluze II. 469; Opp. ed. Migne III. 308. — »Cum a nobis.« |
| » 20 | » | (4065) Catholico, archiepiscopis et episcopis per Armeniam constitutis significat, se statuere, ut nullus omnino qui ordinariam vel delegatam iurisdictionem in eos vel eorum subditos non habuerit, sententiam ferre praesumat; quae si forsan lata fuerit, ipsam decernit irritam. XIII kal. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 122 ed. Bosquet 108; ed. Baluze II. 470; Opp. ed. Migne III. 310. — »Cum iuxta canonicas.« |
| » 20 | » | (4066) (Sicardo) episcopo Cremonensi committit causam, quae inter Leonem regem Armeniae nomine R(upini) nepotis sui ex parte una et comitem Tripolitanum ex altera super principatu Antiocheno agitabatur. XIII kal. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 123 ed. Bosquet 108; ed. Baluze II. 470; Opp. ed. Migne III. 310. — »Occasione discordiae quae.« |
| » 20 resp. 25 | » | (4067) Universis abbatibus nigri ordinis per Rothomagensem provinciam constitutis concedit, ut semel in anno capitulum celebrent, ubi per consultationem omnium tam abbatum excessus quam dissolutiones monachorum, salvo per omnia iure praelatorum, compescantur; ac de quarto in quartum annum apostolorum limina visitent, recepturi monita et praecepta quibus vigor religionis monasticae foveatur. XIII (VIII *Bessin*) kal. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 124 ed. Bosquet 109; ed. Baluze II. 471; Opp. ed. Migne |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1210.** |
| | | III. 312; Bessin Concil. Rotom. provinc. I. 109; Dumonstier Neustria pia 52. — »Ordinem religionis plantare.« |
| Aug. 27 | Laterani | (4068) Magistro et fratribus hospitalis Theutonicorum Acconensis interdicit, ne albis palliis utantur. vi kal. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. ed. Baluze II. 471. n° 125; Opp. ed. Migne III. 312; Hennes UB. des deutschen Ord. I. 9; Strehlke Tab. 269. n° 299. — »Suam nobis dilecti.« |
| » 27 | » | (4069) (Alberto) Ierosolymitano patriarchae apostolicae sedis legato significat, se magistro et fratribus hospitalis, ne inter eos et magistrum fratresque hospitalis Theutonicorum Acconensis discordiae materia suscitetur, praecepisse ut alba pallia nullatenus deferant; mandat ei ut id super hoc statuat, quod religioni et saluti viderit expedire. vi kal. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 126 ed. Bosquet 110; ed. Baluze II. 471; Opp. ed. Migne III. 313 (*sine inscriptione*); Strehlke l. c. 269. n° 300. — »Suam nobis dilecti.« |
| » 27 | » | (4070) Abbatissae et monialibus S. Petri in Dichkirchen [Dietkirchen prope Bonnam] praedium villae de Beuera [Biebern], quod H(enricus II) quondam imperator earum monasterio (a° 1021) concesserat, confirmat. vi kal. Sept. a° 13°. ‖ Günther Cod. dipl. Rheno-Mosell. II. 107; I-i Opp. ed. Migne IV. 214. n° 165. — »Solet annuere sedes.« |
| » 31 | » | (4071) Iohanni episcopo Albanensi significat, se sententiam confirmare, qua Benedictus tit. S. Susannae presbyter cardinalis causam, quae inter illum ex parte una et monasterium Criptae Ferratae ex altera vertebatur super institutione ac destitutione presbyteri ecclesiae s. Nicolai de Neptuno, terminaverit. (*Tenor sententiae insertus est.*) ii kal. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 129 ed. Bosquet 113; ed. Baluze II. 473; Opp. ed. Migne III. 316. — »His quae iudicio.« |
| Sept. 1 | » | (4072) (Roberto) Rotomagensi archiepiscopo consulenti respondet, clericalem ordinem conferri per primam tonsuram laicis datam a monasteriorum abbatibus, dummodo his ab episcopo secundum morem (perficiendorum *Baluze, Migne*) praeficiendorum abbatum manus impositio facta sit; tum decernit, qualiter episcopalis iurisdictio in casibus quibusdam sit exercenda. Kal. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 127 ed. Bosquet 111; ed. Baluze II. 472; Opp. ed. Migne III. 313; *in 3 partes divisa in* Collect. IV. decret. lib. 1. tit. 8 *de qual. ord.* c. 1, lib. 1. tit. 2 *de rescript.* c. 1 *et* lib. 5. tit. 12 *de offic. iud. del.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 622. 611. 625; *partim mutila et in 3 partes divisa int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 14 *de aet. et qual.* c. 11, tit. 3 *de rescript.* c. 24, tit. 29 *de off. iud. del.* c. 36 ap. Boehmer Corp. II. 112. 21. 161 (*attributa* a^is^ 1210. 1211. 1210); ap. Richter Corp. II. 124. 28. 173. — »Cum contingat interdum.« |
| » 3 | » | (4073) Compositionem inter priorem conventumque de Noviaco ex parte una et comitem Regitestensem [Regenstein?] eiusque uxorem ex altera super quibusdam procurationibus monasterio remissis ac rebus aliis initam confirmat. iii non. Sept. a° 13°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 1144; I-i Opp. ed. Migne IV. 200. — »Solet annuere sedes.« |
| » 4 | » | (4074) (Henrico) Gnesnensi archiepiscopo mandat, ut Christiano et Philippo monachis eorumque fratribus necnon et aliis in partibus Prussiae de novo conversis in ecclesiasticis sacramentis et aliis quae ad ampliandum christianae religionis cultum spectare noscuntur tam diu curam officii pastoralis impendat, donec adeo ibidem numerus fidelium augeatur, ut proprium possint episcopum obtinere. ii non. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 128 ed. Bosquet 112; ed. Baluze II. 473; Opp. ed. Migne III. 315; Manrique Ann. Cisterc. III. 531; Hartknoch Preuss. Kirchenhist. 30; Acta Boruss. I. 249; Watterich Deutsch. Ordensstaat 223; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1210 § 27. — »Coelestis agricola Iesus.« |
| » 5 | » | (4075) Constantiensi episcopo et de Persenia et de Savigneio abbatibus Cenomanens. et Abrincens. dioec. mandat, ut ad monasterium s. Michaelis de Periculo maris Abrinc. dioc. per abbatis incuriam et excessus graviter collapsum accedant ibique corrigant, quae corrigenda et quae statuenda viderint statuant. Non. Sept. a° 13°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 818. — »Proponente dilecto filio.« |
| » 9 | » | (4076) Everhardo praeposito petente coenobium in Burberch cum ecclesia in Tegerndorf in protectionem suam suscipit. v id. Sept. a° (15°, *sed legas*) 13°. ‖ Mon. Boic. VI. 404. — »Apostolicae devotionis est.« |
| » 13 | » | (4077) (Petro) episcopo Parisiensi mandat, ut magistrum Peregrinum ipsius capellanum vice ac nomine Benedicti consanguinei papae in canonicum faciat recipi ad praebendam, quam in ecclesia Parisiensi vacantem reservavit a sede apostolica conferendam. Id. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 130 ed. Bosquet 114; ed. Baluze II. 474; Opp. ed. Migne III. 317; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 60; Dom. Bernino Il tribunale della s. Rota Romana (Roma 1717. fol.) 284. — »Ad signandum devotionis.« |
| » 13 | » | (4078) Magistrum Peregrinum capellanum suum in causa supradictae praebendae sui consanguinei procuratorem constituit. Id. Sept. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 131 ed. Bosquet 115; ed. Baluze II. 474; Opp. ed. Migne III. 318. — »Ad signandum devotionis.« |
| » 17 | » | (4079) Atheniensi et Neopatrensi archiepiscopis et episcopo Davaliensi mandat, moneant (Henricum) imperatorem Constantinopolitanum, ne detentoribus rerum fratrum militiae |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1210.** |
| | | Templi favorem suum impertiat. xv kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 136 ed. Bosquet 119; ed. Baluze II. 477; Opp. ed. Migne III. 323; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1210 § 29. — »Gravem dilectorum filiorum.« |
| Sept. 17 | Laterani | (4080) Eisdem mandat, moneant eundem imperatorem, qui fratribus militiae Templi Ravennicam terram quam illis Bonifacius marchio Montisferrati cum omnibus pertinentiis contulerat ad subsidium Terrae sanctae, violenter abstulerat, ut eam illis restituat. xv kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 137 ed. Bosquet 120; ed. Baluze II. 477; Opp. ed. Migne III. 324. — »Dilectorum filiorum fratrum.« |
| » 17 | » | (4081) Magistro et fratribus militiae Templi ecclesiam s. Luciae quae Fotae Graeco vocabulo nuncupatur, extra Thebarum civitatem positam, quam eis Benedictus tit. S. Susannae presb. card. tunc sedis apostolicae legatus in partibus Romaniae assignavit, confirmat. xv kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 143 ed. Bosquet 124; ed. Baluze II. 480; Opp. ed. Migne III. 327. — »Cum a nobis.« |
| » 17 | » | (4082) Eisdem concessionem terrae de Rupo a Iohanne filio Nicolai de Vianet cum fratribus et sororibus suis, ac possessionum et rerum aliarum a Rolandino de Canusa et Albertino germano eius necnon ab Hugone de Colongi eis factam confirmat. xv kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 144 ed. Bosquet 125; ed. Baluze II. 480; Opp. ed. Migne III. 328. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 17 | » | (4083) Eisdem domum Philocali apud Thessalonicam cum pertinentiis suis confirmat. xv kal. Oct. a° 13°. ‖ Bosquet l. c. 125; Baluze l. c. 480; Migne l. c. 328. — »Annuere consuevit sedes.« |
| » 17 | » | (4084) Eisdem domum Nigripontis, domum de Lageran, casale de Oizparis ac alia quae tenent in insula Nigripontis confirmat. xv kal. Oct. a° 13°. ‖ Bosquet l. c. 125; Baluze l. c. 480; Migne l. c. 328. — »Solet annuere sedes.« |
| » 17 | » | (4085) Fratribus militiae Templi in Romania confirmat viridarium quod eis b. m. Thebanus archiepiscopus tunc electus concessit. xv kal. Oct. a° 13°. ‖ Bosquet l. c. 126; Baluze l. c. 480; Migne l. c. 329. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 18 | » | (4086) Eisdem confirmat casale quod dicitur Pasalan eisque a Guillelmo de Resi concessum est. xiv kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 148 ed. Bosquet 126; ed. Baluze II. 481; Opp. ed. Migne III. 329. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 18 | » | (4087) Eisdem casale quod Paliopolin dicitur, ab Hugone de Bezenson eis concessum, confirmat. xiv kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 149 ed. Bosquet 126; ed. Baluze II. 481; Opp. ed. Migne III. 329. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 18 | » | (4088) Eisdem casale quod dicitur Laffustan, a Guillelmo Campaniensi eis concessum, confirmat. xiv kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 150 ed. Bosquet 127; ed. Baluze II. 481; Opp. ed. Migne III. 330. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 18 | » | (4089) Fermopilensi episcopo, electo Citrensi et priori S. Demetrii Thessalonicensis committit causam inter fratres militiae Templi in Romania et episcopum Citoniensem, qui quendam capellanum eorum cuidam confratri viaticum deferrentem in fovea incluserat. xiv kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 151 ed. Bosquet 127; ed. Baluze II. 481; Opp. ed. Migne III. 330. — »Dilectorum filiorum fratrum.« |
| » 18 | » | (4090) Larisseno et Neopatrensi archiepiscopis et electo Citrensi mandat, cogant viduam cl. mem. marchionis Montisferrati, ne fratres militiae Templi super possessionibus et rebus aliis ab eius viro de ipsius conniventia illis concessis molestet. xiv kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 152 ed. Bosquet 127; ed. Baluze II. 481; Opp. ed. Migne III. 330. — »Inter ceteros religiosos.« |
| | | * *Scriptum est nobili eidem mulieri super hoc.* |
| » 18 resp. 19 | » | (4091) (Iohanni) Turonensi archiepiscopo, episcopo Engolismensi et abbati Gratiae Dei Cisterc. ord. mandat, ut quatuor canonicos Cellensis ecclesiae, conscios caedis abbatis sui a quatuor sicariis interfecti, ab omni ordine clericali degradatos apud alia monasteria singillatim in arctis carceribus recludant; si vero grave scandalum formidetur, eosdem relinquant curiae saeculari puniendos; tum praecipit, ut, si alii canonici, huius criminis inscii, fuerint fornicatores, adulteri, negotiatores et usurarii, per ordinem S. Victoris Parisiensis ecclesia Cellensis reformetur. xiii (xiv *Manr.*) kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 132 ed. Bosquet 115; ed. Baluze II. 474; Opp. ed. Migne III. 318; Manrique Annal. Cisterc. III. 525. — »Detestabile facinus et.« |
| » 19 | » | (4092) (Guilelmo) Autissiodorensi episcopo confirmat institutionem sacerdotis proprii in quacunque trium capellarum, quae sunt apud burgum de Caritate. xiii kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 211 ed. Baluze II. 506; Opp. ed. Migne III. 376. — »Solet annuere sedes.« |
| » 20 | » | (4093) Archiepiscopo Neopatrensi, episcopo Davaliensi et Nazorescensi electo mandat, cogant Ni. de S. Amero dioecesis Thebanae, ut a fratrum militiae Templi super quibusdam terris a Rolandino et Albertino fratre ipsius in eleemosynam eisdem concessis |

**1210.**

indebita molestatione desistat. XII kal. Oct. a° 13. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 154 ed. Bosquet 128; ed. Baluze II. 482; Opp. ed. Migne III. 331. — »Exposita nobis dilectorum.«

Sept. 22 Laterani (4094) Petrum Nigrum canonicum S. Ursini Bituricensis cum omnibus bonis protegendum suscipit eique praebendam S. Ursini confirmat. X kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 133 ed. Bosquet 117; ed. Baluze II. 475; Opp. ed. Migne III. 320. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

Oct. 1 » (4095) Novariensi electo mandat, ut inquisita veritate Albiganensem episcopum a ministerio altaris deiectum restituat. Kal. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 134 ed. Bosquet 117; ed. Baluze II. 476; Opp. ed. Migne III. 320; Ughelli Ital. sacra IV. 915. — »Ex litteris venerabilis.«

» 3 » (4096) (Alberto) archiepiscopo et capitulo Magdeburgensibus significat, Albertum de Harnesten suppliciter postulantem, qui ex violenta detentione praepositi Odonis subdiaconi papalis ecclesiasticam incurrerat censuram, absolutionis munus obtinuisse, et addit compositionem, ad quam pro satisfactione subdiacono ipsi praestanda spontanei devenerunt, »ut videlicet idem nobilis honorificentiam illi et sibi verecundiam faciendo cum 200 militibus a loco in quo praefatum subdiaconum captivavit usque ad civitatem Magdeburgensem et per omnes conventuales ecclesias portet opprobrium quod *harmiscare* vulgariter appellatur, detque sibi 100 milites in vasallos« *etc.* Mandat archiepiscopo et capitulo, ut dictum nobilem de cetero propter illud crimen nec ipsi in aliquo molestent nec permittant ab aliquo molestari. V non. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 135 ed. Bosquet 118; ed. Baluze II. 476; Opp. ed. Migne III. 322; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 250; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1210 § 25. — »Cum dilectus filius.«

» 4 » (4097) (Guillelmo) Autissiodorensi episcopo petente confirmat institutionem canonicorum praebendalium a b. mem. Hugone eius praedecessore ad ampliationem divini cultus in capella b. Virginis castri Tociaci factam et assignationem parochialis ecclesiae s. Petri eiusdem castri pro illis. IV non. Oct. a° 13°. ‖ Lebeuf Mém. concern. l'hist. d'Auxerre II. pr. 269. n° 318. — »Iustis petentium desideriis.«

» 4 » (4098) Capitulo Thebano nunciat, se postulationem Davaliensis episcopi tantummodo factam a tribus canonicis non duxisse admittendam, electionem vero A. capellani (Henrici) Constantinopolitani imp. a 16 regulariter celebratam confirmasse. Mandat, ut eidem electo reverentiam et obedientiam debitam impendant. IV non. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 138 ed. Bosquet 121; ed. Baluze II. 478; Opp. ed. Migne III. 324 (*sine inscriptione*). — »Thebana dudum ecclesia.«

» 4 » (4099) Castoriensi et Zaratoriensi episcopis ecclesiae Thebanae suffraganeis de antecedente epistola significat eisque mandat, ut dicto electo reverentiam et obedientiam impendant. IV non. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 139 ed. Bosquet 121; ed. Baluze II. 478; Opp. ed. Migne III. 325. — »Thebana dudum ecclesia.«

» 4 » (4100) Davaliensi et Zaratoriensi episcopis et electo Nazorescensi mandat, moneant Ra. dominum insulae Nigripontis, ut possessiones a Iacobo quondam domino de Avenis fratribus militiae Templi concessas eis assignet. IV non. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 153 ed. Bosquet 128; ed. Baluze II. 481; Opp. ed. Migne III. 331. — »Suam ad nos.«

» 5 » (4101) Consulibus et populo Terracinensibus mandat, ut, ne Otto dictus imperator contra eos quidquam valeat machinari, in fide persistentes civitatem suam et se studeant armis et aliis necessariis munire »ut torrentis impetus, qui, si forte influxerit, cito defluet, vobis nocere non possit.« III non. Oct. a° 13°. ‖ Contator Histor. Terracin. 58. — »Ne Otto dictus.«

» 11 » * (4102) Conventui S. Vincentii Vratislaviensis Praemonstr. ord. inhibet, ne fratres post emissam ibi professionem evitandi causa poenas ad alium transeant ordinem. V id. Oct. a° 13°. ‖ Grünhagen Regest. I. 84. n° 137.

» 12 » * (Henrico) abbati de Walkenrid, (Conrado) abbati de Oldisleben *etc., vid.* 1209. Oct. 12. n° 3804.

» 13 » (4103) Priori S. Iohannis in Monte Bononiensi et archipresbytero de Campo Gallano Mutinensis dioc. et G. doctori decretorum Bononiae commoranti mandat, ut B. abbatem S. Bartholomaei de Ferraria abbatiam cui in manu b. mem. Uguccionis episcopi Ferrariensis resignarat denuo ambientem amoveant, praebenda et capella quam utramque in resignatione solatii loco obtinuerat eum privantes. III id. Oct. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 140 ed. Bosquet 122; ed. Baluze II. 478; Opp. ed. Migne III. 325; (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. II. 174. — »Ex litteris piae.«

» 20 » (4104) Concordiam inter Al(bertum) Rigensem episcopum et fratres militiae Christi factam super sorte terrarum quae nuper sunt ad cultum fidei christianae conversae confirmat, »ut videlicet ipsi fratres tertiam partem earundem terrarum, Lettiae scilicet ac Livoniae, teneant a Rigensi episcopo, nullum sibi ex ea temporale servitium praestituri nisi quod ad defensionem ecclesiae, ac provinciae perpetuo contra paganos intendent; verum

**1210.**

magister eorum qui pro tempore fuerit obedientiam semper Rigensi episcopo repromittet« *etc.* xiii kal. Nov. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 141 ed. Bosquet 123; ed. Baluze II. 479; Opp. ed. Migne III. 326; Gruber Orig. Livon. 228; Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 3; Ziegenhorn Staatsrecht. Beyl. 4. nº 4; Bunge Livl. UB. I. 22. nº 16; O. Kienitz XXIV lib. de hist. Livoniae (Dorpat 1847. 8º) I. 280; Script. rer. Livon. I. 355. nº 10. — »Cum inter te.«

Oct. 20 | Laterani | (4105) Wolcuino magistro et fratribus militiae Christi in Livonia constitutis scribit de eodem argumento, mutatis mutandis. xiii kal. Nov. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 142 ed. Bosquet 124; ed. Baluze II. 479; Opp. ed. Migne III. 327; Gruber l. c. 229; Bunge l. c. 23. nº 17; Scr. rer. Livon. I. 356. nº 11. — »Cum super sorte.«

» 24 | » | (4106) Decano, archidiacono de Loseo (Loseio *Bosq.*) et magistro Hugoni canonico Cabilonensi mandat, ut per censuram ecclesiasticam compescant quosdam rectores ecclesiarum provinciae Lugdunensis ab eis qui vivi et incolumes ad ordinem Cisterciensem transeunt sibi fieri testamentum exigentes, et asserentes eosdem sine ipsorum licentia ad religionem transire non posse, pro eo quod iure parochiali eisdem obligati teneantur. ix kal. Nov. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 166 ed. Bosquet 138; ed. Baluze II. 487; Opp. ed. Migne III. 341. — »Dilecti filii abbas.«

» 26 | » | (4107) Cardicensi et Davaliensi episcopis et electo Zaratoriensi causam, quae inter fratres militiae Templi et Patracensem archiepiscopum vertebatur super domo de Geracomita et rebus mobilibus ad valentiam 2618 hyperperorum, committit decidendam. vii kal. Nov. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 155 ed. Bosquet 129; ed. Baluze II. 482; Opp. ed. Migne III. 331. — »Cum olim causam.«

» 26 | » | (4108) Eisdem mandat, ut probationes fratrum militiae Templi in causa abbatiae quae Provata vocatur recipiant. vii kal. Nov. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 156 ed. Bosquet 129; ed. Baluze II. 482; Opp. ed. Migne III. 332. — »Cum inter venerabilem.«

» 27 | » | (4109) Abbati et conventui monasterii s. Mariae de Carrazeto Cisterc. ord. concessionem A. regis Legionensis, qui castrum de Ventosa desertum reaedificare et in eodem populum congregare coeperat, sed poenitentia ductus destiterat ab incepto eisque et aliis locis religiosis ac adiacentibus villis concessit, ne unquam in posterum ibidem populus collocetur, auctoritate apostolica confirmat. vi kal. Nov. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 176 ed. Bosquet 142; ed. Baluze II. 490; Opp. ed. Migne III. 345. — »Carissimus in Christo.«

» 28 | » | (4110) Episcopo et cantori Zamorensi et abbati de Morerola dioc. Zamorens. mandat, ut confirment electionem G. clerici in cantorem Salamantinae ecclesiae ab archiepiscopo Compostellano factam, ad quem post sex menses iuxta Lateranensis concilii statutum negligentia Salamantini episcopi et capituli ius devolutum erat. v kal. Nov. aº 13º. I-i Ep. lib. 13. nº 157 ed. Bosquet 130; ed. Baluze II. 483; Opp. ed. Migne III. 333; Collect. IV. decret. lib. 3. tit. 2 *de praebend.* c. 2 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 651; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 10 *de suppl. negl. prael.* c. 5 (*inscripta* Episcopo Samo.) ap. Boehmer Corp. II. 100; ap. Richter Corp. II. 112; Aguirre Conc. Hisp. V. 155. — »Dilecto filio nostro.«

» 29 | » | (4111) Decano, subdiacono et cancellario Lincolniensibus mandat, ut hoc tempore supersedeant negotio, super quo rector et fratres hospitalis s. Petri Eboracensis contra abbatem et conventum de Fontibus et quosdam alios litteras impetrarunt, maxime cum iam per quatuor annos easdem suppresserint impetrantes. »Cum autem tempestas ecclesiae cessaverit Anglicanae, si super negotio memorato duxerint litigandum, partes ad nostram praesentiam transmittatis.« iv kal. Nov. aº 13º. ‖ Walbran Memor. of Fountains 172. *in* nº 14. — »Cum dilecti filii.«

» 29 | » | (4112) Archiepiscopo Larisseno et episcopo Cithoniensi terminandam committit causam inter archiepiscopum Patracensem et detentores Latinos bonorum ecclesiae Patracensis. iv kal. Nov. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 162 ed. Bosquet 136; ed. Baluze II. 486; Opp. ed. Migne III. 339. — »Venerabilis frater noster.«

» 29 | » | (4113) Eisdem mandat, moneant Gaufridum de Villa Arduini Achaiae dominum, qui ecclesiae Patracensi feudum abstulerat, et quendam militem cui illud concesserat, ut idem feudum cum fructibus inde perceptis ecclesiae supradictae restituant. iv kal. Nov. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 163 ed. Bosquet 136; ed. Baluze II. 486; Opp. ed. Migne III. 339. — »Querelam venerabilis fratris.«

» 29 | » | (4114) Eisdem mandat, compellant detentores sedis archiepiscopalis, in qua novi pontifices Patracenses in ecclesia b. Theodori primo inthronisari solebant, quae autem Patracensi archiepiscopo ablata erat, ad eiusdem restitutionem *etc.* iv kal. Nov. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 164 ed. Bosquet 137; ed. Baluze II. 487; Opp. ed. Migne III. 340. — »Exposuit nobis venerabilis.«

» 30 | » | (4115) Archiepiscopo Patracensi concessionem Dimossarii Patracensis et totius Autumpnae ac omnium casalium de Exafilina, quae Guiardus et Gulilelmus in captione Constantinopolis acquisiverant, ecclesiae Patracensi factam ab ipsis confirmat. iii kal. Nov. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 165 ed. Bosquet 137; ed. Baluze II. 487; Opp. ed. Migne III. 340. — »Iustis petentium desideriis.«

**1210.**

(Oct. 30) »Papa Gherardum Osnaburgensem episcopum in Bremensem archiepiscopum confirmavit; sed dux Bernardus Woldemarum quasi ex voluntate imperatoris Bremam reduxit, et civitas propter eum supposita est interdicto.« | Annal. Stadens. ad a. 1211 ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XVI. 355 (*sub tit.*: Alberti Stadens. Chron. ap. Schilter-Kulpis Scr. rer. Germ. n° XI. 300).

» 30 Laterani (4116) (Conrado) Mindensi electo et abbati Lesburnensi [Liesborn] Monasteriensis dioc. et custodi Monasteriensi mandat, iniungant (Gerhardo) Osnaburgensi episcopo, ut ad ecclesiam Bremensem accedat eiusdem regimen in nomine Domini recepturus. III kal. Nov. a° 13°. || I-i Ep. lib. 13. n° 158 ed. Bosquet 131; ed. Baluze II. 483; Opp. ed. Migne III. 334 *et* IV. 201; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 315; Lappenberg Hamburg. UB. I. 333. n° 378; Münter Mag. f. Kirchengesch. I. 376; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1210 § 25. — »Venerabiles fratres nostri.«

» 30 » (4117) (Gerhardo) episcopo Osnaburgensi mandat, ut, cum a praefatis executoribus ei fuerit iniunctum, accedat ad Bremensem ecclesiam et regimen eius suscipiat. III kal. Nov. a° 13°. I-i Ep. lib. 13. *in* n° 158 ed. Bosquet 133; ed. Baluze II. 484; Opp. ed. Migne III. 336 *et* IV. 203; Lappenberg l. c. 335. n° 380. — »Venerabiles fratres nostri.«

» 30 » (4118) (Bertoldo) Lubicensi et (Alberto) Livoniensi episcopis suffraganeis Bremensis ecclesiae, decano ac capitulo de superiore ad (Conradum) Mindensem electum *etc.* epistola significat eisque mandat, ut (Gerhardo) episcopo Osnaburgensi, postquam ad Bremensem ecclesiam accesserit gubernandam, usque ad susceptionem pallei exhibeant obedientiam et reverentiam. III kal. Nov. a° 13°. || I-i Ep. lib. 13. *in* n° 158 ed. Bosquet 132; ed. Baluze II. 484; Opp. ed. Migne III. 335 *et* IV. 202. n° 150; Lappenberg l. c. 334. n° 379. — »Ex litteris vestris.«

» 30 » (4119) Archiepiscopo Patracensi concedit, ut in locum saecularium clericorum regulares canonicos de collegio S. Ruffi in ecclesia cathedrali extra civitatem Patracensem posita instituat. III kal. Nov. a° 13°. || I-i Ep. lib. 13. n° 159 ed. Bosquet 133; ed. Baluze II. 485; Opp. ed. Migne III. 336. — »Cum ecclesia cathedralis.«

» 30 » (4120) Abbati et conventui S. Ruffi de epistola antecedenti significat eosque rogat, ut dicto archiepiscopo fratres in suis expensis deducendos assignent. III kal. Nov. a° 13°. || I-i Ep. lib. 13. n° 160 ed. Bosquet 134; ed. Baluze II. 485; Opp. ed. Migne III. 337. — »Cum ecclesia cathedralis.«

» 31 » (4121) Archiepiscopo Larisseno et episcopo Cithoniensi mandat, moneant dominum Achaiae et quosdam alios Latinos habentes in illa terra dominium corporale, qui possessiones quas ecclesiae sub annua certa pensione consueverant Graecorum temporibus retinere, per violentiam auferentes secundum curiae suae iudicium ipsas ordinant et disponunt, cogentes ecclesiarum praelatos de litigiosis possessionibus in foro contendere seculari *etc.*, ut decimas ecclesiis suis solvant necnon etiam super universis praenotatis abusibus a sua praesumptione desistant. II kal. Nov. a° 13°. || I-i Ep. lib. 13. n° 161 ed. Bosquet 135; ed. Baluze II. 486; Opp. ed. Migne III. 338. — »Exposuit nobis venerabilis.«

Nov. 5 » (4122) Patracensi archiepiscopo mandat, ut de bonis ecclesiae suae S. ballivo suo ad sustentationem decenter provideat. Non. Nov. a° 13°. || I-i Ep. lib. 13. n° 167 ed. Bosquet 138; ed. Baluze II. 487; Opp. ed. Migne III. 341. — »Cum S. ballivo.«

» 5 » (4123) Abbati et conventui Altaecumbae mandat, ut Patracensi archiepiscopo det fratres qui in Achaia conventum aedificent a Gaufrido de Villa Arduini domino Achaiae dotandum. Non. Nov. a° 13°. || I-i Ep. lib. 13. n° 168 ed. Bosquet 138; ed. Baluze II. 487; Opp. ed. Migne III. 341; Manrique Ann. Cisterc. III. 535. — »Cum nobilis vir.«

» 5 » (4124) Gaufridum principem Achaiae rogat, ne impediat Patracensem archiepiscopum, quominus, cum ecclesia Patracensis in maris littore constituta incursibus pateat piratarum, eam aedificiis necessariis communiat. Non. Nov. a° 13°. || I-i Ep. lib. 13. n° 169 ed. Bosquet 139; ed. Baluze II. 488; Opp. ed. Migne III. 342. — »Ad tuitionem ecclesiarum.«

» 5 » (4125) Larisseno archiepiscopo et episcopo Cithoniensi mandat, moneant Gaufridum principem Achaiae et P. de Becciniaco, ut archiepiscopus Patracensis pacifice fruatur terra de Larsa ab Hugone de Cham. procuratore principis Achaiae ecclesiae Patracensi relicta. Non. Nov. a° 13°. || I-i Ep. lib. 13. n° 170 ed. Bosquet 139; ed. Baluze II. 488; Opp. ed. Migne III. 342. — »Ex insinuatione venerabilis.«

» 5 » (4126) Eisdem mandat, cogant C. militem eiusque socios, ut Patracensi archiepiscopo super damnis et iniuriis irrogatis satisfactionem exhibeant. Non. Nov. a° 13°. || I-i Ep. lib. 13. n° 171 ed. Bosquet 140; ed. Baluze II. 488; Opp. ed. Migne III. 343. — »Conquestionem venerabilis fratris.«

» 5 » (4127) Monothonensi et Amicliensi episcopis mandat, inducant dominos Patracensis terrae, ne illa quae ecclesiis a Christi fidelibus in ultima voluntate legantur, eisdem auferant. Non. Nov. a° 13°. || I-i Ep. lib. 13. n° 174 ed. Bosquet 141; ed. Baluze II. 489; Opp. ed. Migne III. 344. — »Venerabilis frater noster.«

1210.

Nov. 6 — Laterani — (4128) Larisseno archiepiscopo et episcopo Cithoniensi mandat, compellant dominos Patracensis terrae, ne impediant quominus sacerdotes et monachi Graeci Patracensi archiepiscopo et aliis Latinis praelatis debitam obedientiam et reverentiam exhibeant. VIII id. Nov. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 172 ed. Bosquet 140; ed. Baluze II. 488; Opp. ed. Migne III. 343. — »Venerabilis frater Patracensis.«

» 6 — » — (4129) Eisdem mandat, curent ut possessiones ac iura et pertinentiae, quae ecclesiae Patracensi per Latinos subtracta sunt, eidem restituantur. VIII id. Nov. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 173 ed. Bosquet 141; ed. Baluze II. 488; Opp. ed. Migne III. 343. — »Cum nonnullae possessiones.«

» 8 — » — (4130) De Claromarisco et de Longovillari abbatibus Cisterc. ord. et decano Mosteroli Morinens. et Ambianens. diocc. mandat, ut quosdam monachos S. Iudoci supra mare rebelles in districtioribus monasteriis singulariter collocent, ac quicquid invenerint corrigendum in dicto monasterio diligentissime corrigant. VI id. Nov. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 175 ed. Bosquet 141; ed. Baluze II. 489; Opp. ed. Migne III. 344; Manrique Annal. Cisterc. III. 534. — »Sicut per vestras.«

» 12 — » — (4131) Adulpho quondam Coloniensi archiepiscopo indulget, ut cum pontificalibus, pallio duntaxat excepto, celebret et ex permissione episcopi vel abbatis, in cuius diocesi vel coenobio fuerit constitutus, clericos vel monachos ad minores ordines promoveat *etc.*, cum a pontificali ordine degradatus non fuerit, sed ab officio tantum pontificali remotus eo, quod contra papae prohibitionem, Ottone dimisso, adhaeserit Philippo. II id. Nov. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 177 ed. Bosquet 143; ed. Baluze II. 490; Opp. ed. Migne III. 346; *non integra in* Raynaldi Ann. a. 1210 § 26. — »Ad hoc exemplaria.«

» 15 — » — (4132) (Petro) Compostellano archiepiscopo mandat, ut monachos coactos monasterium de Lorbano deserere ibidem restituat et, illis iterum exclusis, monachas Cisterc. ord. primum a regina Tarasia inductas reducat. XVII kal. Dec. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 179 ed. Bosquet 145; ed. Baluze II. 491; Opp. ed. Migne III. 348; Aguirre Conc. Hisp. V. 156. — »Causam quae vertebatur.«

( » 1-15) — (4133) Ottoni (Friderico *habet Hahn*) Romanorum imperatori opprobrat, quod ad tantae apicem dignitatis per sedem apostolicam sublimatus non contentus finibus quibus contenti fuerant hi qui ipsum in imperio praecesserunt, patrimonium b. Petri invadere praesumpsit. »Habeas prae oculis, quae .... facta sunt praecipue in antecessore tuo Friderico, qui fidelitatem nolens .... sedi apostolicae servare, combussit prima facie porticum s. Petri et alia postmodum gravamina ecclesiae sacrosanctae intulit, pro quorum meritis .... morte fuit repentina in quodam flumine suffocatus« .... Monet eum sub poena excommunicationis, ut apostolicae sedis iura de cetero per se vel per alium nullatenus inquietet et, quae pontifici iuraverit, sine fraude servare studeat. *Sine signo chronol.* ‖ Mone Anzeiger 1838. p. 346; *multis cum discrepantiis* ap. Hahn Coll. monum. I. 149 (*ubi inscribitur mirabile dictu* Friderico Rom. imp., *quod iam monuit v. Raumer Hohenstaufen III. 162; cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 55 *ad* Nov. 18). — »Quamvis ad regimen.«

» 16 — » — (4134) Magistris Palmario et Ricardo canonicis Lucanis mandat, ne forensem presbyterum tergiversantem Lucanae dioc. in causa super ecclesia s. Genesii de Boellio contra sententiam latam audiant, sed ipsam executioni mandent. XVI kal. Dec. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 178 ed. Bosquet 144; ed. Baluze II. 490; Opp. ed. Migne III. 347. — »Inter dilectos filios.«

» 18 — »Dictus imperator (*i. e.* Otto) contra iuramentum quod fecerat domino papae Innocentio regnum intravit et Capuam. Propter quod dominus papa ipsum in octava s. Martini excommunicavit.« ‖ Anonym. Cassin. ap. Gattula Hist. Cassin. II. 736. — »Innocentius papa illum (*i. e.* Ottonem imper.) excommunicat, et ecclesiam Capuanam sub interdicto ponit, pro eo quod celebrare ausi sunt ipso presente. Excommunicat etiam omnes fautores illius in octavis b. Martini« *). ‖ Ryccardus de S. Germano ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 334 (ap. Muratori Scr. r. It. VII. 984; ap. Ughelli Ital. s. III. 970; ap. Gattula Histor. Cassin. II. 788).

* Tunc potius excommunicationis quasi praeludium promulgavit; excommunicatio ipsa in die Iovis sancto (*i. e.* 1211. Mart. 31) solemniter pronuntiata est.

» 22 — » — (4135) Compositionem inter Blancham comitissam Campaniae et Philippum regem Francorum super custodia (Theobaldi) filii comitissae, hominio regi ab eodem faciendo et quibusdam aliis initam articulis confirmat. X kal. Dec. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 180 ed. Bosquet 146; ed. Baluze II. 492; Opp. ed. Migne III. 350; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 717; Bouquet Rec. XIX. 536; Chanterav Lefebvre Traité de fiefs (Paris 1662. fol.) preuv. 97; Teulet Layettes I. 359; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 61. n° 752. — »Iustis petentium desideriis.«

» 23 — » — • (4135 a) Innocent III invite l'archevêque de Sens, les évêques de Troyes, Langres, Châlons, Auxerre et leurs chapitres, à ne pas lancer inconsidérément des sentences d'excommunication et d'interdit contre les hommes et contre la terre de Blanche de Navarre. ‖ Jubainville l. c. n° 753. *Cf.* 1214. Dec. 10.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1210.** |
| Nov. 27 | Laterani | (4136) Episcopo Tiburtino consulenti respondet, primae mulieris assertioni standum esse, licet postea se filium ex alio concepisse iuret, et filium censendum esse, quem pater et mater publice recognoverint. v kal. Dec. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 181 ed. Bosquet 147; ed. Baluze II. 492; Opp. ed. Migne III. 350; Coll. IV. decret. lib. 2. tit. 6 *de probat.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 636; *mutila int.* Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 19 *de probat.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 288 (*relata ad* a. 1209); ap. Richter Corp. II. 301. — »Per tuas nobis.« |
| » 28 | (») | * (4137) (Eustachio) abbati S. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. ius patronatus ecclesiae in Biervliet, quam Henricus imperator Constantinopolitanus dicto monasterio donaverat, confirmat. ‖ Lokeren Abbaye de S<sup>t</sup> Bavon II. 12. |
| » 30 | » | (4138) Abbati S. Victoris, cancellario et decano S. Marcelli Parisiensibus mandat, ut archi presbyterum S. Iacobi Parisiensis ab ipso absolutum compellant reddere integraliter annuatim monasterio s. Martini de Campis medietatem omnium proventuum ecclesiae s. Iacobi. II kal. Dec. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 182 ed. Bosquet 148; ed. Baluze II. 493; Opp. ed. Migne III. 351. — »Cum causam quae.« |
| Dec. 7 | » | (4139) (Thomae) Constantinopolitano patriarchae mandat, moneat Latinos eisque iniungat sub poena excommunicationis, ne Graecis et praesertim Michalicio, qui faciendo necari presbyteros laqueum excommunicationis incurrerit, contra Henricum Constantinopolitanum imperatorem vel fideles ipsius auxilium praebeant vel favorem. VII id. Dec a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 184 ed. Bosquet 149; ed. Baluze II. 494; Opp. ed. Migne III. 353; Raynaldi Ann. a. 1210 § 32. — »Ex litteris carissimi.« |
| | | * *In eundem modum* Archiepiscopis, episcopis et universis praelatis Romaniae. |
| » 7 | » | (4140) Salimbriensi episcopo, S. Mariae de Blakerna et S. Georgii de Mangonia decanis Constantinopolitanis mandat, ut, si Medensem ecclesiam vacare ac de ecclesiae Verisiensis provincia esse constiterit, curam eiusdem Varisiensi electo committant. VII id. Dec. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 185 ed. Bosquet 151; ed. Baluze II. 494; Opp. ed. Migne III. 355. — »Cum ecclesia Verisiensis.« |
| » 7 | » | (4141) Salimbriensi episcopo mandat, ut duobus secum assumptis super decimis et quintis decimis inter Constantinopolitanos et patriarcham et clericos congrue dividendis amicabilem faciat compositionem. VII id. Dec. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 186 ed. Bosquet 151; ed. Baluze II. 495; Opp. ed. Migne III. 355. — »Cum clerici prae.« |
| » 10 | » | (4142) Archiepiscopis et episcopis per Hispaniam constitutis mandat, ut ad subsidium Aldefonsi regis Castellae contra Saracenos reges et principes suos qui non sint cum illis ad treugas observandas astricti exhortentur. IV id. Dec. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 183 ed. Bosquet 149; ed. Baluze II. 493; Opp. ed. Migne III. 353; Raynaldi Ann. a. 1210 § 4; Aguirre Conc. Hisp. V. 156. — »Significavit nobis dilectus.« |
| » 11 | » | (4143) Palentino et Burgensi episcopis et abbati de Morimundo Cisterc. ord. mandat, inhibeant ne abbatissae in Burgensi et Palentia diocesibus moniales proprias benedicant, ipsarum confessiones audiant et publice praedicent, cum Dominus claves regni coelorum virgini Mariae non commiserit. III id. Dec. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 187 ed. Bosquet 152; ed. Baluze II. 495; Opp. ed. Migne III. 356; Collect. IV. decret. lib. 5. tit. 14 *de poenitent.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 687; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 38 *de poenit.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 838; ap. Richter Corp. II. 851; Aguirre l. c. 157. — »Nova quaedam nuper.« |
| » 12 | » | (4144) Concordiam inter priorem fratresque SS. Quatuor Coronatorum et priorem conventumque Lateranenses super usu et iure parochiae factam confirmat. II id. Dec. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 197 ed. Bosquet 161; ed. Baluze II. 501; Opp. ed. Migne III. 367. — »Cum super usu.« |
| » 13 | » | (4145) Abbati de Rievallis Cisterc. ord. Eboracens. dioc. et decano et thesaurario Eboracensibus mandat, ut ecclesiam de Hesel, quam prior et canonici Giseburnenses b. mem. magistro Britio subdiacono et notario papali contulerant, hospitalitatis usibus applicent. Id. Dec. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 208 ed. Bosquet 168; ed. Baluze II. 505; Opp. ed. Migne III. 374. — »Cum dilecti filii.« |
| » 15 resp. 16 | » | (4146) Philippum regem Francorum rogat et monet, ut subtracta omnia restitui faciat episcopis Autissiodorensi et Aurelianensi exulantibus, quorum saisiri fecerat regalia et quaedam alia levi occasione praetensa, quod quidam eorum milites in exercitu constituti ad locum quem eos adire praeceperat, ire cum aliis noluerint. XVII (XVIII *Duch.*) kal. Ianr. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 190 ed. Bosquet 153; ed. Baluze II. 496; Opp. ed. Migne III. 357; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 718; Bouquet Rec. XIX. 537; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1210 § 9. — »Cum alii reges.« |
| » 16 | » | (4147) (Petro) archiepiscopo et suffraganeis ecclesiae Senonensis de superiore ad Philippum regem epistola significat eisque mandat, moneant illum, ut super his Deo et ecclesiae satisfaciat. XVII kal. Ianr. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 191 ed. Bosquet 154; ed. Baluze II. 496; Opp. ed. Migne III. 359; Bouquet l. c. 538. — »Scribimus charissimo in.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1210.** |
| Dec. 17 | Laterani | (4148) (Raimundum) Tolosanum, (Bernardum) Convenarum, (Raimundum) Fuxensem comites et Gastonem de Bean (Bearn *Vais.*, Bearno *Teul.*) monet et hortatur, ut foveant S(imonem) comitem Leycestriae dominum Montisfortis et suos, qui haereticorum persecutionibus insistentes fidem intendunt defendere orthodoxam. xvi kal. Ianr. aº 13º. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. preuv. 228; Bouquet Rec. XIX. 537; Teulet Layettes I. 360. — »Fovere catholicos nobis.« |
| » 17 | » | (4149) (Raymundum) comitem Tolosanum rogat et hortatur, ut iuxta promissionem haereticos e terris suis exterminet. xvi kal. Ianr. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 188 ed. Bosquet 152; ed. Baluze II. 495; Opp. ed. Migne III. 356; Manrique Annal. Cisterc. III. 522; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 717; Bouquet l. c. 536; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1210 § 10. — »Non decet tanti.« |
| » 18 | » | (4150) Simoni comiti Leicestriae domino Montisfortis mandat, ut censum trium denariorum quos de unaquaque domo de terra contra haereticos acquisita sedes apostolica debet recipere annuatim colligat et reservet, ipsum per fidelem nuntium transmissurus. xv kal. Ianr. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 189 ed. Bosquet 152; ed. Baluze II. 495; Opp. ed. Migne III. 357; Duchesne l. c. V. 717; Bouquet l. c. 537; *cf.* Raynald. l. c. § 11. — »Ut tuae nobilitatis.« |
| » 21 | » | (4151) Atheniensi, Neopatrensi et Larisseno archiepiscopis, Davaliensi, Fermopilensi, Avalonensi, Sydoniensi, Castoriensi et Zaratoriensi episcopis et Thebano, Citrensi, Nazorescensi et Valacensi electis petentibus resignationem ecclesiarum, monasteriorum, possessionum cum pertinentiis suis, necnon etiam presbyterorum et ecclesiasticarum personarum cum omni iure suo, quam principes et barones commorantes a confinio Thessalonicensis regni usque Corinthum in manus (Thomae) Constantinopolitani patriarchae fecerunt, confirmat. xii kal. Ianr. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 192 ed. Bosquet 154; ed. Baluze II. 496; Opp. ed. Migne III. 360. — »Cum a nobis.« |
| » 21 | » | (4152) Gimmundum militem Alatrinum ab impetitione yconomi et ipsius ecclesiae s. Stephani de Alatro super acquisitionibus Heleazari canonici S. Pauli Alatrini sententialiter absolvit. xii kal. Ianr. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 194 ed. Bosquet 156; ed. Baluze II. 498; Opp. ed. Migne III. 362. — »Cum inter yconomum.« |
| » 22 | » | (4153) S. G. potestatem, consiliarios et universum populum Pisanos rogat et monet, ne Ottoni dicto imperatori excommunicato et maledicto impendant auxilium ad regnum Siciliae occupandum. xi kal. Ianr. aº 13º. ‖ I-i Ep. lib. 13. nº 193 ed. Bosquet 155; ed. Baluze II. 497; Opp. ed. Migne III. 360; Cod. dipl. Sardin. I. 316. nº 19; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1210 § 3. — »Per vestras nobis.« <br> * *In eundem fere modum* Episcopo Florentino. |
| » 28 | » | (4154) (Giraldo) archiepiscopo, decano et capitulo Bituricensibus rogantibus, ut Willelmum eiusdem archiepiscopi praedecessorem († 1209) sanctorum catalogo adscribat, rescribit se consultius aestimare exspectandum »ut Deus magis ac magis clarificet quem iam clarificare inchoavit.« v kal. Ianr. aº 13º. ‖ Labbe Bibl. mss. II. 390; Bulaeus De patronis 51; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 61; I-i Opp. ed. Migne IV. 203. nº 152. — »Ex tenore litterarum.« |
| — | » | (4155) Petro episcopo et archidiacono Briocensibus et abbati de Begar Trecorensis dioecesis mandat, ut causam inter priorem et fratres domus pauperum Andegavensium ex parte una et abbatem monachosque S. Albini Andegavensis ex altera super quadam calciata lapidea et rebus aliis vertentem fine debito terminent. *Sine signo chronol.* ‖ Port Inventaire 121. nº 53. — »Referentibus dilectis filiis.« |
| — | » | (4156) Abbatissa S. Mariae de Parco eiusque sororibus petentibus earum monasterium tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ac institutionem Cisterciensium fratrum ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. Incarn. dom. aº 1210. pont. aº 13º. ‖ Gallia christ. X. instr. 227; I-i Opp. ed. Migne IV. 204. nº 153. — »Quae sub habitu.« |
| — | — | (4157) Magistris et scholaribus Bononiae commorantibus decretales epistolas a P(etro) subdiacono et notario suo compilatas, sub competentibus titulis collocatas et in papae usque ad 12um annum registris contentas sub bulla sua transmittit, ut eisdem absque quolibet dubitationis scrupulo utantur tam in iudiciis quam in scholis. *Sine signo chronolog.* ‖ Collect. III. decret. lib. 1. praefat. *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 424; I-i Ep. ed. Bosquet notae 48. — »Decretales epistolas.« |
| — | — | (4158) Abbate de Becco petente inhibet, ne diocesanus loci ad inquisitionem contra personas ipsius monasterii propria auctoritate procedat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Thes. anecd. I. 819; I-i Opp. ed. Migne IV. 275. nº 235. — »Tam suppliciter quam.« |
| — | — | (4159) Eidem concedit facultatem, ut ex cellulis ad monasterium pertinentibus, in quibus duo vel tres monachi commorantes ordinis honestati non congruenter vivunt, monachos |

**1210.**

ipsos cum possessionibus ad conventum revocet vel ex eis unum aut plures conventus noviter ordinet. *Sine signo chronol.* || Martene l. c. I. 819; Migne l. c. IV. 275. nº 236. — »Ex parte vestra.«

— — (4160) Eidem concedit facultatem absolvendi quosdam monachos, qui per violentam manuum iniectionem inciderunt in canonem sententiae promulgatae aut symoniacum in monasterio habuerunt ingressum. *Sine signo chronol.* || Martene l. c. I. 820; Migne l. c. IV. 275. nº 237. — »Ex tua insinuatione.«

**1209 — Febr. 22 — 1210.**

— — (4161) Roffredo tit. SS. Marcellini et Petri presbytero cardinali abbati Casinensi mandat, ut hospitale iuxta monasterii facultates ad solitas eleemosynas reformet; notarium quem ab executione commissi sibi officii removerit vel resumat ad ipsum, vel illum quem postmodum assumpserit faciat exhibere monasterio iuramentum, ne de possessionibus eius ullum faceret instrumentum praeter consensum capituli; castra reducat ad custodiam monachorum *etc. Sine die et mense.* || I-i Ep. lib. 12. nº 182 ed. Baluze II. 404; Opp. ed. Migne III. 193; Margarini Bull. Casin. II. 238. — »Dilecti filii Iohannes.«

**1211.**

Ianr. 4 Laterani * (4162) (Sigfrido) Maguntinensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, prohibeant ne a fratribus Ebracensis monasterii decimae exigantur. II non. Ianr. aº 13º. || Lang Regesta II. 27.

» 5 » (4163) Laoniensi et Findbarensi episcopis et abbati de Magio Limiricens. dioc. mandat, faciant ut sententia sedis apostolicae de electione W. Ymilicensis observetur, cum indebite sit ad ordines promotus et illicite electus. Non. Ianr. aº 13º. || I-i Ep. lib. 13. nº 195 ed. Bosquet 157; ed. Baluze II. 498; Opp. ed. Migne III. 363; Collect. IV. decret. lib. 1. tit. 7 *de temp. ordin.* c. 1 (*ubi inscripta* De Leomen. et Sabbarien. abbatibus) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 621; *fragm. et inscripta* Leton. et Cal. abbatibus *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 11 *de temp. ordin.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 105; ap. Richter Corp. II. 117. — »Dilectus filius W.«

» 5 » (4164) (Haimardo) episcopo et Gervasio archidiacono Suessionensibus et abbati Vallis Clarae Cisterc. ord. Landunens. dioc. mandat, ut, si eis constiterit Molismensem abbatem et I. archidiaconum Catalaunensem perperam processisse in causa Iacobi electi S. Petri ad Montes, iuxta formam priorum litterarum in eadem causa procedant et quod decreverint firmitatem obtinere faciant; tum eis praescribit, quid cavendum sit a iudicibus, ne falsitas veritati praeiudicet aut iniquitas praevaleat aequitati. Non. Ianr. aº 13º. || I-i Ep. lib. 13. nº 196 ed. Bosquet 160; ed. Baluze II. 500; Opp. ed. Migne III. 366; Collect. IV. decret. lib. 2. tit. 6 *de probat.* c. 1 (*sine inscript.*) *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 636; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 37 *de poenis* c. 11 (*sine inscript.*) ap. Boehmer l. c. 834; ap. Richter l. c. 847. — »Dilectus filius Iacobus.«

» 21 » (4165) (Iohanni) abbati et conventui de Los *al.* de Laude octo modios frumenti annui redditus, quos de terris et pratis quae in territorio de Haia et de Skelmis habebat, B(alduinus) comes Flandriae eidem monasterio pie relaxavit, confirmat. XII kal. Febr. aº 13º. || Bréquigny Dipl. II. n. 1145; I-i Opp. ed. Migne IV. 206. — »Solet annuere sedes.«

» 22 » (4166) (Pontio) magistro et fratribus militiae Templi in Ungaria constitutis commutationem inter eos et (Gothardum) Zagabriensem episcopum super quibusdam decimis et rebus aliis initam confirmat. XI kal. Febr. aº 13º. || I-i Ep. lib. 13. nº 198 ed. Bosquet 161; ed. Baluze II. 501; Opp. ed. Migne III. 368; Katona Hist. crit. V. 123; Fejér Cod. dipl. III. I. 104. — »Iustis petentium desideriis.«

» 22 » (4167) Eisdem locum S. Martini cum appendiciis, possessiones, villas et alia eis ab (Andrea) rege Ungariae collata confirmat. XI kal. Febr. aº 13º. || I-i Ep. lib. 13. nº 199 ed. Bosquet 162; ed. Baluze II. 501; Opp. ed. Migne III. 368; Katona l. c. 123; Fejér l. c. 110. — »Solet annuere sedes.«

» 23 » (4168) Magistro Andreae scriptori suo canonico Lemovicensi praebendam ei collatam a Guala S. Mariae in porticu diacono cardinale sedis apostolicae legato in ecclesia Lemovicensi confirmat. X kal. Febr. aº 13º. || I-i Ep. lib. 13. nº 202 ed. Bosquet 164; ed. Baluze II. 503; Opp. ed. Migne III. 371. — »Proposuit dudum dilectus.«

» 23 » (4169) Maiori archidiacono, cantori et Manfredo canonico Bituricensibus mandat, ut quod sententialiter definivit observari faciant, magistro Andreae scriptori suo stallum in choro et locum in capitulo Lemovicensi assignantes. X kal. Febr. aº 13º. || I-i Ep. lib. 13 *in* nº 202 ed. Bosquet 165; ed. Baluze II. 503; Opp. ed. Migne III. 371. — »Proposuit olim dilectus.«

» 24 » (4170) Magistro Petro Boiol canonico Lemovicensi nunciat, se per diffinitivam sententiam approbandum duxisse id, quod Guala S. Mariae in porticu diaconus cardinalis tunc

**1211.**

apostolicae sedis legatus fecerit, Petrum eundem investiendo de praebenda ecclesiae Lemovicensis, cum poenitentiarius eiusdem ecclesiae non probaverit, illum tempore investiturae excommunicatum fuisse. IX kal. Febr. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 201 ed. Bosquet 162; ed. Baluze II. 501; Opp. ed. Migne III. 369. — »Proposuisti dudum coram.«

Ianr. 25 — Laterani — (4171) (Brunonem) episcopum Misnensem, abbatem de Porta et abbatem de Cella Nuemburg. et Misnens. dioec. iudices constituit inter Quidelemburgensem abbatissam ex una parte et (Fridericum) Haluerstadensem episcopum eiusque capitulum ex altera. VIII kal. Febr. a° 13°. ‖ Leuckfeld Antiqq. Quedlinb. 227; I-i Opp. ed. Migne IV. 195; Erath Cod. dipl. Quedlinb. 129; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 203. n° 41; Gersdorf Cod. dipl. Sax. reg. II. I. 74. n° 78, *falso ad* a. 1210. — »Dilecta in Christo.«

» 26 — » — (4172) Simigiense monasterium tuendum suscipit eiusque libertates, immunitates, dignitates ac consuetudines confirmat. VII kal. Febr. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 200 ed. Bosquet 162; ed. Baluze II. 501; Opp. ed. Migne III. 368; Fejér Cod. dipl. III. I. 97. — »Cum a nobis.«

» 26 — » — (4173) Abbatem et conventum S. Benigni Divionensis ab impetitione R. canonici tam super eius receptione quam expensis et aliis absolvit, et Herveum eiusdem Divionensis ecclesiae canonicum ab eorum monasterio, prioratibus et obedientiis removet. VII kal. Febr. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 203 ed. Bosquet 165; ed. Baluze II. 503; Opp. ed. Migne III. 371. — »Cum Herveus et.«

» 27 — » — (4174) Decano et subdecano Pictaviensibus et Americo (magistro P. amico *Coll. IV.*) de Longo-vado canonico Petragoricensi mandat, ut, magistro Petro Boiol clerico stallum in choro ac locum in capitulo Lemovicensi assignantes, diffinitivam sedis apostolicae sententiam faciant observari. VI kal. Febr. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. *in* n° 201 ed. Bosquet 164; ed. Baluze II. 502; Opp. ed. Migne III. 370; Coll. IV. decret. lib. 5. tit. 9 *de cler. excomm.* c. 1 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 683; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 27 *de clero excomm.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 794 (*tributa* a° 1210); ap. Richter Corp. II. 801. — »Proposuit olim dilectus.«

» 31 — » — (4175) Abbati et conventui S. Bertini significat, se inhibere, ne episcopus, archidiaconus aut capitulum Morinensis ecclesiae pro benedictione abbatum capam sericam, palefridum, pastum et his similia exigere praesumant. II kal. Febr. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 204 ed. Bosquet 165; ed. Baluze II. 503; Opp. ed. Migne III. 372. — »Iustis petentium desideriis.«

» 31 — » — (4176) Eisdem inhibet, ne beneficia non vacantia promittere praesumant vel assignare pensiones beneficiorum non vacantium nomine nobilium, potentium et etiam praelatorum solvendas. II kal. Febr. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 205 ed. Bosquet 166; ed. Baluze II. 504; Opp. ed. Migne III. 372. — »Cum ex iniuncto.«

» — (4177) Eisdem terragium et decimam de Felchinel a R. de Alneto milite ac res alias ab aliis eorum monasterio collatas confirmat. II kal. Febr. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 206 ed. Bosquet 166; ed. Baluze II. 504; Opp. ed. Migne III. 373. — »Solet annuere sedes.«

Febr. 1 — » — (4178) (Philippo) Francorum regi conqueritur de moribus Othonis »qui dicitur imperator.« »Retribuit nobis mala pro bonis; a persecutione piae matris incipiens .... ad occupandum regnum Siciliae manus extendit, quod ... rex Fredericus orphanus et pupillus obtinet ex successione materna, tanquam sibi nequaquam sufficiat, quod eius patrimonium iniuste detinet occupatum. Quis ergo de caetero sibi credat aut de ipso confidat? .... Nos ... interdiximus ei sub poena excommunicationis ..., ne contra nos et Romanam ecclesiam et regem et regnum Siciliae tantam persecutionem exerceat, sed ab ea omnino desistens satisfaciat de offensis. .... Caeterum scire te volumus, quod, cum viva voce super pace inter te et ipsum reformanda eum convenimus, sic inflate nobis respondit, quod, quamdiu detineres terram avunculi sui, prae nimia confusione non posset faciem levare, quamvis simulatione velit tecum pacem tractare, usque nos significaremus eidem, quod id faciendum iuxta nostrae arbitrium voluntatis tam iuramento quam scripto adstrictus respondit, quod cartam servaremus in archa. Sed nos propositum nostrum patenter expressimus, quod nunquam deficeremus regno Francorum ....« Kal. Febr. a° 13°. ‖ Notices et extr. II. (1789.) 282. — »Utinam fili carissime.« *Cf.* n° 3923.

» 13 — » — (4179) B(urkhardum) praepositum et fratres de Sorech [Soreth *Hugo,* Schussenried] Praemonstr. ord. protegendos suscipit, specialiter autem praedia de Sorech, de Hulsruti, de Hainzinswiler, de Curimbach et de Luppach cum capella et aliis pertinentiis eorundem et alia bona eis confirmat. Id. Febr. a° 13°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 525 (*sed legas* 509); Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVII.) 548; Wirtemberg. UB. II. 384. n° 552. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 18 — » — (4180) Universis monachis obedientiarum monasterii Saxivivi mandat, ut prompta devotione servent et abbati suo obedientiam et reverentiam impendant. XII kal. Mart. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 207 ed. Bosquet 167; ed. Baluze II. 504; Opp. ed. Migne III. 373. — »Quantum et quamdiu.«

**1211.**

Febr. 18 Laterani (4181) Morinensi episcopo et Morinensi ac S. Audomari decanis mandat, ut secundum facultates quarundam parochialium ecclesiarum monasterio s. Bertini pertinentium servitoribus earundem congruam assignent portionem, ita ut reliquum ad usum monachorum cedat et pauperum iuxta voluntatem eorum, qui eis praefatas ecclesias contulerunt. xii kal. Mart. a° 13°. ‖ I-i Ep. lib. 13. n° 209 ed. Bosquet 168; ed. Baluze II. 505; Opp. ed. Migne III. 375. — »Ex parte dilecti.«

» 22 » (4182) (Lutoldo) episcopo Basiliensi, de Luzila et de Tannibach abbatibus Cisterc. ord. Constantiens. et Basiliens. diocc. significat, se electionem Walteri in praepositum Constantiensem confirmasse, eisque mandat, ut quod a sede apostolica sit sententialiter diffinitum observari faciant. viii kal. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 1 ed. Bosquet 169; ed. Baluze II. 507; Opp. ed. Migne III. 377. — »Dilectus filius Walterus.«

» 22 » (4183) Walteri electionem in praepositum Constantiensem confirmat. viii kal. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 2 ed. Bosquet 170; ed. Baluze II. 508; Opp. ed. Migne III. 379. — »In nostra nuper.«

» 22 » (4184) Archiepiscopo Toletano, Tirasonensi, Colimbriensi et Zamorensi episcopis ad preces F(ernandi) primogeniti Aldefonsi regis Castellae mandat, ut subditos ad bellum contra Sarracenos moneant et, si quis regum Hispaniae, cum quo praedictus rex Castellae treugam vel pacem firmavit, tempore quo idem rex vel filius eius Sarracenos impugnant, ipsum praesumpserit violare, eum per censuram ecclesiasticam compescant. viii kal. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 3 ed. Bosquet 171; ed. Baluze II. 508; Opp. ed. Migne III. 379; Aguirre Conc. Hisp. V. 157. — »Significavit nobis dilectus.«

* *In hunc etiam fere modum pro Petro rege Aragonum quibusdam* Praelatis Hispaniae.

» 22 » (4185) Aldefonso regi Castellae de praecedenti epistola significat eumque hortatur, ut in devotione Romanae ecclesiae firmiter perseveret. viii kal. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 4 ed. Bosquet 171; ed. Baluze II. 508; Opp. ed. Migne III. 380; Aguirre l. c. 157. — »Cum personam tuam.«

» 22 » (4186) F(ernando) primogenito A(ldefonsi) regis Castellae scribit in eundem modum eadem de re. viii kal. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 5 ed. Bosquet 172; ed. Baluze II. 509; Opp. ed. Migne III. 381; Aguirre l. c. 158. — »Cum personam tuam.«

» 23 » (4187) (Sancium) regem Portugalensem propter diversos excessus redarguit eumque monet, ut libertati et suis bonis episcopum Colimbriensem et ecclesiam restituat. vii kal. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 8 ed. Bosquet 174; ed. Baluze II. 510; Opp. ed. Migne III. 383; Aguirre l. c. 158; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1211 § 11. — »Si te diligenter.«

» 23 » (4188) Compostellano archiepiscopo praecipit, moneat (Sancium) regem Portugalensem, ut episcopum Colimbriensem propriae restituat libertati, ablata eidem restituens et de damnis irrogatis satisfaciens competenter. vii kal. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 9 ed. Bosquet 176; ed. Baluze II. 511; Opp. ed. Migne III. 385; Aguirre l. c. 159; *cf.* Raynald. l. c. § 12. — »Vehementer nos comedit.«

» 23 » (4189) Eidem, licet Colimbriensis episcopus pro eo, quod inter ipsum et Egitanensem episcopum suffraganeum Compostellanum super limitatione episcopatuum suorum quaestio ventiletur, eum in causa sua possit iudicem recusare, tamen causam illius, quam habet contra (Sancium) regem Portugalensem, de certa scientia committit et mandat, ut litteras quas super eodem negotio ipsi regi dirigat, per suum clericum regi dicto praesentari faciat. vii kal. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 10 ed. Bosquet 177; ed. Baluze II. 512; Opp. ed. Migne III. 386; Aguirre l. c. 160. — »Licet venerabilis frater.«

» 25 » (4190) Raynaldum Brancaleonem Sitinum cum omnibus bonis protegendum suscipit. v kal. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 7 ed. Bosquet 174; ed. Baluze II. 510; Opp. ed. Migne III. 382. — »Cum a nobis.«

» 25 » (4191) Episcopo Maurianensi et priori Aquae Bellae mandat, ut in lite inter fratres monasterii (s. Petri) Savilianensis et Clusinum monasterium (s. Michaelis) super subiectione dictorum fratrum et rebus aliis exorta nullatenus procedant. v kal. Mart. a° 14°. ‖ Historiae patr. monum. I. 1175; I-i Opp. ed. Migne IV. 206. n° 155. — »Gravem dilectorum filiorum.«

» 28 » (4192) (Petro) archiepiscopo et suffraganeis ecclesiae Senonensis mandat, ut relaxent suspensionis sententiam ab ipso in quosdam clericos latam pro eo, quod non ab episcopis suis se fecerint ad sacros ordines promoveri. ii kal. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 11 ed. Bosquet 178; ed. Baluze II. 512; Opp. ed. Migne III. 387. — »Adversus quosdam clericos.«

Mart. 2 » (4193) Abbatissae et monialibus Aurigniacensibus inhibet, ne beneficia promittant non vacantia vel pensionem cuiquam assignare praesumant. vi non. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 12 ed. Bosquet 179; ed. Baluze II. 513; Opp. ed. Migne III. 388. — »Cum ex iniuncto.«

**1211.**

Mart. 8 | Laterani | (4194) Ecclesiam s. Crucis sitam super fluvium Engliae iuxta oppidum eiusdem nominis tuendam suscipit omnesque eius possessiones, quarum plurimas fuse recenset, ac iura confirmat. VIII id. Mart. indict. XIV. incarn. dom. a° 1210. pont. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 6 ed. Bosquet 172; ed. Baluze II. 509; Opp. ed. Migne III. 381. — »Quotiens a nobis.«

» 10 | » | (4195) Henrico electo S. Stephani Herbipolensis electionem de eo factam in abbatem dicti monasterii confirmat. VI id. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 13 ed. Bosquet 179; ed. Baluze II. 513; Opp. ed. Migne III. 388; *fragm. in* Collect. IV. decret. lib. 2. tit. 11 *de sent. et re iud.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 644. — »Olim in dilecti« (»Cum in praesentia« *Coll. IV.*).

» 10 | » | (4196) (Conrado) Ratisponensi episcopo, de S. Emmeranno Ratisponensi et Pruveningensi Ratispon. dioc. abbatibus mandat, ut Henricum electum S. Stephani Herbipolensis in corporalem abbatiae possessionem inducant et ab universis monachis ei faciant obedientiam exhiberi. VI id. Mart. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 14 ed. Bosquet 181; ed. Baluze II. 514; Opp. ed. Migne III. 390. — »Olim dilectus filius.«

» 17 | » | (4197) (Petro) archiepiscopo Senonensi, (Guilelmo) Nivernensi episcopo et magistro Roberto de Corzon canonico Parisiensi mandat, ut in G. canonicum Lingonensem presbyterum de Mussiaco rigorem ecclesiasticae disciplinae exerceant, nisi usque ad festum pentecostes innocentiam suam ostenderit super his, pro quibus a (Willelmo) episcopo Lingonensi tanquam haereticus condemnatus fuerit. XVI kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 15 ed. Bosquet 182; ed. Baluze II. 515; Opp. ed. Migne III. 391. — »Venerabilis frater noster.«

» 18 | » | (4198) Abbatissam et conventum de Rinesburg [Rijnsburg] tuendas suscipit. XV kal. Apr. a° 14°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 132. n° 222. — »Solet annuere sedes.«

» 18 | » | (4199) Conventum de Egmonda in Hollandia tuendum suscipit bonaque eius confirmat. XV kal. April. a° 14°. A° M.CC.VI.(!) ‖ Oorkondenboek I. c. 128. n° 211, *perperam ad a. 1206.* — »Solet annuere sedes.«

» 21 | » | (4200) Hugone abbate eiusque fratribus petentibus monasterium s. Salvatoris Karoffensis ad exemplar Alexandri II *etc.* protegendum suscipit ac omnes eius possessiones fuse enumeratas iubet illibatas permanere. XII kal. Apr. indict. XIV. incarn. dom. a° 1210. pont. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 18 ed. Bosquet 183; ed. Baluze II. 515; Opp. ed. Migne III. 392. — »Venerabilium locorum cura.«

» 22 | » | (4201) Magistro Giliberto praebendam quam in ecclesia ss. Apostolorum Constantinopolitana est canonice assecutus confirmat. XI kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 16 ed. Bosquet 183; ed. Baluze II. 515; Opp. ed. Migne III. 392. — »Iustis petentium desideriis.«

» 22 | » | (4202) A. canonico S. Sophiae Constantinopolitano praebendam quam in Constantinopolitana ecclesia obtinet confirmat. XI kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 17 ed. Bosquet 183; ed. Baluze II. 515; Opp. ed. Migne III. 392. — »Solet annuere sedes.«

» 22 | » | (Hugone) priore et conventu Andrensibus postulantibus prohibet, ne quis monachus ... pro aliquo fideiubeat: »XI kal. Apr. a° 14°.« ‖ Achery Spicil. II. 852, *vid.* 1211. Mart. 31. n° 4210.

» 23 | » | (4203) Causam inter fratres militiae Templi S. Philippi de Plano Auximanae dioc. et Auximanum episcopum super quibusdam mortuariis, decimis, synodalibus et aliis episcopalibus iuribus ac super eo quod excommunicatos et interdictos recipiebant longius agitatam sententialiter terminat. X kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 20 ed. Bosquet 188; ed. Baluze II. 518; Opp. ed. Migne III. 397. — »Inter vos ac.«

» 23 | » | (4204) Compositionem inter Hugonem abbatem conventumque Karrofenses ex una et Andrense coenobium ex altera parte factam super iure eligendi abbatem Andrensem confirmat. X kal. Apr. a° 14°. ‖ Chron. Andrense ap. Achery Spicil. II. 850; I-i Ep. lib. 14. n° 19 ed. Baluze II. 517; Opp. ed. Migne III. 395. — »Inter ecclesiam vestram.«

* *In eundem modum* Priori et capitulo Andrensibus.

» 28 | » | (4205) Praeposito et fratribus ecclesiae Sicliniensis concedit, ut quidam redditus eiusdem nonnisi usibus illorum fratrum deputentur, qui matutinis et vespertinis officiis necnon celebritati missarum et singulis regularibus horis curaverint interesse. V kal. Apr. a° 14°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1146; I-i Opp. ed. Migne IV. 207. — »Ad audientiam apostolatus.«

» 29 | » | (4206) Transactionem inter abbatem conventumque Fossae Novae ex parte una et consules ac populum Pipernenses ex altera super possessionibus constitutis in loco qui Laurentii vulgariter appellatur amicabiliter initam, eius tenore inserto, confirmat. IV kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 22 ed. Bosquet 191; ed. Baluze II. 521; Opp. ed. Migne III. 401. — »Iustis petentium desideriis.«

» 30 | » | (4207) Cantori, magistro E. de Hennin. et Her. Pediargenti canonicis Attrebatensibus de quadam praebenda in ecclesia Ariensi Wiberto presbytero collata dat mandata. III kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 21 ed. Bosquet 189; ed. Baluze II. 519; Opp. ed. Migne III. 399. — »Dilectus filius magister.«

## 1211.

Mart. 30 | Laterani | (4208) Hugoni priori et conventui Andrensibus inhibet, ne contra statuta Lateranensis concilii beneficia non vacantia cuiquam promittere de cetero praesumant. III kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 161 ed. Baluze II. 588; Opp. ed. Migne III. 523; Chron. Andrense ap. Achery Spicil. II. 851. — »Cum ex iniuncto.«

» 30 resp. 31 | » | (4209) Eisdem redditus annuos, qui Eustachio de Campania et suis praedecessoribus olim ab eorum monasterio debebantur, quos autem ab ipso nobili eiusque heredibus accedente assensu comitis Gisnensis et Willelmi de Fielnes, de quorum feodo ipsi proveniebant redditus, redemerunt et relaxationem consuetudinum onerosarum confirmat. III (II *Achery*) kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 162; Opp. ed. Migne III. 523; Chron. Andrense ap. Achery l. c. 851. — »Iustis petentium desideriis.«

» 31 | » | (4210) Eisdem postulantibus prohibet, ne quis monachus vel conversus sine consensu et licentia abbatis et maioris partis capituli pro aliquo fideiubeat vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat. II (XI *Achery*) kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 23 ed. Bosquet 193; ed. Baluze II. 521; Opp. ed. Migne III. 402; Chron. Andrense ap. Achery l. c. 852. — »Cum a nobis.«

» 31 | » | (4211) Eisdem concedit, ut, quotiescumque terram comitis Gisnensis patroni monasterii subici contigerit ecclesiastico interdicto, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrent. II kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 24 ed. Bosquet 193; ed. Baluze II. 522; Opp. ed. Migne III. 403; Chron. Andrense ap. Achery l. c. 852. — »Solet annuere sedes.«

» 31 | » | (4212) Magistro Nicolao Misnensi et Arnaldo de Stendal Halberstatensis diocesis canonicis causam, quae inter Ottonem subdiaconum suum et Walterum qui pro praeposito Magdeburgensi se gerit super Magdeburgensi praepositura agitabatur, Broccardo delegato demortuo, altero absente, committit. II kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 31 ed. Bosquet 197; ed. Baluze II. 523; Opp. ed. Migne III. 407. — »Causam quae inter.«

» 31 | | »In die sancto Iovis excommunicationem latam in Ottonem (IV imper.) et eius sequaces confirmat.« ‖ Ryccardus de S. Germano ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 334 (ap. Muratori Scr. r. Ital. VII. 984, ap. Ughelli Ital. sacr. III. [1647.] 970). — »Oto statim post coronationem suam coepit prosequi ecclesiam Romanam, quapropter dominus papa Innocentius excommunicavit eum die coenae.« ‖ Annal. de Wintonia *in* Annal. monast. I. 81.

(Apr. intr.) | » | (4213) Universis principibus Alemanniae significat, se post diligentes ammonitiones et dilationes frequentes Othonem dictum imperatorem excommunicasse et anathematizasse pro eo »quod, beneficiorum nostrorum ingratus et promissionum suarum oblitus maligne persequitur regem Siciliae orphanum et pupillum apostolicae protectioni relictum, nequiter invadendo regnum ipsius et Romanae ecclesiae patrimonium contra sacramenta et scripta sua et contra iura et monimenta nostra... Unde . . nos ab ipsius fidelitate absolvimus universos vel potius decrevimus absolutos..... Dolemus et pro ecclesia, dolemus et pro imperio, dolemus etiam pro toto populo christiano; et ad vos . . recurrentes per apostolica scripta mandamus..., quatenus festinetis super huiuscemodi providere, dum temporis opportunitatem habetis, quia nocuit saepe differre paratis.« ... *Sine signo chronol.* ‖ Notices et extraits II. (1789.) 284; Böhmer Acta imper. II. 630. n° 921. — »Insolentiam et nequitiam.« *Cf.* Chron. Sampetr. ap. Mencken Scr. r. Germ. III. 239.

Apr. 1 | » | (4214) Abbati et conventui S. Auberti Cameracensis altare s. Bovae a b. m. W(alterio) Rotomagensi archiepiscopo eis collatum, altaria de Wildebroc et de Vrimede, quae b. m. R(obertus) Cameracensis episcopus, et altare de Herentoth, quod I(ohannes) successor ipsius eorum monasterio contulerunt, decimas de Crivecuer, Barastro et de Hapelaincort ad ipsum monasterium de manu laicali revocatas et omnia alia eorum bona confirmat. Kal. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 25 ed. Bosquet 193; ed. Baluze II. 522; Opp. ed. Migne III. 403; Miraeus Opp. dipl. III. 379. — »Cum a nobis.«

» 11 | » | (4215) Abbati et conventui monasterii s. Sepulcri Castellan. dioc. mandat, ut ad terminandam causam vertentem inter eos et (Iohannem) episcopum Castellanum super episcopali iure ac quibusdam ecclesiis usque ad festum b. Lucae evang. proxime venturum apostolico conspectui se praesentent. III id. Apr. a° 14°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. 221. — »Cum causam quae.«

» 11 | » | • (4216) Praeposito in Maria Saal et archidiaconis de Völkermarkt et de Celsach mandat, ut disceptent controversiam inter abbatem capitulumque de Victring et cives de Villach, qui illis domum in Villach sitam devastaverant *etc.* III id. Apr. a° 14°. ‖ Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XIX. 196, *perperam ad* a. 1212.

» 11 | » | • (4217) Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi concedit, ut, cum plerique incendiarii suae diocesis ob inimicitias capitales et alia iusta impedimenta apostolico se nequeant conspectui praesentare absolutionis beneficium petituri, ipsis absolutionem impendat. III id. Apr. a° 14°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 200. n° 133.

» 12 | » | (4218) Abbati et conventui S. Quintini Belvacensis inhibet, ne beneficia non vacantia promittant vel pensiones cuiquam conferant. II id. Apr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 26 ed. Bosquet 194; ed. Baluze II. 522; Opp. ed. Migne III. 404. — »Cum ex iniuncto.«

**1211.**

(Apr. 12) Laterani (4219) Abbati et conventui S. Eligii Noviomensis idem prohibet. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 14. nº 27 ed. Bosquet 194; ed. Baluze II. 522; Opp. ed. Migne III. 404. — »Cum ex concessa.«

» 12 » (4220) Petro regi Aragonum concedit, ut omnes donationes infra aetatis suae legitimae tempora illicite ab ipso factas legitime possit revocare. ii id. Apr. aº 14º. ‖ I-i Ep. lib. 14. nº 28 ed. Bosquet 195; Opp. ed. Migne III. 404; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1211 § 13. — »Cum donationes nonnullas.«

» 12 » Uticensi episcopo et abbati Cisterciensi apostolicae sedis legatis: »ii id. Apr. aº 14º.« ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 539, *vid.* 1211. Apr. 15. nº 4229.

» 15 » (4221) Auxitanum archiepiscopum rogat et monet, ut pontificalem curam spontaneus resignet. xvii kal. Mai. aº 14º. ‖ I-i Ep. lib. 14. nº 32 ed. Bosquet 197; ed. Baluze II. 524; Opp. ed. Migne III. 408; *cf.* Raynald. l. c. 1211 § 21. — »Sicut is qui.«

* *In eundem modum* Episcopo Valentinensi *scriptum est.*
*In eundem fere modum scriptum est* Uticensi episcopo et Cisterciensi abbati apostolicae sedis legatis, *ut dictum archiepiscopum ad id moneant.*

» 15 » (4222) (Hugoni) Ruthenensi episcopo curam pontificalem resignare gestienti scribit, se Uticensi episcopo et abbati Cisterciensi apostolicae sedis legatis iniunxisse, ut eum ad resignationem compellant, ne videatur papae forsitan illusisse. xvii kal. Mai. aº 14º. ‖ I-i Ep. lib. 14. nº 33 ed. Bosquet 198; ed. Baluze II. 524; Opp. ed. Migne III. 409; *cf.* Raynald. l. c. — »Sicut is qui.«

* *Legatis in eundem fere modum super hoc scriptum est.*

» 15 » (4223) Uticensi episcopo apostolicae sedis legato mandat, ut (Bernardi Raymundi) Carcassonensis episcopi cessionem accipiens ipsum a cura pontificali absolvat, iniungendo Carcassonensi capitulo, ut infra octo dies cum ipsius consilio personam idoneam sibi in pastorem eligant. xvii kal. Mai. aº 14º. ‖ I-i Ep. lib. 14. nº 34 ed. Bosquet 198; ed. Baluze II. 524; Opp. ed. Migne III. 409; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum venerabilis frater.«

» 15 » (4224) Carcassonensi capitulo mandat, ut talem sibi personam iuxta praescriptam formam eligant canonice in pastorem, quae tanto congruat oneri et honori. xvii kal. Mai. aº 14º. ‖ I-i Ep. lib. 14. *in* nº 34 ed. Bosquet 198; ed. Baluze II. 524; Opp. ed. Migne III. 410. — »Cum venerabilis frater.«

» 15 » (4225) Uticensi episcopo et abbati Cisterciensi apostolicae sedis legatis mandat, ut comitatum Melgoriensem, qui b. Petri iuris existat, in suis recipiant manibus. xvii kal. Mai. aº 14º. ‖ I-i Ep. lib. 14. nº 35 ed. Bosquet 199; ed. Baluze II. 524; Opp. ed. Migne III. 410; Bouquet Rec. XIX. 539; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1211 § 8. — »Praesentium vobis auctoritate.«

» 15 » (4226) (Michaeli) Arelatensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut sententiam in Raymundum Tolosanum comitem ob contumaciam eius ab Uticensi episcopo et abbate Cisterciensi promulgatam per dioceses suas publicent. xvii kal. Mai. aº 14º. ‖ I-i Ep. lib. 14. nº 36 ed. Bosquet 199; ed. Baluze II. 525; Bouquet l. c. 539; Opp. ed. Migne III. 410; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1211 § 14. — »Cum exspectaverimus hactenus.«

» 15 » (4227) Eisdem mandat, ut ad recuperanda castra et alias possessiones et terras, quae ab eorum ecclesiis Raymundus Tolosanus comes tenet, insistant viriliter et prudenter. xvii kal. Mai. aº 14º. ‖ I-i Ep. lib. 14. nº 37 ed. Bosquet 199; ed. Baluze II. 525; Opp. ed. Migne III. 411; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum exspectaverimus hactenus.«

» 15 » (4228) (Burno) Vivariensi episcopo mandat, ut sententiam in Raymundum Tolosanum comitem promulgatam per diocesim suam publicet. xvii kal. Mai. aº 14º. ‖ I-i Ep. lib. 14. nº 38 ed. Bosquet 200; ed. Baluze II. 525; Opp. ed. Migne III. 411. — »Cum exspectaverimus hactenus.«

» 15 » (4229) Uticensi episcopo et abbati Cisterciensi apostolicae sedis legatis mandat, faciant ut sententia ab eodem abbate lata in comitem Forcalcariensem et plures alios nobiles viros qui pedagia, exactiones indebitas et alias iniquitates in stratis publicis et fluminibus commiserunt, firmiter observetur. xvii kal. Mai. (ii id. Apr. *Manr.*) aº 14º. ‖ I-i Ep. lib. 14. nº 39 ed. Bosquet 200; ed. Baluze II. 525; Opp. ed. Migne III. 411; Manrique Ann. Cisterc. III. 539; Bouquet l. c. 539. — »Cum in nobiles.«

» 15 » (4230) Eisdem mandat, faciant ut sententia in Roncelinum apostatam et periurum et cives Massilienses ei obedientes et faventes ab ipsis promulgata firmiter observetur. xvii kal. Mai. aº 14º. ‖ I-i Ep. lib. 14. nº 40 ed. Bosquet 200; ed. Baluze II. 525; Opp. ed. Migne III. 411; Guesnay S. Cassianus 690; Belzunce Antiq. de l'église de Marseille II. 42; Manrique l. c. 539; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1211 § 20. — »Cum in Roncelinum.«

» 16 » (4231) (Willermo) episcopo Lingonensi et (Odoni) duci Burgundiae scribit, se ratum habere quidquid ab ipsis ex compromisso statutum fuerit ad reformationem et solutionem debitorum monasterii s. Benigni Divionensis absque rerum ecclesiae venditione vel obli-

1211.

gatione, provisa tamen quinquaginta monachorum iuxta loci consuetudinem sustentatione. xvi kal. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 29 ed. Bosquet 195; ed. Baluze II. 522; Opp. ed. Migne III. 405. — »Sicut ex litteris.«

Apr. 16 Laterani (4232) Eidem episcopo mandat, ut Willelmum de Bregdum monachum seditiosum et dilapidatorem eiusque complices a s. Benigni monasterio amoveat eosque in aliis coenobiis eiusdem observantiae collocet. xvi kal. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 30 ed. Bosquet 196; ed. Baluze II. 523; Opp. ed. Migne III. 407. — »Cum sicut nostris.«

» 17 » (4233) Abbati et fratribus S. Wulmari possessionem nemoris de sancta Cruce siti in allodio S. Wlmari *etc.* confirmat. xv kal. Mai. a° 14°. || Bréquigny Dipl. II. II. 1147; I-i Opp. ed. Migne IV. 208. — »In his quae.«

» 19 » (4234) Capitulo ecclesiae Romanensis regalia eis ab imperatoribus et aliis principibus saecularibus, in foro videlicet et in nundinis necnon et transitu fluminis Isarae concessa confirmat. xIII kal. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 41 ed. Bosquet 200; ed. Baluze II. 525; Opp. ed. Migne III. 411. — »Iustis petentium desideriis.«

» 19 » (4235) Eisdem consuetudines ac statuta ecclesiae suae confirmat. xIII kal. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 42 ed. Bosquet 201; ed. Baluze II. 525; Opp. ed. Migne III. 412. — »Solet annuere sedes.«

» 27 » (4236) Abbatissae Auregniacensi significat, se inhibere, ne diocesanus episcopus vel quilibet alius ordinarius iudex in eius monasterium excommunicationis vel interdicti sententiam sine manifesta et rationabili causa promulgare praesumat. v kal. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 45 ed. Bosquet 202; ed. Baluze II. 526; Opp. ed. Migne III. 413. — »Ex assuetae benignitatis.«

» 27 » (4237) Abbatissa et conventu Auregniacensibus petentibus inhibet, ne pro benedictione vel installatione abbatissae, consecrationibus altarium vel ecclesiarum sive pro oleo sancto vel quolibet alio ecclesiastico sacramento diocesanus episcopus vel archidiaconus loci quicquam exigere praesumat. v kal. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 46 ed. Bosquet 203; ed. Baluze II. 526; Opp. ed. Migne III. 414. — »Iustis petentium desideriis.«

» 28 » (4238) Abbati et conventui S. Quintini Belvacensis eligendi abbatem plenam et liberam facultatem confirmat, petita tamen prius a Belvacensi episcopo licentia eligendi. IV kal. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 47 ed. Bosquet 203; ed. Baluze II. 527; Opp. ed. Migne III. 414. — »Iustis petentium desideriis.«

» 30 » (4239) (Henrico) Gneznensi archiepiscopo privilegium, quod Lesco, Conradus et W(l)adislavus Oddonis duces Poloniae ecclesiae Gneznensi super ecclesiastica libertate concesserunt, auctoritate ecclesiastica confirmat. »Quia vero in eodem privilegio est expressum, ut si aurum vel argentum sive pretiosas vestes aut palafridos decedentium episcoporum supradicti duces invenerint et episcopus decesserit intestatus, in usus suos omnia convertantur, dum tamen hoc ipsum eis a nobis fuerit vel a legato nostro concessum, dictis ducibus consulimus et mandamus, ut nequaquam in usus suos supradicta convertant, sed ecclesiae cui defunctus episcopus praefuit illa faciant integraliter assignari.« II kal. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 43 ed. Bosquet 201; ed. Baluze II. 526; Opp. ed. Migne III. 412. — »Cum illius locum.«

» 30 » (4240) (Conrado) episcopo quondam Halberstatensi et abbati de Sichem mandat, adeant (Henricum) archiepiscopum Gneznensem et W(l)adislavum ducem Poloniae personaliter et moneant dictum ducem, qui diuturnis archiepiscopum iniuriis et molestiis lacessivit et dudum thesaurum Gneznensis ecclesiae occupavit, ut eidem archiepiscopo et eius hominibus super datis damnis et iniuriis irrogatis satisfaciat, ablatis omnibus restitutis, ipsum ad hoc si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam compellentes. II kal. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 44 ed. Bosquet 202; ed. Baluze II. 526; Opp. ed. Migne III. 413; Manrique Ann. Cisterc. III. 542. — »Is qui paci.«

Mai. 6 » (4241) (Conrado) episcopo Brixinensi, Aquilegensi decano et magistro Hug(oni) canonico Ratisponensi committit causam inter (Eberhardum) Salzeburgensem archiepiscopum et Gurcense capitulum super excommunicationis sententia, quam idem archiepiscopus in ipsum capitulum promulgavit, terminandam. Respondet, illum esse pro absoluto habendum, cui ab excommunicante data sit licentia audiendi divina et divinis officiis interesse. II non. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 48 ed. Bosquet 204; ed. Baluze II. 527; Opp. ed. Migne III. 415. — »Diligenter auditis et.«

» 7 » (4242) Monasterium Cauriense cum omnibus bonis et possessionibus, quarum plures enumerat, protegendum suscipit illasque ei confirmat. Non. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 49 ed. Bosquet 205; ed. Baluze II. 528; Opp. ed. Migne III. 416. — »Cum a nobis.«

» 9 » (4243) Sororibus de Murcedo petentibus institutum, quod eis Albanensis electus fecit et secundum quod vivere debent, approbat. VII id. Mai. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 50 ed. Bosquet 205; ed. Baluze II. 528; Opp. ed. Migne III. 416. — »Iustis petentium desideriis.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1211.** |
| Iul. 26 | Laterani | (4288) Episcopo Salimbriensi, Varisiensi electo et Theoderico canonico Constantinopolitano mandat, ut, si electionem S. Nicomediensis ecclesiae thesaurarii in episcopum Nicomediensem de persona idonea repererint canonice celebratam, eandem auctoritate apostolica confirment. VII kal. Aug. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 90 ed. Bosquet 239; ed. Baluze II. 548; Opp. ed. Migne III. 455. — »Tam ex litteris.« |
| » 28 | » | (4289) Fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Accon statutum, quod de mantellorum depositione alborum et deferendis palliis tam ab ipsis quam ab ipsorum successoribus amodo de stanforti ab Al(berto) Ierosolimitano patriarcha apostolicae sedis legato inter eos et fratres militiae Templi pro bono pacis firmatum est, confirmat. V kal. Aug. a° 14°. ‖ Strehlke Tab. 270. n° 301; *partim* ap. Voigt Gesch. Preussens II. 66. — »Cum a nobis.« |
| » 30 | » | (4290) Archipresbytero et capitulo Pisanis praecipit, ut Marzucco (de Caietanis) canonico proventus ecclesiasticos, quos ei pro suae voluntatis arbitrio subtraxerunt, sine diminutione aliqua restituant. III kal. Aug. a° 14°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 714; I-i Opp. ed. Migne IV. 209. n° 159. — »Transmissa nobis dilectus.« |
| Aug. 2 | » | (4291) (Angelo) patriarchae Gradensi et (?) episcopo Castellano mandat, ut electionem A. Constantinopolitani praepositi Venetiis existentis in archiepiscopum Durachiensem confirment, si eam invenerint canonice de persona idonea celebratam. IV non. Aug. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 93 ed. Bosquet 240; ed. Baluze II. 549; Opp. ed. Migne III. 456; Farlati Illyr. sacr. VII. 360; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 46. n° 75. — »Ex litteris dilectorum.« |
| » 2 | » | (4292) Compositionem inter fratres militiae Templi de Aventino ex parte una et abbatem monachosque Criptae ferratae ex altera super ecclesia s. Mariae de Sorresco factam confirmat. IV non. Aug. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 91 ed. Bosquet 239; ed. Baluze II. 549; Opp. ed. Migne III. 455. — »Examinata causa quae.« |
| » 2 | » | (4293) Abbati et monachis Criptae ferratae scribit eadem de re. IV non. Aug. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 92 ed. Bosquet 240; ed. Baluze II. 549; Opp. ed. Migne III. 456. — »Examinata causa quae.« |
| » 4 | » | (4294) Archiepiscopo Heracliensi et decano SS. Quadraginta Constantinopolitano mandat, ut comitem Bertoldum ac relictam marchionis Montisferrati quasdam possessiones ecclesiae Constantinopolitanae occupatas detinentes ad restitutionem detentorum per censuram ecclesiasticam cogant. II non. Aug. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 94 ed. Bosquet 241; ed. Baluze II. 549; Opp. ed. Migne III. 456. — »Dilecti filii capitulum.« |
| » 4 | » | (4295) (Raimundo) Ebredunensi archiepiscopo sedis apostolicae legato, (Raimundo) Uticensi et (Hugoni) Regensi episcopis praescribit formam procedendi in causa Roncelini qui habitu monachali reiecto Massiliensis civitatis dominium sibi temere usurparat, cui autem indulget ut ab excommunicationis vinculo absolutus patrimonii sui rationem habeat, cum habitum monachalem reassumpserit, nobili muliere dimissa. II non. Aug. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 95 ed. Bosquet 241; ed. Baluze II. 549; Opp. ed. Migne III. 457; Ruffy Hist. de Marseille I. 492; Belzunce Antiq. de l'église de Marseille II. 45; Bouquet Rec. XIX. 541; Guesnay S. Iohannes Cassianus 691. — »Cum Roncelinus qui.« |
| » 4 | » | (4296) (Lothario) Pisano archiepiscopo mandat, ut Roncelino beneficium absolutionis impendat ac eidem iniungat, ut (Bernardi) Ebredunensis archiepiscopi, (Raimundi) Uticensis et (Hugonis) Regensis episcoporum mandatis pareat. II non. Aug. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 96 ed. Bosquet 242; ed. Baluze II. 550; Opp. ed. Migne III. 458. — »Cum Roncelinus qui.« |
| » 5 | » | (4297) Capitulo S. Sophiae ac universis praelatis conventualium ecclesiarum Constantinopolitanarum mandat, irrita dicta et electione decani in patriarcham Constantinopolitanum et postulatione Cremonensis episcopi, Petri tit. S. Marcelli presbyteri cardinalis et magistri Roberti de Corzon canonici Parisiensis, ut ad novam patriarchae electionem procedant. Non. Aug. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 97 ed. Bosquet 243; ed. Baluze II. 551; Opp. ed. Migne III. 459; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 127; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1211 § 24. — »Per litteras vestras.« |
| » 8 | » | (4298) Fundano episcopo libertates et immunitates, quas Riccardus Fundanus comes ei eiusque ecclesiae a° 1202 mense Iulio concesserat, confecto super hoc authentico huic bullae inserto, auctoritate apostolica confirmat. VI id. Aug. a° 14°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 724; Cocquelines Bullar. III. 145. n° 78; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 253. — »Cum (a *om. uterq.*) nobis.« |
| » 20 | ap. Criptam ferratam | (Philippo) regi Franciae: »XIII kal. Sept. a° 14°.« ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 721, *vid.* 1211. Aug. 25. n° 4300. |
| » 21 | » | (4299) Episcopo Zaratoniensi, decano Thebano et cantori Davaliensi inquisitionem committit contra Neopatrensem archiepiscopum, qui, licet esset in sacerdotali officio constitutus, comam nutriens contra Latinos in Graecorum auxilium cum Arguro quondam Corinthi domino tamquam laicus pariter arma sumpserat et circa eundem in militis |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1211.** |
| | | officio per annum et amplius serviens nonnullos Latinos dicebatur occidisse, *etc.* xii kal. Sept. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 98 ed. Bosquet 244; ed. Baluze II. 551; Opp. ed. Migne III. 460; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1211 § 24. — »Dilecti filii decanus.« |
| Aug. 25 | ap. Criptam ferratam | (4300) (Philippo) regi Franciae nunciat, se legatis suis iniunxisse, ut terram pene totam a (Raimundo) comite Tolosano amissam ad eorum quibus pertineat opus diligenter faciant custodiri, ac eisdem super hoc negotio litteras apostolicas destinare, quales ad regis commodum et honorem credat expedire; tum rogat eum, ut postposito curiali iudicio (Guilelmo) Antisiodorensi et (Manassi) Aurelianensi episcopis remittat poenam, quam rex eisdem intulerit. viii (xiii *Duch.*) kal. Sept. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 163 ed. Baluze II. 588; Opp. ed. Migne III. 524; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 721; Bouquet Rec. XIX. 542. — »Noverit regalis prudentia.« |
| » 31 | » | (4301) Abbati et conventui de Flore ecclesiam Calabromariae (cui etiam de Altilia nomen) contra pulsationem monachorum Curacensium adiudicat. ii kal. Sept. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 99 ed. Bosquet 245; ed. Baluze II. 552; Opp. ed. Migne III. 461; Laurus B. Ioachim mirabil. veritas defensa 22; Ughelli Ital. sacra IX. 479; Manrique Ann. Cisterc. III. 553; *fragm.* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 189. — »Inter vos et.« |
| » 31 | » | (4302) (Lucae) archiepiscopo, decano et cantori Cusentinis de superiore ad abbatem de Flore epistola significat eisque mandat, ut quod a sede apostolica sit sententialiter diffinitum, per censuram ecclesiasticam faciant observari. ii kal. Sept. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 100 ed. Bosquet 247; ed. Baluze II. 554; Opp. ed. Migne III. 464; Ughelli l. c. 481. — »Inter dilectos filios.« |
| Sept. 3 | » | (4303) C(omitae) iudici Turritano mandat, ut, cum Pisani contra prohibitionem et excommunicationem sedis apostolicae Ottoni dicto imperatori ad impugnandum regnum Siciliae navalem exercitum destinarint, ipsis una cum aliis magnatibus Sardiniae totis viribus resistat, si dicti Pisani Sardiniam ingredi attentarint. iii non. Sept. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 101 ed. Bosquet 248; ed. Baluze II. 554; Opp. ed. Migne III. 465; Cod. dipl. Sardin. I. 319. n° 23; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1211 § 3. — »Cum Pisani contra.«<br>* *In eundem fere modum eodemque die* Hugoni de Basso. |
| » 3 | » | (4304) (Blasio) Turritano et (Bernardo) Arborensi archiepiscopis mandat, ut W(illelmo) iudici Calaritano super negotio Arborensi salutare consilium tribuant. iii non. Sept. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 102 ed. Bosquet 248; ed. Baluze II. 554; Opp. ed. Migne III. 465; Cod. dipl. Sardin. l. c. n° 24. — »Fraternitati vestrae praesentium.« |
| » 3 | » | (4305) (Blasio) Turritano archiepiscopo mandat, ut de consanguinitate inter W(illelmum) Calaritanum iudicem et G. filiam comitis Guidonis uxorem eius cognoscat. iii non. Sept. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 103 ed. Bosquet 248; ed. Baluze II. 554; Opp. ed. Migne III. 465; Cod. dipl. Sard. l. c. n° 25. — »Dilectus filius nobilis.« |
| » 24 | Laterani | (4306) (Alberto) Ierosolymitano patriarchae apostolicae sedis legato mandat, moneat Hugonem Cypri regem, ut G. Montis Beliardi regni Ierosolymitani comestabulum in gratiam suam recipiens sine difficultate ei restituat iura sua. viii kal. Oct. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 104 ed. Bosquet 249; ed. Baluze II. 555; Opp. ed. Migne III. 466. — »Gravi nobis dilectus.« |
| » 24 | » | (4307) (Petro) patriarchae Antiocheno mandat, ut causam matrimonialem inter O. de Dempera et E. sororem Hugonis Cypri regis vertentem canonico fine decidat. viii kal. Oct. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 105 ed. Bosquet 249; ed. Baluze II. 555; Opp. ed. Migne III. 466. — »Querelam dilecti filii.« |
| » 30 | » | (4308) Monasterii s. Bartholomaei de Trisulto Carthusiens. ord. tutelam suscipit eiusque possessiones nominatim recensitas, iura ac privilegia confirmat. ii kal. Oct. indict. XIV (XV *Tr.*) incarn. dom. a° 1211. pont. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 106 ed. Bosquet 250; ed. Baluze II. 555; Opp. ed. Migne III. 467; Tromby Storia V. app. 57. — »Vinea culturae caelestis.« |
| » 30 | » | (4309) Archiepiscopo, decano et T. canonico Thebanis mandat, faciant ut excommunicationis sententia, quam Davaliensis et Cardicensis episcopi et Nazarocensis electus in causa super domo de Iheracomite ac rebus aliis inter fratres militiae Templi et Patracensem archiepiscopum vertente contra eos, qui praesumerent istorum sententiae contraire, promulgarunt, usque ad satisfactionem idoneam firmiter observetur. ii kal. Oct. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 111 ed. Bosquet 253; ed. Baluze II. 557; Opp. ed. Migne III. 471. — »Venerabiles fratres nostri.« |
| » 30 | » | (4310) Avelonensi episcopo, thesaurario et T. canonico Thebanis mandat, faciant ut compositio inter Atheniense capitulum et eorundem archiepiscopum super ipsius ecclesiae redditibus ac facultatibus amicabiliter inita firmiter observetur. ii kal. Oct. a° 14°. ‖ I-i Ep. ed. Bosquet 254; ed. Baluze II. 558; Opp. ed. Migne III. 471. — »Dilecti filii Atheniense.« |

**1211.**

Oct. 1 Laterani (4311) Thebano capitulo remissionem 320 hyperperorum, nomine crusticae annuatim Oddoni de Roca domino Atheniensi redendorum, a Gaufrido principe Achaiae ad quem ratione feudi dicta crustica pertinebat factam confirmat. Kal. Oct. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 110 ed. Bosquet 253; ed. Baluze II. 557; Opp. ed. Migne III. 470. — »Ex parte vestra.«

» 4 » (4312) Priori et fratribus Carthusiensibus supplicantibus decernit, ut presbyter quidam Carthusiensis ordinis, qui mulierem quae cum eo concubuerat per zonam ludo arripiens ei abortum intulerat, possit ministrare, si conceptus nondum erat vivificatus; alioquin ab altaris officio abstineat. IV non. Oct. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 107 ed. Bosquet 251; ed. Baluze II. 556; Opp. ed. Migne III. 469; Collect. IV. decret. lib. 5. tit. 6 *de homicid.* c. 4 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 682; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 12 *de homicid.* c. 20 ap. Boehmer Corp. II. 765; ap. Richter Corp. II. 773. — »Sicut ex vestrarum.«

» 4 » (4313) Universis archiepiscopis et episcopis ad quos litterae istae pervenerint mandat, ut si qua fuerit inter Cisterciensis et Carthusiensis ordinum fratres materia litis exorta, partes suas interponant ad pacem inter eos amicabiliter reformandam; sin minus, causam mediante iustitia terminent sine sumptu et strepitu. IV non. Oct. a° 14°. | I-i Ep. lib. 14. n° 108 ed. Bosquet 252; ed. Baluze II. 556; Opp. ed. Migne III. 469; Manrique Annal. Cisterc. III. 542; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1211 § 23. — »Cum inter omnes.«

» 5 » (4314) Henricum Constantinopolitanum imperatorem rogat et monet, ut castrum de Situm super Ravenica cum pertinentiis eius fratribus militiae Templi restituat et nullam super eo de cetero ipsis molestiam inferat. III non. Oct. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 109 ed. Bosquet 252; ed. Baluze II. 557; Opp. ed. Migne III. 470; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 24. — »Grave gerimus et.«

» 5 » (4315) Abbate et conventu S. Maglorii Parisiensis referentibus inhibet, ne de cetero archidiaconus Parisiensis pro installatione ipsorum abbatis de novo in sede collocandi centum solidos Parisiensis monetae ab eis extorquere attemptet. III non. Oct. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 143 ed. Bosquet 284; ed. Baluze II. 577; Opp. ed. Migne III. 504. — »Cum ex iniuncto.«

» 5 » (4316) Tarasiam reginam et S(anctiam) filias S(ancii) quondam regis Portugalensis tuendas suscipit et castrum Montismaioris et villam Hisguerra (de Segeira *Manr.*) quod reginae Tarasiae, et castrum de Alanquer, quod S(anctiae) filiae dictus pater donavit, eis confirmat. III non. (id. *Manr.*) Oct. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 117 ed. Bosquet 257; ed. Baluze II. 559; Opp. ed. Migne III. 474; Manrique Ann. Cisterc. III. 565; Aguirre Conc. Hisp. V. 162; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1211 § 13. — »Olim ad petitionem.«

» 5 » (4317) Viennensi, Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi et Narbonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis et universis ecclesiarum praelatis per ipsorum provincias constitutis mandat, ut, cum (Raimundus) Uticensis episcopus et (Arnaldus) abbas Cisterciensis apostolicae sedis legati Tolosanos cives pro favore perfidi comitis Tolosani et tam haereticorum defensione quam receptatione ruptariorum excommunicationis vinculo innodarint, comitem et cives praedictos publice denuntient excommunicatos et ab omnibus artius evitandos. III non. Oct. a° 14°. || Teulet Layettes I. 372. n° 973. — »Venerabilis frater noster.«

» 7 » (4318) Archiepiscopo Compostellano, Ulixbonensi et Egitaniensi episcopis significat, se M. filiae Sancii regis Portugalensis ea confirmasse quae eidem pater testamento legaverit; mandat eis, ut si quis praedictam nobilem super bonis praedictis praesumpserit molestare, illum a praesumptione sua per censuram ecclesiasticam compescant. Non. Oct. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 116 ed. Bosquet 256; ed. Baluze II. 559; Opp. ed. Migne III. 474; Aguirre l. c. 162. — »Olim ad petitionem.«

» 7 » (4319) Eidem archiepiscopo, Zamorensi et Astoricensi episcopis significat, se Tarasiae reginae et S(anctiae) filiabus Sancii regis Portugalensis ea confirmasse quae eisdem pater testamento legaverit; mandat eis, ut si quis praedictas nobiles super bonis praedictis praesumpserit molestare, illum a praesumptione sua per censuram ecclesiasticam compescant. Non. Oct. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 118 ed. Bosquet 257; ed. Baluze II. 559; Opp. ed. Migne III. 475. — »Olim ad petitionem.«

» 7 » (4320) Compositionem quam F. prior et P. cantor Alcobatiae iudices a sede apostolica delegati super libertate, exemptione ac aliis rebus S. Vincentii Ulixbonensis inter priorem conventumque dicti monasterii et episcopum Ulixbonensem fecerunt, confirmat. Non. Oct. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 119 ed. Bosquet 258; ed. Baluze II. 560; Opp. ed. Migne III. 475; Aguirre l. c. 162. — »Cum a nobis.«

» 7 » (4321) Abbati, superiori et sacristae Alcobatiae Ulixbonens. dioc. mandat, ut compositio in n° 4320 memorata inviolabiliter observetur. Non. Oct. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 120 ed. Bosquet 258; ed. Baluze II. 560; Opp. ed. Migne III. 475; Aguirre l. c. 163. — »Dilecti filii prior.«

» 8 » (4322) Archipresbytero S. Laurentii, abbati S. Gemini et S. Mariae Novae et S. Angeli de Spata, S. Stephani de Platea Fraianorum relaxationem procurationum, quam Raynerius

| | | |
|---|---|---|
| | | **1211.** |
| • | | Viterbiensis episcopus eis indulsit, confirmat. viii id. Oct. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 113 ed. Bosquet 254; ed. Baluze II. 558; Opp. ed. Migne III. 472. — »Cum a nobis.« |
| Oct. 12 | Laterani | (4323) Abbati S. Stephani Bononiensis et magistro Gregorio decretorum doctori Bononiae commoranti mandat, ut Alexandrinum episcopum ab executione pontificalis et sacerdotalis officii publice suspendant, »ut eius exemplo similia ceteri agere pertimescant«. iv id. Oct. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 114 ed. Bosquet 255; ed. Baluze II. 558; Opp. ed. Migne III. 472; (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. ii. 174; Moriondus Mon. Aquens. II. 23; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1211 § 20. — »Illius testimonium invocamus.« |
| » 13 | » | (4324) M. filiam Sancii quondam regis Portugalensis cum bonis omnibus sub b. Petri et sua protectione suscipit et tam Baucias, Tuias et Aoruca quae iam dictus pater et mater eius ipsi donaverunt, quam haereditates quas ei nobilis mulier V. Egee nomine, quae eam nutrivit et adoptavit in filiam, haereditario iure concessit, auctoritate apostolica confirmat. iii id. Oct. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 115 ed. Bosquet 256; ed. Baluze II. 559; Opp. ed. Migne III. 473; Aguirre Conc. Hisp. V. 161; *cf.* Raynald. l. c. § 13. — »Olim ad petitionem.« |
| » 13 | » | Tarasiam reginam *etc.*: »iii id. Oct. a° 14°.« ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 565, *vid.* 1211. Oct. 5. n° 4316. |
| » 19 | » | (4325) Iohannem regem Anglorum, qui treugas cum Philippo rege Francorum sedi apostolicae significaverat, rogat ut nunc ad Terrae sanctae succursum sollicite ac potenter intendat. xiv kal. Nov. a° 14°. ‖ Rymer Foed. I. 50 (104); Bouquet Rec. XIX. 543; I-i Opp. ed. Migne IV. 213. n° 164. — »Litteras quas nobis.« |
| » 29 | » | (4326) Compositionem inter (Iohannem) abbatem conventumque de Los *al.* de Laude ex parte una et (Guichardum) priorem monachosque S. Salvii de Valentianis ex altera super quibusdam possessionibus grangiae apud Frangeres confirmat. iv kal. Nov. a° 14°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 1147; I-i Opp. ed. Migne IV. 210. — »Ea quae iudicio.« |
| » 31 | » | (4327) (Alberico) archiepiscopo Remensi eiusque suffraganeis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Remensem provinciam constitutis praecipit, ut excommunicationis sententia percellant laicos et ab officio suspendant monachos et clericos, qui ab abbate et fratribus Laudunensibus decimas exigere praesumpserint de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, vel de animalium nutrimentis. ii kal. Nov. a° 14°. ‖ Buzelinus Gallo-Flandria 383; Miraei Opp. dipl. II. 842; Manrique Ann. Cisterc. III. 438. — »Audivimus et audientes.« |
| Nov. 5 | » | (4328) Caesaraugustano et Tyrasonensi episcopis et R. Lain archidiacono Iaccensi Oscensis dioc. committit inquisitionem in ecclesia Pampilonensi et mandat eis, ut capitulo eiusdem dent eligendi sibi pontificem liberam facultatem, alio deposito. Non. Nov. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 122 ed. Bosquet 259; ed. Baluze II. 560; Opp. ed. Migne III. 476; Aguirre Conc. Hisp. V. 163. — »Ne vinea Domini.« |
| » 7 | » | (4329) (Andreae) Lundensi et (Alberto) episcopo Rigensi (Ripensi *Bosq.*) mandat, ut contra mendacem Strangonem civem Lundensem, qui per suggestionem falsitatis in quarto affinitatis gradu, quo suam contingebat uxorem, a sede apostolica dispensationis litteras impetraverat, statuant quod canonicum sit. vii id. Nov. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 121 ed. Bosquet 258; ed. Baluze II. 560; Opp. ed. Migne III. 476; Gruber Orig. Livon. 238; Bunge Livl. UB. I. 30. n° 22; Scr. rer. Livon. I. 365. n° 17; Liljegren Svenskt dipl. I. 165. n° 142. — »Ad nostram noveritis.« |
| » 12 | » | (4330) (Petro) episcopo, (Iohanni) abbati S. Victoris et cancellario Parisiensibus mandat, ut ad iustum moderamen redigant (Herveum) comitem Nivernensem, si gravare voluerit abbatem et conventum Virziliacenses, qui ei 1500 marcas argenti super procurationibus duabus annuatim exactis mutuo concesserant ea lege, ut pro unaquaque procuratione moderata 50 libris Altisiodorensis monetae contentus sit. ii id. Nov. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 123 ed. Bosquet 260; ed. Baluze II. 561; Opp. ed. Migne III. 478. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 12 | » | (4331) (Herveum) episcopum, abbatem S. Lupi et decanum Trecenses ad biennium delegat, ut, quoties ab abbate et conventu Virziliacensibus requisiti fuerint, ad complementum iustitiae eisdem exhibendum compellant (Odonem) Burgundiae ducem ter vel quater in anno villas eorum occasione cuiusdam consuetudinis depraedantem. ii id. Nov. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 124 ed. Bosquet 261; ed. Baluze II. 562; Opp. ed. Migne III. 479. — »Cum sicut dilectis.« |
| » 13 | » | (4332) (Petro) episcopo, (Iohanni) abbati S. Victoris et magistro Roberto de Corzon canonico Parisiensibus mandat, ut, si Philippus Francorum rex quaestiones inter (Herveum) comitem Nivernensem et abbatem monachosque Virziliacenses ortas sine firmatione duelli terminare non potuerit, ipsum comitem ad satisfaciendum de damnis et iniuriis ab eo illatis aut inferendis per excommunicationis et interdicti sententias compellant, hac commissione usque ad triennium usuri. Id. Nov. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 126 ed. |

**1211.**

Bosquet 263; ed. Baluze II. 563; Opp. ed. Migne III. 481; Bouquet Rec. XIX. 543. — »Non solum zelus.«

* *Scriptum est super hoc* (Herveo) comiti Nivernensi;
» » » » (Philippo) regi Francorum.

Nov. 16 Laterani (4333) (Petro) archiepiscopo Senonensi, (Herveo) episcopo et decano Trecensibus mandat, ut, si controversia (Manassis) Aurelianensis episcopi et Ursionis camerarii Philippi Francorum regis ad saecularem iudicem pertineat, utpote de feodo regio, sententiam interdicti latam in praedicti camerarii terram relaxent. XVI kal. Dec. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 128 ed. Bosquet 267; ed. Baluze II. 565; Opp. ed. Migne III. 485; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 720; Bouquet l. c. 546. — »Sicut dilectus filius.«

» 16 » (4334) (Bernardo) Gebennensi episcopo, abbati de Abundantia et priori de Coudamina mandat, ut inquisita super criminibus (Amadei) Bisuntini archiepiscopi veritate quod canonicum fuerit appellatione postposita statuant et causam sufficienter instructam ad ipsius examen remittant. XVI kal. Dec. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 125 ed. Bosquet 261; ed. Baluze II. 562; Opp. ed. Migne III. 479. — »Dilectis filiis Humberto.«

» 17 » (4335) (Iohanni) abbati et conventui de Los *al.* de Laude octo modios frumenti annuos, quos Balduinus comes Flandrensis et Hainon. eorum monasterio concesserat, confirmat. XV kal. Dec. a° 14°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1148; I-i Opp. ed. Migne IV. 211. — »Solet annuere sedes.«

» 18 » (4336) (Petro) Senonensi archiepiscopo et suffraganeis eius praecipit, ut excommunicent parochianos suos, qui infra monasterii Virziliacensis pertinentias crucibus terminatas hominem capere, invadere vel ei quamlibet offensionem irrogare praesumpserint. XIV kal. Dec. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 127 ed. Bosquet 266; ed. Baluze II. 565; Opp. ed. Migne III. 484. — »Cum quieti Virziliacensis.«

* *In eundem modum* (Rainaldo) Lugdunensi archiepiscopo et suffraganeis eius.

» 26 » (4337) Episcopo Esculano mandat, ut clericis in sacris ordinibus constitutis tabellionatus officium per beneficiorum suorum subtractionem interdicat. VI kal. Dec. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 129 ed. Bosquet 268; ed. Baluze II. 566; Opp. ed. Migne III. 486; Collect. IV. decret. lib. 3. tit. 19 *ne clerici* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 666; *fragm. int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 50 *ne clerici* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 623; ap. Richter Corp. II. 634. — »Sicut te accepimus.«

» 30 » (4338) Abbatem et conventum de Dunfermelyn protegendum suscipit, specialiter antem universas possessiones et alia bona eis confirmat. II kal. Dec. a° 14°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 162. n° 246. — »Cum a nobis.«

Dec. 2 » (4339) (Philippum) regem Francorum monet, ut compescat ipsius iustitiarios per Normanniam constitutos et alios regiae ditioni subiectos, qui praetextu criminis usurarum bona pro salute animarum decedentium in eleemosynam ab ipsis donata fisco regio in iuris ecclesiastici detrimentum applicare contendunt. IV non. Dec. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 131 ed. Bosquet 269; ed. Baluze II. 567; Opp. ed. Migne III. 487; Bessin Concil. Rotomag. prov. I. 109; Bouquet Rec. XIX. 547. — »Sincerae caritatis affectio.«

* *Scriptum est* (Iohanni) abbati S. Victoris, W. archidiacono et cancellario Parisiensi, *ut dictum regem ad hoc inducant.*

» 3 » (4340) Universis episcopis in quorum episcopatibus malefactores Corbeiensis monasterii commorantur mandat, ut parochianos suos ad restitutionem possessionum eidem monasterio ablatarum per censuram ecclesiasticam compellant. III non. Dec. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 142 ed. Bosquet 284; ed. Baluze II. 576; Opp. ed. Migne III. 504. — »Quanto amplius Corbeiense.«

» 3 » (4341) Albanensi electo, apostolicae sedis legato mandat, ut, si quos iuniores canonicos in ecclesiis suis invenerit idoneos ad gradum sacerdotii assumendum, illos, ut se ad superiores ordines faciant promoveri, per subtractionem beneficiorum compellat. III non. Dec. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 130 ed. Bosquet 268; ed. Baluze II. 566; Opp. ed. Migne III. 487. — »Ad audientiam nostram.«

» 4 » (4342) Decano et capitulo capellae ducis Divionensis possessiones ac libertates eidem capellae ab Hugone duce Burgundiae concessas et in charta data a° 1172 *) ac ibi de verbo ad verbum relata declaratas confirmat. II non. Dec. a° 14° (15° *Rob.*) ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 164 ed. Baluze II. 588; Opp. ed. Migne III. 525; Robertus Gall. christ., append. 79. — »Cum a nobis.«

* *Legitur* ap. Miraeum Notitia ecclesiar. Belgii 428.

» 7 » (4343) Abbate et conventu de Dunfermelyn supplicantibus inhibet, ut nullus ab eis procurationes insolitas praesumat exigere. VII id. Dec. a° 14°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 162. n° 247. — »Cum ad refrenandum.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1211.** |
| Dec. 11 | Laterani | (4344) Abbati et conventui de Dunfermelyn indulget, ut in parochialibus suis ecclesiis liceat eis sacerdotes eligere et diocesano episcopo praesentare. III id. Dec. a° 14°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 162. n° 248. — »Cum a nobis.« |
| » 11 | » | (4345) Magistro Roberto (Rainato *Duch.*) de Corzon canonico Parisiensi et coniudicibus eius praecipit, ne Walterus dominus de Avenis, qui ad Terram sanctam proficisci voverat, ulterius molestetur eo quod votum suum exequi distulerit, cum ipse (Haimardo) Suessionensi et (Gaufrido) Meldensi episcopis ac Longipontis abbati mandaverit, ut eidem Waltero dilationem peregrinationis concedant, donec terra eius, quam B(ochardus) frater istius subdiaconus cantor quondam ecclesiae Laudunensis, clericali habitu abiecto, hostiliter devastabat, assecurata fuerit. III id. Dec. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 133 ed. Bosquet 274; ed. Baluze II. 570; Opp. ed. Migne III. 493; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 721; Bouquet Rec. XIX. 547. — »Dilectus filius nobilis.« |
| » 13 | » | (4346) Abbati et conventui S. Germani de Pratis Parisiensis significat, se, cum sententiam excommunicationis in Willelmum militem, filium nobilis mulieris H. de Nongento, promulgatam praeceperit observari, donec de iniuriis et damnis monasterio s. Germani illatis satisfecerit, confirmare ac roborare diffinitivam sententiam, quam a secundis et tertiis iudicibus approbatam idem Willelmus violenter infringebat. Id. Dec. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 132 ed. Bosquet 270; ed. Baluze II. 567; Opp. ed. Migne III. 488. — »Cum olim ex.« |
| » 20 | » | (4347) Abbati et conventui de Dunfermelyn forestum de Vueth, quod Robertus de Londoñ regis Scotiae filius eorum monasterio concessit, auctoritate apostolica confirmat. XIII kal. Ianr. a° 14°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 163. n° 249. — »Cum a nobis.« |
| » 24 | » | (4348) Priori et conventui Grandimontensibus mandat, ut clericos quosdam Cistercienses statuta ordinis violata querentes et a priore excommunicatos in eorum cellis recipi faciant, cum eisdem beneficium absolutionis impendi fecerit et commisserit (Geraldo) archiepiscopo Bituricensi ac abbatibus duobus Cisterciensibus, ut in Grandimontensi coenobio reforment quae ibi invenerint deformata. IX kal. Ianr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 145 ed. Bosquet 285; ed. Baluze II. 577; Opp. ed. Migne III. 505; Manrique Annal. Cisterc. III. 542. — »Venientes ad apostolicam.« |
| » 24 | » | (4349) Compositionem inter b. m. Martinum abbatem S. Vedasti Atrebatensis ex parte una et I. quondam et eius heredes Bethunienses advocatos ex altera super quibusdam transactionibus talliarum, rogationum, violentarum exactionum et aliarum rerum in praesentia bon. mem. Samsonis Remensis archiepiscopi initam abbati et conventui S. Vedasti confirmat. IX kal. Ianr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 135 ed. Bosquet 275; ed. Baluze II. 571; Opp. ed. Migne III. 494; Duchesne Hist. généal. de la maison de Béthune, preuv. 32. — »Cum a nobis.« |
| » 30 | » | (4350) (Alberto) Ierosolymitano patriarchae apostolicae sedis legato mandata dat de electione magistri Durandi in Nicosiensem archiepiscopum; »si vel impetitus non fuerit vel extiterit absolutus, tu ipsum praecipias consecrari ac deinde conferas ei pallium.« III kal. Ianr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 134 ed. Bosquet 274; ed. Baluze II. 570; Opp. ed. Migne III. 494. — »Praesentata nobis electione.« |
| » 30 | » | (4351) Abbati et conventui de Dunfermelyn Passagium Reginae et iuxta Inuirket(in) quandam terram quae Terra hospitalis vocatur, et in australi parte passagii quasdam terras, quas cl. m. M(alcolmus) rex Scociae cum libertatibus suis hospitali de passagio Reginae ad eos spectanti contulit, confirmat. III kal. Ianr. a° 14°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 163. n° 250. — »Cum a nobis.« |
| » 30 | » | (4352) Ecclesiae s. Evasii de Casali tutelam suscipit praeposito eiusque fratribus petentibus, statuens ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam perpetuo ibidem observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. III kal. Ianr. indict. XV. incarn. dom. a° 1211. pont. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 136 ed. Bosquet 275; ed. Baluze II. 571; Opp. ed. Migne III. 495 *et* IV. 212. n° 163; De-Conti Notiz. stor. di Casale II. 356; *mutila* ap. Ughelli Ital. sacra IV. 570. — »Piae postulatio voluntatis.« |
| » 31 | » | (4353) Abbati et conventui Corbeiensibus sententiam diffinitivam, quam pro eis contra W. advocatum Bethuniae super quibusdam talliis et exactionibus quas dictus advocatus indebite eorum hominibus imponebat iudices a sede apostolica delegati protulerunt, confirmat. II kal. Ianr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 141 ed. Bosquet 283; ed. Baluze II. 576; Opp. ed. Migne III. 503; Duchesne Hist. généal. de la maison de Béthune, preuv. 88. — »Cum a nobis.« |
| — | — | Iudici Turritano. *Sine nota chronol.* ‖ Cod. dipl. Sardin. I. 318. n° 21, *vid.* 1203. (Mart. 1—15). n° 1861. |
| | | **1212.** |
| Ianr. 2 | Laterani | (4354) Iohanni abbati et conventui S. Pauli monasterium s. Benedicti sub Pentoma constructum in territorio Nepesino, quod ad ius et proprietatem ecclesiae Romanae nullo mediante pertinet, de apostolicae sedis munificentia concedit, ut per S. Pauli monachos |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1212.** |
| | | de cetero idem monasterium ordinetur, et illud sub b. Petri protectione suscipit statuens, ut eius possessiones ac bona illibata permaneant. IV non. Ianr. indict. XV. incarn. dom. a° 1211. pont. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 164 ed. Baluze II. 590; Opp. ed. Migne III. 527; Margarini Bull. Casin. II. 242; L. Galletti Del primicero della s. sede apost. (Roma 1776. 4°) 333. — »Illos christiana devotio.« |
| Ianr. 2 | Laterani | (4355) Capitulo ecclesiae s. Evasii de Casali sententias de subiectione ecclesiae s. Germani de Paciliano latas confirmat, narrata longa causae serie. IV non. Ianr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 137 ed. Bosquet 277; ed. Baluze II. 572; Opp. ed. Migne III. 496. — »Cum dilecti filii.« |
| » 3 | » | (4356) (Lothario) Vercellensi et (Iacobo) Taurinensi episcopis et abbati de Lucedio Vercellens. dioc. scribit de eodem argumento eisque mandat, ut ad componendum inter Casalenses et Pacilianos super pueris suis in Casalensi ecclesia baptizandis impendant diligens studium. III non. Ianr. a° 14°. ‖ De-Conti Notiz. stor. di Casale II. 357. — »Cum dilecti filii.« |
| » 5 | » | (4357) Abbate et conventu de Dunfermelyn postulantibus inhibet, ut nulli liceat, in eos aut eorum clericos, ecclesias et capellas absque manifesta et rationabili causa excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare, *etc.* Non. Ianr. a° 14°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 164. n° 251. — »Cum a nobis.« |
| » 6 | » | Priori Grandimontensi: »VIII id. Ianr. a° 14°.« ‖ Cocquelines Bullar. III. 147; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 256, *vid.* 1212. Ianr. 10. n° 4361. |
| » 9 | » | (4358) (Henrico) episcopo et (Berengario) custodi Argentinensibus mandat, ut circa purgationem Reimboldi de haeretica pravitate accusati taliter procedant, »quod morbus iste, qui serpit ut cancer, per vestram sollicitudinem circumspectam perfecte curetur.« V id. Ianr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 138 ed. Bosquet 282; ed. Baluze II. 576; Bréquigny Dipl. II. II. 1101; I-i Opp. ed. Migne III. 502 *et* IV. 214; *cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 321. n° 310. — »Licet apud iudices.« |
| » 10 | » | (4359) P. praepositum Ebredunensem subdiaconum suum protegendum cum omnibus bonis suscipit et specialiter ei praeposituram et canoniam Ebredunensis ecclesiae confirmat. IV id. Ianr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 139 ed. Bosquet 282; ed. Baluze II. 576; Opp. ed. Migne III. 502. — »Cum a nobis.« |
| » 10 | » | (4360) P. subdiacono suo praeposito et capitulo Ebredunensibus respondet, praebendarum vacantium collationem, si infra semestre tempus non fuerint collatae, nec ab archiepiscopo ad praepositum nec a praeposito ad archiepiscopum devolvi, sed ad superiorem transire, nisi archiepiscopus non ut praelatus sed ut canonicus cum praeposito habeat ius collationis. IV id. Ianr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 140 ed. Bosquet 283; ed. Baluze II. 576; Opp. ed. Migne III. 503; Collect. IV. decret. lib. 3. tit. 3 *de conc. praeb.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 655; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *de conc. praeb.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 461 (*adscripta* a° 1210); ap. Richter Corp. II. 481. — »Postulastis per sedem.« |
| » 10 | » | (4361) Priori Grandimontensi mandat, ut capitula quaedam a priore per litteras exposita ac ibi de verbo ad verbum annotata secundum expositionem observari faciat. IV (VIII *Cocq.*) id. Ianr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 144 ed. Bosquet 284; ed. Baluze II. 577; Opp. ed. Migne III. 504; Cocquelines Bullar. III. 147. n° 79; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 256. — »Cum quaedam capitula.« |
| » 11 | » | (4362) G. presbytero petenti donationem quandam reddituum, quae altari ss. Petri et Pauli in ecclesia Silvanectensi pro unius presbyteri sustentatione facta est, confirmat. III id. Ianr. a° 14°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1149; I-i Opp. ed. Migne IV. 214. — »Iustis petentium precibus.« |
| » 13 | » | (4363) (Alberto) patriarchae Ierosolymitano apostolicae sedis legato mandat, exhortetur fratres militiae Templi et Hospitalis necnon reges et principes orientalis provinciae, ut ad redemptionem illorum qui Alexandriae sint captivi per congruam commutationem intendant et contra persecutores fidei christianae potentibus armis utantur. Id. Ianr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 147 ed. Bosquet 287; ed. Baluze II. 579; Opp. ed. Migne III. 507; *partim* ap. Raynald. Ann. a. 1212 § 44. — »Recepimus litteras doloribus.« |
| » 18 | » | (4364) Electo et praeposito Colocensibus [Kalocsa] mandat, ut magistrum R. in praepositura Cibiniensi instituant. XV kal. Febr. a° 14°. ‖ I-i Ep. lib. 14. n° 153 ed. Bosquet 292; ed. Baluze II. 582; Opp. ed. Migne III. 513; Katona Hist. crit. V. 135; Fejér Cod. dipl. III. I. 114; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 10. n° 11. — »Sicut dilectus filius.« |
| » 18 | » | (4365) (Nicolao) patriarchae Alexandrino significat, se ad petitionem eius (Alberto) patriarchae Ierosolymitano apostolicae sedis legato mandasse, exhortetur fratres militiae Templi et Hospitalis nec non reges et principes orientalis provinciae, ut ad redemptionem illorum qui Alexandriae ac Babyloniae sint captivi per congruam commutationem intendant et contra persecutores fidei christianae potentibus armis utantur. Ceterum, |

**1212.**

cum praefati captivi non habeant nisi quendam vetulum sacerdotem qui eis possit ministrare divina, concedit patriarchae, ut unum ex ipsis in ecclesiasticis ministeriis eruditum in diaconum promoveat. xv kal. Febr. aº 14º. || I-i Ep. lib. 14. nº 146 ed. Bosquet 286; ed. Baluze II. 578; Opp. ed. Migne III. 506; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1212 § 44. — »Gratum gerimus et.«

Ianr. 19 — Laterani — (4366) Universos captivos christianos in Alexandria et Babylonia constitutos consolatur eisque notificat quae pro ipsorum redemptione fecit. xiv kal. Febr. aº 14º. || I-i Ep. lib. 14. nº 148 ed. Bosquet 288; ed. Baluze II. 579; Opp. ed. Migne III. 509. — »Recepimus litteras doloribus.«

» 20 — » — (4367) (Herveo) episcopo, decano et archidiacono Trecensibus scribit de (Iohanne de Candelis) cancellario Parisiensi, qui a volentibus scholas regere iuramentum fidelitatis vel obedientiae ac interdum pecuniae pretium nitebatur extorquere, pro motu proprio incarcerans delinquentes *etc.* »Cum igitur tempore quo vacavimus Parisius studio litterarum, nunquam scholares viderimus sic tractari, eidem cancellario .. dedimus in praeceptis, ut huiusmodi res corrigat.« Mandat eis, ut, si ille hoc mandatum adimplere neglexerit, eum ab hac praesumptione censura ecclesiastica compescant. xiii kal. Febr. aº 14º. || Jourdain Ind. chronol. 3. nº 15, *male ad* a. 1210. — »Miramur non modicum.«

» 20 — » — (4368) Decano et capitulo S. Aniani praecipit, ne ullus canonicorum praebendae suae fructus percipiat, nisi per dimidium annum ad minus, dierum numero interpolatim vel continue computato, residentiam fecerit; ei etiam, nisi horis matutinalibus vel missarum solemniis vel vespertinis laudibus personaliter interfuerit, dies inutiles computentur. xiii kal. Febr. aº 14º. || I-i Ep. lib. 14. nº 151 ed. Bosquet 290; ed. Baluze II. 580; Opp. ed. Migne III. 510; Rob. Hubert Antiq. de St. Aignan d'Orléans, preuv. 137. — »Sicut exhibita nobis.«

» 20 — » — (4369) Hugoni praeposito et fratribus Ulciensis ecclesiae libertatem eligendi praepositum et potestatem inveniendi et repraesentandi capellanos in ecclesiis quas possident auctoritate apostolica confirmat. xiii kal. Febr. aº 14º. || (Rivautella) Ulciens. ecclesiae chartar. 24. nº 21. — »Cum ecclesia in.«

» 20 — » — (4370) (Hugoni) praeposito et conventui ecclesiae s. Laurentii Ulciensis ecclesiam s. Martini de Caumuncio [Chaumont] cum omnibus pertinentiis confirmat. xiii kal. Febr. aº 14º. || Rivautella l. c. 24. nº 22. — »Cum a nobis.«

» 23 — » — (4371) (Iohanni) abbati S. Victoris Parisiensis inhibet, ne absolutionis beneficium impendat scholaribus Parisiensibus, qui alibi quam Parisius manus violentas in clericos iniecerint. x kal. Febr. (sub [!] *Bul.*) aº 14º. || I-i Ep. lib. 14. nº 150 ed. Bosquet 289; ed. Baluze II. 580; Opp. ed. Migne III. 510; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 63; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 9. — »Sicut ex litteris.«

» 25 — » — (4372) Magistro et fratribus militiae Christi in Riga, qui postulaverant, ut in terris illis quas sibi nuper subiugaverant episcopus ordinaretur, nunciat, se preces ipsorum non duxisse protinus admittendas, quin potius usque ad tempus expectandum providisse opportunum. viii kal. Febr. aº 14º. || I-i Ep. lib. 14. nº 149 ed. Bosquet 289; ed. Baluze II. 580; Opp. ed. Migne III. 509; Bunge Livl. UB. I. 32. nº 24; Gruber Orig. Livon. 239; Scr. rer. Livon. I. 365. nº 19*; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 7. — »Gratias eximias bonorum.«

» 31 resp. Febr. 1 — » — (4373) (Petro) Senonensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut subditis suis iniungant succurrere Aldephonso regi Castellae, qui campestre bellum in octavis pentecostes proximo affuturis indixit Sarracenis castrum quod Salvaterra vocatur iam occupantibus. ii (*om. Manr.*) kal. Febr. aº 14º. || I-i Ep. lib. 14. nº 155 ed. Bosquet 293; ed. Baluze II. 582; Opp. ed. Migne III. 514; Manrique Annal. Cisterc. III. 557; *partim* ap. Raynald. l. c. § 18. — »Recepimus litteras dolore.«

Febr. 1 — » — (4374) Abbati S. Salvatoris de Breda Gerundensis dioc. et magistris Vitali subdiacono suo et Arnaldo canonicis Ilerdensibus correctionem monasterii s. Cucufatis committit. Kal. Febr. aº 14º. || I-i Ep. lib. 14. nº 152 ed. Bosquet 291; ed. Baluze II. 581; Opp. ed. Migne III. 511. — »Cum B. monachus.«

» 4 — » — (4375) (Aldephonso) regi Castellae nunciat, se archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae ac Provinciae constitutis mandasse, subditos suos sedulis exhortationibus moneant, ut, cum Sarracenis in octavis pentecostes proximo affuturis campestre bellum indixerit, ei necessarium impendant auxilium in rebus pariter et personis. Ceterum eundem monet, ut, si competentes treugas invenerit, ipsas recipiat, donec opportunius tempus adveniat, quo ipsos valeat securius expugnare. ii non. Febr. aº 14º. || I-i Ep. lib. 14. nº 154 ed. Bosquet 292; ed. Baluze II. 582; Opp. ed. Migne III. 513; Aguirre Conc. Hisp. V. 164; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1212 § 17. — »Cum personam tuam.«

» 10 — (») — (4376) Capitulo Strigoniensi ecclesiam s. Mariae de Bulstu et ecclesiam de Scemera, quas Iohannes eorum archiepiscopus eis canonice pro communi procuratione concessit, confirmat. »Romae« iv id. Febr. aº 14º. || Fejér Cod. dipl. III. i. 111. — »Cum a nobis.«

**1212.**

Febr. 11 — Laterani — (4377) Capitulo Strigoniensi ecclesiam s. Nicolai de Scembot, quam I(ohannes) archiepiscopus ipsis canonice contulit, auctoritate apostolica confirmat. III id. Febr. a° 14°. || N. Knauz Magyar Sion II. 203; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 350. — »Cum a nobis.«

» 12 — » — (4378) (Andream) regem Ungariae monet et adhortatur, ne ad duritiam ipsi imputet, quod compositioni inter (Iohannem) Strigoniensem [Gran] et (Bertholdum) Colocensem [Kolocsa] archiepiscopos de prima coronatione regum Ungariae *etc.* »robur non attribuimus firmitatis, sed tam providentiae quam iustitiae id adscribas, quibus regni et heredum tuorum indemnitatibus duximus praecavendum et iuris ordinem observandum.« »Super episcopatu quoque de novo creando apud Cibiniensem ecclesiam [Hermannstadt] in Ultrasilvana diocesi, qui metropoli Colocensi subdatur, petitionem regiam nequivimus exaudire« *etc.* II id. Febr. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 156 ed. Bosquet 294; ed. Baluze II. 583; Opp. ed. Migne III. 515; Katona Hist. crit. V. 136, *cf.* I. 244; Koller Hist. episc. Quinqueeccl. I. 335; Eder Observ. 17; Fejér Cod. dipl. III. I. 129; Benkö Milkovia I. 98; Szegedi Lib. Sax. 20; Schlözer Krit. Samml. 613; Timon Imago Hungar. 49; Pray Hierarch. I. 119 *et* II. 211; Cocquelines Bullar. III. 147. n° 80; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 257; *fragm.* ap. Raynald. Annal. a. 1212 § 7; ap. Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) XX. — »Illa te fili.«

* *In eundem fere modum* Capitulo Strigoniensi: Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 351: »Venerabilis frater noster;«
» » » » (Iohanni) Strigoniensi archiepiscopo.

» 13 — » — (4379) (Bernardo) Gebennensi episcopo ipsum consulenti respondet de quibusdam iuris ecclesiastici quaestionibus ibi curiose expositis. Id. Febr. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 159 ed. Bosquet 299; ed. Baluze II. 586; Opp. ed. Migne III. 520; *in 3 partes divisa in* Coll. IV. decret. lib. 4. tit. 3 *de consang. & affin.* c. 2, lib. 4. tit. 1 *de sponsal. & matr.* c. 1, lib. 5. tit. 6 *de homicid.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 669, 666, 681; *in 3 partes divisa int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 14 *de consang. & affin.* c. 7, lib. 4. tit. 1 *de sponsal. & matrim.* c. 26 *et* lib. 5. tit. 12 *de homicid.* c. 19 ap. Boehmer Corp. II. 668, 634, 765 (*relatae ad* a. 1211); ap. Richter Corp. II. 678, 646, 772; *cf.* Mém. de la soc. d'hist. de Genève XVI. 129. — »Tua nos duxit.«

» 14 — » — (4380) (Opizzoni) episcopo et canonicis Parmensibus mandat, ut primam praebendam in ipsorum ecclesia vacaturam donationi sedis apostolicae reservent personae idoneae conferendam. XVI kal. Mart. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 160 ed. Bosquet 301; ed. Baluze II. 587; Opp. ed. Migne III. 523. — »Gratum gerimus et.«

» 15 — » — (4381) (Iohanni) S. Genovefae Parisiensis et Boni Radii Cisterc. ord. dioc. Antisiodorens. abbatibus et decano Aurelianensi mandat, ut, si eis constiterit G. priorem monasterii de Caritate fratribus militiae Templi bona quaedam in gravem ipsius monasterii laesionem vendidisse, venditionis contractum rescindant; alioquin faciant ut firmiter idem habeatur. XV kal. Mart. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 157 ed. Bosquet 297; ed. Baluze II. 585; Opp. ed. Migne III. 518. — »Venientes ad apostolicam.«

» 15 — » — (4382) (Manassi) Aurelianensi et (Guilelmo) Antisiodorensi episcopis et magistro W. de Vienna canonico Antisiodorensi mandat, moneant (Herveum) Trecensem episcopum, ne cancellario Senonensi praebendam in ecclesia sua ad mandatum papae conferre recuset, cum pluralitas beneficiorum nonnunquam, statu personae provide pensato, toleranda sit, licet superfluitas semper sit improbanda. XV kal. Mart. a° 14°. || I-i Ep. lib. 14. n° 158 ed. Bosquet 298; ed. Baluze II. 586; Opp. ed. Migne III. 520; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 62. — »Intellecta ratione quam.«

» 15 — » — (4383) Universis archiepiscopis et episcopis per Saxoniam constitutis mandat, ut, cum Quidelingeburgense monasterium crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, benedictiones abbatissarum *etc.* a quocunque episcopo percipere possit, requisiti eidem praedicta conferre minime differant. XV kal. Mart. a° 14°. || Erath Cod. dipl. Quedlinb. 130; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 205. n° 42 Kettner Antiqq. Quedlinb. 226. — »Cum Quidelingeburgensi monasterio.«

» 17 — » — (4384) Magistris et fratribus hospitalis Ierosolimitani et Miliciae Templi Gebennensis dioc. praecipit conquerente (Bernardo) Gebennensi episcopo, ne, privilegiorum eis a sede apostolica indultorum forma pro libito abutentes, cum terra generali supponatur interdicto, confratrum suorum familias, qui ordinis fraternitatis aliquatenus non existant, ecclesiasticae tradant sepulturae. XIII kal. Mart. a° 14°. || Mém. et docum. de Genève IV. (1846.) docum. p. 19. n° 12. — »Gravem nobis venerabilis.«

» 17 — » — (4385) Episcopo, decano et archidiacono Trecensibus mandat, ut cancellarium Parisiensem censura ecclesiastica compescant, nisi ad meliorem mentem voluntatemque erga scholares redierit. XIII kal. Febr. a° 14°. || Jourdain Ind. chronol. 3. n° 15. — »Miramur non modicum.«

» 23 — » — (4386) Capitulo Lingonensi indulget, ut possessiones ecclesiae suae, quas sine ipsorum assensu alienare Lingonenses episcopi praesumpserunt, ad ius et proprietatem illius

1212.

legitime revocent. VII kal. Mart. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 1 ed. Bosquet 302; ed. Baluze II. 597; Opp. ed. Migne III. 539. — »Ad hoc sumus.«

Febr. 23 | Laterani | (4387) Eisdem significat, se cassationem electionis H. cantoris Eduensis et H. archidiaconi Barensis amborum ad decanatum ipsius ecclesiae electorum confirmare. VII kal. Mart. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 2 ed. Bosquet 303; ed. Baluze II. 597; Opp. ed. Migne III. 541. — »Cum causam quae.«

» 25 | (») | * (4388) S. Petri Ligniacensis (Latiniacensis?) et Carolilocensis [Chailly] abbatibus atque Silvanectensi decano mandat, cognoscant, quamobrem canonici S. Cornelii Compendiensis, qui privilegia aliasque praerogativas ecclesiae suae violasse dicantur, hoc ex monasterio expulsi sint. VI kal. Mart. a° 15°. ‖ *Bulla adhuc inedita, quam possedit A. A. Smets; vid.* Catalogue raisonné of curious manuscripts .... composing part of the library of Mr A. A. Smets. (Savannah 1860. gr. 8°.) 5.

» 25 | » | (4389) Concordiam initam inter (Mauritium) episcopum et capitulum Pictavenses ex parte una et Cluniacensem et Monasterii Novi Pictavensis abbates et conventus ex altera super exemtione Monasterii Novi Pictavensis confirmat. VI kal. Mart. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 4 ed. Bosquet 304; ed. Baluze II. 598; Opp. ed. Migne III. 542. — »Causam quae vertebatur.«

* *In eundem modum* Cluniacensi et Monasterii Novi Pictavensis abbatibus et conventibus;
» » » Abbati S. Sulpicii, decano et archidiacono Bituricensibus, ut illam concordiam observari faciant per censuram ecclesiasticam. VI kal. Mart. a° 15°.

» 26 | » | (4390) Monasterium s. Mariae de Peroallo cum omnibus bonis tuendum suscipit eiusque libertates et immunitates ab episcopo Terdonensi ei concessas ratas habet. V kal. Mart. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 5 ed. Bosquet 306; ed. Baluze II. 599; Opp. ed. Migne III. 544. — »Cum a nobis.«

» 28 | » | (4391) (Alberto) Magdeburgensi et (Sigfrido) Maguntino archiepiscopis mandat, ut sententias in Waldemarum (intrusum archiepiscopum Bremensem) eiusque fautores latas singulis diebus dominicis et festivis per suas ecclesias innovent et faciant per suas dioceses innovari. III kal. Mart. a° 15°. ‖ I-i Ep. ed. Baluze II. 598. n° 3; Opp. ed. Migne III. 541. n° 3; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 316; Lappenberg Hamb. UB. I. 341. n° 386; Ehmck Bremisches UB. I. 125. n° 106; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1212 § 3; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 208. — »Sicut venerabilis frater.«

* *In eundem fere modum eodemque die* (Bernardo) Padeburnensi episcopo,
(Conrado) Mindensi episcopo,
(Theodorico) Verdensi episcopo,
(Friderico) Halberstadensi episcopo,
(Hugoldo) Corbeiensi abbati Padeburn. dioc.
Abbati de Campo s. Mariae Monasteriens. dioc.

» 28 | » | (4392) Iohanni regi Angliae mittit expositiones et explanationes, quas pro pace inter se ipsos restituenda ad omnis dubitationis scrupulum removendum duxit adhibendas. »In primis itaque solemniter et absolute iurabis stare mandatis nostris coram legato vel delegato nostro super omnibus pro quibus a nobis excommunicatus existis, et veram pacem ac plenam securitatem praestabis Stephano Cantuariensi archiepiscopo, Willelmo Londoniensi, Eustachio Eliensi, Aegidio Herefordensi, Iocelino Bathoniensi et Huberto Lincolniensi episcopis, ac priori et monachis Cantuariensibus, Roberto quoque filio Walteri et Eustachio de Vesci necnon ceteris clericis et laicis hoc negotium contingentibus .... Remittimus igitur ad tuam regalem praesentiam praefatum subdiaconum nostrum Pandulphum fideliter consulentes, ut his quae tibi ex parte nostra suggesserit benevolum impertiaris assensum.« III kal. Mart. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 234 ed. Bosquet 512; ed. Baluze II. 727; Opp. ed. Migne III. 774. — »Expositiones autem et.«

( » 28) | (») | (4393) Pandulpho subdiacono et fratri Durando familiaribus suis mandat, ut proficiscentes in Angliam una cum Wintoniensi episcopo et priore Conventrensi (conventus Cantuariensis *Manr.*) regis (Iohannis) praesentiam adeant monentes eundem, ut Deo et ecclesiae satisfaciat secundum formam subscriptam inter papam et nuntios eius. »Recepto ab eo primum iuramento, quod super his, pro quibus ... excommunicatus existit, nostris mandatis absolute parebit, tu fili Pandulphe ei beneficium absolutionis impendas, reconcilians eum ecclesiae unitati.« Si forte praefatus rex infra mensem praescriptam formam non duxerit acceptandam, »vos ex tunc recedentes ab ipso, significetis ex parte nostra Cantuariensi archiepiscopo et coepiscopis eius, ut negotium ecclesiae prout melius poterunt persequantur, vosque non differatis ulterius ad nostram praesentiam remeare.« *Sine die et mense.* (III kal. Mart. a° 16° *male Manr.*) ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 234 ed. Bosquet 513; ed. Baluze II. 729; Opp. ed. Migne III. 776; Manrique Ann. Cisterc. IV. 11; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1213 § 74. — »Illam gerimus de.«

**1212.**

(Fbr. 28) (Laterani) (4394) (Stephanum) Cantuariensem archiepiscopum S. R. E. cardinalem et coepiscopos eius cum ipso pariter exulantes et persecutionem patientes ad patientiam adhortatur. *Sine die et mense.* ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 233 ed. Bosquet 509; ed. Baluze II. 726; Opp. ed. Migne III. 771. — »Omne gaudium existimare.«

Mart. 1 » (4395) Iohanni regi Angliae anathema minatur, nisi ecclesiae Cantuariensi satisfaciat usque ad kalendas Iunii proxime venturas. Kal. Mart. aº 15º. ‖ Rymer Foedera I. i. 53; »iii kal. Mart. aº 6º« Manrique Ann. Cisterc. IV. 10; *sine die et mense* I-i Ep. lib. 15. nº 234 ed. Bosquet 511; ed. Baluze II. 727; Opp. ed. Migne III. 772; Ann. Burton. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 267, *in* Annal. monast. I. 217 *perperam ad* a. 1214; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1213 § 74. — »Auditis verbis nuntiorum.«

(») (») (4396) Stephano Cantuariensi archiepiscopo S. R. E. cardinali, Willelmo Londoniensi, Eustachio Eliensi, Aegidio Herefordensi et Huberto Lincolniensi episcopis concedit, ut, si Iohannes rex Angliae violaverit pacem, postquam illa inter ipsum et ecclesiam Anglicanam provisione apostolica fuerit reformata, nisi rex ipse legitime monitus satisfecerit, regem ipsum et regnum eius iterum interdicto subiiciant. *Sine die et mense.* Aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 238 ed. Bosquet 518; ed. Baluze II. 731; Opp. ed. Migne III. 781. — »Saepe contingit ut.«

(») (») (4397) Eisdem praecipit, ut si Iohannes rex Angliae violaverit pacem quae inter ipsum et ecclesiam Anglicanam fuerit reformata, nullum de heredibus suis ungere vel coronare praesumant in regem. *Sine die et mense.* Aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 239 ed. Bosquet 518; ed. Baluze II. 732; Opp. ed. Migne III. 781. — »Quia nonnunquam malignorum.«

(») (») (4398) Eisdem mandat, ut concessiones, pactiones vel promissiones quas clerici vel religiosi viri cuiuscunque religionis vel ordinis Iohanni regi Angliae super ablatis vel extortis post interdictum fecerunt, quominus ipsa restituantur ad plenum, denuntient irritas et inanes. *Sine die et mense.* Aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 236 ed. Bosquet 517; ed. Baluze II. 731; Opp. ed. Migne III. 780. — »Ea quae illicite.«

(») (») (4399) Eisdem mandat, ut viros ecclesiasticos qui Iohanni regi Angliae anathematis vinculo innodato ministerium consilium vel auxilium praestiterunt in eis quae sunt contra iustitiam et libertatem ecclesiasticam *etc.*, ab officiis et beneficiis ecclesiasticis suspendant. *Sine die et mense.* Aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 237 ed. Bosquet 517; ed. Baluze II. 731; Opp. ed. Migne III. 780. — »Nisi praesumptorum temeritas.«

» 2 » (4400) G. de Vallibus, magistro G. et P. de Fimiis (Fumusca *Decr.*) canonicis Laudunensibus respondet, clausulam illam »*Si ita est*« referendam esse ad omnes articulos rescripti quo mandavit, ut, si falsitatis reus sit R. clericus S. Remigii Remensis, qui parochiam de Salice S. Remigii detinebat, eandem parochiam R. de Cruneio clerico assignent. vi non. Mart. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 6 ed. Bosquet 306; ed. Baluze II. 599; Opp. ed. Migne III. 544; Collect. IV. decr. lib. 1. tit. 2 *de rescript.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 612; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 3 *de rescr.* c. 25 ap. Boehmer Corp. II. 22 (*relata ad* a. 1213); ap. Richter Corp. II. 29. — »Olim ex litteris.«

» 3 » (4401) (Bertholdo) Colocensi electo et Soksardiensi et de Sekudwor Cisterc. ord. abbatibus Quinqueecclesiens. dioc. mandat, ut in causa super variis iuribus inter episcopum Vesprimiensem et abbatem S. Martini de Pannonia vertente recipiant testes quos partes duxerint producendos eorumque attestationes sub sigillis suis sedi apostolicae dirigant. v non. Mart. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 7 ed. Bosquet 307; ed. Baluze II. 600; Opp. ed. Migne III. 545; Collect. IV. decret. lib. 5. tit. 12 *de privil.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 684; Katona Hist. crit. V. 144; Fejér Cod. dipl. III. i. 134; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 26 *de praescript.* c. 19 ap. Boehmer l. c. 365; ap. Richter l. c. 378. — »Veniens ad praesentiam.«

» 7 » (4402) Priori et fratribus de Balneolis domum et redditus ab Herveo comite Nivernensi eis collatos confirmat. Non. Mart. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 8 ed. Bosquet 309; ed. Baluze II. 601; Opp. ed. Migne III. 548. — »Iustis petentium desideriis.«

» 9 » (4403) (Guilelmo) episcopo Magalonensi mandat, ut decernat quod iustum fuerit in quosdam potentes super proventibus et rebus aliis sitis in comitatu Melgorii, Iohannem Buccados intendentes aggravare sine causae cognitione, cum iurisdictio terrae illius ad papam pertineat. vii id. Mart. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 9 ed. Bosquet 310; ed. Baluze II. 602; Opp. ed. Migne III. 549. — »Sicut dilectus filius.«

» 14 » (4404) (Iohanni) abbati et priori S. Victoris et magistro G. Cornuto canonico Parisiensibus mandat, ut abbatem monachosque S. Petri Vivi Senonensis, caput et membra quaedam b. Lupi confessoris servari apud prioratum quendam ipsorum videlicet S. Landum de Nando (S. Lupum de Naudo *Gall. chr.*) mendaci praedicatione nuntiantes, per censuram ecclesiasticam ab huiusmodi praesumptione compescant, cum totum corpus s. Lupi una cum capite in ecclesia s. Columbae Senonensis requiescat. ii id. Mart. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 10 ed. Bosquet 310; ed. Baluze II. 602; Opp. ed. Migne III. 549; Launoii Opp. III. i. 143; *sine inscriptione* Gallia christ. XII. instr. p. 64; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 9. — »Dilecti filii abbas.«

**1212.**

Mart. 15 | Laterani | (4405) Ecclesiam quae dicitur s. Mariae Brixinae ord. s. Aug., postulantibus Ulrico praeposito eiusque fratribus, ad exemplar fel. rec. Alexandri (III a. 1177. Mai. 20) et Innocentii (II a. 1143. Apr. 9) pp. praedecessorum sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. Id. Mart. indict. I. (! *legas* XV.) incarn. domin. a° 1212. pont. a° 2° (!! *legas* 15°). ‖ Theod. Mairhofer UB. des Augustiner Chorherren-Stiftes Neustift in Tirol (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIV.) 79. n° 192. — »Pie postulacio voluntatis.«

» 17 | » | (4406) R. de Bellovidere camerario et S. de Berov. et S. de Burgo Guarin. canonicis Carnotensibus mandat, ut inquisita veritate sententias interdicti a (Manasse) Aurelianensi episcopo in ecclesias et homines capituli S. Aniani apostolicae sedi immediate subiecti prolatas relaxent, aut capitulum ad satisfactionem debitam exhibendam compellant, si interdictum cui episcopus diocesim suam supposuit, ab eo fuerit observandum. XVI kal. Apr. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 12 ed. Bosquet 311; ed. Baluze II. 603; Opp. ed. Migne III. 550; Bouquet Rec. XIX. 548. — »Cum venerabilis frater.«

» 20 | » | (4407) Potestati Ortanensi mandat, ut Cynthio de Insula ad recipiendum castra Basanelli, Palatioli, Bassani et Aliani, quae M. socer nobilium Cazaguerrae de Orta, B. de Canalio, I. Raynaldi et P. Iaczonis ab ecclesia Romana in feudum tenuit, de quibus autem illi post eius obitum sedi apostolicae respondere noluerunt, praestet auxilium et favorem. XIII kal. Apr. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 13 ed. Bosquet 312; ed. Baluze II. 603; Opp. ed. Migne III. 552; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 37. — »Cum bonae memoriae.«

» 21 | » | (4408) Morimontensi et S. Stephani Divionensis abbatibus Ligonens. dioc. et maiori archidiacono Lingonensi mandat, ut, veritate inquisita super litteris falsis aut falsatis in causa comitis Stephani exhibitis, litteras easdem sedi apostolicae transmittant; sententiam vero excommunicationis in praedictum comitem ab (Amedeo) Bisuntino archiepiscopo latam et interdictum in terram illius positum faciant observari, donec exhibuerit congruam satisfactionem de damnis et iniuriis archiepiscopo a se irrogatis. XII kal. Apr. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 11 ed. Bosquet 311; ed. Baluze II. 602; Opp. ed. Migne III. 550. — »Venerabili fratri nostro.«

» 30 | » | (4409) Petro abbate eiusque fratribus postulantibus monasterii s. Angeli quod situm est in suburbio Pistoriensi protectionem suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem fratrum Vallisumbrosae perpetuis ibidem temporibus observetur, omnesque eius possessiones ac bona confirmat. III kal. Apr. indict. XV. incarn. dom. a° 1212. pont. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 16 ed. Bosquet 314; ed. Baluze II. 604; Opp. ed. Migne III. 554. — »Quotiens a nobis.«

» 30 | » | • (4410) Bulle adressée aux abbés de Deols, de St. Gildas, de Châteauroux et de Miseray en Berry, et qui les commet pour examiner les titres et privilèges du chapitre de Loches, les confirmer s'il y a lieu et réprimer l'audace de ceux qui seraient assez téméraires pour les attaquer. III kal. Apr. a° 15°. ‖ E. Mabille Catal. analyt. des diploms (Soc. archéol. de Touraine XV.) 270. n° 2367.

» 31 | » | (4411) (Willermo) episcopo Lingonensi, abbati Villariensi Metensis dioc. et magistro N. canonico Virdunensi mandat, ut unam octo praebendarum quae in Metensi ecclesia tanto tempore vacaverunt »quod iuxta Lateranensis statuta concilii ad nos est earum donatio devoluta,« P. clerico nepoti b. m. Henrici Albanensis episcopi assignent. II kal. Apr. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 17 ed. Bosquet 316; ed. Baluze II. 605; Opp. ed. Migne III. 555. — »Cum per alias.«

Apr. 2 | » | (4412) Monasterio de Sora decimas de Bierby aquilonari et de Bromoge, quas eidem Petrus episcopus Roskildensis obtulit, confirmat. IV non. Apr. a° 15°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 288; Münter Mag. f. Kirchengesch. I. 380; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 568. — »Cum a nobis.«

» 3 | » | • (4413) Babenbergense capitulum ob praebendam W. imperialis aulae protonotario subtractam ad iudicium provocat. III non. Apr. a° 15°. ‖ Lang Regesta II. p. 49.

» 3 | » | (4414) Capitulo Piverensi praecipit, ut W. clerico iuxta mandatum apostolicum praebendam in Piverensi ecclesia vacantem conferat, posthabita nominatione Henrici clerici, cui in alia praebenda providebit si duxerit providendam ad preces Ludovici filii Philippi regis Francorum. III non. Apr. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 23 ed. Bosquet 321; ed. Baluze II. 608; Opp. ed. Migne III. 561. — »Dilectus filius W.«

» 4 | » | (4415) (Sigfrido) Maguntinensi et (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopis apostolicae sedis legatis mandat, faciant per totam Theutoniam inhiberi, ne quis officia et beneficia eorum, qui in aula imperiali officia et beneficia obtinentes ob reverentiam apostolicae sedis iam recesserint ab Ottone tyranno, ab hoc praesumat recipere. II non. Apr. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 20 ed. Bosquet 319; ed. Baluze II. 607; Opp. ed. Migne III. 559; Lünig Reichs-Arch. Pars gener. Cont. II. 1530; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 1. — »Ut inter devotos.«

| | | |
|---|---|---|
| | • | **1212.** |
| Apr. 4 | Laterani | (4416) (Andream) Lundensem archiepiscopum constituit apostolicae sedis legatum in Suetiae et Daciae regnis. II non. Apr. a° 15°. \| I-i Ep. lib. 15. n° 14 ed. Bosquet 313; ed. Baluze II. 604; Opp. ed. Migne III. 552; Raynald. l. c. § 5; Liljegren Svenskt dipl. I. 165. n° 143; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 204; Porthan Bullar. access. 4. n° 10. — »Illam de probitate.« |
| » 5 | » | (4417) Toletano et Compostellano archiepiscopis praecipit, moneant reges Hispaniarum, ut pacem aut treugam servent ad invicem illibatam, praesertim hac imminenti Sarracenorum guerra durante, quin etiam mutuum auxilium sibi praestent adversus crucis dominicae inimicos. Non. Apr. a° 15°. \|\| I-i Ep. lib. 15. n° 15 ed. Bosquet 313; ed. Baluze II. 604; Opp. ed. Migne III. 553; Aguirre Conc. Hisp. V. 164; *cf.* Raynald. l. c. § 18. — »Quanta nunc necessitas.« |
| » 5 | » | (4418) Rectorem ac fratres hospitalis Domus Dei de Pinchonio tuendos suscipit eisque possessiones ac alia bona confirmat. Non. Apr. a° 15°. \| Bréquigny Dipl. II. II. 1149; I-i Opp. ed. Migne IV. 216. — »Cum a nobis.« |
| » 5 | » | (4419) Taurinensi episcopo et praeposito S. Gaudentii Novariensis nunciat, se sententiam quam Otto »non iam nominandus imperator, sed impius persecutor« contra Cumanum episcopum super causa quae vertebatur inter ipsum et capitaneos de Arzago pro eo quod ad ipsius excommunicati praesentiam idem episcopus non accesserit, cum vocatus fuisset ab eo, nequiter promulgaverit, decernere nullam esse. Mandat eis, cogant capitaneos ipsos, ne dictum episcopum vel eius ecclesiam occasione ipsius sententiae aggravent vel molestent. Non. Apr. a° 15°. \|\| I-i Ep. lib. 15. n° 31 ed. Bosquet 326; ed. Baluze II. 611; Opp. ed. Migne III. 566; Cocquelines Bullar. III. 149. n° 81; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 259; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 1. — »Sicut ea quae.« |
| » 7 | » | (4420) Gaufrido de Villa Arduini principi Achaiae mandat, ut canonicos regulares, qui de mandato ipsius papae et abbatis S. Ruffi ad partes Romaniae accedentes in ecclesia Patracensi locati, postea autem procurantibus canonicis saecularibus inde eiecti fuerint, in eandem ecclesiam reducat. VII id. Apr. a° 15°. \|\| I-i Ep. lib. 15. n° 21 ed. Bosquet 320; ed. Baluze II. 608; Opp. ed. Migne III. 559. — »Ex parte dilectorum.« <br> • *In eundem fere modum* Episcopo Zaratoniensi. |
| » 7 | » | (4421) Archiepiscopo et capitulo Thebanis praecipit, ne milites et Latinos, qui mansionem habent apud Thebas et parochiani sunt Zaratoniensis episcopi, ab eo excommunicationis laqueo innodatos praesumant de cetero recipere ad divina. VII id. Apr. a° 15°. \|\| I-i Ep. lib. 15. n° 28 ed. Bosquet 324; ed. Baluze II. 610; Opp. ed. Migne III. 564. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 7 | » | (4422) G. Thessalonicensi archiepiscopo scribit, quantae dignitatis Thessalonicensis antistes fuerit ab antiquo. »Ceterum etsi Thessalonicensis ecclesia a devotione ac familiaritate sedis apostolicae se subduxerit per schisma illud diutinum quo ecclesia Graecorum a via veritatis ad erroris invium declinavit, quia tamen hoc tempore ad pristinam devotionem est reversa, postulationem ab eadem ecclesia de te factam curavimus confirmare. Palleum quoque fraternitati tuae concessimus. Ad haec ipsi Thessalonicensi metropoli suam confirmamus provinciam, iura quoque ac bona eius, dignitates et libertates ipsius necnon consuetudines roboramus« *etc.* VII id. Apr. ind. XV. incarn. dom. a° 1212. pont. a° 15°. \|\| I-i Ep. lib. 15. n° 18 ed. Bosquet 316; ed. Baluze II. 605; Opp. ed. Migne III. 555; Cocquelines Bullar. III. 149. n° 82; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 260, *uterque perperam ad* a. 1213. — »Quantae dignitatis Thessalonicensis.« |
| » 8 | » | (4423) (Sigebodoni) episcopo Havelbergensi, de Sichem et de Lapide s. Michaelis Cisterc. ord. abbatibus Alberstadens. dioc. mandat, ut, si W. imperialis aulae protonotarium invenerint praebenda s. Nicolai Magdeburgensis praeter formam mandati apostolici destitutum vel alias contra iustitiam spoliatum, ipsum restituant. VI id. Apr. a° 15°. \|\| I-i Ep. lib. 15. n° 19 ed. Bosquet 319; ed. Baluze II. 607; Opp. ed. Migne III. 558. — »Veniens ad praesentiam.« |
| » 8 | » | (4424) M. domino de Gravia mandat, compellat malefactores Graecos, qui in Hugonem archidiaconum Davaliensem manus temerarias iniecerunt, ut super hoc conquerenti satisfaciant. VI id. Apr. a° 15°. \|\| I-i Ep. lib. 15. n° 27 ed. Bosquet 324; ed. Baluze II. 610; Opp. ed. Migne III. 564. — »Magister Hugo archidiaconus.« |
| » 8 | » | (4425) Thebano archiepiscopo mandat, ut Zaratoniensi episcopo, ne propter inopiam temporalium nomen episcopale vilescat, provisionem honestam assignet. VI id. Apr. a° 15°. \|\| I-i Ep. lib. 15. n° 26 ed. Bosquet 324; ed. Baluze II. 610; Opp. ed. Migne III. 564. — »Venerabilis frater noster.« <br> • *In eundem fere modum* Archiepiscopo Thessalonicensi, episcopo et archidiacono Davaliensibus. |
| » 9 | » | (4426) Gaufrido de Villa Arduini principi Achaiae mandat, faciat, ut possessiones et alia bona ad ecclesiam de Landrevilla pertinentia eidem ecclesiae resignentur, cum ibidem |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1212.** |
| | | episcopus ordinari debeat. v id. Apr. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 22 ed. Bosquet 320; ed. Baluze II. 608; Opp. ed. Migne III. 560. — »Ad nostram noveris.« |
| | | * *In eundem fere modum* Episcopo Zaratoniensi. |
| Apr. 9 | Laterani | (4427) Episcopo, decano et cantori Davaliensibus mandat, faciant, ut archiepiscopus Thebanus et Zaratoniensis episcopus sua diocesi maneant contenti nec vicina uniuscuiusque occupare praesumant. v id. Apr. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 n° 29 ed. Bosquet 325; ed. Baluze II. 611; Opp. ed. Migne III. 565. — »Cum sicut venerabilis.« |
| » 9 | » | (4428) Archiepiscopo Thessalonicensi, electo Detniciacensi et thesaurario S. Demetrii Thessalonicensis cognitionem causae de iniectione manuum violenta in episcopum Zaratoniensem committit. v id. Apr. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 30 ed. Bosquet 325; ed. Baluze II. 611; Opp. ed. Migne III. 565. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 12 | » | (4429) Decanum, capitulum et ecclesiam s. Macuti de Barro cum omnibus bonis sub b. Petri protectione suscipit, specialiter autem possessiones quas cl. mem. Henricus comes Trecensis fundator ipsius ecclesiae concessit eidem, eis et eidem ecclesiae confirmat. ii id. Apr. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 34 ed. Bosquet 328; ed. Baluze II. 612; Opp. ed. Migne III. 568. — »Cum a nobis.« |
| » 12 | » | (4430) Guidonem de Polenta cum omnibus bonis tuendum suscipit, specialiter autem fundum Burgandent. Frassenetum, Casacutulam et res alias in Lucensi diocesi constitutas ei sub annuo censu 12 solidorum Lucensium confirmat. ii id. Apr. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 25 ed. Bosquet 323; ed. Baluze II. 610; Opp. ed. Migne III. 563. — »Cum a nobis.« |
| » 14 | » | (4431) Salimbriensi episcopo mandat, ut, cum Buccae Leonis et de Blakerna ecclesiae ad Romanam ecclesiam nullo pertineant mediante, chrisma, oleum sanctum et alia ecclesiastica sacramenta, cum necesse fuerit, ipsis exhibeat. xviii kal. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 33 ed. Bosquet 327; ed. Baluze II. 612; Opp. ed. Migne III. 568. — »Cum Buccae Leonis.« |
| » 16 | » | (4432) A(lphonsi) regis Portugallensis personam suscipit protegendam eique regnum Portugallense cum integritate honoris regni et dignitate quae ad reges pertinet, concedit et confirmat. xvi kal. Mai. indict. XV. incarn. dom. a° 1212. pont. a° 15°. ‖ I-i Ep. ed. Baluze II. 609. n° 24; Opp. ed. Migne III. 562. n° 24; Dumont Corps univ. dipl. I. 144. n° 270; Cocquelines Bullar. III. 151. n° 83; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 262, *male ad* a. 1213; *fragm.* ap. Ant. de Souza de Macedo, Lusitania liberata. Proem. II. 110 *extractum* ex Brittonis Chron. Cicest. lib. III. c. 4 et 5 *et* ex Brandano lib. X. c. 10. — »Manifestis probatum est.« |
| » 16 | (») | * (4433) Le pape confirme la chapelle de S^te^ Croix, fondée par Guillaume comte de Ponthieu dans son chateau d'Abbeville au mois de mars 1205. xvi kal. Mai. ‖ Darsy Bénéfices II. 367. |
| » 19 | » | (4434) Io(hanne) episcopo Mothoniensi postulante Mothoniensem ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura et privilegia confirmat. xiii kal. Mai. ind. XV. incarn. dom. a° 1212. pont. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 55 ed. Bosquet 341; ed. Baluze II. 620; Opp. ed. Migne III. 583. — »Cum a nobis.« |
| » 20 | » | (4435) Monasterium s. Severi(ni) a b. mem. Willelmo Sancii quondam Wasconiae comite fundatum et b. Petro ab eodem perpetuo iure oblatum protegendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibi perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona confirmat. Hoc quoque subiungit, ut idem monasterium absque Romani pontificis licentia minime interdicto vel excommunicationi subdetur. xii kal. Mai. indict. XV. incarn. dom. a° 1212 (1213 *Gall. chr.*) pont. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 32 ed. Bosquet 326; ed. Baluze II. 612; Opp. ed. Migne III. 566; Gall. christ. (ed. 2ª) I. instr. 183. — »Piae (Pia *Gall. chr.*) postulatio voluntatis.« |
| » 21 | » | (4436) Praeposito, custodi et scholastico Monasteriensibus mandat, ut inquirant de simonia in electione F. Bunnensis canonici in praepositum ecclesiae Bunnensis adhibita et causam ipsam sufficienter instructam ad sedis apostolicae examen remittant. xi kal. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 35 ed. Bosquet 328; ed. Baluze II. 613; Opp. ed. Migne III. 568. — »Dilectus filius F.« |
| » 21 | » | (Henrico) episcopo et capitulo Xanctonensi: »xi kal. Mai. a° 15°.« ‖ Gallia christ. ed. 2. II. instr. 464, *vid.* 1212. Apr. 30. n° 4441. |
| » 22 | » | (4437) Abbati de Nonantula Mutinens. dioc. scribit, Gerardum Albanensem electum apostolicae sedis legatum collationem primae praebendae in Bononiensi ecclesia vacaturae tam suae quam papae donationi reservasse; mandat ei, ut quod per eundem provide factum sit, inviolabiliter observari faciat. x kal. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 37 ed. Bosquet 329; ed. Baluze II. 613; Opp. ed. Migne III. 569. — »Dilectus filius G.« |
| » 21 | » | (4438) Universis b. apostolorum Petri et Pauli limina visitantibus declarat, »omnes oblationes, quae fiunt in basilicae altari maiori et in arca etiam sub altare, praeter quartam |

1212.

partem canonicorum, fabricae ac luminaribus huius ecclesiae nec non et necessitatibus esse pauperum deputatas.« Monet eos, ut hoc publice in sua patria praedicent et intiment etiam omnibus peregrinis. VIII kal. Mai. a° 15°. ‖ Bullar. Vatic. I. 96. — »Gradiente Domino super.«

Apr. 25 | Laterani | (4439) Archidiacono Papiensi mandat, compellat iudices, ad quos N. de Castello Novariensis dioc. ab Ottone dicto imperatore anathematisato et maledicto commissionem contra homines de domo Oxole ecclesiae Novariensi subiectos obtinuit, ne contra illos occasione ipsius commissionis procedant. VII kal. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 36 ed. Bosquet 329; ed. Baluze II. 613; Opp. ed. Migne III. 569. — »Homines de domo.«

» 29 | » | (4440) Archidiacono, succentori et magistro R. de Remis canonicis Parisiensibus mandat, faciant ut quod abbas S. Genovefae, W. archidiaconus et B. canonicus S. Marcelli Parisiensis de iure patronatus ecclesiae de Sanctis ad priorem et monachos de Columberiis pertinente sententialiter decreverint contra (Gaufridum) episcopum Meldensem a collatione et institutione ecclesiasticorum beneficiorum suspensum eo quod B. diaconum ad praedictam ecclesiam ordinatum admittere recusabat, firmiter observetur. III kal. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 41 ed. Bosquet 333; ed. Baluze II. 616; Opp. ed. Migne III. 574; Du Plessis Hist. de Meaux II. 104. — »Dilecti filii abbas.«

» 30 | » | (4441) (Henrico) episcopo et capitulo Xanctonensibus praecipit, ut sine contradictione observent quidquid ab abbatibus de Talemundo ac de Batiaco et Hel. de Graecia canonico Engolismensi iuxta sedis apostolicae scripta fuerit ordinatum de praebendis decem in ecclesia Xanctonensi vacantibus; quarum septem tam diu vacavere, ut earum donatio ad papam devoluta sit. II (XI *Gall. christ.*) kal. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 38 ed. Bosquet 330; ed. Baluze II. 613; Opp. ed. Migne III. 570; Gall. christ. (ed. 2da.) II. instr. 464. — »Cum de ordinanda.«

Mai. 1 | » | (4442) Priorem Grandimontensem rogat et monet, ut Aimericum confratrem, qui claustrum Grandimontense reliquerit animi levitate, ad ipsum humiliter redeuntem recipiat salva ordinis disciplina. Kal. Mai. a° 15°. ‖ I-i Opp. ed. Migne IV. 216. n° 170. — »Pro dilecto filio.«

» 5 | » | (4443) Philippum regem Francorum arguit, quod (Manassi) Aurelianensi et (Guillelmo) Autissiodorensi episcopis, quorum regalia saisierat, tantummodo pro relaxanda sententia interdicti ab ipsis lata iudicium in curia sua offerat, cum ex generali consuetudine regni fidelis a domino sine iudicio spoliatus nec diem ab ipso vel alio super spoliatione sua recipere, nec in ipsius curia experiri teneatur; tum eum rogat, ut ad pacis conservationem in dicta curia secundum consuetudinem de saisina praedicta cognoscatur, restitutis episcopis et sententia interdicti relaxata. III non. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 40 ed. Bosquet 331; ed. Baluze II. 614; Opp. ed. Migne III. 571; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 722; Bouquet Rec. XIX. 549. — »Eo te credimus.«

» 5 | » | (4444) (Petro) archiepiscopo Senonensi praecipit, ne sententiam interdicti a (Manasse) Aurelianensi et (Guillelmo) Autissiodorensi episcopis in suas dioceses latam violari permittat, sed litteris, quas ipse Philippo regi Francorum dirigat, fideliter et prudenter expositis eum inducat ad pacem ecclesiae in regno suo conservandam. III non. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 39 ed. Bosquet 330; ed. Baluze II. 614; Opp. ed. Migne III. 570; Duchesne l. c. 722; Bouquet l. c. 549. — »Ex serie litterarum.«

» 7 | » | (4445) Thessalonicensi archiepiscopo significat, se absolvere Dimitriacensem electum a vinculo quo Dimitriacensi ecclesiae teneatur, cum episcopatum ipsum pacifice possidere non possit. Non. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 42 ed. Bosquet 334; ed. Baluze II. 646; Opp. ed. Migne III. 575. — »Veniens ad praesentiam.«

» 10 | » | (4446) Capitulo Panormitano nunciat, se Parisium electum ab eorum ecclesiae regimine decrevisse amovendum eisque mandat, ut personam idoneam per electionem canonicam praeficiant sibi infra 30 dies in pastorem. »Alioquin Gregorio S. Theodori diacono cardinali apostolicae sedis legato damus litteris in mandatis, ut ipse vobis virum idoneum praeficiat.« VI id. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 43 ed. Bosquet 335; ed. Baluze II. 616; Opp. ed. Migne III. 575; Pirrus Sicil. sacra I. 137; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 210. — »Cum nuper Parisius.«

* *Scriptum est super hoc* G(regorio) S. Theodori diac. card. ap. sedis legato.

» 10 | » | (4446a) Azoni marchioni Estensi marchiam Anconitanam in rectum feudum concedit. VI id. Mai. indict. XV. incarnat. dom. a° M. CC. XIII(!). pont. a° 15°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 44. n° 56. — »Sinceritatis devotionis et fidei.«

» 11 | » | (4447) Episcopo Mothoniensi mandat, ut canonicos suos ad debitam residentiam in ecclesia sua faciendam compellat. V id. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 46 ed. Bosquet 336; ed. Baluze II. 617; Opp. ed. Migne III. 578. — »Proposuisti nobis in.«

» 11 | » | (4448) Archiepiscopo Patracensi et episcopo Amiclensi cognitionem causae iniectionis manuum factae a decano Mothoniensi in quosdam monachos et presbyteros committit.

**1212.**

v id. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 47 ed. Bosquet 336; ed. Baluze II. 617; Opp. ed. Migne III. 5 79. — »Venerabilis frater noster.«

Mai. 11 Laterani (4449) Atheniensi et Thebano archiepiscopis et decano de Thebis mandat, ut T. militem et quosdam alios Mothonensis, Coronensis et Amiclensis diocesum, qui quasdam terras et possessiones Mothoniensis ecclesiae in praeiudicium Mothonensis episcopi in itinere b. Iacobi constituti occuparant, ad restitutionem rerum occupatarum compellant. v id. Mai. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 44 ed. Bosquet 335; ed. Baluze II. 617; Opp. ed. Migne III. 576. — »Venerabilis frater noster.«

» 12 » (4450) Abbate Vallis Umbrosae postulante arbitrium ab archipresbytero Florentino et archidiacono Faesulano, in quos compromiserant dictus abbas et episcopus Florentinus, super monasterio s. Bartholomaei de Ripulis (*i. e.* quod monasterium Ripulense Vallisumbrosano sit subiectum) prolatum confirmat. IV id. Mai. a° 15°. ‖ Soldani Hist. de Passiniano 13. — »Cum a nobis.«

» 17 » (4451) (Girardo) archiepiscopo Bituricensi praecipit, ut usque ad satisfactionem idoneam sententia suspensionis ab officio metropolitico in (Willelmum) archiepiscopum Burdegalensem auctoritate primatiae promulgata eo, quod ad concilium Bituricensis archiepiscopi vocatus accedere noluit, firmiter observetur. XVI kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 45 ed. Bosquet 336; ed. Baluze II. 617; Opp. ed. Migne III. 576; Petrus de Marca De concordia Append. auct. vet. 117; *eiusd.* Dissertatt. tres 365; Bouquet Rec. XIX. 551. — »Diligenter auditis et.«

» 18 » (4452) Archiepiscopo Patracensi et Amiclensi episcopo mandat, ut si suffraganei Corinthiensis archiepiscopi debitam obedientiam et reverentiam ei tamquam metropolitano suo non impendant, illos ad id per censuram ecclesiasticam cogant. XV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 61 ed. Bosquet 346; ed. Baluze II. 623; Opp. ed. Migne III. 588. — »Cum venerabilem fratrem.«

» 18 » (4453) Capitulo Corinthiensi mandat, ut Corinthiensi archiepiscopo debitam obedientiam et reverentiam impendant. XV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 62 ed. Bosquet 346; ed. Baluze II. 623; Opp. ed. Migne III. 588. — »Cum venerabilem fratrem.«

» 18 » (4454) Episcopo de Iacintho mandat, ut Corinthiensi archiepiscopo tamquam metropolitano suo debitam obedientiam et reverentiam impendat. XV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 63 ed. Bosquet 346; ed. Baluze II. 623; Opp. ed. Migne III. 589. — »Cum venerabilem fratrem.«

» 18 » (4455) Episcopo Cephaloniae mandat, ut Corinthiensi archiepiscopo tamquam metropolitano suo debitam obedientiam et reverentiam impendat. XV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 64 ed. Bosquet 347; ed. Baluze II. 623; Opp. ed. Migne III. 589. — »Cum venerabilem fratrem.«

» 18 » (4456) Gaufridum de Villa Arduini monet et hortatur, ut Corinthiensi ecclesiae restituat bona eius quae retineat. XV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 65 ed. Bosquet 347; ed. Baluze II. 624; Opp. ed. Migne III. 590. — »Cum quaedam casalia.«

» 18 » (4457) Thebano archiepiscopo, episcopo et decano Davaliensibus mandat, ut, si Gaufridus de Villa Arduini mandatum sedis apostolicae adimplere neglexerit, eum ad id per censuram ecclesiasticam cogant. XV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 65 ed. Bosquet 347; ed. Baluze II. 624; Opp. ed. Migne III. 590. — »Cum quaedam casalia.«

» 18 » (4458) O. de Rocca hortatur, ut Corinthiensi ecclesiae bona eius ab ipso retenta restituat. XV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 66 ed. Bosquet 348; ed. Baluze II. 624; Opp. ed. Migne III. 590. — »Cum quaedam casalia.«

» 18 » (4459) Thebano archiepiscopo, episcopo et decano Davaliensibus mandat, ut O. de Rocca cogant ad adimplendum sedis apostolicae mandatum, si neglexerit id facere. XV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 66 ed. Bosquet 348; ed. Baluze II. 624; Opp. ed. Migne III. 590. — »Cum quaedam casalia.«

» 18 » (4460) Archiepiscopo et B. archidiacono et P. cantori Thessalonicensibus mandat, ut causam ecclesiae Calidoniensis fine canonico decidant. XV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 48 ed. Bosquet 337; ed. Baluze II. 618; Opp. ed. Migne III. 579. — »Exposita nobis venerabilis.«

» 18 » (4461) (Willelmo) Philippensi archiepiscopo concedit, ut ea bona ecclesiae suae, quae per praedecessores et alios minus legitime alienata repererit, legitime revocare possit. XV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 50 ed. Bosquet 339; ed. Baluze II. 619; Opp. ed. Migne III. 581. — »Proposuisti nobis in.«

* *In eundem modum* (Arnulpho) Serrensi archiepiscopo.

» 18 » (4462) Balduino archidiacono archidiaconatum Thessalonicensis ecclesiae confirmat. XV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 51 ed. Bosquet 339; ed. Baluze II. 619; Opp. ed. Migne III. 582. — »Cum a nobis.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1212.** |
| Mai. 18 | Laterani | (4463) Radulfo thesaurario thesaurariam Citrensis ecclesiae confirmat. xv kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 52 ed. Bosquet 339; ed. Baluze II. 619; Opp. ed. Migne III. 582. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 21 | » | (4464) Thebano archiepiscopo, Zaratoniensi et Davaliensi episcopis mandat, ut in causa Corinthiensis archiepiscopi ex parte una et decani canonicorumque eiusdem ecclesiae ex altera, qui ab eo callide circumvento obtinuerant medietatem omnium decimarum monasteriorum et papatuum (?) in quibus tres monachi vel pauciores morabantur, inquisita et cognita veritate statuant quod canonicum fuerit. xii kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 60 ed. Bosquet 345; ed. Baluze II. 623; Opp. ed. Migne III. 588. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 21 | » | (4465) (Michaeli) archiepiscopo Arelatensi ac abbatibus S. Aegidii et Psalmodii Nemausens. dioc. mandat, ut Bonifilii prioris S. Honorati Arelatensis electionem in abbatem monasterii s. Victoris Massiliensis, si canonica fuerit, confirment; alioquin eidem monasterio de alia persona idonea per canonicam electionem infra 40 dies provideri faciant. xii kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 49 ed. Bosquet 337; ed. Baluze II. 618; Opp. ed. Migne III. 580; Guesnay S. Iohannes Cassianus 609. — »Dilecti filii G.« |
| » 21 | » | (4466) Archiepiscopo Thebano, Davaliensi episcopo et decano Davaliensi mandat, compellant abbates Graecos Corinthiensis diocesis, ut Corinthiensi archiepiscopo reverentiam et obedientiam debitam impendant. xii kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 53 ed. Bosquet 340; ed. Baluze II. 619; Opp. ed. Migne III. 582. — »Ex parte venerabilis.« |
| » 21 | » | (4467) Canonicis Marbacensibus Weckeltheim et novem (novam *Sch.*) curtes cum appendiciis suis confirmat. xii kal. Iun. a° 15°. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 1102; I-i Opp. ed. Migne IV. 217; Schoepflin Alsat. dipl. I. 324. n° 391. — »Solet annuere sedes.« |
| » 21 | » | (4468) Clero et populo Nazarocensibus mandat, ut Sidoniensi episcopo sicut praelato suo intendant humiliter et devote. Alioquin Thebano archiepiscopo et Zaratoniensi et Cardicensi episcopis mandabitur, ut eos ad id compellant. xii kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 54 ed. Bosquet 340; ed. Baluze II. 619; Opp. ed. Migne III. 582. — »Cum episcopatus vester.« |
| » 21 | » | (4469) Sidoniensi episcopo mandat, ut ea quae spectant ad curam officii pastoralis clero et populo Nazarocensibus ipsi commissis exhibeat. xii kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 54 ed. Bosquet 340; ed. Baluze II. 620; Opp. ed. Migne III. 583. — »Cum episcopatus Nazarocensis.« |
| » 21 | » | (4470) Thebano archiepiscopo et Zaratoniensi et Cardicensi episcopis mandat, ut, si clerus et populus Nazarocenses quod sedes apostolica eis mandavit neglexerint adimplere, eos ad id si opus fuerit per censuram ecclesiasticam cogant. xii kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 54 ed. Bosquet 340; ed. Baluze II. 620; Opp. ed. Migne III. 583. — »Cum episcopatus Nazarocensis.« |
| » 21 | » | (4471) Larissensi archiepiscopo mandat, ut Sidoniensi episcopo assistens minime permittat eundem super episcopatu Nazarocensi ab aliquo molestari. xii kal. Iun. a° 15°. I-i Ep. lib. 15 *in* n° 54 ed. Bosquet 341; ed. Baluze II. 620; Opp. ed. Migne III. 583. — »Cum episcopatus Nazarocensis.« |
| » 22 | » | (4472) Willelmo Philippensi archiepiscopo postulante metropolim Philippensem sub b. Petri protectione suscipit, statuens ut omnes eius possessiones ac bona illibata permaneant, atque iura eiusdem et privilegia confirmat. xi kal. Iun. ind. XV. incarn. dom. a° 1212. pont. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 56 ed. Bosquet 341; ed. Baluze II. 620; Opp. ed. Migne III. 584; Cocquelines Bullar. III. 151. n° 84; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 263, *perperam ad* a. 1213. Mai. 20. — »Si humilitatis exemplum.« |
| » 22 | » | (4473) (Geraldo) Bituricensi archiepiscopo mandat, moneat patronos parochialium ecclesiarum suae diocesis, ut de illarum proventibus sacerdotibus in eisdem ministrantibus congruam provisionem assignent, ipsos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellens. xi kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 88 ed. Bosquet 362; ed. Baluze II. 633; Opp. ed. Migne III. 606. — »Ad nostram noveris.« |
| » 22 | » | (4474) Nobilibus viris R. et A. de Canosa mandat, ut monasterium s. Angeli de Saga cum pertinentiis suis coenobio s. Mariae Cruciferorum Bononiensium restituant. xi kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 99 ed. Bosquet 368; ed. Baluze II. 636; Opp. ed. Migne III. 612. — »Oblata nobis dilecti.« |
| » 22 | » | (4475) Davaliensi et Sidoniensi episcopis et archidiacono Davaliensi mandat, ut si dicti nobiles mandatum sedis apostolicae adimplere neglexerint, eos ad id per censuram ecclesiasticam compellant. xi kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 99 ed. Bosquet 368; ed. Baluze II. 636; Opp. ed. Migne III. 612. — »Oblata nobis dilecti.« |
| » 22 | » | (4476) (Henricum) Constantinopolitanum imperatorem rogat et monet, faciat, ut dictum monasterium illi ordini restituatur. xi kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 99 ed. Bosquet 368; ed. Baluze II. 636; Opp. ed. Migne III. 612. — »Oblata nobis dilecti.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1212.** |
| Mai. 22 | Laterani | (4477) Canonicis Pisanis praecipit, ut Marzuccho (de Caietanis) clerico universa, quae de eius beneficio percepta sint, postquam primas sedis apostolicae litteras receperint, infra quindecim dies restituant et eum super hoc et beneficio ipso de cetero minime molestent. xi kal. Iun. a° 15°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 714; I-i Opp. ed. Migne IV. 217. n° 172. — »Etsi rem grandem.« |
| » 22 | » | (4478) Gualtero Corinthiensi archiepiscopo exorante Corinthiensem ecclesiam tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima recenset, confirmat. xi kal. Iun. indict. XV. incarn. dom. a° 1212. pont. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 58 ed. Bosquet 344; ed. Baluze II. 622; Opp. ed. Migne III. 586; Cocquelines Bullar. III. 152. n° 86; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 265. — »Quanto diligentius et.« |
| » 23 | » | (4479) Iacobo archidiacono archidiaconatum Corinthiensem confirmat. x kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 59 ed. Bosquet 345; ed. Baluze II. 622; Opp. ed. Migne III. 587. — »Cum a nobis.« |
| » 23 | » | (4480) S. Mariae in Regula et S. Pauli abbatibus et praeposito Imolensibus mandat, ut sententias super re spirituali contra sanctiones canonicas promulgatas a saecularibus iudicibus, coram quibus Mutinensis episcopus possessores et colonos terrarum de Senaida, quarum decimae ad Nonantulanum plebem pertinent, super solutione earundem convenerat, decernant irritas et inanes, inhibentes eidem episcopo et clericis eius ne sententiis istis utantur. x kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 67 ed. Bosquet 348; ed. Baluze II. 624; Opp. ed. Migne III. 590; Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 348. n° 409. — »Dilectus filius praepositus.« |
| » 23 | » | (4481) Abbati et fratribus S. Mariae de parvo Ponte Brundusin. Praemonstr. ord. terras, vineas, homines, domum, molendinum et alia bona, quae N. de S. Audomaro apud Thebas et casale quod dicitur Hermocastrum eis concessit, confirmat. x kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 68 ed. Bosquet 348; ed. Baluze II. 624; Opp. ed. Migne III. 591. — »Cum a nobis.« |
| » 23 | » | (4482) (Henricum) Constantinopolitanum imperatorem rogat et monet, ne illos in imperio suo consistentes qui ex ecclesiarum destructionibus ac aliis excessibus excommunicationis sententiam incurrerunt, foveat vel sustineat. x kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 74 ed. Bosquet 353; ed. Baluze II. 627; Opp. ed. Migne III. 596. — »Honori tuae celsitudinis.« |
| » 23 | » | (4483) Archiepiscopo Thessalonicensi, Cardicensi et Sithoniensi episcopis mandat, compellant detentores abbatiarum, monasteriorum et aliarum possessionum pertinentium ad Philippensem, Sarrensem *etc.* archiepiscopos et eorum suffraganeos, tam Latinos quam Graecos qui ius in eis habere se asserunt patronatus, ad restitutionem dictarum rerum per censuram ecclesiasticam. x kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 75 ed. Bosquet 354; ed. Baluze II. 628; Opp. ed. Migne III. 597. — »Sicut venerabiles fratres.« |
| » 23 | » | (4484) Cardicensi et Sithoniensi episcopis et archidiacono Davaliensi mandat, ut decernant frivolam et inanem et penitus non servandam Henrici imperatoris Constantinopolitani constitutionem contrariam ecclesiasticae libertati »videlicet ut nullus possit de suis possessionibus in vita vel ultimo testamento aliquid ecclesiis elargiri.« x kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 76 ed. Bosquet 354; ed. Baluze II. 628; Opp. ed. Migne III. 597; Cherubini Bullar. I. 76; Cocquelines Bullar. III. 152. n° 85; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 265. — »Ad nostram noveritis.« |
| » 23 | » | (4485) Archiepiscopo Atheniensi inhibet, ne in R. dominum insulae Nigripontis vel terram ipsius sine manifesta et rationabili causa excommunicationis vel interdicti sententias proferre praesumat. x kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 100 ed. Bosquet 369; ed. Baluze II. 636; Opp. ed. Migne III. 612. — »Sic nervo ecclesiasticae.« |
| » 23 | » | (4486) (Venturae) episcopo Ariminensi mandat, ut quicquid ab Othone dicto imperatore propter latam in ipsum excommunicationis sententiam noverit attentatum in praeiudicium ecclesiae Liniensis (Lucensis? Lunensis *Rayn.*) irritet. x kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 85 ed. Bosquet 360; ed. Baluze II. 631; Opp. ed. Migne III. 603; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 1. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 24 | » | (4487) Eidem mandat, ut si quis concessione, sententia, privilegio vel mandato Othonis, non iam nominandi »imperator, sed impius persecutor«, uti voluerit in praeiudicium vel damnum ecclesiae Ravennatis, ipsum ab huiusmodi praesumptione per censuram ecclesiasticam compescat. ix kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 84 ed. Bosquet 359; ed. Baluze II. 631; Opp. ed. Migne III. 603; *cf.* Raynald. l. c. § 1. — »Cum ea omnia.« |
| » 24 | » | (4488) Episcopo, decano et archidiacono Davaliensibus mandat, ut de pecunia Thebano archiepiscopo credita a N. canonico Dominici Sepulchri Ierosolymitani priore S. Demetrii Thessalonicensis cognoscant, probationes et testes recipiant. ix kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 78 ed. Bosquet 355; ed. Baluze II. 628; Opp. ed. Migne III. 598. — »Dilectus filius N.« |

1212.

Mai. 25 Laterani (4489) Arnulpho Sarrensi archiepiscopo postulante Sarrensem ecclesiam suscipit protegendam eidemque provinciam, iura quoque ac bona, dignitates et libertates necnon consuetudines ipsius confirmat. VIII kal. Iun. indict. XV. incarn. dom. a° 1212. pont. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 57 ed. Bosquet 343; ed. Baluze II. 621; Opp. ed. Migne III. 585. — »Quanto devotius Sarrensis.«

» 25 » (4490) Thessalonicensi et (Willelmo) Philippensi archiepiscopis et episcopo Sithoniensi mandat, ut Cardicensem episcopum in possessionem ecclesiae suae ab Ierosolymitani hospitalis fratribus iniuste detentae inducant *etc.* VIII kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 69 ed. Bosquet 349; ed. Baluze II. 625; Opp. ed. Migne III. 591. — »Olim venerabili fratre.«

» 25 » (4491) Abbati et fratribus de Locedio scribit, se (Willelmo) Philippensi et (Arnulpho) de Serra archiepiscopis mandasse, procurent ut monasterium de Curhiat eis restituatur. »Nos enim volentes ut ordinis Cisterciensis religio in Romaniae partibus propagetur, statuimus quod per vos in dicto monasterio de cetero serventur Cisterciensis ordinis instituta.« VIII kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 70 ed. Bosquet 351; ed. Baluze II. 626; Opp. ed. Migne III. 594; Moriondus Mon. Aquens. II. 390. n° 162; Manrique Ann. Cisterc. III. 577. — »Dilectus filius nobilis.«

• *In eundem modum* (Willelmo) Philippensi et (Arnulpho) Sarrensi archiepiscopis.

» 25 » (4492) (Henricum) imperatorem Constantinopolitanum rogat et monet, ne dictos fratres super dicto monasterio molestet, sed eos habens commendatos a malefactorum incursibus defendat. VIII kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 70 ed. Bosquet 352; ed. Baluze II. 627; Opp. ed. Migne III. 595. — »Dilectus filius nobilis.«

» 25 » (4493) Gaufridum de Villa Arduini principem Achaiae rogat et monet, ut Sardicensem episcopum in possessione rerum restitutarum, de quibus inter ipsum ex parte una et fratres hospitalis Ierosolymitani ex altera quaestio vertebatur, tueatur. VIII kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 71 ed. Bosquet 352; ed. Baluze II. 627; Opp. ed. Migne III. 595. — »Cum plerumque expediat.«

• *In eundem modum* Comiti Bertholdo;
» » » (Henrico) Constantinopolitano imperatori.

» 25 » (4494) Archiepiscopo Larisseno mandat, faciat ut, cum ad mandatum papale Dimitriacensem ecclesiam cum suis pertinentiis Cardicensi episcopo multam inopiam patienti liberaliter contulerit, hoc firmiter observetur. VIII kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 72 ed. Bosquet 353; ed. Baluze II. 627; Opp. ed. Migne III. 596. — »Venerabilis frater noster.«

» 25 » (4495) Eidem archiepiscopo, episcopo Sithoniensi et archidiacono Cermopilensi mandat, ut causam inter Cardicensem episcopum et Patracensem archiepiscopum agitatam fine canonico terminent. VIII kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 73 ed. Bosquet 353; ed. Baluze II. 627; Opp. ed. Migne III. 596. — »Venerabilis frater noster.«

» 25 » (4496) Archiepiscopo Thebano, Davaliensi et Zaratoniensi episcopis mandat, cogant Gaufridum principem Achaiae, Ottonem de Rocca et quosdam alios Latinos per censuram ecclesiasticam, ut thesaurum Corinthiensis ecclesiae a Theodoro quondam domino Corinthi in castrum de Argos delatum et, eo capto, ibi ab illis inventum et detentum eidem ecclesiae restituant. VIII kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 77 ed. Bosquet 355; ed. Baluze II. 628; Opp. ed. Migne III. 597. — »Venerabilis frater noster.«

» 25 » (4497) Abbati S. Pauli declarat, se velle ut per certam parochiarum limitationem Lateranensis et ss. Quatuor Coronatorum ecclesiarum nullum constitutae intra illarum terminos ecclesiae s. Nicolai de Formis, quae ad eius monasterium spectet, in sua parochia praeiudicium generetur, »quia res inter alios acta praeiudicare non debet aliis secundum legitimas sanctiones.« VIII kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 81 ed. Bosquet 357; ed. Baluze II. 630; Opp. ed. Migne III. 600. — »Cum Lateranensem et.«

» 25 » (4498) Archiepiscopo Atheniensi mandat, ut R. domino Nigripontis qui quandam nobilem, quam ipsius viro vivente cognovit, velit modo ducere in uxorem, concedat facultatem, ut cum ipsa legitime contrahat, nisi forsan eidem vivente viro fidem dederit vel mulierem ipsam in nece viri constiterit machinatam. VIII kal. Iun. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 101 ed. Bosquet 369; ed. Baluze II. 636; Opp. ed. Migne III. 613.

» 26 » (4499) Decano, thesaurario et magistro scholarum Nivernensibus mandat, cogant per censuram ecclesiasticam rectores ecclesiarum, ut procurationes ex officio visitationis debitas (Geraldo) archiepiscopo Bituricensi exhibeant. VII kal. Iun. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 87 ed. Bosquet 362; ed. Baluze II. 632; Opp. ed. Migne III. 605. — »Significavit nobis venerabilis.«

» 26 » (4500) Compositionem inter priorem capitulumque Dominici Sepulchri Ierosolymitani ex una parte et Thessalonicensem archiepiscopum ex altera parte super ecclesia s. Demetrii Thessalonicensis amicabiliter initam, tenore eius inserto, confirmat. VII kal. Iun.

1212.

a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 86 ed. Bosquet 360; ed. Baluze II. 631; Opp. ed. Migne III. 603. — »Cum a nobis.«

Mai. 26 | Laterani | (4501) Episcopo et capitulo Petragoricensibus mandat, ut magistrum I. de Veteri Morolio in fratrem et canonicum liberaliter admittant; alioquin episcopo, subdiacono suo archidiacono Xanctonensibus et priori Sulbisiensi mandabitur, ut eos ad id compellant. vii kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 97 ed. Bosquet 366; ed. Baluze II. 634; Opp. ed. Migne III. 609. — »Si circumspectius curaretis.«

» 26 | » | (4502) Amata abbatissa eiusque sororibus postulantibus monasterium s. Mariae Dei genitricis et ss. Matthaei apostoli et Antonii in loco qui dicitur Fonsadlumum in Escula diocesi protegendum suscipit, statuens ut ibi ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum inviolabiliter observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura recenset, iura ac privilegia confirmat. vii kal. Iun. indict. XV. incarn. dom. a° 1212. pont. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 79 ed. Bosquet 356; ed. Baluze II. 629; Opp. ed. Migne III. 599. — »Prudentibus virginibus.«

» 26 | » | (4503) Thessalonicensi et (Willelmo) Philippensi archiepiscopis, et episcopo Sithoniensi mandat, ut in causa inter Cardicensem episcopum et fratres hospitalis Ierosolymitani vertente statuant quod iustum fuerit. vii kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 80 ed. Bosquet 357; ed. Baluze II. 630; Opp. ed. Migne III. 600. — »Venerabilis frater noster.«

» 26 | » | (4504) (Guilelmo) Helenensi episcopo mandat, ut assensum praebeat et favorem nonnullis suae dioecesis, qui ad exhortationem Durandi de Osca, D(urandi) de Naiaco et Guillelmi S. Antonini poenitentiam agere cupientes castitatem observare promittunt ac tunicis albis vel griseis uti proponunt sub disciplina et visitatione Catholicorum Pauperum permansuri. vii kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 82 ed. Bosquet 358; ed. Baluze II. 630; Opp. ed. Migne III. 601; Aguirre Conc. Hisp. V. 165; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 9. — »Dilectus filius Durandus.«

» 27 | » | (4505) Decano et capitulo Bituricensibus rationem reddit, cur adhuc non procedendum duxerit in b. Willelmo eorum archiepiscopo adscribendo sanctorum catalogo. vi kal. Iun. a° 15°. ‖ Labbe Bibl. Mss. II. 391; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 62; I-i Opp. ed. Migne IV. 218. n° 173. — »Litteras quas pro.«

» 28 | » | (4506) Regem Aragonensem rogat et monet, ut Pauperes Catholicos et hospites eorundem in orthodoxa fide et pia operatione manentes non permittat a quoquam temere opprimi vel a iustitiariis regiis iniuste gravari. v kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 92 ed. Bosquet 364; ed. Baluze II. 633; Opp. ed. Migne III. 608; Aguirre l. c. 165. — »Ut illi complaceas.«

» 28 | » | (4507) Abbati de Maceneira Visiens. dioc., cantori et P. Roderici canonico Colimbriensibus mandat, faciant, ut sententia excommunicationis propter intrusionem prioris S. Petri Auriensis dioc. in monasterio Cellae Novae ab episcopo Auriensi in eum prolata et a sede apostolica rata habita firmiter observetur. v kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 89 ed. Bosquet 363; ed. Baluze II. 633; Opp. ed. Migne III. 607. — »Diligenter auditis et.«

» 28 | — | Archidiacono Aquensi: »Signiae v kal. Iun. a° 15°.« ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 488, *vid.* 1212. Iun. 27. n° 4550.

» 29 | Laterani | (4508) Durando de Osca et Durando de Naiaco mandat, ut, cum quidam de ipsorum fratribus deliquerint, eos de consensu et auctoritate episcopi loci corrigant. iv kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 91 ed. Bosquet 363; ed. Baluze II. 633; Opp. ed. Migne III. 609; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 9. — »Cum quidam de.«

» 29 | » | (4509) S. Martini Canonicensis (*leg.* Canigonensis) et S. Mariae Electensis abbatibus et W. decano in Confluenti Narbonens. et Helenens. diocesum mandat, ut B. militem inducant ad decimas, quas ab abbate S. Genesii tenet, resignandas ecclesiis quibus pertinent; aut eidem concedant facultatem eas ex abbatis praedicti et diocesani episcopi assensu conferendi hospitali quod aedificare proponit. iv kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 95 ed. Bosquet 365; ed. Baluze II. 634; Opp. ed. Migne III. 609. — »Ad nostram noveritis.«

» 29 | » | (4510) Durandum de Osca, Durandum de Naiaco, Guillelmum S. Antonini, Io. Narbonensem, B. Biterrensem et alios Pauperes Catholicos et speciales eorum amicos cum omnibus bonis protegendos suscipit. iv kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 96 ed. Bosquet 365; ed. Baluze II. 634; Opp. ed. Migne III. 609. — »Cum a nobis.«

» 29 | » | (4511) Landon. Collis de Medio et G. filio eius significat, se sententialiter diffinire, ab eorum hominibus praestandum esse iuramentum Philippo et Iordano de Insula consortibus castri quod dicitur Prun; eos vero absolvit ab eorundem consortium impetitione super turris aedificatione in castri eiusdem partibus quas emerant. iv kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 98 ed. Bosquet 367; ed. Baluze II. 635; Opp. ed. Migne III. 610. — »Cum inter vos.«

» 29 | » | (4512) (Arnaldo) Narbonensi archiepiscopo et (Raimundo) Uticensi episcopo apostolicae sedis legatis mandat, ut, cum Pauperes Catholici Durandus de Osca, Durandus de Na-

**1212.**

iaco, Guillelmus S. Antonini et eorum socii sint reconciliati ecclesiasticae unitati, se eis in fide catholica manentibus exhibeant favorabiles et benignos. IV kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 93 ed. Bosquet 364; ed. Baluze II. 634; Opp. ed. Migne III. 608. — »Cum Catholici Pauperes.«

Mai. 30 Laterani (4513) (Bernardo?) archiepiscopo Tarantasiensi, (Bernardo) episcopo Gebennensi et abbati S. Mauritii de Cablasio mandat, ut inquirant statum et vivendi rationem monachorum Montis Iovis [Mont Iou, Saint Bernard] et ibi reforment tam in capite quam in membris quae invenerint reformanda. III kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 105 ed. Baluze II. 637; Opp. ed. Migne III. 615. — »Dilectus filius P.«

» 30 » (4514) (Petro) episcopo et abbati S. Victoris et cancellario Parisiensibus mandat, ne ad inquisitionem consanguinitatis inter (Herveum) comitem et (Mathildem) comitissam Nivernenses procedant, dummodo comes cesset ab indebita molestatione monasterii Virziliacensis. III kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 83 ed. Bosquet 359; ed. Baluze II. 631; Opp. ed. Migne III. 602; Bouquet Rec. XIX. 551. — »Cum nuper vobis.«

» 30 » (4515) (Petro) Massiliensi episcopo mandat, ut, cum Durandus de Osca acolythus et socii eius a secta Waldensium reconciliati sint ecclesiasticae unitati, ipsos infra catholicum gregem admittat neque permittat, ut ob notam quam de pristina conversatione contraxerant a quoquam molestentur. III kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 90 ed. Bosquet 363; ed. Baluze II. 633; Opp. ed. Migne III. 607; (Belzunce) Antiq. de l'égl. de Marseille II. 36. — »Cum dilectus filius.«

* *In eundem modum* Barchinonensi episcopo;
» » » Oscensi episcopo.

» 31 » (4516) (Othonem) Ianuensem archiepiscopum et suffraganeos eius monet et hortatur, ut Durandum de Osca et Guillelmum de S. Antonino cum sociis eorum reconciliatis ecclesiasticae unitati caritative tractent nec permittant eos a quoquam temere molestari. II kal. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 94 ed. Bosquet 364; ed. Baluze II. 634; Opp. ed. Migne III. 608. — »Cum talis esse.«

( » 25- Iun. 5) (») (4517) Raimundo Uticensi episcopo et (Arnaldo) Narbonensi electo apostolicae sedis legatis scribit, terram Raimundi Tolosani comitis nondum de haeresi vel de nece Petri de Castro novo damnati non esse alii concedendam, cum praedicto comiti vel haeredibus eius non sit abiudicata; tum eis mandat ut studeant et laborent, ne dissolvi possit negotium bene incoeptum. *Sine die et mense.* A° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 102 ed. Bosquet 369; ed. Baluze II. 636; Opp. ed. Migne III. 613; Catel Hist. des comtes de Tolose 256; Percin Monum. conventus Tolos. fratrum Praedic. II. 23; Bouquet Rec. XIX. 552; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1212 § 14. — »Licet Raimundus Tolosanus.«

Iun. 5 » (4518) Milites et populum castri Melgorii monet et hortatur, ut in fidelitate ac devotione Romanae ecclesiae ac papae firmiter ac unanimiter persistant. Non. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 103 ed. Bosquet 370; ed. Baluze II. 637; Opp. ed. Migne III. 614; Bouquet l. c. 552. — »Gaudemus plurimum devotionem.«

» 5 » (4519) Episcopo Murano committit depositionem R. episcopi Melfiensis, variis eius narratis criminibus. Non. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 115 ed. Bosquet 380; ed. Baluze II. 643; Opp. ed. Migne III. 625; Ughelli Ital. sacra I. 926; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 1. — »Circa radices infructuosae.«

» 5 » (4520) Capitulo Melfiensi praecipit, ut mandatum apostolicum per Muranum episcopum suscipiant humiliter et fideliter observent. Non. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 115 ed. Bosquet 382; ed. Baluze II. 644; Opp. ed. Migne III. 627. — »Circa radices infructuosae.«

» 6 » (4521) Mariae reginae Aragonensi et hominibus Montispessulani mandat, ut Willelmo de Montepessulano fratri reginae possessionem villae Montispessulani ac alterius terrae iure haereditario ad ipsum pertinentis restituant. VIII id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 104 ed. Bosquet 370; ed. Baluze II. 637; Opp. ed. Migne III. 615; Bouquet l. c. 553; Aguirre Conc. Hisp. V. 165. — »Gravem dilecti filii.«

» 6 » (4522) Bernardo abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Petri Psalmodiense sub b. Petri protectione suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum s. Benedicti regulam ibi inviolabiliter observetur, omnesque eius possessiones, bona ac privilegia, quorum plurima recenset, illibata permanere iubet. VIII id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 111 ed. Bosquet 376; ed. Baluze II. 640; Opp. ed. Migne III. 620; Guesnay S. Iohannes Cassianus 488. — »Quoniam ex commisso.«

» 7 » (4523) (Willelmo) episcopo Lingonensi consulenti respondet de Iudaeo, qui manus violentas in presbyterum quendam iniecerat; de captivo quodam qui se falso episcopum asserens altaria consecravit; ac de novitiis aetate minoribus, qui suscepto habitu et infra annum non facta professione ad saeculum reversi ab ipsorum episcopis hoc scientibus ad sacros ordines promoti erant. VII id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 118 ed. Bosquet 384; ed. Baluze II. 646; Opp. ed. Migne III. 630; *pars 3ᵃ in* Collect. IV decret. lib. 3. tit. 10 *de*

**1212.**

*regular.* c. 1 (*ubi* Legionensi episcopo *inscribitur*) *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 661; *pars 1ª et 3ª int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 6 *de Iudaeis* c. 14 *et* lib. 3. tit. 31 *de regular.* c. 21 ap. Boehmer Corp. II. 740. 538; ap. Richter Corp. II. 747. 556. — »Postulasti per sedem.«

Iun. 7 Laterani (4524) (Opizzoni) episcopo et abbati S. Iohannis et archidiacono Parmensibus committit inquisitionem postulationis Vercellensis episcopi et electionis Mediolanensis archidiaconi in archiepiscopum Mediolanensem; specialiter autem inquirant, utrum de antiqua et approbata consuetudine omnes et singuli tam abbates quam praepositi ac etiam capellani parem cum ordinariis in electione Mediolanensis archiepiscopi vocem habeant, utrum non in singulis ordinum, sed in ordinibus singulorum sit paritas attendenda, vel potius ius eligendi penes ordinarios tantum resideat et ceteri propter honestatem solummodo vocari consueverint ad cautelam, quid etiam potestatis aut iuris episcopi suffraganei habeant in negotio memorato. Quae invenerint, sedi apostolicae fideliter intiment, ut per hanc relationem instructa commodius in ipso negotio procedat. vii (id.) Iun. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 112 ed. Bosquet 378; ed. Baluze II. 642; Opp. ed. Migne III. 622. — »Ecclesia Mediolanensi vacante.«

» 7 » (4525) Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis concedit, ut transgressores statuti quod Guala tit. S. Martini presbyter cardinalis tunc apostolicae sedis legatus in concubinarios promulgavit, a vinculo excommunicationis absolvere valeant, poenitentia competenti iniuncta eis qui praesumpserint excommunicati divina celebrare; tum eos obsecrat, ut gratiam indulgentiae in questum avaritiae nullatenus convertant. vii id. Iun. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 113 ed. Bosquet 378; ed. Baluze II. 642; Opp. ed. Migne III. 623. — »Rigorem mansuetudine temperantes.«

» 8 » (4526) Iacobo consobrino et marescalco suo propter eius praeclara in sedem apostolicam facinora et quia post multas anxietates* et labores de ecclesiae inimicis Frederico in Calabria et Marcualdo in Sicilia mirabiliter triumphavit, castrum Nymphae, quod quondam Cencio Fraiapani et O. et C. eius nepotibus Eugenius papa praedecessor pro 80 libris denariorum Lucensium obligarat et ipse ab eorum heredibus iam pridem recollegit, cum omnibus pertinentiis et utilitatibus suis pro summa mille librarum Proveniensium obligat. vi id. Iun. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 114 ed. Bosquet 379; ed. Baluze II. 642; Opp. ed. Migne III. 624; Cocquelines Bullar. III. 153. nº 187; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 266; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 38. — »Cum eius vices.«

» 9 » (4527) G. abbatem monasterii s. Angeli de Plano Firmanae dioc. restituit suae abbatiae, ex qua cum Firmanus episcopus eiecerat, et confirmat sententiam Anconitani episcopi de Theobaldo intruso in dictum monasterium removendo. v id. Iun. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 117 ed. Bosquet 383; ed. Baluze II. 645; Opp. ed. Migne III. 628. — »Cum dilectus filius.«

» 9 » (4528) Abbati Farfensi mandat, faciat ut ista sententia firmiter observetur. v id. Iun. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* nº 117 ed. Bosquet 384; ed. Baluze II. 646; Opp. ed. Migne III. 630. — »Cum dilectus filius.«

» 9 » (4529) Philippum regem Francorum rogat, ut (Ingeburgam) reginam, quae pro servanda lege matrimonii longo sit martyrio macerata, propensius commendatam habeat neque sedem apostolicam super hoc negotio gravius molestet, ne propter persecutionis instantiam a tramite veritatis declinare videatur. v id. Iun. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 106 ed. Bosquet 372; ed. Baluze II. 638; Opp. ed. Migne III. 617; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 724; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 123; Bouquet Rec. XIX. 553; Dumonstier Neustria pia 790; *fragm. in* Raynaldi Ann. a. 1212 § 8. — »Diligenter auditis et.«

» 9 » (4530) Fratrem Guarinum monet, studeat ita Philippum regem Francorum placare et in bono fovere, ut (Ingeburgam) reginam uxorem suam habeat commendatam, cum ex eius confessionibus sub iureiurando factis constet, commixtionem sexuum in eorum carnali commercio intercesserit, licet commixtio seminum in vase muliebri non extiterit subsecuta. v id. Iun. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 107 ed. Bosquet 373; ed. Baluze II. 639; Opp. ed. Migne III. 618; Duchesne l. c. 725; Langebek l. c. 122; Bouquet l. c. 554; *fragm.* ap. Raynald. l. c. — »Illius testimonium invocamus.«

» 9 » (4531) Philippum regem Francorum rogat, arguens (Petrum) Senonensem archiepiscopum eo quod perverse processit in causa interdicti relaxandi quod in terram regis (Guilelmus) Antisiodorensis et (Manasses) Aurelianensis episcopi protulerant, ut de hac causa, praedictis episcopis restitutis et sententia interdicti relaxata, in ipsius curia cognoscatur. v id. Iun. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 108 ed. Bosquet 374; ed. Baluze II. 640; Opp. ed. Migne III. 619; Duchesne l. c. 726; Bouquet l. c. 555; *cf.* Raynald. l. c. — »De prudentia Senonensis.«

» 9 » (4532) (Guilelmo) Antisiodorensi et (Manassi) Aurelianensi episcopis consulit, ut cum Philippo rege Francorum, quanto melius poterunt, componere studeant, quia reges et principes nonnunquam melius vincuntur mansuetudine quam rigore. v id. Iun. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 109 ed. Bosquet 375; ed. Baluze II. 640; Opp. ed. Migne III. 620; Duchesne l. c. 726; Bouquet l. c. 555; *fragm.* ap. Raynald. l. c. — »Licet processum archiepiscopi.«

**1212.**

Iun. 9 — Laterani — (4533) (Roberto) Baiocensi et (Hugoni) Constantiensi episcopis ac abbati de Persenia mandat, ut (Sylvestrum) episcopum et priorem ecclesiae Sagiensis, inquisita de enormibus eorum actibus et cognita veritate, ab ipsorum officiis removeant. v id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 110 ed. Bosquet 375; ed. Baluze II. 640; Opp. ed. Migne III. 620; Manrique Ann. Cisterc. III. 569. — »Contra praesulem et.«

» 9 — » — * (4534) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et suffraganeis eius et prioribus, decanis *etc.* in Maguntina provincia constitutis praecipit, ut illos qui possessiones, res, domus Cisterciensium fratrum de Capella vel eorum hominum irreverenter invaserint aut ea iniuste detinuerint quae praedictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur *etc.*, si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellant, si vero clerici *etc.*, eos ab officio et beneficio suspendant. v id. Iun. a° 15°. ‖ Meyer von Knonau Regest. von Cappel 1. n° 3.

» 10 — » — (4535) Decano et magistro Henrico canonico Trecensibus et thesaurario Villae Mauri Trecens. dioc. mandat, ut inquisita et cognita veritate eos qui manus in I. presbyterum ecclesiae s. Christophori de Sessiaco iniecerunt, excommunicatos nuncient; priorem Sessiacensem, si fuerit in hoc culpabilis vel excommunicatus divina celebraverit, ab officio beneficioque suspensum ad sedem apostolicam transmittant; denique faciant, ut praedicto I. presbytero expensae ab abbate S. Germani Antisiodorensis et priore Sessiacensi restituantur. iv id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 119 ed. Bosquet 385; ed. Baluze II. 646; Opp. ed. Migne III. 631. — »Constitutus in praesentia.«

» 12 — » — (4536) (Radulfo) Atrebatensi episcopo mandat, ut sententias a (Roberto) electo et clero Laudunensi in terras ac familias communiae Laudunensis temere promulgatas relaxet, iurisdictione hac ei usque ad triennium concessa. ii id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 124 ed. Bosquet 390; ed. Baluze II. 649; Opp. ed. Migne III. 636. — »Dudum dilectis filiis.«

» 12 — » — (4537) W. militi de Tigne ius patronatus ecclesiae de Tigne adiudicat, eundem absolvens ab Andegavensis capituli impetitione super 5000 solidorum, cum aliquid de fructibus eiusdem ecclesiae eum percepisse probatum non fuerit. ii id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 125 ed. Bosquet 391; ed. Baluze II. 650; Opp. ed. Migne III. 637. — »Cum causam quae.«

» 12 — » — (4538) Aureae Vallis, S. Launi Toharcensis et de Ferraria abbatibus Pictavens. dioc. mandat, faciant ut, quod a sede in illa causa diffinitum sit, observetur. ii id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 125 ed. Bosquet 393; ed. Baluze II. 651; Opp. ed. Migne III. 639. — »Cum causam quae.«

» 13 — » — (4539) Monasterii s. Cosmae de Vicovario, quod ad ius et proprietatem b. Petri specialiter pertinet, tutelam suscipit omnesque eius possessiones, bona ac privilegia, quorum plurima declarat, auctoritate apostolica confirmat. Id. Iun. indict. XV. incarn. dom. a° 1212. pont. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 120 ed. Bosquet 387; ed. Baluze II. 647; Opp. ed. Migne III. 633; Cocquelines Bullar. III. 153. n° 88; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 267. — »Quotiens postulatur a.«

» 13 — » — (4540) (Rainaldo) archiepiscopo Lugdunensi mandat, ne P. de Boton Viennensem canonicum occasione monachatus ab aliquo molestari permittat, cum minor aetate in monasterio de Insula invitus positus fuerit. Id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 116 ed. Baluze II. 644; Opp. ed. Migne III. 627. — »Attestationes quas nobis.«

» 13 — » — (4541) Glasguensi et Brechinensi episcopis mandat, ut examinata electione pariter et electo Iohanne archidiacono in episcopum Dunkeldensem, si eam invenerint de persona idonea canonice celebratam, ipsam confirment et ipsum in praesulem studeant consecrare. Id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 121 ed. Bosquet 388; ed. Baluze II. 648; Opp. ed. Migne III. 634. — »Dilecti filii H.«

» 13 — » — (4542) Populo Mediolanensi opprobrat, quod conversi sunt in arcum perversum et in reprobum sensum dati; monet eos et hortatur, ut saniori utentes consilio et Ottone imperatore relicto revertantur ad devotionem et obedientiam Romanae ecclesiae matris suae et super excessibus suis et specialiter super eo quod ordinarios Mediolanensis ecclesiae nuper eicere praesumpserint Deo et sedi apostolicae satisfaciant. Id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 122 ed. Bosquet 389; ed. Baluze II. 649; Opp. ed. Migne III. 635. — »Mirari cogimur et.«

» 13 — » — (4543) (Herveo) Trecensi episcopo et (Guidoni) abbati Clarevallensi Cisterc. ord. Lingonens. dioc. et magistro Henrico canonico Trecensi mandat, ut irritum nuntient quicquid a (Petro) Senonensi archiepiscopo inordinate praesumptum fuerit in causa interdicti a (Manasse) Aurelianensi et (Guilelmo) Antisiodorensi episcopis in Philippi Francorum regis terram prolati. Id. Iun. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 123 ed. Bosquet 389; ed. Baluze II. 649; Opp. ed. Migne III. 635; Bouquet Rec. XIX. 556; Manrique Annal. Cisterc. III. 570; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 8. — »De prudentia Senonensis.«

» 13 — » — (4544) (Geraldo) archiepiscopo Bituricensi, (Iohanni) episcopo Lemovicensi et abbati Dolonensi Cisterc. ord. Lemovicens. dioc. mandat, faciant ut sententia iudicum delegatorum

**1212.**

observetur, qui, una ex duabus abbatis Tutelensis electionibus cassata, alteram confirmarant. Id. Iun. a° 11°. || I-i Ep. lib. 15. n° 127 ed. Bosquet 396; ed. Baluze II. 653; Opp. ed. Migne III. 643. — »Diligenter auditis et.«

Iun. 13 Laterani (4545) Angelo abbati et conventui S. Alexii de Urbe vineas in monte Aventino positas sententialiter confirmat eosque ab impetitione syndici ecclesiae s. Priscae super dictis vineis absolvit. Id. Iun. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 128 ed. Bosquet 396; ed. Baluze II. 653; Opp. ed. Migne III. 643. — »Coram dilecto filio.«

» 15 » (4546) Compositionem inter (Geraldum) Bituricensem archiepiscopum et abbatem conventumque Dolensis monasterii super ecclesiastica iurisdictione in clericos et laicos burgi Dolensis a se provisionaliter factam confirmat. xvii kal. Iul. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 126 ed. Bosquet 393; ed. Baluze II. 651; Opp. ed. Migne III. 639. — »Cum inter te.«

» 15 » * 4547) Abbati et conventui S. Mariae de Bello Portu Praemonstr. ord. sex ecclesias de Goloie eis per episcopum Ioscelinum et canonicos Briocenses concessas confirmat. xvii kal. Iul. a° 15. || Geslin Évêchés de Bretagne IV. 69, *perperam ad* a. 1213.

( » 16-23) »Mense Iunii Innocentius pp. Urbem exiens venit Signiam, ubi per aestatem moram faciens mense Septembri remeavit ad Urbem.« || Ryccardus de S. Germ. ap. Muratori Scr. r. Ital. VII. 984 (ap. Ughelli Ital. sacra III. 971; ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 335).

» 23 Signiae (4548) Magistro et fratribus militiae Templi indulget, ut, si qui fratrum in se invicem vel in alios religiosos vel etiam in clericos saeculares manus iniecerint violentas, per diocesanos episcopos absolutionis beneficium assequantur. ix kal. Iul. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 129 ed. Bosquet 397; ed. Baluze II. 654; Opp. ed. Migne III. 643; Gruber Orig. Livon. 239; Scr. rer. Livon. I. 366; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 7. — »Ea quae pro.«

» 26 » (4549) Norwicensi in Hibernia commoranti, Cluanfertensi et Enactunensi episcopis mandat, faciant ut sententiae contra Davidem Waterfordensem episcopum latae usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observentur. vi kal. Iul. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 141 ed. Bosquet 405; ed. Baluze II. 659; Opp. ed. Migne III. 652. — »Cum causam quae.«

» 27 » (4550) Archidiacono Aquensi mandat, faciat ut definitiva sententia, quam magister O. canonicus Terdonensis pro abbatissa S. Mariae de Aquis contra ecclesiam s. Michaelis de Sebedo super possessionibus et aliis rebus promulgaverit, firmiter observetur. v kal. (Iun., *sed legas*) Iul. a° 15°. || Moriondus Mon. Aquens. I. 488. — »Dilecta in Christo.«

» 28 » (4551) (Herveo) Trecensi et (Gaufrido) Meldensi episcopis et abbati Latiniacensi Parisiens. dioc. mandat, ut ad monasterium de Caritate accedentes sententiam depositionis ac excommunicationis in Gaufridum eiusdem coenobii priorem et complices eius observari faciant, eundemque compellant ad resignandas pecunias ab ipso congregatas. iv kal. Iul. a° 15°. | I-i Ep. lib. 15. n° 144 ed. Bosquet 413; ed. Baluze II. 665; Opp. ed. Migne III. 662; Cocquelines Bullar. III. 154. n° 89; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 268. — »Ex parte dilecti.«

( » 16-30) »Innocentius pp. per generales quas ad orbis praelatos dirigit litteras sanctam synodum ad Urbem vocat. Mense Iunii autem Signiam, ubi propter urgentem necessitatem Adenulphum Casertanum Casinensem electum in Casinensem abbatem promovit.« || Ryccardus de S. Germ. ap. Muratori Scr. r. Ital. VII. 985 (ap. Ughelli Ital. sacra III. 971; ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 335).

Iul. 1 » (4552) Fratribus Ierosolymitani hospitalis et militiae Templi in Remensi diocesi constitutis praecipit, ut de cetero parochianos Corbeiensis ecclesiae qui vinculo tenentur excommunicationis astricti ad sepulturam recipere nullatenus praesumant. Kal. Iul. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 131 ed. Bosquet 398; ed. Baluze II. 654; Opp. ed. Migne III. 645. — »Religionis intuitu.«

» 2 » (4553) Rodulpho presbytero scribit, se secundum illa quae circa eum super voto ac professione monastici ordinis per inquisitionem delegatorum sedis apostolicae reperta fuerint, ipsum ad observantiam regulae monachalis decernere non cogendum. vi non. Iul. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 132 ed. Bosquet 399; Opp. ed. Migne III. 645. — »Diligenter auditis et.«

» 6 » (4554) Decano, subdecano et magistro Simoni canonico Aurelianensibus mandat, faciant ut interdicti sententia, quam (Girardus) Bituricensis archiepiscopus in (Herveum) comitem Nivernensem dominum S. Aniani et terram ipsius pro damnis et iniuriis super villa de Chabris et domo de Oblatissa ab eo et ballivis eiusdem dicto archiepiscopo irrogatis promulgavit, usque ad satisfactionem condignam firmiter observetur. ii non. Iul. a° (14°, *sed legi debet*) 15°. || L. Raynal Hist. du Berry-Bourges (1845. 8°.) II. 569. — »Venerabilis frater noster.«

» 7 » (4555) (Sicardo) Cremonensi episcopo apostolicae sedis legato nunciat, se depositionis sententiam, quam ille in (Ubertum) episcopum Vicentinum promulgaverat, confirmare eique mandat, ut eundem faciat ab ecclesiae Vicentinae regimine perpetuo remanere remotum, monens capitulum eiusdem ecclesiae, ut personam idoneam et ecclesiae Ro-

**1212.**

manae devotam sibi per electionem canonicam infra mensem praeficiant in pastorem. Non. Iul. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 139 ed. Bosquet 404; ed. Baluze II. 658; Opp. ed. Migne III. 650; Ughelli Ital. sacra V. 1049; *italice* Riccardi Stor. dei vescovi Vicentini 80. — »Per tuas nobis.«

Iul. 8 Signiae (4556) Abbati de Tilieto mandat, moneat et si necesse fuerit compellat electum et clericos Albinganenses, ut (Othoni) Ianuensi archiepiscopo tamquam suo metropolitano impendant obedientiam et reverentiam debitam. VIII id. Iul. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 160 ed. Bosquet 435; ed. Baluze II. 680; Opp. ed. Migne III. 687. — »Cum dilectis filiis.«

» 9 » (4557) Monasterii s. Petri Carnotensis protectionem suscipit omnesque eius possessiones et privilegia confirmat. VII id. Iul. a° 15°. ‖ Guérard Cartul. de St. Père de Chartres II. 677; I-i Opp. ed. Migne IV. 224. n° 180 (*qui uterque falso ad* a. 1213 *refert*). — ».....«

» 9 » • (4558) Babenbergensi capitulo confirmat advocatiam civitatis Babenbergensis et nemus in Micheloi [Michelau] a Timone Babenbergensi episcopo concessum. VII id. Iul. a° 15°. ‖ Lang Regesta II. 51.

» 11 » (4559) (Geraldo) archiepiscopo Bituricensi mandat, ut relaxet sententiam suspensionis in (Willelmum) Burdegalensem archiepiscopum a se ipso auctoritate primatiae promulgatam, cum eiusdem sententiae relaxationem dictus archiepiscopus petierit ad Bituricensis archiepiscopi concilium accessurus. V id. Iul. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 130 ed. Bosquet 397; ed. Baluze II. 654; Opp. ed. Migne III. 644; Bouquet Rec. XIX. 556. — »Diligenter auditis et.«

» 11 » (4560) (Iohanni) Turonensi archiepiscopo, decano et subdecano Pictavensibus mandat, ut si (Geraldus) archiepiscopus Bituricensis mandatum sedis apostolicae neglexerit adimplere, illam sententiam suspensionis relaxent absque praeiudicio iuris archiepiscopi memorati. V id. Iul. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 130 ed. Bosquet 398; ed. Baluze II. 654; Opp. ed. Migne III. 645. — »Diligenter auditis et.«

» 13 » (4561) Populo Alexandrino opprobrat, quod non solum Romanae ecclesiae debita minime praestant, verum etiam in impiorum consilium abeuntes facti sunt inimici eius, in capite impugnantes eam una cum persecutoribus eius, et Ottoni tyranno et excommunicato et maledicto adhaerentes. Exhortatur eos, ut a praefato tyranno, qui benefactoribus suis mala pro bonis retribuit, atque ab eius complicibus sano utentes consilio recedant et redeant ad sinum sanctae Romanae ecclesiae matris suae. III id. Iul. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 138 ed. Bosquet 403; ed. Baluze II. 657; Opp. ed. Migne III. 650; Moriondus Mon. Aquens. II. 25. n° 20. — »Apostolicae sedis erga.«

» 14 » (4562) Aurasicensi episcopo causam matrimonii mulieris bigamae committit. II id. Iul. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 140 ed. Bosquet 404; ed. Baluze II. 658; Opp. ed. Migne III. 651. — »Ex tuarum perpendimus.«

» 14 » (4563) Iohanni Redostonensi episcopo indulget, ut, cum ad Romanae ecclesiae obedientiam redierit, illa gaudeat libertate qua gaudent Latini episcopi Romaniae, illamque iurisdictionem in subditos suos obtineat quam et ipsi in diocesibus suis habent. II id. Iul. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 134 ed. Bosquet 400; ed. Baluze II. 656; Opp. ed. Migne III. 647; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 42. — »Cum ad obedientiam.«

» 14 » (4564) Eidem mandat, moneat coepiscopos suos necnon monachos et clericos Graecos, ut ad obedientiam sedis apostolicae revertantur. II id. Iul. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 135 ed. Bosquet 400; ed. Baluze II. 656; Opp. ed. Migne III. 647. — »Cum ad obedientiam.«

» 20 » (4565) Fratribus Ierosolymitani hospitalis in Ybernia constitutis permultas ecclesias quas nominatim recenset cum omnibus villis, decimis, capellis, pertinentiis et appendiciis suis necnon et alia bona sua confirmat. XIII kal. Aug. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 133 ed. Bosquet 399; ed. Baluze II. 655; Opp. ed. Migne III. 646. — »Cum a nobis.«

» 20 » (4566) Boianensi episcopo mandat, ut, cum privilegium quoddam, quod inter ecclesiam Venafranam et hospitalarios civitatis eiusdem compositionis et pacis foedera continebat, repertum sit ex conservatorum incautela corrosum, moneat et inducat hospitalarios dictos ad praefatum privilegium exhibendum, secundum quod ecclesiae antedictae privilegium reformetur. XIII kal. Aug. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 136 ed. Bosquet 401; ed. Baluze II. 656; Opp. ed. Migne III. 647. — »Significante venerabili fratre.«

» 23 » (4567) Bernardo Primo et fratribus eius conversationis suae propositum, cuius tenorem verbaliter inserit, confirmat eisque consulit, ut idem corde puro, conscientia bona et fide non ficta taliter observent, ut hominibus utile praebeant exemplum. X kal. Aug. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 137 ed. Bosquet 401; ed. Baluze II. 656; Opp. ed. Migne III. 648. — »Ne quis de.«

» 31 » (4568) Astoricensi episcopo et Palentinensi electo mandat, ut Legionensi episcopo et abbati S. Facundi Legionensis, quorum causam super Burgo et rebus aliis Ovetensi et Burgensi episcopis commiserat, peremptorium terminum praefigant quo se papali conspectui repraesentent, »causam eandem in nostra praesentia tractaturi.« II kal. Aug. a° 15°.

**1212.**

I-i Ep. lib. 15. nº 145 ed. Bosquet 418; ed. Baluze II. 668; Opp. ed. Migne III. 667; Aguirre Conc. Hisp. V. 166. — »Cum decisae in.«

Aug. 1 | Signiae | (4569) (Sicardo) Cremonensi episcopo significat, se Bernardum Primum et socios eius, fide eorum diligenter examinata, sub protectione b. Petri suscepisse; monet eum, ut illos habeat propensius commendatos et ipsis tanquam viris fidelibus et vere catholicis impendat consilium et auxilium. Kal. Aug. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 146 ed. Bosquet 419; ed. Baluze II. 668; Opp. ed. Migne III. 668. — »Si coeci et.«

» 1 | » | Universis abbatibus in generali Cisterc. capitulo: »Kal. Aug. aº 15º.« ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 571; Acta Boruss.; Hartknoch *etc. vid.* 1212. Aug. 10. nº 4573.

» 4 | » | (4570) (Sicardo) Cremonensi et (Lothario) Vercellensi episcopis apostolicae sedis legatis et (Landoni?) Reginensi electo mandat, ut (Iohannem) Brixiensem episcopum, cum linguae sit officio destitutus et grandaevus aetate, ad resignationem episcopatus moneant et efficaciter inducant. II non. Aug. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 142 ed. Bosquet 409; ed. Baluze II. 661; Opp. ed. Migne III. 656; Ughelli Ital. sacra IV. 545. — »Licet secundum apostolum.«

» 4 | » | (4571) (Conrado) episcopo Spirensi dignitatem cantoriae nuper ab illo in ecclesia Spirensi institutam confirmat. II non. Aug. aº 15º. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 147. nº 131. — »Licet apostolicę aures.«

» 8 | » | (4572) Pantaleoni Ravellensi episcopo eiusque successoribus privilegia ecclesiae Ravellensis confirmat. VI id. Aug. ind. XV. incarn. dom. aº 1212. pont. aº 15º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1187. — »Cum ex iniuncto.«

» 10 | » | (4573) Universis abbatibus in generali Cisterciensi capitulo constitutis queritur, quod Christianum, Philippum ac eorum socios eiusdem ordinis fratres, qui seminant in partibus Prussiae verbum Dei, acephalos reputant et quidam dicti ordinis fratres in illis partibus constituti eisdem in hospitiis et aliis debita humanitatis solatia non impendunt, quinimmo adeo verbis exasperant eosdem ut propter increpationes multiplices nonnulli eorum dicantur ab illis partibus abscessisse. Addit, se eam ob rem (Henrico) Gnesnensi archiepiscopo mandasse, ut eos quos noverit esse idoneos ad praedicandum gentibus verbum Dei et ad id studio verae caritatis inductos abbatibus ipsis et dicti ordinis fratribus aliisque fidelibus Christi constitutis per Pomeraniam (Moraviam *legit Manrique*) et Poloniam recommendet et suarum muniat testimonio litterarum. Mandat eis, ut illos quos praefatus archiepiscopus ipsis duxerit commendandos nullatenus impediant vel ab aliis fratribus permittant impediri, quominus in evangelii praedicatione procedant. (Kal. Aug. *Manriq. et al.*) IV id. Aug. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 147 ed. Bosquet 419; ed. Baluze II. 669; Opp. ed. Migne III. 668; Manrique Annal. Cisterc. III. 571; Hasselbach Cod. Pomeran. dipl. I. 226. nº 95 (*male ad* a. 1213); Watterich Deutsch. Ordensstaat 224; *mendis maculata in* Acta Boruss. I. 251; *et* ap. Hartknoch Preuss. Kirchenhistor. 31; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1212 § 6; *cf.* Voigt Cod. dipl. Pruss. V. 1; Grünhagen Regest. 88. nº 152; Klempin Pomm. UB. I. 122. nº 159, *perperam ad* a. 1213. — »Dilecti filii Christianus.«

» | » | *In eundem fere modum* Monachis Cisterciensis ordinis per Poloniam et Pomeraniam constitutis;

*Scriptum est super hoc* (Henrico) Gnesnensi archiepiscopo.

» 13 | » | (4574) Priori et conventui Lateranensibus scribit de limitibus ecclesiae Lateranensis eorumque yconomum ab impetitione, quam contra ipsos yconomus basilicae s. Laurentii de Palatio movit, absolvit. Id. Aug. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 152 ed. Bosquet 423; ed. Baluze II. 671; Opp. ed. Migne III. 673. — »Coram dilecto filio.«

» 13 | » | (4575) Duces Poloniae et Pomeraniae, qui quam cito intelligebant aliquos e gentilibus per Prussiam constitutis novae regenerationis gratiam suscepisse statim oneribus eos servilibus aggravabant et venientes ad christianae fidei libertatem deterioris conditionis efficiebant quam erant, dum sub iugo servitutis pristinae permanserunt, rogat et exhortatur, ne huiusmodi plantationis novellae filios gravent. Addit, se H(enrico) Gnesnensi archiepiscopo mandasse, ut tales foveat propensius et defendat eosdem a molestiis indebitis et pressuris. Id. Aug. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 148 ed. Bosquet 420; ed. Baluze II. 669; Opp. ed. Migne III. 670; Dogiel Cod. dipl. Polon. IV. 1. nº 1; Acta Boruss. I. 253 *mendis maculata;* Hasselbach Cod. Pomeran. dipl. I. 228; Watterich Deutsch. Ordensstaat 226, ex Baluze. — »Licet teste apostolo.«

• *Scriptum est super hoc* (Henrico) archiepiscopo Gnesnensi.

» 16 | » | (4576) (Radulfo) episcopo, decano et cantori Atrebatensibus mandat, ut causam super dotalitio cuiusdam viduae fine debito terminent et, quod decreverint, faciant observari, cum res de qua agatur non tamquam feudalis, sed dotalis tractanda sit. XVII kal. Sept. aº 15º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 150 ed. Bosquet 421; ed. Baluze II. 670; Opp. ed. Migne III. 671. — »Cum causam quae.«

» 18 | » | (4577) Magistro Maximo notario suo de controversia inter electum et postulatum patriarcham Constantinopolitanum praecepta dat. XV kal. Sept. aº 11º. ‖ I-i Ep. lib. 15. nº 156

**1212.**

ed. Bosquet 425; ed. Baluze II. 672; Opp. ed. Migne III. 675; Collect. IV. decret. lib. 1. tit. 3 *de elect.* c. 6 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 617; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 40 ap. Boehmer Corp. II. 70; ap. Richter Corp. II. 81; *non integra* ap. Raynald. Ann. a. 1212 § 43; ap. Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 150. — »Scriptum est in.«

Aug. 19 | Signiae | (4578) (Iohanni) Cameracensi episcopo mandat, inducat N. militem qui ad sublevandam inopiam capellaniarum de Gellen et Bialluel ecclesiarum quasdam eis decimas conferre desideret, ut illi ecclesiae reddat decimas cui debentur. Si ad hoc induci non poterit et tales decimae sint quae iuxta consuetudinem regionis in feudum perpetuum a laicis detinentur, conferendi eas ipsis capellaniis episcopus tribuat facultatem. xiv kal. Sept. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 149 ed. Bosquet 421; ed. Baluze II. 670; Opp. ed. Migne III. 670. — »Significavit nobis N.«

» 21 | » | (4579) Praeposito S. Laurentii Laudensis, I. et A. canonicis de Cavennacho dioc. Laudens. mandat, faciant ut sententiae excommunicationis in praepositum et capitulum ecclesiae s. Vincentii de Gallian. Mediolanens. dioc. promulgatae pro eo quod (Alberto) Hierosolymitano patriarchae tunc episcopo Vercellensi parere contumaciter recusabant, firmiter observentur. xii kal. Sept. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 151 ed. Bosquet 422; ed. Baluze II. 670; Opp. ed. Migne III. 672. — »Dilectus filius magister.«

» 21 | » | (4580) Magistro Maximo notario suo indulget, ut illis quos pro iniectione manuum violenta invenerit vinculo excommunicationis astrictos in partibus Romaniae, beneficium absolutionis impendat. xii kal. Sept. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 153 ed. Bosquet 424; ed. Baluze II. 672; Opp. ed. Migne III. 674; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 43. — »Nonnisi testimonio laudabilis.«

» 22 | » | (4581) Universo clero Constantinopolitano mandat, ut dispositionibus magistri Maximi notarii sui pro negotio patriarchalis ecclesiae specialiter destinati obediant. xi kal. Sept. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 154 ed. Bosquet 424; ed. Baluze II. 672; Opp. ed. Migne III. 674; *cf.* Raynald. l. c. § 43. — »Etsi dilectum filium.«

» 22 | » | (4582) (Henrico) Constantinopolitano imperatori magistrum Maximum notarium suum commendat. xi kal. Sept. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 155 ed. Bosquet 425; ed. Baluze II. 672; Opp. ed. Migne III. 675; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 43. — »Licet secundum apostolum.«

» 27 | » | (4583) Unionem monasterii s. Michaelis Clusini et monasterii s. Solutoris Taurinensis consentientibus episcopo et capitulo Taurinensibus factam et per b. m. Gerardum electum Novariensem approbatam confirmat. vi kal. Sept. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 157 ed. Bosquet 431; ed. Baluze II. 676; Opp. ed. Migne III. 682. — »His quae ad.«

» 27 | » | (4584) Archiepiscopis et episcopis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat, ut, cum in diocesibus suis inter priorem ac fratres Cartusiae ex parte una et fratres Altaecumbae, Bonae Vallis vel Stamedei Cisterc. ord. ex altera aliqua fuerit litis materia exorta, sine mora se interponant ad pacem inter eos reformandam. vi kal. Sept. a° 15°. ‖ Privil. ord. Cartus. fol. 7; Tromby Storia V. app. p. 62. — »Cum inter omnes.«

» 30 | » | (4585) Canonicis S. Andreae Wormatiensis, ad quorum preces, cum in ipsorum ecclesia decanatui, scolastriae, cantoriae, cellerariae ac portunariae certi non essent redditus assignati, abbati Sconaugiae et decano et praeposito S. Widonis papa dederat in mandatis, ut de duobus praebendis tunc in illorum ecclesia vacantibus statuerent, quod necessitati et utilitati eiusdem ecclesiae cognoscerent provenire, statutum istorum confirmat. iii kal. Sept. a° 15°. ‖ Baur Hessische Urkunden II. 53. n° 41. — »Cum olim per.«

Sept. 4 | » | (4586) (Adelfonso) episcopo, P. et A. archidiaconis Auriensibus committit causam M. et I. presbyterorum ac quorundam aliorum clericorum capellae monasterii s. crucis Colimbriensis, qui conquerebantur, se a priore ac fratribus eiusdem coenobii debita provisione fraudari, eisque mandat, ut illam bene instructam sedi apostolicae remittant. ii non. Sept. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 159 ed. Bosquet 433; ed. Baluze II. 678; Opp. ed. Migne III. 684. — »Conquerentibus olim dilectis.«

» 7 | » | (4587) Rainerio militi de Vico, qui a Bartholomaeo iniuriarum actione conventus erat eo quod dixerat equum suum non esse minoris pretii quam capillos illius, et a iudicibus super hoc cognoscentibus in decem solidis condemnatus, concedit eum ob hoc nota infamiae non teneri, »quod pene nulla vel minima fuerit iniuria supradicta.« vii id. Sept. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 158 ed. Bosquet 433; ed. Baluze II. 678; Opp. ed. Migne III. 684; Collect. IV. decret. lib. 2. tit. 11 *de sent. et re iud.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 644; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 27 *de s. et re iud.* c. 23 (*inscripta* H. de castro Guarri) ap. Boehmer Corp. II. 377 (*tributa* a° 1214); ap. Richter Corp. II. 393. — »Cum te a.«

» 9 | — | Everhardo praeposito: »Laterani v id. Sept. a° 15°«. ‖ Mon. Boica VI. 404, *vid.* 1210. Sept. 9. n° 4076.

» 11 | Signiae | (4588) Simoni de Monteforti comiti Leicestriae vicecomiti Biterrensi gratias agit, quod sedi apostolicae in mille marcis argenti subveniat, eique mandat, ut eas magistro Petro

**1212.**

subdiacono suo correctori litterarum suarum faciat assignari. III id. Sept. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 171 ed. Bosquet 440; ed. Baluze II. 682; Opp. ed. Migne III. 693; Bouquet Rec. XIX. 559. — »Nobilitati tuae gratiarum.«

Sept. 11 | Signiae | (4589) Eidem magistrum Petrum subdiaconum suum correctorem epistolarum apostolicarum, pro colligendis ecclesiae Romanae censibus aliisque negotiis destinatum commendat; concedit eidem, ut illum cancellariae suae praeficiat. III id. Sept. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 167 ed. Bosquet 438; ed. Baluze II. 681; Opp. ed. Migne III. 690; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 727; Bouquet l. c. 557. — »Cum dilectum filium.«

» 11 | » | (4590) (Arnaldo) Narbonensi archiepiscopo et (Raimundo) episcopo Uticensi apostolicae sedis legatis mandat, ut magistro Petro Marco subdiacono suo apostolicarum litterarum correctori ad officia ei iniuncta consummanda consilium et auxilium impendant. III id. Sept. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 168 ed. Bosquet 439; ed. Baluze II. 682; Opp. ed. Migne III. 691; Bouquet l. c. 558. — »Etsi minime dubitemus.«

» 11 | » | (4591) Universis praelatis ecclesiarum ecclesiae Romanae censualium per Narbonensem, Arelatensem, Aquensem et Ebredunensem provincias et Albiensem, Rutenensem, Caturcensem et Agennensem dioceses constitutis mandat, ut magistro Petro Marco subdiacono suo census ecclesiae Romanae debitos fideliter exsolvant. III id. Sept. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 169 ed. Bosquet 439; ed. Baluze II. 682; Opp. ed. Migne III. 692; Bouquet l. c. 558. — »Cum dilectum filium.«

» 11 | » | (4592) (Arnaldum) Narbonensem archiepiscopum apostolicae sedis legatum et suffraganeos eius rogat et monet, faciant ut magistro Petro Marco subdiacono suo de censibus ecclesiae Romanae debitis fideliter respondeatur. III id. Sept. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 170 ed. Bosquet 440; ed. Baluze II. 682; Opp. ed. Migne III. 692; Bouquet l. c. 558. — »Licet summi patrisfamilias.«

* *In eundem modum* (Michaeli) archiepiscopo Arelatensi et suffraganeis eius;
» » » (Bermundo) archiepiscopo Aquensi » » » ;
» » » Suffraganeis et capitulo Ebredunensis ecclesiae.

» 11 | » | (4593) Totius provinciae et Montispessulani, S. Aegidii et Arelatensis domorum militiae Templi magistros monet, ut, cum a magistro Petro Marco subdiacono suo fuerint requisiti, pecuniam quam ipse eis assignaverit, fratri Aymaro thesaurario domus militiae Templi Parisiensis mittant. III id. Sept. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 172 ed. Bosquet 441; ed. Baluze II. 682; Opp. ed. Migne III. 693; Bouquet l. c. 559. — »Devotionem vestram.«

» 11 | » | (4594) (Guilelmo) Magalonensi episcopo mandat, ut cum magistro Petro Marco subdiacono suo tractet de quingentis marcis ei ab ipso oblatis pro comitatu Melgoriensi ecclesiae Magalonensi a papa sub annua pensione viginti marcarum locando. III id. Sept. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 173 ed. Bosquet 441; ed. Baluze II. 683; Opp. ed. Migne III. 693; Bouquet l. c. 560. — »Dilectus filius frater.«

» 11 | » | (4595) Raymundo et Heliae de Caturcio mandat, ut magistro Petro Marco subdiacono suo mille marcas argenti ad pondus Trecense de mandato Simonis Montisfortis comitis Leicestriae ab ipsis solvendas solvant. III id. Sept. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 174 ed. Bosquet 441; ed. Baluze II. 683; Opp. ed. Migne III. 694; Bouquet l. c. 559. — »Dilectus filius frater.«

» 11 | » | (4596) Magistro Petro Marco subdiacono suo mandat, ut mille marcas argenti ad pondus Trecense a Raymundo et Helia de Caturcio recipiendas fratri Aymaro thesaurario domus militiae Templi Parisiensis transmittat. III id. Sept. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 175 ed. Bosquet 442; ed. Baluze II. 683; Opp. ed. Migne III. 694; Bouquet l. c. 559. — »Devotioni tuae praesentium.«

» 18 | » | (4597) (Henrico) Xantonensi episcopo et priori Sulbisiensi Xantonens. dioc. mandat, ut tot canonicos idoneos in ecclesia Sulbisiensi ordinent, quot ipsius expetant facultates. XIV kal. Oct. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 161 ed. Bosquet 436; ed. Baluze II. 680; Opp. ed. Migne III. 687. — »Sicut tu fili.«

» 18 | » | (4598) Episcopo et capitulo Tripolitanis consulentibus, »utrum cum propter Hospitalarios vel Templarios civitas ipsorum generali supponitur interdicto, eisdem non servantibus, vos illud teneamini observare,« respondet, »quod illorum excessus vobis non praebet licentiam excedendi« *etc.* XIV kal. Oct. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 162 ed. Bosquet 436; ed. Baluze II. 680; Opp. ed. Migne III. 688; Collect. IV. decret. lib. 5. tit. 12 *de privil.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 685; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *de privil.* c. 20 ap. Boehmer Corp. II. 817; ap. Richter Corp. II. 829. — »Petiistis per sedem.«

(Iun. 23-Sept. 18) | » | (4599) Monasterium s. Mariae Dolensis, quod ad ius et proprietatem b. Petri pertinere dinoscitur, cum omnibus ad ipsum pertinentibus apostolicae sedis privilegio roborat, statuens ut omnes eius possessiones, quarum plurimas nominatim exprimit, illibatae permaneant. *Sine die et mense.* Indict. XV. incarn. dom. a° 1212. pont. a° 15°. || I-i Ep. lib. 15. n° 144 ed. Bosquet 410; ed. Baluze II. 662; Opp. ed. Migne III. 657. — »Effectum iusta postulantibus.«

1212.

Sept. 28 Laterani (4600) Episcopo et capitulo Tripolitanis praecipit, ut eorum statutum, secundum quod antiquus numerus XII canonicorum et praebendarum in ecclesia Tripolitana de cetero servari debet, inviolabiliter observetur. IV kal. Oct. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 163 ed. Bosquet 437; ed. Baluze II. 680; Opp. ed. Migne III. 688. — »Significantibus vobis ad.«

» 28 » (4601) Sidoniensi et Acconensi episcopis et thesaurario Acconensi mandat, ut si quid contra statutum de servando numero in Tripolitana ecclesia XII canonicorum et totidem praebendarum fuerit temere attentatum, cognita veritate id decernant carere robore firmitatis. IV kal. Oct. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 164 ed. Bosquet 437; ed. Baluze II. 681; Opp. ed. Migne III. 689. — »Ad petitionem dilecti.«

Oct. 5 » (4602) Leonardo presbytero de S. Elia et fratribus eius libertatem et immunitatem, quas eorum domus obtinuit ab antiquo et A. Casinensis electus eis confirmavit, confirmat et communit. III non. Oct. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 165 ed. Bosquet 438; ed. Baluze II. 681; Opp. ed. Migne III. 689. — »Cum a nobis.«

» 7 » (4603) (Amadeo) archiepiscopo et capitulo Bisuntinensibus respondet, nec eorum ecclesiam nec altare denuo consecrari debere, cum parietes, ligneis aedificiis igne consumptis, illaesi sint et principalis altaris tabula modicam fracturam passa fuerit. Non. Oct. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 166 ed. Bosquet 438; ed. Baluze II. 681; Opp. ed. Migne III. 690; Collect. IV. decret. lib. 3. tit. 14 *de consecr. eccles.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 664; Raynaldi Ann. a. 1212 § 37; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 40 *de cons. eccl.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 595; ap. Richter Corp. II. 609. — »Ligneis aedificiis ecclesiae.«

» 10 » (4604) (Petrum) patriarcham Antiochenum monet et rogat, ut super querelis quas contra ipsum Iterius ecclesiae Antiochenae canonicus aliique sedi apostolicae intimarunt, sollicite inquirat veritatem et, si eas invenerit esse iustas, eis satisfaciat. VI id. Oct. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 181 ed. Bosquet 445; ed. Baluze II. 685; Opp. ed. Migne III. 697. — »Eam gerimus de.«

» 10 » * (4605) (Alberto) patriarchae Ierosolymitano mandat, ut (Petrum) patriarcham Antiochenum ad praedictum moneat et inducat. VI id. Oct. a° 15°. I-i Ep. lib. 15 *in* n° 181 ed. Bosquet 446; ed. Baluze II. 685; Opp. ed. Migne III. 698.

» 11 » (4606) (Arnaldo) Narbonensi archiepiscopo et (Raimundo) episcopo Uticensi apostolicae sedis legatis mandat, ut omnia scripta super censu terrae Simonis de Monteforti comitis Leicestriae et alia sedi apostolicae a b. m. magistro Milone olim transmissa, »quae vobis meminimus postmodum remisisse,« magistro Petro Marco subdiacono suo correctori litterarum apostolicarum assignent. V id. Oct. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 176 ed. Bosquet 442; ed. Baluze II. 683; Opp. ed. Migne III. 694; Bouquet Rec. XIX. 560. — »Praesentium vobis auctoritate.«

» 13 » (4607) Capitulum, clerum et populum Troianos, quibus Philippum episcopum in Lateranensi basilica manibus propriis consecratum concedit, monet et hortatur, ut ei obedientiam et reverentiam exhibeant. III id. Oct. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 179 ed. Bosquet 443; ed. Baluze II. 684; Opp. ed. Migne III. 696. — »Licet praesentia venerabilis.«

» 13 » (4608) Clero et populo Foietanis mandat, ut discordiae super Philippi episcopi Troiani electione componendae causa Romam procuratores destinent, interim autem eidem episcopo obedientiam et reverentiam exhibeant. III id. Oct. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 180 ed. Bosquet 444; ed. Baluze II. 684; Opp. ed. Migne III. 696. — »De dissensione inter.«

» 17 » (4609) (Mauritio) episcopo Pictavensi turpia eius lucra et infames exactiones exprobrat eumque monet, ut resipiscat. XVI kal. Nov. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 186 ed. Bosquet 454; ed. Baluze II. 690; Opp. ed. Migne III. 707. — »Non est Deus.«

» 18 » (4610) Conrado Metensi episcopo imperialis aulae cancellario indulget, ut ecclesiae suae malefactores per censuram ecclesiasticam coercere possit; praeterea prohibet ne Treverensis archiepiscopus eum excommunicet, nec cuiquam liceat, quamdiu imminens imperii tempestas duraverit, eiusdem castra interdicto subiicere. XV kal. Nov. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 187 ed. Bosquet 456; ed. Baluze II. 691; Opp. ed. Migne III. 709. — »Tanto in hoc.«

» 21 » (4611) Consulibus et populo Mediolanensibus sub gravi poena comminatur, ut illatas civibus Papiensibus iniurias sarciant. XII kal. Nov. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 189 ed. Bosquet 458; ed. Baluze II. 692; Opp. ed. Migne III. 710; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 3; Böhmer Regest. 1198—1254. p. 322. n° 318. — »Cum illam recolimus.«

» 25 » (4612) (Alberto) patriarchae Ierosolymitano apostolicae sedis legato mandat, ne, cum priori S. Georgii de Xisto quotidianus usus annuli, virgae quoque pastoralis et mitrae infra missarum solemnia a sede apostolica sit concessus, permittat ut hac indulgentia abutatur. VIII kal. Nov. a° 15°. I-i Ep. lib. 15. n° 185 ed. Bosquet 454; ed. Baluze II. 690; Opp. ed. Migne III. 706. — »Cum felicis recordationis.«

» 26 » (4613) (Aldephonso) regi Castellae, ad cuius epistolam (ap. Bosquet 447, ap. Baluze II. 686, ap. Migne III. 699 insertam) de bello Sarracenico in Hispania respondet, de victoria a

**1212.**

Sarracenis (d. 16. Iul.) reportata gratulatur. vii kal. Nov. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 183 ed. Bosquet 451; ed. Baluze II. 688; Opp. ed. Migne III. 703; Aguirre Conc. Hisp. V. 169; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1212 § 34. — »Protector in se.«

Oct. 29 Laterani (4614) (Philippo) episcopo Belvacensi consulenti respondet de decimis quibusdam ad conventuales aut parochiales ecclesias pertinentibus, ac de matrimoniis quae bannis in ecclesia editis secundum consuetudinem ecclesiae Gallicanae contrahuntur, nullo contradictore publice comparente, fama vero privatim deferente parentelae impedimentum. iv kal. Nov. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 184 ed. Bosquet 452; ed. Baluze II. 689; Opp. ed. Migne III. 704; *in 4 partes divisa in* Collect. IV. decret. lib. 3. tit. 9 *de decim.* c. 2, lib. 4. tit. 1 *de sponsal.* c. 2, lib. 4. tit. 4 *qui matrim. accus. possint* c. 1 *et* lib. 2. tit. 7 *de testib.* c. 3 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 658. 667. 670. 639; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 30 *de decim.* c. 30 (*mutila*), lib. 4. tit. 1 *de spons.* c. 27, lib. 4. tit. 18 *qui m. a. p.* c. 6, lib. 2. tit. 20 *de testib.* c. 44 (*ad* a. 1210 *relata*) ap. Boehmer Corp. II. 527. 635. 686. 309; ap. Richter Corp. II. 545. 646. 693. 322. — »Cum in tua.«

» 29 » (4615) Populum Alexandrinum monet et rogat, ut, ad sinum ecclesiae matris suae redeuntes, Papiensibus concives suos captos sine difficultate restituant et a sequela Othonis et eius sequacium penitus recedant. »Alioquin, si inobedientes nobis et rebelles fueritis, noveritis nos (Opizzoni) episcopo et archidiacono Parmensibus dare litteris in mandatis, ut unionem ecclesiae Aquensis et vestrae dissolvant vestramque terram pontificali dignitate denuntient perpetuo esse privatam.« iv kal. Nov. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 189 ed. Bosquet 461; ed. Baluze II. 695; Opp. ed. Migne III. 714; Moriondus Mon. Aquens. II. 25. n° 21. — »Cum illam recolimus.«

» 31 » (4616) (Opizzoni) episcopo Parmensi mandat, ut Iohanni laico et G. mulieri in tertio affinitatis gradu distantibus, si aliud impedimentum canonicum non obsistat, licentiam tribuat matrimonium contrahendi. ii kal. Nov. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 190 ed. Bosquet 462; ed. Baluze II. 695; Opp. ed. Migne III. 715. — »Iohanne laico et.«

» 31 » (4617) S. Iohannis Angeliacensis et S. Florentii Salmuriensis abbatibus Xantonens. et Andegavens. dioec. et magistro Stephano decano S. Hilarii Pictavensis de variis litis implicitae capitibus ab ipso decisis significat, et episcopo Pictavensi interdicit, ne cui ecclesiasticum beneficium obtinenti, nisi illud voluerit resignare, parochialem ecclesiam conferat. ii kal. Nov. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 228 ed. Bosquet 498; ed. Baluze II. 718; Opp. ed. Migne III. 758. — »Ex litteris venerabilis.«

(Oct.) (») (4618) (Bernardum) Gebennensem episcopum a canonicis Ebredunensis ecclesiae postulatum in archiepiscopum suum a regimine Gebennensis ecclesiae absolvit, ad Ebredunensem transfert eique pallium per magistrum Petrum Marcum subdiaconum suum correctorem litterarum apostolicarum mittit. *Sine die et mense.* A° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 177 ed. Bosquet 442; ed. Baluze II. 683; Opp. ed. Migne III. 694. — »Scientiae domum tibi.«

(») (») • (4619) Capitulo Ebredunensi mandat, ut (Bernardo) postulato sicut archiepiscopo suo obedientiam et reverentiam exhibeant. *Sine die et mense.* A° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15 *in* n° 177 ed. Bosquet 443; ed. Baluze II. 684; Opp. ed. Migne III. 695.

• • *In eundem fere modum* Clero et populo Ebredunensibus;
*In eundem modum* Suffraganeis Ebredunensis ecclesiae.

(») (») (4620) (Bernardo) Gebennensi episcopo in archiepiscopum Ebredunensem electo mandat, ut statutum de non excedendo duodenario canonicorum numero in Ebredunensi ecclesia observetur. *Sine die et mense* (Oct. *add. Gallia chr.*). A° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 178 ed. Bosquet 443; ed. Baluze II. 684; Opp. ed. Migne II. 695; Gallia christ. (ed. 1ª) II. fol. 596ᵛ, *fragm.* — »Dilecti filii capitulum.«

Nov. 6 » (4621) Praeposito Rasceburgensi et magistris Wicmanno eiusdem loci et Wolfardo Hamburgensi Bremens. dioc. canonicis mandat, ut, cum populus civitatis Lubicensis capitulo Lubicensi oblationes ecclesiae eorum debitas subtrahens inhibuerit sub poena 3 marcharum argenti, ne ipsis a quoquam in victualibus aliquid offeratur, praesumptores huiusmodi per censuram ecclesiasticam compescant. viii id. Nov. a° 15°. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 32. n° 27; *cf.* Meklenb. UB. I. 200. n° 213. — »Suam ad nos.«

» 11 » (4622) Viviano, Gaillardo et aliis dominis Scuriensis castri notificat, se idem castrum ad ius et proprietatem b. Petri pertinens protegendum suscipere, eisque plura concedit privilegia. iii id. Nov. a° 15°. ‖ I-i Ep. lib. 15. n° 188 ed. Bosquet 457; ed. Baluze II. 692; Opp. ed. Migne III. 709; Vialart Hist. gén. de la mais. de Surgères 150; Cocquelines Bullar. III. 157. n° 90; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 272. — »Manifestum est castrum.«

» 26 » (4623) (Roberto) archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius et prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis in Remensi provincia constitutis praecipit, ut illos qui possessiones, res, domus Cisterciensium fratrum de Camberone vel eorum hominum irreverenter invaserint aut ea iniuste detinuerint quae praedictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur *etc.,* si laici fuerint, publice candelis accensis ex-

## 1212.

» 26 » (4719) Saphildinum (Sephedinum *Rycc.*) soldanum Damasci et Babyloniae timorem divini nominis et amorem humiliter obsecrat, ut »ne propter violentam detentionem Hierusalem et finium ipsius plus adhuc effundatur humani sanguinis quam hactenus est effusum (effusus *Rycc.*),« saniori utens consilio restituat praefatam terram sedi apostolicae; »ipsaque reddita et dimissis utrinque captivis quiescamus a mutuis impugnationum offensis.« *Sine die, mense et loco.* (VI [XIII *Rayn.*] kal. Mai. a° 16° *add. Rycc.*). ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 37 ed. Bosquet 563; ed. Baluze II. 761; Opp. ed. Migne III. 831; Ryccardus de S. Germano ap. Muratori Scr. r. Ital. VII. 985 (ap. Ughelli Ital. sacra III. 971; ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 335, *ubi relata est ad* a. 1214); Raynaldi Ann. a. 1213 § 3. — »Daniele propheta testante.«

( » 26) ( » ) (4720) Alberto Hierosolymitano patriarchae apostolicae sedis legato significat de epistola sua ad (Saphildinum) »soldanum Damasci et Babyloniae qui hereditatem Christi detinet occupatam« eique mandat, ut cum nuntiis ipsius viros providos ad illum destinet, qui apud eundem sedis apostolicae mandatum promoveant. Interim autem Iohannem Hierosolymitanum regem et tam Hospitalis quam militiae Templi fratres cum peregrinis et indigenis ad defensionem et custodiam Terrae sanctae moneat et inducat; denique eum rogat, ut, si viderit posse fieri absque gravi dispendio Terrae sanctae, praefixum ad universale concilium celebrandum terminum praeveniat. *Sine die, mense et loco.* (VI kal. Mai.) a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 36 ed. Bosquet 562; ed. Baluze II. 760; Opp. ed. Migne III. 830; Mansi Conc. XXII. 967; *cf.* Raynald. l. c. § 2. — »Pium et sanctum.«

» 26 » * (4721) Universos Christi fideles per Salzburgensem provinciam constitutos, ut Terrae sanctae succurrant, provocat. VI kal. Mai. a° 16°. ‖ Lang Regesta II. 56.

» 29 » (4722) (Nicolao) Sleswicensi episcopo respondet de foro iudiciali sacerdotum qui resident in una diocesi sed patrimonium in altera possident, de pertinacia in decimis ecclesiae

**1213.**

solvendis punienda, et de coemeteriis ubi excommunicati per vim sepeliuntur purgandis. III kal. Mai. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 26 ed. Bosquet 548; ed. Baluze II. 751; Opp. ed. Migne III. 815; *in duas partes divisa in* Collect. IV. decr. lib. 4. tit. 2 *de foro compet.* c. 3 *et* lib. 3. tit. 15 *de celebr. div. off.* c. 1 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 632 *et* 664 (*ubi inscripta* Episcopo Vicen. *et* Sevicen. episcopo); *in tres partes divisa int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 2 *de foro comp.* c. 14 (*inscripta* Senicen. episc.), lib. 5. tit. 12 *de homicid.* c. 21 (*inscripta* S. episc.) *et* lib. 3. tit. 40 *de consecr. eccl.* c. 7 (*inscripta* Senon. episc.) ap. Boehmer Corp. II. 232, 766, 596 (*relata ad* a. 1210 *et* 1213); ap. Richter Corp. II. 244, 773, 609. — »Postulasti per sedem« (*pro parte* 3ᵃ »Consuluisti« *Decr.*).

Apr. 29 | Laterani | (4723) (Andream) Lundensem archiepiscopum rogat et monet, ut sibi viros idoneos adiungat, quibuscum per totum regnum Danorum exsequatur universa, quae ad subsidium Terrae sanctae necessaria sint. III kal. Mai. a° 16°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 174. n° 149. — »Pium et sanctum.«

» 29 | » | (4724) (Valerio) Upsalensi archiepiscopo mandat, ut per totam Svethiam cum consilio (Andreae) Lundensis archiepiscopi apostolicae sedis legati secundum praescriptam formam negotium pro Terrae sanctae succursu exsequatur. III kal. Mai. a° 16°. ‖ Liljegren l. c. 175. *in* n° 149. — »Pium et sanctum.«

( » 19-29) | ( » ) | (4725) Universos Christi fideles per Maguntinensem provinciam constitutos epistola encyclica ad expeditionem in subsidium Terrae sanctae suscipiendam hortatur, plenam peccatorum veniam, indulgentias *etc.* omnibus promittens qui laborem istum in propriis personis subierint *etc. Sine die et mense.* (XIII—III kal. Mai.) a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 28 ed. Bosquet 549; ed. Baluze II. 752; Opp. ed. Migne III. 817; Cocquelines Bullar. III. 158. n° 92; Mansi Concil. XXII. 956; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 274, *perperam ad* a. 1214; Binius Conc. III. II. 673; Hartzheim Conc. Germ. III. 498; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1213 § 1; Böhmer Regest. 1198—1254. p. 322. — »Quia maior nunc.«

* *In eundem modum* Univ. Chr. fid. per Magdeburgensem et Bremensem provincias;
» » » » » » per Coloniensem provinciam, *vid.* n° 4718;
» » » » » » per Sardiniam;
» » » » » » per Salzeburgensem provinciam;
» » » » » » per Dalmatiam;
» » » » » » per Treverensem provinciam;
» » » » » » per Ravennatem;
» » » » » » per Poloniam;
» » » » » » per Mediolanensem et Ianuensem provincias;
» » » » » » per Suetiam (*cf.* Porthan Bullar. access. 4. n° 12; *supra* n° 4709);
» » » » » » per marchiam Anconitanam;
» » » » » » per Lundensem provinciam, *vid.* n° 4709;
» » » » » » per Ungariam;
» » » » » » per Angliam;
» » » (Danielem) Pragensem episcopum et abbates, priores et universos Christi fideles per Boemiam constitutos;
» » » Univ. Chr. fid. per Tusciam;
» » » » » » per Norwagiam;
» » » » » » per Iberniam;
» » » » » » per Calabriam;
» » » » » » per Scotiam;
» » » » » » per regnum Franciae.

( » ) | ( » ) | (4726) (Nicolao) patriarchae Alexandrino patientiam in adversis commendat: »stabilis esto et adversus mundanas adversitates immobilis;« denique eum invitat ad generale concilium ab a° 1213 ad duos annos et dimidium kalendis Novembris celebrandum. *Sine die, mense et loco.* A° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 34 ed. Bosquet 560; ed. Baluze II. 759; Opp. ed. Migne III. 828; Mansi l. c. 966. — »Ex litteris quas.«

( » ) | ( » ) | (4727) (Everardum) de Salem et P(etrum) quondam de Novo castro [Neuburg] abbates, decanum Spirensem et praepositum Augustensem executores monet, rogat et obsecrat, ut accensi zelo fidei christianae per Maguntinensem provinciam portent verbum crucis et ad vindicandam iniuriam crucifixi fideles ipsius cura sollicita inducant, exequentes diligenter universa quae ad subsidium Terrae sanctae in generalibus litteris videbunt comprehensa. *Sine die et mense.* (XIII—III kal. Mai.) a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 29 ed. Bosquet 553; ed. Baluze II. 755; Opp. ed. Migne III. 822; Lünig Spicil. eccles. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 13; Manrique Ann. Cisterc. III. 386, *perperam ad* a. 1202. — »Pium et sanctum.«

* *In eundem modum* (Conradum) episcopum quondam Halberstadensem et F. quondam abbatem de Sichem per Magdeburgensem et Bremensem provincias;
» » » Oliverium Coloniensem scholasticum et Hermannum decanum Bunnensem ... per Coloniensem provinciam;
» » » (Conradum) episcopum Ratisponensem et praepositum Salzeburgensem;

**1213.**

*In eundum modum* Vilariensem et de Romerdorf abbates . . . per Treverensem provinciam;
» » » (Henricum) archiepiscopum Gneznensem;
» » » (Valerium) Upsallensem archiepiscopum . . per totam Suethiam (*cf.* Porthan Bullar. access. 5. nº 13);
» » » (Andream) Lundensem archiepiscopum . . . per totum regnum Danorum (*cf.* Porthan l. c. nº 14);
» » » Galterum Londoniensem archidiaconum, cancellarium et magistrum Phi(lippum) de Oxonia . . . per Angliam;
» » » Episcopum Florentinum et (Soffridum) archiepiscopum Pistoriensem . . . . per Tusciam;
» » » Archiepiscopum Dubliniensem et abbatem Mellifontis . . per Iberniam;
» » » (Thorerum) Nidrosiensem archiepiscopum . . . per Norwagiam;
» » » (Venturam) Ariminensem et (?) Anconitanum episcopos . . . per Anconitanam marchiam;
» » » S. Andreae et Glasquensem episcopos . . . per Scotiam;
» » » Calaritanum et Turritanum archiepiscopos . . . per Sardiniam;
» » » Spalatinum et Ragusinum episcopos . . . per Dalmatiam;
» » » (Opizzonem) Parmensem episcopum et abbatem S. Stephani Bononiensis;
» » » Archiepiscopos et episcopos Ungariae, *ita quod quilibet in diocesi sua;*
» » » Nicolao subdiacono suo;
» » » (Lucam) Cusentinum archiepiscopum et abbatem Sambucinensem;
» » » Robertum tit. S. Stephani in Coelio monte presbyterum cardin. apostolicae sedis legatum.

Mai. 13 | Laterani | (4728) De Refloriis et de Palmi abbatibus et priori de Refloriis Bracarens. et Tudens. dioec. mandat, ut, si S. dum adhuc viveret, satisfactionem condignam promiserit vel sufficiens de satisfactione mandatum et alias manifesta in eo poenitentiae indicia praecesserint, cum psalmo poenitentiali, oratione dominica et aliis consuetis defuncto absolutionis beneficium impendant et corpus eiusdem ecclesiasticae sepulturae tradant. III id. Mai. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 49 ed. Bosquet 584; ed. Baluze II. 771; Opp. ed. Migne III. 852. — »Oblata nobis M.«

» 13 | » | (4729) (Obizoni) episcopo, archidiacono et Guidoni de Bagnolo canonico Parmensibus mandat, ut causam vertentem inter monasterium Nonantulanum et Mutinensem ecclesiam super ecclesia de Spinaelamberto et rebus aliis ad sedem apostolicam remittant. III id. Mai. aº 16º. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 350. nº 412. — »Dilectus filius abbas.«

» 14 | » | (Alberico) Remensi archiepiscopo et suffraganeis eius: »II id. Mai. aº 16º«. ‖ Marlot Metrop. Remens. II. 482, *vid.* 1213. Mart. 14. nº 4678.

» 21 | » | (Petrum) regem Aragonensem increpat . . . »XII kal. Iun. aº 16º«. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 8; Petri Hist. Albigens. ap. Bouquet Rec. XIX. 76; Mansi Conc. XXII. 878; Duchesne Hist. Fr. scr. V. 630, *vid.* 1213. Iun. 1. nº 4741.

» 21 | » | (4730) (Willelmo) Burdegalensi archiepiscopo, episcopo Agennensi et abbati Clariacensi mandat, ut, si constiterit archiepiscopum Auxitanum aliquid ad sui ipsius depositionem sufficiens commisisse, in eum depositionis sententiam proferant; sin minus, eidem purgationem canonicam indicant eumque ab Auxitana ecclesia amoveant, nisi infra unius mensis spatium se purgaverit. XII kal. Iun. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 5 ed. Bosquet 525; ed. Baluze II. 737; Opp. ed. Migne III. 789. — »Cum gemitus ecclesiae.«

» 21 | » | (4731) Novariensi capitulo significat, se electionem factam de (Odelberto) praeposito S. Gaudentii in episcopum confirmasse; mandat eis, ut ipsi obedientiam et reverentiam debitam impendant; alioquin (Lothario) Vercellensi episcopo mandatum sit, ut eos ad id compellat. XII kal. Iun. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 51 ed. Bosquet 586; ed. Baluze II. 773; Opp. ed. Migne III. 854; Ughelli Ital. sacra IV. 710. — »Auditis olim et.«

* *Illi scriptum est super hoc.*

» 21 | » | (4732) De Spina et de Ursaria abbatibus Placentinens. (Palentin. *Manr.*) et Auriens. dioec., quibus causam inter (Alphonsum) regem Portugalliae ex parte una et Tarasiam et S. sorores ipsius ex altera super castris Montis maioris et Alanker et rebus aliis vertentem sub certa forma commisit, mandat, ut »recepto ab ipso rege corporaliter iuramento quod super eis pro quibus excommunicatus existit et terra eius supposita interdicto nostris mandatis absolute parebit«, excommunicationis et interdicti sententias relaxent et inter ipsum et praedictas sorores ipsius treugarum foedera statuant. XII kal. Iun. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 52 ed. Bosquet 587; ed. Baluze II. 773; Opp. ed. Migne III. 855; Manrique Ann. Cisterc. IV. 13; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1213 § 91. — »Accepimus ex litteris.«

» 21 | » | (4733) Abbati de Carraria Paduanae dioc. et archipresbytero Paduano mandat, ut Martinum clericum »qui se olim pro archipresbytero plebis de Sacco gerebat,« propter diversos nominatim recensitos excessus ab omni officio et beneficio ecclesiastico perpetuò

**1213.**

deponant. xn kal. Iun. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 53 ed. Bosquet 588; ed. Baluze II. 773; Opp. ed. Migne III. 856; Dondi Orlogio Dissert. VI. 206. nº 178. — »Martini clerici qui.«

Mai. 23 Laterani (4734) Raimundo Pelet mandat, ut ad legatum de latere accedens ostendat, qua ratione sibi ipsi sub annuo censu in feudum ab ecclesia Romana tenendum assignandus sit comitatus Melgorii, quem ex successione aviae suae iure hereditario sibi pertinere asserat. x kal. Iun. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16 nº 55 ed. Bosquet 589; ed. Baluze II. 774; Opp. ed. Migne III. 857. — »Accedens ad praesentiam.«

» 24 » (4735) Decano et I. archidiacono Noviomensibus et cantori Noviomensi mandat, examinent causam inter abbatem conventumque de Lescies ex parte una et W. de Avesnis ex altera super quibusdam nemoribus, possessionibus et aliis rebus versantem et statuant, quod canonicum fuerit, facientes quod statuerint per censuram ecclesiasticam firmiter observari. ix kal. Iun. aº 16º. ‖ Bréquigny Dipl. II. n. 1151; I-i Opp. ed. Migne IV. 222. — »Dilectorum filiorum abbatis.«

» 25 » (4736) (Alberico) Remensi archiepiscopo mandat, moneat et inducat (Henricum) ducem Brabantiae, ut sequela Ottonis reprobi penitus abiurata se catholicae parti potenter et patenter adiungens super damnis quae irrogavit (Hugoni) Leodiensi episcopo, ei competenter satisfaciat; quae cum fuerint adimpleta, praefato duci beneficium absolutionis impendat et relaxet sententiam interdicti. viii kal. Iun. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 56 ed. Bosquet 589; ed. Baluze II. 774; Opp. ed. Migne III. 857; *non integra* ap. Raynald. Ann. a. 1213 § 10. — »Ex parte nobilis.«

» 26 » (4737) (Simoni) Waradiensi et (?) Nitriensi episcopis et abbati de Egris Cenadiens. dioc. mandat, ut causam, quae inter Vesprimiensem episcopum ex parte una et Strigoniense capitulum ex altera super quarundam decimis vinearum positarum iuxta Strigonium vertebatur, fine canonico terminent; alioquin eam sufficienter instructam ad sedem Romanam remittant. vii kal. Iun. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 62 ed. Bosquet 596; ed. Baluze II. 779; Opp. ed. Migne III. 865; Katona Hist. crit. V. 167; Fejér Cod. dipl. III. i. 140. — »Ex vestris accepimus.«

» 28 » (4738) S. Petri de Monasterio et de Chantila prioribus Bituricens. et Nivernens. dioce. et thesaurario Nivernensi causam super monasterii Menatensis subiectione inter Cluniacensem ecclesiam et Claromontensem episcopum definiendam committit. v kal. Iun. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 183; ed. Baluze II. 834; Opp. ed. Migne III. 965; Bullar. ord. Cluniac. 103. — »Cum causa quae.«

» 29 » (4739) (Willelmo) episcopo Lingonensi et abbati Morimundensi Lingonens. dioc. mandat, ut (Amadeum) archiepiscopum Bisuntinum super vitio simoniae ac lapsu carnis necnon venditione iustitiae infamatum, si forte in purgatione ei super illis cum tertia manu episcoporum suae provinciae vel etiam vicinarum et trium abbatum Bisuntinae dioecesis indicenda defecerit, a pastorali regimine amoveant et faciant ecclesiae Bisuntinae de persona idonea provideri. iv kal. Iun. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 63 ed. Bosquet 597; ed. Baluze II. 779; Opp. ed. Migne III. 866; *absque signo chronol.* Manrique Ann. Cisterc. IV. 81. — »Auditis (Lectis *Manr.*) et intellectis.«

» 31 » (4740) (Roberto) electo et capitulo Laudunensibus mandat, ut Leonardo, nepoti Iohannis S. Mariae in Cosmidin diaconi cardinalis S. R. E. cancellarii, consanguineo suo vel eius nuntio praebendae quam in eorum ecclesia obtinuerit proventus tam perceptos quam percipiendos sine difficultate assignent. ii kal. Iun. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 54 ed. Bosquet 589; ed. Baluze II. 774; Opp. ed. Migne III. 857. — »Cum dilectus filius.«

Iun. 1 » (4741) (Petrum) regem Aragonensem increpat, quod cives Tolosanos eorumque complices in suam defensionem receperit et subripi fecerit mandatum apostolicum pro terra comitum Convenarum ac Fuxensis et Gastonis de Bearno restituenda; tum praecipit ut inter praedictum regem et (Simonem) comitem Montisfortis treugae fiant ac serventur. Kal. (xii kal. *Manr., Tiss., Hist. Albig., Mansi, Duch.*) Iun. aº 16º (19º *Tiss.*). ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 48 ed. Bosquet 582; ed. Baluze II. 770; Opp. ed. Migne III. 489; Manrique Annal. Cisterc. IV. 8; Petri Vall. Sarn. mon. Hist. Albigensium § 66 ap. Bouquet Rec. XIX. 76; Tissier Bibl. Cisterc. VII. 51; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 630; Castrucci Istoria d'Avignone I. 127; Bouquet Rec. XIX. 580; Mansi Conc. XXII. 878; Catel Hist. des comtes de Tolose 289; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1213 § 48 - 50. — »Is in cuius.«

º *In eundem fere modum* Simoni comiti Montisfortis.
» » » » (Arnaldo) Narbonensi archiepiscopo.
» » » » (Fulconi) Tolosano episcopo.

» 4 » (4742) Abbati de Bazaco Xantonens. dioc. et Eliae de Graecia Engolismens. dioc. mandat, ut de omnibus vel quibusdam praebendis in ecclesia Xantonensi vacantibus secundum facultates eiusdem ecclesiae et cursum ibi consuetum ordinent; sin minus ordinationem ipsam usque ad tempus concilii differant. ii non. Iun. aº 16º. ‖ I-i Ep. lib. 16. nº 38 ed. Bosquet 564; ed. Baluze II. 761; Opp. ed. Migne III. 832. — »Ex vestris accepimus.«

**1213.**

Iun. 4 | Laterani | (4743) Capitulo Alexandrino significat, se confirmare sententiam legatorum suorum prolatam in habitatores terrae Alexandrinae, qui non solum debitum sedi apostolicae censum subtraxerant, verum etiam Ottoni reprobo adhaerentes W. de Pusterula vinculo excommunicationis astrictum et super haereseos crimine infamatum in rectorem suum post inhibitionem eis factam praesumpserant recipere ac tenere. »Si diutius in suae praesumptionis errore perstiterint, super terram ipsam aggravabimus manus nostras, apostolum utique imitantes, qui ad ulciscendam omnem inobedientiam promptus erat.« II non. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 58 ed. Bosquet 591; ed. Baluze II. 775; Opp. ed. Migne III. 859; Moriondus Mon. Aquens. II. 27. — »Gratia quam apostolica.«

(Apr. 19-Iun. 4) | ( • ) | (4744) (Petrum) ducem et populum Venetorum (qui capta Constantinopoli et subacta Cypro ad propria redierant) rogat et hortatur, ut votum de subsidio Terrae sanctae diligenter et fideliter adimpleant. *Sine die, mense et loco.* A° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 35 ed. Bosquet 562; ed. Baluze II. 760; Opp. ed. Migne III. 830; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 170. — »A memoria vestra.«

Iun. 6 | • | (4745) Episcopis per Burdegalensem provinciam constitutis significat, se sententiam suspensionis in (Willelmum) archiepiscopum Burdegalensem a (Geraldo) Bituricensi archiepiscopo prolatam relaxare ea lege, ut archiepiscopus Burdegalensis vocatus accedat ad ipsius Bituricensis archiepiscopi concilium, facturus quod de iure fuerit faciendum. VIII id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 65 ed. Bosquet 598; ed. Baluze II. 780; Opp. ed. Migne III. 867; P. de Marcae De concord. Append. auct. vet. 118; *eiusd.* Dissertatt. tres 366; Bouquet Rec. XIX. 581. — »Cum olim venerabilis.«

• 6 | • | (4746) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntinensi apostolicae sedis legato mandat, ut Ottonem Herbipolensem episcopum, cum parte Othonis reprobi penitus abdicata publice ad ecclesiae devotionem reversus catholicae parti patenter adhaeserit et potenter, super Herbipolensi ecclesia de cetero non molestet, »ut qui persequebaris vitium in averso, amplectaris in converso virtutem.« VIII id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 50 ed. Bosquet 585; ed. Baluze II. 772; Opp. ed. Migne III. 853; Lünig Spic. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 37. — »Licet iniunctae tibi.«

• 7 | • | (4747) Abbati de Piguavia [Pegau] Mersburgens. dioc. et praeposito Magdeburgensi mandat, ut (Fridericum) Halberstadensem episcopum — qui vinculo excommunicationis astrictus publice divina praesumpsit officia celebrare, ad curiam Ottonis excommunicati accessit, cum eodem Ottone contra lantgravium Turingiae insurrexit et lupum inducebat in oves quas Petri concludebat ovile, dum eo impugnante cum excommunicato praedicto castrum quod Wrcen [Wurzen] vocatur et terram nobilis memorati multi fuerint interempti pro ecclesiae libertate, quam ancillare assistendo tyranno talis episcopus nitebatur — a regimine Halberstadensis ecclesiae perpetuo amoveant et eidem ecclesiae de persona idonea per electionem canonicam provideri faciant. VII id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 71 ed. Bosquet 603; ed. Baluze II. 783; Opp. ed. Migne III. 872; *cf.* Raynaldi Ann. a. 1213 § 10. — »Si utile ac.«

• 8 | • | (4748) Eisdem mandat, ut inquisita plenius de excessibus (Hartberti) Hildesemensis episcopi veritate, si eis constiterit de illis aut aliis quae ad eius amotionem sufficiant, ipsum a regimine Hildesemensis ecclesiae perpetuo amoventes faciant eidem ecclesiae de persona idonea per electionem canonicam provideri. VI id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 70 ed. Bosquet 602; ed. Baluze II. 783; Opp. ed. Migne III. 871; *cf.* Raynald. l. c. § 10. — »Si utile ac.«

• 8 | • | (4749) (Petro) Senonensi archiepiscopo scribit de miraculo hostiae, quam Iudaeus in pyxide in qua erant septem librae Parisienses, prae festinatione reposuerat, quam autem pyxidem postea non denariis, sed hostiis vidit plenam. Magnitudinem divini miraculi advertens Iudaeus ad fidem accessit christianam. Mandat archiepiscopo, ut eidem Iudaeo converso ac eius familiae in vitae necessariis ita provideat, ut ad sedem apostolicam pro defectu temporalium denuo non laboret. VI id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 84 ed. Bosquet 614; ed. Baluze II. 789; Opp. ed. Migne III. 885; Raynaldi Ann. a. 1213 § 68. 69. — »Operante illo qui.«

• 8 | • | (4750) (Michaeli) abbati S. Florentii Salmuriensis mandat, ut causam super iure primatiae (in Aquitania) inter (Willelmum) Burdegalensem et (Geraldum) Bituricensem archiepiscopos vertentem sufficienter ab ipso instructam ad sedem apostolicam remittat diffinitiva sententia terminandam. VI id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 64 ed. Bosquet 597; ed. Baluze II. 780; Opp. ed. Migne III. 866; Bouquet Rec. XIX. 581. — »Constitutus in praesentia.«

• 10 | • | (4751) (Hugbaldo) archiepiscopo Ravennati et (Sicardo) episcopo Cremonensi mandat, ut (Gerardum) Bononiensem episcopum ad sarcinam pontificalis officii deponendam propter eius insufficientiam compellant. IV id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 184 ed. Baluze II. 834; Opp. ed. Migne III. 966; Savioli Ann. Bologn. II. II. 340. — »Cum Bononiensis episcopus«.

• 11 | • | (4752) Archidiacono, praeposito et H. de Nova Villa canonico Ambianensibus mandat, ut sententiam excommunicationis in maiorem et iuratos Laudunenses a capitulo promul-

1213.

gatam et a (Roberto) Laudunensi electo confirmatam relaxent, si eis constiterit eam irrationabiliter prolatam fuisse. III id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 57 ed. Bosquet 590; ed. Baluze II. 775; Opp. ed. Migne III. 858; Bouquet Rec. XIX. 580. — »Dilecto filio nostro.«

Iun. 12 | Laterani | (4753) Conrado episcopo quondam Halverstadensi, abbati de Sichem et praeposito de Hildeburgeroden Halverstadens. dioc. mandat, ut iuxta praeceptum apostolicum Brun Fridesleriensem canonicum in possessione praebendae, quam in ecclesia Fridesleriensi octo annos et amplius possedit, tueantur. II id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 69 ed. Bosquet 601; ed. Baluze II. 782; Opp. ed. Migne III. 870. — »Accedens olim ad.«

» 13 | » | (4754) Engolismensi episcopo mandat, ut magistro G. de S. Sigismundo diacono vel in ecclesia Engolismensi vel in alio ecclesiastico beneficio competenti provideat. Id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 59 ed. Bosquet 592; ed. Baluze II. 776; Opp. ed. Migne III. 860. — »Pauperibus clericis apostolicae.«

» 13 | » | (4755) Priori Sulbisiensi Xantonens. dioc., poenitentiario et magistro F. canonico Xantonensibus mandat, inducant Engolismensem episcopum, ut magistro G. de S. Sigismundo pauperi diacono provideat. Id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16 *in* n° 59 ed. Bosquet 592; ed. Baluze II. 776; Opp. ed. Migne III. 860. — »Pauperibus clericis apostolicae.«

» 13 | » | (4756) Abbati et conventui Nonantulanis quaedam Adriani, Iohannis atque Marini praedecessorum suorum privilegia confirmat, quae per Henricum S. R. E. scriniarium iussit »fideliter exemplari; qui ea quae de ipsis scriptis papyriis ex quadam parte prae nimia vetustate consumptis colligere potuit, in publicam formam redigere procuravit: quibus nos apostolici favoris praesidium impendentes in hac pagina fecimus sub bulla nostra conscribi, supplendo quaedam quae secundum litterae circumstantias in integris praesumebantur originalibus fuisse descripta, quae causa discretionis mandavimus in hac carta tonsis litteris exarari.« Id. Iun. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 61 ed. Bosquet 593; ed. Baluze II. 776; Opp. ed. Migne III. 861; Cocquelines Bullar. III. 161. n° 94; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 280. — »Exhibita nobis ex.«

» 14 | » | (4757) Priori et conventui S. Pancratii de Leges significat, se praebendam, quam b. m. Iohannes S. Mariae in Cosmidin diaconus cardinalis S. R. E. cancellarius in eorum ecclesia de Coningeburc habebat, Tholomeo consanguineo suo concessisse; praecipit eis, ut quod a sede apostolica factum sit in hac parte, ratum habeant. XVIII kal. Iul. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16 *in* n° 75 ed. Bosquet 606; ed. Baluze II. 785; Opp. ed. Migne III. 876. — »Felicis recordationis Iohanne.«

» 14 | » | (4758) Decano et capitulo Eboracensibus praecipit, ut Leonardum suum et b. mem. Iohannis in Cosmidin diaconi cardinalis S. R. E. cancellarii nepotem, cui praebendam quam ille in Eboracensi obtinebat ecclesia concessit, de cetero concanonicum habeant, et decanus de ipsa praebenda eius procurator existat. XVIII kal. Iul. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 60 ed. Bosquet 592; ed. Baluze II. 776; Opp. ed. Migne III. 860. — »Felicis recordationis Iohanne.«

» 14 | » | • (4759) Pandulpho subdiacono suo mandat, ut super receptione Leonardi praefati ordinet, quod utilitati eiusdem viderit expedire. *Ut supra.*

» 14 | » | (4760) (Lothario) episcopo apostolicae sedis legato et capitulo Vercellensibus mandat, ut Gregorium natum nobilis viri L. de Montelongo consobrini sui, cui praebendam, quam f. record. Iohannes in Cosmidin diac. card. S. R. E. cancellarius habebat in ecclesia Vercellensi, concessit, de cetero concanonicum habeant, episcopus autem fructus eiusdem praebendae ad opus ipsius colligi faciat et servari. XVIII kal. Iul. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16 *in* n° 60 ed. Bosquet 593; ed. Baluze II. 776; Opp. ed. Migne III. 861. — »Felicis recordationis Iohanne.«

» 17 | » | (4761) Concambium inter praepositum capitulumque Gurcenses ex parte una et b. m. Romanum Gurcensem episcopum († 1179) et Poponem de Waldethe (Waldekke *Arch., legatur* Albekke) ministerialem ecclesiae super quodam castro et rebus aliis celebratum, authentico eius inserto, confirmat. XV (XII *Arch.*) kal. Iul. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 68 ed. Bosquet 600; ed. Baluze II. 781; Opp. ed. Migne III. 869; *argum. in* Archiv für Kunde österr. Gesch.-Quellen XIX. 201. — »Cum a nobis.«

» 17 | » | (4762) (Eberhardo) Salzburgensi archiepiscopo scribit, se vacanti Gurcensi ecclesiae sic duxisse providendum, ut denominatis ab archiepiscopo infra mensem tribus personis, una de ipso Gurcensi capitulo et duobus extraneis, unam ex ipsis tribus praepositus et canonici eligant in pastorem; ex tunc usque ad festum Omnium Sanctorum proximo futurum ipse et praepositus memoratus personaliter se apostolico conspectui praesententent, et idem praepositus aliquos de ipso capitulo secum ducat, quos ad tantum honorem idoneos reputabit, »ut ipsum negotium in nostra praesentia finem debitum sortiatur.« Mandat ei, ut iuxta formam praemissam in negotio eodem procedat. XV kal. Iul. a° 16°. ‖ Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 170; *cf. ibid.* XIV. 25; Pertz Archiv X. 549. — »Dilectis filiis O.«

**1213.**

| | | |
|---|---|---|
| Iun. 18 | Laterani | (4763) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntinensi et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus, praepositis, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinensem provinciam constitutis mandat firmiterque praecipit, ut abbatem et conventum de Mulenburnen Cisterc. ord. defendant, si qui monachi, canonici, clerici vel laici contra privilegia sedis apostolicae memoratos fratres super decimarum exactione gravaverint. XIV kal. Iul. a° 16°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 5. n° 557. — »Audivimus et audientes.« |
| » 19 | » | (4764) Praepositum et capitulum Brivatenses absolvit a Claromontensis episcopi impetitione super ecclesiis villae Brivatensis et S. Ferreoli, praedicto autem episcopo adiudicat ius episcopale super ecclesiis s. Germani, de Baiassa, de Brassac, de Paulac et de Bellomonte, quia illi in probatione praescriptionis canonicae defecerunt. XIII kal. Iul. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 72 ed. Bosquet 604; ed. Baluze II. 783; Opp. ed. Migne III. 873. — »Cum olim causam.« |
| » 19 | » | (4765) Praeposito et canonicis S. Mariae in Vineis Ianuensibus confirmat parochiam, quam ecclesia eorum obtinet, sicut in litteris confirmationis Hugonis Ianuensis archiepiscopi d. d. 1187. Nov. 24. hîc insertis plenius continetur. XIII kal. Iul. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 86 ed. Bosquet 615; ed. Baluze II. 790; Opp. ed. Migne III. 887. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 20 | » | (4766) (Sigfrido) archiepiscopo Moguntino sedis apostolicae legato, suffraganeis eius, abbatibus, prioribus, praepositis et aliis ecclesiarum praelatis per Moguntinam provinciam constitutis praecipit, ut illos qui possessiones et res fratrum conventus Schonaugiensis Cisterc. ord. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicationis sententia percellant. XII kal. Iul. a° 16°. ‖ Gudenus Sylloge 86. — »Non absque dolore.« |
| » 20 | » | (4767) Monachis Cisterciensis ordinis et Hospitalariis Quinqueecclesiensis diocesis mandat, ut Quinqueecclesiensi episcopo ac eius ecclesiis persolvant decimam vini in usus proprios non expendendi, ne concilium in proximo celebrandum eorum privilegia coarctanda provideat vel etiam revocanda. XII kal. Iul. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 85 ed. Bosquet 615; ed. Baluze II. 790; Opp. ed. Migne III. 886; Manrique Ann. Cisterc. IV. 29; Katona Hist. crit. V. 169; Fejér Cod. dipl. III. I. 141. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 20 | » | (4768) Abbati de Mellio [Melk] Pataviens. dioc. et praeposito S. Crucis [Heiligenkreuz] Augustens. dioc. mandat, ut inquirant veritatem de lapsu monasterii monialium in insula quae Chiemense vocatur et utrum ordo monialium ibi possit reformari. (Eberhardus) enim Salzeburgensis archiepiscopus »ad expurgandam tantam labem volens extendere manus suas, ut eaedem moniales divisae per alia religiosa coenobia forte proficiant, quae in suo collegio merito deficiunt et exemplo, mutuo contagio corruptelae, proposuit quod ipsis per alia loca, in quibus religio floreat, collocatis cathedram ibi pontificalem instituat et bonis ipsius monasterii cum possessionibus quas ipse proponit sufficienter adicere ad mensam futuri episcopi deputatis, illuc canonicos alterius monasterii [*i. e.* Herren-Chiemsee] transferat, cum ibi fuerit ecclesia cathedralis, facultatibus quas nunc possident ad eorum sustentationem integre conservatis.« Mandat dictis et abbati et praeposito, ut inquirant »qualem et quantam partem diocesis suae archiepiscopus conferre disponat ad episcopalem diocesim faciendam, si expressus consensus capituli Salzeburgensis cum voluntate archiepiscopi conveniat in hoc facto, et si etiam in electione futuri episcopi sibi velit archiepiscopus ius aliquod vendicare,« et ut privilegia utriusque monasterii transcribi fideliter faciant. XII kal. Iul. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 66 ed. Bosquet 599; ed. Baluze II. 780; Opp. ed. Migne III. 868. — »Oblata nobis ex.« |
| » 20 | » | (4769) Praeposito et fratribus Montis Iovis domum Vallis Suisionis contra abbatem conventumque S. Secani Lingonens. dioc. adiudicat. XII kal. Iul. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 67 ed. Bosquet 600; ed. Baluze II. 781; Opp. ed. Migne III. 869. — »Ortam dudum inter.« |
| » 20 | » | Compositionem inter Popponem de Waldekke et capitulum Gurcense: »XII kal. Iul. a° 16°.« ‖ Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XIX. 201, *vid.* n° 4761. |
| Iul. 1 | » | (4770) Archiepiscopo et capitulo Compostellanis significat, se praebendam, quam Iohannes S. Mariae in Cosmidin diac. card. S. R. E. cancellarius habebat in ecclesia Compostellana, Normano nato nobilis viri G. de Gualera consanguinei sui concessisse; praecipit eis, ut dictum Normanum de cetero suum concanonicum habeant. Kal. Iul. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 75 ed. Bosquet 606; ed. Baluze II. 785; Opp. ed. Migne III. 875. — »Felicis recordationis Iohannis.« |
| » 1 | » | (4771) Praeposito et capitulo ecclesiae s. Iuliani Brivatensis postulantibus praefatam ecclesiam ad apostolicam sedem nullo mediante pertinentem sub b. Petri protectione suscipit omnesque eius possessiones, quarum plurimas nominatim recenset, confirmat ac varia ei iura in perpetuum concedit. Kal. Iul. indict. I. incarn. dom. a° 1213. pont. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 73 ed. Bosquet 604; ed. Baluze II. 784; Opp. ed. Migne III. 874; Gallia christ. II. instr. p. 136. — »Etsi debito pastoralis.« |
| » 1 | » | (4772) St. magistrum scholarum Brivatensem super defectu natalium dispensat, ita ut, licet legitimo matrimonio natus non fuerit, ad sacros tamen ordines promoveri *etc.* possit. |

**1213.**

Kal. Iul. a° 16°. | I-i Ep. lib. 16. n° 74 ed. Bosquet 605; ed. Baluze II. 784; Opp. ed. Migne III. 875. — »Divina providentia sacrosanctam.«

Iul. 2 — S(imoni) comiti Montisfortis: »Ferentini vi non. Iul.« *sine anno.* | Gallia christ. VI. instr. p. 57 *cum annotatione:* circa 1213, *vid.* 1215. Iul. 2.

» 4 Laterani (4773) Petro regi Aragonensium privilegium Urbani II pp., d. d. 16. Mart. 1095, confirmat. iv non. Iul. a° 16°. || I-i Ep. lib. 16. n° 87 ed. Bosquet 616; ed. Baluze II. 790; Opp. ed. Migne III. 888; Cocquelines Bullar. III. 163 n° 95; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 283. — »In privilegio felicis.«

» 5 » (4774) Archiepiscopo et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis per Angliam constitutis mandat, ut (Nicolaum) episcopum Tusculanum legatum apostolicum recipiant benigne ac honeste tractent. iii non. Iul. a° 16°. || I-i Ep. lib. 16. n° 80 ed. Bosquet 611; ed. Baluze II. 787; Opp. ed. Migne III. 882. — »Gaudere debetis nobiscum.«

» 5 » (4775) (Philippum) regem Francorum rogat et monet, ut consiliis (Nicolai) episcopi Tusculani, quem in Angliam destinet, humiliter intendat, »cum expedire credamus quod inter te ac (Iohannem) regem Angliae pacis foedera reformentur«. iii non. Iul. a° 16°. I-i Ep. lib. 16. n° 83 ed. Bosquet 613; ed. Baluze II. 789; Opp. ed. Migne III. 884; Rymer Foedera I. i. 56; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 746; Bouquet Rec. XIX. 582. — »Cum pro reconciliatione.«

» 6 » (4776) (Iohanni) regi Angliae gratias refert pro eo, quod non solum formam satisfactionis receperit multimoda deliberatione provisam, verum etiam personam et terram suam apostolicae subdiderit ditioni, conferendo in perpetuum iure dominii Romanae ecclesiae regna sua per ipsam et ab ipsa tenenda sub annuo censu 700 marcarum de Anglia et de Hibernia 300, sicut in instrumento legitime inde confecto plenius continetur. Iuxta eius petitionis instantiam legatum ad ipsum de suo latere destinat »quasi angelum salutis et pacis« (Nicolaum) Tusculanum episcopum et rogat, ut hunc benigne recipiat et honeste pertractet. ii non. Iul. a° 16°. | I-i Ep. lib. 16. n° 79 ed. Bosquet 610; ed. Baluze II. 787; Opp. ed. Migne III. 881; *non integra* ap. Raynald. Ann. a. 1213 § 83. — »Ei qui de.«

» 6 » (4777) (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo S. R. E. cardinali et coepiscopis eius significat de superiore ad (Iohannem) regem Angliae epistola eosque rogat et monet, ut, cum bonum pacis tam regno quam sacerdotio sit maxime necessarium, ad illud efficaciter promovendum exhibeant se promptos per omnia et paratos, et praedicti legati monitis et mandatis humiliter intendant, scientes »quod, cum ei plenae legationis officium commiserimus, sententias quas rite protulerit in rebelles, ratas haberi praecipimus et inviolabiliter observari.« ii non. Iul. a° 16°. | I-i Ep. lib. 16. n° 81 ed. Bosquet 612; ed. Baluze II. 788; Opp. ed. Migne III. 883. — »Ei qui non.«

» 6 » (4778) Comitibus, baronibus aliisque magnatibus per Angliam constitutis nunciat, se ad reconciliationem (Iohannis) regis ac regni (Nicolaum) Tusculanum episcopum apostolicae sedis legatum destinare, eosque rogat et monet, ut eum benigne recipiant ipsius monitis et mandatis humiliter intendentes. ii non. Iul. a° 16°. I-i Ep. lib. 16. n° 82 ed. Bosquet 613; ed. Baluze II. 788; Opp. ed. Migne III. 884; Rymer Foedera I. i. 57. — »Quanto specialius regnum.«

» 11 Signiae (4779) (Iohannem) episcopum Cameracensem rogat, concedat Nicolao diacono filio sacerdotis dispensationem necessariam, ut in ecclesiam s. Mariae de Brafe et Bravegnies admittatur, dummodo iste paternae incontinentiae non sit imitator. v id. Iul. a° 16°. | I-i Ep. lib. 16. n° 88 ed. Bosquet 617; ed. Baluze II. 791; Opp. ed. Migne III. 889. — »Cum Nicolaum diaconum.«

» 15 » (4780) Stephano Cantuariensi archiepiscopo S. R. E. cardinali scribit, se eius litteras die 14. Iulii recepisse. »Antequam ad nos tuae litterae pervenissent, receptis nuntiis et litteris regiis nos (Nicolaum) Tusculanum episcopum legatum in Angliam duximus destinandum; qui iam a praesentia nostra recesserat, accepta licentia procedendi. Tu ergo de reliquo agere studeas quae ad salutem et pacem (Iohannis) regis et regni (Angliae) videris pertinere, cum honore ac utilitate apostolicae sedis et ecclesiae Anglicanae.« Id. Iul. a° 16°. | I-i Ep. lib. 16. n° 89 ed. Bosquet 618; ed. Baluze II. 792; Opp. ed. Migne III. 890. — »Quartodecimo die Iulii.«

» 19 » (4781) Priorem et fratres Cartusienses monet et hortatur, ut primariam et originalem sui ordinis observantiam nullatenus deserant. xiv kal. Aug. a° 16°. || Privil. ord. Cartus. fol. 6 b; Tromby Storia V. app. 63 n° 49. — »Usque adeo vestrae.«

» 21 » (4782) Episcopo Pensauriensi significat iudicium, quod tulit in causa vertente inter illum et abbatem conventumque monasterii s. Thomae Pensauriensis diocesis super statu ipsius monasterii rebusque aliis. xii kal. Aug. a° 16°. | Olivieri-Giordani Mem. di S. Tommaso 142. — »Cum olim causam.«

» 25 » (4783) (Alberto) patriarchae Ierosolymitano apostolicae sedis legato mandat, ut magistro et fratribus militiae Templi districtius prohibeat et ab eis faciat per omnes domos sui ordinis firmiter inhibere, ne pro alicuius receptione aliquid exigatur nec etiam sub

| | | |
|---|---|---|
| | | **1213.** |
| | | praetextu subventionis ad exactionem procedatur huiusmodi, cum superficies nominis reatum criminis non immutet. VIII kal. Aug. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 90 ed. Bosquet 618; ed. Baluze II. 792; Opp. ed. Migne III. 890. — »Vitium pravitatis in.« |
| Aug. 2 | Signiae | (4784) Petro Ziani duci Venetorum ad varia eius postulata, *e. g.* confirmationem electionis L. S. Pauli plebani in Constantinopolitana ecclesia celebratae, renovationem privilegii Gradensis ecclesiae, confirmationem abbatis in monasterio s. Hilarii, respondet. IV non. Aug. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 91 ed. Bosquet 619; ed. Baluze II. 793; Opp. ed. Migne III. 891; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII). 171. — »Venientem ad apostolicam.« |
| „ 3 | „ | (4785) Gradensem ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit, Angelo patriarchae eiusque successoribus patriarchalem concedit dignitatem et magisterium Gradensis ecclesiae gerendum, porro eiusdem iura ac privilegia, possessiones ac bona confirmat. III non. Aug. indict. I. incarn. dom. a° 1213. pont. a° 16°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. (1720). 1135. — »Apostolicae officium dignitatis.« |
| „ 4 | „ | (4786) (Gerardo) Paduano et (Tysoni) Tarvisino episcopis et archipresbytero S. Lucae de Venetiis mandat, ut in controversia inter (Angelum) patriarcham Gradensem et (Marcum) Castellanum episcopum, qui illi procurationem debitam deneget exhibere, procedant. II non. Aug. a° 16°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. III. 94. — »Ex parte venerabilis.« |
| „ 5 | „ | (4787) Patracensi archiepiscopo mandat, ne permittat, ut, cum Kefalonensis ecclesia ad apostolicam sedem immediate spectaverit ab antiquo, Kefalonensis episcopus a Corinthiensi archiepiscopo super impendenda obedientia indebite molestetur. Non. Aug. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 92 ed. Bosquet 621; ed. Baluze II. 793; Opp. ed. Migne III. 893. — »Exhibita nobis ex.« |
| „ 5 | „ | (4788) Episcopo Narniensi mandat, ut constitutiones et sententias Narniensium iudicum, quos sententia excommunicationis involvit, decernat irritas et inanes. Non. Aug. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 94 ed. Bosquet 621; ed. Baluze II. 794; Opp. ed. Migne III. 894. — »Cum excommunicatis communicari.« *Cf.* n° 4819. |
| „ 7 resp. 8 | „ | (4789) (Petro) Gebennensi electo, qui in Gratianopolitana ecclesia suscipiendi habitum regularem votum solemniter emiserat, consulit, ut, si suam omnino sanare desideret conscientiam, regimen resignet ecclesiae Gebennensis. VI (VII *G. chr.*) id. Aug. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 93 ed. Bosquet 621; ed. Baluze II. 794; Opp. ed. Migne III. 893; Gallia christ. XVI. instr. 153; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 34 *de voto, etc.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 556; ap. Richter Corp. II. 572. — »Per tuas nobis.« |
| „ 9 | „ | (4790) (Manegoldo) episcopo et capitulo Pataviensibus donationem, quam cl. mem. Heinricus imperator de iure patronatus, quod in abbatia s. (Mariae) Pataviensis habebat et de possessionibus ministerialibus ac aliis eius bonis ecclesiae istorum fecit, confirmat. V id. Aug. a° 16°. ‖ Mon. Boica XXVIII. 292. — »Cum a nobis.« |
| „ 9 | „ | (4791) Roberto tit. S. Stephani in Coelio monte presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut, cum quidam clerici et laici crucesignati homines suos super feodis quae immediate a Blancha comitissa Campaniae tenent auctoritate apostolicarum conveniant litterarum in ipsius praeiudicium et gravamen, super hoc indemnitati eiusdem comitissae studeat providere. V id. Aug. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 185 ed. Baluze II. 834; Opp. ed. Migne III. 967; Bouquet Rec. XIX. 582; *cf.* Jubainville Cómtes de Champagne V. 74. n° 825. — »Dilecta in Christo.« |
| „ 21 | „ | (4792) Potestati et populo Viterbiensibus mandatum, quod Stephanus basilicae XII apostolorum presbyter cardinalis camerarius suus super immunitate vendendi et emendi apud Cornetum pro eis edidit, confirmat. XII kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 95 ed. Bosquet 622; ed. Baluze II. 794; Opp. ed. Migne III. 894. — »Memores devotionis et.« |
| „ 23 | „ | (4793) Archipresbyterum et clericos ecclesiae s. Caeciliae Transtyberinae a quadam petitione pecuniaria absolvit. X kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 96 ed. Bosquet 622; ed. Baluze II. 794; Opp. ed. Migne III. 895. — »Coram dilecto filio.« |
| „ 24 | „ | (4794) Episcopo, archidiacono et cantori Davaliensibus mandat, compellant Sidoniensem episcopum, cui Nazarocensis ecclesiae cura olim commissa erat, per censuram ecclesiasticam, ut ea quae frumento, animalibus *etc.* abstulit ecclesiae memoratae restituat universa, et tribuant eiusdem ecclesiae capitulo eligendi sibi personam idoneam canonice in pastorem liberam facultatem. IX kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 97 ed. Bosquet 624; ed. Baluze II. 796; Opp. ed. Migne III. 897. — »Dilecti filii decanus.« |
| „ 24 | „ | (4795) Abbati et conventui de Valle s. Petri Cisterc. ord. diffinitivam sententiam, quam pro eis maior decanus Coloniensis et coniudices eius contra Arnoldum de Hukensvuage [Hückeswagen] super allodio in Cassele promulgarunt, confirmat. IX kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 99 ed. Bosquet 626; ed. Baluze II. 797; Opp. ed. Migne III. 899. — »Iustis petentium desideriis.« |

**1213.**

Aug. 24 Signiae (4796) Abbati et conventui de Alba Cisterc. ord. possessiones de Otteswilre, de Rastede, Winkil, Hart, Malsc, Lindehart, Schivenhart, Brecheim *etc.* confirmat. IX kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 100 ed. Bosquet 626; ed. Baluze II. 797; Opp. ed. Migne III. 899. — »Solet annuere sedes.«

» 26 » (4797) Praeposito Ferrariensi, cui administrationem Massae de Ficarolo et receptionem proventuum eius commiserat, mandat, ut quidquid super hoc fecerit, sedi apostolicae quantocius scribere non omittat. VII kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 101 ed. Bosquet 627; ed. Baluze II. 797; Opp. ed. Migne III. 900. — »Cum tibi curam.« *Cf.* n° 4852.

» 26 » (4798) Episcopo Amyclensi, electo Kernicensi et priori Patracensi mandat, ut recepto a Gaufrido de Villa Arduini Achaiae principe aliisque abbatiarum, ecclesiarum *etc.* detentoribus nobilibus iuramento »quod parebunt praecise mandatis quae ipsis per litteras aut legatum vel delegatum nostrum duximus facienda,« sententias excommunicationis et interdicti relaxent. VII kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 98 ed. Bosquet 625; ed. Baluze II. 796; Opp. ed. Migne III. 898. — »Venerabilis frater noster.«

» 28 » (4799) (Aldrovandino) marchioni Estensi mandat, ut, cum ea consideratione potissimum cl. m. (Azoni) patri eius Anconitanam marchiam in feudum concesserit, »quia promiserat nobis quod eam valida manu ingrediens ipsam ad ecclesiae Romanae dominium revocaret,« in negotio ipso procedat. V kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 102 ed. Bosquet 627; ed. Baluze II. 797; Opp. ed. Migne III. 900; Muratori Antich. Estensi I. 410; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 44; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1213 § 92. — »Inter alias rationes.«

» 29 » (4800) Henricum abbatem monasterii de Valle s. Petri eiusque conventum patrocinandos suscipit. IV kal. Sept. a° incarn. dom. 1212. pont. a° 16°. ‖ Iongelin Notit. abbat. ord. Cisterc. Lib. 2. p. 36. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 30 » (4801) Archiepiscopo, iudicibus et consulibus Beneventanis de negotio Thomasii de Aquino mandata dat. III kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 103 ed. Bosquet 627; ed. Baluze II. 798; Opp. ed. Migne III. 900. — »Licet nobilis vir.«

» 30 » (4802) (Henricum) Constantinopolitanum imperatorem monet et rogat, ut Pelagium episcopum Albanensem legatum a latere suo benigne recipiat et honeste pertractet. III kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 104 ed. Bosquet 628; ed. Baluze II. 798; Opp. ed. Migne III. 901; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1213 § 6. — »Ipse summus angularis.«

* *In eundem fere modum* Comites, barones et universos Christi fideles sub Constantinopolitano imperio constitutos.

» 30 » (4803) Universis archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis per Constantinopolitanum imperium constitutis nunciat, se Pelagium Albanensem episcopum a latere suo in Constantinopolitanum imperium destinare; ipsum ergo recipiant benigne ac honeste tractent. III kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 105 ed. Bosquet 629; ed. Baluze II. 799; Opp. ed. Migne III. 902; *partim* ap. Raynald. l. c. § 6. — »Inconsutilis Domini tunica.«

» 31 » (4804) Gaufrido principi Achaiae significat, se, cum utilitas non solum spiritualis sed etiam temporalis exigat legatum a latere suo in Graeciam destinare, ad partes illas Pelagium episcopum Albanensem duxisse destinandum. Ipsum igitur benigne recipiat et honeste pertractet ac ipsius monitis et mandatis reverenter intendat. II kal. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 106 ed. Bosquet 630; ed. Baluze II. 799; Opp. ed. Migne III. 903; *cf.* Raynald. l. c. § 6. — »Licet olim ecclesia.«

* *In eundem modum* Principibus, comitibus, baronibus.

Sept. 3 » (4805) H(ermanno) langravio Thoringiae, qui ab (Ecberto) Bambergensi episcopo pro ecclesiae devotione pertulerat gravamina et iacturas, et a (Sigfrido) Maguntinensi archiepiscopo apostolicae sedis legato, qui super absolutione ipsius episcopi receperat papae scripta, appellaverat, iustitiam promittit. Monet eum, ut in apostolicae sedis devotione firmus et stabilis perseveret. III non. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 107 ed. Bosquet 631; ed. Baluze II. 800; Opp. ed. Migne III. 904. — »Illa te obtentu.«

» 7 » (4806) (Conrado) decano et capitulo Spirensibus petentibus commutationem inter imperium et Spirensem ecclesiam factam super duobus monasteriis quae Spirensis ecclesia possidebat in Thuringia, quorum abbatissis Spirensis episcopus regalia porrigebat, et super abbatia de Wizkenburch [Weissenburg] quam imperium ad se in temporalibus pertinentem in Spirensi diocesi obtinebat, confirmat. VII id. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 109 ed. Bosquet 632; ed. Baluze II. 800; Opp. ed. Migne III. 905; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 277. — »Iustis petentium desideriis.«

» 9 » (4807) Eidem decano consulenti de eis qui suscepto crucis signaculo proposuerunt contra haereticos in Provincia proficisci necdum suum fuerunt executi propositum, praecipit, »ut tales ad assumendum itineris Hierosolymitani laborem sedulo inducantur, cum illum

**1213.**

maioris meriti esse constet« *etc.* v id. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 108 ed. Bosquet 631; ed. Baluze II. 800; Opp. ed. Migne III. 904; *fragm.* ap. Raynald. Ann. a. 1213 § 2. — »Quod iuxta verbum.«

Sept. 9 Signiae (4808) Abbati de Sconaugia mandat, ut crucem in Sarracenos praedicet, eique concedit, ut incendiariis et his, qui manus in clericos et alias personas ecclesiasticas iniecerint, volentibus suscipere signum crucis, beneficium absolutionis impendat. v id. Sept. a° 16°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 28, *fragm.*

» 10 » (4809) (Conrado) episcopo Ratisponensi gratulatur diligentem in crucis negotio operam eique mandat, ut, ubi personaliter hoc negotium exequi nequiverit, committat viris honestis vices suas; concedit ei etiam facultatem liberam taxandi tam sibi quam illis evectionum numerum, quem secundum locorum et temporum qualitatem viderit expedire. Porro concedit ei, ut incendiariis et eis qui manus temerarias in clericos aut alias personas ecclesiasticas iniecerint, volentibus suscipere signum crucis, satisfactione iniuriarum exhibita munus absolutionis impendat, *etc.* iv id. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 111 ed. Bosquet 633; ed. Baluze II. 801; Opp. ed. Migne III. 906. — »Gaudemus in Domino.«

» 10 » (4810) Gregorio S. Theodori diacono cardinali apostolicae sedis legato significat, se Panormitanae ecclesiae (Berardum) Barensem archiepiscopum concedere in pastorem, eique mandat, ut praeceptum sedis apostolicae faciat effectui mancipari. iv id. Sept. a° 16°. ‖ I-i Ep. lib. 16. n° 110 ed. Bosquet 633; ed. Baluze II. 801; Opp. ed. Migne III. 906; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 278. — »Grave gerimus et.«

* *Scriptum est super hoc* Capitulo Panormitano.

| » 29 | — | Conventus s. Dionysii patrocinium suscipit: »Laterani iv kal. Apr. aº 17º«. ‖ Doublet Hist. de Saint-Denys 543. *etc., vid.* 1215. Mart. 29. nº 4962. |
| Apr. 2 | — | S(imoni) comiti Montisfortis: »Laterani iv non. Apr. aº 17º« — »Nobilitatem tuam«. ‖ Hardouin Conc. VI. ii. 2042, *vid.* 1215. Apr. 2. nº 4967. |
| » 5 | Romae ap. S. Petrum | (4910) Capitulo Spirensi ius patronatus in ecclesia de Ezeligen [Esslingen], quod F(ridericus) rex Ciciliae in Romanorum imperatorem electus eis concesserat, confirmat salvo iure diocesani episcopi. Non. Apr. aº 17º. ‖ Remling UB. der Bisch. von Speyer I. 149. nº 133 (*male ad* a. 1215); Wirtemberg. UB. III. 8. nº 559. — »Iustis petencium desideriis.« |
| » 15 | » | (4911) Iohanni regi Anglorum indulget, ne a quoquam eius persona possit excommunicari vel interdici capella sine mandato sedis apostolicae speciali. xvii (xviii *Wilk.*) kal. Mai. aº 17º (18º W.). ‖ Rymer Foedera I. i. 60; I-i Opp. ed. Migne IV. 226. nº 185; Wilkins Conc. I. 546. — »Apostolicae sedis ampla.« |
| » 21 | » | (4912) Iohannis Anglorum regis oblationem, qua hic regna sua Angliae videlicet et Hiberniae cum omni iure et pertinentiis suis apostolis Petro et Paulo, Romanae ecclesiae, pontifici maximo eiusque successoribus in ius et proprietatem sub annuo mille marcharum censu concedit, gratam et ratam habet, personam regis eiusque haeredum cum praedictis regnis sub b. Petri et sua protectione suscipit, ei et ipsis supradicta regna concedens in feudum, ita »quod quilibet haeredum, cum regni coronam acceperit, feudum huiusmodi summo pontifici et Romanae ecclesiae publice recognoscat et fidelitatis eis exhibeat iuramentum.« xi kal. Mai. indict. II. incarn. dom. aº 1214. pont. aº 17º. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1214.** Achery Spicil. V. 573 (ed. nov. III. 578); Dumont Corps univ. dipl. I. 149; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 69; *sine signo chronol.* ap. Wilkins Concil. I. 541. — »Rex regum et.« *Cf.* 1213. Nov. 4. n° 4843. |
| Apr. 21 | Romae ap. S. Petrum | (4913) Monasterium s. Lucii de Curia Praemonstr. ord. cum omnibus bonis tuendum suscipit, specialiter autem ecclesiam de Bendor ei confirmat. XI kal. Mai. a° 17°. ‖ Mohr Cod. dipl. I. 254. n° 183. — »Cum a nobis.« |
| » 22 | » | (4914) Iohanni regi Anglorum et Philippo Francorum regi firmiter, cum ex guerra, quae vertatur inter ipsos, impediatur Terrae sanctae succursus, iniungit ut treugas ineant et observent ad invicem saltem usque post generale concilium in proximo celebrandum: »rebus in eo statu manentibus in quo erunt, cum ipsae treugae a partibus firmabuntur.« X kal. Mai. a° 17°. ‖ Rymer Foedera I. I. 60; Bouquet Rec. XIX. 594; I-i Opp. ed. Migne IV. 227. n° 186. — »Cum ex guerra.« |
| » 22 | » | (4915) Magistro et fratribus hospitalis Theutonicorum de Accon casale quod dicitur Tussanum, situm inter Salernum et Ebolum, a F(riderico) Siciliae rege eorum hospitali collatum confirmat. X kal. Mai. a° 17°. ‖ Strehlke Tabulae 142. n° 144; *cf.* Voigt Gesch. Preussens II. 73. not. 5; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. I. 299. — »Iustis petencium desideriis.« |
| » 25 | » | * (4916) Abbati de Curia Dei Cisterc. ord. Aurelianens. dioc. et A. archidiacono et succentori Aurelianensibus scribit de controversia inter archiepiscopum Turonensem ex parte una et canonicos S. Martini Turonensis ex altera super iurisdictione in monasterio Bellimontis exercenda exorta, eisque mandat, ut partibus convocatis audiant, quae super dicto iure hinc inde duxerint proponenda, et causam plene instructam ad sedis apostolicae examen remittant. VII kal. Mai. a° 17°. ‖ Launoy Exam. de cert. priviléges de Tours, preuv. 48. |
| » 29 | » | (4917) Abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Bremensem provinciam constitutis mandat, ut Waldemarum (quondam episcopum Slewicensem) degradatum et tam ipsum quam fautores eius excommunicatos per ecclesias suas publice nuntient. III kal. Mai. a° 17°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 344. n° 391; I-i Opp. ed. Migne IV. 227. n° 187 *et* 280. n° 243. — »Cum perditionis filius.« |
| Mai. 2 | » | (4918) Episcopo et praeposito Vesprimiensibus et archidiacono Albensi Vesprim. dioc. mandat, ut, cum (Iohannes) Strigoniensis archiepiscopus praedia et homines villarum spectantium ad capellam s. Mariae in Sala, quae ad monasterium s. Martini de Pannonia noscatur pertinere, decimarum praetextu ad eundem archiepiscopum non spectantium annis singulis depraedetur, partes convocent et audiant hinc inde proposita et causam ipsam sufficienter instructam ad sedem apostolicam mittant. (VIII, *sed legas*) VI non. Mai. a° 17°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 136. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 5 | » | (4919) Controversiam inter canonicos basilicae Principis apostolorum ex parte una et Offreducium tutorem Iacobae et Paulinae filiarum Raynerii Iohannis Pauli ex altera super sex pedicis terrae pignori datis obortam sententia definitiva dirimit. III non. Mai. a° 17°. ‖ Bullar. Vatic. I. 97. — »Constitutis in nostra.« |
| » 5 | » | (4920) Universos fideles suos per ducatum Spoletanum constitutos rogat, requirit et monet, ut A(ldrovandino) marchioni Estensi, qui de mandato apostolicae sedis marchiam Anconitanam intravit ut eam revocet ad ecclesiae Romanae dominium, consilium et auxilium impendant. III non. Mai. a° 17°. ‖ Muratori Antiq. Ital. I. 327 A; I-i Opp. ed. Migne IV. 228. n° 188. — »Cum dilectus filius.« |
| » 5 | » | (4921) Potestati et populo Anconitanis mandat, ut a sequela Ottonis reprobi, maledicti et excommunicati suorumque fautorum penitus discedentes ac redeuntes ad Romanam ecclesiam eidem marchioni fideliter adhaereant. III non. Mai. a° 17°. ‖ Muratori l. c. 327 B; Migne l. c. 228. n° 189. — »Cum dilectus filius.« |
| » 14 | » | (4922) Philippum regem Francorum exhortatur, ut nec impediat nec faciat impediri, quominus in suo regno ecclesiastica iurisdictio possit exerceri. II id. Mai. a° 17°. ‖ Achery Spicil. III. 577; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 83; Bullar. magn. IX. 38; Bouquet Rec. XIX. 595; I-i Opp. ed. Migne IV. 229. n° 190. — »Quanto melior est.« |
| » 14 | » | * (4923) Monasterium in Wiezna [Weissenohe] Friderico Romanorum et Siciliae regi protegendum commendat. II id. Mai. a° 17°. ‖ Lang Regesta II. 60. |
| » 15 | » | (4924) Magistrum et fratres militiae Templi, qui in alienatione quarundam possessionum, redditúum et aliarum rerum quas emerant a prioratu de Caritate, hunc graviter laedisse dicebantur, ab abbatis et monasterii Cluniacensium petitione, ut contractus revocetur, absolvit. Id. Mai. a° 17°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1153; I-i Opp. ed. Migne IV. 230. — »I. syndico et quibusdam.« |
| » 20 | » | * (4925) Fratrum Calatravae ordinem confirmat. XIII kal. Iun. indict. II. incarn. dom. a° 1214. pont. a° 17°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 40. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1214.** |
| Mai. 23 | Romae ap. S. Petrum | (4926) Episcopis, abbatibus ac aliis ecclesiarum praelatis per Anconitanam marchiam constitutis mandat, ut Al(drovandino) marchioni Estensi, qui de mandato papae dictam marchiam intravit ut eam revocet ad ecclesiae Romanae dominium et teneat pro eadem, viriliter assistant et efficaciter consilium et auxilium impendant. x kal. Iun. a° 17°. ‖ Muratori Antiq. Ital. I. 327 c; 1-i Opp. ed. Migne IV. 232. n° 192. — »Cum dilectus filius.« |
| » 23 | » | (4927) Universis fidelibus per Anconitanam marchiam constitutis scribit de eodem argumento ac mandat, ut eidem marchioni fideliter adhaereant. x kal. Iun. a° 17°. ‖ Muratori l. c. 329; Migne l. c. 233. n° 193. — »Cum reprobus Otto.« |
| » 28 | » | (4928) Raimundo abbati Nonantulano scribit, se ad concordiam sopiendam in controversia, quae vertebatur inter eum et Martinum episcopum Mutinensem super ecclesia, quam in castro quod dicitur Spina Lamberti dictus episcopus aedificaverat, duxisse providendum, ut dicta ecclesia episcopo pleno iure remaneat et abbas aliam in eodem castro in fundo proprio si voluerit aedificet et ipsa ad eius monasterium pertineat pleno iure *etc.* v kal. Iun. a° 17°. ‖ Muratori l. c. V. 345. — »Causa quae inter.« |
| » 29 | Laterani | (4929) Monasterium s. Mariae de Campis Corboliensis cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis protegendum suscipit, specialiter autem ei decimam loci qui dicitur Desplanis, terras, vineas *etc.* confirmat. iv kal. Iun. a° 17°. ‖ Doublet Hist. de Saint-Denys 543; I-i Opp. ed. Migne IV. 234. n° 194. — »Cum a nobis.« |
| (Mense Maio) | — | (4930) Philippum regem Francorum rogat et monet, ut »talem te circa nos et Romanam ecclesiam studeas exhibere, quod de die in diem in tuae dilectionis fervore crescamus.« *Sine nota chronol.* ‖ Achery Spicil. III. 577; Bouquet Rec. XIX. 595. — »Expedit universis maxime.« |
| Iun. (1-23) | Viterbium, | »Mense Iunii Innocentius pp. Urbem exiens mense Iunio ivit ubi per generales quas ubique terrarum dirigit litteras omnes Christifideles ad Terrae sanctae subsidium exhortatur.« ‖ Ryccardus de S. Germ. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 985 (ap. Ughelli Ital. sacra III. 971; ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 335, *sed falso ad* a. 1213). |
| » 23 | Viterbii | (4931) (Guillelmo) abbati Cluniacensi concedit, ut, non obstantibus appellationibus a monachis suis absque iure interpositis, eorum excessus punire possit. ix kal. Iul. a° 17°. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1155; 1-i Opp. ed. Migne IV. 234; Bullar. ord. Cluniac. 103. — »Tua nobis devotio.« |
| » 27 | » | (4932) Populo Cremonensi significat, se per Talamacium iudicem et magistrum Nazarium nuncios eorum comperisse »quod vos quasdam e terris ecclesiae, quae fuerunt cl. m. comitissae Matildis, adhuc a fautoribus reprobi Ottonis detentas, vobis sub annuo censu desideratis concedi«, *etc.* Addit, se disposuisse, dictas terras ad eos transferre, cum plenae in apostolicam redierint potestatem. Hortatur eos, ut in apostolicae sedis devotione persistant, praesertim super negotio imperii feliciter consummando. v kal. Iul. a° 17°. ‖ Böhmer Acta imper. II. 638. n° 928. — »Inter cetera que.« |
| » 29 | » | (4933) Monasterium monialium s. Laurentii (Venetiarum) Castellanae dioc. cum omnibus bonis protegendum suscipit eidemque ecclesiam s. Severi confirmat. III kal. Iul. a° 17°. ‖ Cornelius Eccl. Venet. XI. 145. — »Cum a nobis.« |
| Iul. 4 | » | (4934) Abbati de Elichingen et de Herbrehtingin et de Steinheim praepositis Augustens. dioc. mandat, cogant abbatem de Cesarea [Kais-seu Kaisersheim] Cisterc. ord. Augustens. dioc., qui quarundam decimarum fructus in curia Aichein et res alias monasterii Elwagensis titulo pignoris detineat obligata, licet ex eis sortem et amplius sit assecutus, ut pignora ipsa et quod ultra sortem perceperit ex eis, restituat. iv non. Iul. a° 17°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 26. n° 575 (*male ad* a. 1215). — »Dilecti filii ....« |
| » 20 | » | (4935) Abbati S. Trudperti et de Turegio [Zürich] et de Riede [Riedern am Wald] praepositis Constantienc. dioc. mandat, ut causam inter abbatem conventumque S. Blasii et C. militem de Dirbeheim super curia Nendingin vertentem audiant et terminent. XIII kal. Aug. a° 17°. ‖ Gerbert Hist. Nigrae Silvae III. 122. n° 81; Wirtemberg. UB. III. 29. n° 577 (*male ad* a. 1215). — »Dilectorum filiorum ....« |
| » 30 | » | (4936) (Henrico) archiepiscopo Dublinensi indulget, ut illos per Hiberniam constitutos, qui fulti potentia laicali de frugibus, nutrimentis animalium, molendinis et laboribus suis decimas solvere aspernantur *etc.*, ad decimas integre solvendas compellat. III kal. Aug. a° 17°. ‖ Butler Registrum 110. — »Significasti nobis quod.« |
| Sept. 11 | » | (4937) Potestatem et populum Esculanum hortatur, ut A(ldrovandino) Anconitano et Estensi marchioni, cum eum de marchia ipsa investiverit solemniter per vexillum, fidelitatis iuramenta hilariter et libenter praestent. III id. Sept. a° 17°. ‖ Muratori Antiq. Ital. I. 329; I-i Opp. ed. Migne IV. 235. n° 196. — »Cum is qui.« |
| » 19 | » | (4938) Populo Perusino praecipit, ut pacem monitis et auctoritate Stephani cardinalis presb. tit. S. basilicae XII apostolorum inter milites et populum Perusinae civitatis initam observent. XIII kal. Oct. a° 17°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 14. n° 58. — »Veri pacifici vestigia.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1214.** |
| Oct. 27 | Laterani | (4939) S. Andreae et Aberdonensi episcopis et W. archidiacono Laudoniae mandat, moneant et inducant (Willelmum) regem Scotiae, ut tam Glasguensi quam aliis ecclesiis sui regni subtracta per quosdam laicos suae iurisdictioni subiectos faciat restitui easque plena libertate gaudere. VI kal. Nov. a° 17°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 91. n° 106; *cf.* I. CXIII. n° 106. — »Karissimum in Christo.« |
| » 31 | » | * (4940) Innocent III envoie à Blanche de Navarre un extrait du registre de la 2. année de son pontificat, concernant les unions illégitimes contractées par Conrad de Montferrat et Henri de Champagne avec la reine de Iérusalem (*cf.* n° 710 a *in* Addenda). ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 83. n° 879. |
| Nov. 5 | » | (4941) Nobili viro Eustachio de Vesci mandat, ut, cum sit omnino sopita discordia quae olim inter regnum et sacerdotium in Anglia vertebatur, praetextu confoederationum et coniurationum occasione illius contractarum in solicitudine regia nullius difficultatis opponat obstaculum nec iusticiarios et alios officiales Iohannis regis Anglorum impediat, quominus commissa ipsis officia efficaciter exequantur. Non. Nov. a° 17°. ‖ Rymer Foedera I. I. 64; I-i Opp. ed. Migne IV. 236. n° 197. — »Cum per illius.« |
| » 5 | » | (4942) De Lundors et de Abirbroth abbatibus et priori de May mandat, faciant ut compositio inter abbatem conventumque de Dunfermelin et abbatem canonicosque de Kambuskinel in diocesi S. Andreae super quibusdam decimis et super capella de Dunipast amicabiliter inita firmiter observetur. Non. Nov. a° 17°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 128. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 28 | » | * (4943) Innocent III charge (Guillaume) évêque d'Auxerre, (Gautier) abbé de Vézelay et l'archidiacre d'Auxerre de protéger Blanche et Thibaut IV contre les évêques, officiaux, chapitres et autres prélats de la province de Reims, notamment contre l'évêque de Châlons, qui empiètent sur la jurisdiction civile et prétendent maintenir leurs usurpations par la voie de l'excommunication et de l'interdit. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 83. n° 880. |
| Dec. 4 | » | (4944) Potestates et rectores civitatum et aliorum locorum Lombardiae monet et hortatur, ut Humiliatos communem vitam ducentes nec fodris nec aliis exactionibus aggravent. II non. Dec. a° 17°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 156, *omisso initio.* |
| » 8 | » | (4945) Humiliatos per Lombardiam in fide catholica et devotione apostolica constitutos monet et hortatur, ut attendentes »quod non habetis hîc manentem civitatem«, cum timore ac tremore incolatus sui tempore studeant conversari, eam re ipsa humilitatem sectantes, ut securi expectare possint beatam spem et adventum gloriae magni Dei. VI id. Dec. a° 17°. ‖ Tiraboschius I. c. 157. — »Quod abrogantes impietatem.« |
| » 10 | » | * (4946) Innocent III rappelle à l'archevêque de Reims, aux évêques de Châlons et de Soissons, à leurs chapitres et à leurs officiaux sa bulle analysée (*vid.* n° 4135 a); il les invite à lancer moins légèrement des sentences d'excommunication et d'interdit contre les hommes et contre la terre de Blanche de Navarre; il leur notifie que (Guillaume) évêque d'Auxerre, (Gautier) abbé de Vézelay et l'archidiacre d'Auxerre devront, s'il est nécessaire, employer contre eux les censures ecclésiastiques. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 84. n° 884. |
| — | — | Iohanni regi Angliae. *Sine nota chronol.* »Auditis verbis nuntiorum.« ‖ Ann. Burtonens. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 267; *in* Annal. monast. I. 217, *vid.* 1212. Mart. 1. n° 4395. |
| — | Laterani | (4947) Nicolao Tusculanensi episcopo formam dat, secundum quam sententiam interdicti contra Angliam promulgatam relaxet. *Sine signo chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. maior 249; Bouquet Rec. XVII. 713; I-i Opp. ed. Migne IV. 237. n° 198. — »Venerabilis frater noster.« |
| | | **1215.** |
| Ianr. 21 | » | (4948) Priori S. Mariae de Karitate mandat, ut vicinos et parochianos ecclesiae s. Severi de Venetiis ad monasterium s. Laurentii pertinentis ad observationem sententiae contra eos latae a (Matthaeo) Cenetensi episcopo compellat. XII kal. Febr. a° 17°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XI. 146. — »Dilecte in Christo.« |
| » 23 | » | * (4949) Monasterio Fabariensi confirmat omnes possessiones et alia bona, itemque res, personas et ipsum monasterium sub protectione b. Petri et sua suscipit. X kal. Febr. a° 17°. ‖ Wegelin Regest. von Pfävers 11. n° 65. |
| Febr. 4 | » | (4950) P(etro) S. Mariae in Aquiro diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut expensis (Raimundi) comitis Tolosani petentis veniam ecclesiae et absolutionem provideat, et totam terram, quam ab imperio in Provincia comes ipse tenebat, Willelmus autem de Baucio pro suae voluntatis arbitrio detineat, in sua potestate faciat assignari et provide custodiri, »ut in deliberatione finali de ipsa possimus libere ordinare.« II non. Febr. a° 17°. ‖ Teulet Layettes I. 410. n° 1099. — »Accedens ad nostram.« |
| » 13 | » | (4951) (Iohanni) episcopo et abbati S. Trinitatis Florentinorum mandat, ut in causa quae inter consules, consiliarios et commune Pistoriensium ex parte una et (Soffredum) epi- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1215.** |
| | | scopum Pistoriensem ex altera super iurisdictione quorundam castrorum et hominum ac rebus aliis agitabatur, iuxta priorum continentiam litterarum procedant. Id. Febr. a° 17°. ‖ Zacharia Anecd. medii aevi 350; I-i Opp. ed. Migne IV. 225. n° 183. — »Causam quae inter.« |
| Febr. 15 | — | • Confirmat .... privilegia domus hospitalis s. Mariae Alem. Hierosol.: »Romae xv kal. Mart. a° 17°.« ‖ Inventar. privilegior. in archiv. Cracov. 61, *vid.* 1216. Febr. 18. n° 5078. |
| » 19 | Laterani | • (4952) Confirmat statuta a Luca archiepiscopo Cusentino visitatore apostolico una cum Matthaeo Florensi abbate et abbate S. Spiritus Panormi edita et in posterum ab omnibus monasteriis Florensis ordinis observanda. xi kal. Mart. a° 17°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 208. |
| » 20 | » | (4953) (Radulfo) episcopo, Simoni archidiacono et praeposito Atrebatensibus scribit de B(ochardo) de Avennis, qui agitatus diabolica furia Margaretam sororem Iohannae comitissae Flandriae puellam de castro, ubi custodiae fiducialiter commendata erat, fraudulenter extractam in alienis partibus praesumebat detinere, asserens se cum ipsa matrimonium contraxisse de facto, cum de iure non possit eo, quod sibi, qui subdiaconus et cantor Laudunensis fuisse dinoscatur, proxima consanguinitatis linea sit coniuncta. Mandat eis, ut inquisita super hoc veritate quod canonicum fuerit statuant, facientes quod decreverint per censuram ecclesiasticam firmiter observari. x kal. Mart. a° 17°. ‖ I-i Ep. ed. Baluze II. 591; Opp. ed. Migne III. 529; Bouquet Rec. XIX. 591. — »Dilecta in Christo.« |
| » 20 | » | (4954) (Radulpho) patriarchae Hierosolymitano mandat, ut, cum (Albertus) praedecessor eius († 1213. Sept. 14) et Tyrenensis archiepiscopus prohibitionem matrimonii inter Erardum de Brena et (Philippinam) filiam Henrici comitis Campaniae fecerint privatim neque processerint ad eandem publice faciendam, litteras suas in testimonium suum super hoc Blanchae comitissae et Theobaldo nato eius concedat. x kal. Mart. a° 17°. ‖ I-i Ep. ed. Baluze II. 838; Opp. ed. Migne III. 973; Bouquet Rec. XIX. 590; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 78. n° 850, *ubi perperam ad* a. 1213. — »Cum olim ex.« |
| » 20 | » | (4955) Caesariensi archiepiscopo, priori Dominici Sepulcri et cantori Acconensi mandat, ut sub poena excommunicationis infra quindecim dies post susceptionem praesentium publice inhibere curent contrahi copulam inter Erardum de Brena filiamque Henrici comitis Campaniae, facientes in ecclesiis inhibitionem praedictam solemniter publicari. x kal. Mart. a° 17°. ‖ I-i Ep. ed. Baluze II. 838: Opp. ed. Migne III. 974; Bouquet l. c. 591; *cf.* Jubainville l. c. n° 851. — »Cum olim ex.« |
| | | **1214 — Febr. 22 — 1215.** |
| — | — | (4956) Episcopo Castellano significat, se abbatibus in Perusina diocesi constitutis, qui causas matrimoniales audire et de homicidiis, oppressionibus et aliis criminibus iniungere poenitentiam attemptarent *etc.*, dedisse in mandatis, ut, nisi ostenderint super his concessionem sedis apostolicae se habere, de cetero a praedictis omnino cessent. A° 17°. ‖ Collect. IV. decret. lib. 2. tit. 10 *de praescript.* c. 2 *in* Augustini Tarrac. Opp. IV. 643, *deficiente fine.* — »Intellecto dudum per.« |
| — | — | (4957) (Lothario) Pisano archiepiscopo mandata dat, qualiter ei super executione arbitrii, quod inter hospitalarios s. Iohannis et plebanum de Piscia super hospitali s. Allucii latum erat, procedendum sit. *Sine signo chronol.* ‖ Coll. IV. decr. lib. 1. tit. 18 *de arbitr.* c. 2 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 629; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 43 *de arbitr.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 214; ap. Richter Corp. II. 226. — »Per tuas nobis.« |
| | | **1215.** |
| Febr. 25 | Laterani | • (4958) Innocent III charge l'abbé des Troisfontaines et les prieurs d'Hoëricourt et de Passalo d'examiner, si, comme Blanche de Navarre le prétend, c'est à tort qu'O(dard) maréchal de Champagne, a été traduit devant la jurisdiction ecclésiastique pour le fief qu'il tient de Blanche. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 87. n° 901. |
| Mart. 11 | » | (4959) T(heoderico) praeposito de Novoburgo parochiam in Stokkerowe a (Manegoldo) Pataviensi episcopo in subsidium hospitalis ecclesiae Novoburgensis ei collatam confirmat. v id. Mart. a° 18°. ‖ Pez Cod. dipl. hist. epist. II. 69; Fischer Klosterneuburg II. 172. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 19 | » | (4960) Magnatibus et baronibus Angliae scribit: »Nos omnes conspirationes et coniurationes praesumptas a tempore subortae discordiae inter regnum et sacerdotium denuntiamus cassatas, et per excommunicationis sententiam inhibemus, ne tales de cetero praesumantur, vos monendo prudenter, ut per manifesta devotionis et humilitatis indicia (Iohannem) regem vobis placare et reconciliare curetis ... Nos eundem regem rogamus, ut vos benigne pertractet et iustas petitionos vestras clementer admittat.« xiv kal. Apr. a° 18°. ‖ Rymer Foedera I. i. 65; I-i Opp. ed. Migne IV. 245. n° 205. — »Grave gerimus et.« |
| » 19 | » | (4961) S(tephanum) Cantuariensem archiepiscopum S. R. S. cardinalem et suffraganeos eius rogat et hortatur, ut ad reformandam inter Iohannem regem Angliae et magnates atque |

1215.

barones necnon complices eorundem concordiam diligens studium impendant, omnes coniurationes et conspirationes praesumptas a tempore subortae discordiae inter regnum et sacerdotium cassent et per excommunicationis sententiam inhibeant, ne talia de cetero praesumantur *etc.* xiv kal. Apr. a° 18°. || Rymer Foedera I. i. 65. — »Mirari cogimur et.«

Mart. 29 | Laterani | (4962) Conventus S. Dionysii patrocinium suscipit, specialiter autem grangiam de Chaneueriis et decimas de Longolio ei et per eum monasterio dicto confirmat. iv kal. Apr a° (17°, *sed legatur*) 18°. || Doublet Hist. de Saint-Denys 543; I-i Opp. ed. Migne IV. 226. n° 184

» 30 | » | (4963) Universis ecclesiarum praelatis per Angliam constitutis nunciat, Iohannem regem Anglorum ex mera et spontanea voluntate controversiam inter regnum et sacerdotium Anglicanum diutius agitatam ea re finivisse »ut de cetero in universis et singulis ecclesiis ac monasteriis, cathedralibus et conventualibus totius regni Angliae in perpetuum liberae fiant electiones quorumcunque praelatorum, maiorum et etiam minorum«, se autem hanc concessionem communire. iii kal. Apr. a° 18°. || Matth. Paris Hist. maior 262. 920; Cocquelines Bullar. III. 170. n° 103; Wilkins Conc. I. 545; Rymer Foed. I. i. 65; I-i Opp. ed. Migne IV. 246. n° 207; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 295; Dumont Corps univ. dipl. I. 153; *sine signo chronol. ad* a. 1214 G. Thorne Chron. de reb. g. abbatum S. Aug. Cantuar. ap. Twysden Rer. Angl. scr. 1866. — »Dignis laudibus attollimus.«.

» 31 | » | • (4964) Ecclesiam s. Iohannis baptistae Rebedorfensem [praef. Eichstaedt] protegendam suscipit. ii kal. Apr. a° 18°. || Lang Regesta II. 67.

Apr. 1 | » | (4965) Magnates, barones et milites per Angliam constitutos monet et hortatur, ut Iohanni regi Anglorum scutagium de baroniis quas tenent ab eo, sine difficultate reddant. Kal. Apr. a° 18°. || Rymer Foedera I. i. 66; I-i Opp. ed. Migne IV. 248. n° 208. — »Significavit nobis charissimus.«

» 2 | » | (4966) P(etro) S. Mariae in Aquiro diacono cardinali apostolicae sedis legato significat, se totam terram, quam (Raimundus) comes tenuerit Tolosanus, cum aliis terris a crucesignatis obtentis S(imoni) comiti Montisfortis vero et strenuo militi Iesu Christi et catholicae fidei defensori duxisse committendas, ut eas conservet, custodiat et defendat. iv non. Apr. a° 18°. || Teulet Layettes I. 413. n° 1113. — »Gaudemus in Domino.«

» 2 | » | (4967) S(imoni) comiti Montisfortis significat, se totam terram, quam (Raimundus) comes tenuerit Tolosanus cum aliis terris a crucesignatis obtentis, quae a Petro S. Mariae in Aquiro diac. card. apostolicae sedis legato teneantur per obsides vel custodes, usque ad tempus concilii generalis prudentiae eius duxisse committendas, ut eas conservet et custodiat. Commonet eum, ne refugiat hanc pro Christo legationem recipere *etc.* Addit, se baronibus, consulibus et aliis Christi fidelibus in eius terris constitutis mandavisse, ut plenarie intendentes mandatis eiusdem comitis super negotio pacis et fidei ea inviolabiliter observent, et contra impugnatores catholicae fidei et pacis disturbatores magnifice ac potenter consilium et auxilium impendant, ita ut eorum cooperante subsidio negotium pacis et fidei salubriter exequatur. iv non. Apr. a° 18° (17° *Hard.*). || Duchesne Hist. Franc. scr. V. 656; Raynaldi Ann. ad a. 1215 § 21; Manrique Annal. Cisterc. IV. 53; Tissier Biblioth. Cisterc. VII. 64; Petri Vall. Sarn. mon. Hist. Albigens. § 82 ap. Bouquet Rec. XIX. 102; Mansi Conc. XXII. 937; Hardouin Conc. VI. ii. 2042; Federici Istor. de' caval. Gaudenti II. cod. dipl. 2; Catel Hist. des comtes de Tolose 303; G. de la Perrière Gestes des Toulousains I. 361; Teulet Layettes I. 414. n° 1114. — »Nobilitatem tuam dignis.«

» 2 | » | (4968) (Arnaldo) Narbonensi, (Garciae) Auxitanensi, (Michaeli) Arelatensi, (Bermundo) Aquensi et (Bernardo) Ebredunensi archiepiscopis eorumque suffraganeis et (Guillelmo) Mimatensi, (Petro) Ruthenensi, (Willelmo) Albiensi, (Willelmo) Caturcensi, (Arnaldo) Agennensi et (Radulfo) Petragoricensi episcopis scribit de eodem argumento eosque rogat et monet, ut dicto comiti ad exequenda praemissa viriliter assistant consilium ei et auxilium necessarium impendendo. iv non. Apr. a° 18°. || Teulet l. c. 416. n° 1116; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 67. n° 114. — »Cum oculos nostre.«

» 2 | » | (4969) Barones, consules, rectores et alios Christi fideles constitutos in terra quam (Raimundus) comes tenuit Tolosanus, aliisque terris a crucesignatis obtentis et quae a P(etro) S. Mariae diacono cardinali apostolicae sedis legato tenentur per obsides et custodes, certiores facit, se dictam terram et alias ab haereticis bello quaesitas S(imoni) comiti Montisfortis custodiendas commisisse. iv non. Apr. a° 18°. || Teulet l. c. 415. n° 1115; *cf. argum.* ap. Theiner l. c. 67. n° 115. — »Cum oculos nostre.«

» 9 | » | (4970) Abbati et conventui de Scheirn Frisingens. dioc. ecclesias de Ettelshausen et de Holtzkirchen confirmat. v id. Apr. a° 18°. || Mon. Boica X. 464. — »Iustis petentium desideriis.«

» 10 | » | (4971) (Guilelmo) episcopo Magalonensi comitatum Melgorii sive Montisferrandi, qui ad ius et proprietatem pertinet ecclesiae Romanae, cum omnibus pertinentiis eius in feudum concedit. iv id. Apr. a° 18° (19° *Rayn.*). || I-i Ep. ed. Bosquet, notae 192; Raynaldi ad a. 1216 § 8, *omisso initio.* — »Apostolicae sedis benignitas«.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1215.** |
| Apr. 14 | Laterani | (4972) Guilelmo episcopo Magalonensi comitatum Melgorii sive Montisferrandi, qui ad ius sive proprietatem Romanae ecclesiae pertinet, cum omnibus pertinentiis in feudum concedit sub annuo censu viginti marcarum argenti sedi apostolicae in festo resurrectionis Domini persolvendo. xviii kal. Mai. a° 18°. ‖ Gallia christ. III. 581 (ed. nov. VI. instr. 367); Cocquelines Bullar. III. 171. n° 104; Gariel Series praesul. Magal. 307 (*et* edit. 1652. 216); Bouquet Rec. XIX. 607. not. *et* 743. not.; I-i Opp. ed. Migne IV. 248. n° 209; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 297; *gallice* ap. Gariel Idée de Montpelier I. 187. — »Devotionem quam tu.« |
| » 14 | — | Iohanni regi Anglorum: »Romae ap. S. Petrum xviii kal. Mai. a° 18°.« ‖ Wilkins Concil. I. 546, *vid.* 1214. Apr. 15. n° 4911. |
| (») | (Laterani) | • (4973) (Arnaldo) archiepiscopo Narbonensi mandat, »ut si aliqua de bonis comitatus Melgorii alienata invenerit, ad ius et proprietatem ecclesiae Magalonensis revocare procuret.« A° 18° 19°. Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 64. n° 48; Bréquigny Dipl. II. ii. 1103; I-i Opp. ed. Migne III. 993; Bouquet Rec. XIX. 607. |
| (») | (») | • (4974) Universis baronibus et militibus in comitatu Melgorii constitutis mandat, ut (Guilelmo) episcopo Magalonensi praestent sicut vero domino fidelitatis iuramenta. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 49; Bréquigny l. c. 1103; I-i Opp. ed. Migne III. 993; Bouquet l. c. 607. |
| » 17 | » | (4975) Archiepiscopis et episcopis in regno Franciae constitutis: »xv kal. Mai. a° 18°«, *sic perperam ex male lecto numero pro* »13°« *repetierunt* Cocquelines Bullar. III. 171 *et* Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 298 *erranter allegantes testem* Martenii Thes. anecd. I. 817; *vid.* 1210. Apr. 17. n° 3976. |
| » 28 | » | (4976) Abbati et conventui monasterii in Prule [Prül] Ratispon. dioc. ecclesias in Wibenloh et Talmazing, quas (Conradus) Ratisbonensis episcopus cum consensu capituli monasterio dicto donavit, confirmat. iv kal. Mai. a° 18°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 309. n° 327; I-i Opp. ed. Migne IV. 249. n° 210. — »Solet annuere sedes.« |
| » 28 | » | (4977) (Sifrido) archiepiscopo Maguntino apostolicae sedis legato et suffraganeis eius et abbatibus prioribus decanis archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinam provinciam constitutis mandat, ut viros religiosos, specialiter autem abbatem et monachos de Herswethehusen Cisterc. ord. Paderburnens. dioc. ab iniuriis malefactorum defendant. iv kal. Mai. a° 18°. ‖ Ficker Engelbert der Heilige 314. — »Non absque dolore.« |
| Mai. 6 | » | (4978) Episcopo Geuriensi, abbati de Tihon et archidiacono de Raba Geuriens. dioc. mandat, ut causam inter monasterium s. Martini de Pannonia et (Iohannem) Strigoniensem archiepiscopum super quibusdam decimationibus et rebus aliis ecclesiae s. Mariae de Sala pertinentis ad dictum coenobium vertentem, partibus convocatis, fine debito terminent, cum idem archiepiscopus, asserens Vesprimiensem episcopum, cui dudum causa commissa fuisset, esse vinculo excommunicationis astrictum, coram eo noluisset respondere. ii non. Mai. a° 18°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 137. — »Dilectus filius abbas.« |
| » 12 | » | (4979) Abbatissam monasterii Villaris ab impetitione (Roberti) archiepiscopi Rothomagensis absolvit, nihilominus sententians, ut ea in ecclesiis monasterio dicto subditis visitationem, reconciliationem per decanum suum et compulsionem clericorum ad ordines habeat, sicut hactenus habuit, illa consuetudine reprobata, secundum quam decanus archiepiscopi duos solidos pro crysmate recipere consuevit. iv id. Mai. a° 18°. ‖ Dumonstier Neustria pia 341. — »Auditis et intellectis.« |
| » 18 | » | • (4980) Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi scribit: »Pervenit ad audientiam nostram, te (Leopoldo) duci Austriae promisisse, quod feuda et ecclesias in ipsius ducatibus de cetero vacaturas, nisi secundum voluntatem et petitionem eius, alicui non conferres.« Cum promissio huiusmodi sit sacris canonibus inimica, ei districtius inhibet, ne aut illam observet aut similem praesumat de cetero attemptare. xv kal. Iun. a° 18°. ‖ Meiller Reg. der Markgr. u. Herz. Oesterreichs a. d. Hause d. Babenberger (Wien 1850) 115. n° 124; *idem* Reg. der Salzb. Erzbisch. 209. n° 168. |
| » 28 | » | (4981) Capituli S. Petri Traiectensis protectionem suscipit eiusque possessiones confirmat. v kal. Iun. a° 18°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. i. 145. n° 252. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| Iun. 5 | » | (4982) Potestatem et populum Ianuenses rogat et monet, faciant ut marchio de Malaspina et fautores eius ab inferendo vexationes Romam ad (Lateranense) proximum generale concilium accedentibus desistant. Non. Iun. a° 18°. ‖ Liber iurium reip. Genvensis (Hist. patr. monum.) I. 576. n° 515. — »Non est dubium.« |
| » 5 | » | • (4983) Geroldo Cluniacensi abbati declarat, quae iura correctionis in abbatia s. Germani Altissiodorensis Cluniacensi abbati, quae episcopo Altissiodorensi pertinent. Non. Iun. a° 18°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 103. *Haec* Bréquigny Table chronol. V. 28; *sed* 38 *eandem bullam* a° 1216. Ianr. 5. *tribuit; quid rectum sit nescio.* |

**1215.**

Iun. 16 — Ferentini — (4984) Abbati et conventui Ecmundensis monasterii concedit, ut eis in generali terrae interdicto non pulsatis campanis *etc.* submissa voce divina officia celebrare liceat. xvi kal. Iul. a° 18°. ‖ Kluit Hist. crit. comitat. Holland. II. i. 373. n° 89; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. i. 146. n° 253. — »Devotioni vestre quam.«

Iul. 2 — » — (4985) S(imoni) comiti Montisfortis mandat, ut Arnaldo Narbonensi archiepiscopo de damnis et iniuriis eidem ab ipso irrogatis satisfactionem exhibeat competentem, ita ut, cum idem archiepiscopus ad concilium generale venerit, de ipso comite iustam non habeat materiam conquerendi. vi non. Iul. a° 18°. ‖ Besse Hist. des ducs de Narbonne 454; Bouquet Rec. XIX. 596; Gallia christ. VI. instr. 57 (*sed falso ad* a. 1213). — »Quot et quanta.«

» 28 — » — (4986) Abbati et conventui S. Martini de Pannonia privilegium s. regis Stephani, quod in controversia inter ipsos et (Robertum) Vesprimiensem episcopum super decimis comitatus Simigiensis ad defensionem iuris sui produxerant, dictus autem episcopus inprobare nitebatur, roborat, »ne ipsi privilegio ulterius possit opponi vitium falsitatis.« v kal. Aug. a° 18°. ‖ Novák Vindic. 19; Katona Hist. crit. V. 222; Fejér Cod. dipl. III. i. 172; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 375. — »Cum inter vos.«

» 30 — » — * (4987) Innocent III prévient Blanche de Navarre qu'il écrit au roi, aux archevêques et aux évêques de France pour leur recommander de veiller aux intérêts de ladite Blanche. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 91. n° 921.

» 31 — » — (4988) Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis mandat, ut Erardum de Brena, qui in partibus Hierosolymitanis clandestine sibi (Philippam) filiam Henrici quondam Trecensis comitis copulavit, concito cursu Ianuam navigavit ad suscitandum, opportunitate adepta quantocius transalpinans, contra Theobaldum Trecensem comitem schisma non solum in grave scandalum regni Franciae verum etiam in grande dispendium Terrae sanctae, si forte occasione praescripta praesumeret malignari, per censuram ecclesiasticam compescant. ii kal. Aug. a° 18°. ‖ I-i Ep. ed. Baluze II. 840; Opp. ed. Migne III. 978; Bouquet Rec. XIX. 597; *cf.* Jubainville l. c. n° 922. — »Olim cum ageretur.«

(Iul. fin.) — (») — (4989) Parmensi episcopo et eius coniudicibus significat, se electionem archipresbyteri Cremonensis in episcopum Cremonensem loco S(icardi) episcopi II[da] feria post pentecosten viam universae carnis ingressi cassavisse, tum quia, corpore dicti episcopi nondum tradito sepulturae, Cremonense capitulum habuit de ipsa electione tractatum contra canonicas sanctiones, tum quia inventus est H(omobonus) canonicus, qui Regii disciplinis scholasticis insistebat, fuisse contemptus, licet unus solus extiterit, cum plus in talibus consueverit contemptus unius obesse, quam multorum contradictio in praesenti. *Sine signo chronol.* ‖ Coll. IV. decr. lib. 1. tit. 3 *de elect.* c. 2 *in* Augustini Tarr. Opp. IV. 615; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 36 ap. Boehmer Corp. II. 68; ap. Richter Corp. II. 79. — — »Bonae memoriae S(icardo).«

Aug. 24 — Anagniae — (4990) Compositionem inter Iohannem regem Anglorum et barones dicti regni de libertatibus Anglicanis factam reprobat penitus et damnat, chartamque et obligationes de ipsa confectas cassat, sub intimatione anathematis prohibens, ne dictus rex eam observare praesumat aut barones ipsam exigant observari. ix kal. Sept. a° 18°. ‖ Matthaeus Paris Hist. maior 266; Rogeri de Wendover Flores III. 323; Cocquelines Bullar. III. 172. n° 106; Rymer Foedera I. i. 67; Dumont Corps univ. dipl. I. 155; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 298. — »Etsi charissimus in.«

» 24 resp. 25 — » — (4991) Baronibus Angliae opprobrat persecutionem tam temere commotam adversus suum regem. Pergit, eundem ad papam appellasse et se ipsum ac regnum cum omni honore et iure suo apostolicae protectioni supposuisse »publice protestando quod, cum eiusdem regni dominium ad Romanam ecclesiam pertineret, ipse non poterat nec debebat quicquam de illo in nostrum praeiudicium immutare.« Consulit, ut eidem regi ac suis de damnis et iniuriis irrogatis satisfaciant, ut idem placatus per se ipsum benigne concedat quicquid de iure fuerit concedendum. Tum eis mandat, ut »dum apud nos archiepiscopus et episcopi Angliae praesentes extiterint in concilio generali, quod ad expediendum crucis negotium principalius intendemus celebrare,« procuratores idoneos ad sedem apostolicam destinent secure se beneplacito eius committentes. viii (ix *Matth. P., Rog. de W.*) kal. Sept. a° 18° (8° *M. P.*). ‖ Rymer l. c. 68; Matth. Paris l. c. 267; Rogerus de Wendover l. c. 327; *fragm.* Raynaldi Ann. a. 1215 § 31. — »Utinam in persecutione.«

(Aug. fin.) — (») — (4992) P. Wintoniensi episcopo, abbati de Redinge et magistro Pandulpho ecclesiae Romanae subdiacono significat, se omnes perturbatores regis ac regni Angliae cum eorum complicibus excommunicationis vinculo innodare et terras eorum ecclesiastico subiicere interdicto, ac Stephano Cantuariensi archiepiscopo et coepiscopis eius iniungere, ut hanc sententiam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis solemniter per totam Angliam publicent *etc.* Ne mandatum hoc alicuius tergiversatione valeat impediri, excommunicationis causam praedictorum cum ceteris quae ad hoc negotium pertinent, eis committit. *Absque signo chronol.* ‖ Rogerus de Wendover l. c. 336; Matth. Paris Hist. maior 270; Cocquelines Bullar. III. 169. n° 102; Rymer l. c. 69; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 294. — »Miramur plurimum et.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1215.** |
| Aug. | | »Idem papa mense Augusto inquisitionem de persona abbatis Casinensis Adenulfi fieri mandat per Nicolaum capellanum suum, qui in Tusculanum (episc.) est assumptus, et per magistrum Rainerium tunc notarium, qui in cardinalem postea est promotus.« ‖ Richardi de S. Germano Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 988 (ap. Ughelli Ital. sacr. III. 974). |
| Sept. 9 | Anagniae | (4993) Litem inter V(riam) abbatem S. Martini de Pannonia et (Robertum) Vesprimiensem episcopum decimarum causa dirimit et abbati ecclesias de Keurushig (Keurislug) et de Toppey (Tappey *al.*) quoad temporalia adiudicat. v id. Sept. a° 18°. ‖ Novák Vindic. 18; Katona Hist. crit. V. 220; Fejér Cod. dipl. III. i. 171 *et* III. ii. 272. — »Constitutis in praesentia.« |
| » 9 | » | • (4994) Non admittit postulationem Volcheri patriarchae Aquileiensis qua petebat, ut parcens senectuti ac debilitati suae nec non et paupertati ecclesiae Aquileiensis, quae magno debitorum onere pergravabatur, a labore veniendi ad concilium eum misericorditer absolveret; et respondens quod suo honori et publicae utilitati derogaretur, si talis et tanta persona concilio subtraheretur, mandat ut inutilem pompam potius evitans et multitudinem militum, clericorum ac servientium ad dictum concilium venire procuret. ‖ Bianchi Docum. 20. n° 44. |
| ✓. 13 | (») | (4995) Capitulo Eboracensi mandat, ut, cum magistro Simoni de Langetona interdixerit ne ad obtinendum archiepiscopatum Eboracensem intendat, aliquos suorum cum omni potestate ad instans concilium destinent, qui saltem usque kalendas Novembris apostolico se conspectui repraesentent, personam idoneam cum sedis apostolicae consilio electuri vel postulaturi in pastorem. Id. Sept. a° 18°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 271; Rogeri de Wendover Flores hi[redacted]; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 78. — »Cum magister Simon.« II 153 |
| » 20 | » | (4996) Ad monasterii Casinensis reformationem plura capitula statuit. xii kal. Oct. a° 18°. ‖ Tosti Monte-Cassino II. 289; I-i Opp. ed. Migne IV. 249. n° 221; *cf. argum.* ap. Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 70. n° 212. — »Ad reformationem monasterii.« |
| Oct. 8 | Laterani | (4997) Priorem, fratres et moniales domus s. Mariae de Pruliano cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, decimas autem, quas apud Fanum Iovis episcopus Tolosanus, possessiones quas apud Gardelam abbas et conventus Sauricini *etc. etc.* eorum domui contulerunt, confirmat. viii id. Oct. a° 18°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 1. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 15 | » | (4998) Philippo abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Mariae in Otterburch (Cisterc. ord. Magunt. dioc.) sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. Id. Oct. indict. III. incarn. dom. a° 1215. pont. a° 18°. ‖ Würdtwein Monast. Palat. I. 265. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 23 | » | (4999) Consulibus Mutinensibus mandat, ut colonos plebis Nonantulanae super decimis de cetero nullatenus molestent. x kal. Nov. a° 18°. ‖ Tiraboschi Storia di Nonantula II. 354; I-i Opp. ed. Migne IV. 253. n° 212. — »Cum iudicium decimarum.« |
| » 25 | » | (5000) Episcopo Mutinensi mandat, ut a molestatione colonorum, quos archipresbyter et canonici plebis Nonantulanae in possessionibus suis de Senaida habent, super decimis de cetero desistat, »ne contra te secus procedere compellamur.« viii kal. Nov. a° 18°. ‖ Tiraboschi l. c. 353; I-i Opp. ed. Migne IV. 253. n° 213. — »Dilecti filii archipresbyter.« |
| » 25 | » | • (5001) Priori et conventui Cluniacensibus mandat, ut abbati suo noviter electo obedientiam exhibeant, non obstante iuramento per ipsos praestito de non eidem obediendo, nisi post electionem iureiurando promittat, se servaturum constitutiones Petri Venerabilis antea Cluniacensis abbatis. viii kal. Nov. a° 18°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 104. |
| » 27 | » | (5002) Abbati et conventui de Lucelborc ecclesias de Santwilre ac de Katenem in Trevirensi ac Metensi diocesibus constitutas de consensu Iohannis archiepiscopi Trevirensis et (Conradi) Metensis episcopi auctoritate apostolica confirmat. vi kal. Nov. a° 18°. ‖ Bertholet Hist. de Luxembourg IV. preuv. 48; *cf.* Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XIV. (1858.) 77. n° 46. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 30 | » | (5003) Abbati et conventui S. Dionysii Parisiensis diocesis concedit, ut possessiones, decimas et feoda ad monasterium spectantia de manibus detinentium, ne culpa illorum eis depereant, recipiant sub nomine pignoris. iii kal. Nov. a° 18°. ‖ Doublet Hist. de Saint-Denys 544; I-i Opp. ed. Migne IV. 254. n° 214. — »Praesentata nobis vestra.« |
| Nov. 2 | » | (5004) (Radulfo) abbati, priori et praeposito S. Eligii Noviomensis mandat, faciant ut compositio inter priorem conventumque de Noviaco ex una parte et comitem Regitestensem ex altera super quibusdam procurationibus et rebus aliis inita firmiter observetur. iv non. Nov. a° 18°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 1156; I-i Opp. ed. Migne IV. 254. — »Significavit nobis ....« |
| » 4 | » | (5005) Universis Cantuariensis ecclesiae suffraganeis nunciat, se suspensionis sententiam, quam P(etrus) Wintoniensis episcopus et P(andulfus) subdiaconus et familiaris suus Norwicensis electus in Stephanum Cantuariensem archiepiscopum auctoritate apostolica protulerint, ratam habere, eisque praecipit ut eandem inviolabiliter observent, donec |

**1215.**

idem archiepiscopus mereatur ab ipsa relaxari. II non. Nov. (a° 18°). || Matth. Paris Hist. maior 273; Rogeri de Wendover Flores III. 345; Mansi Conc. XXII. 1070; Manrique Ann. Cisterc. IV. 63; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 79. — »Ad communem volumus.«

Nov. 4 | Laterani | (5006) Clericis et laicis per Cantuariensem provinciam constitutis praecipit, ut suspensionis sententiam, quam Petrus Wintoniensis episcopus et Pandulphus subdiaconus et familiaris suus Norwicensis electus in Stephanum Cantuariensem archiepiscopum auctoritate apostolica protulerunt, inviolabiliter observent. II non. Nov. a° 18°. || Rymer Foed. I. I. 139. — »Ad communem volumus.«

»Sequenti anno fuit **Lateranense consilium.** Evolutis in medium 37 annis celebrata est sancta universalis sinodus

» 11 | in ecclesia s. Salvatoris | que Constantiniana vocatur, mense Novembri presidente domno Innocentio III pp. pontificatus eius anno 18^vo^... **Prima dies sinodi** fuit in festo s. Martini, secunda XII kal. Dec., tercia die (dies *Pertz*) in festo s. Andree (; *Pertz*) completa est sancta et universalis sinodus.« || Reineri Leodiens. Annal. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVI. 674; ap. Mansi Conc. XXII. 1081; *cf.* Ann. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 284. — »Tempore domni Innocentii pp. III, anno eius 18^vo^, mense Novembri, III id. Nov. (*i. e.* 11. Nov.) domnus pp. Innocentius primo ascendit in thalamum, et ibi celebrata oratione et benedictione super conventum, sic exorsus est dicens: »*Desiderio desideravi hoc pasca manducare vobiscum antequam moriar* etc..... Initiatum et completum est hoc concilium in ecclesia Salvatoris Romae quae Constantiniana vocatur.... Interfuerunt huic concilio 412 episcopi, primates autem et metropolitani 71....« || Annal. Ceccanens. ap. Pertz l. c. XIX. 300 (*sub tit.* Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 893); ap. Raynald. Annal. ad a. 1215 § 2, 4—7. — »1215 mense Novb. magnum conscilium domni Innocentii summi pontificis in Romana fuit civitate celebratum, quod fuit inceptum in octava s. Martini.« || Annal. Placent. Guelf. ap. Pertz l. c. XVIII. 431. — »Synodus habita est sollempniter kalendis Novbr. (*i. e.* 1. Novb.) ab Innocentio pp.« || Chounradus Schirens. ap. Pertz l. c. XVII. 632. — »Mense Novbr. celebrata est sinodus Romae in ecclesia Salvatoris, quae Constantiniana vocatur, a pp. Innocentio pontificatus eius anno 18^vo^«. || Annal. Stadens. ap. Pertz l. c. XVI. 356. — »Mense Novembri sub Innocentio III celebratum est concilium generale Lateranense in basilica que Constancia dicitur, principaliter propter subsidium Terre sancte.« || Annal. Pegaviens. ap. Pertz l. c. XVI. 268. — »A° D^i^ 1215 celebrata est sancta universalis sinodus Rome in ecclesia Salvatoris, que Constantiniana vocatur, mense Novembri indictione III presente domno Innocentio pp., a° pontificatus eius 18^vo^«. || Sigeberti Contin. Bergens. ap. Pertz l. c. VI. 439. — »Eodem tempore in mense Novembri factum est Rome concilium generale sub papa Innocentio III viro magnifico et prudenti.« || Annal. S. Iustinae Patav. ap. Pertz l. c. XIX. 151. — »A° 1215 Innocentius pp. III celebravit concilium in ecclesia Lateranensi quantum nunquam fuit antea celebratum; in quo convenerunt excellentiores et litteratiores personae ecclesiasticae totius christianitatis, ut Orbis in Urbe contineri videretur.« || Chronic. Savigniac. ap. Baluze Miscell. II. 318. — »Synodus universalis Romae in ecclesia Salvatoris quae Constantiniana vocatur, mense Novembri celebrata est praesidente Innocentio pp. III pontificatus eius anno 18°«. || Chronica Montis Sereni ed. Mader 109, ed. Mencken Scr. rer. Germ. II. 244, ed. Eckstein 102.

( » 11) | | Sermo I Innocentii pp. III in concilio generali Lateranensi habitus de verbis s. Scripturae: »Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar, *i. e.* antequam moriar.« *Luc. XXII.* || Mansi Conc. XXII. 968; I-i Opp. ed. Migne IV.

» 20 | Laterani | (in ecclesia s. Salvatoris). **Concilii dies secundus.** || Reineri Annal. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVI. 674.

» 30 | » | (in ecclesia s. Salvatoris). **Concilii dies tertius et ultimus.** || Reineri Ann. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XVI. 674. — Sermo II Innocentii pp. III in concilio generali Lateranensi habitus de verbis s. Scripturae: »Si dormiatis inter medios cleros, pennae columbae deargentatae, et posteriora dorsi eius in specie auri.« *Psalm. LXVII.* || Mansi Conc. XXII. 973; I-i Opp. ed. Migne IV.

| » 19 | » | (5081) Abbatem et conventum S. Trudonis (ord. s. Ben. Leodiens. dioc.) sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem s. Mariae, s. Caterinae, s. Sepulcri, s. Iacobi *etc.* ecclesias cum pertinentiis, hospitale quoque situm in atrio monasterii ac alia bona eis confirmat. XI kal. Mart. a° 18°. ‖ Piot Cartul. de St-Trond I. 171. n° 133. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 29 | » | (5082) Abbati et conventui S. Dionysii Parisiensis concedit, ut, cum laici in decimis ius speciale non habeant, a laicis decimas redimant et redemptas pacifice possideant. II kal. Mart. a° 19°. ‖ Doublet Hist. de Saint-Denys 545; I-i Opp. ed. Migne IV. 260. n° 221. — »Vestra nobis devotio.« |
| » 29 | » | (5083) Stephano abbati et conventui Casinensibus declarat, instrumenta nonnisi abbatum, duorum vel trium aut paucorum monachorum subscriptione signata super his, quae in |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1216.** praeiudicium monasterii illicite sint alienata vel distracta, non obtinere firmitatem. II kal. Mart. a° 19°. ‖ Tosti Monte-Cassino II. 288; I-i Opp. ed. Migne IV. 260. n° 220. — »Officii nostri debitum.« |
| Mart. 1 | Laterani | (5084) Abbati et conventui S. Dionysii Parisiensis indulget, ne procurationes ratione visitationis episcopis et aliis ecclesiarum praelatis teneantur solvere, nisi cum curtes quas ad ipsorum iurisdictionem de iure spectare constiterit, more debito causa visitationis accesserint opportunae. Kal. Mart. a° 19°. ‖ Doublet Hist. de Saint-Denys 546; I-i Opp. ed. Migne IV. 261. n° 222. — »Vestra nobis insinuatio.« |
| » 3 | » | (5085) Eisdem donationes, quas eis quondam Renaldus de Pomponia miles et Ferricus de Ver fecerunt, confirmat. V non. Mart. a° 19°. ‖ Doublet l. c. 546; I-i Opp. ed. Migne IV. 261. n° 223. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 7 | » | (5086) Monasterium s. Mariae V. Lubense tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum perpetuis ibidem temporibus observetur, omnesque eius possessiones ac bona, in quibus nominatim exprimit »locum ipsum in quo praefatum monasterium situm est, piscationes et ius capiendi castores quod habetis in flumine Odre a Cozi usque ad transitum qui dicitur Lubens, et aliis circumfluentibus aquis, lacum iuxta Malchic cum pertinentiis suis, de Zlup, de Viazd« *etc.*, iura ac privilegia quorum plurima recenset, abbati et fratribus ibi commorantibus confirmat. Non. Mart. indict. IV. incarn. dom. a° 1215. pont. a° 19°. ‖ (Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 53 *qui erranter ad* a. 1215 *refert; cf.* Grünhagen Regest. I. 95. n° 172. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 9 | » | (5087) Archiepiscopo .... scribit, se excommunicationem contra episcopum ... ab A ... praeposito S. Willehadi et T. de Walle canonico Bremensibus obtentam revocare, eique mandat ut dictam sententiam in eundem A .... et suos complices proferat. VII id. (Mai., *sed legas*) Mart. a° 19°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 350. n° 398; I-i Opp. ed. Migne IV. 264. n° 228. — *Initium desideratur.* |
| » 10 | (») | * (5088) (Conrado) Ratisponensi episcopo et de S. Emerammo Ratisbon. et de Bruuening Ratisbonens. dioc. abbatibus committit, ut Henricum electum in monasterii s. Stephani Herbipolensis possessionem immittant. VI id. Mart. a° 19°. ‖ Deutinger Beyträge II. 158. n° 67. |
| » 11 | — | (5089) Praeposito et canonicis Wibergensis ecclesiae: »Tuderti V id. Mart.« ‖ Suhm Hist. af Danm. IX. 746; Münter Mag. I. 383, *vid.* 1216. Mai. 11. n° 5107. |
| » 14 | Laterani | (5090) Frisones non cruce signatos per Bremensem provinciam constitutos rogat et hortatur, ut filium perditionis scismaticum Waldemarum excommunicatum, depositum et degradatum de suis finibus deiiciant et fautores ipsius compescant. II id. Mart. a° 19°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 350. n° 397; I-i Opp. ed. Migne IV. 262. n° 224. — »Iustitiae zelus exigit.« |
| » 21 | » | (5091) Abbati et conventui de Dunfermelyn libertates, immunitates, iura et approbatas consuetudines a regibus Scociae ac aliis eorum monasterio concessa confirmat. XII kal. Apr. a° 19°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 164. n° 252. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 23 | » | (5092) Universis Christi fidelibus per Eboracensem provinciam et regnum Scociae constitutis inhibet, ne, si episcopum, abbatem aut quemlibet clericum super aliquibus offensis, pro quibus duellum inter laicos fieri consueverit, ab aliquo conveniri contingat, cogatur is qui conveniatur personaliter subire duellum. X kal. Apr. a° 19°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 94. n° 110. — »Ad nostram noveritis.« |
| » 28 | » | (5093) Monasterium s. Trinitatis in Dunfermelyn sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Suathardolf, de Abircrumbin et de Molin eis confirmat. V kal. Apr. a° 19°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 165. n° 253. — »Cum a nobis« |
| » 28 | » | (5094) Abbati et capitulo de Dunfermelyn ad exemplar Urbani pp. prohibet, ne liceat eis, obtentu alicuius ecclesiasticae saecularisve personae ecclesiarum suarum beneficia concedere, et prohibet insuper, ne quis episcopus vel archidiaconus eos ad dandum vel faciendum quod praesenti pagina prohibetur, aliqua districtione compellant. V kal. Apr. a° 19°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 165. n° 254. — »Religiosis locis adesse.« |
| » 30 | » | (5095) De Melros et de Kelchan abbatibus S. Andreae et Glasguens. diocc. mandat ne permittant ut abbas et conventus S. Trinitatis de Dunfermelyn contra sedis apostolicae privilegia et indulgentias molestentur. III kal. Apr. a° 19°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 166. n° 255. — »Dilecti filii abbas.« |
| Apr. 2 | » | (5096) Capitulo Misnensi concedit, ut proventus decimarum ad eius ecclesiam spectantes, quas episcopi Misnenses in feudum laicis concesserint, de ipsorum manibus ad usus proprios sibi redimant. IV non. Apr. a° 19°. ‖ Köhler Cod. dipl. Lusat. super. II. I. 54, *falso ad* a. 1217; Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 81. n° 86. — »Cum a nobis.« |
| » 4 | (») | * (5097) Le pape confirme les chapelles au nombre de 12 qui existaient alors à Amiens. II non. Apr. ‖ Darsy Bénéfices I. 36. not. 2, 45. not. 1. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1216.** |
| Apr. 5 | Laterani | (5098) (Valerio) archiepiscopo Upsalensi et suffraganeis eius in memoriam redigit, coniugia intra gradus canonibus vetitos esse prohibita; mandat eis, ut quae contrahenda sint, e suggestu intiment, sacerdotes autem, qui illegitimam copulam fecerint, per triennium ab officio removeant. Non. Apr. a° 19°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 182. n° 156; *cf.* Celse Appar. 54. n° 21. — »Ad onus officii.« |
| » 7 | » | (5099) Episcopo Burgensi et decano Compostellae mandat, ut inter Portugalliae regem et T. et S. sorores super castris Montis Maioris et Alenker litigantes pacis vel treugarum foedera statuant, quae curamentis et aliis idoneis cautionibus faciant utrinque firmari. vii id. Apr. a° 19°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 79. — »Cum olim charissimus.« |
| » 10 | » | (Guilelmo) episcopo Magalonensi: »iv id. Apr. a° 19°.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1216 § 8, *vid.* 1215. Apr. 10. n° 4971. |
| » 13 | » | (5100) Clusinum b. Michaelis monasterium, quod ab Hugone nomine Dissato, Alvernensis regionis indigena, in Taurinensi parochia fundatum et in monte Pycheriano constructum est, sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. Id. Apr. indict. IV. incarn. dom. a° 1216. pont. a° 19°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 1028. — »Ea quae ad.« |
| » 18 | Viterbii | (5101) Decano S. Frambaldi et cantoribus S. Frambaldi et S. Reguli Silvanectensibus mandat, ut sententiam a (Gaufrido?) episcopo Silvanectensi in favorem abbatis et conventus S. Dionysii contra N. militem de Flamengeria Laudunens. dioc. super quibusdam redditibus et aliis rebus latam observari faciant. xiv kal. Mai. a° 19°. ‖ Bréquigny Dipl. II. ii. 1102; I-i Opp. ed. Migne IV. 262. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 20 | » | (5102) (Petro) episcopo Iaurinensi, archidiacono Nitriensi et scholastico Albensi Wesprimiens. dioc. mandat, ut, nisi Hospitalarii in Hungaria de quadragenaria possessione decimarum in comitatu Simigiensi, quae ad monasterium s. Martini de Pannonia pertinere noscuntur, sicut appareat ex privilegiis et confirmationibus Romanorum pontificum, testes infra quatuor menses legitime reprobaverint et praescriptionem bona fide probaverint, eosdem ad restitutionem decimarum perceptarum condemnent. xii kal. Mai. a° 19°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 228; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 377; Theiner Monum. Hungar. I. 8 *in* n° 15. — »Dilectis filiis abbati.« *Cf. sub* Honorio III. 1217. Aug. 27: »Archid. Nitriensi« *etc.* |
| » 29 | Tuderti | (5103) Abbatissam et moniales S. Mariae de Accuis [Accoules] sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem iura quae habent in castris de Alaucho et Rocavaira *etc.* eis confirmat. iii kal. Mai. a° 19°. ‖ *Nonnisi fragm.* ap. Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 62; I-i Opp. ed. Migne IV. 263. n° 226. |
| Mai. 5 | ap. Urbem veterem | (5104) Decano S. Stephani, priori S. Pauli et cantori S. Iohannis Bisuntinis mandat, ut abbatissam et conventum Romariensem pro viribus defendant, quoties ab ipsis fuerint requisiti, et rogent eos qui illis in personis vel rebus praesumpserint molestias vel iniurias irrogare, ut ab earum indebita molestatione desistant et de illatis iniuriis satisfactionem eis exhibeant. iii non. Mai. a° 19°. ‖ Guinot Étude sur l'abbaye de Remiremont 402. — »Succensa velut ignis.« |
| » 7 | » | (5105) Monasterium monialium de Risebyarg (Risberg *Celse*) cum omnibus bonis protegendum suscipit. Non. Mai. a° 19°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 183. n° 157; I-i Opp. ed. Migne IV. 263. n° 227; *cf.* Celse Appar. 54. n° 22. — »Cum a nobis.« |
| ( » 5-7) | » | (5106) Monasterii s. Tiberii (Agathensis dioc.) tutelam suscipit omnesque eius possessiones ac bona quorum plurima nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. A° 19°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 332; I-i Opp. ed. Migne IV. 266. n° 232. — »Cum omnibus ecclesiis.« |
| ( » ) | ad Urbem vet. | »Eodem a° Innocentius pp. III venit et consecravit ecclesiam s. Iohannis de platea.« Annal. Urbevet. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 269. |
| » 9 | — | Archiepiscopo .... »Laterani vii id. Mai. a° 19°«. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 350. n° 398, *vid.* 1216. Mart. 9. n° 5087. |
| » 11 | Tuderti | (5107) Praeposito et canonicis Wibergensis ecclesiae omnes libertates et immunitates nec non approbatas et rationabiles consuetudines eisdem a regibus Daciae concessas confirmat. v id. (Mart., *sed legas*) Mai. a° 19°. ‖ Suhm Histor. af Danmark IX. 746; Münter Mag. f. Kirchengesch. I. 383. |
| » 13 | » | (5108) (Ebboni) episcopo Arusiensi, abbati Carae Insulae et praeposito Westervicensi mandat, ut cives Wibergenses per censuram ecclesiasticam compellant, ut ab indebita canonicorum Wibergensium et ecclesiae Wibergensis molestatione abstineant. iii id. Mai. a° 19°. ‖ Münter Mag. f. Kirchengesch. I. 383; Suhm Hist. af Danmark IX. 746. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 14 | » | (5109) Iaurinensi et Vesprimiensi episcopis et archidiacono Albensi Vesprimiens. dioc. mandat, ut causam inter abbatem conventumque S. Martini de Pannonia et (Iohannem) |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1216.** Strigoniensem archiepiscopum de quibusdam villis eorum, Sala videlicet et Wac, decimas vendicantem fine debito terminent. ɪɪ id. Mai. aº (12º, *sed legas*) 19º. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 127. — »Dilectorum filiorum abbatis.« |
| Mai. 14 | Tuderti | (5110) Waldemaro regi Danorum, cum Fredericus rex Siciliae in Romanorum imperatorem electus pro pace ac concordia inter imperium et regnum Datiae inviolabiliter observanda omnes terminos ultra Eldenam et Albiam imperium contingentes, quos Kanutus rex frater dicti regis et quicquid in Slavia idem frater comparatum paterno suoque labore tenuit, regno eius addiderit, hanc additionem confirmat. ɪɪ id. Mai. aº 19º. ‖ Meklenb. UB. I. 210. nº 224; *cf.* Klempin Pommersch. UB. I. 130. nº 173. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 20 | Perusii | (5111) (Haimardo) episcopo Suessionensi, (Giraldo) Cluniacensi et (Gaucherio) Longipontis abbatibus Matisconens. et Suession. diocc. mandat, ut Blanchae comitissae Campaniae pro Theobaldo nato eius pupillo comite Campaniae et Erardo de Brena et Philippae illegitimae filiae quondam Henrici comitis Campaniae, qui illum et sua molestare nituntur, praecipiant expresse, ut usque ad terminum eis peremptorie assignandum per se vel procuratores se apostolicae sedi repraesentent, ut, utrum ipsa Philippa ex copula praedicta suscepta illegitima debeat reputari, iusto declaretur iudicio. xɪɪɪ kal. Iun. aº 19º. ‖ I-i Ep. ed. Baluze II. 841; Opp. ed. Migne III. 978; Bouquet Rec. XIX. 603. — »Querelam nobilis mulieris.« |
| » 21 | — | (Petrum) regem Aragonensem increpat...: »Laterani xɪɪ kal. Iun. aº 19º.« ‖ Tissier Bibl. Cisterc. VII. 51, *vid.* 1213. Iun. 1. nº 4741. |
| » 23 | Perusii | (5112) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntinensi et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinensem provinciam constitutis praecipit, ut illos qui possessiones vel res aut domos fratrum de Walkenriet Cisterc. ord. aut hominum suorum irreverenter invaserint vel ea iniuste detinuerint *etc.*, excommunicationis sententia percellant aut, si clerici aut monachi fuerint, ab officio et beneficio suspendant. x kal. Iun. aº 19º. ‖ UB. für Niedersachsen II. 79. nº 93. — »Non absque dolore.« |
| » 26 | » | (5113) (Arnaldo) episcopo Nemausensi una cum (?) Gerundensi episcopo, quem G(uillelmo Iordani) Helenensi archidiacono defuncto subrogat, mandat, ut, cum illius obitu negotium (Raymundi Rogerii) comitis Fuxensis hactenus remanserit in suspenso, nunc iuxta priorum continentiam litterarum in eodem procedant. vɪɪ kal. Iun. aº 19º. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. preuv. 252. — »Cum nobilis vir.« |
| » 27 | » | † (V) In Medlich sub monasticae professionis regula servientibus Hadimari ibidem abbatis provisionem confirmat et monasterium ipsum in Romanae sedis protectionem recipit. vɪ kal. Iun. aº 19º. ‖ Hueber Austria 13; Schramb Chronic. Mellicense 104; *cf.* Meiller Reg. der Babenberger 117. nº 133. — »Dilectionis vestrae nobis.« |
| » 30 | » | (5114) Monasterium s. Thomae de Paraclito cum omnibus bonis tuendum suscipit, specialiter autem libertates et immunitates, decimas quoque, possessiones ac alia bona ei confirmat. ɪɪɪ kal. Iun. aº 19º. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 148; I-i Opp. ed. Migne IV. 265. nº 229. — »Sacrosancta Rômana ecclesia.« |
| » 31 | » | (5115) Baronibus, militibus et aliis per Upsalensem diocesim constitutis commendat, ut debitum sedi apostolicae censum ulterius ad tempus exsolvant. ɪɪ kal. Iun. aº 19º. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 184. nº 158; I-i Opp. ed. Migne IV. 265. nº 230; *cf.* Celse Appar. 54. nº 23. — »Super eo quod.« |
| » 31 | » | (5116) Praeposito et conventui Wibergensibus ecclesias de Limum, de Phur, de Helfsdorp, de Frebiargh, de Norholm, de Worthegh et de Saewalfia eisdem auctoritate episcopali concessas confirmat. ɪɪ kal. Iun. aº 19º. ‖ Münter Mag. f. Kirchengesch. I. 384; *epit.* ap. Suhm Hist. af Danmark IX. 745. — »Iustis petentium desideriis.« |
| (Apr. Mai.) | — | • (5117) Philippum Francorum regem facit certiorem de fidelitatis iuramento sibi et ecclesiae Romanae ab Othone Romanorum rege semper augusto secundum formam a Franciae rege et paribus praescriptam praestito. *Sine signo chronol.* ‖ Favin Théâtre d'honneur I. 308. — |
| Iun. 3 | Perusii | (5118) Proventus ecclesiarum Tunder et Balgum et alios redditus duabus praebendis a (Tuuone) episcopo Ripensi in ecclesia sua constitutis assignatos, et terrarum quarundam Lundwra et Westerenge communi capituli Ripensis mensae per eundem episcopum adscriptionem confirmat. ɪɪɪ non. Iun. aº 19º. ‖ Terpager Ripae Cimbr. 131; Münter Mag. f. Kirchengesch. I. 387. |
| » 3 | » | (5119) Episcopo Borglonensi, praeposito Waestraevicensi et priori de Grindaeslaef Burglonen. et Wibergens. diocc. mandat, ut in lite inter praepositum conventumque Wibergenses et monachos de Vitescola de quadam terra et aliis rebus orta sententiam dicant. ɪɪɪ non. Iun. aº 19º. ‖ Münter l. c. I. 385; *epit.* ap. Suhm Hist. af Danmark IX. 745. — »Conquesti sunt nobis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1216.** |
| Iun. 4 | Perusii | (5120) Gernodo abbate eiusque fratribus postulantibus Nienburgense monasterium ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. II non. Iun. indict. IV. incarn. dom. aº 1216. pont. aº 19º. ‖ Beckmann Historie des Fürstenth. Anhalt III. 443. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 5 | » | »Aº Dⁱ 1216 mense Iunii nonis eiusdem octava Pentecostes indict. IV..... Innocentius pp. III consecravit altare b. Herculani Perusini, ubi multorum sanctorum celebri devotione reliquias recondidit, totam ecclesiam cathedralem b. Laurentii Perusini pariter consecrando.« ‖ Ricordo scritto nell' ultima carta di un cod. pecor. conservato in Perugia... ap. Ann. Mariotti Memorie istor. della città di Perugia I. III. (1806.) 422. |
| » 7 | » | (5121) Abbati de Vitescola, praeposito Westervicensi et archidiacono Arusiensi mandat, ut nonnullos clericos et laicos immunitates, libertates, indulgentias et privilegia conventui Wibergensi a sede apostolica concessa infringentes per censuram ecclesiasticam compescant. VII id. Iun. aº 19º. ‖ Münter Mag. f. Kirchengesch. I. 386; *epit.* ap. Suhm Hist. af Danmark IX. 746. — »Dilecti filii praepositus.« |
| » 8 | » | (5122) Abbatem et conventum S. Walarici [Saint-Valery-sur-Somme] tuendum suscipit, specialiter autem de Histelorde, de Hanton, de Tucheam et de Heston ecclesias, decimas de Mons et de Boberch et quicquid habent apud Camberon *etc.* eis confirmat. VI id. Iun. aº 19º. ‖ Beauvillé Docum. inéd. conc. la Picardie II. 29. nº 34; *cf.* Darsy Bénéfices II. 278. not. 2, 284. not. 2, *uterque perperam ad* a. 1217. — »Cum a nobis.« |
| » 13 | » | (5123) Uria abbate et fratribus eius petentibus monasterium s. Martini super Pannonia protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, libertates et privilegia confirmat. Id. Iun. indict. IV. incarn. dom. aº 1216. pont. aº 19º. ‖ Novák Vindic. 19; Katona Hist. crit. V. 225; *non integra* ap. Fejér Cod. dipl. III. I. 180; *fragm.* ap. Fuxhoffer Monast. (ed. 2ª) I. 42. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| Iul. 1 | (») | (5124) (Oddoni) abbati et conventui S. Vedasti Atrebatensis libertatem a Ludovico regis Philippi Francorum primogenito eis concessam, ut monasterii liberi per liberos abbatis homines iudicentur et rustici per scabinos, iudicio de omnibus aliis abbati libero remanente, confirmat. Kal. Iul. aº 19º. ‖ Bréquigny Dipl. II. II. 1158; I-i Opp. ed. Migne IV. 266; Bouquet Rec. XIX. 603. — »Cum a nobis.« |
| » 3 | » | »Silvester prior Wygorniae ... III die Aprilis eligitur in episcopum Wygorniae ... et consecratur Perusii III die Iulii a papa Innocentio III.« ‖ Annal. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 405. |
| » 5 | » | (5125) Consulibus et populo Cadurcensibus petentibus ignoscit offensam ab eis sine malignitate Roberto tit. S. Stephani in Coelio monte presb. card. in illis partibus apostolicae sedis legato illatam, pro qua iam mille quinquaginta libras Turonenses Simoni comiti Montisfortis pro satisfactione dederant. III non. Iul. aº 19º. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 95; Bouquet Rec. XIX. 604. — »Accedentes ad sedem.« |
| (ante Iul. 16) | » | (5126) Monasterii s. Dei genitricis et virginis Mariae de Wileringen tutelam suscipit eiusque bona, libertates ac privilegia confirmat. *Sine bulla, anno et die.* ‖ UB. ob der Enns II. 580; *cf.* Stülz Gesch. von Wilhering 499. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| (Ianr.-Iul.) | — | »..... Dominus papa Innocentius, quem vacillantis ecclesiae cura sollicitabat, effigiem vultus Domini quae *Veronica* dicitur, ut moris est de ecclesia s. Petri versus hospitale s. Spiritus reverenter cum processione baiulabat. Qua peracta ipsa effigies, dum in locum suum apportaretur, se per se gyrabat, ut verso staret ordine.... Quod nimis abhorrens dominus papa credidit illud in triste sibi praesagium evenisse et ... in honorem ipsius effigiei quae *Veronica* dicitur quandam orationem composuit elegantem, cui adiecit quendam psalmum cum quibusdam versiculis, et eadem dicentibus decem dierum concessit indulgentiam.« ‖ Matth. Paris. Hist. maior 290. |
| | | **1215.** Febr. 22 — **1216.** Iul. 16. |
| — | — | * (5127) (Philippum) regem Francorum hortatur, ut dictis baronibus (*cf.* nº 5057) inimicis (Iohannis) regis Anglorum nullum impendat auxilium seu favorem. Aº 18º. ‖ Bréquigny Diplom. II. II. 1103; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 63. nº 1; I-i Opp. ed. Migne III. 991. |
| — | — | * (5128) (Philippo) regi Francorum super eodem et fortius exhortando, ut (Ludovico) filio suo primogenito inhibeat, ne dictis inimicis praestet auxilium vel favorem. Aº 18º 19º. ‖ Theiner l. c. 63. nº 2; Bréquigny l. c. 1103; I-i Opp. ed. Migne III. 991; Bouquet Rec. XIX. 606. |
| — | — | * (5129) Philippo (?) filio eius primogenito super eodem. Aº 18º 19º. ‖ Theiner l. c. 63. nº 3; Bréquigny l. c.; Bouquet l. c. 606; Migne l. c. 991. |
| — | — | * (5130) (Odoni) duci Burgundiae et diversis archiepiscopis et episcopis per Franciam et Angliam constitutis super eodem. Aº 18º 19º. ‖ Theiner l. c. 63. nº 4; Bréquigny l. c. 1103; Migne l. c. 991; Bouquet l. c. 606. |

**1215.** Febr. 22 — **1216.** Iul. 16.

• (5131) Episcopo Silvanectensi. A° 18° 19°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 63. n° 5; Bréquigny Dipl. II. II. 1103; Bouquet Rec. XIX. 606; Migne III. 991.

— — • (5132) (Iohanni) regi Anglorum scribit, quod ad petitionem nunciorum suorum mittitur sibi legatus. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 63. n° 6; Bréquigny l. c. 1103; Migne l. c. 991; Bouquet l. c. 606.

— — • (5133) (Roberto) Rothomagensi archiepiscopo et suffraganeis eius. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 63. n° 7; Bréquigny l. c. 1103; Migne l. c. 991; Bouquet l. c. 606.

— — • (5134) (Philippo) regi Franciae super dicto negotio regni Angliae, ut desistat. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 63. n° 8; Bréquigny l. c. 1103; Migne l. c. 991; Bouquet l. c. 606.

— — • (5135) Praelatis regni Franciae super eodem negotio. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 63. n° 9; Bréquigny l. c. 1103; Migne l. c. 991; Bouquet l. c. 606.

— — • (5136) Baronibus Angliae super eodem. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 63. n° 10; Bréquigny l. c. 1103; Bouquet l. c. 606; Migne l. c. 991.

— — • (5137) (Iohanni) Cameracensi, (Hugoni) Leodiensi et (Ottoni) Traiectensi episcopis super eodem. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 63. n° 11; Bréquigny l. c. 1103; Migne l. c. 991; Bouquet l. c. 606.

— — • (5138) (Philippo) regi Franciae super eodem. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 63. n° 12; Bréquigny l. c. 1103; Bouquet l. c. 606; Migne l. c. 991.

— — • (5139) Clero Londensi (Londoniensi *leg.*) super eodem. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 63. n° 13; Bréquigny l. c. 1103; Migne l. c. 991; Bouquet l. c. 606.

— — • (5140) (Fulconi) Tholosano et (Lucae) Consentino episcopis mandat, ut (Bernardo) comiti Convenarum super quibusdam gravaminibus ei per (Simonem) comitem Montisfortis illatis ministrent iustitiam vel remittant causam ad curiam. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 18; Bréquigny l. c. 1103; Migne l. c. 992; Bouquet l. c. 606.

— — • (5141) B(erengariae) reginae Anglorum antiquae confirmat quandam compositionem inter ipsos (Iohannem) regem et dictam reginam super ipsius reginae dotalicio factam. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 21; Bréquigny l. c. 1103; Migne l. c. 992; Bouquet l. c. 607.

— — • (5142) Patriarchae, archiepiscopis et episcopis et populo Maronitarum de novo ad fidem conversorum scribit mores et ordinationes, secundum quos debeant se regere et gubernare iuxta ritum Romanae ecclesiae. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 23.

— — • (5143) (Balduino) imperatori Constantinopolitano concedit, ut in capella imperiali Constantinopolitana sibi possit celebrari tempore interdicti. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 24.

— — • (5144) Tribus episcopis mandat, ut audiant querelam, quam (Balduinus) imperator Constantinopolitanus facere intendat contra quosdam, qui iura quae habeat in quibusdam monasteriis, ipsi exhibere contradicant. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 25.

— — • (5145) Eisdem episcopis mandat, compellant certos barones et nobiles, ut iura et proventus, quae (Balduino) imperatori Constantinopolitano tenentur solvere, ipsi persolvant. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 26.

— — • (5146) Eisdem mandat, ut dictos barones a praesumptione iurium super regalibus pertinentium ad dictum imperatorem, quae dicti barones sibi vendicant, compescant. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 27.

— — • (5147) Capitulo Constantinopolitano numerum 35 canonicorum et 40 praebendarum in eorum ecclesia institutum confirmat. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 28.

— — • (5148) Leodiensi (Londoniensi?) et Cisterciensi (*num* Cicestriensi *legendum*?) episcopis mandat, faciant ut compositio inter (Iohannem) regem Anglorum et B(erengariam) reginam antiquam Anglorum facta super dotalicio ipsius reginae observetur. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 29.

— — • (5149) Suffraganeis ecclesiae Turritanae concedit, ut nullus possit ab eis petere, ultra quam in censuali camerae apostolicae continetur. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 30.

— — • (5150) Eisdem significat »quod cum ipsi nullum habeant metropolitanum, committitur (Blasio) archiepiscopo Turritano, quod corrigat, aedificet et plantet usque ad triennium.« A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 31.

— — • (5151) Archiepiscopo Idrontino declarat, »quod in causa, quae inter ipsum ex parte una et abbatem conventumque monasterii s. Nicolai de Casulis ex altera super subiectione vertebatur, est lata sententia pro dicto archiepiscopo et contra dictos abbatem et conventum super dicta subiectione.« A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 38.

— — • (5152) Abbati et conventui monasterii ss. Apostolorum de Mireno concedit, ut de bonis suis non teneantur decimas exsolvere. A° 18° 19. ‖ Theiner l. c. 64. n° 39.

**1215.** Febr. 22 — **1216.** Iul. 16.

— — • (5153) Abbati et conventui monasterii s. Mariae Costhimae eodem modo. A° 18° 19°. || Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 64. n° 40.

— — • (5154) Abbati et conventui monasterii dompni Meletii eodem modo. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 64. n° 41.

— — • (5155) Abbati et conventui monasterii s. Salvatoris de Sagniaca eodem modo. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 64. n° 42.

— — • (5156) Abbati et conventui monasterii s. Mariae Agriotissae eodem modo. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 64. n° 43.

— — • (5157) Magistrum et fratres domus militiae Templi Iherosolimitani hortatur, ut sint attenti et fortes in negotio sancti passagii ultramarini. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 64. n° 44.

— — • (5158) Magistrum et fratres S. Iohannis Iherosolimitani eodem modo. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 64. n° 45.

— — • (5159) (Iohannem) regem Iherosolimitanum eodem modo. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 64. n° 46.

— — • (5160) Praepositum Constantinopolitanum recipit sub protectione sedis apostolicae. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 64. n° 47.

— — • (5161) Universis Christifidelibus significat quandam ordinationem factam per sedem apostolicam inter R(obertum) tit. S. Stephani in Coelio monte (presbyterum cardinalem) ex parte una et praelatos et subditos ecclesiae Gallicanae ex altera super quibusdam quaestionibus inter dictas partes vertentibus. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 51.

— — • (5162) Universis archiepiscopis et episcopis mandat, ut quosdam qui voverant in Terrae sanctae subsidium proficisci et nunc (non) volunt votum adimplere, ad prosequendum votum ipsum compellant. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 52.

— — • (5163) Universis ecclesiarum praelatis mandat, »quod a crucesignatis seu ab illis, qui res deferunt crucesignatorum in subsidium Terrae sanctae, non permittant per quoscunque pedagia extorqueri.« A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 53.

— — • (5164) Magistrum R. scriptorem suum una cum beneficiis recipit sub protectione sedis apostolicae. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 54.

— — • (5165) Eidem super eodem. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 55.

— — • (5166) Decano et cantori S. Mariae de Blakerna et praeposito de Langurio confirmat quandam compositionem inter ipsos ex una parte et abbatem conventumque S. Angeli Cisterc. ord. ex altera super monasterio s. Focae factam. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 56.

— — • (5167) Salumbriensi episcopo mandat, ut exequatur quaedam ipsi commissa per (Pelagium) Albanensem episcopum legatum super quaestione vertente inter decanos et capitula ecclesiarum s. Mariae de Kakerna (Blakerna?) et s. Michaelis Butreleonis. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 57.

— — • (5168) Eidem indulget, ut praedictos decanos et capitula possit a gravi iniectione (manuum) absolvere, nisi essent graves seu enormes excessus. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 58.

— — • (5169) Archiepiscopo et capitulo Bracharensibus assignat terminum, quo compareant in curia super iure primariae dicti archiepiscopi et archiepiscopi Tholetani. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 59.

— — • (5170) Certis iudicibus mandat, ut super praemissis litteras apostolicas dictis archiepiscopo et capitulo publice praesentent. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 60.

— — • (5171) Abbatem et conventum monasterii s. Lucae de Strio protegendos suscipit et concedit, »quod non teneantur solvere decimas de terris, quas propriis manibus excolunt.« A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 78.

— — • (5172) Abbatem et conventum monasterii de Campis eodem modo. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 79.

— — • (5173) Abbatem et conventum monasterii s. Demetrii super Sabam eodem modo. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 80.

— — • (5174) Abbatem et conventum monasterii s. Theodosii de Montesegor eodem modo. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 66. n° 81.

— — • (5175) Abbatem et conventum monasterii s. Demetrii Graecorum de Ungaria eodem modo. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 66. n° 82.

— — • (5176) Patriarchae Iherosolimitano concedit, ut, postquam exercitus christianus ad partes illas pervenerit transmarinas, in provincia Iherosolimitana officio legationis fungatur. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 61.

**1215.** Febr. 22 — **1216.** Iul. 16.

— — • (5177) Archiepiscopis et episcopis et aliis praelatis per dictam provinciam constitutis mandat, ut eidem patriarchae tanquam legato, ut praefertur, pareant et intendant. A° 18° 19°. || Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 65. n° 62.

— — • (5178) (Iohanni) regi Iherosolimitano hortans mandat, ut habeat concordiam cum regibus Cypri et Armeniae, et ut mittat galeas suas patriarchae Iherosolimitano et duobus aliis archiepiscopis ad effugandum galeas Sarracenorum. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 63.

— — • (5179) Regi Armeniae, regi Cypri et principi Antiochiae scribit de eadem re. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 64.

— — • (5180) (Iohanni) regi Iherosolimitano et magistris Templi et Hospitalis significat, »quod mittitur eis pecunia in subsidium Terrae sanctae, et hortatur, quod se habeant sollicite et prudenter in negotiis contra fidei inimicos.« A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 65.

— — • (5181) Universis nobilibus per Aragoniam et Cathaloniam constitutis significat, »quod certi praelati et nobiles illarum partium ordinantur consiliarii in terris ipsis pro Iacobo nato quondam P(etri) regis Aragonum pupillo.« A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 66.

— — • (5182) Universis civibus Cathaloniae et Aragoniae mandat, ut pro redemptione nonnullorum bonorum dicti pupilli in pignora obligatorum subsidium opportunum impendant. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 67.

— — • (5183) Universis hominibus Montispessulani mandat, ut de universis proventibus et iuribus ad dictum pupillum spectantibus magistro militiae Templi in Ispania pro conservatione dicti pupilli responderi procurent. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 68.

— — • (5184) Patriarchae Constantinopolitano et archiepiscopo et canonico Thebanis mandat, ut quandam sententiam apostolicam contra G(ualterum) archiepiscopum Corinthiensem et Cardicensem et Castoriensem episcopos criminosos executioni demandent, et iniungant capitulis ecclesiarum, ut sibi et ipsis ecclesiis provideant de bonis personis. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 69.

— — • (5185) Archiepiscopo et cantori ac canonico Thebanis mandat, ut dictum G(ualterum) archiepiscopum Corinthiensem, qui monachus est, compellant redire ad claustrum unde exivit. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 70.

— — • (5186) Saphedino soldano Babyloniae et Damasci scribit eumque hortatur, ut provinciam Iherosolimitanam sedi apostolicae restituat; rogat eum, ut nuntios qui super hoc mittantur, benigne recipiat. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 71. *Cf.* 1213. Apr. 26. n° 4719.

— — • (5187) Mandat aliquibus, ut certos viros eligant, qui litteras apostolicas cum dictis nuntiis dicto soldano deferant et, si possint, cum restitutione dictae provinciae ineant pacem cum eo. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 72.

— — • (5188) Capitulo Wratislaviensi scribit, se rescissionem factam per (Laurentium) episcopum Wratislaviensem auctoritate apostolica super decimis de quibusdam desertis in diocesi Wratislaviensi existentibus approbare. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 73.

— — • (5189) (Sigwino) episcopo Cinamensi (*legas* Caminensi) et quibusdam aliis mandat, ut compellant Teutonicos ad solvendas decimas de dictis terris seu desertis. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 74.

— — • (5190) (Henricum) ducem Zlesiae hortatur et monet, permittat ut dictae decimae persolvantur. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 75.

— — • (5191) Abbati et conventui S. Demetrii, quos recipit sub protectione b. Petri, concedit, »quod non teneantur solvere decimas de terris, quas propriis manibus excolunt.« A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 76.

— — • (5192) Abbati et conventui monasterii ss. Cosmae et Damiani ad Zanabela scribit eodem modo. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 65. n° 77.

— — • (5193) (Gervasio) patriarchae Constantinopolitano concedit, ut subditos suos ab iniectione manuum et etiam falsarios possit absolvere, et reges in Constantinopolitano imperio inungere. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 66. n° 83.

— — • (5194) Eidem indulget, »ut non obstante iuramento in susceptione pallei praestito, quod possessiones ad mensam suam patriarchalem spectantes non possit vendere seu alienare, donare seu pignori obligare, possit huiusmodi facere de consilio prudentum, prout ecclesiae suae fuerit expediens, Romano pontifice inconsulto.« A° 18° 19°. || Theiner l. c. 66. n° 84.

— — • (5195) Archiepiscopis, episcopis et aliis praelatis ecclesiae Constantinopolitanae subiectis mandat, ut G. olim archiepiscopo Eracliensi in patriarcham Constantinopolitanum electo obediant tamquam patriarchae confirmato. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 66. n° 85.

— — • (5196) (Gervasio) patriarchae Constantinopolitano et diversis aliis archiepiscopis scribit et quandam compositionem dudum super resignatione ecclesiarum et monasteriorum

**1215.** Febr. 22 — **1216.** Iul. 16.

per nobiles, principes et barones commorantes a confinio Thessalonicensis regni usque Corinthum in manibus G. olim patriarchae Constantinopolitani factam confirmat, et inserit tenorem dictae compositionis. A° 18° 19°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 66. n° 86.

— — • (5197) Eidem patriarchae indulget, ut in dominicis et praecipuis solempnitatibus possit personas ydoneas in subdiaconos promovere, et ut possit constitutos in dignitatibus baculis, mitris et annulis insignire, et ut una cum legato possit in illis partibus aliquos unire episcopatus. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 87.

— — • (5198) (Henrico) imperatori Constantinopolitano scribit eumque hortatur, ut quandam ordinationem super decimis in terris suis factam exequi faciat atque mandet. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 88.

— — • (5199) Dicto patriarchae scribit de eodem eique mandat, ut ad hoc exequendum dictum imperatorem inducat. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 89.

— — • (5200) (Henricum) imperatorem Constantinopolitanum confortat super quibusdam suis penuriis et tribulationibus, eumque hortatur, ut ecclesias tueatur ab incursibus malignorum. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 90.

— — • (5201) (Gervasio) patriarchae Constantinopolitano concedit pallium et multa alia privilegia et libertates. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 91.

— — • (5202) Archidiacono Constantinopolitano concedit, ut possit archidiaconatus uti officio, prout in iure canonico continetur. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 92.

— — • (5203) (Gervasio) patriarchae Constantinopolitano mandat, ut archidiacono de aliquo provideat beneficio, unde possit vitae necessaria sustentare. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 93.

— — • (5204) Universos clericos in diocesi Constantinopolitana constitutos hortatur, ut dictum archidiaconum, cum ad eos declinaverit causa visitationis, benigne recipiant et admittant. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 94.

— — • (5205) G. Raymundi de Montecatano praecipit, ut episcopo Vicensi et ecclesiae ac clericis suis de dampnis et iniuriis datis satisfaciat competenter. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 95.

— — • (5206) Archiepiscopo Tarraconensi et episcopo Barchinonensi mandat, ut ad faciendam praemissam satisfactionem dictum G. Raymundi compellant. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 96.

— — • (5207) Certis iudicibus mandat, ut Albertinum familiarem cancellariae faciant in ecclesia Placentina recipi in canonicum et in fratrem. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 97.

— — • (5208) Episcopo Laoniensi mandat, »ut inducat episcopum Cluniensem (Clugiensem?) pro eo, quia non potest Terram sanctam sicut voverat visitare, ad dandum in dictae terrae subsidium, quantum dedisset seu expendisset, si personaliter visitasset, et quod absolvat eum a dicto voto.« A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 98.

— — • (5209) Magistro et fratri Aymaro thesaurario domus militiae Templi Parisiensis mandat, ut »novem milia marchas sterlingorum redactas in aurum, quas habent nomine ecclesiae, pro subsidio Terrae sanctae transmittant.« A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 99.

— — • (5210) (Sigwino) episcopo et capitulo Caminensibus mandat, ut ecclesiae Magdeburgensi obediant et intendant. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 100.

— — • (5211) Magistro et fratribus hospitalis s. Samsonis confirmat bona eis et dicto hospitali collata. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 101.

— — • (5212) Certis iudicibus mandat, ut in causa vertente inter Tholetanum et Bracharensem archiepiscopos recipiant testes, quos utraque pars producet, ipsosque examinent et eorum depositiones mittant ad curiam. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 110.

— — • (5213) (Simoni) comiti Montisfortis et eius uxori concedit, ut possit in locis interdictis divina officia audire. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 112.

— — • (5214) Baronibus et nobilibus per Aragoniam et Cathaloniam mandat, ut treugam inter se ipsos et (Simonem) comitem Montisfortis initam inviolabiliter observent. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 113.

— — • (5215) (Simonem) comitem Montisfortis hortatur et monet, ut ecclesias et personas ecclesiasticas habeat recommendatas et eas protegat et defendat. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 116.

— — • (5216) Henrico plebano ecclesiae de Norprestorf arbitrium super quaestione, quae inter ipsum et quendam presbyterum vertebatur, dictum confirmat. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 117.

— — • (5217) Episcopo Vicensi et duobus aliis committit et mandat, ut monasterio Rimpollensi, a cuius administratione abbas ipsius monasterii est suspensus, et eidem administrationi de persona ydonea provideant. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 119.

**1215.** Febr. 22 — **1216.** Iul. 16.

• (5218) Certis iudicibus mandat, ut quosdam campsores Caturcenses, qui in fraudem nonnullorum suorum creditorum ad claustrum Trecense confugerant, si reperiantur huiusmodi fugam in fraudem fecisse, de dicto claustro eiciant et eici permittant per curiam temporalem. A° 18° 19°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 67. n° 120; Bréquigny Dipl. II. ɪɪ. 1104; I-i Opp. ed. Migne III. 993; Bouquet Rec. XIX. 607.

• (5219) Maiori comiti Cephaloniae et Iacincti, qui si ipse moriatur sine legitimis haeredibus vult ut Romana ecclesia bona sua possideat libere, de oblatis regratiat et confirmat dictam oblationem. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 122.

• (5220) (Philippum) regem Francorum hortatur, ut Iacobum natum regis et reginae Aragonum et heredem super dominio Montispessulani non impediat seu molestet nec ab aliis molestari permittat. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 123; Bréquigny Dipl. II. ɪɪ. 1104; I-i Opp. ed. Migne III. 993; Bouquet Rec. XIX. 607.

• (5221) N. N. mandat, ut P(etrum) tit. S. Pudentianae (Prudentianae *legit falso Thein.*) cardinalem legatum, qui ad partes illas pro negotiis imperii mittitur, benigne recipiant et pertractent. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 124.

• (5222) Eidem P(etro) tit. S. Pudentianae legato scribit certa capitula, secundum quae procedat in officio legationis ipsi commissae. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 125.

• (5223) Eidem scribit alia capitula. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 126. 127.

• (5224) Patriarchae Iherosolymitano et quibusdam aliis mandat, ut archiepiscopum Tirensem inducant in possessionem ecclesiae s. Marci Tirensis. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 128.

• (5225) Priori Grandimontensi scribit »quod in quibuslibet cellulis Grandimontensis ordinis per ipsum priorem et successores suos unus presbyter ordinetur, et quaedam aliae ordinationes scribuntur in ipsis litteris.« A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 129; Bréquigny Dipl. II. ɪɪ. 1104; I-i Opp. ed. Migne III. 993; Bouquet Rec. XIX. 608.

• (5226) (Girardo) Bituricensi, (Petro) Senonensi et (Iuello) Turonensi archiepiscopis mandat, ut quoscumque rebelles contra priorem Grandimontensem et eius ordinis statuta etc. a rebellione cessare compellant. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 130; Bréquigny l. c. 1104; Migne l. c. 993; Bouquet l. c. 608.

• (5227) Praelatis per Sardiniam constitutis mandat, ut quasdam sententias excommunicationis ferendas contra Pisanos, qui terras Sardiniae contra prohibitionem ecclesiae occuparant, in suis diocesibus publicent. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 131.

• (5228) (Henrico) archiepiscopo et capitulo Dublinensibus confirmat quandam ordinationem factam per b. mem. Iohannem Paperon presb. cardinalem legatum super ordinatione sedis metropolitanae in ecclesia Dublinensi. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 132.

• (5229) (Guttormo) Nidrosiensi archiepiscopo concedit, ut nonnullos suae diocesis possit a gravi iniectione (manuum) absolvere, nisi excessus graves fuerint et enormes. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 103.

• (5230) Abbati de Alva indulget, ut de certis terris et locis dicti monasterii non teneantur dare decimas. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 104.

• (5231) Iacobo archidiacono Corinthiensi confirmat archidiaconatum in forma. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 105.

• (5232) Certis iudicibus mandat, ut (Raimundum Rupini) principem Antiochenum et Latinos in civitate Antiochena commorantes compellant ad solvendas decimas de terris, quas excolunt vel excoli faciunt. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 106.

• (5233) Willelmo abbati monasterii s. Stephani Baciacensis renovat quoddam privilegium per fel. rec. Benedictum papam dicto monasterio concessum super eius libertate, et inserit tenorem. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 107.

• (5234) (Guilelmo) Albiensi et (Guilelmo) Cadurcensi episcopis dat in mandatis, ut aliqua bona ablata Duaco Alamanno per (Simonem) comitem Montisfortis ad restituendum eidem Duaco dictum comitem compellant. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 108; Bréquigny Dipl. II. ɪɪ. 1104; I-i Opp. ed. Migne III. 993; Bouquet Rec. XIX. 607.

• (5235) (Iohanni) archiepiscopo et capitulo Turonensibus confirmat quandam compositionem super electione decani et praepositurís inter ipsos factam. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 66. n° 109; Bréquigny l. c. 1104; Migne l. c. 993; Bouquet l. c. 607.

• (5236) W. clerico confirmat ecclesiam de Usiac ei per abbatem Aureliacensem collatam. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 133.

• (5237) Iudicibus mandat ne permittant, ut dictus clericus super ipsa ecclesia ab aliquo molestetur. A° 18° 19°. ‖ Theiner l. c. 67. n° 134.

• (5238) Praelatos per Iberniam constitutos reprehendit, quia inepte et inconsulte procedunt in decisionibus causarum et absque consilio peritorum; mandat eis, ut de cetero

**1215. Febr. 22 — 1216. Iul. 16.**

non procedant in talibus decisionibus nisi de consilio peritorum. A° 18° 19°. | Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 67. n° 135.

— — • (5239) Archiepiscopo Dublinensi mandat, ut cassatis conspirationibus et coniurationibus in regno Iberniae contra (Iohannem) regem Angliae attemptatis, si reperiat aliquos contra ipsum regem insurgere, ad desistendum ipsos compellat. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 67. n° 136.

— — • (5240) Iudicibus mandat, ut clericos et personas ecclesiasticas, qui non verentur communicare cum excommunicatis, qui contra (Iohannem) regem Anglorum dominum suum insurrexerunt, puniant canonica censura. A° 18° 19°. | Theiner l. c. 67. n° 137.

— — • (5241) Regem Conactiae (Conachiae *Thein.*) hortatur, ut constitutiones ordinatas in sancta synodo studeat observare, et ut electiones episcoporum et abbatum a clericis facere permittat. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 67. n° 138.

— — • (5242) Episcopo et capitulo Burgensibus scribit, »quod super quaestione, quae inter ipsos ex parte una et episcopum Oxoniensem ex altera super certis locis, quae utraque pars ad se pertinere dicebat, absolvuntur ipsae partes ab impetitionibus mutuis, et decernitur, quod qui tenet, teneat et possideat.« A° 18° 19°. || Theiner l. c. 67. n° 139.

— — • (5243) Presbyteris decanatus de Flavigniaco Laudunensis diocesis confirmat quandam ordinationem factam per magistrum Peregrinum capellanum suum super quaestione, quae inter ipsos presbyteros ex una parte et archidiaconum Laudunensem vertebatur ex altera super iure visitationis dicti archidiaconi. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 67. n° 140.

— — • (5244) Episcopo et capitulo Seguntinis confirmat latam pro eis sententiam in quadam causa vertente inter ipsos ex parte una et episcopum Oxoniensem (ex altera) super iuribus quibusdam, quae ipse episcopus ab eisdem episcopo et capitulo petebat. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 141.

— — • (5245) Cum Morgano praeposito Beverlacensi dispensat, ut non obstante defectu natalium possit ad quamcunque dignitatem eligi seu postulari. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 142.

— — • (5246) Capitulo Remensi confirmat quasdam decimas et alia bona, quae iuste possident. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 143; Bréquigny Dipl. II. п. 1104; I-i Opp. ed. Migne III. 993.

— — • (5247) (Alberico) archiepiscopo Remensi et eius suffraganeis mandat, ut nichil attemptent contra libertates suarum ecclesiarum et capitulorum. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 144; Bréquigny l. c. 1104; Migne l. c. 994; Bouquet Rec. XIX. 608.

— — • (5248) (Petro) archiepiscopo Senonensi et eius suffraganeis mandat idem. A° 18° 19°. | Theiner l. c. 68. n° 145; Bréquigny l. c. 1104; Migne l. c. 994; Bouquet l. c. 608.

— — • (5249) Magistrum et fratres militiae Templi eximit a solutione quarundam impositionum, quas abbas et conventus monasterii Compendiensis ab eis petere nitebantur. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 146.

— — • (5250) Iudicibus mandat, ut quandam sententiam latam pro archiepiscopo Tuanensi et contra archidiaconum Maiovensem executioni demandent. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 147.

— — • (5251) Abbatem et conventum S. Iohannis Veliacensis recipit sub protectione b. Petri cum quibusdam bonis suis expressatis. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 148.

— — • (5252) Henrico regi Sueciae confirmat coronationem et inunctionem factam per (Andream) archiepiscopum Upsalensem, et recipit ipsum regem et eius regnum sub protectione b. Petri. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 149.

— — • (5253) Archiepiscopo Wesprimiensi concedit, ut sibi et ecclesiae suae, quia archiepiscopus Strigoniensis ipsum tamquam excommunicatum vitavit, nullum possit in posterum praeiudicium generari. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 150.

— — • (5254) (Geraldo) archiepiscopo Bituricensi et eius suffraganeis mandat, ut iuxta ordinationem factam in concilio solvant certo termino vicesimam partem omnium proventuum suorum et eorum nuntiis ad hoc deputatis in subsidium Terrae sanctae. A° 18° 19°. | Theiner l. c. 68. n° 151; Bréquigny Dipl. II. п. 1104; I-i Opp. ed. Migne III. 994; Bouquet Rec. XIX. 608.

— — • (5255) Diversis archiepiscopis et eorum suffraganeis scribit eodem modo, et fuerunt deputati ad levandum magistri domorum militiae Templi et Hospitalis Iherosolimitani et nonnulli alii viri ecclesiastici. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 152.

— — • (5256) Sacristam et capitulum S. Crucis Cameracensis recipit una cum bonis suis, sicut ea iuste possident, sub protectione b. Petri etc. in forma. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 153; Bréquigny l. c. 1104; Migne l. c. 994.

— — • (5257) Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis mandat, ut inhibeant universis christianis, maxime crucesignatis, ne Iudaeos seu eorum familiares molestent.

**1215.** Febr. 22 — **1216.** Iul. 16.

A° 18° 19°. || Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 68. n° 154; Bréquigny l. c. 1104; Migne l. c. 994; Bouquet Rec. XIX. 608.

— — • (5258) Regi Castellae inhibet, ne quovis modo contrahat cum sorore regis Portugaliae in tertio vel quarto consanguinitatis gradu attingente. A° 18° 19°. || Theiner l. c. 68. n° 155.

**Hugo** diaconus cardinalis tit. S. Eustachii (iuxta templum Agrippae, *cf.* nº 558)*). **1199**: Ianr. 4. nº 558; Mart. 17. nº 632; Apr. 5. nº 655; Mai. 5. nº 688; Iun. 1. nº 726; Iul. 4. nº 757; Nov. 6. nº 860. — **1200**: Apr. 13. nº 1003; Nov. 11. nº 1159. — **1201**: Dec. 10. nº 1539; Dec. 23. nº 1542. — **1202**: Mart. 21. nº 1644; Nov. 12. nº 1757; Dec. 5. nº 1788. — **1203**: Mart. 7. nº 1853; Mart. 23. nº 1866; Mai. 27. nº 1925. — **1204**: Mai. 18. nº 2210; Mai. 21. nº 2214; Iun. 1. nº 2234; Iul. 1. nº 2257; Oct. 27. nº 2311; Dec. 2. nº 2336. — **1205**: Mai. 30. nº 2522; Nov. 8. nº 2606. — **1206**: Mart. 7. nº 2701; Apr. 21. nº 2758; Apr. 30. nº 2765.

*) Fit episcopus Hostiensis et Velletrensis.

**Ildebrandinus** diaconus cardinalis tit. S. Eustachii. (*Cf.* p. 679.) **1206**: Mai. 10. nº 2776.

**Gregorius** diaconus cardinalis tit. S. Georgii ad velum aureum. **1198**: Mart. 13. nº 46; Mart. 18. nº 54; Apr. 27. nº 111; Mai. 5. nº 137; Mai. 8. nº II; Mai. 13. nº 170; Iun. 25. nº 306; Iul. 27. nº 334; Aug. 27.

Honorius III, antequam hoc nomen sibi induit, Cencius (Cyncius) Sabellius vocabatur Sabellaque gente antiquissima oriundus existebat. Natione Romanus. Quo anno natus sit, nemini compertum est; cum autem eum imperante Coelestino III diaconum cardinalem tit. S. Luciae in Orthea iam 1193. Mart. 3 fuisse constet, videtur annum aetatis circiter trigesimum attigisse intra saeculi duodecimi octogesimum septimum et nonagesimum. Patri eius nomen Haimericus erat. A teneris annis monasterio oblatus Lateranensi et in eo canonicorum regularium institutum professus fit ecclesiae Romanae camerarius et apostolici aerarii praefecturam obtinet, quo in officio »Censuum Romanae ecclesiae librum« (prostat ap. Muratori Antiq. V. 852 sq.) redegit magno ipsius ecclesiae commodo. Per eius (*i. e.* S. Luciae in Orthea diaconi cardinalis domini papae camerarii) manum bullae datae sunt a 6. Nov. 1194 ad 10. Sept. 1197. Inter presbyteros cardinales ab Innocentio III tit. SS. Iohannis et Pauli relatus bullis subscripsit intra 1198. Mart. 13—1216. Apr. 13. Tum pronuntiatur summus pontifex aº 1216 die 18. Iul.

Nonnulla eius scripta memorantur, nempe »Sermones«, »Liber ritualis«, praefatus »Liber censuum Romanae ecclesiae et ordines Romani« necnon »Acta pontificalia Gregorii VII et Coelestini III.« *Cf.* Papebrochius *in* Act. Sanctor. Mai. V. 614—620; Mabillon Museum Ital. II. 167, 200, 277. — Ille non minorem litterarum reliquit numerum quam Innocentius praedecessor nec minoris ad illustrandam historiam pretii; exstant in Vaticano archivo Honorii epistolae 5144 undecim libris partitae (*vid.* Pertz Archiv V. 349).

---

## 1216.

Iul. 18 Perusii — Eligitur. »Innocentio pp. xvii kal. Aug. soluto debito carnis ... et sequenti die celebratis exequiis atque collocato ipsius corpore in sepulcro, una cum fratribus nostris ad eligendum convenimus successorem, et die tertio (*i. e.* 18. Iul.) super hoc tractavimus diligenter et ... placuit ... humeris nostris imponere onus istud.« ‖ Bulla Honorii III d. d. viii kal. Aug. aº 1º, *vid.* nº 5317—5320. — ».. successit vir .. tam scientia quam aetate maturus .. Honorius .. xiii kal. Aug.« (*i. e.* Iul. 20). ‖ Chron. de Mailros ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 191; Chron. de Lanercost 19.« — »1216 levatus fuit papa Honorius qui vocabatur Zinzius camerlengus.« ‖ Annal. Placent. Guelf. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XVIII. 433.

» 24 » — Consecratur. »Nono kalend. (iii id. *Murat.*) Augusti consecratus est.« ‖ Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 893; ap. Raynald. Ann. ad a. 1216 § 21 (*sub tit.:* Annal. Ceccan. ap. Pertz l. c. XIX. 300).

» 25 » — (5317) (Iohannem) regem Hierosolymitanum certiorem facit de obitu Innocentii III pp. praedecessoris sui et de electione sua in episcopatus Romani apicem. Addit, se ad liberationem Terrae sanctae votis non minoribus adspirare quam praefatum antecessorem »quibus ipse Dominus effectum tribuat et profectum.« Exhortatur eum, ut de gratiae apostolicae favore securus confortetur in Domino et ad conservationem terrae praefatae viriliter et prudenter intendat. viii kal. Aug. aº 1º. ‖ Raynald. l. c. § 18. — Magnus Dominus et.«

» 25 » — (5318) Valerio archiepiscopo Upsalensi et suffraganeis eius scribit de obitu Innocentii III pp. d. xvii kal. Aug. seque ipsum in eius locum tertio ab exequiis die electum. Hortatur eos, ut Upsalensis ecclesia, inter ceteras hactenus florescens et fructificans suavitatem odoris ideoque tanquam principale membrum honoranda, in obedientia et devotione apostolicae sedis permaneat. viii kal. Aug. aº 1º. ‖ Vastovius Vitis aquil. 167; Liljegren Svenskt dipl. I. 184. nº 159; *cf.* Celse Appar. 55. nº 1. — »Magnus Dominus et.«

» 25 » — (5319) (Guttormo) archiepiscopo (Nidrosiensi) et episcopis per regnum Norwegiae constitutis significat, se esse in papam electum, eosque hortatur, ut »iniunctam nobis pastoralis oneris gravitatem vigilanti studio« comportent. viii kal. Aug. aº 1º. ‖ Lange Diplom. Norveg. I. i. 2. — Magnus Dominus et.«

» 25 » — (5320) Abbates, priores et alios religiosos per Bremensem provinciam constitutos rogat, ut ipsum suis suffragiis et piis apud Deum precibus adiuvent. viii kal. Aug. aº 1º. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 351. nº 399. — »Magnus Dominus.«

» (18-25) (») — (5321) Christiano orbi suam in summum pontificatum promotionem significat omnesque rogat, exorent »conditoris omnium clementiam, quod nobis de munere gratiae suae conferre dignetur, ut cum remone fidei et anchora iustitiae principis apostolorum naviculam gubernemus.« *Absque nota chronol.* ‖ Martene Thes. anecd. I. 851; Schannat Vindem. I. 201. — »Supernae dispositio maiestatis.«

» 26 » — (5322) Cisterciensem, de Firmitate, Pontiniacensem, Claraevallensem et Morimundensem abbates hortatur inter alia: »Caveatis omnino, ne occasione verborum, quae quidam vestrum b. mem. Innocentio pp. praedecessori nostro proposuerunt tempore concilii generalis, aliquid in generali capitulo (ex more mense Septembri celebrando), vel etiam alibi proponatis, seu etiam ordinetis, per quod in ordine vestro scandalum valeat suboriri, quem in sua puritate curetis pro viribus custodire« *etc.* vii kal. Aug. aº 1º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 85. — »Synceritatis affectus quo.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1216.** |
| Aug. 4 | Perusii | (5323) Abbatem et conventum de Camberona Cisterc. ord. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit et specialiter eis decimas de Iurbise, de Masnui, de Ligne *etc.* et alia bona confirmat. II non. Aug. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 20. n° 12. — »Cum a nobis.« |
| » 5 | » | (5324) Stephano abbati et conventui Casinensibus scribit: »Nos ad exemplar Innocentii pp. praedecessoris nostri declaramus, instrumenta maioris partis conventus subscriptione carentia, quae super alienationibus illicite factis in praeiudicium vestri monasterii sunt confecta, non obtinere firmitatem.« Non. Aug. a° 1°. ‖ Tosti Monte-Casino II. 301; Spicil. Liber. 726. n° 23. — »Officii nostri debitum.« |
| » 7 | » | (5325) (Odonem) ducem Burgundiae cunctantem monet et exhortatur, ut, cum affixerit suis humeris signum crucis ad Terrae sanctae subsidium profecturus, iter Hierosolymitanum aggrediatur et suo exemplo alios crucesignatos principes ad idipsum impellat. VII id. Aug. a° 1°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 610. — »Illa conditoris immensitas.«<br>• *In eundem modum* (Hugonem) comitem Marchiae *et quosdam alios nobiles crucesignatos per regnum Franciae constitutos;* (Milonem) comitem Barri super Sequanam — (Henricum) ducem Brabantiae — (Ervisium) comitem Autissiodorensem — Simonem de Iovisvilla senescallum Campaniae — (Radulphum) comitem Suessionensem — Drog. de Merlo (Franciae constabularium) — Gualterium de Avesnis — (Amedeum) Bisuntinum archiepiscopum — (Albericum) archiepiscopum Remensem — (Guillelmum) Burdegalensem archiepiscopum — (Ramnulphum) episcopum Petragoricensem — (Gaufridum) episcopum Trecorensem — (Robertum) episcopum Baiocensem — *et quosdam alios episcopos singulatim.* |
| » 11 | » | (5326) Litem inter Armachanum et Thuamensem archiepiscopos super exercendis iuribus episcopalibus in Ardachadensi et Kenanensi episcopatibus ad Thuamensem metropolim pertinentibus vertentem dirimit. III id. Aug. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 2. n° 2. — »Olim venerabili fratri.« |
| » 12 | » | (5327) Stephano abbati monasterii s. Benedicti Casinensis eiusque fratribus intimat, se dictum monasterium, omnibus per Occidentem monasteriis dignitatis privilegio antecellens, sub protectione b. Petri et sua suscipere bonaque eius omnia nominatim enumerata, iura ac privilegia confirmare. II id. Aug. indict. IV. incarn. dom. a° 1216. pont. a° 1°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 243; Gattula Hist. Cassin. II. 438; Cod. dipl. Sardin. I. 328. n° 33; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 304. — »Omnipotenti Deo cuius.« |
| » 24 | Narinae | (5328) Magistro et fratribus domus hospitalis Ierosolimitani in Confluentia hospitale et alia bona confirmat.* IX kal. Sept. a° 1°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 24. — »Cum a nobis.« |
| » 31 | | »Pridie kal. Septb. reversus est apud Romam ad S. Petrum.« ‖ Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 893; ap. Raynald. Ann. ad a. 1216 § 21 (*sub tit.:* Annal. Ceccan. ap. Pertz Mon. G. hist. scr. XIX. 300). |
| (Sept. 1-3) | Romae ap. S. Petrum | (5329) Insubriae populis nunciat, se, cum praedecessoris sui auctoritate in potestates, consules et principales consiliarios Mediolani et Placentiae civitatum excommunicationis sententia sit promulgata et civitates eaedem suppositae ecclesiastico interdicto, quod contra generalis concilii statutum Papiensem terram hostiliter invasissent ipsamque multipliciter devastassent, manus suas in eos duxisse aggravandas, cum adhuc in sua contumacia perseverent. Addit, se praecepisse, ut potestates, consiliarii necnon et societatum magistri civitatum ipsarum per totam Lombardiam singulis diebus festivis et dominicis pulsatis campanis et candelis accensis excommunicati publice nuntientur. *Sine signo chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1216 § 27. — »Cum in generali.« |
| » 4 | in ecclesia Lateranensi | »Pridie non. Septb. receptus est cum tanto gaudio et veneratione, gloria et iocunditate, quod omnes videntes dixerunt, quod nullus de praedecessoribus suis in receptione similis ei fuisset.« ‖ Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. It. VII. 893; ap. Raynald. l. c. § 21 (*sub tit.:* Annal. Ceccan. ap. Pertz Mon. G. hist. scr. XIX. 300). |
| » 13 | Laterani | (5330) Sanguineum filium quondam Parisii de Aquis Putziis cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem molendinum quod dicitur de Stromulo, situm apud Aquas Putzias et casale positum in territorio Sitiae in loco qui dicitur Campus *etc.* ei confirmat. Id. Sept. a° 1°. ‖ Georgii Histor. Setiae 231. — »Cum a nobis.« |
| » 15 | » | (5331) (Alberico) archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius et prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis in Remensi provincia constitutis praecipit, ut illos qui possessiones, res, domus abbatis et conventus de Camberone Cisterc. ord. vel eorum hominum irreverenter invaserint, aut ea iniuste detinuerint quae praedictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur *etc.*, si laici fuerint, publice candelis accensis |

1216.

excommunicationis sententia percellant, si vero clerici vel canonici regulares aut monachi fuerint, eos ab officio et beneficio suspendant. xvii kal. Oct. a° 1°. || Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 21. n° 13. — »Non absque dolore.«

Sept. 16 | Laterani | (5332) (Giraldi) Bituricensis, (Alberici) Remensis, (Iohannis) Turonensis et Petri Senonensis archiepiscoporum eorumque suffraganeorum litteris ad fel. mem. Innocentium pp. directis rescribens praeclara Francorum merita in Romanam ecclesiam memorat; monet eos, ut plenam de papae gratia fiduciam obtinentes in apostolicae sedis devotione persistant. xvi kal. Oct. a° 1°. || Bouquet Rec. XIX. 611; *fragm. sine nota chronol.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1216 § 39. — »Litteras quas felicis.«

» 16 | » | (5333) (Guillelmum) archiepiscopum Burdegalensem et suffraganeos eius rogat et monet, iniungant fidelibus I(ohannis) regis Anglorum, ut ipsi in Angliam properent eidem auxilium viriliter impensuri, contra quem et suos si qui arma movere praesumpserint in partibus cismarinis, cum sancta universali synodo sit statutum ut in toto orbe christiano saltem per quadriennium pax generaliter observetur. Contra eos qui praefatum regem crucesignatum persequi non desistunt, potentiam brachii saecularis inducant. Denique eis mandat, ut, quia barones* de eorum partibus conqueruntur se ab eisdem et aliis personis ecclesiasticis novis impetitionibus indebite molestari, ab illorum interim molestatione desistant. xvi kal. Oct. a° 1°. || Bouquet l. c. 611. — »Gratum gerimus et.«

* *In eundem fere modum* Universis baronibus et fidelibus (Iohannis) regis Angliae per Pictaviam et Wasconiam constitutis *scribit et addit,* se praelatis de ipsorum partibus mandavisse, ut ab ipsorum interim molestatione desistant. || Bouquet l. c. 612.

» 19 | » | (5334) Ecclesiam s. Mariae de Flumine (de Ceccano) cum omnibus bonis tuendam suscipit. xiii kal. Oct. a° 1°. || Annal. Ceccanens. ap. Pertz M. G. h. scr. XIX. 301. — »Iustis petentium desideriis.«

» 28 | » | (5335) Archiepiscopo Dublinensi indulget, ut religiosos in diversis cellulis suae provinciae commorantes, ubi propter defectum temporalium conversis vagantibus non observetur ordinis disciplina, in unum possit locum idoneum congregare. iv kal. Oct. a° 1°. || Theiner Mon. Hibern. 2. n° 3. — »Cure pastoralis sollicitudinem.«

» 30 | » | (5336) G(ualam) tit. S. Martini presb. cardinalem apostolicae sedis legatum monet, ut secundum diei malitiam et circumsonantium turbinem tempestatum more suo se gerat viriliter et prudenter ac pro (Iohanne) rege Anglorum moderate et caute agat. ii kal. Oct. a° 1°. || Bouquet Rec. XIX. 612. — »Litteras quas felicis.«

» 30 | » | (5337) (Garsiae) Auxitanensi archiepiscopo significat, se statuisse, ut, cum in Auxitana provincia et circumposita regione usque adeo multiplicata sit iniquitas superborum, »quod pacem turbant et bona tam ecclesiastica quam mundana diripiunt et praedantur,« archiepiscopus et eius suffraganei, necnon abbates, archidiaconi et alii clerici, principes, milites et populus universus dictae provinciae pacem auctoritate apostolica iurent et rationabiles consuetudines factas pro ipsa sine fraude observent, renovaturi de cetero de quinquennio in quinquennium huiusmodi iuramentum. ii kal. Oct. a° 1°. || Bouquet l. c. 613; *int.* Ep. decret. Honorii III lib. 1. tit. 17 *de treuga et p.* c. 1 ed. Cironius 68. — »Illius regis pacifici.«

Oct. 3 | » | (5338) Abbatissae et monialibus S. Salvatoris Massiliensis concedit, ut de novalibus suis quae propriis sumptibus colunt vel de nutrimentis animalium suorum nemini decimas solvere teneantur *etc.* v non. Oct. a° 1°. || André Histoire de St. Sauveur de Marseille 212. — »Qui tenemur iustas.«

» 5 | » | (5339) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntinensi et suffraganeis eius, abbatibus, prioribus, praepositis, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis in Maguntinensi provincia constitutis praecipit, ut illos qui possessiones et res fratrum de Alba [Herrenalb] Cisterc. ord. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicationis sententia percellant *etc.* iii non. Oct. a° 1°. || Wirtemberg. UB. III. 56. n° 597; *cf.* Mone Zeitschr. I. 116. — »Non absque dolore.«

» 11 | » | (5340) Sigerum abbatem monasterii s. Mariae de Alba [Herrenalb] Cisterc. ord. eiusque fratres protegendos suscipit omnesque dicti coenobii possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. v id. Oct. indict. V. incarn. dom. a° 1216. pont. a° 1°. || Wirtemberg. UB. III. 57. n° 598; *cf.* Mone l. c. 117. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 12 | » | (5341) Monasterii s. Salvatoris Massiliensis tutelam suscipit, eius possessiones ac bona confirmat eique abbatissae electionem concedit. iv id. Oct. ind. V. incarn. dom. a° 1216. pont. a° 1°. || André Hist. de St. Sauveur de Marseille 213. — »Prudentibus virginibus que.«

» 12 | » | (5342) (Wernero) de Lisbern et (Arnoldo) de Wedenchusen abbatibus et (Radolfo) priori de Olinchusen Colon. et Monaster. dioec. mandat, ut sententiam, quam pro eis H. praepositus Hildensis et coniudices eius auctoritate apostolica contra A(dolfum) quondam Coloniensem archiepiscopum super electione praepositi Susatiensis ecclesiae protulerint,

| | | |
|---|---|---|
| | | **1216.** |
| | | per censuram ecclesiasticam firmiter observari faciant. IV id. Oct. a° 1°. ‖ Seibertz UB. I. 188. n° 147. — »Dilecti filii capitulum.« |
| Oct. 15 | Laterani | (5343) Monasterium Vallumbrosanum s. Mariae abbate eiusque fratribus petentibus ad exemplar Paschalis, Adriani, Alexandri, Lucii, Urbani, Celestini et Innocentii pp. Rom. praedecessorum in Romanae ecclesiae proprietatem, tutelam et protectionem apostolicae sedis suscipit omnesque eius possessiones ac bona quorum plurima exhibet propriis vocabulis, iura ac privilegia confirmat. Id. Oct. indict. V. incarn. dom. a° 1216. pont. a° 1°. ‖ Lami Eccles. Florent. Monum. 1. 557; Cod. dipl. Sardin. I. 329. n° 34. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 19 | » | (5344) Episcopum Glasguensem cum omnibus bonis protegendum suscipit, specialiter autem villas de Glasgua, de Guuan, Sedinchistuñ, Conclud *etc.* et terram de Scrogis in villa de Dine *etc.* ei confirmat. XIV kal. Nov. a° 1°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 94. n° 111. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 21 | » | (5345) Abbati et conventui monasterii in monte Mirteti de Nympha Florentini ord. molendinum super Nympham ab Hugolino Ostiensi et Velletrensi episcopo eis collatum, tenore concessionis inserto, confirmat. XII kal. Nov. a° 1°. ‖ Spicil. Liber. 715. n° 4. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 24 | » | (5346) Praepositum monachosque S. Liberatoris de Magella tuendos suscipit eisque bona ac possessiones, praesertim autem plures ecclesias specialiter enumeratas confirmat. IX kal. Nov. a° 1°. ‖ Gattula Hist. Cassin. II. 291; Tosti Monte-Cassino II. 302. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 24 | » | (5347) Abbati et conventui monasterii s. Mariae in monte Mirteti de Nympha Florentini ord. ecclesiam b. Virginis ab Hugolino Ostiensi et Velletrensi fundatam suis sumptibus et dotatam, et ecclesiam s. Angeli iuxta illam ab antiquo constructam, necnon capellam s. Clementis extra muros Nymphae positam, quas ille eis pia liberalitate donaverat, confirmat, tenore litterarum eiusdem episcopi de verbo ad verbum bullae inserto. IX kal. Nov. a° 1°. ‖ Spicil. Liber. 716. n° 5. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 26 | » | (5348) (Alberico) Remensi, (Petro) Senonensi et (Roberto) Rotomagensi archiepiscopis mandat, ut Ingelrannum de Coucy Laudunensem iam excommunicationis vinculo innodatum propter iniquitatem, qua Ludovicum primogenitum Philippi regis Francorum adversus (Iohannem) regem Anglorum instiget, et omnes eius consiliarios ac coadiutores specialiter eam ob causam excommunicatos publice nuncient, »quia persequendo ecclesiam Laudunensem decanumque (Adamum) capiendo ac detinendo captivum alium laqueum excommunicationis noscuntur incurrisse.« VII kal. Nov. a° 1°. ‖ Duchesne Hist. de la maison de Guines, preuv. 362; Marlot Metropol. Remens. II. 487; Bouquet Rec. XIX. 613; Marlot Hist. de Reims III. 784. n° 136. — »Licet nobilis vir.« |
| » 29 | » | (5349) (Andreae) Pragensi episcopo quaerenti, an saeculares canonici minus legitime nati suis sint renuntiare beneficiis compellendi, cum de iure ad sacros nequeant ordines promoveri, et postulanti, utrum illis sit licitum, qui nec voto nec regulari observantia sint astricti, carnes comedere, quando in sexta feria dies dominicae nativitatis occurrat, respondet. IV kal. Nov. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1216 § 45; Erben Reg. Bohem. I. 267. n° 569; *pars altera int.* Epist. decret. H-i lib. 3. tit. 25 *de observ. ieiun.* c. 1 ed. Cironius 247 (*inscripta* Parganensi episcopo); *int.* Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 46 *de obs. ieiun.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 614 (»Explicari per sedem«). *Cf.* Palacky Reise 20. n° 48; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 89. n° 72. *Initium deest.* |
| » 29 | » | (5350) (Sigfrido) episcopo Augustensi ecclesiam de Offingen cum omnibus pertinentiis in usus proprios confirmat. IV kal. Nov. a° 1°. ‖ Mon. Boica XXXIII. I. 53. — »Cum a nobis.« |
| » 31 | » | • (5351) Berardo archiepiscopo Messanensi gestandi pallii auctoritatem confirmat. II kal. Nov. indict. V. incarn. dom. a° 1216. pont. a° 1°. ‖ *Huius bullae meminit* Pirri Sicil. sacra I. 403. |
| Nov. 1 | » | (5352) Abbati et conventui Fontis Laureati libertates ac immunitates a b. m. (Riccardo) Tropeiensi episcopo eis indultas et donationem S. Dominicae iuxta quam eorum monasterium situm est, et s. Petri ecclesiam ab eodem episcopo concessam auctoritate apostolica confirmat. Kal. Nov. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 457. — »Cum a nobis.« |
| » 2 | » | • (5353) In causa abbatis Castellensis contra plebanum de Wallingen ius patronatus ecclesiae de Gerolze [praef. Parsberg] concernente excommunicationis sententiam irritam declarat. IV non. Nov. a° 1°. ‖ Lang Rogesta II. 76. |
| » 4 | » | (5354) Episcopo et praeposito Ferrariensibus mandat, ne populum Massae Ferrariensis, Cinesellae ac Cadalti, qui ad sedem apostolicam nullo pertineant mediante, a nobilibus viris Sallinguerra et Albertino ac quibusdam aliis molestari permittant. II non. Nov. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 46. n° 61. — »Dilecti filii populus.« |
| » 4 | » | (5355) Ecclesiam s. Andreae apostoli ord. s. Aug. protegendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. II non. Nov. indict. V. incarn. dom. a° 1216. pont. a° 1°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 76. — »Religiosis desideriis dignum.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1216.** |
| Nov. 5 | Laterani | (5356) Priores prioratuum ordinis s. Aug. Yrevallis et Abiey cum omnibus bonis sub apostolicae sedis protectione suscipit, possessiones, decimas *etc.* eis confirmat eisdemque indulget ad temperandam austeritatem semper nudis pedibus ambulandi, ut a festo s. Martini ad kalendas Apriles clericis eorum liceat calceamenta portare. Non. Nov. a° 1°. ‖ Hugo Sacrae antiq. mon. I. 163. — »Avolantis in solitudinem.« |
| » 5 | — | Abbati et conventui monasterii de Homburgk: »Romae ap. S. Sabinam non. Nov. a° 1°.« ‖ Förstemann Urk. des Bened.-Klosters Homburg 33, *vid.* 1285. Nov. 5. |
| » 7 | Laterani | (5357) Basilicam Lateranensem seu patriarchium Salvatoris cum personis omnibus ibidem Domini servitio dedicatis et omnibus bonis sub speciali sedis apostolicae defensione, protectione ac cura suscipit, statuens ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam in eadem ecclesia perpetuo observetur. VII id. Nov. ind. V. incarn. dom. a° 1216. pont. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1216 § 46. *Initium deest.* |
| » 11 | » | * (5358) Abbatibus S. Petri et S. Andreae ac priori S. Martini Viennensis civitatis mandat, ut quosdam prioratus ac decanatus in provincia Viennensi, necnon et pensiones ad vitam, qui quibusdam episcopis, abbatibus, clericis ac etiam laicis a quibusdam abbatibus ac etiam prioribus ordinis Cluniacensis concessa sint, revocent. III id. Nov. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 104. |
| » 12 | » | (5359) B(lancham) comitissam ac Theobaldum natum ipsius comitem Campaniae ad exemplar fel. rec. Innocentii pp. praedecessoris sui cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. II id. Nov. a° 1°. ‖ Teulet Layettes I. 437. n° 1195; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 107. n° 1025. — »Quamvis apostolica sedes.« |
| » 12 | » | * (5360) Le même écrit la même chose aux abbés (Gaucher) de Longpont et (Raoul) de Saint-Jean-des-Vignes et à (Gui) doyen de Soissons. ‖ Jubainville l. c. n° 1026. |
| » 21 | Romae ap. S. Petrum | (5361) (Andreae) Pragensi episcopo mandat, ut, — cum in Boemia usque ad generale concilium consuetudo fuerit ab antiquo, ut tam clerici in sacris ordinibus constituti, quam etiam sacerdotes de facto contraherent et sic contracto contubernio uterentur — cum L. presbytero plebano ecclesiae de Prascoles, qui de tali sit copula procreatus, circa beneficium et ordines susceptos dispenset. XI kal. Dec. a° 1°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 268. n° 570; *cf.* Palacky Reise 20. n° 49. — »Dilectus filius L.« |
| » 21 | » | (5362) (Iohanni) Strigoniensi archiepiscopo et suffraganeis eius et magistris eiusdem provinciae et decano et archidiacono Strigoniensibus significat, se magistris domorum militiae Templi et Hospitalis Ierosolimit. in Strigoniensi provincia constitutis et cantori et thesaurario Strigoniensibus commisisse, ut ab omnibus clericis tam subditis quam praelatis vicesimam ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium in subsidium Terrae sanctae colligant, eisque mandat, ut parati sint usque ad festum Omnium Sanctorum de suis certis redditibus certam summam vicesimae nuntiis praedictorum declarent ac ipsis usque ad kalendas Maii consequentes integraliter exhibeant. XI kal. Dec. a° 1°. ‖ Theiner Monum. Hungar. I. 3. n° 2. — »Inter cetera que.«<br>* *In eundem modum* (Bertholdo) Colocensi archiepiscopo et suffraganeis eius et magistris eiusdem provinciae et decano et archidiacono Colocensibus, et Omnibus patriarchis, archiepiscopis et episcopis *etc.* |
| » 21 | » | (5363) (Sigfrido) archiepiscopo et suffraganeis eius et magistris eiusdem provinciae et decano et archidiacono Maguntinensibus mandat, ut parati sint usque ad festum Omnium Sanctorum de suis certis redditibus certam summam vicesimae in subsidium Terrae sanctae approbante concilio generali destinatae nuntiis collectorum, quibus hoc commissum sit, declarare ac ipsis usque ad kalendas Maii consequentes tam de ipsis certis proventibus, quam etiam de incertis vicesimam integraliter exhibere. XI kal. Dec. a° 1°. ‖ Würdtwein Nova subs. III. 49. — »Inter cetera que.« |
| » 21 | » | (5364) Valerio archiepiscopo Upsalensi et suffraganeis eius et magistris eiusdem provinciae et decano et archidiacono Upsalensibus mandat, ut vicesimam ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium secundum statuta concilii generalis integre ab omnibus omnino clericis in subsidium Terrae sanctae conferendam usque ad kalendas Maii sequentes integraliter exhibeant. XI kal. Dec. a° 1°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 167; Liljegren Svenskt diplomat. I. 688. n° 830; *cf.* Celse Appar. 55. n° 2. — »Inter cetera quae.«<br>* *In eundem modum eodemque die* (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi et suffraganeis eius. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 352. n° 400; *cf.* Meklenb. UB. I. 214. n° 227. |
| » 21 | » | (5365) Spalatensi archiepiscopo et suffraganeis eius, (Iohanni) Strigoniensi archiepiscopo et magistris eiusdem provinciae, decano et archidiacono Strigoniensibus, (Bertholdo) Colocensi archiepiscopo et suffraganeis eius et magistris eiusdem provinciae ac decano et archidiacono Colocensibus mandat, ut, cum in generali concilio ordinatum fuerit, ut omnes omnino clerici vicesimam ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium conferant in subsidium Terrae sanctae, et cum ad consequendum effectum hanc sollicitudinem magistris domorum militiae Templi et hospitalis Ierosolimitani *etc.* commiserit, parati sint |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1216.** usque ad festum Omnium Sanctorum de suis certis redditibus certam summam vicesimae nuntiis praedictorum declarare. xi kal. Dec. a° 1°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 183. — »Inter cetera quae.« |
| Nov. 24 | Romae ap. S. Petrum | (5366) Abbati de Sichem Alverstadens. dioc. et de Nortusen Magunt. dioc. et S. Iohannis Alverstadensis praepositis mandat, ut, cum (Conradus) quondam Ildesemensis episcopus tunc vinculo excommunicationis astrictus archidiaconatum S. Andreae Ildesemensis I. canonico Ildesemensi contulerit, iudices autem a sede apostolica delegati ipsum sententialiter praeposito de Brunesvic adiudicarint, eundem praepositum in ipsius archidiaconatus corporalem possessionem inducant et inductum tueantur. viii kal. Dec. a° 1°. ‖ Würdtwein Nova subs. III. 51. — »Coram dilecto filio.« |
| » 24 | » | (5367) Bertoldo Lubycensi episcopo postulante ecclesiam s. Iohannis baptistae sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. viii kal. Dec. indict. V. incarn. dom. a° 1216. pont. a° 1°. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 36. n° 31. — »In eminenti sedis.« |
| » 25 | » | (5368) Priori et canonicis S. Iuvenalis Narniensibus, qui statuerant, ut ecclesia sua tantum vigintiquatuor canonicos habeat, hoc statutum confirmat. vii kal. Dec. a° 1°. ‖ Bucciarellus Cathedr. Narniens. eccles. 17. — »Cum de reformatione.« |
| » 26 | » | (5369) Magistro P. canonico Pragensi et Hermanno fratri eius, quorum ante adventum cuiusquam legati sedis apostolicae in Polonia pater adhuc in minoribus ordinibus constitutus eorum matrem virginem duxerat in uxorem et iuxta regionis consuetudinem se ad sacros fecerat ordines promoveri eosque iam diaconus aut presbyter susceperat ex eadem, indulget ut possint ad legitimos actus admitti et ad sacros ordines promoveri. vi kal. Dec. a° 1°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 268. n° 571 *omisso initio; cf.* Palacky Reise 20. n° 50. |
| » 26 | » | (5370) (Bertholdo) archiepiscopo Colocensi indulget, ut beneficia »quae magistratus ecclesiarum vulgariter nuncupantur«, non habentia curam animarum annexam secundum consuetudinem personis idoneis assignet. vi kal. Dec. a° 1°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 185; Theiner Mon. Hungar. I. 4. n° 3. — »Super familiam Domini.« |
| » 26 | » | (Berengario) abbati S. Tiberii: »vi kal. Dec. a° 1°.« ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 103, *vid.* 1216. Dec. 8. n° 5383. |
| » 27 | » | (5371) (Aegidio) de Signiaco et (Roberto) de Valle Regis abbatibus Cisterc. ord. Remens. dioc. mandat, ut, cum I(ohannes) comes de Roceio Ludovicum natum (Philippi) regis Francorum invitus et coactus ad partes Angliae comitatus sit, sed mox, »ut ad eum pervenit notitia excommunicationis ipsius«, recesserit a nobili viro memorato, ei, terrae, militibus et familiae eius absolutionis beneficium impendant. v kal. Dec. a° 1°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 614. — »Sicut circa incorrigibiles.« |
| » 28 | » | (5372) (Norandino) episcopo Veronensi mandat, ut M. presbytero, qui »quod bis ut credit in subdiaconum extitit ordinatus, sacerdotale officium timeat exercere,« licentiam tribuat sacerdotale officium exercendi. iv kal. Dec. a° 1°. ‖ Biancolini Serie dei vescovi di Verona 84. n° 8. — »Per tuas nobis.« |
| » 28 | » | * (5373) Abbati Caroli loci Silvanectensis mandat, ut monasterio Corbeiensi visitationis officium impendat. iv kal. Dec. a° 1°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 87. |
| » 29 | » | * (5374) Honorius renouvelant la bulle d'Innocent III n° 5111 mande à (Haimard) évêque de Soissons et aux abbés (Giraud) de Cluny et (Gaucher) de Longpont: 1° de citer devant lui Erard de Brienne, Philippine et Blanche, afin que la question de la légitimité de la naissance de Philippine soit jugée par le pape; 2° de faire jusque-la respecter le *statu quo.* ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 108. n° 1027. |
| Dec. 1 | » | (5375) Principes Angliae qui ab Iohanne rege desciverant, revocare conatur dicendo, iam ad alendam rebellionem sublato eodem rege colorem deesse; proinde ait, ipsorum dignitatis interesse cum Henrico, quem aetas probet innocentem, in gratiam redire; nec enim ferre legum aequitatem, ut paterni sceleris (si quod fuerit) poena in filium transfundatur. Kal. Dec. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1216 § 36, *non integra.* — »Etsi hactenus habueritis.« |
| » 1 | » | * (5376) Abbati et conventui Fontis Laureati confirmat quascunque possessiones, quaecunque bona concessa a (Riccardo) episcopo Tropeiensi aliisque Christi fidelibus. Kal. Dec. indict. V. pont. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 458. |
| » 2 | » | (5377) Abbati et conventui Montis Virginis (ord. s. Ben. Avellan. dioc.) possessiones et redditus per ordinationem Donati abbatis et conventus refectioni pauperum et fratrum monasterii in Coena Domini deputatos confirmat. iv non. Dec. a° 1°. ‖ Mastrullo Monte Vergine sagro 133. — »Cum a nobis.« |
| » 3 | » | (5378) G(ualam) S. Martini presb. cardinalem apostolicae sedis legatum post memoratum Iohannis regis Angliae obitum exhortatur, ut sicut vir fortis et constans tutelam et curam natorum praedicti regis pupillorum et regni magna solicitudine invigilet, eique |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1216.** |
| | | mandat, ut iuramenta quae barones Angliae contra regem praedictum Ludovico primogenito (Philippi) regis Francorum vel aliis praestiterunt, denunciet tanquam illicita non servanda. III non. Dec. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1216 § 34, 35, *plena lacunis.* — »Duris nobis rumoribus.« |
| Dec. 3 | Romae ap. S. Petrum | (5379) Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis, postquam in memoriam revocavit quae de dissidio circa comitatum Trecensem Innocentius III et Philippus rex Francorum statuerunt, mandat, ut Erardum de Brena et Philippam eius uxorem ad implendum apostolicum mandatum per censuram ecclesiasticam compellant. III non. Dec. a° 1°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 615; *sine signo chronol. et initio deficiente* ap. Raynald. l. c. § 41—43; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 108. n° 1029. — »Olim cum ageretur.« |
| » 5 | » | (5380) Crucesignatos monet, appropinquare, cum naves arma et alia necessaria pro maiori parte parata sint, terminum transfretandi in sacro concilio generali constitutum, qui non debeat amplius prorogari. »Eia igitur, sumite arma viri, acuite gladios, festinate milites Iesu Christi, ut adveniente tempore passagii generalis . . . transfretetis!« *etc.* Denique mandat eis, ut (Simoni) Tyrensi archiepiscopo praedicanti verbum Dei pro succursu Terrae sanctae devote intendant. Non. Dec. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1216 § 22, 23. — »Cum dicatur nobis.« |
| » 5 | » | (5381) Archiepiscopis, episcopis et abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis, principibus, baronibus et universo populo per Franciam constitutis in memoriam redigit, transfretandi terminum appropinquare in sacro generali concilio constitutum, qui non debeat prorogari. »Eia igitur, sumite arma, acuite gladios festinanter, milites christiani!« Addit, se (Simoni) Tyrensi archiepiscopo mandasse, moneat eos, ut ipsi praedicanti verbum Domini pro succursu Terrae sanctae devote intendant. Non. Dec. a° 1°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 615. — »Cum dicatur nobis.« |
| ». 5 | — | Episcopo, praeposito ac decano ecclesiae Osiliensis: »Romae ap. S. Sabinam non. Dec. a° 1°«. ‖ *Haec bulla quam* Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 5 *perperam* Honorio III *tribuit, ex* Honorii IV *cancellaria prodiit; vid.* 1285. Dec. 5. |
| » 6 | Romae ap. S. Petrum | (5382) (Arnaldo) Cisterciensi et (Conrado) Claraevallensi abbatibus praecipit, adeant Philippum regem Francorum, moneant et obsecrent per aspersionem sanguinis Iesu Christi, ut condonet cl. mem. I(ohannis) regis Angliae filiis pupillis delicta patris et impendat operam, ut Ludovicus eius primogenitus cesset ab inferendo ipsis bello, ne aggravare manus suas in ipsum cogatur. VIII id. Dec. a° 1°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 86; Bouquet Rec. XIX. 616; Raynaldi Ann. ad a. 1216 § 37. 38, *non integra.* — »Etsi hactenus pro.« |
| » 8 | » | (5383) (Berengario) abbati S. Tiberii significat, dedisse se in mandatis Magalonensi episcopo et priori Fontis Frigidi, ut a Rogerio Bernardi comite Fuxensi, ab eiusdem filio et a Rogerio de Comenga eiusdem nepote sufficientem iuratoriam cautionem et fideiussoriam recipiant de negotio pacis et fidei non perturbando, imo de pacis forma fideliter observanda. Mandat ei, ut his completis castrum Fuxi dicto comiti restituat. VI (kal., *sed legi debet*) id. Dec. a° 1°. ‖ Manrique l. c. IV. 103. — »Noverit tua devotio.« |
| » 8 | » | (5384) R(aimundo) comiti Fuxensi scribit, se (Bernardo) Magalonensi episcopo et priori Fontis Frigidi Narbonens. dioc. dedisse in mandatis, ut ab ipso, Rogerio Bernardi filio et Rogerio de Commengia nepote ipsius recipiant sufficientem fideiussoriam cautionem, quod negotium pacis et fidei non turbent, et recipientes etiam super hoc litteras eorum patentes in quibus contineatur expresse quod, si contra facere temptarent, castrum Fuxi incideret in ecclesiae Romanae commissum, (Berengario) abbati S. Tiberii 15000 solidorum Melgoriensium pro expensarum parte, quas in custodia ipsius castri fecisse dinoscatur, faciant ab ipso comite solvi; »quibus rite peractis idem castrum sublato cuiuslibet dilationis obstaculo faciant tibi reddi.« VI id. Dec. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. II. 252 (ed. Mansi III. 22); Bouquet Rec. XIX. 617. — »Cum olim a.«<br>* *In eundem modum* (Bernardo) Magalonensi episcopo et priori Fontis Frigidi (*gallice* ap. Petr. de Marca Hist. de Béarn 748). |
| » 8 | » | (5385) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis mandat atque praecipit, compellant per censuram ecclesiasticam presbyteros et clericos suos, ut ab indebita molestatione fratrum militiae Templi super tertia parte omnium bonorum hominum suorum qui post se relinquunt heredem, penitus desistant. VI id. Dec. a° 1°. ‖ Registrum episc. Aberdon. II. 260. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 8 | » | (5386) Hermanno magistro hospitalis s. Mariae Alemannorum Ierosolimitani eiusque fratribus possessiones bonaque ac praesertim aliquot in Asia sita confirmat, privilegia et constitutiones tribuit. VI id. Dec. incarn. dom. a° 1216. ind. V. pont. a° 1°. ‖ Hennes UB. I. 26. n° 25; Strehlke Tab. 272. n° 303; *cf.* Napiersky Index I. 2. n° 6*. — »Effectum iusta postulantibus.« |
| » 9 | » | (5387) B(lanchae) comitissae et T(heobaldo) nato eius comiti Campaniae nunciat, se eorum nuntios et litteras recepisse, eisque pro missis exeniis gratias agit. V id. Dec. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 856; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 108. n° 1030. — »Ad devotionem quam.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1216.** |
| Dec. 12 | Romae ap. S. Petrum | (5388) (Aimardo) episcopo, (Radulfo) abbati S. Ioannis in Vineis et (Iohanni) decano Suessionensibus mandat, ut (Blancham) comitissam ac Th(eobaldum) filium eius comitem Trecenses tueantur, compescendo per censuram ecclesiasticam dominos feodorum quae dictus comes ut cliens tenet, et illos qui ab eo feoda tenent, ne pacta fidelitatis receptae et praestitae rescindant. II id. Dec. a° 1°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 618; *cf. argum.* ap. Jubainville l. c. n° 1031; ap. Teulet Layettes I. 439. n° 1203. — »Cum apostolicae servitutis.« |
| » 13 | » | (5389) (Iohanni) abbati S. Genovefae, (Iohanni) priori S. Martini de Campis et cantori Parisiensibus mandat, ut, si Erardus de Brena, qui comitatum Campaniae occupare conetur, in Senonensi provincia auxiliarios et fautores invenerit, eos per censuram ecclesiasticam compellant. Id. Dec. a° 1°. ‖ Bouquet l. c. 618; *cf.* Jubainville l. c. n° 1032. — »Cum felicis memoriae.« |
| | | * *In eundem modum* Episcopo, abbati S. Iohannis in Vineis et decano Suessionensibus; » » » (Giraldo) Cluniacensi et (Arnaldo) Cisterciensi abbatibus et priori de Vergeyo. ‖ *Cf. argument.* ap. Jubainville l. c. n° 1034; ap. Teulet l. c. I. 439. n° 1202. |
| » 16 | » | (5390) Burgensibus de Rupella [Rochelle] intimat, quoscumque eorum qui propter varia impedimenta in personis propriis proficisci non possint in subsidium Terrae sanctae, pro se autem et in suis expensis ad eiusdem terrae succursum viros transmittere bellicosos destinarint, de sacri concilii concessione plenam suorum peccatorum veniam obtenturos esse. XVII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Biblioth. de l'éc. des chartes. 19e Ann. IV. sér. (1858.) IV. 168. — »Ad nostram noveritis.« |
| » 16 | » | (5391) Iuttae abbatissae monasterii in Nutlo [Notteln] advocatiam monasterii sui, quam Adolfus de Holt et Rotgerus de Nutlo ei vice sui coenobii resignaverant, confirmat. XVII (kal. *suppleo*) Ianr. a° 1°. ‖ Niesert Münster. US. II. 330; *cf.* Wilmans Westfäl. UB. III. 51. n° 98. — »Cum a nobis.« |
| » 16 | » | (5392) Eidem abbatissae decimas, quas Simon comes de Tekeneburch et quidam alii longis retroactis temporibus tenuerunt, de assensu diocesani episcopi et capituli sui monasterio eius collatas confirmat. XVII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Wilmans l. c. 50. n° 97. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 17 | » | (5393) Potestati et populo Mutinensibus castra Carpi et Montis Baranzonis ex terris comitissae Mathildis clarae mem. in feudum concedit. XVI kal. Ianr. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 47. n° 62. — »Sedis apostolice providentia.« *Cf.* n° 5404. |
| » 17 | » | (5394) G(uillelmo) Meldensi episcopo mittit decretum, »ut duo ex canónicis Meldensis ecclesiae in tuo servitio existentes suarum fructus integre percipiant praebendarum, cum absentes dici non debeant sed praesentes, qui tecum pro tuo et ipsius ecclesiae servitio commorantur.« XVI kal. Ianr. a° 1°. ‖ Du Plessis Hist. de Meaux II. 107. n° 242. — »Ex parte tua.« |
| » 18 | » | (5395) Capitulo Parmensi iura et rationabiles et approbatas consuetudines ecclesiae suae eis per b. m. G. Albanensem electum tunc legatum apostolicae sedis confirmatas confirmat. XV kal. Ianr. a° 1°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 330. n° 34. — »Solet annuere sedes.« |
| » 18 | » | (5396) Capitulo Placentino significat, se (Othoni) Ianuensi archiepiscopo dare in mandatis, ut eos ad eligendum praesulem providum et honestum inducat. Mandat eis, ut, cum ab ipso archiepiscopo fuerint requisiti, de tali sibi providere pastore studeant, qui gratiam apostolicae sedis habeat. XV kal. Ianr. a° 1°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 388. n° 66; *cf.* Robolini Notizie III. I. 93. — »Etsi ex assumptae.« |
| » 19 | » | (5397) Abbati S. Pauli et scholastico Padeburnensibus et praeposito S. Pauli de Nieukerken (prope Corbeiam) Padeburnens. dioc. mandat, ut, cum »Engelbertus quondam maior praepositus, nunc in archiepiscopum Coloniensem electus et etiam confirmatus ... praeposituram S. Severini Coloniensis et alia beneficia ... detineat minus iuste,« hanc praeposituram vel aliud beneficium competens praeposito Brunsvicensi »qui se per apertissima rerum indicia ecclesiae Romanae fidelem exhibuit et devotum,« conferant eumque in possessionem inducant. XIV kal. Ianr. a° 1°. ‖ Annal. des hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861.) 250. — »Probata fides et.« |
| » 19 | » | (5398) Episcopo Tervisino et archidiacono Concordiensi mandat, ut A(lberto) electo Concordiensi tantum de possessionibus minus utilibus vendendi tribuant licentiam, quantum ad allevationem debiti Concordiensis ecclesiae expediat. XIV kal. Ianr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 336. — »Ex litteris fratris.« |
| » 19 | » | (5399) Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint mandat, ut fratres hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani, quos ab ipsorum domo discedere contigerit licentia non obtenta, compellant ut revertantur ad ipsam. XIV kal. Ianr. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 274. — »Cum dilectis filiis.« |
| » 21 | » | (5400) Repetit n° 578a Innocentii III d. d. 1199. Ianr. 26: »XII kal. Ianr. a° 1°.« ‖ Rondinini Monast. de Casaemario 127. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1216.** |
| Dec. 21 | Romae ap. S. Petrum | • (5401) Le pape défend à tous prêtres et clercs de s'attribuer une part du droit appartenant aux chevaliers du Temple sur la succession de leurs sujets, droit qui était du tiers quand ceux-ci laissaient des héritiers, et de la moitié quand ils ne laissaient ni héritiers ni femme. XII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Archives historiq. du Poitou. I. (Poitiers 1872. gr. 8°) 93. not. |
| » 22 | Romae ap. S. Sabinam (?) | (5402) Dominico priori S. Romani de Tolosa et fratribus eius, attendens »fratres ordinis tui futuros pugiles fidei et vera mundi lumina«, confirmat ordinem cum omnibus castris et possessionibus et ipsum ordinem eiusque possessiones et iura sub sua gubernatione et protectione suscipit. XI kal. Ianr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1216 § 49; Bzovius Ann. ad a. 1216 § 9. XIII. 228; Quetif & Echard Script. ord. Praed. I. 13. not.; Ripolli Bullar. Praed. I. 4. — »Nos attendentes fratres.« |
| » 22 | » | (5403) (Dominico) priore S. Romani Tolosani eiusque fratribus postulantibus ecclesiam s. Romani Tolosanensis sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. XI kal. Ianr. (Iun. *Bzov., errore typogr.*) indict. V. incarn. dom. a. 1216. pont. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. I. 79; Bzovius l. c. § 9. XIII. 229; Quetif l. c. 13. not.; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 309; Ripoll. l. c. 2; *fragm.* ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 87. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 22 | Romae ap. S. Petrum | »Honorius pp. pontificatus sui anno primo confirmavit ordinem fratrum Praedicatorum ... Romae ap. S. Petrum in crastinum s. Thomae apostoli XI kal. Ianr. a° D^i 1216.« ‖ Vita H-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. 568. B. — »A° D^i 1216. (IX, *legas*) XI kal. Ianr. in crastino b. Thomae apostoli Romae ap. s. Petrum confirmatus est ordo fratrum Praedicatorum praedicti Honorii pp. anno primo.« ‖ Brev. hist. ordinis Praed. ap. Martene Ampl. collect. VI. 333. |
| » 23 | » | (5404) Potestati et populo Mutinensibus castrum Carpi et castrum Montis Baranzonis, quae fuerant cl. m. comitissae Matildis, cum curtibus et aliis pertinentiis »tempore nostro« custodienda committit. X kal. Ianr. a° 1°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola I. 470. not. B. — »Sedis apostolicae providentia.« *Cf.* n° 5393. |
| (Aug.-Dec.) | — | (5405) Roderico archiepiscopo Toletano significat, se petitionem Iohannis clerici, procuratoris archiepiscopi Bracarensis, qui petiverat ut terminus in causa quae inter praefatos archiepiscopos super primatia vertebatur, videlicet proximum festum Omnium Sanctorum prorogetur, admittendam non duxisse, cum archiepiscopus Bracarensis id non acceptaverit ac recusaverit plures testes producere. *Sine signo chron.* ‖ Mansi Concil. XXII. 1096; Aguirre Conc. Hisp. V. 181; Labbe Conc. XI. 244. n° 4; V. Compil. decret. H-i ed. Cironius 110. — »Te ac Ioanne.« |
| — | — | (5406) (Henricum) regem Anglorum hortatur, ut virtutibus imbuat, ecclesiam et ministros ipsius humiliter veneretur et populum sibi subiectum in pulchritudine pacis et requie opulenta gubernet. »Et quia mores solent a convictu formari, familiares habere studeas providos et honestos.« *Sine signo chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. maior 301 *ad* a. 1218; Mansi Concil. XXII. 1094; Labbe Conc. XI. 242. — »Cum te tamquam.« |
| — | — | • (5407) Onorio III incarica Volfero patriarca d'Aquileja, d'accomodare le differenze tra' Veneziani dall' una, e' Padovani e Trivigiani dall' altra sul fatto della Spineda. ‖ Manzano Annali del Friuli II. 243. |
| — | — | Episcopo Lingonensi et abbati Morimundi. *Sine signo chronol.* ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 81, *vid.* 1213. Mai. 29. n° 4739. |
| — | — | Hospitale s. Mariae in Ierusalem: »Etsi neque qui«, *sine nota chronol.* ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 5, *vid.* 1220. Dec. 15. |
| | | **1217.** |
| Ianr. 2 | Laterani | (5408) Consules et populum Guarcinatium monet, ut monasterium s. Bartholomaei de Trisulto et fratres ibidem morantes commendatos habentes nullam eis super possessionibus, pascuis vel aliis bonis inferant molestiam vel gravamen. IV non. Ianr. a° 1°. ‖ Spicil. Liber. 718. n° 8. — »Cum apostolica sedes.« |
| » 3 | » | (5409) (Iohanni) archiepiscopo et G. archidiacono Turonensibus mandat, faciant ut R(adulfus) vicecomes Bellismontis, qui Ludovicum primogenitum (Philippi) regis Franciae ad occupandum regnum Angliae comitatus et postea facti poenitens ab excommunicationis vinculo, quo propter hoc tenebatur, absolvi postulaverat et itineri Ierosolymitano se voverat, se ad profectionem praeparet. III non. Ianr. a° 1°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 622. — »Nobilis vir R.« |
| » 5 | » | (5410) Priorem et conventum S. Iusti (dioc. Compostellanae in Hispania), quorum ecclesiam, quia abbas et conventus Fontis Vivi debitam non poterant diligentiam ei adhibere, abbas de Columba priori et conventui Casaemarii commiserat, monet attente, ut monasterio Casaemarii de cetero iuxta Cisterciensis ordinis instituta humiliter intendant. Non. Ianr. a° 1°. ‖ Rondinini Monast. de Casaemario 35, *mendis maculata.* — »Dilectus filius abbas.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1217.** |
| Ianr. 5 | Laterani | (5411) Abbati et conventui Casaemarii de superiore epistola significat eisque mandat, ut ecclesiam s. Iusti in adoptionis filiam recipientes erga ipsam maximum affectum de cetero gerant. Non. Ianr. a° 1°. ‖ Rondininus l. c. 36. — »Dilectus filius abbas.« |
| » 10 | » | (5412) Abbati Cistercii et universis coabbatibus eius indulget, ne de cetero ultra duas dietas a monasteriis propriis per litteras apostolicas trahi possint in causam. IV id. Ianr. a° 1°. ‖ Hocker Suppl. z. d. Haylsbronnischen Antiquit.-Schatz 91 in n° 17. — »Si adhuc Amalech.«] |
| » 12 | » | (5413) Petro episcopo Asculano in ecclesia s. Antonii de Monte Ulmi in Asculana dioc. annuum censum quatuor denariorum Papiensium concedit, ita tamen ut nihil amplius quoad legem iurisdictionis vel diocesanam exigere possit in ecclesia eadem. II id. Ianr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 463. — »Et tua supplex.« |
| » 17 | » | (5414) Archiepiscopo Dublinensi mandat, ut illos qui de regno Hiberniae in H(enrici) regis Angliae devotione persistunt, ad eam ferventius animet, et eos qui abalienati retrorsum conversi a dextera in sinistram a fidelitate regia recesserunt, ad eandem studeat revocare. XVI kal. Febr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 2. n° 5. — »Non iam magis.« |
| » 26 | » | (5533) Abbatissam et moniales de Rinesburch [Rijnsburg] cum omnibus bonis tuendas suscipit eisque concedit, »ut cum generale interdictum fuerit terre, liceat eis, non pulsatis campanis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et nominatim etiam interdictis, submissa voce divina officia celebrare.« vi kal. Mai. a° 1°. ‖ Kluit Hist. crit. Holland. II. I. 384. n° 92; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 147. n° 257. — »Solet annuere sedes.« |
| » 26 | » | • (5534) Compositionem inter capitulum Salzburgense et Conradum burggravium Salzburgensem super quibusdam possessionibus initam confirmat. ‖ Orig. in caes. tabular Vienn.; Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 528. n° 76. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1217.** |
| Apr. 26 | Laterani | • (5535) Honorius charge (Iean) abbé de Saint-Victor, G(autier) et A(lbéric) Cornut, chanoines de Paris, de juger la réclamation de l'abbé et du couvent de Pontigny qui prétendent que leurs granges auraient été pillées par Blanche de Navarre, par Thibaut *etc.* ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 113. nº 1057. |
| » 27 | » | (5536) Episcopo, magistro I. de Heduno et S. de Lindesia canonicis Dunkeldensibus mandat, ut ea quae contra episcopum S. Andreae proposita fuerint et quae ipse ad excusationem suam duxerit proponenda, audiant et inquirant et, quae invenerint, ad sedem apostolicam remittant. v kal. Mai. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 3. nº 6. — »Dilectus filius Eustatius.« |
| » 29 | » | (5537) Dublinensem archiepiscopum apostolicae sedis legatum, cum in Hibernia quidam propria malitia excoecati contra H(enricum) regem Anglorum, pupillum et orphanum crucesignatum curae sedis apostolicae derelictum se infideliter erigant et fideles eius impie persequantur, ad partes illas destinat, ut tam super reformanda pace, quam super succursu regis praedicti statuat, prout viderit expedire. III kal. Mai. aº 1º. ‖ Theiner l. c. 4. nº 7. — »Videntes et dolentes.« |
| » 29 | » | (5538) Arbitrium prolatum a (Guillelmo) Meldensi episcopo, M(ichaele) decano S. Marcelli et a fratre Garino arbitris communiter electis inter abbatem conventumque S. Germani a Pratis ex parte una et (Petrum) episcopum, H(ugonem) decanum et capitulum Parisienses ex altera super iure parochiali spirituali et iure episcopali in territorio eiusdem monasterii exercendo ratum habet et confirmat. III kal. Mai. aº 1º. ‖ Launoii Opp. III. I. 260; Launoy Examen des privil. p. serv. au jugem. du procès qui est entre l'archevêq. de Paris et les moines de S. Germ.-des-Prés (1662. 4º) 211. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 29 | — | • Philippo Franciae regi: »Romae ap. S. Sabinam III kal. Mai. aº 1º.« ‖ Teulet Layettes I. 442. nº 1210 *male tribuit* Honorio III; *scripsit hoc privilegium* Honorius IV, *vid.* 1286. Apr. 29. |
| Mai. 2 | Laterani | (5539) (Guarino) episcopo Silvanectensi, (Iohanni) abbati S. Genovefae et (Iohanni) priori S. Martini de Campis (Parisiensis) mandat, ut Erardum de Brena et Philippam uxorem eius necnon et fautores eorum per excommunicationis sententiam in personas et interdictum in terras eorum sine morae dispendio compellant, ut ab infestatione Thebaldi Campaniae comitis et terrae suae et suorum ob Christi reverentiam desistentes firmam treugam inviolabiliter observandam usque ad tempus in generali concilio diffinitum (*i. e.* per quadriennium) ineant cum eodem. VI non. Mai. aº 1º. ‖ Innoc. III Ep. ed. Baluze II. 842; Opp. ed. Migne III. 984; Bouquet Rec. XIX. 633; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 114. nº 1065. — »Anima nostra turbata.« |
| » 2 | » | (5540) Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis firmiter praecipit, ut contra Erardi de Brena qui cum complicibus et coadiutoribus suis terram Theobaldi Campaniae comitis nuper hostiliter intrans quasdam villas incendio devastavit et mercatores euntes ad nundinas in strata publica depraedatus est, et Philippae uxoris eius praesumptionem malignam iuxta Innocentii III praedecessoris mandatum sine dispendio procedant, ne »nos vobis scribere durius cogamur, qui habemus in promptu omnem inobedientiam vindicare, spiritualibus armis et Deo potentibus militantes.« VI non. Mai. aº 1º. ‖ Innoc. III Ep. ed. Baluze II. 843; Opp. ed. Migne III. 982; Bouquet l. c. 631; *cf.* Jubainville l. c. nº 1066. — »Anima nostra turbata.« |
| » 5 | » | (5541) (Stephano) abbati et conventui Casinensibus ecclesiam s. Mariae de Virgion a (Benedicto) Portuensi episcopo tunc tit. S. Susannae presbytero cardinale apostolicae sedis legato eorum monasterio collatam confirmat. III non. Mai. aº 1º. ‖ Tosti Monte-Cassino II. 301; Spicil. Liber. 725. nº 20. — »Iustis petentium desideriis.« *Cf.* 1222. Oct. 31. |
| » 6 | » | (5542) Praeposito, I. archidiacono et cantori Suessionensibus mandat, ut causam inter decanum capitulumque Remensis ecclesiae et abbatem conventumque S. Remigii ac priorem S. Mauricii Remensis super iniuriis et oppressionibus eidem ecclesiae irrogatis vertentem audiant et fine canonico terminent. II non. Mai. aº 1º. ‖ Varin Archiv. admin. de Reims I. II. 503. — »Dilecti filii decanus.« |
| » 9 | » | (5543) Abbatibus et universis fratribus Praemonstratensis ordinis concedit, ut quoties inter abbates vel fratres, qui Praemonstratensis ecclesiae magisterium recognoscunt, ad audientiam apostolicae sedis super spiritualibus causae quaecumque fuerint delatae, ad viros eiusdem ordinis remittantur, ita ut, si ad alios iudices huiusmodi indulgentiae non habita commissio de cetero apparuerit impetrata, robore careat firmitatis. VII id. Mai. aº 1º. ‖ Le Paige Bibl. Praem. 649. — »Etsi nemo militans.« |
| » 10 | » | (5544) (Gervasio) abbati Praemonstratensi indulget, ut fratrum et conversorum ordinis confessionem audiat eosque absolvat, tonsuras novitiis clericis faciat, vestimenta sacerdotalia et pallas altaris benedicat *etc.* VI id. Mai. aº 1º. ‖ Le Paige l. c. 649. — »Cum sis pater.« |
| » 11 | » | (5545) Gervasio abbati Praemonstratensi ceterisque abbatibus et canonicis Praemonstratensis ordinis ad exemplar Alexandri, Lucii *etc.* praedecessorum suorum universas regu- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1217.** |
| | | lares institutiones et dispositiones, quas de communi consensu vel maioris partis fecerint, roborat et communit. v id. Mai. indict. VI(!). incarn. dom. a° 1217. pont. a° 1°. ‖ Le Paige l. c. 650. — »In eminenti apostolicae.« |
| Mai. 11 | Laterani | • (5546) Eisdem confirmat exemptiones saecularium exactionum et inhibet, ut nullus ab eis de novalibus a tempore concilii generalis excultis vel in posterum propriis manibus aut sumptibus excolendis decimas exigere vel extorquere praesumat. v id. Mai. indict. VI(!). a° 1°. ‖ Grünhagen Regest. I. 100. n° 189. |
| » 11 | » | • (5547) Eisdem indulget, ut aliquatenus conveniri non possint, nisi litterae apostolicae expressam de Praemonstratensi ordine fecerint mentionem. v id. Mai. a° 1°. ‖ Grünhagen l. c. n° 190. |
| » 11 | » | (5548) Fulcone episcopo postulante ad exemplar Calixti, Innocentii, Eugenii, Anastasii et Innocentii Roman. pontif. Papiensi ecclesiae honorem et dignitatem episcopalem, privilegia ac iura confirmat, ac eidem episcopo concedit, ut inter sacra missarum solemnia pallio uti, in processione palmarum et feriae secundae post pascha equum album udone coopertum equitare *etc.* possit. (v id. *om. Ugh.*) Mai. indict. V. incarn. dom. a° 1217. pont. a° 1°. ‖ Mar. Spelta Hist. delle vite di tutti i vescovi ... di Pavia. (Pav. 1597. 4°) 321; Ughelli Ital. sacra I. 1098; *cf.* Robolini Notizie IV. I. 93, 370. — »Et ipsa iustitiae.« |
| » 13 | » | (5549) Cinthio magistro hospitalis s. Mariae in Saxia eiusque fratribus petentibus dictum hospitale sub b. Petri et sua protectione suscipit ac separatum ab unione domus Monspeliensis declarat, concedens ut eius magister soli Romano pontifici sit subiectus et fratres in loca interdicto supposita venientes facultatem habeant pulsandi campanas *etc.* iii id. Mai. indict. V. incarn. dom. a° 1217. pont. a° 1°. ‖ Magn. Bullar. III. 185; Toussart Diplom. I. 12; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 320. — »Inter opera pietatis.« |
| » 15 | » | (5550) Monasterium Knechtstedense Praemonstrat. ord. cum omnibus bonis tuendum suscipit eiusque iura ac privilegia confirmat. Idib. Mai. ind. VI(!). incarn. dom. a° 1217. pont. a° 1°. ‖ Ledebur Neues allgem. Archiv III. (1836.) 141. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 15 | Anagniam«. | »Idibus Maii dominus papa Honorius egressus Roma venit ‖ Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 896 (*sub tit.:* Annal. Ceccanens. ap. Pertz Mon. G. H. scr. XIX. 301). |
| » 19 | Anagniae | (5551) (Thaddeo) episcopo et capitulo Alatrinis statutum, quod illi de possessionibus et manualibus ecclesiae Alatrinae non vendendis vel alienandis alicui fecerant, confirmat. xiv kal. Iun. a° 1°. ‖ Spicil. Liber. 724. n° 19. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 20 | » | (5552) Abbati et conventui Casinensibus, quibus Benedictus tit. S. Susannae presb. cardinalis legationis exercens officium in partibus Romaniae monasterium s. Mariae de Virgioti extra civitatem Constantinopolitanam infra duo milliaria situm concesserat, ita tamen quod monachi Graeci commorantes ibidem inde nullatenus expellantur, hanc concessionem confirmat. xiii kal. Iun. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. magnum IX. 44; Gattula Hist. Casinens. 492; Montfaucon Diar. Italicum 329. — »Cum a nobis.« |
| » 22 | — | (Dominico) priore S. Romani Tolosani: »Romae ap. S. Sabinam xi kal. Iun. ind. V.... a° 1°« ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1216 § 9. XIII. 229, *vid.* 1216. Dec. 22. n° 5403. |
| » 26 | Anagniae | (5553) Veglensi et Traguriensi episcopis mandat, iniungant Nonensi episcopo, quem archiepiscopus Spalatensis non electum a clero vel a populo expetitum pro sua voluntate in quadam villa rurali praesumpsit in episcopum Nonensis ecclesiae consecrare, ut in festo s. Lucae proxime venturo per se vel per procuratorem idoneum apostolico conspectui se praesentet exhibiturus et recepturus super hiis quod postulat ordo iuris. vii kal. Iun. a° 1°. ‖ Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 70. n° 78; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 389; *argum.* ap. Fejér Cod. dipl. III. I. 243. — »Dilectus filius N.« |
| » 26 | » | (5554) Priori et fratribus S. Agnelli de Guarcino [in Campania] statutum, quod b. m. Iohannes tit. S. Praxedis presbyter, tunc S. Mariae in Via lata diaconus cardinalis super reformatione domus eorum condiderat cuiusque tenor praesentibus litteris adnotatus est, confirmat. vii kal. Iun. a° 1°. ‖ Spicil. Liber. 727. n° 24. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 27 | » | (5555) Potestatem Bononiensem hortatur, ut statuta contra libertatem scholarium condita protinus abroget. vi kal. Iun. a° 1°. ‖ (Sarti) De archigymn. Bonon. profess. II. 58; Savioli Ann. Bologn. II. II. 380. — »Ex tenore literarum.« |
| » 27 | » | (5556) Scholares universos de Urbe, de Campania et de Tuscia Bononiae commorantes monet, ne Bononiensium statuta contra eorum libertatem promulgata ullo pacto servaturos se esse promittant. vi kal. Iun. a° 1°. ‖ (Sarti) l. c. 58; Savioli l. c. 380. — »Etsi multam honestatem.« |
| » 29 | » | (5557) (Venturae) episcopo Ariminensi mandat, ut eis »qui pro eo quod contra Forosimphronienses hostiliter processerunt, vinculo sunt excommunicationis astricti«, iuratoria ab ipsis cautione accepta »quod super hiis, pro quibus excommunicati sunt nostris parebunt mandatis«, beneficium absolutionis impendat. iv kal. Iun. a° 1°. ‖ Tonini Rimini 423. — »Ex parte tua.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1217.** |
| Mai. 31 | Anagniae | (5558) Monasterium s. Mariae de Mansiade Cisterc. ord. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. II kal. Iun. indict. V. incarn. dom. aº 1217. pont. aº 1º. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 240. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » — | Laterani | Fulconi episcopo Papiensi: »dic... Mai. indict. V. incarn. dom. aº 1217. pont. aº 1º.« ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1098, *vid.* 1217. Mai. 11. nº 5548. |
| Iun. 6 | Anagniae | (5559) (Guilelmo) episcopo Migmatensi mandat, ut, cum olim P(etrus) rex Aragoniae comitatum Amilianensem (Raimundo) comiti Tolosano titulo pignoris obligasset ac (Raimundus) Uticensis episcopus et socii eius apostolicae sedis legati comitatum eundem ipsi comiti propter eius haeresim subtrahentes ipsum dicto episcopo commisissent conservandum, comitatum praedictum I(acobo) Aragonensi regi restituat. VIII id. Iun. aº 1º. ‖ Bouquet Rec. XIX. 633. — »Carissimus in Christo.« |
| » 7 | » | (5560) Monasterii s. Mariae de Urano Camaldulens. ord. tutelam suscipit, statuens ut eiusdem ecclesia vel monachi ipsi nullius archiepiscopi vel episcopi aut alicuius ecclesiasticae personae, praeterquam Romani pontificis iurisdictioni debeant in posterum subiacere sive in aliquo respondere. VII id. Iun. aº 1º. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. append. p. 369. — »In regesto noni.« |
| » 8 | » | (5561) Fratribus Cartusiensis ordinis indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare eis liceat. VI id. Iun. aº 1º. ‖ Tromby Storia V. app. 70. nº 57, *omisso initio.* |
| » 12 | » | (5562) Clero et populo Placentinis, quibus Iohannem Petri Leonis subdiaconum suum nepotem Guidonis S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardin. archiepiscopus Ianuensis et abbas de Columba in episcopum providerant, mandat, ut, cum iam dicto subdiacono expediat et dicto cardinali placeat »ut adhuc insistat scholasticis disciplinis«, infra 15 dies cum consilio praedicti abbatis personam idoneam sibi canonice in episcopum eligant. II id. Iun. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 206. — »Ex litteris venerabilis.« *Cf.* nº 5579. |
| » 16 | » | (5563) Compositionem inter Iohannem abbatem et conventum Sublacenses ex parte una et N. episcopum capitulumque Tiburtinos ex altera factam super episcopali iure, quod dictus episcopus requirebat ab ecclesiis monasterii Sublacensis in sua diocesi constitutis confirmat. XVI kal. Iul. aº 1º. ‖ Spicil. Liber. 714. nº 3. — »Cum inter Romanum.« |
| » 20 | » | (5564) Monasterii Sublacensis patrocinium suscipit eiusque possessiones ac bona propriis suis vocabulis hic inserta confirmat. XII kal. Iul. indict. V. incarn. dom. aº 1217. pont. aº 1º. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 247; Spicil. Liber. 711. nº 2. — »Quamvis universarum ecclesiarum.« |
| » 20 | » | (5565) T. praeposito Vallis Lucis libertatem et immunitatem ecclesiae s. Quirici per magistrum B. de consensu P. comitis Cellanensis concessas confirmat. XII kal. Iul. aº 1º. ‖ Spicil. Liber. 726. nº 22. — »Cum a nobis.« |
| » 22 | » | (5566) (Premizlao Otakaro) regi Boemiae in negotio quaestionis inter eum et (Andream) episcopum Pragensem exortae scribit, se iuxta eius petitionem procedere non potuisse eo quod procuratores minus idoneos et instructos ad sedem apostolicam destinaverit. Arguit eum, quod in eius regno clerici non solum ad saecularia iudicia pertrahantur, verum etiam per laicos ultimo afficiantur supplicio et morte turpissima condempnentur; quod interdicti sententiam ab episcopo Pragensi prolatam vilipendat, quod excommunicatis communicare publice non vereatur, investituras ecclesiarum usurpet *etc.* Monet eum, ut relinquens dicto episcopo iudicia clericorum *etc.* ab ecclesiarum oppressione ac detentione decimarum desistat *etc.* Si autem omnino velit negotium ipsum iudicio terminari, procuratores idoneos mittat. X kal. Iul. aº 1º. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 270. nº 578; *cf.* Palacky Reise 21. nº 56; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 93. nº 78. — »Inter ceteros mundi.« |
| » 22 | » | (5567) Priori et conventui Camaldulensibus monasterii de Vangaditia liberam et plenam correctionem, repetens Innocentii III bullam d. d. 1213. Sept. 25 (*vid.* nº 4814), committit, ita tamen ut qui pro tempore fuerit electus ibidem, Romano pontifici praesentetur, ab eo confirmationis et benedictionis gratiam recepturus. X kal. Iul. aº 1º. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. append. p. 371. — »In litteris felicis.« |
| » 24 | » | (5568) Decano S. Fraimbaldi et S. Reguli ac S. Fraimbaldi Silvanectensis cantoribus intimat, se recepisse querelam abbatis et conventus S. Dionysii Parisiensis de (Petro) Senonensi archiepiscopo et aliis episcopis, qui a maneriis dicti monasterii in suis diocesibus positis insolitas exigerent procurationes. Mandat eis, ut partibus convocatis causam audiant eamque appellatione remota terminent. VIII kal. Iul. aº 1º. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 549. — »Querelam dilectorum filiorum.« |
| » 27 | » | (5569) (Durando) episcopo Cabilonensi mandat, ut O(doni) duci Burgundiae, qui L(udovico) primogenito P(hilippi) regis Francorum bellum in Angliam illaturo mille marcas argenti mutuavit timens sibi et filio suo parvulo ac terrae suae, dum fuerit in subsidio Terrae sanctae, absolutionis beneficium impendat, cum propter hoc conscientiam cauteriatam habeat. V kal. Iun. aº 1º. ‖ Bouquet Rec. XIX. 634. — »Ex insinuatione nobilis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1217.** |
| Iun. 27 | Anagniae | (5570) (Simoni) episcopo Varadiensi, qui pro chrismatis exhibitione singulis annis ab archipresbytero et clericis de .... quandam pecuniae summam extorquebat et, quia nuper eam solvere noluerunt, illos ab officiis et beneficiis suspenderat, mandat ut, cum vitium sapiat simoniae, revocet suspensionis sententiam illosque super hoc de cetero non molestet. v kal. Iul. a° 1°. Fejér Cod. dipl. III. I. 203. — »Dilecti filii ...« |
| » 28 | » | • (5571) Honorius charge le prieur de Saint-Symphorien et les archidiacres de Flavigny et de Beaune de juger les réclamations de Blanche de Navarre et du prieur de Montigny, contre la vente du village de Montigny faite à l'évêque de Langres par l'abbé de Saint-Bénigne de Dijon. Jubainville Comtes de Champagne V. 117. n° 1075. |
| Iul. 3 | » | (5572) Gerungo praeposito eiusque fratribus postulantibus monasterium Omnium Sanctorum in Nigra Silva ord. Praemonstr. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima verbis propriis exprimit, iura ac privilegia confirmat. v non. Iul. indict. V. incarn. dom. a° 1216(!). pont. a° 1°. Würdtwein Nova subsid. X. 291. — »Quotiens a nobis.« |
| » 4 | » | (5573) Archiepiscopos, episcopos et universos alios ecclesiarum praelatos et clericos per Franciam constitutos, quorum quidam, multiplicatis anniversariis defunctorum, praetextu missae semel in die pro anniversario celebratae sacra missarum solemnia quae ratione diei vel festi solent solemnius celebrari, praetermittebant, monet et rogat, ut, »cum ecclesia Gallicana tamquam lucerna super candelabrum posita luceat aliis,« hanc culpabilem negligentiam exuant et missas tam pro anniversariis defunctorum quam pro festo vel feria conventualiter celebrent. IV non. Iul. a° 1°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 323. n° 11. — »Cum creatura non.« |
| » 6 | Villae Magnae | »Pridie non. Iul. dedicata est ecclesia b. Petri de Villa Magna per manus summi pontificis domini Honorii.« Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. r. Ital. VII. 896 (*sub tit.:* Annal. Ceccanens. ap. Pertz Mon. G. h. scr. XIX. 301). |
| » 8 | Anagniae | (5574) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ne fratres Sepulchri Dominici ad solvendam vicesimam de proventibus ecclesiarum compellant; nam ab huiusmodi praestatione »eos constituimus liberos et immunes.« VIII id. Iul. a° 1°. Erben Reg. Bohem. I. 272. n° 579. — »Audivimus et audientes.« |
| » 8 | » | • (5575) Lucae archiepiscopo Cusentino mandat, ut vice sua Messanam accedens ibi crucesignatis illuc concurrentibus verbum crucis praedicet et de agendis ipsis crucesignatis disponat. VIII id. Iul. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 209. — »Cum is.« |
| » 11 | » | (5576) Abbati et conventui S. Dionysii Parisiensis arbitrium, quod inter eos ex una parte et (Petrum) Parisiensem episcopum ex altera super eo quod episcopus dicebat nundinas indicti non debere durare nisi per tres dies a die benedictionis, a Philippo rege Francorum ab utraque parte arbitro electo promulgatum et ab ipso episcopo approbatum est, confirmat. v id. Iul. a° 1°. Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 548. — »Cum a nobis.« |
| » 12 | » | • (5577) Casae Dei et Pontis Alti Cisterc. ord. abbatibus mandat, ut, si Garsias Auxitanus archiepiscopus mandata apostolica neglexerit adimplere, eum ad id per censuras ecclesiasticas compescant. IV id. Iul. a° 1°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 115. |
| » 13 | » | (5578) Gualae tit. S. Martini presb. card. apostolicae sedis legato committit, ut canonicos Carleolenses, qui sint solo nomine regulares, ab ecclesia Carleolensi, si viderit expedire, penitus amoveat et ecclesiam ipsam de personis (Henrico) regi Anglorum fidelibus et ecclesiae Romanae devotis ordinet. III id. Iul. a° 1°. Rymer Foed. I. I. 73. — »Tam carissimus in.« |
| » 14 | » | (5579) Capitulo et clero Placentinis, quibus (Otho) archiepiscopus Ianuensis et abbas de Columba Iohannem Petri Leonis subdiaconum nepotem Guidonis S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis providerant in episcopum, significat, se huiusmodi onus dicto subdiacono ad praesens imponere nolle »quia iam dicto subdiacono expedit et dicto cardinali aliisque amicis eiusdem subdiaconi placet, ut adhuc insistat scholasticis disciplinis, praesertim cum ad id sit eius aetas idonea.« Mandat eis, ut infra 15 dies cum consilio praedicti abbatis personam idoneam sibi canonice eligant in episcopum. II id. Iul. a° 1°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 388. n° 68. — »Ex litteris venerabilis.« *Cf.* n° 5562. |
| » 14 | » | (5580) Monasterii de Durhust ord. s. Ben. tutelam suscipit eique omnes possessiones, iura ac privilegia confirmat. II id. Iul. indict. V. a° D¹ 1216(!). pont. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 550. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 17 | » | (5581) (Alberico) archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius mandat, ut iuxta Innocentii III praedecessoris praeceptum contra B(ochardum) de Avesnis apostatam excommunicationis sententiam promulgent (*vid.* 1216. Ianr. 19. n° 5053). XVI kal. Aug. a° 1°. Innoc. III Ep. ed. Baluze II. 592; Opp. ed. Migne III. 530; Marlot Metropol. Remens. II. 483; Bouquet Rec. XIX. 634; Teulet Layettes I. 446. n° 1233. — »Utinam apostata ille.« |
| » 19 | »Ferentinum | XIV kal. Aug. dominus papa venit.« ‖ Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 896 (*sub tit.:* Annal. Ceccanens. ap. Pertz Mon. G. hist. scr. XIX. 302). |

**1217.**

Iul. 20 Ferentini (5582) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntinensi, qui sententiam interdicti ab (Andrea) Pragensi episcopo multis iniuriis provocato in diocesim suam promulgatam et a sede apostolica confirmatam relaxaverat, mandat ut infra viginti dies post susceptionem praesentium factum in eo statu reducat, in quo erat, cum idem episcopus iter arripuerit Romam, »sciens nos Ebracensi et Halsbrunnensi prioribus mandasse, ut te in mandati nostri executione cessantem ad id per censuram ecclesiasticam compellant.« xiii kal. Aug. a° 1°. || Würdtwein Nova subs. III. 47; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 93; Erben Reg. Bohem. I. 272. n° 580; *cf.* Palacky Reise 21. n° 57. — »Cum ad preces.«

» 24 » (5583) Pelagio Albanensi episcopo eiusque successoribus civitatem Albanensem cum burgo, thermis, monte qui dicitur Sol et Luna, palatio et omnibus appenditiis suis ad ius et proprietatem sedis apostolicae pertinentibus, immo etiam cum omni iure in comitatus castellania, moneta *etc.* concedit. ix kal. Aug. indict. V. incarn. dom. a° 1217. pont. a° 2°. || Ughelli Ital. sacra I. 257; Fr. Giorni Storia di Albano (Roma 1842. 4°) 245; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 326. n° 13. — »Etsi omnes unum.«

» 24 » (5584) Abbati Calavenensi, T. priori Erbisciae Veron. et Paduan. diocc. et L. plebano S. Pauli de Venetiis causam inter abbatem conventumque S. Firmi Veronenses ex parte una et abbatem S. Mariae de Fulina Cisterc. ord. Genetens. dioc. ex altera super iurisdictione vertentem committit. ix kal. Aug. a° 2°. || Biancolini Chiese di Verona V. ii. 3. — »In presentia dilecti.«

» 24 » (5585) Magistro et fratribus hospitalis Hierusalem mandat, ut, cum (Andreas) Ungariae rex, (Leopoldus) dux Austriae et alii multi magnates et magnifici in subsidium Terrae sanctae in nativitate b. Mariae V. apud Cyprum disposuerint convenire, eis illuc occurrere non omittant impensuri eis auxilium et consilium. ix kal. Aug. a° 2°. || Pauli Cod. dipl. I. 320. n° 41. — »Cum charissimi in.«

» 24 resp. 25 » (5586) (Othoni) archiepiscopo Ianuensi concedit facultatem, ut, cum (Andreas) Ungariae rex, (Leopoldus) dux Austriae ac multi alii magnates crucesignati transfretantes in subsidium Terrae sanctae apud Ciprum in proximo festo nativitatis b. Mariae convenire disponant, de consilio magistri et fratrum hospitalis Ierosolimitani et militiae Templi vel aliorum bonorum virorum clericos, mulieres et alios personas debiles et infirmas vel alias paupertate gravatas, quas inutiles esse videat in subsidium Terrae sanctae, moneat, ut iuxta proprias facultates redemptionem itineris et expensas, quas essent in praedicta terra facturae, aliis utilibus transfretantibus largiantur. Rogat eum, moneat et inducat crucesignatos, qui apud Ianuam convenerint, ut ad evitandos piratarum et Sarracenorum incursus convenire studeant apud Ciprum. Addit, se P. Albanensem episcopum apostolicae sedis legatum providisse illuc destinandum »ut vice nostra Christi negotium ... ordinet et disponat.« ix (viii *MasL.*) kal. Aug. a° 2°. || Theiner Mon. Hungar. I. 7. n° 12; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 145; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1217 § 26; MasLatrie Hist. de Chypre II. 36. — »Cum carissimi in.«

» 24 resp. 25 » (5587) (Iohannem) regem Ierosolimitanum monet, ut, cum (Andreas) Ungariae rex, dux Austriae *etc.* ad subsidium Terrae sanctae in nativitate b. Mariae apud Ciprum disposuerint convenire, eis illuc per se vel per solemnes nuncios occurrat. ix (viii *MasL.*) kal. (Iul., *sed legas*) Aug. a° 2°. || Theiner l. c. 8. n° 13; Mon. Hungar. hist. l. c. 146; *cf.* Raynald. l. c.; MasLatrie l. c. — »Cum carissimus in.«

» 25 » (5588) Magistro et fratribus hospitalis Hierusalemitanis commendat Raimundum Rupini principem Antiochenum. viii kal. Aug. a° 2°. || Pauli Cod. dipl. I. 320. n° 40. — »Cum beneficiis principum.«

» 27 » (5589) Hugonem regem Cipri, filiorum ac filiarum eius personas cum regno Cipri et omnibus aliis bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem praedictum regnum et alia bona quae possidet, ei confirmat. vi kal. Aug. a° 2°. || MasLatrie Hist. de Chypre II. 36. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 28 » (5590) (Andreae) regi Ungariae significat, se nuncium recepisse amarum, P(etrum) Constantinopolitanum imperatorem et I(ohannem) tit. S. Praxedis presb. card. sedis apostolicae legatum a perfido Theodoro proditionaliter captos esse. »Ex hoc Graecorum perfidia insolescet, consternabuntur animi Latinorum existentium in partibus Romaniae.« Rogat eum, ut nuncios ad praefatum Theodorum festinanter transmittat et ab eo imperatoris et cardinalis personas blandis aspera regaliter admiscendo requirat. v kal. Aug. a° 2°. || Raynaldi Ann. ad a. 1217 § 15; Katona Hist. crit. V. 235; Fejér Cod. dipl. III. i. 203; Theiner Monum. Hungar. I. 8. n° 14. — »Cibavit nos Dominus.«

» 28 » (5591) C. Albensis praepositi electionem in episcopum Albensem per capitulum Albensis ecclesiae canonice celebratum, A(ndreae) regis Ungariae tamquam patroni accedente assensu, confirmat. (v kal. Aug. *add. Fejér*) A° 2°. || Theiner Mon. Hungar. I. 7. n° 11; Mon. hist. Hungar. Dipl. VI. 144; *cf. argum.* ap. Fejér Cod. dipl. III. i. 243. — »Electio per dilectos.«

( » 28) » (5592) Theodorum Comn(enum) perstringit, quod in I(ohannem) tit. S. Praxedis cardinalem presbyterum apostolicae sedis legatum manus temerarias extendit illumque detinet

**1217.**

| | | |
|---|---|---|
| | | captivum. Exhortatur eum ut dictum cardinalem liberum et illaesum cum suis redire permittat. *Sine nota chronol.* Raynaldi Ann. ad a. 1217 § 13. — »Rem duram, rem.« |
| Iul. 29 | Ferentini | (5593) Episcopis per Campaniam constitutis mandat, ut suis subditis districtissime inhibeant, ne illos fratres S. Bartholomaei de Trisulto Cartus. ord., qui post susceptionem habitus et factam professionem in monasterio ab ipsa recedunt, recipiant. iv kal. Aug. a° 2°. Spicil. Liber. 719. n° 10 et 721. n° 13. — »Dilecti filii fratres.« |
| (Iul.) | (») | (5594) Raynerio abbati et conventui Casaemarii nunciat, se eorum ecclesiam »quam in minori officio feceramus propriis sumptibus fabricari«, cum honorabili coetu archiepiscoporum, episcoporum et cardinalium in persona propria xvii kal. Oct. (*i. e.* Sept. 15) consecraturum esse. *Absque nota chronol.* Manrique Annal. Cisterc. IV. 116. — »Si apud Hebraeos.« *Cf.* n° 5689. |
| Aug. 1 | » | (5595) Electo Armachano, qui »purgationem cum quinquagesima et octava manu presbyterorum Armachanae diocesis et linguae« T. presbytero eiusd. dioc. de homicidio iniuste accusato indixerat, mandat ut »quia in diocesi memorata tot sacerdotes ipsius linguae non poterant inveniri«, ab eo de canonica purgatione cum septima sacerdotum manu infra terminum competentem praestanda sufficienti cautione recepta, ipsi beneficium absolutionis impendat. Kal. Aug. a° 2°. Theiner Mon. Hibern. 4. n° 8. — »Constitutus in presentia.« |
| » 8 | — | (Radulfo) episcopo Atrebatensi: »Laterani vi id. Aug. a° 2°«. Manrique Ann. Cisterc. IV. 119, *vid.* 1218. Aug. 8. |
| » 12 | Ferentini | (5596) Controversiam inter conventum monasterii s. Mariae Tyburtinensis et canonicos basilicae Principis apostolorum super possessione ipsius monasterii vigentem dirimit. ii id. Aug. a° 2°. Bullar. Vatic. I. 105. — »Petente yconomo vestro.« |
| » 27 | » | (5597) Archidiacono Nitriensi et scholastico Albensi Vesprimiens. dioc. mandat, ut in causa ab Innocentio III praedecessore suo (Petro) episcopo Iaurinensi et ipsis d. d. 20. Apr. 1216 (*vid.* n° 5102) commissa, non obstante absentia praefati episcopi qui iam iter arripuit in subsidium Terrae sanctae, procedant. vi kal. Sept. a° 2°. Fejér Cod. dipl. III. i. 228; Theiner Monum. Hungar. I. 8. n° 15; *fragm.* ap. Schmitth Episc. Agriens. I. 123. — »Litteras bonae memoriae.« |
| » 28 | » | * (5598) Episcopo Cumanorum indulget, ut decimas et possessiones laicis ab ipso vel praedecessoribus suis in feudum concessas redimere possit. v kal. Sept. a° 2°. Fejér l. c. 243. |
| » 28 | — | Abbati et conventui Casaenovae: »Laterani v kal. Sept. a° 2°«. Manrique Ann. Cisterc. IV. 118, *vid.* 1218. Aug. 28. |
| » 31 | Ferentini | (5599) Conventui monialium in Mere [Meer] Coloniens. dioc., quae statuerant, ut quadragenarius sororum numerus in ipsarum monasterio de cetero habeatur, hoc statutum confirmat. ii kal. Sept. a° 2°. Lacomblet UB. II. 35. n° 65. — »Hiis digne apostolicus.« |
| Sept. 1 | » | (5600) (Theodoram) ducissam Austriae ac filios eius, cuius coniux (Leopoldus) dux Austriae pro subsidio Terrae Sanctae profectus erat, cum terra et omnibus bonis sub speciali apostolicae sedis protectione ac defensione suscipit. Kal. Sept. (a° 2°). Fischer Klosterneuburg II. 173. — »Devotio quam dilectus.« |
| » 1 | » | (5601) (Ulrico) Pataviensi et (Roberto) Olomucensi episcopis et (Wernero) abbati S. Crucis Pataviens. dioc. de superiore epistola significat eisque mandat, ne permittant, ut uxor, filii et terra praefati ducis ab aliquo molestentur. Kal. Sept. a° 2°. Fischer l. c. II. 174; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 94. n° 80; *argum.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 274. n° 582; Meiller Reg. der Babenberger 123. n° 153. — »Cum dilectus filius.« |
| » 6 | » | (5602) (Sancio) episcopo et F. et P. Bertrandi archidiaconis Caesaraugustae mandat, ut Oxomensem episcopum in possessionem villae dictae Oxoma, quam ei A(lphonsus) rex Castellae in voluntate ultima legaverit, corporaliter inducant et defendant inductum. »Terenti« viii id. Sept. a° 2°. Loperraez Descripc. de Osma III. 56. n° 42. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 6 | »Alctrum | viii id. Sept. dominus papa Honorius ivit.« Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 896 (*sub tit.:* Annal. Ceccanens. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 302). |
| » 15 | Casaemarii | »xvii kal. Oct. dedicata est ecclesia Casaemarii honorifice per manus domini papae Honorii, ubi fuit ipse cum omnibus cardinalibus, notariis et cum tota curia sua.« Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 896 (*sub tit.:* Annal. Ceccanens. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 302); Rondinini Monast. de Casaemario 20. *Cf.* 1218. Febr. 3. n° 5689. |
| » 16 | Alatri | (5603) Decano et capitulo Parisiensibus indulget, ut in laicos super possessionibus et aliis ecclesiae bonis extra Parisiensem diocesim constitutis iniuriam inferentes, si eorum episcopi eos ad exhibendam decano et capitulo satisfactionem cogere recusaverint, censuram ecclesiasticam exerceant. xvi kal. Oct. a° 2°. Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris I. 228. *Initium deest.* |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1217.** |
| Sept. 21 | Ferentini | (5604) (Alberto) episcopo Livoniensi indulget, ut in partibus Livoniae ecclesias instituat cathedrales, in quibus viros idoneos eligat in episcopos et, accersitis duobus vel tribus episcopis, electis munus consecrationis impendat. xi (ii *Dogiel*) kal. Oct. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1217 § 45; Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 10; Turgenevii Russ. monim. I. 9; Bunge Livl. UB. I. 46. n° 40, *cf. ibid.* Regest. 11. n° 47. — »Cum in partibus.« |
| » 25 | » | (5605) Ecclesiae s. Agnelli de Guarcino (in Campania) patrocinium suscipit, eius possessiones ac bona confirmat et ei plura privilegia elargitur. vii kal. Oct. indict. VI. incarn. dom. a° 1217. pont. a° 2°. ‖ Spicil. Liber. 728. n° 25. — »Effectum iusta postulantibus.« |
| » 25 resp. 30 | » | (5606) Episcopis per marchiam Anconitanam constitutis scribit de Fanensium eorumque potestatis Albergetti insolentia, quos pro destructione Forosemproniensis ecclesiae et perturbatione ac laesione libertatis ecclesiae Fanensis Andreas subdiaconus et capellanus suus tunc in partibus illis exercens officium legationis excommunicaverat *etc.*, eisque mandat, ut per dioceses et civitates suas singulis diebus dominicis et festivis haec solemniter publicent. vii (ii *Ugh.*) kal. Oct. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 663; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 328. n° 14. — »Prophani Fanensium actus.« |
| » 30 | » | (Alberto) episcopo Livoniensi: »Ferrarae II kal. Oct. a° 2°«. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 10, *vid.* 1217. Sept. 21. n° 5604. |
| Oct. 2 | »Romam | vi non. Oct. dominus papa Honorius reversus est.« ‖ Chron. Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 896 (*sub tit.:* Annal. Ceccanens. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 302). |
| » 5 | Laterani | (5607) Clero Placentino notum facit, a nunciis capituli et a procuratore ipsius cleri (Vicedominum Cossadocam praepositum Placentinum unanimiter in pastorem et episcopum »de nostro consilio« esse electum illosque postulasse, ut hanc electionem confirmaret. »Licet clara sit fama praepositi memorati ...; quia tamen Romana ecclesia citra examinationis diligentiam procedere non consuevit in talibus, ipsorum precibus annuere nequivimus in hac parte. Sed .... concessimus, ut idem praepositus in spiritualibus et temporalibus ecclesiam Placentinam libere amministret.« iii non. Oct. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 115 *omisso initio.* |
| » 10 | » | (5608) Monasterium s. Fidelis de Puppio secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Vallumbrosanae congregationis sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. vi id. Oct. indict. IV(!). incarn. dom. a° 1217. pont. a° 2°. ‖ Soldani Hist. de Passiniano 124. — »Quoties a nobis.« |
| » 23 | » | * (5609) (Gaufrido) episcopo Silvanectensi et abbati Longipontis committit visitationem et reformationem abbatiae s. Vincentii ord. canonicorum regularium. x kal. Nov. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 115. |
| » 23 | » | (5610) B(ertrando) SS. Iohannis et Pauli presbytero cardinali apostolicae sedis legato scribit, (Iacobum) regem Aragonum ac universos nobiles fideles eius per Aragoniam et Cathaloniam constitutos se accingere ad impugnandum S(imonem) comitem Montisfortis, qui ad mandatum apostolicum terram suae nativitatis exiverit et accesserit ad partes Provinciae pro exterminanda haeretica pravitate, licet eum in partibus illis esse de ipsius ecclesiae Romanae mandato ac sub speciali eius protectione consistere non ignorent, contempta constitutione concilii generalis qua ordinatum, ut pax vel saltem treugae in toto orbe per quadriennium servarentur. Addit, se regem et nobiles memoratos monuisse, ut contra dictum comitem arma nullatenus movere praesumant. Mandat ei, ut, si illi his monitis contraire praesumpserint, per censuram ecclesiasticam, persona regis dumtaxat excepta, eos compescat. x kal. Nov. a° 2°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 637. — »Cum dilectus filius.« |
| » 23 | » | (5611) (Arnaldo) Narbonensi archiepiscopo et (Galtero) episcopo Elenensi praecipit, ut, licet controversiam inter eos et S(imonem) comitem Montisfortis exortam B(ertrandus) tit. SS. Iohannis et Pauli presb. card. apostolicae sedis legatus commodius dirimere potuerit, infra viginti dies personaliter arripiant iter ad papam veniendi, cum pro hiis sit ad sedem apostolicam provocatum. x kal. Nov. a° 2°. ‖ Bouquet l. c. 637. — »Licet quaestiones subortae.« |
| Nov. 2 | » | (5612) O(takaro) regi Boemiae scribit, se ante adventum nunciorum eius nihil contra Boemiam facturum esse. iv non. Nov. a° 2°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 274. n° 583; *cf.* Palacky Reise 21. n° 59; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 95. n° 82. — »Litteras serenitatis tuae.« |
| » 3 | — | Episcopo Quinqueecclesiensi: »Romae ap. S. Sabinam iii non. Nov. a° 2°«. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 146 *male* Honorio III *tribuunt; scripta est haec epistola ab* Honorio IV, *vid.* 1286. Nov. 3. |
| » 4 | Laterani | (5613) (Petro de Corbolio) archiepiscopo Senonensi et suffraganeis eius narrat, P(etrum de Curtiniaco) imperatorem Constantinopolitanum in itinere per Romaniae partes captum esse et detineri, et Latinis existentibus in imperio memorato periculum imminere. Mandat eis, moneant fideles per ipsorum dioceses constitutos, ut crucis assumpto signa- |

**1217.**

culo ad succursum imperatoris praedicti viriliter se accingant et proximo futuro passagio votum exequi studeant quod de Terrae sanctae subsidio emiserint *etc.* II non. Nov. a° 2°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 638. — »Etsi lamentabilis casus.«

* *In eundem modum* Universis archiepiscopis Franciae eorumque suffraganeis.

Nov. 4 — Laterani — * (5614) Abbati de Corona et duobus aliis committit reformationem et correctionem abbatiae s. Sabini ord. s. Ben. Pictaviens. dioc. II non. Nov. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 115.

» 6 — » — (5615) (Waltero) Eboracensi archiepiscopo significat, se ex litteris Henrici regis Angliae, G(ualae) tit. S. Martini presb. card. apostolicae sedis legati et Eboracensis capituli accepisse, eum super collatione beneficiorum M(organi) quondam praepositi Beverlacensis non fecisse contra statuta generalis concilii, sicut ab eius aemulis sit notatum; addit: »nos eandem collationem, sicut facta est canonice, approbamus.« VIII id. Nov. a° 2°. ‖ Walbran Memor. of Fountains 165. — »Non est novum.«

» 7 — » — (5616) Fidelibus christianis significat, se ad exemplar Calixti, Eugenii, Alexandri, Clementis, Coelestini et Innocentii pp. praedecessorum suorum Iudaeis protectionis suae clypeum indulgere ac etiam statuere, ut nullus christianus invitos vel nolentes eos ad baptismum per violentiam venire compellat *etc.* VII id. Nov. ind. V(!). incarn. dom. a° 1217. pont. a° 2°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 330. n° 15. — »Sicut Iudaeis non.«

» 8 — » — (5617) Abbati et conventui S. Dionysii Parisiensis decimas novalium intra terminos, ubi veteres decimas percipere solent, concedit et confirmat. VI id. Nov. a° 2°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 553. — »Apostolica sedes nulli.«

» 13 — » — (5618) Abbatibus in generali capitulo Cisterciensi constitutis dispensandi cum irregularibus sui ordinis facultatem concedit. Id. Nov. a° 2°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 12b; Manrique Ann. Cisterc. IV. 101; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 560. — »Volentes religioni vestre.«

»

» 13 — » — (5619) (Garino) abbati S. Apri poenitentiario Tullensi mandat, ut (Theobaldo) duci Lotharingiae, qui avunculum suum Matthaeum qui depositus fuerat ab episcopatu Tullensi et Raynaldum Tullensem episcopum successorem suum iuxta stratam publicam in quodam nemore necaverat, propria manu resistentem interfecit, cum eum capere ad vindicandum tantum scelus voluisset, absolutionis beneficium impendat. Id. Nov. a° 2°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 638. — »Ex litteris tuis.«

» 13 — » — * (5620) Abbatibus de Spina et de ..... Cisterc. ord. mandat, ut disceptent controversiam inter abbatem et monachos monasterii s. Facundi in regno Legionensi vertentem. Id. Nov. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 116.

» 13 — — — Abbati monasterii s. Petri Gandensis: »Romae ap. S. Sabinam id. Nov. a° 2°«. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre I. 241. n° 450, *vid.* 1286. Nov. 13.

» 16 — Laterani — (5621) Andreae archiepiscopo Lundensi eiusque successoribus regni Sueciae primatum ac ius pallia ab apostolica sede missa tradendi confirmat. XVI kal. Dec. ind. VII(!). incarn. dom. a° 1217. pont. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 194. n° 172; *epit.* ap. Neumann Hist. primat. Lundens. 168; *et* ap. Lagerbring Svea Rikes Hist. II. 240. not. 2; *cf.* Porthan Bullar. access. 7. n° 7; Celse Appar. 60. n° 21. — »In eminenti apostolice.«

» 24 — » — (5622) (Alberico) Remensi archiepiscopo et universis episcopis ac omnibus ecclesiarum praelatis tam exemptis quam aliis per Remensem provinciam constitutis significat, (Andream) Hungariae regem et (Leopoldum) Austriae ac (Ottonem) Maragnaniae (Moraviae *Rayn.*, Maragniae *Bouq.*) duces cum nonnullis baronibus, comitibus et alio comitatu suo litora Hierosolymitanae provinciae feliciter attigisse; addit, se tam clerum quam populum Urbis convocasse in basilica Salvatoris atque inde ad venerandum gloriosae matris eius ecclesiam praelatis capitibus b. Petri et Pauli pedibus nudis processionaliter ivisse, ut supernum impetrarent auxilium. »Verum quia per eos tocius populi christiani negotium geritur, quare dignum est, ut ad exorandum pro eis christianus quilibet in oratione prosternetur, propter hoc processiones in singulis civitatibus et aliis locis prima sexta feria cuiuslibet mensis providimus faciendas.« Ideo mandat eis, ut hoc fieri faciant. Tunc eos certiores reddit de statu Terrae sanctae, litterarum tenorem, quas nuper a W(ilhelmo) de Carnoto magistro militiae Templi recepit, inserens. Denique eos rogat, moneant crucesignatos et crucesignandos, ut quam maiorem poterunt secum ducant copiam victualium et equorum. VIII kal. Dec. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1217 § 27—31; Bouquet Rec. XIX. 639; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 147; *in duas partes divisa* ap. Fejér Cod. dipl. III. I. 230—233. — »Adversus hostes visibiles.«

* *In eundem modum* (Bernardo) Arborensi archiepiscopo *etc.* ‖ Ap. Raynald. l. c.; Cod. dipl. Sardin. I. 331. n° 37; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 331.

» 27 — » — (5623) (Iohanni) abbati de Vangadicia indulget, ut bona ecclesiae suae, quae praedecessores alienaverint, sublato appellationis obstaculo legitime revocare possit. V kal. Dec. a° 2°. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 377. — »Solet annuere sedes.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1217.** |
| Nov. 27 | Laterani | (5624) Episcopo Clocorensi, abbati S. Mariae de Kaenenos Midens. dioc. et archidiacono Ardochadensi causam ecclesiae Maionensis, quae, licet ab antiquo ecclesia fuerit cathedralis, a b. mem. I(ohanne) tit. S. Stephani in Coelio monte presbytero cardinale, qui tunc in partibus Yberniae legationis officio fungebatur, Tuamensis capituli versutia circumvento tamquam simplex parochialis adiudicata erat contra omnem iustitiam Tuamensi ecclesiae *etc.*, inquirendam et referendam committit. v kal. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 4. n° 9. — »Accedens ad nostram.« |
| » 29 | » | (5625) Herberto praeposito S. Wilheradi Bremensis, per cuius studium duodecim suae ecclesiae praebendis duae de novo additae et pro parte maxima illarum redditus de propriis bonis suis ipsi ecclesiae erant collati, super hoc factum statutum confirmat. III kal. Dec. a° 2°. ‖ Ehmck Bremisches UB. I. 130. n° 110. — »Iustis petentium desideriis.« |
| Dec. 1 | » | (5626) Potestatibus et populis Pisanis et Ianuensibus ad reformandam inter eos pacem conditiones praecipit sequentes: ut Ianuenses infra mensem custodiam castri Bonifacii sibi et Romanae ecclesiae assignent; ut Pisanorum nuncii Gisbertus Albigo et Leon statim nomine omnium Pisanorum Huberto Spinulae, Fulconi Castelli, Danieli Doriae et Hugoni cancellario nunciis Ianuensium pro Ianuensi civitate et omnibus civibus Ianuensibus plenam et firmam pacem reddant et in posterum conservent *etc.* Kal. Dec. a° 2°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 333. n° 17. — »Miserator et misericors.« |
| » 2 | in ecclesia Lateranensi in palatio iuxta capellam domini pape quae S. Nicolaus appellatur | »Summus pontifex Honorius pp. III in communi consistorio Lateranensi assistentibus Uguolino Ostiensi, Pelagio Albanensi, Petro Sabinensi episcopis, Leone S. Crucis ... presbyteris cardinalibus, necnon Guidone S. Nicolai ... Egidii SS. Cosme et Damiani diaconis cardinalibus; ... presentibus etiam ambaxatoribus civitatis Ianue .....; presentibus etiam ambaxatoribus communis Pisarum ..... dixit et pronunciavit, quod ipsi ambaxatores ad invicem unus alteri pro se et communi utrarumque civitatum facerent pacem et redderent, dicens et precipiens ..., ut custodiam castri Bonifaci assignarent ... nuntio domini pape ..., et quicquid in Sardinia occupaverunt pro s. Romana ecclesia, eo modo quod pignus quod commune Ianue dicitur habere in Arborea, si quod habet, sit salvum communi Ianue et ipsis Ianuensibus quiete et pacifice relinquatur...... Unde post multas altercationes et verba dominus papa dixit: Volo etiam quod et iudice Turritano et eius filio pacem faciatis et teneatis. Et ita pacem fecerunt et pro iudice et filio suo.... Actum in ecclesia Later.... Testes ... A° dom. nativ. 1217. indict. V, secunda die Decembris circa horam 9nam. Ego Nicolaus Panis notarius his omnibus interfui....« ‖ Cod. dipl. Sardin. I. 332. n° 38. |
| » 2 | Laterani | (5627) (Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo, qui per Karolum praepositum Frisacensem papae exposuit, quod Salzeburgensis diocesis usque adeo sit diffusa, quod eam non possit commode visitare *etc.* et supplicavit, ut in Sechowensi ecclesia sedem episcopalem creandi auctoritatem acciperet, scribit, se, ut res tam ardua sine aliqua offensione procedat, (Ottoni) episcopo Frisingensi et (Bertholdo) electo Brixiensi et (Godfrido) abbati Admuntensi mandasse, ut de huiusmodi negotii circumstantiis sollicite inquirant et specialiter, utrum Salzeburgensi ecclesiae hoc expediat. Monet eum, ut taliter episcopo creando studeat providere, quod eius dignitas non vilescat. IV non. Dec. a° 2°. ‖ Deutinger Beyträge II. 6. — »Et tibi meritum.«<br>• *In eundem modum* (Ottoni) ep. Frising., (Bertholdo) electo Brix. et abbati Adm., *verbis competenter mutatis.* |
| » 2 | » | (5628) (Petro) abbati S. Remigii Remensis indulget, ut alienationes quas P. et quidam alii praedecessores in ipsius monasterii detrimentum fecerunt, legitime revocare possit. IV non. Dec. a° 2°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 504. — »Ex tua sane.« |
| » 5 | » | (5629) Guidone abbate eiusque fratribus petentibus monasterium s. Michaelis quod in civitate Pisana situm est, patrocinandum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum s. Benedicti regulam atque Camaldulensem consuetudinem ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim exprimit, iura ac privilegia confirmat. Non. Dec. indict. V(!). incarn. dom. a° 1217. pont. a° 2°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 378. — »Officii nostri nos.« |
| » 5 | » | (5630) Monasterii de Valle s. Petri in Stromberg Cysterc. ord. protectionem suscipit eiusque possessiones confirmat. Non. Dec. a° 2°. ‖ Matthaei Anal. III. 488; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 148. n° 259. — »Cum a nobis.« |
| » 7 | » | (5631) Praeposito, cantori et magistro F. canonicis Attrebatensibus mandat, curent, ne ex eo quod praebendae sint in ecclesia Ariensi Morinensis dioc. inaequales, inter canonicos Arienses discordiae oriantur ac distractis praebendarum redditibus eadem ecclesia debito servitio defraudetur. VII id. Dec. a° 2°. ‖ Rouyer Recherches histor. sur le chapitre de Saint-Pierre 268. — »Insinuantibus dilectis filiis.« |
| » 7 | — | Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum: »Romae ap. S. Sabinam VII id. Dec. a° 2°.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 5. n° 6, *vid.* 1286. Dec. 7. |
| » 11 | Laterani | • (5632) Episcopis, abbatibus, praepositis, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis Salzburgensis provinciae mandat, ut, cum ex rationabili causa ipsam (Eberhardum) archi- |

1217.

episcopum Salzburgensem visitare contigerit, eum cum honore debito recipiant et in his quae ad eius officium pertinent, ei intendant. III id. Dec. a° 2°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 214. n° 194.

Dec. 13 Laterani — (5633) Andreae marchioni Massanensi Roccam Massae ac aliam terram, quam eius praedecessores habuerunt a Romana ecclesia iure feudi, in feudum concedit. Id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 48. n° 66. — »Dignum est et.«

» 13 » — * (5634) Abbati de oratorio Andegavensi et duobus aliis mandat, moneant canonicos S. Martini Turonensis, ut ecclesiam suam de personis idoneis in praebendis vacantibus infra certum tempus ab eis praefigendum non differant ordinare. Id. Dec. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 116.

» 14 » — * (5635) Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi scribit: »Significasti nobis, quod, cum quidam abbates et praepositi regulares tuae provinciae in ecclesiis baptismalibus et parochialibus non plene pertinentibus ad eosdem instituissent contra Lateranensis statuta concilii monachos et canonicos regulares, qui viventes irregulariter multa illicita committebant in salutis suae dispendium, opprobrium ordinis et scandalum plurimorum, tu volens morbo huic congruum remedium adhibere, de suffraganeorum tuorum ac aliorum virorum prudentium consilio in plena synodo provide ordinasti, ut abbates et praepositi regulares in talibus ecclesiis diocesanis episcopis presbyteros repraesentent, qui eisdem episcopis de plebis cura respondeant, eis vero de rebus temporalibus rationem exhibeant competentem, prout in concilio Lateranensi statutum et nuper in generali extitit innovatum.« Hanc ordinationem apostolico munimine roborat. XIX kal. Ianr. a° 2°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 214. n° 195.

» 15 » — * (5636) (Rudigero) episcopo Chiemensi, archidiacono Karinthiensi et decano Frisacensi de superiore ad Eberhardum archiepiscopum epistola significat eisque mandat, ut, quod per eundem archiepiscopum super his provide actum sit, per censuram ecclesiasticam firmiter observari faciant. XVIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Meiller l. c. 215. n° 196.

» 15 » — (5637) S. Stephani Herbipolensis, de Ahusen Eistetens. diocc. abbatibus et scholastico Augustensi scribit, abbatem Eberbacensem, G. decanum Novi Monasterii Herbipolensis et praepositum Spirensem auctoritate apostolica de (Chunone) abbate Elwangensi Fuldensi monasterio providisse; mandat eis, ut praedictum abbatem a cura Elwangensis monasterii absolventes transeundi ad Fuldense coenobium tribuant ei liberam facultatem. XVIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Würdtwein Nova subs. III. 72. — »Presentate nobis dilectorum.«

» 15 » — * (5638) (Ferdinando?) abbati monasterii Ovilae, archidiacono et sacristae Oxoniensis ecclesiae mandat, ut in causa Chonchensis episcopi, qui simoniae, incontinentiae aliorumque facinorum accusatus erat, statuant quod canonicum fuerit. XVIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 116.

» 15 » — * (5639) Ecclesiam s. Andreae Hildensemensis sub sua protectione recipit et bona eius confirmat. XVIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Sonnemann Defensio, registr. n° 6.

» 19 » — (5640) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino scribit, se concedere I. clerico fratri hospitalis Ierosolymitani, qui per saltum ad presbyteratum promotus erat, ut in subdiaconatus ordine tantum, quem rite susceperit, libere possit ministrare. XIV kal. Ianr. a° 2°. ‖ Würdtwein Nova subs. III. 75. — »Veniens ad sedem.«

» 21 » — * (5641) Abbati et conventui Novi Castri (Cisterc. ord.) compositionem initam cum abbate Weissenburgensi confirmat. XII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Würdtwein l. c. X. 257.

» 27 » — (5642) Consules et populum Tolosanos, qui contra S(imonem) comitem Montisfortis, immo contra fidem catholicam »cuius propugnator existit«, rebellionis spiritum assumpserant, rogat et obsecrat, ut a rebellatione huiusmodi penitus desistant et obediant B(ertrandi) legati apostolici mandatis. VI kal. Ianr. a° 2°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 641. — »Credebamus quod vobis.«

» 27 » — (5643) (Iacobo) regi Aragonum, quem quod se ingratum in apostolicam sedem praebeat arguit, districte mandat, ut Tolosanis consilium et iuvamen minime impendat et ab eorum civitate revocet omnes suos, qui ad eam accesserint. VI kal. Ianr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1217 § 56. 57; Bouquet Rec. XIX. 641. — »Utinam prava consilia.«

» 29 » — (5644) S. procuratorem Aragoniae et Cataloniae exhortatur, ut civibus Tolosanis subvertere molientibus fidei et pacis negotium in partibus illis in praefata malitia nullum impendat per se vel suos auxilium vel favorem. IV kal. Ianr. a° 2°. ‖ Bouquet l. c. 642. — »Honorem et statum.«

» 29 » — (5645) R(aimundum) quondam comitem Tolosanum, qui »factus paternae malitiae imitator subvertere niteris fidei et pacis negotium in partibus illis tot personarum et rerum dispendiis procuratum, terram ultra Rhodanum positam perturbando«, monet et hortatur, ut de hac perturbatione desistat seque mandatis apostolicis devotum exhibeat. IV kal.

**1217.**

Ianr. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 60. 61; Vaissète Hist. de Languedoc III. 303; Bouquet Rec. XIX. 643. — »Licet pater tuus.«

Dec. 29 — Laterani — (5646) Raimundum Rogerii comitem Fuxensem, qui suppetias iverat civibus Tolosanis adversus B(ertrandum) apostolicae sedis legatum et S(imonem) comitem Montisfortis, monet, ut ab urbe Tolosa discedat, illumque certiorem facit, se praefato legato mandasse, ut castrum Fuxense ipsi restitui curet. IV kal. Ianr. a° 2°. ‖ Bouquet l. c. 643; *cf.* Raynald. l. c. § 62. — »Utilius tibi est.«

» 29 — » — (5647) Civibus Avenionensibus S(imoni) comiti Montisfortis propugnatori fidei catholicae obsistentibus ac etiam (Bertrando) apostolicae sedis legato pertinaciter se opponentibus mandat, ut ab infestatione dicti comitis quiescentes erga ipsum legatum tales se exhibeant, ut absolutionis beneficium obtinere mereantur. IV kal. Ianr. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 58. 59; Bouquet l. c. 644. — »Cum vestra non.«

* *In eundem modum* Consulibus et populo Massiliensibus — Hominibus Tarasconensibus, Bellicadrensibus — Consulibus et populo villae S. Aegidii.

» 30 — » — (5648) (Garsiam) Auxitanum archiepiscopum et suffraganeos eius ac abbates et alios ecclesiarum praelatos in Auxitana provincia constitutos rogat et obsecrat, ut, cum cives Tolosani, discussis errorum tenebris et bellicis cladibus propulsatis per sudores et pericula S(imonis) comitis Montisfortis, omnia in antiquam confusionem reducere moliantur seque in praefatum comitem rebellionis spiritu erigant, communi periculo communiter obviantes praefato comiti succursum personarum et rerum fideliter impendant ac turbatoribus fidei et pacis omnino consilium et auxilium subtrahant. III kal. Ianr. a° 2°. ‖ Bouquet l. c. 644. — »Populus Israel a.«

* *In eundem modum* Ebredunensem — Viennensem — Aquensem — Burdegalensem et — Bituricensem archiepiscopos et eorum suffraganeos, abbates et alios ecclesiarum praelatos per eorundem provincias constitutos — et suffraganeos Arelatensis et Narbonensis ecclesiarum.«

» 30 — » — (5649) Nicolao abbati et conventui Saxovivi indulget, ut ipsi et ipsorum ecclesiae, in quibus monachi eiusdem ordinis commorantur, nullatenus possint per apostolicas litteras conveniri. III kal. Ianr. a° 2°. ‖ Iacobilli Mon. di S. Cruce di Sassouiuo 311. — »Volentes quieti vestrae.«

» 30 — » — (5650) Philippum Francorum regem rogat et exhortatur, ut, cum Tolosani cives negotium pacis et fides subvertere molientes contra Simonem comitem Montisfortis, vasallum eius, calcaneum erexerint, comes autem praefatus ab ipso rege terram Provinciae in feudum pro magna parte receperit, per homines regni sui, qui crucesignati non sint ad subsidium Terrae sanctae, dicto comiti faciat viriliter et celeriter subveniri. III kal. Ianr. a° 2°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 851. n° 1; Bouquet l. c. 646. — »Ea tibi libenter.«

(Oct. 2- Dec. 31) — » — (5651) Decano Remensi, Gerardo et Fromundo Remensibus canonicis controversiam inter Gervasium Praemonstratensem abbatem ex parte una et (Stephanum) Noviomensem episcopum ex altera super quibusdam privilegiis ab ambobus vindicatis vertentem committit diiudicandam. A° 2°. ‖ Hugo Sacrae antiq. mon. I. 10. — »Gravem quorundam abbatum.«

— — » — (5652) Anselmo episcopo Calliensi mandat, ut duobus vel tribus nobilibus crucesignatis suae diocesis, quibus ad exequendum votum suum propriae non suppetant facultates, suppetias ferat. *Sine die et mense.* A° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 815. — »Per tuas litteras.«

— — — — (5653) Abbati S. Oberti (Huberti *Decr. Gr.*) Leodiens. dioc., S. Iohannis et S. Martini decanis Leodiensibus quaestionem causae super raptu (Adae) uxoris L(udovici) comitis de Los, terris (*i. e.* comitatu Hollandiae) et rebus aliis inter dictum comitem et Willelmum de Hollandia crucesignatos agitatae, ortae ex arbitrio Philippi marchionis Namurcensis, cognoscendam et decidendam committit. *Sine signo chronol.* ‖ V. Compil. epist. decret. H-I lib. 2. tit. 16 *de except.* c. 1 ed. Cironius 144; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 25 *de except.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II, 352, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 364; Matthaeus Anal. med. aevi III. 130; Mieris Charterb. I. 168; Kluit Hist. crit. Holland. II. I. 375. n° 90; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 148. — »Olim nostris fuit.«

— — — — * (5654) Ecclesiam Caminensem iuxta Clementis (d. d. 1188. Febr. 24) et Coelestini praedecessorum suorum exemplar ad preces Sigwini episcopi sub b. Petri et sua protectione suscipit, eius terminos usque ad Lebam fluvium, possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, et translationem sedis episcopalis a Wollin in urbem Camin confirmat. *Absque nota chronol.* ‖ *Nonnisi danice* ap. Suhm Hist. af Danm. IX. 302; *danice et german.* ap. Hasselbach Cod. Pomeran. dipl. I. 263. n° 112; ap. Klempin Pommersches UB. I. 132. n° 177.

— — — — * (5655) Monasterii Broburgensis tutelam suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat. ‖ Coussemaker Notice sur les archives de l'abbaye de Bourbourg (Dunkerque 1859) 12. n° 10.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1217.** |
| — | — | • (5656) Ved Bref til Abbeden og Conventet af Belbog [Belbuk] stadfæstede han (*sc.* Honorius) Gaven af visse Tiender, som Bispen af Camin, ... Eiendele, som de ædle Mænd Bo(g)zlaw og Kazimar Hertuger af Pomern havde givet til bemeldte Kloster. ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 302; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 133. nº 178. |
| — | — | (Hugoni) Ostiensi episcopo apostolicae sedis legato. *Sine signo chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1217 § 86; Cod. dipl. Sardin. I. 331. nº 36, *vid.* 1217. Mart. 6. nº 5487. |
| | | **1218.** |
| • Ianr. 3 | Laterani | (5657) (Albericum) archiepiscopum Remensem et suffraganeos eius, abbates et alios ecclesiarum praelatos in Remensi provincia constitutos monet, ut S(imoni) comiti de Monteforti contra cives Tolosanos in illum rebelles subsidia celeriter procurent. III non. Ianr. aº 2º. ‖ Bouquet Rec. XIX. 645. — »Populus Israel a.« <br> • *In eundem modum* Senonensem — Turonensem — Rothomagensem — Bituricensem — Lugdunensem et — Burdegalensem archiepiscopos et suffraganeos eorundem, abbates et alios ecclesiarum praelatos per eorum provincias constitutos. |
| » 3 | » | (5658) (Simoni) comiti Montisfortis scribit, (Bernonem) Vivariensem episcopum postulasse, ut sedes apostolica castrum de Fanjau situm in Argentaria (circa Rhodanum), quod in commissum ecclesiae Romanae inciderit, Vivariensi ecclesiae restitueret. Mandat ei, ne per se vel per alios impediat, quominus haec restitutio sortiatur effectum neque dictum episcopum super castro eodem molestet. III non. Ianr. aº 2º. ‖ Bouquet l. c. 646; Gallia christ. XVI. instr. 243. — »Postulante venerabili fratre.« |
| » 3 | » | (5659) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae in Saxia ecclesiam de Wintele, quam eis Iohannes rex Anglorum donaverat, tenore litterarum donationis ad verbum inserto, confirmat. III non. Ianr. aº 2º. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 335. nº 18. — »Clarae memoriae Iohannes.« |
| » 5 | » | (5660) Praeposito et conventui S. Floriani ecclesias s. Michaelis de Wachow, de Riede, de Veltkirch et de Vekelahbruc confirmat. Non. Ianr. aº 2º. ‖ UB. ob der Enns II. 594; *cf.* Stülz St. Florian 298. nº 50. — »Cum a nobis.« |
| » 5 | » | (5661) Archiepiscopo Tuamensi et Cluanfertensi et Enechdunensi episcopis mandat, ut Robertum Travers, qui per potentiam G. de Marisco iustitiarii Yberniae avunculi sui violenter in ecclesiam Laoniensem intrusus sit, amoveant, examinent electionem factam de D. archidiacono eiusdem ecclesiae, et, si eam invenerint de persona idonea canonice celebratam, illam auctoritate apostolica confirment. Non. Ianr. aº 2º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 5. nº 10. — »Accedens ad presentiam.« <br> • *In eundem modum* Cluamfertensi — Enechdunensi — et Fumwarrensi episcopis pro G. canonico Artfertensis ecclesiae. |
| » 5 | » | • (5662) Petro Pontigniacensi abbati et priori S. Victoris Parisiensis committit, ut super statu prioris Grandimontensis monasterii et aliis quae ad reformationem ordinis spectent, plenius veritatem inquirant. Non. Ianr. aº 2º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 139. |
| » 11 | » | (5663) Aldefonsum Portugallensem regem et eius heredes ad exemplar Alexandri et Clementis pp. sub b. Petri et sua protectione suscipit, et regnum Portugalliae necnon et omnia loca quae de Saracenorum manibus eripuerit, ei concedit sub annuo censu duarum marcarum auri. III id. Ianr. aº 2º. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 336. nº 19. — »Manifestis probatum est.« |
| » 13 | » | (5664) Petro Priori et clericis Interamnensibus notum facit multis verbis, se in Interamnensi ecclesia episcopalis dignitatis restaurare honorem et statuere, ut nulli nisi Romano pontifici sit subiecta. Id. Ianr. aº 2º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 754; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 337. nº 21. — »Venerabili fratri nostro.« |
| » 13 | » | (5666) Abbati et conventui monasterii de Otterburg Cisterc. ord. concedit, cum monasterium ipsum de novo Cisterciensis susceperit ordinis instituta nec habeat tot conversos qui ad excolendas sufficiant terras, ne ob defectum huiusmodi novella plantatio monasterii destruatur, decimas ante concilium generale habitas omnium, quae eidem monasterio in elemosinam sunt collata. Id. Ianr. aº 2º. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 21. nº 24. — »Apostolice pietatis benignitas.« |
| » 13 | » | (5667) Ludovico (Philippi) regis Francorum primogenito petenti, ut sententia contra ipsum et adiutores suos ab apostolica sede promulgata fiat irrita, nunciat, se statuere, ut eadem, ipso servante inviolabiliter pacem ipsam, vires non habeat. Id. Ianr. aº 2º. ‖ Bouquet Rec. XIX. 647; Teulet Layettes I. 456. nº 1274. — »Inducunt nos tuae.« |
| » 13 | » | (5668) Pacem inter Ludovicum regis Francorum primogenitum et Henricum regem Anglorum mediante G(uala) tit. S. Martini presbytero card. apostolicae sedis legato amicabiliter factam confirmat. Id. Ianr. aº 2º. ‖ Ex bibl. regiae Berolin. Ms. Gall. fol. 86. p. 77; Raynaldi Ann. ad a. 1218 § 59; Dumont Corps univ. dipl. I. 157; Labbe Abrégé roy. de l'alliance chronol. I. 625; Bouquet l. c. 648; Teulet l. c. nº 1273. — »Per tuas nobis.« |

**1218.**

Ianr. 13 — Laterani — (5669) Consules et populum Montispessulani vituperat acriter, quod adversarios S(imonis) comitis Montisfortis excommunicationis vinculo innodatos in terra sua receptant et praedas emunt, quae a terra eiusdem comitis abducuntur. Mandat eis, ut a praesumptione huiusmodi penitus desistant. Id. Ianr. aº 2º. ‖ Bouquet l. c. 648. — »Quanto vos et.«

* *In eundem modum* Vicecomiti Turennensi — Bertranno — Galiardo — et ceteris dominis de Gordo et aliis baronibus per Caturcensem diocesim constitutis.

» 13 — » — (5670) (Aimericum) vicecomitem et populum Narbonenses laudat, quod B(ertranno) apostolicae sedis legato humiliter intendant ac S(imoni) comiti Montisfortis viriliter et potenter assistant. Mandat eis, ut quod incoeperint laudabiliter per se ipsos, incitati precibus papalibus ferventius faciant. Id. Ianr. aº 2º. ‖ Bouquet l. c. 649. — »Gratum habemus quod.«

* *In eundem modum* Ademarum de Pictavia (comitem Valentinensem ac Diensem) et Wilhelmum filium eius;

» » » A. de Chaument, A. de Lebrent, Heliam Rudelli (dominum Bergeraci) et alios barones per Guasconiam constitutos;

» » » Guillelmum principem Arausiensem et alios barones per Provinciam constitutos.

» 19 — » — (5671) Bononiensi et (Nicolao) Regino episcopis praecipit, ut, licet ipsis mandaverit ut, si quae possessiones comitissae Matildis ab aliquibus indebite tenerentur, ad restituendas ipsas nobili viro Salinguerrae cui ipsius comitissae possessiones in feodum concesserit detentores cogerent, potestatem et populum Mutinenses supra castris Carpi et Montis Baranzonis, quae eis custodienda commiserit, nullatenus molestent. xiv kal. Febr. aº 2º. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola I. 471. not. C. — »Etsi vobis dederimus.«

» 19 — » — * (5672) Bulle du pape Honorius, adressée à l'archevêque de Tours, ordonnant que tous ceux qui sont entrés dans l'ordre des Chartreux ne pourront en sortir quand même ils n'auraient pas fait profession, à moins que ce ne soit pour passer dans un autre ordre. xiv kal. Febr. aº 2º. ‖ Mabille Catal. des dipl. (Mém. de la Soc. arch. de Touraine XV.) 280. nº 2437.

» 22 — » — (5673) Compositionem super tenimentis Silae inter abbatem conventumque Florenses ex parte una et abbatem conventumque SS. Trium Puerorum Gernat. dioc. ex altera coram (Luca) Cusentino archiepiscopo aº 1215. mense Augusto initam confirmat. xi kal. Febr. aº 2º. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 203. — »Cum a nobis.«

» 23 — » — (5674) Praepositum et canonicos ecclesiae s. Thomae apostoli de Lipzc [Leipzig] Mersburgens. dioc. protegendos suscipit, specialiter autem parochiam s. Thomae, capellam b. Petri, villam Boldewinesdorp *etc.* eis confirmat. x kal. Febr. (vii Febr. *Schöttg.*) aº 2º. ‖ Vogel Leipz. Chronik 135; Schöttgen Diplom. Nachlese I. 47; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. II. Hauptth. IX. 5. — »Cum a nobis.«

» 23 — » — (5675) Abbati et conventui monasterii s. Iohannis de Flore monasterium quod Cabria dicitur, olim Graecorum, nunc desolatum, et Montis Marci ecclesiam confirmat. x kal. Febr. aº 2º. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 500. — »Cum a nobis.«

» 25 — » — (5676) Theodoro duci Comneno gratias agit, quod Iohannem episcopum Crotonensem et fratrem Effrem eremitam nuncios suos hilariter recepit ac Iohannem tit. S. Praxedis presb. cardinalem apostolicae sedis legatum honorat et erga illum se exhibet benignum. Rogat eum, ut captivos, pauperes praesertim et alios de quibus nullum possit ei commodum provenire, restituat libertati. viii kal. Febr. aº 2º. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 21—23. — »Gratum gerimus et.«

» 25 — (») — * (5677) Le pape déclare prendre sous sa protection les doyen et chanoines de Saint-Pierre-la-Cour du Mans et leur église, et leur confirme la possession de tous leurs biens. viii kal. Febr. aº 2º. ‖ Bilard Docum. historiq. 7. nº 40.

» 26 — » — (5678) (Guilelmo) episcopo et canonicis Cumanis statutum, quod b. m. A(nselmus) Cumanus episcopus fecit ordinans, ut in Cumana ecclesia viginti canonicorum numerus certus existat et semper maneat, quodque Gregorius (VIII) pp. confirmavit, tenore eius inserto confirmat. vii kal. Febr. aº 2º. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 298; Tatti Annali di Como II. 929. — »Cum per fratres.«

» 27 — » — (5679) (Eustachio) Vallis secretae Suession. dioc. et R(adulfo) S. Iohannis in Vineis abbatibus et G(uidoni) decano Suessionensi mandata dat adversus (Willelmum) Lingonensem episcopum, qui excommunicationis sententias in Erardum de Brena et Philippam eius uxorem a sede apostolica latas publicare nolebat. vi kal. Febr. aº 2º. ‖ Teulet Layettes I. 456. nº 1275; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 121. nº 1097. — »Utrum Christi membrum.«

» 27 — » — (5680) Abbati de Libin Geuriens. dioc., archidiacono et cantori Geuriensibus committit causam, quae inter abbatem ac monachos de Plis Cisterc. ord. Vesprimiens. dioc. et abbatem conventumque S. Martini de Pannonia super quibusdam decimis et rebus aliis vertitur,

| | | |
|---|---|---|
| | | **1218.** |
| | | terminandam, quae tum propter mandatoris mortem, tum quia episcopus Geuriensis transfretavit in subsidium Terrae sanctae, hactenus indecisa remansit. VI kal. Febr. a° 2°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 150. — »Dilecti filii....« |
| Ianr. 29 | Laterani | (5681) Nycolao abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Theodosii coenobiarchae de Laberria protegendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Basilii regulam perpetuis ibidem temporibus observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis recenset vocabulis, iura ac privilegia confirmat. IV kal. Febr. indict. VII(!). incarn. dom. a° 1218(!). pont. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 9. n° 16; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 151. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 30 | » | (5682) Suffraganeis ecclesiae Toletanae, Abulensi et Burgensi episcopis, notum facit, se (Roderico) archiepiscopo Toletano legationis officium per eorum provincias concessisse, ut contra Agarenos quasi alter Iosue procedat. III kal. Febr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 69. 70. — »Ecce tempus opportunum.« |
| Febr. 1 | » | (5683) (Roderico) archiepiscopo Toletano nunciat, se ecclesiae Toletanae praesentis scripti privilegio ius concedere primatiae, statuens ut, cum praefata metropolis ad christianorum manus redierit, archiepiscopus eiusque successores ea quae spectant ad primatis officium, libere in eadem exerceant. Kal. Febr. indict. VI. incarn. dom. a° 1218(!). pont. a° 2°. ‖ Mansi Concil. XXII. 1098; Aguirre Conc. Hisp. V. 182. n° 3; Labbe Conc. XI. 245. n° 6; *cf.* Raynald. l. c. § 63. — »Apostolicae sedis benignitas.« |
| » 1 | » | (5684) Episcopum Vesprimiensem, qui, postquam abbas monasterii s. Martini de Pannonia iter arripuit ad subsidium Terrae sanctae, conventum eiusque ecclesias in sua provincia positas indebitis exactionibus aggravabat, monet, ut ab eorum et ecclesiarum dictarum gravaminibus omnino desistat. Kal. Febr. a° 2°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 154. — »Cum monasteria et.« |
| » 1 | » | (5685) F(riderico) regi Siciliae in Romanorum imperatorem electo remittit donationem praepositurae »quae (Engelberto) quondam Aquensi praeposito in electum Coloniensem assumpto vacare dignoscitur«, ut eam Alatrino subdiacono et capellano sedis apostolicae conferat. Kal. Febr. a° 2°. ‖ Annal. d. hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861.) 251; *argument.* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 921. |
| » 2 | » | (5686) (Eustachio) Vallis Secretae Praemonstrat. ord. Suessionens. dioc., R(adulfo) S. Iohannis in Vineis abbatibus et G(uidoni) decano Suessionensi praecipit, ut Erardum de Brena iniuste sibi vindicantem Campaniae comitatum eiusque fautores tamquam excommunicatos evitari arctius faciant et sententias in eos promulgatas singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis *etc.* solemniter publicent *etc.* IV non. Febr. a° 2°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 651; Teulet Layettes I. 458. n° 1276; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 121. n° 1099. — »Cum olim dilecta.« |
| » 2 | » | * (5687) Honorius écrit dans le même sens comme en n° 5678 aux mêmes contre (Hervé) évêque de Troyes. ‖ Jubainville l. c. 121. n° 1098. |
| » 3 | » | (5688) Ducibus, comitibus, baronibus, militibus per regnum Franciae ac Bisuntinensem, Treverensem et Coloniensem provincias constitutis denuntiat sententiam excommunicationis in Erardum de Brena, Philippam eius uxorem eorumque fautores pronuntiatam, et praefatos fideles exhortatur, ut dictum Erardum et eius complices sedulo evitandos curent. III non. Febr. a° 2°. ‖ Bouquet l. c. 651; *cf.* Jubainville l. c. n° 1100; Teulet l. c. n° 1278. — »Cum olim dilecta.« |
| » 3 | » | (5689) Raynerio abbati et conventui Casaemarii significat, se universis, qui ad solemnitatem consecrationis ecclesiae eorum »quam in minori officio feceramus propriis sumptibus fabricari et .... XVII kal. Oct. in persona duximus propria consecrandam«, infra novem dies devote convenerint, indulgentiam unius anni elargiri; praeterea concedere facultatem utendi argenteo thuribulo ac sericis indumentis inter missarum solemnia diebus dominicis et festivis *etc.* III non. Febr. a° 2°. ‖ Rondinini Monast. de Casaemario 21; Manrique Ann. Cisterc. IV. 144, *non integra.* — »Si apud Hebraeos.« *Cf.* n° 5594. |
| » 3 | » | (5690) Monasterii s. Thomae de Torcello patrocinium suscipit, eius possessiones ac bona confirmat multaque ei privilegia impertitur. III non. Febr. indict. XX(!). incarn. dom. a° 1218(!). pont. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. I. 229. — »Religiosam vitam professis.« |
| » 3 | » | (5691) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis per Lugdunensem, Bisuntinensem, Senonensem, Turonensem, Bituricensem, Remensem, Coloniensem et Treverensem provincias constitutis mandat, finem impositurus pertinaciae Erardi de Brena iniuste sibi vindicantis comitatum Campaniae, ut illum eiusque fautores graviori excommunicationis sententia constringant. III non. Febr. a° 2°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 649; *cf. argum.* ap. Jubainville l. c. n° 1101; ap. Teulet Layettes I. 460. n° 1277. — »Cum olim dilecta.« |
| » 5 | » | (5692) Archiepiscopos, episcopos, Turritanum et Gallurensem iudices aliosque nobiles per Sardiniam constitutos monet, ut (Vitali) Pisano archiepiscopo, cui in Turritana, Arbo- |

**1218.**

rensi et Callaritana provinciis primatus et in Sardinia legationis honores contulerit, tamquam primati suo et apostolicae sedis legato debitum honorem et reverentiam impendant. Non. Febr. a° 2°. || Ughelli Ital. sacra III. 425; Cod. dipl. Sardin. I. 333. n° 39; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 31. — »Cum quidam praedecessores.«

(Febr. 5) (Laterani) (5693) Capitulo, clero et populo Pisanis significat, se Vitali eorum archiepiscopo in Turritana, Arborensi et Callaritana provinciis primatus et in Sardinia legationis honores concessisse. *Sine signo chronol.* || Ughelli l. c. 425; Cod. dipl. Sard. I. 334. n° 41; *cf.* Raynald. l. c. — »Quod circa ecclesiam.«

» 5 (») • (5694) Aufert consuetudinem quae in civitate Viennensi conspiratione monialium S. Andreae ac quorundam clericorum Viennensium inoleverat, quod nullus permitteretur apud alienam ecclesiam eligere sepulturam cum effectu a rectoribus ecclesiarum dictae civitatis, nisi vivens pedes vel eques ad eandem ecclesiam accessisset; sed salvis iuribus parochialibus. »Lugduni« non. Febr. a° 2°. || I. a Bosco Biblioth. Floriac. Laev. xyst. 103.

7 » Praepositum et canonicos ecclesiae s. Thomae ap. de Lipzc: »vII Febr. a° 2°.« || Schöttgen Diplom. Nachlese I. 47, *vid.* 1218. Ianr. 23. n° 5674.

» 8 » (5695) Vitali archiepiscopo Pisano privilegia, quae Urbanus II aliique Romani pontifices Pisanae ecclesiae concesserant, et legationem Sardiniae confirmat. Denique, ut Pisana civitas, quae inimicorum christiani nominis urbes plurimas subiugavit, amplius honoretur, equo albo cum nacco albo in processionibus utendi et crucem, vexillum scil. Dominicum, per subiectas »vobis« provincias portandi facultatem concedit. vI id. Febr. indict. VI. incarn. dom. a° 1217. pont. a° 2°. || Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 30; Cod. dipl. Sardin. I. 333. nota, *omissis et initio et fine;* Matthaeius Eccl. Pisana I. app. 81. — »Si sua cuique.«

» 9 » (5696) Archiepiscopis et episcopis, in quorum diocesibus sunt domus Carthusiensis ordinis constitutae mandat, compellat quilibet eorum parochianos suos, qui fratres eiusdem ordinis praesumpserint molestare, ut super hoc eis debitam satisfactionem impendant; et inhibet, ne quis priores vel fratres ordinis memorati subire compellat calumniae iuramentum vel ad ferendum testimonium cogat. v id. Febr. a° 2°. || Cherubini Bullar. I. 80; Bullar. magn. III. 195; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 337; Tromby Storia V. app. 72. n° 59. — »Cum dilecti filii.«

» 10 » (5697) Priori et fratribus S. Bartholomaei de Trisulto Cartus. ord. concessionem usus pascuorum a via Alatrina ad scrimam de Campovano *etc.*, quam eis consules Quarcinates in praesentia Stephani basilicae XII apost. presb. card. fecerant, confirmat. Iv id. Febr. a° 2°. || Spicil. Liber. 723. n° 17. — »Iustis petentium desideriis.«

» 11 » (5698) (Guillelmo) Claraevallensi, (Guidoni) Morimondensi et (Herveo) B. Mariae de Burgomedio Blesensi abbatibus Lingonens. et Carnotens. dioec. mandat, inducant (Philippum) regem Francorum, qui castrum Soliacum ab Aurelianensi ecclesia ad tempus acceperat et turrem ibi exstruxerat, sed idem (Manassi) episcopo reclamanti reddere nolebat, ut ei castrum dictum restituat et super hoc satisfaciat. III id. Febr. a° 2°. || Manrique Annal. Cisterc. IV. 124; Bouquet Rec. XIX. 652; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 58. — »Oblata nobis venerabilis.«

• *In eundem modum* (Philippo) regi Francorum.

» 11 » (5699) Eisdem scribit de gemitibus (Manassis) Aurelianensis episcopi, qui sedi apostolicae exposuerat tyrannidem, quam Iohannes miles de Aurelianis cum suis complicibus in ipsum et commissarum ei ecclesiarum presbyteros et ministros exercuerat infringendo domum episcopalem de Astrepent *etc.* Addit, se (Philippo) regi Francorum suasisse, compellat praedictum malefactorem, ut episcopo memorato et aliis ablata restituat universa *etc.* Mandat eis, ut regem ad hoc moneant et inducant. III id. Febr. a° 2°. || Manrique l. c. 125; Bouquet l. c. 653. — »Suscepti cura regiminis.«

» 11 » (5700) (Petro) archiepiscopo Senonensi, (Petro) Parisiensi, Autissiodorensi, Trecensi, Meldensi et Nivernensi episcopis et decano et capitulo Carnotensibus significat, (Manassem) Aurelianensem episcopum in Iohannem de Aurelianis militem, Herbertum fratrem eius *etc.* aliosque eorum complices propter graves excessus excommunicationis, et in terram eorum interdicti sententias promulgasse. Mandat eis, ut easdem sententias singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis per universas ecclesias suarum diocesum solemniter innovent *etc.* III id. Febr. a° 2°. || Bouquet l. c. 656. — »Invalescens diei malitia.«

» 12 » (5701) Capitulo Placentino significat, se (Vicedomino Cossadocae) electo Placentino propriis manibus munus consecrationis impendisse; mandat eis, ut illi nunc episcopo reverentiam et obedientiam impendant. II id. Febr. a° 2°. || Campi Hist. di Piacenza II. 116. — »Venientem ad apostolicam.«

» 13 » (5702) (Guilelmo) episcopo Andegavensi et (Lucae) abbati de Burgolio Andegav. dioc. mandat, ut in controversia vertente inter (Guilelmum) Burdegalensem archiepiscopum et (Girardum) Bituricensem archiepiscopum (litigantes de primatus iure in utraque Aqui-

1218.

tanica provincia) iuxta mandatum ab Innocentio III abbati Maioris monasterii Turonensis in eadem causa datum procedant. Id. Febr. a° 2°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 655. — »Transmissa nobis venerabilis.«

Febr. 13 Laterani * (5703) Abbati Fossae Novae et fratri Henrico eiusdem domus monacho mandat, ut ad S. Laurentium de Aversa accedant et super statu tam monasterii quam abbatis et monachorum diligentissime veritatem inquirant. Id. Febr. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 138.

» 14 » (5704) (Herveo) episcopo, cantori et archidiacono Trecensibus scribit multis verbis de excessibus enormibus Iohannis de Aurelianis militis eiusque complicium contra (Manassem) Aurelianensem episcopum, de intercessione inani Philippi regis Francorum *etc.* Mandat eis, moneant nobiles viros, quorum illi malefactores vassalli sunt, vel de quorum iurisdictione consistunt, ut ipsos per occupationem feudorum suorum sine fraude et alios, prout eis tradita desuper sit potestas, compellant, episcopo memorato et aliis passis iniuriam congrue satisfacere de damnis et irrogatis iniuriis, eosque cogant ad id, si moniti repugnare praesumpserint, per censuram ecclesiasticam. xvi kal. Mart. a° 2°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 655. — »Invalescens diei malitia.«

» 15 » (5705) (Conrado) Ratisponensi episcopo et (Wualsasensi Cisterc. ord. abbati *Manr.*) S. Emerammi Ratisbonae et de Wallerbach abbatibus Cisterc. ord. Ratispon. dioc. mandat, ut caute et diligenter explorent, qui percipiant fructus vel procuratores existant bonorum episcopatus Pragensis, et utrum Bohemiae rex absente Pragensi episcopo ordinaverit eosdem procuratores, et utrum etiam occasione morae, quam faciat praedictus episcopus apud sedem apostolicam, ecclesiis suae diocesis dispendium immineat et gravamen *etc.* xv kal. Mart. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 142; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 98. n° 86; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1218 § 42; Palacky Reise 21. n° 61; Erben Reg. Bohem. I. 276. n° 588; Deutinger Beyträge II. 158. n° 70. — »Presentium vobis auctoritate.«

» 15 » (5706) Eidem episcopo et S. Emerami Ratisponensis et de Wallerbach Cisterc. ord. Ratispon. dioc. abbatibus mandat, faciant ut interdictum positum in Pragensi diocesi per (Andream) Pragensem episcopum et demum auctoritate apostolica confirmatum, relaxatione (Sigfridi) Maguntini archiepiscopi non obstante, in ecclesiis Cisterciensis et Praemonstratensis ordinum, Hospitalariorum et omnium tam exemptorum quam non exemptorum eiusdem diocesis firmiter observetur. xv kal. Mart. a° 2°. ‖ Würdtwein Nova subs. III. 59; Boczek l. c. II. 97; *cf.* Palacky l. c. 21. n° 60; Deutinger l. c. n° 68; Erben l. c. n° 587. — »Presentium tibi auctoritate.«

» 16 » (5707) Eisdem mandat, explorent utrum decanus et quidam praelatorum et canonicorum ecclesiae Pragensis relaxarint interdictum, quod in ipsa posuerat (Andreas) Pragensis episcopus, priusquam (Sigfridus) Maguntinensis archiepiscopus relaxationem generalem facere praesumpsisset; si rei veritas sic se habeat, ipsos ab officio beneficioque suspensos ad sedem apostolicam transmittant. xiv kal. Mart. a° 2°. ‖ Manrique l. c. 141; Würdtwein l. c. 60; Boczek l. c. II. 99; *cf.* Palacky l. c. n° 62; Deutinger l. c. n° 69; Erben l. c. n° 589. — »Venerabilis frater noster.«

» 24 » * (5708) Archiepiscopo Tarraconensi et abbatibus de Verola et de Petra committit correctionem canonicorum ecclesiae Caesaraugustanae. vi kal. Mart. a° 2°. ‖ Manrique l. c. IV. 139.

» 25 » (5709) Abbati et conventui monasterii Aquaevivae de ordine Florensi ecclesiam ss. Trium Puerorum, quae quondam fuit Graecorum monasterium et quam eis (Robertus) Catacensis episcopus contulerat, inserto donationis instrumento, confirmat. v kal. Mart. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 368. — »Cum venerabilis frater.«

» 28 » (5710) Archiepiscopo Dublinensi apostolicae sedis legato significat, se negotium electorum Artfertensis et Laoniensis ecclesiarum, in quibus post electionem officialis Cassellensis archiepiscopi quosdam per potentiam laicalem intrusos fecerat in earum episcopos, reclamantibus earundem capitulis, consecrari, quibusdam commissariis examinandam tradidisse. ii kal. Mart. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 5. n° 11. — »Litteras fraternitatis tue.«

Mart. 1 » (5711) Clero tam civitatis quam diocesis Brixiensis, quorum aliquot cum abbate S. Faustini, T. maioris ecclesiae et S. Petri in Oliveto et S. Iohannis de Foris praepositis conspirationem, quam Congregationis nomine palliabant, in (Norandini) episcopi Veronensis praeiudicium et elusionem iurisdictionis episcopalis fecerant, mandat, ut, cum ab ipso episcopo fuerint requisiti, accedant ad ecclesiam Brixiensem et ipsius episcopi super hoc iurent stare mandatis ac fraternitatem ipsam penitus abiurent. Kal. Mart. a° 2°. ‖ Biancolini Serie dei vescovi di Verona 84. n° 9. — »Venerabilis frater noster.«

» 3 » (5712) Consules, consiliarios et populum Placentinos rogat et hortatur, ut cum Bobiensibus, qui possessiones et redditus Bobiensis ecclesiae iam per triennium, abrupto fidelitatis vinculo, detinent et (Ubertum) episcopum suum cogunt miserabiliter exulare, nullum exerceant commercium vel contractum nec regimen ipsius loci ab aliquo civium aut subditorum suorum recipi permittant. v non. Mart. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 940; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 32. — »Induratum est cor.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1218.** |
| Mart. 3 | Laterani | (5713) (Roberto) Vesprimiensi episcopo mandat, ut, cum prior et conventus S. Martini de Pannonia compositionem inter eum et ipsorum abbatem mediante I(nnocentio) papa praedecessore factam nec unquam receperint nec ullo sint tempore recepturi, eo quod ipsorum monasterium liberum et exemptum per eam ancillari videatur, et supplicaverint ut illa revocetur, usque ad festum Omnium Sanctorum proximum cum ipsa compositione se apostolico repraesentet conspectui. v non. Mart. a° 2°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 258; Theiner Monum. Hungar. I. 11. n° 17. — »Dilecti filii prior.« |
| » 4 | » | (5714) (Roberto) episcopo Olomucensi mandat, faciat ut interdictum positum in Pragensi diocesi per (Andream) Pragensem episcopum et demum auctoritate apostolica confirmatum, relaxatione (Sigfridi) Maguntinensis archiepiscopi non obstante, firmiter observetur in ecclesiis Cisterciensis et Praemonstratensis ordinum, Hospitalariorum et omnium tam exemptorum quam non exemptorum eiusdem diocesis. IV non. Mart. a° 2°. ‖ Würdtwein Nova subs. III. 58; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 99. n° 88; *cf.* Palacky Reise 21. n° 63; Erben Reg. Bohem. I. 277. n° 590. — »Presentium tibi auctoritate.« |
| » 6 | (») | * (5715) Ordinem Vallis scholarium confirmat. II non. Mart. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 146. |
| » 9 | » | (5716) C(onrado) episcopo quondam Alberstadensi, abbati de Cella et magistro Conrado de Marburc praedicatori Magunt. et Misnens. diocc. controversiam inter abbatem conventumque monasterii Nihemburgensis ex parte una et ducem Saxoniae ac Henricum comitem Ascaniae fratrem eius ex altera super silvis, mansis, pascuis ... et iniuriis ab eisdem dicto monasterio irrogatis ortam committit terminandam. VII id. Mart. a° 2°. ‖ Würdtwein l. c. III. 55. — »Ex parte abbatis.« |
| » 12 | » | (5717) Abbatem et conventum de Iandoria Praemonstrat. ord. protegendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Contrisson, de Andernay, de Wassincourt, s. Hilarii et s. Mariae de Combles eis confirmat. IV id. Mart. a° 2°. ‖ Hugo Annal. Praemonstr. I. prob. 655. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 13 | » | (5718) (Henrico) Basiliensi episcopo, inter quem ac (Bertoldum) ducem Zaringiae super quibusdam possessionibus ad Basiliensem ecclesiam spectantibus, quas W(alterus) Basiliensis electus praedecessor eius dicto duci in feudo concesserat, contentio suborta erat, de hac lite mandata dat. III id. Mart. a° 2°. ‖ Schoepflin Hist. Zar.-Badens. V. 145. — »Tua fraternitas intimavit.« |
| » 13 | » | * (5719) Abbati et conventui S. Andreae in Nemore Praemonstrat. ord. significat, se moniales eiusdem abbatiae cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipere. III id. Mart. a° 2°. ‖ Salló Abbaye de St. André-aux-Bois 45. |
| » 16 | » | (5720) Uberto episcopo Bobiensi diffinitivam sententiam, quam Innocentius III »Laterani VII kal. Mart. a° 10°« (*signa chronol. sunt corrupta*) super monasterio s. Columbani contra Oddonem quondam accolitum et capellanum ac procuratorem Romanae ecclesiae constitutum pro dicto Uberto promulgaverat, auctoritate apostolica confirmat, tenore eiusdem inserto. XVII kal. Apr. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 937. — »Cum per sedem.« |
| » 17 | » | (5721) Priori et fratribus S. Bartholomaei de Trisulto Carthus. ord. terram sementariciam sationalem cum sylva et aspreta et omnibus ad eam pertinentibus ecclesiae eorum ab hominibus vicanis pia liberalitate donatis confirmat. XVI kal. Apr. a° 2°. ‖ Spicil. Liber. 719. n° 11. — »Cum a nobis.« |
| » 19 | » | * (5722) Oscensi episcopo et abbati Populeti de controversia Templariorum et Hospitalariorum mandata dat. XIV kal. Apr. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 140. |
| » 20 | » | (5723) Episcopis per Campaniam constitutis mandat, compellat quilibet eorum parochianos suos, qui fratres Cartusiensis ordinis praesumpserint temere molestare, ut super hoc eis debitam satisfactionem impendant, per censuram ecclesiasticam. XIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Spicil. Liber. 719. n° 9. — »Cum dilecti filii.« |
| » 20 | » | (5724) Moniales de Veisins sub sua protectione suscipit omnesque earum possessiones, iura ac privilegia confirmat. XIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Gallia christ. VIII. instr. 528. — »Solet annuere sedes.« |
| » 20 | » | (5725) Abbati S. Gothardi Geuriens. dioc., Geuriensi et de Ferreo Castro Geur. dioc. praepositis mandat, ut in causa inter monasterium s. Martini in Pannonia et custodem Albensem Wesprimiens. dioc. super decimis quorundam praediorum et rebus aliis in Simugiensi comitatu diutius agitata praefatum custodem condemnent in expensis legitimis et ad solutionem illarum per censuram ecclesiasticam compellant, et causam ipsam fine debito terminent. XIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 259. — »Coram dilecto filio.« |
| » 20 | » | (5726) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Teutonicorum Ierosolimitanorum hospitale in Confluentia eorum domui a (Theoderico) Treverensi archiepiscopo de consensu capituli S. Florini a. 1216 collatum confirmat. XIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Hennes UB. I. 32; Günther Cod. dipl. Rheno-Mosell. II. 124. — »Iustis petentium desideriis.« |

**1218.**

Mart. 23 Laterani (5727) Ariminensi et Senogalliensi episcopis significat, se eorum litteras super negotio Fanensis et Forosemproniensis ecclesiarum diligenter intellexisse, sed tamen negotium ipsum ad eos remittit et mandat, ut civibus Fanensibus iniungant, ut satisfaciant Fanensi episcopo et Forosemproniensi electo et eius ecclesiae de damnis manifestis, de quibus sine dilatione possit satisfactio exhiberi *etc.* x kal. Apr. a° 2°. || Ughelli Ital. sacra I. 665. — »Litteras quas nobis.«

» 25 » (5728) Abbatiam sanctimonialium de Busiaco (dioc. Aurelianens.?) protegendam suscipit eique easdem libertates et immunitates, quas alia monasteria ordinis Cisterc. habent, concedit et specialiter capellam et domum de Busiaco, terras et fructus qui fuerunt canonicorum de Hiems-Villa confirmat. viii kal. Apr. a° 2°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 144, *omisso initio.*

» 27 » (5729) (Roberto) episcopo Olomucensi mandat, ut interdictum, sicut sit positum in Pragensi diocesi per (Andream) Pragensem episcopum et a sede apostolica confirmatum, relaxatione Maguntini archiepiscopi non obstante, in ecclesiis Cisterciensis et Praemonstratensis ordinum et Hospitalariorum et omnium tam exemptorum quam non exemptorum eiusdem diocesis faciat firmiter observari. vi kal. Apr. a° 2°. || Boczek Cod. dipl. Morav. II. 100. n° 89; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1218 § 40; Palacky Reise 21. n° 64; Erben Regest. Bohem. I. 277. n° 591. — »Presentium tibi auctoritate.«

* *In eundem modum* Decano et scholastico Wratislaviensibus.

» 27 » (5730) Capitulo Aquilegensi significat, se (Bertoldum) Colocensem archiepiscopum Aquilegensi ecclesiae praeficiendum providisse et ad eius curam et sollicitudinem transferendum; mandat eis, ut cum honore debito recipientes eundem ei humiliter intendant. vi kal. Apr. a° 2°. || Theiner Monum. Hungar. I. 11. n° 18; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 394; *cf.* Bianchi Docum. 21. n° 50. — »Cum nuper Aquilegensi.«

* *In eundem modum* Advocato et ministerialibus ecclesiae Aquilegensis.

» 27 » (5731) B(ertoldum) Colocensem archiepiscopum in patriarcham Aquilegensem electum ad ecclesiam Aquilegensem transfert et licentiam ei ad illam tribuit transeundi, pallium ei ad nomen et usum eiusdem ecclesiae transmissurus. vi kal. Apr. a° 2°. | Theiner l. c.; Mon. Hungar. l. c. 395. — »Cum nuper Aquilegensi.«

» 27 » (5732) Eidem mandat, ut M. Tergestinum electum, nisi ei canonice quid obsistat, pallio ab apostolica sede recepto, cum ab eo, clero et populo Tergestinis requisitus fuerit, consecret. vi kal. Apr. a° 2°. || Theiner l. c. I. 12. n° 19; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 396; *cf.* Fejér Cod. dipl. III. i. 266. — »Cum sicut accepimus.«

» 28 » (5733) Episcopo Papiensi mandat, ut ecclesiae s. Iventii Papiensis officium visitationis impendat et corrigat, quae invenerit corrigenda ibidem. v kal. Apr. a° 2°. || Garampi B. Chiara 282. — »Habet hoc proprium.«

» 28 » * (5734) Abbatibus S. Trinitatis et S. Stephani de Vosco Cisterc. ord. mandat, ut causam Messanensis archiepiscopi et archimandritae S. Salvatoris ord. s. Basilii inter se litigantium super obedientia, si partes consentiant, fine debito terminent. v kal. Apr. a° 2°. | Manrique Ann. Cisterc. IV. 139.

» 29 » (5735) (Aimoni) episcopo Gebennensi mandat, ne sinat ut Iacobus canonicus Sedunensis, qui olim infra aetatem legitimam constitutus claustrum quorundam monachorum ordinis Cisterciensis intraverat illectus blandis sermonibus eorundem, sed nulla facta professione ipsum exiverat, nihilominus tamen super beneficiis suis a quibusdam aemulis inquietabatur, occasione huiusmodi molestetur. iv kal. Apr. a° 2°. || Mém. et docum. de Genève XVI. 171. n° 2. — »Dilectus filius Iacobus.«

» 29 » (5736) Priori et canonicis S. Marci ord. s. Aug. Mantuan. dioc. ecclesiam s. Kataldi eis ab Henrico episcopo Mantuano concessam auctoritate apostolica confirmat. iv kal. Apr. a° 2°. || Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 639. n° 15. — »Solet annuere sedes.«

» 29 » (5737) (Robertum) episcopum Olomucensem graviter reprehendit, quod in Pragensi ecclesia ecclesiastico supposita interdicto solemniter celebravit eumque tam diu ab officio beneficioque suspendit, donec apostolico se conspectui personaliter repraesentaverit. iv kal. Apr. a° 2°. || Boczek Cod. dipl. Morav. II. 101. n° 90; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1218 § 40; Palacky Reise 21. n° 65; Erben Regest. Bohem. I. 273. n° 592. — »Super his que.«

* *In eundem modum* Decano et scolastico Wratislaviensibus.

» 29 » (5738) (Richardo) episcopo, decano et capitulo de Sarum transferendi ecclesiam suam ad locum alium opportunum liberam concedit facultatem. iv kal. Apr. a° 2°. || Wilkins Concil. I. 552. — »Ex parte nostra.«

» 30 » (5739) Monasterium s. Mariae de Pruliano sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo canonicus b. Augustini ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. iii kal. Apr.

**1218.**

| | | |
|---|---|---|
| | | indict. VI. incarn. dom. aº 1218. pont. aº 2º. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 6. nº 7. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| Mart. 30 | Laterani | (5740) S. Matthiae Trevirensis et S. Apri Tullensis nigri ordinis et de Hemmenrode et de Villario abbatibus Cisterc. ord. Trevirens. et Metens. dioec. mandat, ut monasteriis Trevirensis provinciae, quae in temporalibus et spiritualibus plurimum sint collapsa, visitationis antidotum impendant ac reforment et corrigant in eis, quae correctionis et reformationis officio viderint indigere. III kal. Apr. aº 2º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 62, *cf.* 143. — »Etsi curam pastoralis.« |
| Apr. 2 | » | (5741) Eiectionem monachorum nigrorum (*i. e.* ordinis s. Benedicti) e monasterio s. Vincentii Wratislaviensis, quam S(iroslaus) quondam episcopus Wratislaviensis »propter enormes excessus suos et bonorum eiusdem monasterii dilapidacionem« fecerat, eiusque statutum, ut in eodem statuta Praemonstratensis ordinis servarentur, quae omnia b. m. P(etrus a Capua) S. Marcelli presbyter, tunc S. Mariae in via lata diaconus cardinalis legatus apostolicae sedis approbaverat, confirmat. IV non. Apr. aº 2º. ‖ Hugo Annal. Praemonstr. II. prob. 693; *cf.* Grünhagen Regesten I. 102. nº 197. — »Cum a nobis.« |
| » 2 | » | * (5742) P(etro) praeposito Glogawiensi, I(acobo) archidiacono et A(rtmodo) canonico Wratislaviensibus scribit de eodem argumento eisque mandat, ut monachos ordinis Praemonstratensis in abbatia s. Vincentii introductos contra molestationes Benedictinorum expulsorum defendant. IV non. Apr. aº 2º. ‖ Grünhagen l. c. nº 198. |
| » 3 | » | (5743) Abbatem et conventum in Wingarten ord. s. Ben. Constantiens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem decimas novalium silvae Aldorfgensis eis confirmat. III non. Apr. aº 2º. ‖ Wirtemberg. UB. III. 68. nº 605. — »Solet annuere sedes.« |
| » 4 | » | (5744) Priori et canonicis ecclesiae s. Marci ord. eiusdem sancti donationem vinearum, quam Iacobus eidem ecclesiae fecit, necnon libertates eidem indultas ab episcopo tunc electo Mantuano confirmat. II non. Apr. aº 2º. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 639. nº 16. — »Cum a nobis.« |
| » 4 | » | (5745) (Giraldo) Bituricensi archiepiscopo Paschalis papae II litteras, quibus Bituricensi archiepiscopo ius primatus adversus Auxitanensem archiepiscopum adiudicavit, confirmat. II non. Apr. aº 2º. ‖ Bouquet Rec. XIX. 657. — »Quoniam longinquitate temporis.« |
| » 5 | » | (5746) (Bernardo) Paderburnensi episcopo mandat, ut, cum Conradus de Boffesem ad solatium infirmorum et pauperum in loco qui Huxaria [Höxter] dicitur, velit hospitale construere ipsumque hospitali s. Spiritus in Saxia facere censuale, eidem concedat licentiam illud aedificandi, construendi capellam in eo ac habendi cimiterium et proprium capellanum. Non. Apr. aº 2º. ‖ Schaten Ann. Paderborn. I. 979. — »Veniens ad praesentiam.« |
| » 7 | » | (5747) Raynaldo priore eiusque fratribus petentibus heremum s. Crucis Fontis Avellanae tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam sub heremitica observatione ibidem perpetuis temporibus observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. VII id. Apr. indict. VI. incarn. dom. aº 1218. pont. aº 2º. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 380. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 12 | » | (5748) Capitulo Bremensi concedit, ut proventus duarum praebendarum ad reparanda ecclesiae tecta et revocanda, quae reprobus Guademarus archiepiscopus de bonis eiusdem pignori obligaverit, distrahant. II id. Apr. aº 2º. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 360. nº 410. — »Cum ecclesia vestra.« |
| » 12 | » | (5749) (Adolfo) episcopo, praeposito Montis s. Gertrudis et priori de Meligarde Osemburgensibus mandat, ut quicquid a reprobo Waldemaro (archiep. Bremensi) intrusionis suae tempore de bonis Bremensis ecclesiae alienatum vel impignoratum ad ius et proprietatem dictae ecclesiae legitime revocent. II id. Apr. aº 2º. ‖ Lappenberg l. c. 361. nº 412. — »Cum iuxta sanctiones.« |
| » 12 | » | (5750) Inhibet, ne archiepiscopus Bremensis decimas, cometias et advocatias ad eiusdem ecclesiam pertinentes alicui assignet in feudum; capitulo autem concedit, ut decimas libere redimat de manibus laicorum. II id. Apr. aº 2º. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI.) 947; Lappenberg l. c. 361. nº 413. — »Cum in multis.« |
| ( » 12) | ( » ) | (5751) Capitulo Bremensi (*vulgatae edit.* Decretal. *male* Londoniensi, Lundensi *vel* Lugdunensi archiepiscopo et eius suffraganeis), qui quaesiverant quid fieri debeat de mortuorum corporibus qui tempore schismatici Waldemari (archiepiscopi intrusi) a schismaticis sunt sepulti, de indumentis sacerdotalibus cum quibus, nec non de altaribus in quibus degradati presbyteri celebrarunt, respondet. *Sine nota chronol.* ‖ Epist. decret. H-i lib. I. tit. 9 *de sacr. non iter.* c. 1 ed. Cironius 48; *int.* Decr. Greg. IX. lib. I. tit. 16 *de sacr. non iter.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 118; ap. Richter Corp. II. 130; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 40 ex regest. lib. 2. ep. 1079, *sed legas* 1019. — »A nobis humiliter.« |

**1218.**

(Apr. 12) (Laterani) * (5752) Universis Christi fidelibus per Bremensem diocesim constitutis mandat, ut sententiam excommunicationis ab Innocentio III in Waldemarum, qui sedem Bremensem per tyrannidem invaserat, promulgatam (*vid.* nº 4917) a seque firmatam inviolabiliter observent. *Sine signo chronol.* Raynald. l. c. § 40 ex regest. lib. 2. nº 1018.

( » 12) ( » ) * (5753) (Berengariae) quondam Angliae reginae patrocinium suscipit. Raynald. l. c. § 60 ex regest. lib. 2. nº 1008.

( » ) ( » ) * (5754) Iniquorum hominum eandem reginam vexantium conatus coercet. Raynald. l. c. § 60 ex regest. lib. 2. nº 1007.

( » ) ( » ) * (5755) Ad eandem reginam litteris datis statuit, onerum immunes non esse clericos illos, qui abiecta tonsura uxorem duxerint ac, rursus clericali habitu resumpto, se pro clericis agant, quo eius iurisdictioni se subducant. »Cum reddenda sint quae sunt Caesaris Caesari..., aequanimiter duximus tolerandum, si a talibus iustitias debitas, velut ab aliis uxoratis exigas et servitia consueta.« Raynald. l. c. § 60 ex regest. lib. 2. nº 1012; Epist. decr. H-i lib. 3. tit. 2 *de cleric. coniug.* c. 1 ed. Cironius 179; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 3 *de cler. coni.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 426 *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 443. — »Ex parte tua.«

» 19 » (5756) Fratribus hospitalis s. Mariae in Ierusalem de domo Teutonicorum donationem, qua eis Wilhelmus Transsilvanus episcopus in terra Borza decimarum perceptionem, exceptis de Hungaris et Siculis provenientibus, a. 1213 concessit, confirmat. xiii kal. Mai. aº 2º. Schuller Arch. I. (1841.) 222; Fejér Cod. dipl. III. i. 266; Theiner Mon. Hungar. I. 12. nº 20; Teutsch u. Firnhaber UB. I. 12. nº 14; *cf.* Strehlke Tab. 157. nº 162; Napiersky Index I. 2. nº 7*. — »Cum a nobis.«

» 20 » (5757) Eisdem decimas terrae de Burza eis ab Andrea rege Ungarorum collatae, necnon et ecclesias aedificandas ibidem quas W(ilhelmus) Ultrasilvanus episcopus eorum domui concessit consensu capituli sui, confirmat, tenorem concessionis ipsius suis litteris verbotenus inserens. xii kal. Mai. aº 2º. I. K. Schuller l. c. 222; Theiner l. c. 12; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 155. — »Cum a nobis.«

» 20 » (5758) (Hamelino) episcopo, cantori et magistro Iuhello canonicis Cenomanensibus mandat, ut (Petrum) comitem Britanniae, qui (Stephanum) episcopum et capitulum Nannetenses et terram ad eorum ecclesiam pertinentem multipliciter affligens banna et assisias per usurpationis potentiam in Nannetensi edidit civitate *etc.*, compellant, ut ab impietatibus huiusmodi conquiescat atque de damnis et iniuriis eidem ecclesiae eiusque hominibus irrogatis competenter satisfaciat. xii kal. Mai. aº 2º. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bretagne I. pr. p. 835; Bouquet Rec. XIX. 657. — »Si nobilis vir.«

» 20 » (5759) Savarico de Madoleone (Malaleone *Rayn.*) crucesignato, cui b. m. I(ohannes) rex Anglorum in terra sua cudendae monetae liberam concesserat facultatem, hanc concessionem confirmat. xii kal. Mai. aº 2º. Muratori Antiq. Ital. V. 829; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1218 § 61. — »Invicta fides et.«

» 21 » (5760) Episcopo Parmensi mandat, faciat ut sententia excommunicationis, quam S. magister scholarum Mediolanensis de mandato Mediolanensis electi occasione praebendae Rolandino de Gomula canonico Mutinensi capellano L(eonis) tit. S. Crucis presb. cardinalis in ecclesia Placentina collatae tulerat, firmiter observetur. xi kal. Madii aº 2º. Campi Hist. di Piacenza II. 388. nº 69. — »Allegante olim Placentino.«

» 24 » (5761) (Engelberto) Coloniensi archiepiscopo significat, se per G. praepositum S. Mariae ad Gradus et magistrum R. scriptorem suum canonicum S. Gereonis Coloniensis (Theodorico) Trevirensi archiepiscopo pallium transmittere, »ut praesente iam dicto praeposito illud tibi una cum eodem scriptore nostro assignet.« viii kal. Mai. aº 2º. Annal. des hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861.) 249. — »Cum pallium insigne.«

» 24 » (5762) (Theodoricum) archiepiscopum Trevirensem de superiore epistola certiorem facit eique mandat, ut pallium archiepiscopo memorato assignet. viii kal. Mai. aº 2º. Annalen l. c. 250. — »Cum pallium insigne.«

» 26 » (5763) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis fratres ordinis Praedicatorum commendat. vi kal. Mai. aº 2º. Ripolli Bullar. Praedic. I. 7. nº 8; Percin Monum. conv. Tolos. Praed. I. 22. nº 53. — »Si personas religiosas.«

» 27 Romae ap. S. Petrum (5764) Amanso priore eiusque fratribus postulantibus ecclesiam s. Mariae de Ibelna cum omnibus bonis tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, praesertim vineas quas habent apud Albaniam et terram apud Montem Rotundum, iura ac privilegia confirmat. v kal. Mai. indict. VI. incarn. dom. aº 1218. pont. aº 2º. Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 63. *Initium deest.*

» 27 » (5765) Philippo Francorum regi petenti significat, se (Petrum) Senonensem archiepiscopum ab inquisitione absolvisse, quae contra eum facta sit, seque super facto archidiaconatus Pruvinensis nihil ad praesens duxisse immutandum. v kal. Mai. aº 2º. Bouquet Rec. XIX. 658. — »Ex inculcatione precum.«

**1218.**

Apr. 28 | Romae ap. S. Petrum | (5766) (Stephano) Noviomensi et (Anselmo) Laudunensi episcopis mandat, ut Inioranno de Cociaco, qui A(damum) decanum Laudunensis ecclesiae capi fecerat ipsumque detinuerat in privata custodia, sed devota satisfactione vetus expurgaverat fermentum, absolutionis beneficium impendant et relaxent sententiam interdicti promulgatam in eius terram. IV kal. Mai. a° 2°. ‖ Bouquet l. c. 658. — »Praeceps ad malum.«

» 28 | » | (5767) (Henrico) archiepiscopo Gneznensi conquerenti, quod duces et magnates provinciae suae ipsi et ecclesiis suis frequenter damna gravia inferunt, concedit, ut, si ecclesiarum vel hominum suorum oppressores iniusti ab eo semel secundo tertiove commoniti satisfactionem exhibere contempserint, in illos censuram canonicam exerceat. IV kal. Mai. a° 2°. ‖ Theiner Monum. Polon. I. 4. n° 9. — »Tua nobis fraternitas.«

» 30 | » | (5768) (Gerhardum) archiepiscopum Bremensem hortatur, ne eos qui assumpto crucis signaculo se ad succursum Livoniae devoverint ullatenus impedire praesumat. II kal. Mai. a° 2°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 362. n° 415; Bunge Livl. UB. I. 46. n° 41, *cf. ibid.* Regest. p. 12. n° 49; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218. § 40. — »Cum secundum sapientis.«

( » 30) | (») | * (5769) Eundem monet, ne (Albertum) episcopum Livoniensem molestet nec tentet eius ecclesiam suae metropolis iurisdictioni submittere. *Sine signo chronol.* ‖ Gruber Orig. Livon. 244. not.; Scr. rer. Livon. I. 372. not.; *cf.* Raynald. l. c.; Lappenberg l. c. 363. n° 416.

Mai. 5 | » | (5770) Christiano episcopo Prusciae notificat, se concedere liberam facultatem clericis, qui in Prusciam praedicandi gratia vel alias in clericali ministerio Domino ibi serviendi duxerint accedendum, quamdiu praedicationi ac eiusmodi ministerio fideliter institerint, beneficia sua integre percipiendi, ac si essent in ecclesiis a quibus ea obtinent residentes. III non. Mai. a° 2°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 10. n° 8. — »Etsi secundum Apostolum.«

» 5 | » | (5771) Eidem indulget, ut in partibus Prusciae ecclesias instituat cathedrales, in quibus viros idoneos eligat in episcopos et electis munus consecrationis impendat. III non. Mai. a° 2°. ‖ Acta Boruss. I. 264; David Preuss. Chronik III. 43 *et non integra ibid.* II. 24; Watterich Deutsch. Ordensstaat 228. — »Cum in partibus.« — *Bulla spuria; cf.* C. Rethwisch Die Berufung des deutsch. Ord. gegen d. Preussen (Berl. 1868. 8°) 58.

» 5 | » | (5772) Homines de Collepardo monet et hortatur, ut ab omni prioris et conventus S. Bartholomaei de Trisulto Cartusiensis ordinis molestatione desistant, alioquin non solum poenam banni, verum etiam aliam graviorem procul dubio incurrent. III non. Mai. a° 2°. ‖ Spicil. Liber. 721. n° 12. — »Grave gerimus et.«

» 5 | » | (5773) Universis Christi fidelibus per Poloniam et Pomeraniam constitutis iniungit, ut, cum circumiacens populus barbarus Prutenorum gentem, quae nuper ad agnitionem veritatis pervenerint, in contemptum persequatur Redemptoris et de tenebris erutam nitatur ad tenebras persecutionibus revocare, illi qui non disponant suis humeris affigere signum crucis in subsidium Terrae sanctae profecturi, in eorundem accedant auxilium contra barbaras nationes pro plantatione novella fidei christianae. »Ad haec autem ecclesiarum praelatos monendos duximus, quatinus populo sibi commisso haec annuntiare procurent et ipsum ad hoc opus fideliter exhortentur.« III non. Mai. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 4. n° 10; Kosegarten Cod. dipl. Pomeran. I. 266. n° 115; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 135. n° 182. — »Alto divine dispositionis.«

* *In eundem modum* Universis fidelibus per Coloniensem provinciam constitutis;
» » » » » » Salzeburgensem » » ;
» » » » » » Moguntinam » » (*Textus* ap. Würdtwein Nova subs. III. 61; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 3. n° 2).

» 6 | » | (5774) Archiepiscopos et episcopos per Maguntinam, (Coloniensem, Magdeburgensem, *om. Thein.*) Salzeburgensem, Gnesnensem et Londonensem (?) provincias constitutos rogat et hortatur, iniungant singuli universis ecclesiarum praelatis suarum diocesium firmiter, ut quilibet populum saltem semel in anno moneat et inducat, ut (Christiano) episcopo Prusciae evangelizanti ibi Iesum Christum pro tam laudabili opere pias elemosinas elargiantur. II non. Mai. a° 2°. ‖ Würdtwein l. c. III. 64; Theiner l. c. 5. n° 11; Voigt l. c. 11. n° 9. — »Legistis ut credimus.«

» 6 | » | (5775) Debiles et pauperes cruce signatos per Maguntinam provinciam constitutos rogat et obsecrat, ut ad defendendum fideles Prutenicae gentis contra barbaras nationes se accingant illuc personaliter profecturi et acturi secundum consilium episcopi eorundem. II non. Mai. a° 2°. ‖ Würdtwein l. c. 65; Voigt l. c. 4. n° 3. — »Rex regum terrae.«

» 6 | » | (5776) (Andreae) archiepiscopo Lundensi (Turonensi, Tyrensi *Decr.*) respondet, »quod monachos, si abiectum monachalem habitum reassumere nollent, poteris sub gravi custodia carcerare ita, ut solummodo vita ipsis misera reservetur, donec a suae praesumptionis nequitia resipiscant.« II non. Mai. a° 2°. ‖ Lagerbring Svea Rikes Histor. II. 458; Liljegren Svenskt dipl. I. 195. n° 173; H-i Decr. ed. Cironius 274; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 9 *de apostat.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 755, *ubi tribuitur* a° 1224; ap. Richter Corp. II. 762; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1218 § 41; *cf.* Porthan Bullar. access. 8. n° 8. — »A nobis petiit (expetiit« *Cir., Decr.*).

| | | |
|---|---|---|
| | | **1218.** |
| Mai. 6 | Romae ap. S. Petrum | (5777) Eidem et suffraganeis eius mandat, ut in diocesibus suis districtius inhibeant, ne filii presbyterorum et clericorum quos iidem post sacri nuper Lateranensis statuta concilii in sacris ordinibus constituti genuerint, ipsis in haereditate paterna succedant. II non. Mai. a° 2°. Liljegren l. c. I. 195. n° 174; H-i Decr. lib. 3. tit. 14 *de success. ab intest.* c. 1 ed. Cironius 208; *cf.* Porthan l. c. 9. n° 9; Raynald. l. c. — »Etsi multis a.« |
| » 6 | » | * (5778) Fontanensem abbatem Guido cancellarius Flandriae experitur iudicem. II non. Mai. a° 2°. Manrique Ann. Cisterc. IV. 144. |
| » 7 | » | (5779) Compositionem inter Petrum de Cincio, Iohannem de Romano, Iohannem de Cincio et Petrum Iohannis cives Romanos ex parte una et G(erardum) praepositum S. Mariae ad Gradus in Colonia et magistrum Iohannem scholasticum Carpensem procuratores (Engelberti) Coloniensis archiepiscopi ex altera super debito 1325 marcarum sterlingorum a Theoderico quondam Coloniensi archiepiscopo in curia Romana contracto amicabiliter initam confirmat. Non. Mai. a° 2°. Ficker Engelbert d. Heilige 320; Ennen Quellen II. 68. n° 57. — »Ea que iudicio.« |
| » 7 | » | (5780) Consules et populum Terracinenses rogat et hortatur, ut omnia iura et consuetudines tam in terra quam in aquis, quas in eorum civitate cl. mem. Oddo, Robertus et Henricus Fraiapani habuerunt, Henrico »cui etiam propter aetatis defectum specialiter adesse volumus«, cum integritate debita exhibeant. Non. Mai. a° 2°. Georgii Histor. Setiae 236; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 48. n° 67; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1218 § 31. — »Invicta fides et.« |
| » 9 | » | (5781) Foedus dilectionis inter H(enricum) ducem Zeleziae ac W(ladizlaum) ducem Poloniae patruum suum mediantibus (Paulo) Poznaniensi, (Laurentio) Wratislaviensi et (Laurentio) Lubicensi episcopis perpetuo initum, cedente eodem Henrico in signum perfectae amicitiae ac mutuae caritatis castrum Lubus duci Wladizlao quoad vixerit possidendum, ita ut post obitum ducis eiusdem ad illum vel illius heredes directe redeat, apostolico munimine roborat, inserto praefati ducis Poloniae tenore litterarum. VII id. Mai. a° 2°. Theiner Mon. Polon. I. 5. n° 12; *cf.* Grünhagen Reg. I. 103. n° 204. — »Tum per tuas.« |
| » 9 | » | (5782) (Henrico) archiepiscopo Gneznensi et universis episcopis per Poloniam constitutis de superiore epistola significat eisque mandat, ut, quod super hoc provida sit deliberatione statutum, observari sub apostolica obedientia per eandem sententiam faciant. VII id. Mai. a° 2°. Theiner l. c. 6. n° 13. — »Dilecti filii nobiles.« |
| » 10 | » | (5783) Abbatem et conventum de Svarzha cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem libertates et immunitates a b. mem. Iohanne episcopo Spirensi († 1104) eorum monasterio concessas confirmat. VI id. Mai. a° 2°. Würdtwein Nova subs. XIII. 230. — »Cum a nobis.« |
| » 12 | » | (5784) (Everardo) Ambianensi episcopo significat, se ex litteris Pontivi et Monsteroli comitis intellexisse, quod quidam clerici in terra dicti comitis saecularibus negotiationibus et curis domesticis potius, quam officiis et obsequiis divinis intendant. Mandat ei, ut si ita sit illos clericos, postquam tertio moniti se non emendaverint, clericali privilegio nudari iubeat. IV id. Mai. a° 2°. J. de Jésus-Maria Hist. des comtes de Ponthieu 140; *int.* Ep. decret. H-i lib. III. tit. 1 *de vita et hon. cler.* c. 2. ed. Cironius 176; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 1 *de vita et hon. cler.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 419, *perperam ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 437; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1218 § 58. — »Ex litteris nobilis.« |
| » 12 | » | (5785) O(ttone) episcopo Monasteriensi († 1218. Mart. 6 *aut* 9) supplicante confirmat quinque praebendas, quas b. m. H(ermannus) praedecessor eius olim in ecclesia s. Martini in Monasterio ad ipsius ordinationem spectante statuerat canonicis saecularibus assignandas et dictus Otto approbaverat. IV id. Mai. a° 2°. Wilmans Westfäl. UB. III. 66. n° 127. — »Cum a nobis.« |
| » 12 | » | (Christiano) episcopo Prusciae: »IV id. Mai. a° 2°«. Hasselbach Cod. Pomeran. dipl. I. 268. n° 116; Watterich Deutsch. Ordensstaat 228, *vid.* 1219. Mai. 12. n° 6063. |
| » 14 | » | (5786) Vercellensi, Taurinensi et Astensi episcopis mandat, ut, cum ecclesia (s. Evasii) canonicorum Casalensium ord. s. Aug. penitus sit desoluta et destructa, eis subventionem congruam ministrent. II id. Mai. a° 2°. De-Conti Notiz. stor. di Casale II. 380. — »Dilecti filii praepositus.« |
| » 14 | » | (5787) Abbati et conventui Lesbernensis monasterii [Liesborn] redditus quos O(tto) Monasteriensis episcopus in ecclesia de Thisteden [Diestedde] eis contulerat, auctoritate apostolica confirmat. II id. Mai. a° 2°. Wilmans Westfäl. UB. III. 66. n° 128. — »Cum a nobis.« |
| » 14 | » | (5788) Decano et capitulo S. Martini Monasteriensis decimas de Bocholte et de Brunestorpe eis ab Ottone Monasteriensi episcopo collatas confirmat. II id. Mai. a° 2°. Wilmans l. c. n° 129. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 15 | » | (5789) Priori et conventui monasterii Glastoniae ecclesias s. Iohannis de Glastonia et de Estpennard cum capellis *etc.* confirmat. Id. Mai. a° 2°. Dugdale Monast. Anglic. I. 30. n° 21. — »Cum a nobis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1218.** |
| Mai. 15 | Romae ap. S. Petrum | (5790) (Conrado) episcopo Ratisponensi et Ebracensi et Walsasensi abbatibus Cisterc. ord. Herbipol. et Ratispon. dioec. mandat, ut efficaciter inducant (Otakarum) regem Boemiae ad exhibendum cautionem idoneam dimittendi de cetero (Andreae) Pragensi episcopo institutiones ac destinationes ac iudicia quaelibet clericorum ac alia, quae noscuntur ad ius pontificalis officii pertinere, et ad restituendum ipsum episcopum per procuratores suos in episcopatus sui possessionem liberam et quietam. Id. Mai. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 143; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 106. n° 94; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 342; Erben Reg. Bohem. I. 279. n° 596; *cf.* Palacky Reise 21. n° 67. — »Charissimus in Christo.« |
| » 15 | » | (5791) (Christiano) episcopo Prusciae mandat, ut christianos regionem circumpositam habitantes moneat, ne ferrum, arma et sal paganis de Pruscia vendant. Id. Mai. a° 2°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 11. n° 10. — »Ut pagani saltem.« |
| » 15 | » | (5792) Universos Christi fideles, ad quos litterae istae pervenerint, monet et hortatur, ut (Christiano) episcopo Prusciae ac fratribus eius, qui scolas Prutenorum instituere puerorum statuerunt, de facultatibus suis ad hoc liberaliter porrigant. Id. Mai. a° 2°. ‖ Voigt l. c. 5. n° 4. — »Cum sit humani.« |
| » 15 | » | (5793) Eosdem monet et hortatur, ut eidem episcopo et aliis qui ibi iam quasdam ecclesias construxerunt, de facultatibus suis porrigant, ut, cum Prusciae pagani inter alia enormitatis facinora omnes feminini sexus soboles praeter unam perimant, necandas puellas comparent easque educantes lucrifaciant easdem Christo. Id. Mai. a° 2°. ‖ Voigt l. c. 6. n° 5. — »Etsi militia sit.« |
| » 15 | » | (5794) Sacratissimum monasterium s. Pauli de Urbe protegendum suscipit ad exemplar Innocentii pp. III, statuens ut monasticus ordo secundum b. Benedicti regulam ibidem perpetuis temporibus observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima recenset, privilegia, libertates atque immunitates confirmat. Id. Mai. indict. VIII(!). incarn. dom. a° 1218. pont. a° 2°. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 31. — »Cum aliqua tibi.« |
| » 15 | » | (5795) (Roberto) episcopo Vesprimiensi, de Bokon (Bokam *Thein.*) et de Pilis (Pelis *Thein.*) abbatibus Vesprim. dioc. scribit, se audivisse, (Iacobum) Vaciensem episcopum alienando ac dilapidando possessiones ac redditus ecclesiae suae praestitum transgredi iuramentum; parochianis suis interdum spiritualia sic ministrare, ut nonnulli existiment, ipsum orthodoxae fidei non sapere puritatem; clericos suae diocesis terris, silvis *etc.* spoliare; praeterea minari aedificia ecclesiae suae ruinam; ecclesiasticum beneficium eum simoniace conferre *etc.* Mandat eis, ut veritatem inquirant et quae invenerint ad sedem apostolicam transmittant. Id. Mai. a° 2°. ‖ Pray Hier. I. 340; Katona Hist. crit. V. 310; Theiner Monum. Hungar. I. 13. n° 21; *non integra* ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 143 ad n° 13; ap. Fejér Cod. dipl. III. I. 261 *et* VII. I. 198. — »Utinam venerabilis frater.« |
| » 15 | » | (5796) (Bernardo) archiepiscopo Tarantasiensi, decano S. Andreae Gratianopolitan. dioc. et sacristae Viennensi mandat, moneant (Aimonem) Gebennensem episcopum, qui ecclesias de Lesfraces et de Passie supposuerat interdicto, ut infra octo dies praefatam sententiam relaxans abbatem et conventum de Abundantia [Abondance] super dictis ecclesiis indebite non molestet. Id. Mai. a° 2°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. p. 153. n° 13; Mém. et docum. de Genève XVI. 172. n° 3. — »Coram dilecto filio.« |
| » 15 | » | (5797) (Andreae) Lundensi archiepiscopo concedit, ut in ecclesiis provinciae suae, ubi vicarii perpetui propter tenuitatem ecclesiarum poni non possunt, faciat provideri per illos, ad quos eorum institutio pertineat. Id. Mai. a° 2°. ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 751; Liljegren Svenskt dipl. I. 196. n° 175; *cf.* Porthan Bullar. access. 9. n° 10. — »Consideratis circumstantiis temporum.« |
| » 16 | » | (5798) Universos crucesignatos Teutoniae, Boemiae, Moraviae, Daciae, Poloniae et Pomeraniae ad subsidium Prutenorum proficiscentes hortatur, ne in adiuvando (Christiano) episcopo Prusciae pro conversione gentilium laborante mundana lucra quaerant. xvII kal. Iun. a° 2°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 8. n° 6; Hasselbach Cod. Pomeran. dipl. I. 269; Watterich Deutsch. Ordensstaat 230; Theiner Mon. Polon. I. 6. n° 14; *cf.* Palacky Reise 21. n° 69; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 107. n° 95; Erben Reg. Bohem. I. 280. n° 598; Klempin Pommersches UB. I. 135. n° 184. — »Cum secundum apostolum.« |
| » 16 | » | (5799) Riccardo abbate eiusque fratribus postulantibus ecclesiam b. Thomae de Paraclito sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam atque institutionem fratrum S. Victoris Parisiensis ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. xvII kal. Iun. indict. VIII(!). incarn. dom. a° 1218. pont. a° 2°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 148. — »Ad hoc universalis.« |
| » 16 | » | (5800) Abbatem et conventum monasterii de Stella Praemonstr. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Auton et s. Medardi de Lokenes cum capella de Maisoncelles *etc.* eis confirmat. xvII kal. Iun. a° 2°. ‖ Gallia christ. VIII. instr. p. 439. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |

| | | 1218. |
|---|---|---|
| Mai. 16 | Romae ap. S. Petrum | (5801) (Henrico) episcopo, praeposito et scholastico Argentinensibus mandat, compellant officiales episcopi Spirensis, qui, cum is qui pro tempore in monasterio de Svarzahe eligitur in abbatem, a Spirensi episcopo temporalia recipere teneatur, ab electo ipso pecuniam et res alias satagunt extorquere, ut ab eiusdem monasterii super his de cetero molestatione indebita conquiescant. xvii kal. Iun. a° 2°. ‖ Würdtwein Nova subs. XIII. 234. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 16 | » | (5802) Iolantae Hungariae reginae provisionem, quam Andreas Hungariae rex pro ea fecit, si eum naturae debitum solvere in peregrinatione ad Terram sanctam contingat, — »ut tu pro 8 millibus marcarum argenti, in quibus nomine donationis propter nuptias tibi tenetur, sales qui per Morisium descendunt percipias, et proventus Sarracenorum de Pesth ac comitatus de Budric« — confirmat. xvii kal. Iun. a° 2°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 263; Theiner Mon. Hungar. I. 13. n° 22; *cf.* Palacky Reise 21. n° 68; Erben Reg. Bohem. I. 280. n° 597. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 17 | » | (5803) Universis Christi fidelibus nunciat, se Guillelmum Bituricensem archiepiscopum († 1209), »quem Deus in vita non solum virtutibus, sed etiam signorum ostensionibus insigniverat«, sanctorum catalogo adscripsisse, et statuit, ut in die depositionis (*i. e.* 10. Ianr.) istius festivitas annis singulis de cetero celebretur. xvi kal. Iun. a° 2°. ‖ Bulaeus De patronis 53; *idem* Hist. univers. Paris. III. 91; Labbe Nova bibl. mss. II. 391; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 340. — »Etsi electi dicantur.« |
| » 17 | » | (5804) Universos Christi fideles praesentem paginam inspecturos monet, ut, cum b. Willelmum Bituricensem archiepiscopum sanctorum catalogo adscripserit, eius apud Deum patrocinia devotis mentibus implorent. xvi kal. Iun. a° 2°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 92; Labbe l. c. II. 392. — »Divinae benignitas pietatis.« |
| » 17 | » | (5805) Clero et populo Bituricensibus scribit de eodem argumento eosque hortatur, ut eiusdem sancti memoriam cum celebritate debita venerantes eius apud Dominum suffragia humiliter implorent. xvi kal. Iun. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 33, *omisso initio.* |
| » 17 | » | (5806) (Adolfo) Osnabrugensi episcopo, qui pravam consuetudinem, secundum quam sui praedecessores decedentium canonicorum ecclesiarum suae diocesis ab eis beneficia obtinentium vestes recipiebant et equos, remiserat constituens, »ut eidem canonici disponendi de praedictis et aliis bonis suis in mortis articulo liberam habeant facultatem,« hoc statutum confirmat. xvi kal. Iun. a° 2°. ‖ Ioh. P. Kress Erläuterung des Archidiaconal-Wesens (Helmstedt 1725. fol.) Beilag. 182; Sandhoff Antist. Osnabr. II. lxvi; *cf.* Erdw. Erdmanni Chron. Osnab. ap. Meibom Scr. rer. Germ. II. 215. — »Cum a nobis.« |
| » 17 | Romae (ap. S. Petrum) | (5807) Compositionem inter episcopum Bathoniensem et priorem conventumque Glastonienses initam confirmat, unionemque Bathoniensis et Glastoniensis ecclesiarum penitus dissolvens statuit, ut monasterium Glastoniense de cetero sub proprii abbatis regimine a conventu libere eligendi gubernetur. xvi kal. Iun. indict. VII(!). incarn. dom. a° 1218. pont. a° 2°. ‖ Wilkins Concil. I. 569. — »Cum inter te.« |
| » 18 | Romae ap. S. Petrum | (5808) (Guillelmo) Andegavensi et (Hamelino) Cenomanensi episcopis et (Lucae) abbati de Burgolio Andegav. dioc. mandat, ut, cum (Guillelmus) Burdegalensis archiepiscopus rursus appellaverit ad sedem apostolicam adversus (Giraldum) Bituricensem archiepiscopum qui primatum affectabat, partibus convocatis et rationibus hinc inde auditis et cognitis negotium sufficienter instructum ad apostolicum remittant examen, praefigentes partibus terminum competentem, quo se papali conspectui repraesentent. xv kal. Iun. a° 2°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 659. — »Venerabili fratre nostro.« |
| » 18 | » | (5809) Abbati S. Genovefae Parisiensis praecipit, faciat ut compositio inter Petrum Sarracenum, Petrum de Paulo, Iohannem Pantaleonis ac Angelum Petri de Paulo cives Romanos ex parte una et G(erardum) praepositum S. Mariae ad Gradus in Colonia ac magistrum Iohannem scolasticum Carpensem procuratores (Engelberti) Coloniensis archiepiscopi ex altera super debito 850 marcarum sterlingorum ab ipso contracto sponte inita inviolabiliter observetur. xv kal. Iun. a° 2°. ‖ Ficker Engelbert d. Heilige 324; Ennen Quellen II. 71. n° 58. — »Cum inter dilectos.« |
| » 18 | » | (5810) (Orientalibus) significat, se Pelagio Albanensi episcopo apostolicae sedis legato laborem peregrinationis iniunxisse, ut exercitum Domini cum humilitate praecedens concordes in concordia foveat et ad pacem revocet impacatos. Monet eos, ut se tales exhibeant, ut Dominus Sabaoth ipsorum humiliatione placatus exercitui suo victoriam tribuat; porro ut legati imperiis obtemperent. xv kal. Iun. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 2. — »Ammonitarum dux Achior.« <br> * *In eundem modum* Regibus, ducibus ceterisque principibus *illarum regionum.* |
| » 18 | » | * (5811) Episcopo Silvanectensi et abbati Caroli loci praecipit, ut episcopum et clerum Suessionenses cum maiori, iuratis et communi eiusdem civitatis longa lite certantes componant. xv kal. Iun. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 139. |
| » 22 | (») | * (5812) (Eberhardo) archiepiscopo Salisburgensi committit negotium absolutionis plebani de Tusende, qui hortatus fuerat, ut succenderetur quaedam domus cuiusdam ex illis, qui |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1218.** |
| | | plebem praedictam impugnabant. Dicitur, quod L. dux Bavariae dominus regionis illius et eos proscripserat et bona patria ipsorum publicavit, quia excommunicati a dicto plebano non poterant a sua contumacia revocari. xi kal. Iun. a° 2°. ‖ Deutinger Beyträge II. 152. |
| Mai. 22 | Romae ap. S. Petrum | (5813) Christiano episcopo Prusciae personaliter indulget, ut de possessionibus incultis, quas fideles in aliena diocesi ei contulerint, nullus ab eo vel eius hominibus decimas extorquere praesumat. xi kal. Iun. a° 2°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 12. n° 11. — »Cum ut lucrifacias.« |
| » 23 | » | (5814) Abbati de Welgrad Cisterc. ord. Olomucens. dioc. et praeposito et decano Olomucensibus causam inter (Danielem) Pragensem episcopum et abbatem de Tepla Praemonstrat. ord. super decimis quorundam locorum vertentem committit inquirendam. x kal. Iun. (a° 2°). ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 92. n° 77; Erben Reg. Bohem. I. 270. n° 577, *uterque perperam ad* a. 1217. — »Cum olim venerabilis.« |
| » 24 | » | * (5815) Abbati Andreoviensi Cisterc. ord. mandat, ut inter Henricum cognomento Barbatum Silesiae ducem et W(ladizlaum) Oddonis ducis filium litigantes iudicium faciat. ix kal. Iun. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 143. |
| » 26 | » | (5816) Episcopo Magalonensi repetit Innocentii III pp. bullam d. d. 1215. Apr. 14 (*vid.* n° 4972), qua ei infeudationem comitatus Melgorii seu Montisferrandi confirmat. vii kal. Iun. a° 2°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 343. n° 24. — »In regesto censuali.« |
| » 26 | » | (5817) Potestati et populo Mutinensibus exponit »quod proximo venturum festum s. Iohannis bapt. generali passagio terminus est praefixus.« vii kal. Iun. a° 2°. ‖ Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 58. n° 711. — »Certificari postulastis a.« |
| » 26 | » | (5818) De Andreio [Andreovia, Andrzejow] et de Wangoz [Wonchock] abbatibus Cracoviens. dioc. et archidiacono Wratislaviensi mandat, ut W(ladizlaum) filium quondam Oddonis diocesis Gneznensis, quem bellorum clade quassatum H(enricus) dux Zelesiae in terra sua receperat castrumque suum de Chalis ei pro vitae subsidio assignaverat exhibito ab ipso primitus iuramento, quod post recuperationem terrae suae sibi restitueret idem castrum, moneant ad suum recognoscendum iuramentum ac, si ad hoc induci forte non poterit, cogant. Tum mandatum, quod de facienda duci Zelesiae restitutione castri praedicti scolastico Wratislaviensi, Zlavoso Cracoviensi canonico et dicto archidiacono misit, ad petitionem eiusdem Zelesiae ducis invalidum reddit. vii kal. Iun. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 7. n° 15. — »Dilectus filius nobilis.« *Cf.* n° 5468. |
| » 27 | » | (5819) (Miloni) Belvacensi electo, qui, antequam electus esset, se profecturum in Terrae sanctae subsidium voverat, ac cui (Albericus) Remensis archiepiscopus crucesignatus in procinctu peregrinationis positus vices suas tam in diocesi quam in provincia Remensi plenarie commiserat, dilationem voti usque ad duos annos indulget. vi kal. Iun. a° 2°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 660. — »Non derogat voto.« |
| » 27 | » | * (5820) Capitulo S. Andreae Frisingensis areas iuxta ecclesiam suam sitas confirmat. vi kal. Iun. a° 2°. ‖ Lang Regesta II. 86. |
| » 28 | » | (5821) (Andreae) Lundensi archiepiscopo et eius suffraganeis mandat, ut in probatione negativae, dum possit affirmativa probari, contra canonicas sanctiones in foro ecclesiastico audiant neminem. v kal. Iun. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 196. n° 176; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 41; Epist. decr. H-i lib. 2. tit. 11 *de probat.* c. 1 ed. Cironius 125; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 19 *de probat.* c. 12 ap. Boehmer Corp. II. 290 *relata ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 303; *cf.* Porthan Bullar. access. 9. n° 11. — »Ad nostram noveritis.« |
| » 28 | » | (5822) Eidem archiepiscopo, episcopo Roskildensi et abbati de Heriwado mandata dat de inquirenda veritate tam de vita quam de miraculis Wilhelmi abbatis S. Thomae de Paraclito (Paradito *Rayn.*). v kal. Iun. (a° 2°). ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 752; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 343; *cf.* Raynald. l. c. § 34. — »Licet angelus Sathanae.« |
| » 28 | » | (5823) Consulibus et populo Sitinensibus sub debito iuramenti mandat, ut Iohanni de Ceccano, cui ius suum in eorum terra concesserat, propter ingratitudinis vitium de cetero nullatenus intendant, »quia nos ad manus nostras disponimus retinere.« v kal. Iun. a° 2°. ‖ Georgii Histor. Setiae 237. — »Quia sicut gratia.« |
| » 29 | » | * (5824) (Andreae) Pragensi episcopo indulget, ut cum clericis suae diocesis, qui celebraverint in interdicto, dispensare possit. iv kal. Iun. a° 2°. ‖ Palacky Reise 22. n° 70; Erben Reg. Bohem. I. 280. n° 599. |
| » 29 | (») | * (5825) Abbati de Corciaco ord. Cisterc. causam, quae inter fratres Dominici Sepulchri Thessalonicens. dioc. et capitulum ecclesiae s. Demetrii a longo tempore vertebatur, terminandam committit. iv kal. Iun. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 144. |
| » 29 | — | (Engelberto) archiepiscopo, decano maiori et universo clero Coloniensi: »Laterani iv kal. Iun. a° 2°.« ‖ Annal. d. hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. 252, *vid.* 1218. Iun. 28. n° 5854. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1218.** |
| Mai. 29 | Romae ap. S. Petrum | (5826) (Christiano) episcopo Prusciae villam de Cecoviz et libertates ac immunitates saecularium exactionum a Wladizlavo duce de Kalis ei concessas, sicut in eiusdem ducis autentico hic inserto plenius continetur, confirmat. IV kal. Iun. a° 2°. Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 9. n° 7; Theiner Monum. Polon. I. 7. n° 16. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 31 | » | Meffrido abbate monasterii in Arnsburck: »II kal. Iun. a° 2°.« Kolb Aquila certans. Doc. 4, *vid.* 1219. Mai. 31. n° 6078. |
| Iun. 1 | » | (5827) (Ottoni) episcopo Erbipolensi et de Eberbach et de Hesterbach abbatibus Magunt. et Coloniens. diocc. mandat, ut, si (Engelbertus) archiepiscopus Coloniensis iuxta mandatum apostolicum castrum de Turin et alia quae ad ducem Bavariae palatinum comitem Rheni crucesignatum et filiam H. quondam palatini Reni comitis de iure pertineant, nobilibus memoratis restituere contempserit, partibus convocatis causam fine debito terminent. Kal. Iun. a° 2°. Acta acad. Theod.-Palat. VI. (1789.) 318; Ficker Engelbert d. Heilige 325. — »Dilectus filius nobilis.« |
| » 1 | » | (5828) Decanum et capitulum S. Thomae Argentinensis cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Aureliae, quam ex concessione Argentinensis episcopi sunt canonice assecuti, eis confirmat. Kal. Iun. a° 2°. Schmidt Chapitre de Saint-Thomas 298. n° 14. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 2 | » | (5829) Angelo abbati et conventui SS. Bonifacii et Alexii de Urbe significat, se, qui dictorum sanctorum »corpora eiusdem monasterii recondimus in altari maiori ac ecclesiam ipsumque altare tertia feria maioris ebdomadae (*i. e.* 1217. Mart. 21.) propriis manibus consecravimus,« universis qui ad celebritatem in die consecrationis ipsius devote convenerint, indulgentiam 40 dierum concedere. Praeterea monasterium ipsum cum omnibus bonis protegendum suscipit. IV non. Iun. a° 2°. Fel. Nerinius De templo .. SS. Bonifacii 213. — »Inestimabilis divine dignatio.« |
| » 3 | » | (5830) Dragonariensi (Bragonar. *Rayn.*) et Lutherino episcopis ac priori S. Fortunati Benevent. dioc. mandat, ut de vita et miraculis Iohannis Eremitae prioris conventus s. Mariae de Gualdo inquirant. III non. Iun. a° 2°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 344. n° 26; *omisso initio* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 34. — »Ineffabilis sapientia deitatis.« |
| » 7 | » | (5831) S. Andreae et universis aliis episcopis Scotiae notum facit, se magistro Roberto de S. Germano clerico, »qui post greges sodalium pro facto Angliae excommunicatorum a nobis in longinquam dissimilitudinis regionem abierat, (sed) ad cor suum humiliter est reversus,« ad preces Philippi regis Francorum *etc.* beneficium absolutionis impendisse. VII id. Iun. a° 2°. Theiner Mon. Hibern. 6. n° 13. — »Miserator et misericors.« |
| » 12 | » | (5832) Priorem et conventum monasterii Glastoniae cum omnibus bonis tuendos suscipit. II id. Iun. a° 2°. Dugdale Monast. Anglican. I. 42. n° 59. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 15 | » | (5833) (Sigfrido) Moguntinensi archiepiscopo et suffraganeis eius nunciat, (Christianum) episcopum Prusciae et alios ibi construxisse quasdam ecclesias et statuisse, si sibi suppetant facultates, puellas comparare necandas, ut educantes easdem eas lucri facere possint Christo, ac ibi scolas Prutenorum instituere puerorum, qui, ut gens illa convertatur ad fidem, addiscant efficacius quam advenae praedicare Christum. Monet et obsecrat eos, iniungant viris discretis, ut accedant ad Prusciae partes iuxta episcopi memorati consilium pro plantatione novella fidei christianae pugnaturi vel ad eorum subventionem de suis facultatibus ministrent. XVII kal. Iul. a° 2°. Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 12. n° 12; Würdtwein Nova subs. III. 67; Liljegren Svenskt dipl. I. 197. n° 177; *non integra* ap. Raynald. Annal. ad a. 1218 § 43. 44; *cf.* Porthan Bullar. access. 9. n° 12; Suhm Hist. af Danmark IX. 328; Klempin Pommersches UB. I. 136. n° 186. — »In Pruscie partibus.« |
| | | • *In eundem modum eodemque die* (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopo et suffraganeis eius,<br>(Engelberto) Coloniensi » » » »,<br>(Eberhardo) Salzeburgensi » » » »,<br>(Henrico) Gneznensi » » » »,<br>(Andreae) Lundensi » » » »,<br>(Gerhardo) Bremensi » » » »,<br>(Theodorico) Treverensi » » » » et<br>(Sigwino) Caminensi episcopo. |
| ( » 15 cc.) | (») | (5834) I(ohanni) tit. S. Praxedis presb. cardinali apostolicae sedis legato qui postulaverat edoceri, quid sibi agendum sit contra Graecos clericos, qui furtive sacros ordines a non suis episcopis receperunt, excommunicati celebrant in ecclesiis interdictis, Graecis ritibus pertinaciter inhaerent *etc.*, quid contra laicos Graecos qui uxores suas secundum motum propriae voluntatis dimittunt *etc.*, mandat ut, cum iura canonica et civilia edita sint fere super omnibus praemissis, procedat in his secundum canonicas et legitimas sanctiones. *Sine chronol. signo.* ‖ Epist. decret. H-i lib. 1. tit. 20 *de transact.* c. 1 ed. Cironius 79; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 36 *de transact.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 193 *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 202; *cf.* Raynald. l. c. § 24. — »Ex parte tua.« |

## 1218.

| | | |
|---|---|---|
| Iun. 15 | — | • Hospitali Margatensi: »Laterani xvII kal. Iul. a° 2°«. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 244, *vid.* 1221. Iun. 15. |
| » 16 | Romae ap. S. Petrum | (5835) Universis Christi fidelibus, qui ad solemnitatem s. Guillelmi Bituricensis archiepiscopi ipso die, quo transfertur de loco in quo est ad alium, vel etiam infra octavas cum devotione convenerint, indulgentiam 40 dierum concedit, omnibus qui ad eiusdem translationis solemnitatem futuris annis ipso translationis die reverenter accesserint, eandem indulgentiam concedens. xvI kal. Iul. a° 2°. ‖ Bulaeus De patronis 55; Labbe Nova bibl. mss. II. 392. — »Divinae benignitas pietatis.« |
| » 16 | » | (5836) (Henrico) archiepiscopo Gnesnensi apostolicae sedis legato mandat, ut ad correctionem diocesis Plocensis iuxta commissum ei legationis officium secundum canonicas sanctiones et praesertim iuxta constitutiones concilii generalis procedat. xvI kal. Iul. a° 2°. ‖ Theiner Monum. Polon. I. 8. n° 17. — »Accedentes ad apostolicam.« |
| » 18 | » | (5837) (Engelberto) archiepiscopo Coloniensi, qui, cum vacante praepositura S. Cuniberti in Colonia canonici eiusdem ecclesiae de praeficiendo sibi praeposito discordarent, quid a se super hoc esset agendum edoceri a sede apostolica postulaverat, respondet. xIv kal. Iul. a° 2°. ‖ Annal. des hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861.) 253; *int.* Ep. decret. H-i lib. 1. tit. 24 *de arbitr.* c. 1 ed. Cironius p. 88; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 43 *de arbitr.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 215, *male ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 227. — »Ex parte tua.« |
| » 18 | » | • (5838) Episcopatum et ecclesiam Livoniensem suscipit in protectionem apostolicae sedis et eidem Estoniam, Seloniam et Semigalliam confirmat. Die 18. Iun. ‖ Inventar. privil. in arch. Cracov. 108. |
| » 19 | » | (5839) Hu(goni) Regensi et B. Antipolitano episcopis et W. abbati Floregiae repetit n° 4295 Innocentii III d. d. 1211. Aug. 4 eisque mandat, curent ut ea quae de patrimonio Roncelini monasterio s. Victoris Massiliensis sint assignata, abbas et monachi eiusdem pacifice possideant. xIII kal. Iul. a° 2°. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 65, *non integra.* — »Sicut in regesto.« |
| » 19 | » | (5840) (Obizzoni) Parmensi, (Iordano) Paduano et (Rolando) Ferrariensi episcopis mandat, ut potestatem et cives Bononienses, qui de terra comitissae Matildis ad Romanam ecclesiam pertinente Medicinam, Argelatam et possessiones alias detinent, quas Salinguerrae de Ferraria vassallo sedis apostolicae nolunt resignare, singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos publice nuntient. xIII kal. Iul. a° 2°. ‖ Savioli Ann. Bologn. II. II. 386. — »In curandis nostrorum.« |
| » 20 | » | (5841) De Sewen et de Raitenhaslach abbatibus Salzeburg. dioc. et magistro Hugoni canonico Ratisponensi significat, se concedere (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi facultatem creandi novum episcopatum in Seccoviensi ecclesia. Mandat eis, provideant ut promissa a dicto archiepiscopo efficaciter impleantur. xII kal. Iul. a° 2°. ‖ Pusch Dipl. Styr. I. 303; *germanice* ap. Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark V. 81; *cf.* Meiller Regest. der Salzburger Erzbisch. 216. n° 204. — »Quod venerabilis frater.« |
| » 20 | » | (5842) Universis abbatibus in generali Cisterciensi capitulo constitutis mandat, faciant ut praeclara solemnia b. martyrum Iohannis et Pauli »qui inter martyres quos Ecclesia exorat, aliis praeponuntur«, per omnes ecclesias sui ordinis in 12 lectionibus annis singulis celebrentur, et in litaniis eorum imploretur suffragium. xII kal. Iul. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 145; Rondinini Monast. de Casaemario 31. — »Beatorum martyrum Iohannis.« |
| » 22 | » | (5843) Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi concedit facultatem commutandi praeposituram Seccowensem in episcopalem cathedram, »ita quod electio ac investitura Seccowensis episcopi ad te ac successores tuos absque omni contradictione pertineat; — Gurcensis autem episcopus, qui vicarius Salzburgensis antistitis in sua dyocesi esse dinoscitur, in illo quoque sit episcopatu vicarius, quantum archiepiscopalis exigit iurisdictio.« x kal. Iul. indict. VIII(!). incarn. dom. a° 1218 (1219 *Mezg., Bull. R.*). pont. a° 2°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 361; Mezger Hist. Salisb. 995; Lünig Spicil. eccles. Contin. I. 970; Pusch Diplom. Styr. I. 299. n° 1; Caesar Annal. Stir. II. 488. n° 45; *summatim* ap. Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 216. n° 203 *cf.* 529. n° 84; *germanice* ap. A. v. Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark V. (1850.) 79; *et* Ankershofen Urk.-Regesten *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXII. 349. n° 756. — »Quod non tua.« |
| » 22 | » | (5844) W(ladizlao) duci de Kalis fundatori ecclesiae b. Pauli de Kalis significat, se dictam ecclesiam et personas in ea Domino famulantes cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipere. x kal. Iul. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 9. n° 18. — »Solet annuere sedes.« |
| » 25 | Laterani | (5845) (Iohannem) Turonensem archiepiscopum rogat et hortatur, ut (Stephano) Nannetensi episcopo et clericis tam civitatis quam diocesis Nannetensis, qui ad evitandam tyrannidem (Petri) comitis Britanniae totam Britanniam sint egressi, in necessariis subveniat. vII kal. Iul. a° 2°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 660; Gallia christ. XIV. instr. p. 179. — »Qui ecclesiasticam impugnantibus.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1218.** |
| Iun. 25 | Laterani | (5846) Episcopum Fernensem monet et hortatur, ut ad componendum cum W. marescalco Angliae super causa, quae inter eum et illum coram archiepiscopo Dublinensi et eius coniudicibus super terris et rebus aliis vertatur, se facilem studeat exhibere. vii kal. Iul. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 6. n° 12. — »Cum pactum pacis.«<br>* *In eundem modum* W. marescalco Angliae. |
| » 25 | » | (5847) Archiepiscopum Dublinensem apostolicae sedis legatum eiusque coniudices a sede apostolica delegatos monet et hortatur, ut ad componendum inter illos interponant sollicite partes suas. vii kal. Iul. a° 2°. ‖ Theiner l. c. *in* n° 12. — »Cum causa que.« |
| » 25 | » | (5848) Magistro et fratribus domus Hospitalis Ierosolimitanae annuum 500 marcarum argenti redditum eis ab Andrea rege Ungariae de proventibus salium suorum in Salech (Saloch *Thein.*) concessum confirmat. vii kal. Iul. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 14. n° 23 Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 156. — »Cum a nobis.« |
| » 25 | » | (5849) Eisdem annuum centum marcarum argenti redditum ipsis pro custodia castri quod Margati dicitur ab Andrea rege Ungariae de proventibus salium regni sui apud Zolacha concessum confirmat. vii kal. Iul. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 15. n° 24; Mon. Hungar. hist. l. c. 157. — »Cum a nobis.« |
| » 26 | » | (5850) Eisdem redditum portae de Supran qui Bobet dicitur et terram quae est inter Drauam et Chergou ipsis cum nemoribus et aliis pertinentiis ab Andrea rege Ungariae collata, nec non libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum ab eodem rege ipsis ipsorumque hominibus indultas confirmat. vi kal. Iul. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 16. n° 25; Mon. Hungar. hist. l. c. 158. — »Cum a nobis.« |
| » 26 | » | * (5851) Hospitali s. Iohannis baptistae de Ierusalem donationem eis factam confirmat. vi kal. Iul. a° 2°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 244. |
| » 27 | » | (5852) Magistro et fratribus domus Hospitalis Ierosolomitanae annuum centum marcarum argenti redditum eis ad opus castellani et aliorum fratrum custodientium castrum ipsorum quod Crati dicitur ab Andrea rege Hungariae de proventibus salium suorum in Scolasche a. 1217 concessum confirmat. v kal. Iul. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 17. n° 26; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 159; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 16. 17; Fejér Cod. dipl. III. i. 244. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 27 | » | B. Veronensem episcopum monet: »v kal. Iul. a° 2°« — »Recolentibus nobis quod.« ‖ Dondi Orlogio Dissert. VIII. docum. 30. n° 13; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. doc. 221. n° 189, *vid.* 1224. Iun. 27. |
| » 28 | (») | * (5853) Monasterium s. Victoris Massiliensis tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum regulam b. Benedicti ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. iv kal. Iul. indict. VI. incarn. dom. a° 1218 (pont. a° 2°). ‖ Guesnay S. Ioh. Cassianus illustr. 288. |
| » 28 | » | (5854) (Engelberto) archiepiscopo, decano maiori et universo clero Coloniensibus mandat, ut magistro Henrico scholastico S. Gereonis »quem talentum scientiae et vitae honestas decorat« praeposituram, si qua in civitate Coloniensi vacet ad praesens, salva scholastria quam obtineat conferant. iv kal. (Iun., *sed legas*) Iul. a° 2°. ‖ Annal. des hist. Vereins f. d. Niederrhein IX. (1861.) 252. — »Debitum nos quasi.« |
| Iul. 3 | » | (5855) (Ianuario) archiepiscopo Turritano mandat, intendat (Vitali) Pisano archiepiscopo tamquam legato apostolicae sedis, cum Sardiniam iuxta tenorem privilegii ecclesiae Pisanae concessi datis temporibus visitet, ut legationis officium in dicta terra valeat exercere. v non Iul. (a° 2°). ‖ Ughelli Ital. sacra III. 424; Cod. dipl. Sardin. I. 333. n° 40. — »Licet venerabilem fratrem.« |
| » 5 | » | (5856) Maioris ecclesiae et S. Ludgeri decanis et praeposito Monasteriensibus mandat, ut cognatos et alios, qui canonicos et alios clericos Traiectensis diocesis super legatis Traiectensibus ecclesiis faciendis molestare praesumpserint, per censuras ecclesiasticas compescant. iii non. Iul. a° 2°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 67. n° 130. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 5 | » | (5857) (Hamelino) episcopo, cantori et magistro scolarum Iuello canonico Cenomanensibus mandat, nuntient Alanum Li Falconier et Guiomarum de Servo ac eorum complices, ministros P(etri) comitis Britanniae, qui burgum de Suceio, molendina et domos (Stephani) Nannetensis episcopi combusserunt et contra eundem episcopum et clericos civitatis et diocesis Nannetensis in tantum desaeviunt quod ipsi diocesim dictam egressi exulare coguntur, tamdiu per totam Turonensem provinciam et vicinas ecclesias publice excommunicatos, donec super praemissis satisfecerint. iii non. Iul. a° 2°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 835, *sed deficiente initio*; Bouquet Rec. XIX. 662. — »Usque adeo iam.« |
| » 5 | » | (5858) H(erveo) comiti Nivernensi crucesignato significat, se episcopis in terra eius consistentibus mandasse, ut ab ecclesiis constitutam vicesimam colligant eamque necnon collectam in eiusdem terrae truncis eleemosynam ipsi assignent, et concedant octo ex |

| | | 1218. |
|---|---|---|
| | | comitis servientibus crucesignatis ad terrae custodiam remanendi licentiam. III non. Iul. a° 2°. ‖ Bouquet l. c. 661; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 5. — »Receptis litteris tuis.« |
| Iul. 5 | Laterani | (5859) (Giraldo) archiepiscopo Bituricensi et universis episcopis, in quorum diocesibus terra (Petri) comitis Nivernensis consistit, de superiore epistola ad dictum comitem significat. III non. Iul. a° 2°. ‖ Bouquet l. c. 661. — »Cum nobili viro.« |
| » 5 | » | * (5860) Ebracensi abbati de Sophiae filiae ducis Bavariae et ipsius aemulae super sui monasterii praefectura litigantium controversia mandata dat. III non. Iul. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 143. |
| » 5 | (») | * (5861) N. N. committit controversiam vertentem inter Agnetem monialem inferioris monasterii Ratisbonensis et Sophiam monialem Agmontensis coenobii Salisburgens. dioc. neptem ducis Bavariae, quarum quaelibet a diversis partibus electa fuerat in abbatissam monasterii in Gisenvelt Ratisbonens. dioc. III non. Iul. a° 2°. ‖ Deutinger Beyträge II. 152. |
| » 7 | » | (5862) Soffredo episcopo Pistoriensi annuit et ecclesiam Pistoriensem sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nomihatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Non. Iul. indict. VI. incarn. dom. a° 1218. pont. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 301. — »Quoniam omnium solus.« |
| » 7 | » | (5863) (Bertholdo) archiepiscopo Colocensi in patriarcham Aquileiensem electo scribit, capitulum Cumanorum supplicasse, ut ipsis concedatur, quarundam decimarum pro eorum vestibus divisionem fieri, praesertim cum nolint ex hoc Cumanorum episcopo vel eleemosynae aut ecclesiae fabricae derogari. Mandat ei, ut super hoc statuat, quod ecclesiae ac capitulo supradictis viderit expedire. Non. Iul. a° 2°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 264; Theiner Mon. Hungar. I. 18. n° 27. — »Dilecti filii capitulum.« |
| | » | (5864) Eundem monet, ut, cum inter capitulum Cumanorum propter carnium et piscium fercula gravia scandala saepius oriantur, dum quibusdam eorum aliquando propter infirmitatem, interdum propter religionem aut propter pinguedinem, plerumque propter macillentiam, nonnunquam vero propter paucitatem displicent quae apponuntur eisdem, super his ordinet, quod capitulo viderit expedire. Non. Iul. a° 2°. ‖ Fejér l. c. 265. — »Ex parte Cumanorum.« |
| » 8 | » | (5865) Praeposito et capitulo Seccowensibus significat, se (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi concedisse facultatem erigendi in eorum ecclesia episcopatum Seccowensem. VIII id. Iul. a° 2°. ‖ Pusch Dipl. Styriae I. 193; *cf.* 304. — »Quod venerabilis frater.« |
| » 10 | » | (5866) Ferrando regi Castellae scribit: Cum, sopitâ discordiâ quae inter A(lphonsum) regem Legionensem patrem eius et avum eius A(lphonsum) regem Castellae occasione divortii inter eius parentes edita super hoc vertebatur, pax inter illos per concessionem regi Legionensi ab ipso Ferrandi patre Ferrandum eundem secundum regiam consuetudinem solemniter recipiente in filium esset de consensu praelatorum et baronum utriusque regni voluntarie reformata, et I(nnocentius) pp. praedecessor eidem paci robur apostolicae auctoritatis impenderit, se quoque factum patris istius de speciali gratia confirmare, eumque illius successorem legitimum declarat. VI id. Iul. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 67. — »Regiae dignitatis sublimitas.« |
| » 10 | » | (5867) De Eberbach, de Hemmenrode abbatibus et praeposito de Hegene Magunt., Treverens. et Warmatiens. diocc. mandata dat de electione Warmatiensis episcopi in magna discordia facta. »Quodsi partes nostrum duxerint iudicium eligendum, causam ad nos remittatis.« VI id. Iul. a° 2°. ‖ Würdtwein Nova subs. III. 70. — »Ex parte G(erbodonis).« |
| » 12 | » | (5868) Abbati et conventui S. Benedicti supra Padum de Larione concedit, ut prioratum S. Cypriani de Venetiis monasterio suo subiectum faciant. IV id. Iul. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. IV. 238. — »Precibus vestris benignum.« |
| » 12 | » | (5869) Willelmum Pictavensem clericum (Alicis) Cypri reginae cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem 200 bisantiorum alborum Cypri redditum, qui assisia dicitur, a cl. m. H(ugone) rege Cypri ei concessum et alia bona eidem confirmat. IV id. Iul. a° 2°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 38. — »Cum a nobis.« |
| » 12 | » | (5870) (Alicem) reginam Cypri, eius pupillos ac regnum Cypri sub apostolicae sedis et sua protectione suscipit eandem consolans de morte H(enrici) regis. IV id. Iul. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 19. — »Credimus immo pro.« |
| » 12 | (») | * (5871) Iubet ut summus Templariorum equitum magister defendendo eidem regno incumbat. *Sine nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 18. |
| » 12 | » | (5872) (Pelagio) Albanensi episcopo apostolicae sedis legato mandat, ut (Alicem) reginam Cypri viduam cum filiis suis habeat commendatam ac eos necnon regnum Cypri a malignantium protegat incursibus. IV id. Iul. a° 2°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre III. 610; *cf.* II. 38; Raynald. l. c. § 18. — »Memores devotionis illius.« |

1218.

Iul. 13 Laterani • (5873) Eidem. In archiepiscopum Nicosiensem, qui graviter Famagustanum episcopum molestabat. III id. Iul. aº 2º. || MasLatrie l. c. II. 38.

» 13 » (5874) Universis episcopis Lombardiae significat, se rectores, consiliarios *etc.* civitatis Placentinorum, qui se reos periurii publice statuentes cum Mediolanensibus superbis et ignominiosis contra Cremonenses et Parmenses insatiabili corde exercitum praeparare nituntur et eisdem usque ad decennium firmam treuguam »his diebus« iuraverunt observare, et omnes alios qui ad impugnandum Cremonenses et Parmenses arma de cetero sumpserint, excommunicationis vinculo innodare *etc.* Mandat eis, ut praemissa firmiter observent. III id. Iul. aº 2º. || Böhmer Acta imper. II. 643. nº 935. — »Misere conditionis existunt.«

» 14 » (5875) Eisdem significat, se rectores, consiliarios *etc.* Mediolanensium excommunicare, qui, licet in generali concilio pro exequendo commodius Terrae sanctae succursu fuerit statutum ut principes et populi christiani ad invicem plenam pacem saltim per quadriennium observarent, contra Cremonenses et Parmenses exercitum praeparare nituntur, *etc.* Mandat eis, *ut antea.* II id. Iul. aº 2º. || Böhmer l. c. 644. nº 936. — »Sperari poterat et.«

» 19 » (5876) Ferrandum regem Castellae eiusque regnum sub speciali apostolicae sedis et sua protectione suscipit. XIV kal. Aug. aº (3º, *sed legas*) 2º. || Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 65. — »Ad impendendam circa.«

» 21 » • (5877) Electo Mediolanensi, }

» 21 » • (5878) Bononiensi, Ferrariensi et Veronensi episcopis } *scribit mutatis mutandis aeque ac in* nº 5875. XII kal. Aug. aº 2º. || Böhmer Acta imper. II. 645 *in* nº 936.

» 22 » • (5879) Praeposito Cremensi *scribit in eundem modum ac in* nº 5874, *mutatis mutandis.* XI kal. Aug. aº 2º. || Böhmer l. c. 644 *in* nº 935.

1217. Iul. 24–1218. Iul. 23 — • (5880) Iohanni abbati S. Bertini concedit »privilegium omnium bonorum nostrorum, et aliud salvegardiae plurium et singulorum bonorum nostrorum.« Aº 2º. || Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 701.

» 25 Laterani • (5881) (Andreae) Pragensi episcopo facultatem concedit, canonicos et praelatos suae diocesis, qui interdictum violaverunt, beneficiis suis privandi. VIII kal. Aug. aº 3º. || Palacky Reise 22. nº 71; Erben Reg. Bohem. I. 281. nº 600.

» 28 (») • (5882) Principum multitudini (inter quos Burdegalensis archiepiscopus, Parisiensis atque Andegavensis episcopi, Marchiae et Niverni comites), quae ex Galliis Ianuam confluebat et flagitaverat a papa, ut legatum cardinalem itineris comitem ipsis adiungeret, respondet, se ad eos R(obertum) tit. S. Stephani in Coelio monte presbyterum card. non ad gerendam legationem, sed ad divina oracula pro concione exponenda, mittere. V kal. Aug. aº 3º. || Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 5.

» 30 » Archiepiscopos, episcopos, abbates....: »III kal. Aug. aº 3º.« || Teulet Layettes I. 466. nº 1301, *vid.* 1218. Aug. 11. nº 5888.

» 31 » (5883) (Petrum) comitem Britanniae, qui (Stephanum) episcopum Nannetensem persequebatur, banna et novum pedagium quod »maletolta« dicitur, in civitate Nannetensi contra antiquam consuetudinem imposuerat *etc.* eamque ob rem a (Iohanne) Turonensi archiepiscopo et suffraganeis eius in provinciali concilio convocato excommunicationis et terra sua interdicti sententiis suppositus erat, rogat et hortatur, ut praefato episcopo et clericis eius de damnis et iniuriis taliter irrogatis satisfaciat. »Alioquin illas sententias praecipimus usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, et si diutius easdem contempseris, nos fideles tuos a fidelitate tua penitus absolvemus.« II kal. Aug. aº 3º. || Bouquet Rec. XIX. 662. — »Si quisque immo.«

» 31 » (5884) (Hamelino) episcopo, decano et magistro scholarum (Iuello) Aurelianensibus de antecedenti epistola significat eisque mandat, ut (Petrum) comitem Britanniae »ad ea quae praemisimus exequenda« moneant. II kal. Aug. aº 3º. || Bouquet l. c. 663. — »Si quisque immo.«

(Aug. init.) (») (5885) Constantinopolitanum patriarcham, qui supra se volebat extendere alas suas, redarguit eique graves minas intentat, nisi coeptis desistat. *Sine nota chronol.* || Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 26. — »Sicut ex relatione.«

Aug. 4 » (5886) (Ottoni) episcopo Herbipolensi concedit, ut, cum illi qui C(onradum) eius praedecessorem trucidarint, »tuum quoque sitire sanguinem dinoscantur«, (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino metropolitano in loco merito ei suspecto concilium seu colloquium celebrante, ad locum huiusmodi personaliter accedere minime teneatur invitus. II non. Aug. aº 3º. || Würdtwein Nova subs. III. 82. — »Cum hii qui.«

» 8 » (5887) (Radulfo) episcopo Atrebatensi nunciat, se petitioni quarundam mulierum diocesis Atrebatensis, quae domum Cisterciensis ordinis iuxta Duacum construere statuerant, aurem benevolum praebuisse, ideoque ei mandat, ut illis absque praeiudicio iuris alieni

1218.

licentiam concedat construendi ecclesiam et habendi proprium capellanum. VI id. Aug. a° (2°, *sed legas*) 3°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 119. — »Significantibus olim nobis.«

Aug. 11 | Laterani | (5888) Archiepiscopos, episcopos, abbates, priores et alios ecclesiarum praelatos, ad quos litterae istae pervenerint, monet et rogat, ut, cum W(illelmus) de Baucio princeps genere clarus a nefandis Avenionensibus non solum occisus sit, sed etiam in frusta concisus, ad ferendam opem Amalrico primogenito (Simonis) comitis Montisfortis christianorum populorum animos accendant. III id. (kal. *Teulet*) Aug. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 664; Teulet Layettes I. 466. n° 1301; *sine initio* ap. Raynald. Ann. ad a. 1218. § 55. — »Populus Israel a.«

• *In eundem modum* Abbati Cisterciensi — episcopo Tolosano — episcopo Carcassonensi.

• *In eundem fere modum* Archiepiscopo Coloniensi et suffraganeis eius, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis per Coloniensem provinciam constitutis — Treverensi — Maguntinensi — Salzeburgensi — Bisuntinensi — Tarentasiensi — Ebredunensi — Aquensi — Arelatensi — Viennensi — Lugdunensi — Senonensi — Remensi — Rotomagensi — et Turonensi provinciis.

• *In eundem modum* Suffraganeis et capitulo ecclesiae Bituricensis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis per Bituricensem provinciam constitutis.

» » » Burdegalensi archiepiscopo et suffraganeis eius, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis per Burdegalensem provinciam constitutis. — Sic per Auxitanensem et Narbonensem provincias constitutis.

» 12 | » | (5889) Philippum regem Francorum certiorem facit de innovatis indulgentiis a se concessis pro Amalrico Simonis comitis Montisfortis primogenito aliisque fidei christianae defensoribus contra haereticos adiuturis; simul eum hortatur, ut ad eorum succursum Ludovicum primogenitum suum cum digno apparatu dirigat. II id. Aug. a° 3°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 851. n° 2; Bouquet l. c. 666. — »Ad aures regias.«

» 13 | » | (5890) Ludovico (Philippi) regis Francorum primogenito scribit de eadem re eumque rogat et monet, ut ad illorum subsidium cum digno apparatu proficiscatur. Id. Aug. a° 3°. ‖ Duchesne l. c. 852. n° 3. — »Ad aures tuas.«

» 13 | » | (5891) (Radulfo) patriarchae et Iohanni regi Iherosolymitanis et (E.) Nycosieni archiepiscopo et (Iacobo) Acconensi et (Regnerio) Bethleemensi episcopis, (Leopoldo) duci Austriae, (Guerino) Hospitalis, (Guilelmo) militiae Templi et (Hermanno) S. Mariae Teutonicorum magistris ac universis baronibus ac toti clero et populo in obsidione Damiatae consistentibus significat, se ad adhibendum eorum operationi ministerium continuo Ianuam, Venetias ac per alios Italiae portus litteras direxisse et crucesignatos illuc convenientes exhortatum esse, ut ad eorum succursum celeriter festinent et versus civitatem Damiatam dirigant iter suum. Id. Aug. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 666; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1218 § 10. — »Multis divinae scripturae.«

(cc. » 13) | (») | (5892) Archiepiscopo Burdegalensi, Parisiensi et Andegavensi episcopis, R(oberto) tit. S. Stephani in Coelio monte presb. cardinali ac (Herveo) Nivernensi et (Hugoni) Marchiae comitibus ac universo crucesignatorum exercitui apud Ianuam existenti litteras a christianorum exercitu Damiatam obsidentium acceptas mittit, eosque hortatur, ut attendentes discrimen in quo positus sit exercitus christianus, nisi succursum habuerit festinatum, celeriter versus Damiatam dirigant iter suum. *Sine signo chronol.* ‖ Bouquet l. c. 663. — »Litteras fidelium existentium.«

» 17 | » | (5893) Amalrico comiti Tolosano Biterrenses, Carcassonenses et Albigenses civitates ac alias haereticorum terras, quas Innocentius pp. (III) eius patri (Simoni comiti Montisfortis) huiusque heredibus confirmavit, auctoritate apostolica confirmat. XVI kal. Sept. a° 3°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 853. n° 7; *initio omisso* ap. Manrique Annal. Cisterc. IV. 129; Bouquet l. c. 667; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1218 § 54; Federici Istor. de' caval. Gaudenti II. cod. dipl. 3. — »Iustis petentium desideriis.«

» 17 | » | (5894) Monasterii s. Mariae de Caramania protectionem suscipit bonaque et possessiones confirmat. XVI kal. Sept. ind. VI. pont. a° 3°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1226. — »Prudentibus virginibus quae.«

» 25 | » | (5895) Vicariis episcoporum, in quorum diocesibus domus ecclesiae Grandimontensi subiectae consistunt, mandat ut, »cum illi quorum vices geritis sint absentes pro subsidio Terrae sanctae«, provideant, ne bona prioris et clericorum Grandimontensis ecclesiae, »quos abbas Pontiniacensis Cisterc. ord. et prior S. Victoris Parisiensis propter discordiam inter eos et conversos ipsius ecclesiae ab eadem in domibus sui ordinis moraturos duxerint, interim temere distrahantur. VIII kal. Sept. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 866. — »Detrimenta quae Grandimontensis.«

» 27 | » | (5896) (Hugoni) Hostiensi episcopo apostolicae sedis legato mandat, ut fundos pro construendis domiciliis et oratoriis virginibus et aliis mulieribus a saeculo fugientibus exhibitos nomine ecclesiae Romanae recipiat et ecclesias construendas in ipsis soli apostolicae sedi subesse decernat. VI kal. Sept. a° 3°. ‖ Sbaralea Bullar. Francisc. I. I. n° 1. — »Litterae tuae nobis.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1218.** |
| Aug. 27 | Laterani | * (5897) Lucae Cusentino archiepiscopo mandat, ut inquirat contra Squillacensem episcopum. VI kal. Sept. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 209. |
| » 28 | » | (5898) Abbati et conventui Casaenovae Cisterc. ord., quibus monasterium s. Bartholomaei de Sactione reformandum commisit et secundum statuta Cisterciensis ordinis informandum, mandat, ut tam in instituendo abbate quam modis aliis bene intendant. V kal. Sept. a° (2°, *sed legas*) 3°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 118. — »Cum monasterii sancti.« |
| Sept. 3 | » | * (5899) Lucae Cusentino archiepiscopo mandat, ut contra quendam inquirat, qui per simoniam et potentiam laicalem se in episcopatum fecerat intrudi. III non. Sept. a° (4°, *sed legas*) 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 209. — »Cum nemo.« |
| » 5 | » | (5900) Philippum regem Franciae pro negotio fidei et pacis in partibus Tholosanis iturum, eius regnum cum omnibus iuribus et pertinentiis necnon personas et terras fidelium eius et aliorum, per quas succurret negotio memorato, sub speciali apostolicae sedis protectione ac defensione suscipit. Non. Sept. a° 3°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 854. n° 8; Bouquet Rec. XIX. 671. — »Ex eo coniicitur.« |
| » 5 | » | (5901) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et clericis omnibus per regnum Franciae constitutis significat, se partim postulationibus Philippi regis Francorum inclinatum concessisse, ut una medietas vicesimae per totius regni dioceses (exceptis tantum diocesibus quarum episcopi in partibus transmarinis versantur) levandae contra Albigenses impendatur, altera vero contra transmarinos infideles, et a se ad eam colligendam et dividendam (Stephanum) Noviomensem et (Willelmum) Meldensem episcopos et abbatem Cisterciensem institutos esse. Non. Sept. a° 3°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 855. n° 10. — »Deo in cuius.« |
| » 5 | » | (5902) Eisdem per Viennensem, Arelatensem, Narbonensem, Auxitanensem, Ebredunensem et Aquensem provincias constitutis mandat, ut universi et singuli vicesimam ecclesiasticorum proventuum in Terrae sanctae subsidium deputatam, quam tamen in negotium pacis et fidei circa Provinciae partes providit convertendam, B(ertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli presb. card. apostolicae sedis legato assignent, ut per manus eius ac Amalrici comitis Tolosani in promotionem ipsius negotii expendatur. Non. Sept. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 671. — »Cum haereticos deteriores.« |
| » 5 | » | (5903) B(ertranno) praefato et Amalrico comiti Tolosano de superiore epistola significat eisque mandat, ut per personas idoneas vicesimam colligi faciant, *etc.* Non. Sept. a° 3°. ‖ Bouquet l. c. 672. — »Quid pro vestro.« |
| » 5 resp. 7 | » | (5904) Philippo regi Francorum de suscepta contra haereticos Albigenses expeditione gratulatur eique concedit, ut medietas vicesimae per totius regni dioceses levandae in dictos haereticos impendatur et etiam tota decima redditnum Ludovici eiusdem regis primogeniti, ac vicesima de redditibus eorum, qui cum praefato Ludovico Angliam intraverant, quam iubente sedis apostolicae legato per biennium ultra mare mittere tenentur. Praeterea declarat, a se per (Tedisium) Agatensem episcopum apostolicas indulgentias esse destinatas omnibus, qui in personis aut rebus supradicto negotio succursum sint praestituri. (Non. *Rayn., Bouq.*) VII id. Sept. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 56. 57; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 856. n° 11; Bouquet l. c. 669. — »Deo in cuius.« |
| » 12 | » | (5905) Pandulpho Norwicensi electo legationis officium in regno Angliae committit eumque illuc destinat, postquam G(ualae) tit. S. Martini presbytero card. apostolicae sedis ibi legato, continuis fatigato laboribus, redeundi licentiam concessit. II id. Sept. a° 3°. ‖ Raynald. l. c. § 62. — »Cum dilectus filius.« <br> * Archiepiscopis reliquisque praesulibus Angliae *de eodem argumento.* |
| Oct. 1 | — | Archiepiscopis et episcopis et abbatibus . . .: »Apud Urbem veterem kal. Oct. a° 3°«. ‖ Strehlke Tab. p. 275, *vid.* 1220. Oct. 1. |
| » 5 | Laterani | (5906) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus ac praelatis et clericis universis tam exemptis quam aliis per Hispaniam constitutis scribit de exercitu christiano in partibus transmarinis existente, qui »tam importabiles expensas facere compellitur tum in machinis et galeis, tum in alio bellico apparatu, quod nisi ad eas faciendas subveniamus eidem, eas nullatenus poterit sustinere, sed non absque confusione ab incepto desistere compellitur. .... Cum autem pro navigio Romanorum, in quo ultra 20,000 marcharum argenti expendimus, camera nostra pene penitus sit exhausta nec de illa possimus eidem opportunum subsidium ministrare, Hispaniarum vicesimam providimus congregandam.« Eisdem praecipit, ut Huguicionem subdiaconum et capellanum suum et magistrum Cinthium presbyterum basilicae Principis apostolorum canonicos ad ipsos pro subventione exercitus supradicti destinatos habeant commendatos, vicesimam ipsam et ecclesiae Romanae census sine difficultate illis assignent. III non. Oct. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. III. append. 55. — »Ille solus qui.« |
| » 6 | » | * (5907) Abbatibus de Oratorio et Bellabranca committit correctionem et reformationem monasterii s. Petri de Burgolio. II non. Oct. a° 3°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 139. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1218.** |
| Oct. 9 | Laterani | (5908) (Waldemaro) regi Danorum concedit, ut terram, quam de paganorum (in Estonia) manibus eripere poterit suis et suorum laboribus et expensis, regno suo et eius ecclesiis annectat. VII id. Oct. (a° 3°). ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 750; Bunge Livländ. UB. III. 4. n° 41a; *cf.* Dahlmann Gesch. Dänemarks I. 369. — »Magnitudinis tuae litteras.« |
| » 18 | » | * (5909) Abbati Sanctarum Crucum et priori Scalae Dei Cisterc. ord. committit, ut inquirant veritatem facinorum, quibus Dertusensis episcopus a canonicis suis accusatus sit. XV kal. Nov. a° 3°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 140, *fragm.* |
| » 23 | » | * (5910) Landensem abbatem Robertus de Saleya in Anglia experitur iudicem. X kal. Nov. a° 2°. ‖ Manrique l. c. 144. |
| » 25 | » | (5911) Abbati et priori Alcobatiae Cisterc. ord. Vliscolens. dioc. et cantori Conimbricensi scribit de flagitiis (Suario) episcopo Vlisbonensi a magistro Vincentio quondam Vlisbonensi decano illatis eisque mandat, ut inquisita super praemissis veritate, quidquid canonicum fuerit, exequantur. VIII kal. Nov. a° 3°. ‖ Manrique l. c. 140. — »Persequutionum venerabilis fratris.« |
| » 27 | » | (5912) (Odoni de Chésy) decano, praeposito et R. de Codun. canonico Suessionensi scribit se decanatum Ambianensis ecclesiae magistro I(ohanni Halgrin) de Abbatis Villa duxisse conferendum et (Iohanni Teutonico) abbati S. Victoris et collegis eius mandasse, ut, revocato in irritum quidquid post reservationem collationis decanatus eiusdem a (Roberto tit. S. Stephani in Coelio monte presbytero) cardinale factam super decanatu invenirent attentatum, ipsum magistrum in possessionem decanatus inducerent defenderentque inductum. Cum autem hi in praepositum et quosdam canonicos Ambianenses, qui in decanum E. de Roia elegissent, excommunicationis sententiam legitima ipsorum appellatione contempta promulgassent, illis mandat, ut canonicis praedictis absolutionis impendant beneficium et causam sufficienter instructam apostolicae sedi remittant. VI kal. Nov. a° 3°. ‖ Notices et extraits XXI. II. 168. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 29 | » | (5913) Constantinopolitano patriarchae mandat, ut Corinthiensi archiepiscopo utendi pallii tribuat facultatem. IV kal. Nov. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 24. 25. — »Cum in generali.« |
| » 29 | » | * (5914) Lucae Cusentino archiepiscopo committit, ut Rossanensem archiepiscopum electum, si illum tanto munere dignum invenerit, in ea dignitate confirmet. IV kal. Nov. a° (4°, *sed legas*) 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 209. |
| » 31 | » | (5915) B(ertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut, si comitatus Amilianensis absque iuris praeiudicio alieni ad tempus commendari possit A(lienorae) uxori R(aimundi) quondam comitis Tolosani ut ex eius proventibus provisionem habeat condecentem, in hac parte factum I(acobi) regis Aragonum auctoritate apostolica corroboret. II kal. Nov. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 672. — »Carissimus in Christo.« |
| Nov. 5 | » | (5916) Capitulo et universo clero et populo Moraviensibus mandat, ut Moraviensi episcopo, qui pro eo quod tempore turbationis regnorum Angliae ac Scotiae graviter ecclesiam Romanam in multis offenderat vinculo excommunicationis astrictus fuerat, cui autem humiliato spiritu veniam flagitanti papa munus absolutionis impenderat, humiliter et devote intendant. Non. Nov. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 6. n° 14. — »Et verbera patris.« |
| » 10 | » | (5917) Universos Christi fideles per Mediolanensem provinciam constitutos monet et obsecrat, ut Mariano iudici Turritane contra Ubaldum et Lambertum fratres et cives Pisanos pro eo quod partem Sardiniae ad ius et proprietatem sedis apostolicae pertinentis occupaverunt excommunicatos succursum in instanti Martio mittant. IV id. Nov. a° 3°. ‖ Cocquelines Bullar. Rom. III. (ed. Rom. 1740.) 200. n° 27; Cod. dipl. Sardin. I. 334. n° 42; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 345. n° 27. — »Cum ecclesiarum omnium.« |
| » 10 | » | (5918) Pandulfo Norvicensi electo camerario suo apostolicae sedis legato mandat, ut compositionem, quae inter cl. m. W(illelmum) patrem Alexandri regis Scotorum et i. rec. I(ohannem) regem Angliae olim pro bono pacis super diversis articulis intervenit, auctoritate apostolica confirmet vel infirmet, sicut de iure viderit expedire. IV id. Nov. a° 3°. ‖ Rymer Foedera I. I. 79; Theiner Mon. Hibern. 7. n° 15. — »Karissimus in Christo.« |
| » 12 | » | (5919) Willelmo de Bosco cancellario A(lexandri) regis Scotorum, qui vinculo excommunicationis erat astrictus pro eo, quod eidem regi domino suo adversus regem Angliae ac suos contra sententias sedis apostolicae praestiterat auxilium et consilium, remittit laborem itineris ad se purgandum coram papa, suspensionis sententiam relaxat eumque restituit ad officium et beneficia. II id. Nov. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 7. n° 16. — »Etsi nonnulle sint.« |
| | | * *In eundem modum* Episcopo S. Andreae. |
| » 12 | » | (5920) (Miloni) Belvacensi electo, aspiranti ad subsidium Terrae sanctae vicesimam tam Belvacensis quam Remensis diocesium ad opus terrae praedictae in subsidium eorum, qui cum eo venient, elargitur. II id. Nov. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 672. — »Quod zelo fidei.« |

1218.

| | | |
|---|---|---|
| Nov. 16 | Laterani | (5921) Petro de Capua, W(illelmo) de Ponte Arcae et Ricc(ardo) Anglico doctoribus Parisiensibus mandat, ut Matthaeum de Scotia magistrum, qui in theologia docere velit, cui autem cancellarius Parisiensis cathedram magistralem ascendere non permittat, diligenter examinent et, si eum idoneum repererint ad docendum in facultate theologica, cancellarium moneant, ut id faciendi licentiam eidem concedat. xvi kal. Dec. a° 3°. ‖ Notices et extraits XXI. ii. 174; Theiner Mon. Hibern. 7. n° 17. — »Si abscondens talentum.« |
| » 17 | » | (5922) Priori et conventui Camaldulensi reformationem monasterii de Candiculis in spiritualibus dissoluti et in temporalibus annullati committit. xv kal. Dec. a° 3°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 386. — »Presentate nobis venerabilis.« |
| » 17 | » | (5923) Abbati et priori de Tilieto Aquens. dioc. mandat, ut, cum Alexandrini praestiterint in manibus papae iuramentum standi mandatis sedis apostolicae, nihilominus autem castrum de Bosco pignori obligaverint et Rainaldum Trottum ac Ghisulphum Acerbum viros utique providos Romam destinarint ad observationem mandati, Alexandriam personaliter accedentes excommunicationis et interdicti sententias promulgatas in eius cives pro eo, quod resistentibus parti regiae contra prohibitionem apostolicam adhaeserint, relaxent. xv kal. Dec. a° 3°. ‖ Ghilini Ann. di Alessandria 27; Moriondus Mon. Aquens. I. 169. — »Vobis dedisse recolimus.« |
| » 21 | » | (5924) Alexandro Scotorum regi notum facit, se districtius inhibere, ut, cum Scoticana ecclesia sedi apostolicae nullo medio sit subiecta, »in qua hae sedes episcopales esse noscuntur, ecclesia videlicet s. Andreae, Dumblenensis, ecclesia Glascuensis, Dumkeldensis, Brachiensis (Brechinensis *Th.*), ecclesia Aberdensis, ecclesia Murevensis, ecclesia Rosensis et ecclesia Katensis,« nemini liceat nisi Romano pontifici vel legato ab ipsius latere destinato, in regnum Scotiae interdicti vel excommunicationis sententiam promulgare. xi kal. Dec. ind. VII. incarn. dom. a° 1218. pont. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 8. n° 18; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 345; *absque nota chronol.* Rymer Foed. I. i. 76. — »Cum universi fideles.« |
| » 21 | » | * (5925) The pope rigorously prohibits any one episcopal see, except the Roman pontiff or his legate a latere appointed for Scotland, from promulgating a sentence of interdict or excommunication in that kingdom, declaring it to be null if promulgated *etc.* 21[td] Nov. indict. VII. pont. a° 3°. dom. incarn. a° 1218. ‖ Registrum episc. Brechinensis II. 387. n° 410. |
| » 22 | » | (5926) Abbati S. Genovefae, maiori archidiacono Parisiensi et magistro Petro de Capua doctori theologiae Parisius commoranti mandat, ut magistrum (Iohannem Halgrin de Abbatis Villa) in decanatus Ambianensis possessione, in quam auctoritate pontificis maximi inductus fuisse dinoscatur, sublato cuiuslibet contradictionis obstaculo defendant et faciant eundem pacifica ipsius possessione gaudere. x kal. Dec. a° 3°. ‖ Notices et extraits XXI. ii. 171. — »Cum ex parte.« |
| » 23 | » | (5927) Strigoniensi et Iauriensi praepositis et archidiacono Iauriensi mandat, ut causam abbatis et conventus S. Martini de Pannonia conquerentium, quod populi Bissenorum de villa Nogholm Vesprim. dioc. decimas vini ad eos de iure spectantes contra iustitiam detinent, audiant partibus convocatis et fine debito terminent. ix kal. Dec. a° 3°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 160. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 24 | » | (5928) (Garsiae) archiepiscopo Auxitanensi et B(ertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Nunonem filium comitis Sanctii et Willelmum Raymundum de Montecatano ac eorum complices, qui castrum de Lurda per satellites suos tenentes negotio fidei ac pacis adversantur, publice excommunicent. viii kal. Dec. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 673. — »Praesentium vobis auctoritate.« |
| » 24 | » | (5929) Declarat statutum concilii generalis »ut fratres Cisterciensis ordinis de alienis terris et a tempore praedicti concilii acquirendis, etiamsi eas propriis manibus aut sumptibus excoluerint, solvant decimas ecclesiis, quibus ratione praediorum antea solvebantur.« viii kal. Dec. a° 3°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 145. — »Quia eius est.« |
| » 26 | » | (5930) (Guilelmo) episcopo Albiensi praecipit, ut castrum Scuriae, quod tradiderit perfidis Tolosanis, B(ertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli presb. card. apostolicae sedis legato »nomine nostro« restituat neque impediat, quominus idem cardinalis vel alius, cui castrum ipsum duxerit committendum, illud ecclesiae Romanae nomine libere teneat. vi kal. Dec. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 674. — »Grave gerimus et.« |
| » 27 | » | (5931) Confirmat testamentum a cl. mem. Theobaldo Campaniae comite in ultima voluntate conditum, sicut in scripto authentico, sigillo eiusdem comitis signato, continetur. v kal. Dec. a° 3°. ‖ *Fragm.* ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 260; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 133. n° 1164. |
| » 28 | » | (5932) B(ertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, inducat (Guilelmum) episcopum Albiensem, ut onus pontificalis officii, »quod indigne dicitur tempore iam longo portasse,« deponat spontanea cessione. iv kal. Dec. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 673. — »Tot et tanta.« |

**1218.**

Nov. 29 | Laterani | (5933) Abbati de Salebi et de Wartria Eboracens. dioc. et S. Andreae Eboracensis prioribus transumit Innocentii III n° 4111 d. d. 1210. Oct. 29, eisque mandat, ut partes ibi nominatas, si litigandum duxerint, ad sedem apostolicam transmittant. III kal. Dec. a° 3°. ‖ Walbran Mem. of Fountains 172. — »Praesentatas nobis felicis.«

(Nov.) | » | (5934) (Petro) archiepiscopo Senonensi et suffraganeis eius ac universis Christi fidelibus tam crucesignatis quam aliis per eorum dioceses constitutis scribit de morte soldani Sephedini, de obsidione Damiatae *etc.* Addit, se a (Radulfo) patriarcha Ierosolymitano, (Pelagio) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato *etc.* in obsidione praedicta commorantibus accepisse litteras »quae lapidea etiam corda emollire possent ad lacrymas«, ac quibus petunt, »ut tam bellatorum quam pecuniae succursum mittere festinemus.« Monet eos et obsecrat, ut praefato exercitui celeriter succurrant et proximo Martio vel saltem Madio crucesignati transfretent. *Sine die et mense.* A° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 668; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 12 *fin.*, 13. — »Rem aggressus est.«

* *In eundem modum* Universis archiepiscopis et eorum suffraganeis per regnum Franciae constitutis.
» » » Universis archiepiscopis et eorum suffraganeis per regnum Angliae constitutis.

Dec. 3 | » | * (5935) (Andreae) Pragensi episcopo facultatem concedit privandi beneficiis canonicos et praelatos suae diocesis, qui interdictum violaverant. III non. Dec. a° 3°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 281. n° 602; *cf.* Palacky Reise 22. n° 72.

» 7 | » | (5936) (Petro) Senonensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut, cum (Petrus) comes Britanniae districtionem ecclesiasticam »quam ancillare conando ecclesiam Nannetensem incurrit longo iam tempore«, contemnat, eundem per dioceses suas excommunicatum publice nuncient ac in eis arctius evitari faciant. VII id. Dec. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 674. — »Volentes nobilem virum.«

* *In eundem modum* Archiepiscopo Turonensi et suffraganeis eius.
» » » Bituricensi archiepiscopo et suffraganeis eius.
» » » Rotomagensi archiepiscopo et suffraganeis eius.

» 8 | » | * (5937) Honorius informe (Jean) abbé de Sainte-Geneviève de Paris, le prieur de la même abbaye et le chantre de Paris que, si André d'Epoisse était croisé quand il a pris les armes contre Blanche de Navarre, (Milon) évêque de Beauvais, délégué par le pape pour l'absoudre, ne peut lui donner d'absolution valable, et qu'en ce cas André devra s'adresser au pape lui-même. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 133. n° 1168.

» 10 | » | (5938) Rectori et fratribus hospitalis Noviomensis regulam et instituta eis a Stephano Noviomensi episcopo data super numero fratrum hospitalis ipsius, modo recipiendi eos *etc.* confirmat. IV id. Dec. a° 3°. ‖ Achery Spicil. III 585; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 346. — »Iustis petentium desideriis.«

» 14 | » | (5939) (Hartwico) Eistetensi episcopo mandat, ut canonicos Pragenses et alios presbyteros, qui interdictum ab episcopo positum violaverant, auctoritate apostolica officio beneficiisque suis privatos denunciari faciat. XIX kal. Ianr. a° 3°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 281. n° 603; *cf.* Palacky Reise 22. n° 73; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 107. n° 96. — »Ex litteris quidem.«

» 15 | » | (5940) Episcopo S. Andreae mandat, ut, si electionem Gregorii archidiaconi Brechinensis ecclesiae in episcopum eiusdem ecclesiae canonice celebratam invenerit, ipsam confirmet ac eidem electo munus consecrationis impendat. XVIII kal. Ianr. a° 3°. ‖ Registrum episc. Brechinensis II. 387. n° 411, *male ad* a. 1219; Theiner Mon. Hibern. 8. n° 19. — »Praesentate nobis dilectorum.«

» 17 | — | Fratri Dominico et fratribus ordinis Praedic.: »Ap. civitatem Castellanam XVI kal. Ianr. a° 3°«. ‖ Fontana Mon. Domin. 12, *vid.* 1219. Dec. 17.

» 18 | Laterani | (5941) Abbati Cistercii et universis coabbatibus eius Cisterciensis ordinis significat, se inhibere, ne quis ab eis de novalibus vel de novo acquisitis vel iam possessis decimas exigere vel extorquere praesumat. XV kal. Ianr. a° 3°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 185. — »Contingit interdum quod.«

» 19 | » | (5942) (Petro) abbati et conventui S. Remigii Remensis indulget, ut nullus in eos vel eorum monasterium sine manifesta et rationabili causa excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias promulgare praesumat. XIV kal. Ianr. a° 3°. ‖ Varin Archiv. admin. de Reims I. II. 506. — »Ut improborum temeritas.«

» 19 | » | (5943) Eisdem concedit, ut nullus, nisi forte de mandato sedis apostolicae speciali, eos vel eorum aliquem claustrum exire compellat ad testimonium perhibendum. XIV kal. Ianr. a° 3°. ‖ Varin l. c. 506. n° 74. — »Cum monachi ad.«

» 19 | » | (5944) Universis abbatibus Cisterciensis ordinis indulget, ne apostolicae sedis legati procuratoresve pecuniarias exactiones ab eorum monasteriis exigere vel extorquere prae-

**1218.**

sumant. xiv kal. Ianr. aº 3º. || Dreger Cod. Pomer. I. 95. nº 50. g; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 273. nº 119. — »Cum preter pauperem.«

Dec. 19 Laterani (5945) Ecclesiam s. Andreae eiusdemque episcopum sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. xiv kal. Ianr. ind. VI(!). inc. dom. aº 1218. pont. aº 3º. || Theiner Mon. Hibern. 8. nº 20. — »Ideo sumus ad.«

» 20 » (5946) Abbati Cisterciensi et universis coabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine Deo servientibus scribit inter alia: »Inhibemus, ut nullus a vobis de novalibus a tempore concilii (generalis) excultis vel in posterum propriis manibus aut sumptibus excolendis decimas exigere vel extorquere praesumat.« xiii kal. Ianr. aº 3º. || Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 22. nº 14. — »Contingit interdum quod.«

» 20 » (5947) (Haimardo) episcopo, (Radulfo) abbati S. Iohannis in Vineis et (Guidoni) decano Suessionensibus mandat, ut, cum relaxarint excommunicationis et interdicti sententias ab ipsis prolatas in Symonem de Iomvilla et Symonem de Castrovillano Erardo de Brena contra B(lancham) comitissam et Theob(aldum) natum eius comitem Campaniae guerrae tempore adhaerentes, postquam ad homagium et fidelitatem illorum redierint, faciant observari inviolabiliter quod provide fecerint. xiii kal. Ianr. aº 3º. || Bouquet Rec. XIX. 674; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne. V. 134. nº 1172. — »Significarunt nobis nobilis.«

» 20 » * (5948) Honorius déclare nulle une sentence d'excommunication prononcée par (Henri) abbé de Saint-Denis contre Blanche de Navarre et contre l'abbaye de Saint-Vanne de Verdun, sur la demande du chapitre de Saint-Remy de Reims. Il charge (Raoul) abbé de Saint-Jean-des-Vignes de Soissons, le prieur de Château-Thierry et (Gui) doyen de Soissons, de juger en appel la contestation pendante entre les parties. || Jubainville l. c. 134. nº 1171.

» 22 » * (5949) Le même charge (Jean) prieur de Saint-Martin-des-Champs, G(autier) Cornut chanoine de Paris et Ph. chanoine de Sens, de juger la réclamation de (Pierre) abbé et du couvent de Pontigny, qui se plaignent de Blanche de Navarre à propos de bois, de droits de gruerie *etc.* || Jubainville l. c. 135. nº 1172 bis.

» 22 » (5950) Abbati Cistercii, universis coabbatibus eius et fratribus Cisterciensis ordinis intimat, se illorum tranquillitati providentem auctoritate apostolica inhibere, ne legati apostolicae sedis absque istius speciali mandato in eos excommunicationis vel suspensionis sententias promulgent. xi kal. Ianr. aº 3º. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 146; Dreger Cod. Pomer. I. 93. nº 50. f.; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 274. nº 120. — »Cum ordinis vestri.«

» 23 » (5951) Eisdem indulget, ut liberas personas ad ipsos e saeculo fugientes, non obstante archidiaconorum mortuarium ab eis petentium contradictione, libere recipere possint. x (ii *Hasselb.*) kal. Ianr. aº 3º. || Manrique l. c. 146; Dreger l. c. 92. nº 50 d; Hasselbach l. c. 275. nº 121; *non integra int.* Ep. decret. H-i lib. 3. tit. 17 *de regularib.* c. 2 ed. Cironius 217. — »Constituti iuxta verbum.«

» 23 » (5952) (Pandulfo) Norwicensi electo apostolicae sedis legato mandat, ut, cum Eustatius canonicus S. Andreae vinculo excommunicationis astrictus ad Dunkeldensem episcopum eiusque coniudices excommunicatione ligatos super multis obtinuerit denuntiationis litteras contra episcopum S. Andreae, papa ipse autem nolit eundem episcopum a tali et coram talibus conveniri, inquisitoribus illis inhibeat ne procedere super praedicta inquisitione praesumant. x kal. Ianr. aº 3º. || Theiner Mon. Hibern. 9. nº 21. — »Licet sedes apostolica.«

» 29 » (5953) Repetit nº 5950 d. d. 1218. Dec. 22: »iv kal. Ianr. aº 3º« — »Cum ordinis vestri.« || Mon. Boica VI. 364.

» 29 » * (5954) Honorius, sur la demande d'Erard de Brienne et de Philippine, les envoyés de Blanche de Navarre entendus, ordonne à (Conrad) abbé de Cîteaux, à (Guillaume) abbé de Clairvaux et à l'abbé de Quincy, de relever, suivant les formes de l'église, Erard de Brienne et Philippine des sentences d'excommunication et d'interdit lancées contre leurs personnes et contre leurs terres. || Jubainville Comtes de Champagne V. 135. nº 1173.

» 30 » (5955) (Haimardo) episcopo, (Radulfo) abbati S. Iohannis de Vineis et (Guidoni) decano Suessionensibus mandat, iniungant sub debito iuramenti Erardo de Chastenaio, ut ad fidelitatem et homagium redeat B(lanchae) comitissae et Th(eobaldi) nati eius comitis Campaniae, et in eis firmiter perseveret; alioquin ipsum in pristinas una cum terra sua sententias appellatione postposita reducant. iii kal. Ianr. aº 3º. || Bouquet Rec. XIX. 675; *cf.* Jubainville l. c. nº 1174. — »Ex litteris nobilis.«

» 31 » Abbati Cistercii eiusque coabbatibus: »ii kal. Ianr. aº 3º«. || Dreger l. c.; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 275. nº 121, *vid.* 1218. Dec. 23. nº 5951.

» 31 » Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis: »ii kal. Ianr. aº 3º« — »Benefaciens Dominus.« || Bullar. Rom. ed. Taur. III. 347, *vid.* 1219. Ianr. 2 resp. 3. nº 5957.

**1218.**

— — Alexandro Scotorum regi. *Sine signo chronol.* ‖ Rymer Foed. I. I. 76, *vid.* 1218. Nov. 21. nº 5924.

— — Capitulo, clero et populo Pisano. *Sine nota chron.* ‖ Ughelli It. sacra III. 425; Cod. dipl. Sard. I. 334. nº 41, *vid.* (1218. Febr. 5) nº 5893.

**1219.**

Ianr. 2 Laterani (5956) (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi mandat, ut vicesimam ecclesiasticorum proventuum subsidio Terrae sanctae destinatam diligenter colligat eamque necnon pecuniam in truncis collectam Martino cubiculario et Iohanni marescalco suis, militiae Templi et hospitalis Hierosolimitani fratribus propter hoc ad partes Alamanniae transmissis assignet. IV non. Ianr. aº 3º. ‖ Lappenberg Hamb. UB. I. 367. nº 421. — »Exercitus christianus rem.«

* *In eundem modum eodemque die* (Alberto) episcopo Rigensi. ‖ Bunge Livl. UB. I. 47. nº 42, *cf. ibid.* Regest. 12. nº 50.'

» 2 resp. 3 » (5957) Archiepiscopos et episcopos ac alios ecclesiarum praelatos ad quos litterae istae pervenerint monet et hortatur, ut fratribus Cisterciensis ordinis privilegia et indulgentias apostolicae sedis eisdem concessas inviolabiliter conservent et faciant ab aliis conservari. III (IV *Hass.*, *Dreg.*) non. Ianr. aº 3º. ‖ Dreger Cod. Pomer. I. 93. nº 50.e; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 276. nº 122; Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 23. nº 15. — »Benefaciens Dominus bonis.«

» 3 » (5958) Repetit nº 5946. de 1218. Dec. 20: »Contingit interdum quod.« ‖ Dreger Cod. Pomer. I. 91. nº 50.c; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 278. nº 123; *cf.* Devillers Description de cartulaires III. 10. nº 9.

» 4 » (5959) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino intimat, se, cum statutum fuerit in concilio generali, ut omnes omnino clerici vicesimam ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium integre conferant in subsidium Terrae sanctae, Martinum cubicularium et Iohannem marescalcum suos militiae Templi et hospitalis Ierusalem fratres propter hoc ad partes Alemanniae transmittere; hortatur eum, ut vicesimam tam suorum proventuum, quam diocesis colligere studeat et praedictis nuntiis assignet. II non. Ianr. aº 3º. ‖ Würdtwein Nova subs. III. 76. — »Exercitus christianus rem.«

» 7 » (5960) Potestati et universis tam civitatis quam diocesis Nucerinae mandat, ut mulieri uxori quondam ducis Spoletani de suis bonis intendant. VII id. Ianr. aº 3º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 49. nº 69. — »Presentium vobis auctoritate.«

» 9 » (5961) (Conrado) Vallis Secretae Praemonstrat. ord. Laudunens. dioc., (Radulfo) S. Iohannis in Vineis Suessionensi abbatibus et (Guidoni) decano Suessionensis ecclesiae mandat, iniungant, cum controversia de iure natalium Philippae coniugis Erardi de Brena nondum sit definita, ambobus ut se apostolico conspectui repraesentent neque interim Campaniae comitatum perturbent; alioquin eosdem in pristinas ecclesiae sententias, a quibus absoluti fuerant, reducant. V id. Ianr. aº 3º. ‖ Bouquet Rec XIX. 675; Teulet Layettes I. 474. nº 1330; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 136. nº 1177. — »Cum ad supplicationem.«

» 10 » (5962) Abbati et conventui S. Remigii Remensis dat privilegium quo prohibet, ne archiepiscopus Remensis quando facit visitationem in praefato monasterio, secum adducat saeculares nisi duos vel tres canonicos. IV id. Ianr. aº 3º. ‖ Marlot Metropol. Remens. I. 349 (*ad* a. 1219), II. 496 (*ad* a. 1220); Ep. decr. H-i ed. Cironius 65; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 31 *de offic. iudic. ord.* c. 17 ap. Boehmer Corp. II. 176; ap. Richter Corp II. 187; *cf.* Varin Arch. admin. de Reims I. II. 510. nº 78. — »Ut iuxta illius.«

» 17 » (5963) (Iohanni) Strigoniensi archiepiscopo mandat, ut vicesimam tam suorum proventuum quam suae diocesis quae nondum collecta sit, in subsidium Terrae sanctae diligenter colligat, et tam collectam quam colligendam necnon pecuniam in Drurois (*leg.* truncis) collectam et aliam receptam pro redemptione votorum nuncio Acontio subdiacono et capellano suo assignet. XVI kal. Febr. aº 3º. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 275; Theiner Mon. Hungar. I. 18. nº 28. — »Dilecti filii exercitus.«

* *In eundem modum aliis* Archiepiscopis et episcopis per Hungariam.

» 18 » (5964) De Zuetula et de Ebrach (Valdrabach *Pal.*) abbatibus et priori de Zuetula Cisterc. ord. mandat, ut de vita R(oberti) Olomucensis episcopi, qui duobus homicidiis perpetratis duas sorores Cunicensis monasterii moniales et plures mulieres alias coniugatas cognoverit carnaliter et quandam virginem defloraverit *etc.*, diligentius inquirant. XV kal. Febr. aº 3º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 159; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 108. nº 97; Erben Reg. Bohem. I. 283. nº 606; *cf.* Palacky Reise 22. nº 74. — »Ad aures nostras.«

» 18 (») * (5965) Inhibet, ne quisquam archidiaconorum vel praelatus a Vindocinensibus monachis occasione diocesanae visitationis procurationes exigere praesumat. XV kal. Febr. aº 3º. ‖ Choppin De sacra politia 445.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1219.** |
| Ianr. 19 | Laterani | (5966) Centium presbyterum, Uguicionem subdiaconum et capellanum suum basilicae Principis apostolorum canonicos monet et hortatur, ut cum omni diligentia censum ecclesiae Romanae ac vicesimam necnon ea, quae a crucesignatis pro redemptione votorum suorum per ecclesiarum praelatos recepta sint, colligant et collectam pecuniam transmittant in subsidium Terrae sanctae. xiv kal. Febr. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 676. — »Sicut olim viva.« <br>• *In eundem modum* Fratri Stephano et sociis eius in Franciam destinatis. <br>» » » Fratri Iohanni hospitalario et fratri Martino templario in Alemanniam destinatis. |
| » 20 | » | (5967) Decano et capitulo B. Stephani Trecensis concedit, ut canonicorum et clericorum ecclesiae suae excessus ipsi corrigant. xiii kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene Ampl. coll. I. 1136. — »Cum in concilio.« |
| » 22 | » | (5968) Decano Trecensi mandat, ut compositionem inter Guillelmum de S. Antonio, Beneincasam matrem Iohannis Zache et Martinam uxorem quondam Scarlacci cives Romanos ex parte una et b. m. Gerardum praepositum S. Mariae ad Gradus in Colonia et magistrum Iohannem scolasticum Carpensem procuratores (Engelberti) Coloniensis archiepiscopi ex altera super debito 17 marcarum sterlingorum initam faciat observari. xi kal. Febr. a° 3°. ‖ Ficker Engelbert d. Heilige 328; Ennen Quellen II. 76. n° 63. — »Cum inter dilectos.« |
| » 22 | » | (5969) (Fulconi) Tholosano, (Guidoni) Carcassonensi, (Arnaldo) Bigorritanensi et (Grimoaldo) Convenarum episcopis concedit, ut fidelibus, qui contra perversores fidei christianae decertant in partibus Tholosanis et pro iniectione manuum violenta vel etiam pro incendiis excommunicati sunt, absolutionis beneficium impendant, postquam passis iniuriam competenter satisfecerint. xi kal. Febr. a° 3°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 853. n° 5; Bouquet Rec. XIX. 676; Teulet Layettes I. 475. n° 1331. — »Cum ad subventionem.« |
| » 23 | » | (5970) Praepositum et capitulum Quinqueecclesienses monet, ut, cum b. mem. (Calanus) Quinqueecclesiensis episcopus crucesignatus dimiserit quandam summam pecuniae pro subsidio Terrae sanctae, quae ad eorum manus dicatur devenisse, pecuniam ipsam magistro Acontio subdiacono et capellano suo, quem pro vicesima et aliis transmittat colligendis, integre assignent. x kal. Febr. a° 3°. ‖ Koller Episc. Quinqueeccl. I. 356; Katona Hist. crit. V. 327; Fejér Cod. dipl. III. i. 277; Theiner Mon. Hungar. I. 19. n° 29. — »Cum sicut nobis.« |
| » 23 | » | (5971) (Angelo) patriarchae Gradensi scribens christiani exercitus Damiatam obsidentis virtutem ad coelum extollit eique mandat, ut crucesignatos qui de portu Venetorum ad partes Hierosolymitanas transfretare disponunt, et nautas qui eos transfretare promittunt moneat, ut ad partes Damiatae, ubi sit exercitus christianus, studeant applicare. x kal. Febr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 11, *omisso initio.* |
| » 24 resp. 25 | (») | (5971a) Universos praelatos ecclesiarum ecclesiae Romanae censualium per Ungariam constitutos hortatur, ut censum ecclesiae Romanae debitum magistro Accontio subdiacono et capellano suo singuli persolvant. viii (ix *Thein.*) kal. Febr. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 277; Theiner l. c. 19. n° 30. *Initium desideratur.* |
| » 26 | » | (5972) Abbatem et conventum S. Thomae martyris de Abirbrothoc cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Monifod, de Stradechtyn, de Kerimo *etc.* eis confirmat. vii kal. Febr. a° 3°. ‖ Liber S. Thome de Aberbrothoc 156. n° 222. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 26 | » | (5973) Eisdem terram de Balfeth, terram de Glaskeler, batellum de Munros *etc.* et alia bona confirmat. vii kal. Febr. a° 3°. ‖ Liber S. Thome l. c. n° 223. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 26 | » | • (5974) Abbati et priori de Sabigniaco mandat, ut inter episcopum Cenomanensem et archidiaconum eiusdem ecclesiae litigantes super iurisdictione iudicium faciant. vii kal. Febr. a° 3°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 166. |
| » 26 | » | (5975) Eidem abbati et priori de Oratorio mandat, moneant archidiaconum Cenomanensis ecclesiae, qui praebendas archipresbyteratus et archidiaconatus in unam confusas detinebat, ut altero dictorum officiorum contentus resignet aliud; alioquin eum cogant. vii kal. Febr. a° 3°. ‖ Manrique l. c. 166, *fragm.* |
| » 27 | » | • (5976) Honorius charge (Jean) abbé de Sainte-Geneviève de Paris, le prieur de la même abbaye et (Jean) prieur de Saint-Martin-des-Champs, de juger les réclamations de Blanche de Navarre contre l'archevêque de Sens et contre ses suffragants, qu'elle accuse d'abuser de l'arme de l'excommunication. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 136. n° 1180. |
| » 30 | » | (5977) De Cupre, de Scone et de Dumfermelin abbatibus S. Andreae diocesis mandat, ut de vita Moraviensis episcopi inquirant et referant praefigentes ipsi episcopo terminum, quo se apostolico conspectui repraesentet pro meritis recepturus. iii kal. Febr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 9. n° 22. — »Dilecti filii archidiaconus.« |

**1219.**

Febr. 5 Laterani (5978) Abbatem et conventum de Tepla Praemonstr. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem villa de Tepla cum theloneo et villam de Lyhtenstat (Lischtenstall *Hugo*) cum foro et silva, et de Sandou (Sandau *H.*), de Cribse . . . villas *etc.*, libertates quoque et immunitates eis confirmat. Non. Febr. a° 3°. || Hugo Annal. Praemonstr. II. prob. 579; Erben Reg. Bohem. I. 284. n° 607 *omisso initio.* — »Cum a nobis.«

» 6 (») * (5979) Le pape confirme le concordat conclu aimablement entre les chanoines de Saint-Pierre et les évêque et chapitre du Mans au sujet des soumission, obéissance et révérence que ces derniers prétendaient pouvoir exiger dudit chapitre de Saint-Pierre. VIII id. Febr. a° 3°. || Bilard Docum. historiq. 7. n° 43.

» 7 » (5980) Procuratoribus, qui super guerra quae fuit inter Tudertinos et Interamnenses ex parte una et Narnienses ac homines de S. Gemino ex altera et pro pace reformanda inter eos ab utraque parte ad sedem apostolicam missi erant, mandata dat. VII id. Febr. a° 3°. || Dissert. della pontif. accad. Rom. di archeol. XV. 238. n° 54. — »Cum super guerra.«

» 8 » (5981) Friderico Romanorum regi significat, se ad eum priorem S. Mariae Novae de Urbe mittere, ut H(enricum) ducem Saxoniae commonefaciat ad resignanda insignia imperialia. Si vero respuerit iussa, certiorem facit datam (Friderico) Halberstadensi et (Sigfrido) Hildesemensi episcopis provinciam, ut ipsum anathemate percellant ac Brunswicum ecclesiastico interdicto subiiciant. VI id. Febr. a° 3°. || Raynaldi Ann. a° 1219 § 23 *partim*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 591. — »Cum tam litteris.«

» 9 » * (5982) Dat securitatem, ne legati apostolici sine speciali mandato excommunicationis sententiam in monasterium Waldsassense proferre audeant. V id. Febr. a° 3°. || Lang Regesta II. 92.

» 11 » * (5983) Fridericum Romanorum regem et imperium in sua protectione suscipit et, quem Fridericus loco sui in imperio vicarium instituerit confirmat. III id. Febr. a° 3°. || *Cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 7; Raumer Gesch. der Hohenst. (Edit. 2a). III. 175; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 592.

» 11 » * (5984) Eidem et ceteris cum eo crucesignatis excommunicationem intentat, nisi ad proximum s. Iohannis baptistae festum iter versus Damiatam arripiant. III id. Febr. a° 3°. || *Cf.* Raynald. l. c. § 7; Huillard-Bréholles l. c. 592.

» 12 » (5985) Raynerio Interamnensi episcopo concessiones, redditus, iura et omnia quae Interamnensis communitas episcopatui assignavit in dotem, confirmat, tenore ipsius instrumenti inde 1218 Febr. 6 confecta hîc inserto. II id. Febr. a° 3°. || Ughelli Ital. sacra I. 757; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 348. n° 31. — »Iustis petentium desideriis.«

» 13 (») (5986) Abbatem et conventum monasterii s. Mariae de Volkolderod Cisterc. ord. protegendos suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. »Literarum« id. (iel. *legit Rud.*) Febr. ind. 61 (!) incarn. dom. a° 1218. pont. a° 3°. || Frid. Rudolphi Gotha diplomatica (Frankfurt & Leipz. 1717. fol.) II. 267. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 13 » (5987) (Hugoni) decano, thesaurario et sacristae Nivernensis ecclesiae mandat, ut vicesimam et collectam in truncis elemosynam colligant easque integre (Herveo) comiti Nivernensi crucesignato ad plenius et commodius exequendum propositum suum assignent. Id. Febr. a° 3°. || Bouquet Rec. XIX. 677. — »Cum dilectus filius.«

» 15 » (5988) Abbati et conventui S. Victoris ad exemplar Clementis pp. concedit, ut, si canonici ad obsequia venire malitiose noluerint requisiti, eis liceat corpora mortuorum ad coenobium deportare. XV kal. Mart. a° (4°, *sed legas*) 3°. || Belzunce Antiq. de Marseille II. 82. — »Cum hominum non.«

» 17 » (5989) Azoni abbati S. Benedicti super Padum eiusque successoribus usum mitrae indulget. XIII kal. Mart. a° 3°. || Margarini Bull. Casin. I. 33. — »Ad hoc in.«

» 18 » (5990) Decano et capitulo Parisiensibus indulget decimas novalium de nemoribus suis propriis, quae habuerunt ante concilium generale, prout redigentur in posterum ad culturam. XII kal. Mart. a° 3°. || Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris I. 228. — »Cum a nobis.«

» 18 » (5991) Praemonstratensi abbati omnibusque coabbatibus et fratribus Praemonstratensis ordinis concedit, ut decimas de novalibus a tempore concilii generalis excultis solvere non teneantur. XII kal. Mart. a° 3°. || Le Paige Bibl. Praemonstr. 650. — »Contingit interdum quod.«

» 18 » (5992) Eisdem significat, se, licet statutum fuerit in concilio Lateranensi, ut fratres ordinis Praemonstratensis de alienis terris et a tempore praedicti concilii acquirendis, si eas propriis manibus aut sumptibus excoluerint, solvant decimas ecclesiis, quibus ratione praediorum ante solvebantur, statuere, ut de novalibus Praemonstratensium excultis a tempore dicti concilii nullus ab eis decimas exigere praesumat. XII kal. Mart. a° 3°. || Le Paige l. c. 651. — »Quia eius est.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1219.** |
| Febr. 20 | Laterani | (5993) Willielmo abbati eiusque fratribus annuit et monasterium s. Albani patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. x kal. Mart. indict. VI(!). incarn. dom. aº 1218. pont. aº 3º. ‖ Dugdale Monast. Anglic. II. 232. nº 21. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 23 | (») | * (5994) Ludovici primogeniti Philippi regis Francorum rogatu concedit, ut nonnulli presbyteri aliique inferiorum ordinum ecclesiastici viri ad superiores gradus dignitatesque provehi possint, quamvis publice ab ecclesia poenitentiam agere coacti sint. vii kal. Mart. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 39. |
| » 27 | » | (5995) (Hugolino) episcopo Hostiensi apostolicae sedis legato mandat, ut monachis S. Xisti Placentiae et communi Cremonensi super curtibus Guastallae et Luciariae litigantibus terminum praefigat, quo per procuratores idoneos cum instrumentis *etc.* coram papa compareant, ita ut causa ipsa fine possit debito terminari. iii kal. Mart. aº 3º. ‖ Affò Ist. di Guastalla I. 361. nº 51. — »Cum causa que.« |
| » 27 | » | (5996) Praelatis, clericis et laicis S. Mariae de Fese, S. Georgii, S. Damiani, S. Erasmi, S. Andreae de Porcacio, S. Blasii de Macrino *etc.* et universis capellanis ad easdem plebes pertinentibus mandat, ut de cetero nullatenus intendant episcopo Spoletano, sed Interamnensi Priori (*sic! num* Raynerio *legendum? Cf.* Febr. 12 nº 5985) tamquam episcopo et pastori suo obedientiam et reverentiam debitam impendant. iii kal. Mart. aº 3º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 757. — »Grave gerimus et.« |
| » 27 | » | (5997) Feltrensi et Bellunensi episcopo mandat, ut sententiam suspensionis, quam tulerat b. m. Concordiensis electus contra episcopum Polensem ecclesiae suae bonorum dilapidatorem observari faciat. iii kal. Mart. aº 3º. ‖ Ughelli I. c. V. 479. — »Gualfridus presbyter et.« |
| Mart. 1 | » | (5998) Priori Grandimontensi eiusque fratribus ad sopienda iurgia, quae eorum religionem longo iam tempore turbaverunt, multitudinem indulgentiarum ac privilegiorum eis a Romanis pontificibus concessorum ad compendium redacta transmittit, singula illorum capitula praesentibus complectendo. Kal. Mart. indict. VII. incarn. dom. aº 1219(!). pont. aº 3º. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 351. nº 32. — »Ad sopiendam materiam.« |
| » 1 | » | * (5999) Margaritham relictam imperatoris Constantinopolitani viduam ad preces Andreae regis Hungariae protegendam suscipit. Kal. Mart. aº 3º. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 284. |
| » 4 | » | (6000) Colocensi et Bachiensi capitulis significat, se ipsorum electioni, quam de (Cleto) regni Hungariae cancellario celebraverant, annuere ad praesens nequivisse; mandat eis, ut nuncios qui super provisione pastoris omnium vices gerant, una cum praedicto ab eis electo ad curiam Romanam destinent. iv non. Mart. aº 3º. ‖ Fejér I. c. 278; Theiner Mon. Hungar. I. 19. nº 31. — »Litteras vestras et.« <br> * *In eundem modum* (Andreae) regi Hungariae. |
| » 4 resp. 5 | » | (6001) Conventionem inter Andream regem Ungariae et L(eonem) Armeniae regem ita factam, ut Andreae filius illius filiam accipiat in uxorem et eidem regi ratione filiae suae prout heres succedat in regnum, approbat. iv (iii *Thein.*) non. Mart. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1219 § 33; Katona Hist. crit. V. 319; Fejér I. c. 279; Theiner I. c. 21. nº 33. — »Cum sicut tam.« |
| » 5 | » | (6002) Archiepiscopis, episcopis aliisque ecclesiarum praelatis praecipit, ut fratrum Praemonstratensium privilegia conservent, praesertim quae ad exemptionem novalium pertineant. iii non. Mart. aº 3º. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 651. — »Benefaciens Dominus bonis.« |
| » 5 | » | (6003) Monasterium monialium de Valle s. Georgii [Salzinnes] Cisterc. ord. tuendum suscipit eiusque privilegia ac bona confirmat. iii non. Mart. aº 3º. ‖ Analectes p. s. à l'hist. eccles. de la Belgique III. 190. — »Solet annuere sedes.« |
| » 7 | » | (6004) Priori et conventui Vallis Scholarum vivendi formam, quam iuxta b. Augustini regulam elegerant observandam et ad quam de approbatis religionibus quasdam institutiones proinde assumpserant, confirmat eosque protegendos suscipit. Non. Mart. aº 7º. Gallia christ. IV. instr. p. 202; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 355. — »Exhibita nobis ex.« |
| » 8 | » | (6005) Amalrico comiti Tolosano concedit, ut, quamdiu coram apostolicae sedis legato in illis partibus existente paratus fuerit de eo conquerentibus exhibere iustitiae complementum, minime teneatur cuiquam sub alio respondere. viii id. Mart. aº 3º. ‖ Bouquet Rec. XIX. 678. — »Ex parte tua.« |
| » 11 | » | (6006) Abbatissam et moniales Fontis Ebraudi, quarum »monasterium et magnae religionis odore praefulget et nimia paupertate gravatur«, a praestatione vicesimae eximit. v id. Mart. aº 3º. ‖ Bouquet I. c. 679. — »Etsi fuerit in.« |
| » 14 | » | (6007) Praeposito de Selbold ecclesiam de Grinda a Friderico rege Siciliae in Romanorum imperatorem electo praepositurae eius libere in augmentum praebendarum collatam confirmat. ii id. Mart. aº 3º. ‖ Würdtwein Dioec. Mogunt. III. 165. — »Iustis petentium desideriis.« |

**1219.**

Mart. 14 (Laterani) * (6008) Capitulo Tarentino declarat, electionem ab eis post Gualteri episcopi obitum factam, cum contra formam legesque concilii Laterani in eadem processerint, nullam esse. II id. Mart. aº 3º. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 137.

» 15 » * (6010) Eistetensi capitulo confirmat possessionem pacificam ecclesiae de Hemesfurte [Heinsfurt prope Oettingam] ipsi ab (Hartwico) episcopo Eistetensi collatam. Id. Mart. aº 3º. ‖ Lang Regesta II. 92.

» 15 » (6011) B(ertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli presbytero card. apostolicae sedis legato mandat, ut ecclesias suae legationis incastellatas excastellari faciat neque incastellari de cetero permittat. Id. Mart. aº 3º. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 853. nº 6; Bouquet Rec. XIX. 678. — »Praesentium tibi auctoritate.«

» 16 » (6012) Eidem mandat, ut Amalrico comiti Tolosano tribuat licentiam transferendi capellas quasdam, ex quarum vicinitate castris eius pericula evenire possint, ad alia loca. XVII kal. Apr. aº 3º. ‖ Bouquet l. c. 678. — »Dilectus filius nobilis.«

» 16 » (6013) Abbati et conventui Caesariensi [Kaisersheim] arbitrium, quod inter eos et conventum Elwacensem praepositus Eistetensis cum arbitris suis ab utraque electis super decima de Aicheim protulit, confirmat. XVII kal. Apr. aº 3º. ‖ Wirtemb. UB. III. 76. nº 613. — »Cum a nobis.«

» 18 » (6014) Heinricum praepositum et fratres Reicherspergenses ord. s. Aug. Pataviens. dioc. tuendos suscipit, specialiter autem decimas Putinensis ecclesiae, ecclesias de Pramperch et Edliz *etc. etc.* eis confirmat. XV kal. Apr. aº 3º. ‖ Mon. Boica IV. 423; UB. ob der Enns II. 600. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 20 » * (6015) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut fratrum ordinis Praemonstratensis privilegia et indulgentias ab apostolica sede eisdem concessas inviolabiliter conservent. XIII kal. Apr. aº 3º. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 284. nº 608. — *Cf.* nº 6002.

» 23 » * (6016) Abbati et conventui S. Victoris Massiliensis processum executorum suorum in causa Roncalini quondam monachi et quae illi de possessionibus eiusdem monasterii statuerant, confirmat. X kal. Apr. aº 3º. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 71.

» 26 » (6017) Priori ecclesiae s. Petri, Leopardo, Obertino et Uberto germanis, Andreae et Petro germanis, Raynaldo et Angelo dominis castri Montis s. Petri (Auximanae dioc.) eorumque haeredibus investituram ipsis olim collatam a Benedicto X, Coelestino II et Innocentio III renovat. VII kal. Apr. aº 3º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 50. nº 72. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 26 » (6018) Eisdem concedit, ut contra molestatores in suo feudo possidendo coram Auximano episcopo, potestate vel consulibus Auximanae civitatis agere possint. VII kal. Apr. aº 3º. ‖ Theiner l. c. nº 73. — »Significantibus vobis.«

» 27 » (6019) (Pandulfo) Norwicensi electo camerario suo apostolicae sedis legato notum facit, se iterum iustitiario Hyberniae dedisse in mandatis, ut H(enrico) regi Anglorum villicationis suae reddat debitam rationem. Mandat ei, ut, si ille mandatum apostolicum contempserit adimplere, eum ad id per ecclesiasticam censuram compellat. VI kal. Apr. aº 3º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 9. nº 23. — »Mirari cogimur et.«

» 27 » (6020) Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis mandat, ne monasterium Cluniacense vel eius ecclesias requirant super vicesima. VI kal. Apr. aº 3º. ‖ Bouquet Rec. XIX. 679. — »Licet quandam partem.«

» 28 » (6021) Abbate et conventu S. Portus Cisterc. ord. postulantibus statuit, ut festivitas dedicationis ecclesiae suae III non. Oct. annis singulis perpetuo celebretur. V kal. Apr. aº 3º. ‖ Martene Thes. anecd. I. 872. — »Postulastis a nobis.«

» 28 » (6022) Abbati et priori S. Godardi Georiens. dioc. et praeposito Geuriensi intimat, priorem et conventum S. Martini de Pannonia cum multa instantia supplicasse, ut compositionem inter (Robertum) Wesprimiensem episcopum et (Uriam) abbatem suum mediante Innocentio pp. praedecessore initam sine ipsorum assensu, cum in grave libertatis monasterii sui praeiudicium sit factum, revocaret vel revocandam committeret. Mandat eis, ut vocatis evocandis statuant, quod canonicum fuerit. V kal. Apr. aº 3º. ‖ Fejér Cod. dipl. VII. v. 220. — »Cum prior et.«

» 28 » (6023) Clero et populo civitatis et dioecesis Bononiensis mandat, ut magistro Gratiae capellano suo, ipsorum archidiacono vel eius vicario in eis quae ad officium et iurisdictionem archidiaconatus sui de iure vel approbata consuetudine pertinent, devote obediant. V kal. Apr. aº 3º. ‖ (Sarti) De archigymn. Bonon. profess. II. 175; Savioli Ann. Bologn. II. II. 402. — »Cum dilecto filio.«

» 28 » * (6024) (Robertum) episcopum Vesprimiensem ab itinere Romam suscipiendo dispensat, et litem inter ipsum et (Uriam) abbatem de Monte Pannoniae arbitrio abbatis et prioris S. Gothardi et praepositi Geuriensis decidi iubet. V kal. Apr. aº 3º. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 284.

## 1219.

Mart. 23 (Laterani) * (6025) Prohibet, ne bona monasterii s. Petri ad Aram (Neapoli) in alios quam canonicorum ibi servientium usus convertantur. v kal. Apr. a° 3°. || Pennottus Cleric. canon. historia 668. — »Incumbit nobis.«

» 29 » (6026) P(andulfo) Norwicensi electo camerario suo apostolicae sedis legato mandat, moneat praelatos ecclesiarum de Hibernia, ut H(enrico) regi Anglorum super servitiis, in quibus ratione regalium et feudorum eidem tenentur, satisfaciant et de cetero ea sine difficultate persolvant. iv kal. Apr. a° 3°. || Theiner Mon. Hibern. 10. n° 24; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 40. — »Suam ad nos.«

» 30 » (6027) (Roberto) archiepiscopo, (Rogerio) decano et cantori Rotomagensibus mandat, ut, cum (Petrus) Parisiensis episcopus excommunicationis sententiam ab O(done) b. mem. praedecessore suo et O(ctaviano) Hostiensi episcopo quondam apostolicae sedis legato latam de conspirationibus et coniurationibus scholarium minime faciendis *etc.* innovaturus sit, has sententias et alias consimiles promulgatas revocent et dicto episcopo et suis firmiter inhibeant, ne aliquas consimiles sententias generales in magistros aut scholares Parisienses audeant de cetero sine Romani pontificis conscientia promulgare. iii kal. Apr. a° 3°. || Bouquet Rec. XIX. 679. — »Dilecti filii magistri.«

» 30 » * (6028) Abbati et conventui Novi Castri (Cisterc. ord.) concessionem ecclesiae de Dochendorff ab Argentinensi episcopo factam confirmat. iii kal. Apr. a° 3°. || Würdtwein Nova subsid. X. 257.

» 31 (?) (6029) Ulrico praeposito eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Petri in Augia [Weissenau] Praemonstr. ord. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. ii kal. Apr. indict. VII. incarn. dom. a° 1219. pont. a°.... || Hugo Annal. Praemonstr. I. 2. prob. 151; Lünig Reichs-Arch. XVIII. 771 b; Wirtemb. UB. III. 77. n° 614. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Apr. 1 » (6030) (Guillelmo) episcopo Catalaunensi adversus Albigenses profecturo vicesimam proventuum ad eius mensam spectantium, quam missurus erat in subsidium Terrae sanctae, salva concessione apostolica super hoc (Philippo) regi facta, pro expensis quas in prosequendo dictum negotium facere eum oportet, de speciali gratia remittit. Kal. Apr. a° 3°. || Bouquet Rec. XIX. 681. — »Ad colligendum zizania.«

» 1 » (6031) Potestati et populo Asisinatibus mandat, ut ipsorum episcopo quaedam regalia assignent. Kal. Apr. a° 3°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 51. n° 75. — »Cum venerabili fratri.«

» 1 » (6032) Philippum regem Francorum rogat et obsecrat, ut treugas olim incl. record. Iohanni regi Angliae concessas (mense Sept. a° 1214) ad quinquennium proroget. Kal. Apr. a° 3°. || Bouquet Rec. XIX. 680. — »Animo desideranti non.«

» 2 » (6033) Cantori, magistris Iuello et Raher canonicis Cenomanensibus mandat, ut, si (Petrus) comes Britanniae praestarit de damnis et iniuriis tam circa libertates quam alia manifestis emendam ac deinde sufficientem, quod stabit iuri super dubiis, cautionem, relaxent excommunicationis et interdicti sententias a (Stephano) episcopo Nannetensi in eum promulgatas, concesso eidem comiti, ut proficiscatur contra orthodoxae fidei subversores. iv non. Apr. a° 3°. || Bouquet l. c. 680. — »Petente venerabili fratre.«

» 2 » (6034) Hominibus de Collepardo sub poena banni praecipit, nolens sustinere ut monasterium s. Bartholomaei de Trisulto super silva Eici ulterius indebite molestetur, ne quis eorum sive masculus sive foemina in silva ipsa incidere vel animalia pascere vel quidquam de illa capere praesumat. iv non. Apr. a° 3°. || Spicil. Liber. 722. n° 16. — »Nuntiis vestris ad.«

» 2 » (6035) Praepositum et conventum S. Mariae de Insula [Marienwerder] protegendos suscipit, specialiter autem agros, prata, silvas *etc.* et alia bona, quae Conradus comes de Rothen et alii fundatores monasterii eis contulerant, auctoritate apostolica eis confirmat. iv non. Apr. a° 3°. || v. Hodenberg Calenberger UB. Abth. VI. 6. — »Cum a nobis.«

» 4 » (6036) Abbati et conventui Cassinensibus quaedam capitula, quae Innocentius III pp. ad reformationem monasterii eorum statuit, quibusdam tamen adiectis, innovat eisque mandat, ut ea singulis mensibus in fratrum praesentia recitentur. ii non. Apr. a° 3°. Bullar. Roman. ed. Taur. III. 356. n° 34. — »Cum bonae memoriae.«

» 4 » (6037) (Guilelmo) episcopo Catalaunensi, qui irrevocabiliter proposuit ire contra perfidos Albigenses, significat, se volentem eius propositum congruo subsidio adiuvare, salva dimidia parte vicesimae Philippo regi Francorum concessae ad praedictos perfidos expugnandos, dimidiam partem reliquae vicesimae de eius diocesi iam collectae in Terrae sanctae subsidium deputatae concessisse. ii non. Apr. a° 3°. || Bouquet Rec. XIX. 681. — »Cum sicut per.«

» 4 » (6038) (Stephano) Noviomensi et (Guilelmo) Meldensi episcopis et fratribus Aymaro domus militiae Templi Parisiensis thesaurario et Stephano panectario de superiore epistola

**1219.**

significat eisque mandat, ut, si forte de portione vicesimae, quae episcopum Catalaunensem contingat, ab eis vel aliis aliquid sit receptum, tantumdem eidem de parte in Terrae sanctae subsidium destinanda compensent. II non. Apr. a° 3°. || Bouquet l. c. 682. — »Cum sicut per.«

Apr. 5 | Laterani | (6039) Eisdem episcopis mandat, ut duorum praeteritorum annorum vicesimam et pecuniam truncorum ac pro redemptione votorum exhibitam per metropolitanos in provinciis suis fratri Aymardo thesaurario domus militiae Templi Parisius, S. hospitalario et Henrico) templario nunciis apostolicae sedis assignent. Non. Apr. a° 3°. || Bouquet l. c. 682. — »Intellecto ex litteris.«

* *In eundem fere modum* Aymaro thesaurario *etc.*

» 11 | » | (6040) (Bertholdum) abbatem Staingadensem monet et hortatur, ut ecclesiam b. Iohannis bapt. de Staingaden Praemonstr. ord. — quam dux Gwelpho construxerat et dotaverat — in ea libertate conservet, in qua praedecessores ipsius eandem »usque ad tua tempora« conservaverint. III id. Apr. a° 3°. || Scheid Origg. Guelf. II. 658. — »Charissimus in Christo.«

» 11 | » | (6041) Abbati Praemonstratensi mandat, ut privilegia ecclesiae Staingadensis conservet. III id. Apr. a° 3°. | Hund Metrop. Salisb. III. 362; Mon. Boic. VI. 510. — »Carissimus in Christo.«

( » 1-15) | » | (6042) Strigoniensi archiepiscopo mandat, ut in provincia sua quatuor viros opinionis sincerae ac litteraturae probatae vel tres seu saltem duos cuiuscunque religionis vel ordinis, et Cisterciensis praesertim eligat, ac ipsos usque ad festum b. Martini ad sedem apostolicam transmittat ad solitudinem diversarum gentium destinandos, ut eas verbo doctrinae illuminent. *Sine anno, mense et die.* || Theiner Vet. mon. Hungar. 27; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 163. — »Ne si secus.«

* *In eundem modum* Colocensi archiepiscopo *et in singulis terris et provinciis et regnis* Archiepiscopis *etc.*

» 20 | Romae ap. S. Petrum | (6043) Potestatem et populum Alexandrinos ac eorum civitatem sub b. Petri protectione suscipit inhibens, ne quis eos et civitatem eorundem praesumat indebite molestare. XII kal. Mai. (*om. Mor.*) a° 3°. || Moriondus Mon. Aquens. I. 170; Ghilini Ann. di Alessandria 27, *ubi male* pont. a° 4°; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1219 § 49. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 20 | » | (6044) Eosdem rogat et hortatur, ut memores, »qualiter pro apostolicae sedis honore fuit civitas vestra constructa, unde a fel. rec. Alexandro pp. praedecessore nostro, cuius tempore facta est Alexandria, nomen assumpsit«, in devotione ac fidelitate dictae sedis persistant ac nulli absque speciali eiusdem mandato fidelitatem de cetero faciant. XII kal. Mai. a° 3°. || Moriondus l. c. I. 168; Ghilini l. c. 27, *ubi male* pont. a° 4°; *cf.* Raynald. l. c. — »Devotionem vestram in.«

» 20 | » | (6045) Primicerio et clericis scholae cantorum de Urbe »de portione oblationum altaris b. Petri, quae contingit Romanum pontificem decem libras, nostro tantum tempore annuatim« largitur. XII kal. Mai. a° 3°. || Bullar. Vatic. I. 105; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 49. — »Dignum est ut.«

» 22 | » | (6046) Abbati de Crembsmünster et de domo s. Floriani et de Ardakkar praepositis Pataviens. dioc. mandat, ut causam inter abbatem conventumque Medlicenses et V. de Draskirchen et H. de Medlico plebanos Pataviens. dioc. super quodam censu et rebus aliis vertentem fine debito terminent. X kal. Mai. a° 3°. || Schramb Chron. Mellic. 111; Hueber Austria 14. — »Exhibita nobis dilectorum.«

» 22 | » | (6047) Magistro Gratiae capellano suo archidiacono Bononiensi eiusque successoribus Bononiensis ecclesiae plenam et liberam administrationem spiritualium et temporalium concedit. X kal. Mai. a° 3°. || (Sarti) De archigymn. Bonon. profess. II. 175; Savioli Ann. Bologn. II. II. 403. — »Ne iura Bononiensis.«

» 22 | » | (6048) Eidem archidiacono et capitulo Bononiensibus, qui in capellis plebatus Bononiensis et plebatus Medicinae, ac S. Mariae de Monteovolo, S. Mariae de Castro s. Petri *etc.* ecclesiis Bonon. dioc. ius instituendi habent, facultatem corrigendi et destituendi necnon iurisdictionem plenam concedit. X kal. Mai. a° 3°. || Sartius l. c. I. II. 176. — »Ex parte vestra.«

» 22 | » | (6049) Eidem archidiacono indulget, ut, non obstante aliqua consuetudine quae canonicis obviat vel deroget institutis, officium et iurisdictionem archidiaconatus libere ac plenarie exequi valeat. X kal. Mai. a° 3°. || Sartius l. c. 176. — »Auctoritate presentium tibi.«

» 22 | » | (6050) Episcopo Bononiensi inhibet, ne causas ecclesiasticas et alia, quae debent secundum canonica instituta vel approbatam consuetudinem per Bononiensem archidiaconum expediri, cuiquam expedienda committat. X kal. Mai. a° 3°. || Sartius l. c. 176. — »Presentium tibi auctoritate.«

» 24 | » | (6051) (Lamberto) abbati S. Bartholomaei, priori S. Eligii et cantori Noviomensibus mandat, ut excommunicationis sententiam contra B(ochardum) de Avesnes apostatam latam per

| | | |
|---|---|---|
| | | **1219.** |
| | | singulas circumadiacentes provincias et dioceses singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis tam diu faciant solemniter publicari, loca in quibus ipse B(ochardus) moram fecerit et M(argaretam) sororem Iohannae Flandriae et Haynoniae comitissae detineri contigerit supponentes ecclesiastico interdicto, donec idem vir iniquus dictam M(argaretam) ipsi restituerit comitissae et ad observantiam ordinis clericalis revertatur. VIII kal. Mai. a° 3°. ‖ Innoc. III Ep. ed. Baluze II. 592; Opp. ed. Migne III. 531; Bouquet Rec. XIX. 683; Teulet Layettes I. 478. n° 1342. — »Si divinae pietatis.« |
| Apr. 26 | Romae ap. S. Petrum | (6052) (Laurentio) episcopo et capitulo Wratislaviensibus mandat, ut domui de Novo Castro [Naumburg ad Bober] ord. s. August. Wratislav. dioc. decimas centum viginti mansorum cuiusdam nemoris, quos Henricus dux Silesiae eidem daturus sit, concedant. VI kal. Mai. a° 3°. ‖ Würdtwein Subs. dipl. XII. 146; Worbs Neues Archiv II. 148. — »Dilectus filius nobilis.« |
| » 27 | » | (6053) (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo S. R. E. cardinali, episcopo Conventrensi et abbati de Fontibus Cisterc. ord. Eboracens. dioc. mandat, ut de vita et miraculis Hugonis Lincolniensis episcopi veritatem diligentius inquirant et quae invenerint, sedi apostolicae fideliter rescribant. V kal. Mai. a° 3°. Manrique Ann. Cisterc. IV. 156; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 359; *parte prima omissa* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 42; Tromby Storia V. app. 82. n° 70. — »Cum iuventus ecclesiae.« |
| Mai. 6 | » | (6054) Hamardum Suessionensem episcopum et Gervasium Praemonstratensem abbatem ad pallium (Guillelmo) Remensi archiepiscopo tradendum et sacramentum fidelitatis ab eo excipiendum deputat. II non. Mai. a° 3°. ‖ Hugo Sacrae antiq. monum. I. 11. — »Licet apostolica sedes.« |
| » 7 | » | (6055) (Eberhardo) Salisburgensi archiepiscopo, cui facultatem dederat episcopalis sedis excitandae in ecclesia Seccoviensi ea conditione, ut nullum ex ea re damnum in Romanam ecclesiam ac Luipoldum Austriae ducem crucesignatum redundaret, qui autem praefato episcopatui ecclesias quasdam attribuerat, quibus moderandis pastores designare ducis partium erat, mandat conquerente de hoc Theodora uxore dicti ducis, ut »corrigens per te ipsum, quod in eiusdem ducis praeiudicium attemptasti, eius iura non minuas, sed conserves penitus illibata et, donec ipse ad propria revertatur, nihil in praeiudicium suum vel terrae suae attemptare praesumas.« Non. Mai. a° 3°. *Non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. a. 1219 § 28; Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 568. n° 11. |
| » 7 | » | (6056) Episcopo, archipresbytero et priori S. Laurentii Florentinis mandat, ut contra episcopum et capitulum Lucanos, qui magistrum Guidonem Lucanum clericum in canonicum recipere nolebant, iuxta priorum litterarum continentiam procedant. Non. Mai. a° 3°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. III. 1789. — »Si semper hii.« |
| » 8 | » | (6057) Iacobum Aragonum regem, eius regnum, terram Cathaloniae, villam et terram Montis Pessulani cum omnibus aliis bonis eius sub b. Petri et sua protectione suscipit. VIII id. Mai. a° 3°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 360. n° 36. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 8 | » | (6058) Abbati et conventui de Beinwilre ecclesiam de Ergiswilre [Erschwyl] eis ab (Henrico) Basiliensi episcopo de capituli sui assensu concessam confirmat. VIII id. Mai. a° 3°. Solothurn. Wochenbl. f. 1826. 200. — »Iusta petentium desideriis.« |
| » 10 | » | (6059) Iacobo regi Aragonum villam Montispessulani et de Latis et de Omelar castra cum omnibus terris et pertinentiis ad iurisdictionem praedictae villae spectantibus, quae ad eum hereditario iure pertinent, auctoritate apostolica confirmat. VI id. Madii a° 3°. ‖ Teulet Layettes I. 480. n° 1345. — »Iustis petencium desideriis.« |
| » 10 | » | (6060) Philippo regi Francorum gratias refert, quod treugas olim inter eum et cl. mem. Iohannem regem Angliae initas per quadriennium ultra terminum usque ad quem firmatae fuerant, duxit prorogandas. Obsecrat eum, qui prorogationem eandem iuramento suo personaliter firmare noluerit, ut treugas ipsas stabiliat. VI id. Mai. a° 3°. Bouquet Rec. XIX. 684; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 39. — »Deo in cuius.« |
| » 11 | » | (6061) (Herveo) episcopo, (Stephano) decano et cantori Trecensibus mandat cognitis cancellarii Parisiensis contra studium Parisiense iniuriis, ut eundem cancellarium coerceant atque insuper prohibeant, ne quis deinceps fulmina excommunicationis in Parisiensem universitatem, quae »doctrinae suae fluenta usquequaque diffundens universalis ecclesiae terram irrigat et foecundat«, emittere audeat; praeterea iam dicto cancellario praecipiant, ut vel ab obiectis sibi criminibus se purget si possit, aut poenam subeat qua sit constringendus. V id. Mai. a° 3°. ‖ Bouquet l. c. 685; *non integram* ed. Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 93. — »Si doctorum et.« |
| » 11 | » | (6062) (Henricum) archiepiscopum Gneznensem, cum gravi languore correptus minus quam expediat sollicitudinem legationis pro novella plantatione in Prusciae partibus ei iniunctam exercere possit, ab eadem absolvit. V id. Mai. a° 3°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 14. n° 13; Theiner Mon. Polon. I. 9. n° 19; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 34. — »Cum tibi olim.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1219.** |
| Mai. 12 | Romae ap. S. Petrum | (6063) (Christiano) episcopo Prusciae mandat, ut, si qui contra eius voluntatem terram baptizatorum totius Prusciae intrare voluerint vel in ea disponere quicquam praesumpserint, per quod possit paganorum conversio praepediri vel deteriorari conditio conversorum, eos a praesumptione huiusmodi per censuram ecclesiasticam compescat. IV id. Mai. a° 3° (2° *Hass.*). ‖ Acta Boruss. I. 265; Hasselbach Cod. Pomeran. dipl. I. 268. n° 116; Watterich Deutsch. Ordensstaat 228. n° 7; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 327; Voigt Gesch. Preussens I. 449, III. 568; Grünhagen Regest. I. 104. n° 206; Klempin Pommersches UB. I. 135. n° 183. — »Cum secundum Apostolum.« |
| » 12 | » | * (6064) Abbatissa et sororibus monasterii Trebnicensis postulantibus abbati de Lubes ord. Cisterc. Wratislav. dioc. visitationem dicti coenobii committit, cum abbas Portensis propter itineris et guerrarum discrimina eam exercere non potuerit. IV id. Mai. a° 3°. ‖ Grünhagen l. c. I. 105. n° 214. |
| » 13 | » | (6065) Praeposito et capitulo petentibus ecclesiam s. Petri Thoraltensis patrocinandam suscipit, specialiter autem ei decimam maiorem et minutam necnon census ab habitatoribus villae Thoraltensis debitos, redditus nundinarum et etiam redditus dictos Kermisse confirmat. III id. Mai. a° 3°. ‖ Miraei Opp. dipl. III. 81. — »Cum a nobis.« |
| » 15 | » | (6066) Philippum regem Francorum hortatur, ne Tholosanorum versutia malignorum seductus de comitatu Tholosano et circumadiacentibus terris novam faciat alii concessionem, cum praedicta iam Simoni Montisfortis comiti eiusque filio Amalrico comiti Tholosano concesserit. Id. Mai. a° 3°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 852. n° 4; Bouquet Rec. XIX. 686. — »Cum pro negotio.« |
| » 17 | Romae (ap. S. Petrum) | (6067) Compositionem factam inter episcopum Bathoniensem et priorem conventumque Glastonienses super unione Bathoniensis et Glastoniensis ecclesiarum, quam ipsi dissolvi petebant, confirmat. XVI kal. Iun. indict. VII. incarn. dom. a° 1218(!). pont. a° 3°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. II. 269. n° 19. — »Cum inter te.« |
| » 18 | Romae ap. S. Petrum | (6068) Sancium Navarrae regem crucesignatum ac regnum eius cum omnibus iuribus et honoribus sub b. Petri et sua protectione suscipit. XV kal. (Iul., *sed legas*) Iun. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 45. — »Deo in cuius.« |
| » 22 | » | (6069) Saltzburgensi et Garsensi praepositis et decano Saltzburgensi mandat, ut inter praepositum et capitulum Bertegesmenses ex parte una et Ulricum clericum de Aichen Ratisbon. dioc. ex altera super ecclesia eorum de Pubenkirchen et rebus aliis litigantes iudicium faciant. XI kal. Iun. a° 3°. ‖ Hund Metrop. Salisburg. ed. Gewold II. 167. — »Querelam dilectorum filiorum.« |
| » 22 | » | * (6069a) Monasterio in Kizingen ecclesiam de Ipphoven incorporat. XI kal. Iun. a° 3°. ‖ Lang Regesta II. 95. |
| » 23 | » | (6070) Christiano episcopo Prusciae mandat, ut, cum (Sigwinus) Camminensis episcopus sit et confractus senio et infirmitate paralytica dissolutus, eius cessionem recipiat et capitulo ipsius loci iniungat, ut virum idoneum sibi canonice eligant in pastorem. X kal. Iun. a° 3°. ‖ Watterich Deutsch. Ordensstaat 231; *cf.* Suhm Hist. af Danm. IX. 355; Hasselbach Cod. Pomeran. dipl. I. 279. n° 124; Klempin Pommersches UB. I. 139. n° 191. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 26 | » | (6071) Eidem dat litteras, in quibus »guerras et inimicitias pestiferas ac mortales« inter »(Waldemarum) Danorum regem et O(ttonem) de Lunemburch nepotem ipsius ex parte una et nobilem virum (Albrechtum) marchionem Brandeburgensem ex altera« exortas commemorat, conceditque ut auctoritate apostolica de matrimonio inter O(ttonem) et filiam marchionis in quarto consanguinitatis gradu ad sedandas inimicitias supradictas dispensare possit. VII kal. Iun. a° 3°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 14. n° 14; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 7. n° 13; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 35. — »Ascitis aliis in.« |
| » 26 | » | (6072) Archidiaconum et capitulum Iadertinos monet, ut, nisi forte consentire velint ut (Angelus) Gradensis patriarcha eorum electo munus confirmationis et consecrationis impendat, in proximo festo b. Martini procuratores suos ad curiam mittant, »ut negotii meritis cognitis procedamus exinde.« VII kal. Iun. a° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 71. n° 79. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 28 | » | (6073) Priori de S. Andrea eiusque successoribus dat facultatem, ut canonicos suos in ecclesiis subditis absque impedimento constituat et eos, cum deliquerint, secundum regularia corrigat instituta *etc.* V kal. Iun. a° 3°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 86. — »Cum sollicitudinem diligentie.« |
| » 28 | » | (6074) Universis episcopis per regnum Scotiae constitutis prohibet, ne priorem et fratres S. Andreae in Scotia vel clericos eorum indebitis exactionibus vel talliis fatigent aut denarios pro crismate vel oleo sancto sub obtentu pravae consuetudinis ulterius exigant *etc.* V kal. Iun. a° 3°. ‖ Liber cartar. 87. — »Quanto dilectos filios.« |
| » 28 | » | (6075) Praeposito Watenensi et S. Audomari et Watenensi decanis Morinens. dioc. mandat, faciant ut arbitrium, quod archidiaconus Morinensis et coarbitri eius inter prae- |

**1219.**

positum et capitulum Leonenses ex parte una et Lippinum Beir. Morinens. dioc. ex altera super quibusdam possessionibus protulerunt, firmiter observetur. v kal. Iun. a° 3°. ‖ Hollebeke Cartul. de l'abb. de St. Pierre de Loo 40. n° 34. — »Supplicarunt nobis dilecti.«

Mai. 30 — Romae ap. S. Petrum — (6076) Priori et conventui monasterii Glastoniae, quorum abbati f. m. Coelestinus pp. concesserat usum pontificalium insignium *etc.*, hanc concessionem confirmat. iii kal. Iun. a° 3°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 41. n° 54. — »Ut pulcra et.«

» 30 — » — (6077) Abbati et conventui de Follina Cisterc. ord. confirmat definitivam sententiam, quam T. prior SS. Marinae et Iuliani de Urbanis et plebanus S. Pauli de Venetiis pro eis contra monasterium s. Firmi de Verona super eo, quod abbas et conventus eiusdem monasterii ecclesiam de Folina ad ipsos pleno iure pertinere dicebant, et rebus aliis promulgaverant. iii kal. Iun. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. II. 318; Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 390. — »Cum illius locum.«

» 31 — » — (6078) Meffrido abbate monasterii in Arnsburck ord. Cisterc. eiusque fratribus petentibus praefatum coenobium protegendum suscipit, possessiones istius ac bona, specialiter grangias Gülle, in Colenhuse et in Ennickheim cum omnibus pertinentiis, iura ac privilegia eis confirmat. ii kal. Iun. indict. VIII (!). incarn. dom. a° 1219. pont. a° (2°, *sed legas*) 3°. *Signa chronol. sunt corrupta.* ‖ Rob. Kolb Aquila certans. Docum. 4. — »Religiosam vitam eligentibus.«

(Mai.) — ( » ) — (6079) B(ertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli presbytero cardinali apostolicae sedis legato scribit, multos suspicari, Ludovicum (Philippi) regis Franciae primogenitum sub praetextu persequendi haereticos (Albigenses) terram, quam Henricus rex Anglorum habeat in partibus illis, Pictaviam et Vasconiam scilicet, occupare satagere. Declarat ei, communem esse suam et fratrum suorum omnium voluntatem, »ut iura praedicti regis omnino reserventur illaesa, et ut nulla e terris ipsius occasione huiusmodi ad alterius dominium transferatur.« *Sine signo chronol.* ‖ Bouquet Rec. XIX. 687; Manrique Ann. Cisterc. IV. 212 *ad* a. 1222; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 40. — »Praesumitur a multis.«

( » ) — » — (6080) (Guillelmo) episcopo Engolismensi, abbati de Nantolio (Naucolio *Rym.*) Pictavens. dioc. et decano Burdegalensi mandat, ut, cum R(eginaldus) de Ponte germanus senior episcopi Canutonensis (*i. e.* Xanctonensis), pactis a. 1214 inter Iohannem regem Angliae et Philippum regem Franciae induciis, castrum de Merpiis fiducialiter custodiendum acceperit nec illud Henrico regi Angliae Iohannis filio reddere velit, detentores castri ad restitutionem praefato regi faciendam per censuram ecclesiasticam compellant. A° 3°. *Sine die et mense.* ‖ Rymer Foed. I. i. 78; Bouquet l. c. 691. — »Quanto libentius hactenus.«

Iun. (1-10) — »Hoc anno Honorius pp. mense Iunio *Urbem* exiens ivit *Reate* ibique moram faciens usque ad mensem *Octobrem* inde ivit *Viterbium* et tandem *Romam* reversus est; sed cum propter Romanorum molestias esse *Romae* non posset, coactus est *Viterbium* remeare.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ad a. 1218 ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 991 (ap. Ughelli Ital. sacr. [ed. 1647.] III. 978).

» 11 — (Reate) — (6081) Archiepiscopos et episcopos, abbates ... et alios ecclesiarum praelatos rogat et exhortatur, ut latores praesentium de Minorum fratrum collegio existentes, cum ad eos duxerint declinandum, recipiant sicut catholicos et fideles. *Sine loco.* iii id. Iun. a° 3°. Wadding Ann. Minor. I. 301; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. ii. 2. — »Cum dilecti filii.«

11 — » — (6082) Ugolino (*al.* Ugrino) archiepiscopo Colocensi personaliter concedit, ut, cum ad regales ecclesias suae diocesis ac provinciae eum declinare contigerit, pallio consuetis diebus et aliis insigniis archiepiscopalibus utatur. iii id. Iun. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 280; Theiner Mon. Hungar. I. 21. n° 34; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1219 § 33. — »Cum constitutae per.«

» 11 — » — (6083) Universis praelatis ecclesiarum regalium diocesis et provinciae Colocensis mandat, ut Hugolinum (*al.* Ugrinum) Colocensem archiepiscopum impedire minime praesumant, quominus pallio ei concesso *etc.* consuetis diebus libere uti possit. iii id. Iun. a° 3°. Katona Hist. crit. V. 324; Fejér l. c. 280; Theiner l. c. 22. n° 35. — »Cum constitutae per.«

» 11 — » — (6084) (Iohanni) Strigoniensi archiepiscopo vetat, ne in provincia et diocesi Colocensi in abbatiis, praeposituris et ecclesiis regalibus cum pallio celebret ac coram se crucem faciat in archiepiscopi Colocensis praeiudicium baiulari, cum imperium non habeat par in parem. iii id. Iun. a° 3°. ‖ Katona l. c. 325; Fejér l. c. 281; Theiner l. c. 22. n° 36; Raynald. l. c. § 33. — »Licet in quolibet.«

» 12 — » — (6085) Priorem et conventum de Passelet Cluniac. ord. tuendos suscipit, specialiter autem eis ecclesias de Katkert, de Ruthalen ... et de Polloc a b. m. Iocelino Glasguensi episcopo et Florentio quondam Glasguensi electo, dum curam gereret Glasguensis ecclesiae, concessas auctoritate apostolica confirmat. ii id. Iun. a° 3°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 111. — »Solet annuere sedes.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1219.** |
| Iun. 15 | Reate | (6086) Priori et fratribus S. Mariae de Rheno et S. Salvatoris Bononiensis concedit, ut, cum Bononiensis civitas supposito fuerit interdicto, liceat eis in ecclesia sua clausis ianuis, non pulsatis campanis, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis, submissa voce divina officia celebrare. xvii (vii *Tromb.*) kal. Iul. a° 3°. ‖ Bullar. canon. regular. I. 26; Trombelli Mem. di S. Maria di Reno 438. n° 58. — »Hiis quę a.« |
| » 15 | » | (6087) Aymaro thesaurario domus Templi Parisiensis mandat, ut pecuniam de vicesima iam collectam sub aliquorum testimonio praelatorum in subsidium Terrae sanctae transmittat (Pelagio) Albanensi episcopo apostolicae sedis legato. xvii kal. Iul. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 688. »Praesentium tibi auctoritate.« |
| » 16 | » | * (6088) Monasterii s. Bavonis Gandensis tutelam suscipit eiusque privilegia et immunitates ipsi a Philippo Alsatiensi concessas confirmat. ‖ Lokeren abbaye de St. Bavon II. 16. |
| » 17 | — | Sancio Navarrae regi: »Romae ap. S. Petrum xv kal. Iul. a° 3°.« ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 45, *vid.* 1219. Mai. 18. n° 6068. |
| » 21 | Reate | (6089) (Radulfo) S. Iohannis in Vineis Suessionensis et (Conrado) Vallis Secretae Praemonstr. ord. abbatibus et G(uidoni) decano Suessionensi mandat, ut, cum B(lancha) comitissa Campaniae cum quibusdam archiepiscopis et aliis ecclesiarum praelatis dissidium habeat circa statutum concilii Lateranensis de cogendis Iudaeis ad remittendum crucesignatis usuras, comitissam ab iniuria defendant. xi (ix *Teulet*) kal. Iul. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 688; Teulet Layettes I. 481. n° 1348; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 141. n° 1202. — »Dilecta in Christo.« |
| » 22 | » | (6090) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani concessionem Friderici regis Siciliae in Romanorum imperatorem electi (d. d. 1214. Sept. 5) confirmat, ut quicunque aliqua de bonis imperii possideat nomine feudi, libere et licenter quantum voluerit ex eisdem tamquam de propriis possit domui Theutonicorum conferre. x kal. Iul. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 160. n° 173. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 23 | » | (Radulfo) S. Iohannis in Vineis ....: »ix kal. Iul. a° 3°«. ‖ Teulet Layettes I. 481. n° 1348, *vid.* 1219. Iun. 21. n° 6089. |
| » 23 resp. 24 | » | (6091) (Guillelmo) episcopo Cathalaunensi, (Radulfo) S. Iohannis in Vineis et (Conrado) Vallis secretae Praemonstratens. ord. Suessionens. dioc. abbatibus prohibet, ne (Alix) regina Cypri illegitima filia Henrici quondam comitis Campaniae audiatur in causa successionis in terram quam possidet Thebaldus comes Campaniae, donec probetur esse legitima. viii (ix *Bouq.*) kal. Iul. a° 3°. ‖ Innoc. III Ep. ed. Baluze II. 844; Opp. ed. Migne III. 984; Bouquet Rec. XIX. 688; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 141. n° 1203. — »Dilecta in Christo.« |
| » 25 | » | (6092) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani concessionem Friderici (II) imper. (d. d. 1214. Sept. 5) confirmat, ut quicunque aliqua de bonis imperii possideat nomine feudi, libere et licenter quantum voluerit ex eisdem valeat domui Theutonicorum conferre. vii kal. Iul. a° 3°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 40; *cf.* Strehlke Tab. 160. n° 174. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 25 | » | Priori et fratribus S. Mariae de Rheno: »vii kal. Iul. a° 3°«. ‖ Trombelli Mem. di S. Maria di Reno 438. n° 58, *vid.* 1219. Iun. 15. n° 6086. |
| » 27 | » | (6093) (Gratiae) archidiacono Bononiensi indulget, ut doctoribus et scholaribus in civitate Bononiensi, qui ad invicem in se aut in alias personas ecclesiasticas manus iniecerint violentas, beneficium absolutionis impendat. v kal. Iul. a° 3°. ‖ (Sarti) De archigymn. Bonon. profess. II. 59. — »Consideratis circumstantiis temporum.« |
| » 28 | » | (6094) Eidem significat, se statuere, ut nullus ulterius in civitate Bononiae ad docendi regimen assumatur, nisi ab eo obtenta licentia et examinatione praehabita diligenti. »Romae« iv kal. Iul. a° 3°. ‖ Sarti l. c. I. ii. 59 *et* 177; Savioli Ann. Bologn. II. ii. 408; Sigonii Histor. de reb. Bonon. 162, *qui praebet* »Reate«; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 97 »Reate«. — »Cum sepe contingat.« |
| Iul. 6 | » | (6095) (Guillelmo) episcopo Pictavensi mandat, ut vicesimam Savarico de Maloleone ab apostolica sede concessam et omnes eius redditus colligi faciens ante omnia debita solvat debitum 1200 marcarum puri et fini argenti ad pondus Trecense, quod contraxerit in ultramarino peregrinationis itinere constitutus, Philippo Falcon, Boncompagno Tornampollensi *etc.* mercatoribus Senonensibus. ii non. Iul. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 689. — »Cum dilectus filius.« |
| » 6 | » | (6096) Capitulo S. Castoris in Confluentia Trevirens. dioc. nunciat, se, cum nuper praepositus eorum in ultramarinis partibus a rebus fuerit humanis assumptus, sicut per ducem Austriae sedi apostolicae innotuit, praeposituram quam ille in eorum ecclesia obtinuerit, Alatrino subdiacono et capellano suo contulisse. Monet eos, ut illum in praepositum suum admittant ac praeposituram cum omnibus ad eam pertinentibus eidem assignent. ii non. Iul. a° 3°. ‖ Würdtwein Nova subs. III. 79. — »Memores quod nunquam.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1219.** |
| Iul. 6 | Reate | (6097) (Theodorico) archiepiscopo Trevirensi de superiore ad capitulum S. Castoris epistola significat eique mandat, ut eundem subdiaconum ad praeposituram ipsam collatam ei a sede apostolica libenter admittat. II non. Iul. a° 3°. ‖ Würdtwein l. c. 80. — »Cum dilecto filio.« |
| | | * *In eundem modum* (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino. |
| » 8 | » | (6098) Abbati et conventui de Rading, quibus episcopus et capitulum Herefordenses concesserant, ut in manerio et ecclesia de Leom Hereford. dioc. facultatem haberent ibi ordinandi et disponendi de omnibus, quae apud Leom ad ordinem monasticum pertinent, hanc concessionem confirmat. VIII id. Iul. a° 3°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. IV. 57. n° 9. — »Cum a nobis.« |
| » 8 | » | * (6099) Honorius, sur la plainte de Blanche de Navarre et de Thibaut, mande à (Raoul) abbé de Saint-Jean-des-Vignes, à (Conrad) abbé de Valsecret et à (Gui) doyen de Soissons, qu'il défend sous peine de suspense d'accorder l'absolution ou la sépulture ecclésiastique aux fauteurs d'Erard de Brienne, s'il n'a été donné préalablement caution de réparer le dommage fait à Blanche et à Thibaut. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 143. n° 1215. |
| » 10 | » | (6100) S. Galgani et S. Michaelis discalceatorum abbatibus mandat, ut, cum (Raynerius) Fesulanus episcopus carnalibus desideriis involutus sit et in aetate senili iuveniliter operetur et quia non possit sine gravibus sumptibus suis voluptatibus satisfacere *etc.*, ad ecclesiam Fesulanam accedant et super praemissis veritatem inquirant. VI id. Iul. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 248. — »Ascendit ad nos.« |
| » 11 | » | (6102) (Andreae) episcopo et capitulo Pragensibus concedit, ut beneficia canonicorum et aliorum praelatorum inobedientium ad se devoluta personis idoneis canonice conferant. V id. Iul. a° 3°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 284. n° 609; *cf.* Palacky Reise 22. n° 77. — »Cum perversi difficile.« |
| » 11 | » | (6103) (Radulfo) S. Iohannis in Vineis Suessionensis et (Conrado) Vallis Secretae Suession. dioc. abbatibus et (Guidoni) decano Suessionensis ecclesiae mandat, ut, cum Erardus de Brena et Philippa uxor eius ac coadiutores eorum excommunicationis et interdicti sententias in eos et terras suas pro damnis Blanchae comitissae Campaniae *etc.* illatis promulgatas iam per biennium contempserint, inducant ipsius comitissae homines et illos qui eidem iuramenti vinculo sint astricti, ut comitissae et filio eius potenter contra Erardum *etc.* assistant. V id. Iul. a° 3°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 689; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1219 § 38; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 144. n° 1216. — »Cum nobilis vir.« |
| » 16 | » | (6104) P(andulfo) Norwicensi electo camerario suo apostolicae sedis legato causam electionis G(iliberti) canonici Artfertensis in episcopum Artfertensem committit terminandam eique mandat, iniungat Cassellensi archiepiscopo metropolitano loci, ut eidem electo munus consecrationis impendat; Waterfordensem autem Imilicensem et Limiricensem episcopos, si constiterit eos post legitimam appellationem (Iohannem) intrusum consecrasse, pro tantae temeritatis excessu suspensos ad sedem apostolicam transmittat. XVII kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 10. n° 25. — »Accedens olim ad.« |
| » 17 | » | (6105) Priori, archidiacono et cantori Pampilonensibus mandat, ut Didacum Eximini Calagurritanum canonicum, Garsiam Fernandi Aldenain, Petrum Alexandri *etc.*, qui G. priorem Tutelanum eiusque clericos in ecclesia temeritate sacrilega invadentes equitaturis, vestibus, ornamentis episcopalibus et rebus aliis nequiter spoliaverunt, excommunicatos publice nuntient, donec passis iniuriam satisfecerint. XVI kal. Aug. a° 3°. ‖ España sagr. L. 436, *male ad* a. 1218. — »Dilecti filii G.« |
| » 19 | — | Ferrandum regem Castellae: »Laterani XIV kal. Aug. a° 3°«. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1218 § 65, *vid.* 1218. Iul. 19. n° 5876. |
| » 23 | Reate | (6106) (Nicolao) episcopo Slesvicensi consultanti respondet, »quod sponsas, quae de more veniunt ad valvas ecclesiae benedicendae cum sponsis ibique reclamantes affirmant se nunquam in eorum matrimonium consensisse, audiri, sponsis legitime probantibus contrarium, non oportet, cum legitimis et idoneis testibus non debeat simplex illarum assertio praevalere«, *etc.* X kal. Aug. (a° 3°). ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 753 (*male ad* a. 1218); Cironius Compil. epist. decret. Honorii III lib. 4. tit. 1 *de sponsal. et matrim.* c. 2 257; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 4. tit. 1 *de spons. & matrim.* c. 28 *inscripta* Episcopo Berguensi ap. Boehmer Corp. II. 636 (*perperam ad* a. 1225); ap. Richter Corp. II. 648. — »Consultationi tuae breviter.« |
| 1218. Iul. 24- 1219. Iul. 23 | | »Istos dominus Honorius pp. III consecravit a° pont. sui 3°: Nepesinum episcopum, Sipuntinum archiepiscopum, Tudertinum episcopum, Portuensem episcopum, Tusculanum episcopum, Colocensem archiepiscopum, (Galterum) Carnotensem episcopum, Pensauriensem episcopum.« ‖ Ex reg. orig. An. III. fol. 39 ap. Raynald. Ann. ad a. 1218 § 32; ap. Theiner Mon. Hungar. I. 32; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 163. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1219.** |
| Iul. 26 | Reate | (6107) B(ertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut Iacobum Aragonum regem tanquam specialem ecclesiae Romanae filium habeat propensius commendatum neque patiatur, ut terrae (*i. e.* regnum Aragoniae, terra Cathaloniae et terra Montispessulani) eius, praesertim cum infectae non sint haeretica pravitate, ab aliquo impugnentur. VII kal. Aug. a° 4°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 155; Aguirre Conc. Hisp. V. 183. n° 4. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 27 | » | (6108) Abbati et conventui monasterii Farfensis statuta quaedam transmittit, per quae fideliter observata monasterium ipsum et temporalibus commodis et spiritualibus incrementis proficiat. VI kal. Aug. a° 4°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 250. — »Ad reformationem monasterii.« |
| » 27 | » | (6109) Petro episcopo Sabinensi significat confirmationem compositionis, quae inter eum ex parte una et archipresbyterum et canonicos episcopii Sabinensis ex altera litigantes super ecclesiis in castris de Turri, de S. Polo et de Roca et in tenimentis eorum positis mediante Pandulpho canonico Sabinensi facta est. VI kal. Aug. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 162; Sperandio Sabina sagra (Roma 1790. 4°.) 444. n° 74. — »Ea que vinculo.« |
| » 28 | — | Conrado capellano et poenitentiario suo: »Ap. Urbem veterem V kal. Aug. a° 4°«. ‖ Boehmer Acta imper. II. 653. n° 943, *vid.* 1220. Iul. 28. n° 6310. |
| Aug. 1 | Reate | (6110) (Nicolao) episcopo Slesvicensi scribit, ecclesias, in quibus rixantes sanguinem citra lethalis vulneris illationem effundant, dedicari denuo non oportere; porro eos, qui excommunicati sint pro iniectione manuum violenta, ab ipso esse inducendos, ut vel ad sedem apostolicam vel saltem ad Lundensem archiepiscopum metropolitanum, cui cum legationis officio potestas absolvenda tales collata sit, adeant pro absolutionis beneficio postulando. Kal. Aug. (a° 4°). ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 753, *omisso initio.* |
| » 2 | » | (6111) (Conrado) Ratisponensi et (Ulrico) Pataviensi episcopis et praeposito S. Nicolai Pataviensis narrat persecutiones Pragensi ecclesiae per regem Bohemiae eiusque barones illatas in extenso. Mandat eis, ut, cum numquam ab episcopi et ecclesiae Pragensis illi potuerint molestiis revocari, regem et barones eosdem ad satisfaciendum de damnis illatis *etc.* eidem episcopo inducant, et, si ipsorum monitis infra duos menses acquiescere noluerint, denuncient eos ex tunc excommunicationis et totam terram eorum interdicti sententiis subiacere. IV non. Aug. a° 4°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 286. n° 612; *nonnisi pars posterior in* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 27; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 109. n° 102; *cf.* Palacky Reise 22. n° 78. — »Amarissime anxiamur quod.« |
| » 7 | » | (6112) Monasterium de Claustro Cisterc. ord. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. VII id. Aug. indict. VII. incarn. dom. a° 1219. pont. a° 4°. ‖ Hontheim Hist. Trevirens. dipl. I. 654. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 7 | » | (6113) Cisterciensi, Claraevallensi et Quinciacensi abbatibus Cisterc. ord. Lingonens. et Cabilonens. dioec., qui super absolutione Erardi (Brennensis) et Philippae uxoris eius et coadiutorum eorum iuxta mandatum apostolicum partes suas interposuerant, sed, cum (Blancha) comitissa Campaniae absolutioni se opponeret, ni prius illata ipsi damna resarcirent, de prudentum virorum consilio interlocuti erant, significat, se hanc interlocutoriam approbare, eisque mandat, ut secundum eam procedant. VII id. Aug. a° 4°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 260; Bouquet Rec. XIX. 690; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 145. n° 1219. — »In litteris vestris.« |
| » 7 | » | (6114) Episcopis (Bertoldo) Lubicensi (*hunc om. Rayn., Celse*), (Brunwardo) Sz(u)erinensi et (Henrico) Kaskeburgensi (Kalceburg. *Celse; legas* Ratzeburgensi) iniungit, ut inquirant in (Valerium) archiepiscopum Upsalensem et episcopos Sueciae de Io(hannis) viri nobilis in Suecia in munus regium initiatione post mortem Erici regis, praeterito filio Erici regis et nepote Waldemari regis Daniae; imprimis quaerere iubet, num post appellationem Waldemari regis ad sedem apostolicam hoc fecerint, addito mandato, ut praefatum archiepiscopum et unum dictorum episcoporum Romam arcessant, in totum vero omnia quae fecerint sibi rescribant. VII id. Aug. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 29; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 371. n° 46; Gruber Orig. Livon. 260; Scr. rer. Livon. I. 388. n° 34; *non integra* ap. Celse Appar. 56. n° 6; *cf.* Meklenb. UB. I. 247. n° 259. — »Charissimus in Christo.« |
| ( » 7) | ( » ) | • (6115) Eisdem mandat, ut pacem inter dissentientes principes conciliare nitantur ac, si rei eventus ex sententia non processerit, de re tota confectis publicis actis sedem apostolicam instruant. ‖ Raynald. l. c. § 30. |
| » 22 | » | (6116) Potestati et populo Alexandrino: »XI kal. Sept. a° 4°.« ‖ Ghilini Ann. di Alessandria 27, *vid.* 1219. Aug. 30. n° 6118. |
| » 26 | » | (6117) Potestati, consiliariis et populo Fulginatibus mandat, ut leges iniquas et statuta ab eis in subversionem libertatis ecclesiasticae contra iurisdictionem et honorem sedis apostolicae praesumpta, quae penitus irritat ac quorum transcripta eis transmittit, omnino destruant et pignora 500 librarum Lucensis monetae Assisinati episcopo pro |

**1219.**

facienda restitutione ablatorum assignent. vii kal. Sept. a° 4°. | Bullar. Roman. ed. Taur. III. 362. n° 38. — »Romana ecclesia quae.«

Aug. 30 resp. 31 Reate (6118) Potestati et populo Alexandrinis scribit, se sustinere ad praesens pro eorum pace, ut, si a Frederico rege Siciliae in Romanorum imperatorem electo fuerint requisiti, eidem fidelitatis iuramentum praestent, salvis tamen in omnibus fidelitate ac iure Romanae ecclesiae. iii (ii *Mor.*) kal. Sept. (xi kal. Sept. *Ghilini*) a° 4°. Raynaldi Ann. a° 1219 § 24: »Recanate«, *sed integrius* ap. Ghilini Annali di Alessandria 27; Moriondus Mon. Aquens. I. 171; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 670. — »Devotionis vestre litteras.«

» 31 » (6119) Abbati S. Galgani et duobus aliis mandat, ut infra mensem episcopum Fesulanum ab omni administrationis officio sine dilatione suspendant; »alioquin, cum culpa ipsius episcopi negligentiae vestrae, ne dicamus malitiae possit de cetero imputari, extunc officio beneficioque suspensos nostro vos conspectui praesentetis.« ii kal. Sept. a° 4°. | Manrique Ann. Cisterc. IV. 166, *fragm.*

» 31 » (6120) Abbati et conventui claustri (Hemmenrode) Cisterciensis ord. tenimentum de Mettenheim cum omnibus pertinentiis confirmat. ii kal. Sept. a° 4°. | Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 172. n° 157, *perperam ad* a. 1220. — »Solet annuere sedes.«

Sept. 5 » (6121) Albuiacob Miramomelinum »timorem divini nominis et amorem« rogat, ut existentes in terra sua christianos uti lege sua libere permittat, et Gonsalvum fratrem hospitalis Hierosolymitani, latorem praesentium, benigne suscipiat. Non. Sept. a° 4°. | Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 46. — »Expedire tibi non.«

» 5 » (6122) P(elagio) Albanensi episcopo apostolicae sedis legato (in Syria) notificat, quot summas pecuniae mittat in Terram sanctam, ad quam etiam Fridericus Siciliae rex in Romanorum imperatorem electus speratur, recepta imperii corona, in proximo accessurus. (Non. Sept.) a° 4°. *Sine nota chron.* ap. Bouquet Rec. XIX. 690; *similiter, sed omisso initio* Raynaldi Ann. ad a. 1219 § 3, 4; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. ii. 924. — »Litteris tuis in.«

» 7 » (6123) De Sconaugia et de Otterburch abbatibus Cisterc. ord. et praeposito de Hegenehe Magunt. et Warmaciens. dioc. mandata dat de Christiano quondam S. Albani Maguntini monacho, qui violentas manus in Wolver(adum) tunc abbatem et quosdam fratres dicti monasterii iniecerat, tum in abbatem monasterii s. Tisbet [*i. e.* Disibodi] assumptus erat; qui etiam de claustro Talen [Talheim] educens duas moniales corruperat alteram reliqua naso et labiis mutilata *etc.* vii id. Sept. (Novb. *male Manr.*) a° 4°. Würdtwein Nova subs. IV. 104; *fragm.* ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 166. — »Ex parte conventus.«

» 14 » (6124) Henrico Mediolanensi archiepiscopo postulante ad exemplar Adriani, Alexandri, Coelestini et Innocentii praedecessorum suorum b. Ambrosii Mediolanensem ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, ut firma dicto archiepiscopo eiusque successoribus et illibata permaneant statuit. xviii kal. Oct. indict. VII. incarn. dom. a° 1219. pont. a° 4°. | Mazzucchelli Osservaz. sopra il rito Ambros. 310. — »In eminenti sedis.« *Nomina aliquot cardinalium subscribentium sunt corrupta.*

» 19 » (6125) Ingerranno de Cociaco significat, se, cum tanquam bonus Christi atheta signo vivificae crucis assumpto in subsidium exercitus fidei orthodoxae ad expugnandum Albigenses haereticos iam pluries laborarit, eius personam, familiam, terram et omnia eius bona protegenda suscipere. xiii kal. Oct. a° 4°. | Duchesne Hist. Franc. scr. V. 854. n° 9; Bouquet Rec. XIX. 690. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 26 » (6126) Nicolaum episcopum Squillacensem super adulterio, periurio, simonia, homicidio et dilapidatione, quae per Iohannem de Alberonia Squillacensem thesaurarium ei impingebantur, sententialiter absolvit, quia nihil de praedictis contra eius personam invenit sufficienter esse probatum. vi kal. Oct. a° 4°. || Ughelli Ital. sacra IX. 434. — »Viso et intellecto.«

» 26 » (6127) Consulibus et populo Terracinensibus significat, Oddonem et Petrum Fraiapanes intestinis discordiis inter se dissidentes ad compositionem amicabilem devenisse et statuisse, ut, si qua partium a compositione resiliat, Terracinenses parti compositionem servanti de iustitiis *etc.* respondeant. vi kal. Oct. a° 4°. | Georgii Histor. Setiae 238; Contator Hist. Terracin. 182. — »Cum inter dilectos.«

» 28 » (6128) (Gregorio) episcopo Brechinensi, (Iohanni) priori de Restinouth et (Dionysio) decano de Forfar dioc. S. Andreae mandat, ut inter Willelmum rectorem ecclesiae de Golyn et priorissam ac moniales de Suthberwyk Cisterc. ord. eiusd. dioc. super capella de Dirltoun, decimis *etc.* litigantes iudicium faciant. iv kal. Oct. a° 4°. | Liber S. Marie de Dryburgh 25. in n° 37. — »Willelmo rectore ecclesie.«

Oct. 1 » (6129) Friderico Romanorum regi scribens conqueritur, quod in negotio Terrae sanctae se nimis tepidum praebeat, cum iam bis dilationem in arripiendo itinere postulaverit; tertium vero terminum, scilicet in festum s. Benedicti sub poena excommunicationis

**1219.**

praefigit hortaturque vehementer ad auxilium exercitui christiano ferendum. Kal. Oct. aº 4º. ‖ Hahn Coll. mon. vet. et rec. I. 312; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 691; *non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1219 § 9. — »Litteris excellentiae regiae.«

Oct. 1 | Reate | • (6130) Archiepiscopis, episcopis et ceteris Alemanniae praelatis mandat, ut denuntient excommunicatos omnes non solventes votum ultramarinum. Kal. Oct. aº 4º. ‖ Huillard-Bréholles l. c. I. ii. 924; *cf.* Raynald. l. c. § 11.

» 6 | Viterbii | • (6131) Onorio pp. commette al patriarca di Grado di scomunicare i vassalli del patriarcato d'Aquileja aderenti ai Trivigiani. ‖ Manzano Annali del Friuli II. 263.

» 16 | » | (6132) Archipresbytero maioris ecclesiae et S. Laurentii et S. Stephani prioribus Florentinis scribit de lite inter abbatem conventumque monasterii de Serena (Volaterran. dioc.) et abbatem de Quiesa (Pisan. dioc.) super quibusdam possessionibus vertente eisque mandata dat. xvii kal. Nov. aº 4º. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. III. 1790. — »Venerabilis frater noster.«

» 16 | » | (6133) Praepositum et capitulum ecclesiae ss. apostolorum Petri et Pauli de Martello [Marchthal] Praemon. ord. Constantiens. dioc. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem de Altbilringen et de Bergen decimas et de Dahtorf curtem ac alia bona eis confirmat. xvii kal. Nov. aº 4º. ‖ Wirtemb. UB. III. 86. nº 619. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 19 | » | (6134) Prioribus et collegiis ecclesiarum s. Marci de Mantua, s. Spiritus de Verona, domus religionis (veteris) de Parma, s. Eusebii de Seratico Vicentinae dioc., s. Perpetuae de Faventia et s. Mariae de Castro Yzerino Veronens. dioc. regulam ab Innocentio pp. III roboratam ante concilium generale ac ad eorum petitionem postmodum »de mandato nostro« in quibusdam correctam (tenore eiusdem inserto) confirmat. xiv kal. Nov. aº 4º. ‖ Biancolini Chiese di Verona III. 265. — »Pie postulatio voluntatis.«

» 19 | » | • (6135) (Angelo) patriarchae Gradensi et Leonardo plebano S. Pauli de Venetiis mandat, moneant ducem Venetiarum ac potestates civitatum Veronae, Vicentiae et Paduae, ut omne commercium interrumpant cum Tarvisinis, qui propter damna et iniurias ecclesiis Bellunensi et Feltrensi irrogatas excommunicati erant, sed censuras ecclesiasticas contemnebant et contra ecclesiam Aquileiensem manus suas rapaces extendebant. ‖ Bianchi Docum. 23. nº 55; *cf.* Manzano Annali del Friuli II. 264.

» 25 | » | (6136) Abbati et conventui monasterii s. Mariae de Fulina Cisterc. ord. sententiam episcopi Paduani et coniudicum eius, qua illos ab impetitione monasterii s. Firmi (de Verona, s. Firmini *Manr.*) exorta propter annuam pensionem eidem persolvendam absolverant, confirmat. viii kal. Nov. aº 4º. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 392; Manrique Ann. Cisterc. IV. 160 *fragm.* — »Petente quondam procuratore.«

» 25 | » | (6137) (Bernhardo) Seloviensi episcopo terminos suae diocesis, sicut (Albertus) Livoniensis episcopus eos Seloviensi ecclesiae auctoritate apostolica rite assignaverat, confirmat. viii kal. Nov. aº 4º. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 6; Script. rer. Livon. I. 411. nº 65; Bunge Livl. UB. I. 49. nº 43. — »Iustis petentium desideriis.«

» 26 | » | (6138) Episcopo Engolismensi et abbati de Corona Cisterc. ord. committit visitationem et reformationem ecclesiae de Cella fratrum canonicorum regularium s. Augustini Engolism. dioc. tunc per malitiam abbatis sui collapsae. vii kal. Nov. aº (5º, *sed legas*) 4º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 207, *fragm.*

» 26 | » | (6139) Capitulo Bremensi praecipit, ut ab iniuria sibi ecclesiam Livoniensem subicere iure metropolitico desistat. vii kal. Nov. aº 4º. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 371. nº 426; Scr. rer. Livon. I. 373 not.; Bunge Livl. UB. I. 49. nº 44. — »Grave gerimus et indignum.«

» 28 | » | (6140) Episcopo et archipresbytero Florentinis mandat, ut excommunicationis sententiam in monachos nigros a monasterio de Candiculis propter ipsorum malitiam amotos sollemniter innovent, si vel ad idem redeant monasterium, vel monachos Camaldulenses, quibus reformatio dicti monasterii commissa sit, in aliquo molestent, eamque inviolabiliter observari faciant. v kal. Nov. aº 4º. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 393. — »Dilecti filii prior.«

» 28 | » | (6141) (Guidoni) priori et conventui Camaldulensibus mandat, ut monasterium de Candiculis in spiritualibus deformatum et in temporalibus diminutum reformare modis omnibus studeant ponendo ibidem personas honestas et utiles. v kal. Nov. aº 4º. ‖ Mittarelli l. c. 394. — »Cum venerabilis frater.«

» 28 | » | (6142) (Albertum) episcopum Livoniensem necnon ecclesiam Livoniensem cum omnibus bonis sub b. Petri protectione suscipit, specialiter autem Estoniam, Seloniam et Semigalliam terras de novo in Livonia acquisitas utrique confirmat. v kal. Nov. aº 4º. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 23; Bunge Livl. UB. I. 50. nº 45; Turgenevii Russ. monim. I. 10. nº 7; *cf.* Invent. privil. in archiv. Cracoviensi *in* Mittheil. aus dem Geb. d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands III. 63. nº 6; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 31. — »Cum a nobis.«

**1219.**

Oct. 29 — Viterbii — (6143) (Waldemarum) Daciae regem rogat et hortatur, ut peregrinos, qui se Christi obsequio adscribentes ad subsidium terrae acquisitionis eius in Livonia se accingunt, minime impediat, sed illis impendat auxilium et favorem. IV kal. Nov. a° 4°. || Turgenevius l. c. 10. n° 8; Bunge l. c. 51. n° 46; Suhm Hist. af Danmark IX. 753; *cf.* 342. 368. 755. — »Ut te christiane.«

» 29 — » — (6144) Magistro Gratiae capellano suo concedit, ut ecclesias et beneficia sua, sicut hactenus tenuit, tamdiu retineat, donec ecclesiae Antiochenae, »ad cuius curam et regimen electum te canonice duximus confirmandum«, plenam et pacificam personaliter possessionem adeptus fuerit corporalem. IV kal. Nov. a° 4°. || (Sartius) De clar. archigymn. Bonon. profess. I. II. 177. — »Cum in Lateranensi.«

» 29 — » — (6145) Archiepiscopo Dublinensi apostolicae sedis legato mandat, ut causam D. archidiaconi concorditer electi in episcopum Laoniensis ecclesiae reassumat et canonice terminet. IV kal. Nov. a° 4°. || Theiner Mon. Hibern. 11. n° 27. — »Accedens olim ad.«

» 29 — (») — * (6146) Universis Antiocheni patriarchatus archiepiscopis, episcopis ceterisque praesulibus mandat, ut sacra theologiae studia in regionibus illis exerceant et colant haeresesque arceant. IV kal. Nov. a° 4°. || Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 21.

» 29 — » — * (6147) Honorius charge (Jacques) évêque de Soissons, (Raoul) abbé de Saint-Jean-des-Vignes et (Gui) doyen de Soissons de juger certaines contestations pendantes entre Blanche de Navarre et Thibaut d'une part et diverses personnes. || Jubainville Comtes de Champagne V. 146. n° 1228; *cf.* Gallia christ. IX. 366 E—367 A.

» 29 — » — (6148) Philippum regem Francorum hortatur, ut si forsan ab (Aelide) regina Cypri vel eius nuntio super successione comitatus Campaniae fuerit requisitus, eorum precibus aures regias, donec causa natalium dictae reginae apostolico iudicio finem acceperit, non inclinet. IV kal. Nov. a° 4°. || Innoc. III Ep. ed. Baluze II. 845; Opp. ed. Migne III. 985; *cf.* Jubainville l. c. 147. n° 1229. — »Licet indubitanter noverimus.«

» 29 — » — (6149) (Alexandro) episcopo Varadiensi et C. praeposito Albensi mandat, inquirant an verum sit, ecclesiam de Vituhu nigrorum ordinis monachorum in spiritualibus et temporalibus destitutam esse et eius abbatem monachosque, observantia regulari reiecta, inter alia enormia falsam inter septa eiusdem ecclesiae fabricasse monetam, in quam calices et cruces et vasa tam sacra quam alia redegerint, et tunc metuentes indignationem regiam et (Desiderii) Cenadiensis episcopi recessisse. Praeterea inquirant, an eidem ecclesiae per praepositum et saeculares canonicos, quos in ista praefatus episcopus instituerit, salubriter provisum sit. IV kal. Nov. a° 4°. || Fejér Cod. dipl. III. I. 282; Theiner Mon. Hungar. I. 22. n° 37. — »Exhibitae nobis venerabilis.«

Nov. 4 — » — (6150) Capitulo et clero Gneznensis civitatis et diocesis nunciat, se Ivonem episcopum a regimine Cracoviensis ecclesiae absolvisse et praefecisse metropoli Gneznensi. Mandat eis, ut eundem episcopum hilariter recipiant et ei humiliter intendant. II non. Nov. a° 4°. || Theiner Mon. Polon. I. 10. n° 20; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 34. — »Cum pie recordationis.«

» 7 — » — (6151) (Alberto) Livoniensi episcopo, qui supplicaverat ut papa in Livonia novam crearet metropolim, scribit, se, cum id nondum expedire Livoniensi ecclesiae arbitretur, preces eius ad praesens nequivisse exaudire differendo petitionis effectum. Monet eum, ut propter hoc nullatenus moveatur. VII id. Nov. a° 4°. || Turgenevii Russ. monim. I. 12. n° 11; Bunge Livl. UB. I. 51. n° 47. — »Cum personam tuam.«

» 7 — — — De Sconaugia et de Otterburch abbatibus: »Reate VII id. Novb. a° 4°«. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 166, *vid.* 1219. Sept. 7. n° 6123.

» 9 — Viterbii — (6152) Episcopo Karleolensi et P(andulfo) Norwicensi electo camerario suo apostolicae sedis legato mandat, faciant ut princeps Insularum et alii episcopum Insularum a conventu de Furnesio unanimiter electum et a Dublinensi archiepiscopo consecratum nullatenus impediant, quominus possessionem ipsius episcopatus obtinere valeat. V id. Nov. a° 4°. || Theiner Mon. Hibern. 14. n° 31. — »Venerabilis frater noster.«

» 10 — » — (6153) Archiepiscopo Cantuariensi sanctae Romanae ecclesiae cardinali, episcopo Rossensi et P(andulfo) Norwicensi electo camerario suo apostolicae sedis legato mandat, ut, remoto a Lismorensi episcopatu R. Waterfordensi episcopo, qui illum per violentiam detinebat, et quolibet illicito detentore, ipsum restituant R. Lismorensi episcopo et faciant eundem pacifica ipsius possessione gaudere. IV id. Nov. a° 4°. || Theiner l. c. 12. n° 28. — »Venerabilis frater noster.«

» 11 — » — (6154) Blancham comitissam Campaniae et (Theobaldum) filium eius cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. III id. Nov. a° 4°. || *Fragm.* ap. Manrique Annal. Cisterc. IV. 259; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 147. n° 1234.

» 11 — » — (6155) Archiepiscopis, episcopis et universis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat, ut fratres ordinis Praedicatorum benivole excipiant, illos autem, qui propter lucrum praedicent, corripiant et puniant. III id. Nov. a° 4°. Liljegren Svenskt dipl. I. 198. n° 178; *fragm.* ap. Campi Hist. di Piacenza II. 122; *cf.* Celse Appar. 56. n° 7. — »Cum qui receperit.«

**1219.**

Nov. 12 Viterbii (6156) (Angelo) patriarchae Gradensi concedit, ut iure suo in confirmando et consecrando electo Iadertino et in aliis utatur. II id. Nov. a° 4°. || Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 71. n° 80. — »Olim te postulante.«

* *In eundem modum* Archidiacono et capitulo Iadertinis.

» 12 » * (6157) Confirmat absolutionem Hervaei episcopi Trecensis per sententiam diffinitivam ab impetitione abbatis et conventus Pontigniacensis super usuagio, quod illi petebant in nemoribus dicti episcopi. II id. Nov. a° (6°, *sed legas*) 4°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 208.

» 12 » * (6158) Honorius écrit à Blanche comtesse de Champagne et à Thibaut que, suivant (Hervé) évêque de Troyes, ils abusent des privilèges à eux accordés par le pape (*vid.* 1216. Nov. 12. n° 5359), et qu'en conséquence les censures ecclésiastiques sont méprisées. Il invite Blanche et Th. à respecter plus l'épiscopat. || Jubainville Comtes de Champagne V. 147. n° 1235.

» 12 » * (6159) Le même charge (Jean) abbé de Saint-Victor de Paris, de réviser le jugement du prieur de Sainte-Geneviève et de Giraud chanoine de Paris, juges délégués par le pape, qui ont rejeté une exception alléguée par (Hervé) évêque de Troyes, et motivée sur ce que suivant lui Blanche comme usufruitière ne pouvait plaider au pétitoire. || Jubainville l. c. 148. n° 1236.

» 15 » (6160) Archiepiscopos, episcopos ac abbates, priores et alios ecclesiarum praelatos per Hispaniam constitutos rogat, ut latores praesentium fratres ordinis Praedicatorum benigne recipiant ac eos habeant commendatos. XVII kal. Dec. a° 4°. || Ripolli Bullar. Praedic. I. 8. n° 9. — »Si personas religiosas.«

» 18 » * (6161) (Iohanni) S. Victoris et (Roberto) Hermeriarum Paris. dioc. abbatibus atque cancellario Parisiensi causam ab (Hervaeo) episcopo et capitulo Trecensibus in comitissam Campaniae ac filium eius Theobaldum de forteritia Meriaci [Méry sur Seine] motam committit eisque mandat, ut, si fieri possit, inter partes amicabiliter componant. XIV kal. Dec. a° 4°. || Teulet Layettes I. 491. n° 1368; Jubainville Comtes de Champagne V. 148. n° 1237. — »Causam quam venerabilis.«

» 19 » (6162) Nicolai episcopi Tusculani episcopatui ecclesiam s. Mariae in Monasterio concedit statuens, ut ecclesia dicta cum personis et omnibus bonis Nicolao et eius successoribus ex lege subiaceat, qua aliis cardinalibus suae noscuntur ecclesiae subiacere. XIII kal. Dec. a° 4°. || Ughelli Ital. sacra I. 231; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 364. — »Etsi de universis.«

» 19 » (6163) Archiepiscopis et episcopis et ceteris ecclesiarum praelatis et capitulis per Hiberniam constitutis praecipit, ut, »cum non possimus dissimulare de cetero tantum cleri contagium et populi christiani discrimen quod procedit et proficit ex negligentia praelatorum evacuantium per incuriam et torporem sanctiones canonicas et statuta salubria concilii generalis«, invigilent propensius ad haereticam pravitatem extirpandam. Abbates Nigri ordinis celebrare hoc anno provincialia concilia non obmittant. Porro mandat, ut a sacerdotibus eucharistia in loco singulari, mundo etiam et signato semper honorifice collocata devote ac fideliter conservetur. »Sacerdos vero quilibet frequenter doceat plebem suam, ut cum in celebratione missarum elevatur hostia salutaris, quilibet reverenter inclinet, idem faciens cum ipsam portat presbyter ad infirmum.« XIII kal. Dec. a° 4°. || Martene Thes. anecd. I. 875; Mansi Concil. XXII. 1098; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 364. — »Exspectavimus hactenus exspectantes.« *Cf.* n° 6166.

* *In eundem modum* (Simoni) archiepiscopo Bituricensi *etc. Sine signo chronol.* || Martene Ampl. coll. I. 1149.

» 20 * (6164) Nicolaum Tarentinae ecclesiae in archiepiscopum praeficit eumque capitulo Tarentino commendat. XII kal. Dec. a° 4°. || Ughelli Ital. sacra IX. 137.

» 22 » (6165) Archiepiscopis et episcopis et ceteris ecclesiarum praelatis et capitulis per Sweciam constitutis mandat, ut statutum editum in concilio generali (Lateranensi III°) de magistris theologicis per singulas metropoles statuendis inviolabiliter observent; porro ut clerici, qui per quinquennium in theologico studio diligenter versati fuerint, proventus praebendarum et beneficiorum suorum percipiant. Deinceps statutum concilii Turonensis repetit, quo cautum est, ne monachi ultra biennium a claustro absint, quo legum et physicae studiis, ipsis haud necessariis, minus vacare possint. Tandem »quia in Francia et nonnullis provinciis laici Romanorum imperatorum legibus non utuntur et occurrunt raro ecclesiasticae causae tales, quae non possint statutis canonicis expediri,« firmiter interdicit, ne Parisius vel in civitatibus vel aliis locis vicinis quisquam docere vel audire ius civile praesumat. Et qui contra fecerit, non solum a causarum patrociniis interim excludatur, verum etiam per episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur. X kal. Dec. a° 4°. || Liljegren Svenskt dipl. I. 199. n° 179; *sine inscript.* (*in notis ad vulgatam editionem ponitur*: Capitulo Parisiensi et ceteris praelatis Parisius constitutis), *sed addito* A° 4° (*ap. Boehmer 821*) Epistol. decret. H-i tit. 2 *de magistr.* c. 1 et tit. 12 *de privil.* c. 3 ed. Cironius 267 et 291; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 5 *de magistr.* c. 5 et lib. 5. tit. 33 *de privil.* c. 28 ap. Boehmer Corp. II. 734 et 821; ap. Richter Corp. II. 746

| | | |
|---|---|---|
| | | **1219.** |
| | | et 833; *sine signo chronol.* ap. Martene Ampl. coll. I. 1146, *ad* a. 1220; *absq. nota chron., nonnisi fragm. ad* a. 1218 ed. Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 96; *absque anno, mense et die* Riegger *in praef. sua ad* Cironii *edit.* Ep. decr. H-i *sine pag.* nº 2; *cf.* Celse Appar. 57. nº 8 et 92. nº 5, *ubi autem* Honorio IV *perperam tribuitur.* — »Super specula (speculam *Mart., Lilj.*) Domini.« |
| Nov. 23 | Viterbii | (6166) Eisdem praecipit, ut sanctiones canonicas et statuta concilii generalis conservent et a subditis observari faciant; item ut sacramentum sacrae eucharistiae munde et reverenter pertractent. IX kal. Dec. aº 4º. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 202. nº 180; *absque anno, m. et d.* Riegger l. c. *sine pag.* nº 3; *fragm. maius sine inscript. incipiens* »Cum olim vas« Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 21; *male inscript.* Eidem *i. e.* Reginae Hungariae, *et nonnisi pars posterior incipiens* »Sane cum olim« Ep. decr. H-i lib. 3. tit. 24 *de celebr. miss.* c. 1 ed. Cironius 237; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 41 *de celebr. miss.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 604; ap. Richter Corp. II. 615; *cf.* Celse l. c. nº 9. — »Expectauimus hactenus expectantes.« |
| » 25 | » | (6167) (Angelo Barotio) patriarchae Gradensi et suffraganeis eius et ceteris ecclesiarum praelatis et capitulis in Gradensi provincia constitutis *repetit* nº 6165 d. d. 1219. Nov. 22.: »VII kal. Dec. aº 4º« — »Super speculam Domini.« ‖ Cornelius Eccles. Venet. III. 96. |
| » 27 | » | * (6168) Abbates de Windeberch et Altaha in controversia quadam super domibus ab Alberto presbytero de Buchkirch monasterio Altahensi [Nieder-Altaich] oblatis iudices delegat. V kal. Dec. aº 4º. ‖ Lang Regesta II. 100. |
| » 28 | » | * (6169) Honorius fait savoir à (Raoul) abbé de Saint-Jean-des-Vignes, à (Conrad) abbé de Valsecret et à (Gui) doyen de Soissons, que des moines de Troisfontaines et de Quincy ont donné l'absolution et la sépulture ecclésiastique à certains fauteurs d'Erard de Brienne sans exiger réparation des dommages faits à Blanche comtesse de Champagne et à Thibaut son fils. Il faut menacer ces moines d'excommunication en cas de récidive, et prescrire aux héritiers de réparer de dommage causé par leurs auteurs. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 148. nº 1237bis. |
| Dec. 1 | — | Praeposito et capitulo Rigensibus: »Laterani kal. Dec. aº 4º.« ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon V. 6, *vid.* 1230. Dec. 1. |
| » 2 | Viterbii | (6170) Universis abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis concedit, »ne apostolicae sedis legati procurationes pecuniarum a monasteriis exigere vel extorquere praesumant, sed, cum ad domos eorum accesserint, sine carnium esu cibis regularibus sint contenti.« IV non. Dec. aº 4º. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 11b; Manrique Ann. Cisterc. IV. 160; Spicil. Liber. 730. nº 27; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 560. — »Cum propter (praeter *Manr.*) pauperem.« |
| » 2 | » | (6171) Abbati Cisterciensi et universis coabbatibus eius et fratribus significat, se inhibere, ne legati sedis apostolicae sine speciali mandato papae in eos excommunicationis vel suspensionis et in eorum monasteria interdicti sententias promulgent. IV non. Dec. aº 4º. ‖ Privil. ord. Cist. fol. 12; Meschet Privil. 29; Spicil. Liber. 730. nº 28. — »Cum ordinis vestri.« |
| » 2 | (») | * (6172) Onorio scioglie il giuramento prestato ac Trivigiani dai castellani. ‖ Manzano Annali del Friuli II. 265. |
| » 4 | » | (6173) Decano et capitulo Parisiensibus Ph(ilippum de Grève) cancellarium, cum contra eundem Romae nullus comparuerit accusator et cum ecclesiae suae nuper A(ldobrandinum Caietanum) S. Susannae presb. cardinalem in episcopum postulaverint, cum gratia remittit. II non. Decb. aº 4º. ‖ Notices et extraits XXI. II. 185. — »Cum ad aures.« |
| » 7 | » | (6174) Pandulfo Norwicensi electo camerario suo apostolicae sedis electo mandat, ut iniqua episcopi Glasguensis acta per viros discretos Scotos examinari faciat et quae invenerint, fideliter papae rescribi. VII id. Dec. aº 4º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 13. nº 29. — »Cum hii qui.« |
| » 7 | » | (6175) Ecclesiae Antiochenae R(ainerium) S. Romanae ecclesiae vicecancellarium praeficit in patriarcham, eundem subrogans magistro P(etro) Capuano, quem deputaverat ad regimen ecclesiae memoratae, sed certa de causa circa se retinuerat et in fratrum suorum collegium assumserat. VII id. Dec. aº 4º. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 21, *omisso initio incipientes* — »Cum dilectum nostrum.« |
| » 8 | » | (6176) (Iohanni) S. Victoris Parisiensis et (Roberto) Hermeriarum Praemonstr. ord. Paris. dioc. abbatibus et cancellario Parisiensi scribit denuo de causa inter Trecensem episcopum ex parte una et B(lancham) comitissam ac Th(eobaldum) natum eius comitem Campaniae ex altera super forteritia Meriaci [Méry] vertente, eisque mandat, ut, eadem forteritia integre remanente, ad componendum inter partes vel ad cavendum alias indempnitati ecclesiae procedant. VI id. Dec. aº 4º. ‖ Teulet Layettes I. 493. nº 1374; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 149. nº 1243. — »Nuper vobis dedisse.« |
| » 8 | » | (6177) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut fratres ordinis Praedicatorum ad officium praedicandi deputatos benigne excipiant, populos |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1219.** |
| | | ipsis subiectos sedulo admoneant ad semen verbi Dei ex ore praefatorum fratrum devote suscipiendum et ad adiuvandum eosdem in necessitatibus suis. vi id. Dec. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 8. n° 10; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 99; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 54. — »Dilecti filii prior.« |
| Dec. 9 | Viterbii | (6178) R. episcopo et capitulo Lismorensibus sententiam diffinitivam Innocentii (III) pp., qua Lismorensem ecclesiam ab antiquo fuisse et esse cathedralem declaraverat, confirmat. v id. Dec. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 13. n° 30. — »Ea que iudicio.« |
| » 9 | » | (6179) Abbatissae ac monialibus monasterii s. Mariae ad s. Sepulcrum de Monticello Florent. dioc. statuta quae eis H(ugo) Ostiensis episcopus »Perusii apud monasterium s. Petri vi kal. Aug. a° 1219« dederat, confirmat tenore eorundem inserto. v id. Dec. a° 4°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 1385; Sbaraleae Bullar. Franc. I. 3. n° 3. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 11 | » | (6180) Sanctarum Crucum abbati priorique et Scalae Dei priori mandat, ut ab inquisitione Dertusensis episcopi cessent. iii id. Dec. a° 4°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 167, *fragm.* |
| » 12 | » | (6181) Compositionem inter Volmarum plebanum de Kilcheim et Burchardum fratrem eius ex parte una et Algottum ac quosdam alios Constantiensis diocesis ex altera super iure patronatus de Kilcheim, de Matera et Emmuetingen ecclesiarum mediante (Conrado) Constantiensi episcopo factam confirmat. ii id. Dec. a° 4°. ‖ Schoepflin Hist. Zar.-Badens. V. 149. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 12 | » | (6182) Capituli Fossensis patrocinium suscipit eiusque possessiones confirmat. ii id. Dec. a° 4°. ‖ Analectes p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique IV. 414. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 12 | — | Praepositum, decanum et capitulum ecclesiae s. Mariae Hamburgensis: »Laterani ii id. Dec. a° 4°.« ‖ Lambecii Origg. Hamburg. 40, *vid.* 1220. Dec. 12. |
| » 13 | Viterbii | (6183) C(onrado) episcopo Portuensi apostolicae sedis legato concedit potestatem, ut eos in terra legationis suae, qui solo nomine regulares sua perversitate ecclesias, in quibus consistunt, fere penitus collabi fecerint, collocet in aliis locis ad poenitentiam peragendam. Id. Dec. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 899; Gallia christ. VI. 112 *et* I. (ed. 1716.) instr. 130 in n° 2. — »Cum in terra.« |
| » 17 | ap. Civitatem Castellanam | (6184) Fratribus ordinis Praedicatorum significat, se fratri Dominico et fratribus sui ordinis ecclesiam s. Xisti de Urbe concessisse, eisque mandat, ut, cum ab eodem fuerint requisiti, ad praedictam ecclesiam accedant Domino ibidem in ordine suo obsequium impensuri. xvi kal. Ianr. a° 4° (3° *Font.*). ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 8. n° 11; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 50; Fontana Mon. Domin. 12; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 366. — »Ligna pomifera in.« |
| 20 | Viterbii | (6185) Nicolao episcopo Tusculano eiusque successoribus, cum Tusculanus episcopus habitaculum in Urbe non habuerit hactenus opportunum, ecclesiam s. Mariae in Monasterio concedit. xiii kal. Ianr. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 231; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 364. n° 39. — »Etsi de universis.« |
| » 28 | » | (6186) Abbati Columbae iniungit, tribuat Placentino episcopo sub immenso aere alieno et redditibus suis succumbenti licentiam alienandi usque ad quantitatem 1000 librarum de possessionibus suis. v kal. Ianr. a° 4°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 166, *fragm.* |
| » 31 | — | (6187) Abbati de Reddageshusen et maiori Hildensemensi et de Embike scolasticis Mogunt. et Halverstad. diocc. mandat, investigent num fuerit canonicum, Bremenses canonicos G(erardum) praepositum Palbornensem in Bremensem archiepiscopum elegisse. »Romae ap. S. Petrum« (?) ii kal. Ianr. a° 4°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 380. n° 436. — »Exhibitae nobis dilectorum.« |
| — | — | (6188) Universos episcopos per Turonensem provinciam constitutos monet, rogat et obsecrat per aspersionem sanguinis Iesu Christi, ut ad subventionem exercitus christiani in Terra sancta renovatis animis et viribus intendant; factas a principio indulgentias innovat. *Absque signo chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. V. 1480. — »Exultet in Domino.« |
| | | **1220.** |
| Ianr. 16 | — | * Cluniacensibus monachis: »Laterani xvii kal. Febr. a° 4°«. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 104, *vid.* 1221. Ianr. 16. n° 6498. |
| » 25 | — | Universis Christifidelibus per Angliam constitutis: »Laterani viii kal. Febr. a° 4°«. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 173, *vid.* 1221. Ianr. 25. n° 6528. |
| » 26 | — | Stephano Cantuariensi archiepiscopo: »Laterani viii kal. Febr. a° 4°«. ‖ Manrique l. c. 173, *vid.* 1221. Ianr. 25. n° 6529. |
| » 27 | — | (Angelo) Gradensi patriarchae: »Laterani vi kal. Febr. a° 4°«. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1135, *vid.* 1221. Ianr. 27. n° 6530. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| Ianr. 28 | Viterbii | (6189) De Saviniaco Cisterc. ord. et Vadacensi abbatibus Abrincens. et Cenomanens. dioec. et magistro scholarum Andegavensi notum facit, se concordiam pro bono pacis inter (Stephanum) Nannetensem episcopum ac (Petrum) comitem Britanniae initam confirmavisse, eisque mandat, faciant ut haec compositio (cuius tenor insertus est) per censuram ecclesiasticam firmiter observetur. v kal. (*om. Manr.*) Febr. a° 4°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 692; Manrique Ann. Cisterc. IV. 176; *in pluribus locis decurtata* ap. Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. pr. 840. — »Accedens olim ad.« |
| » 31 | » | (6190) Abbati de Lubes [Leubus] Cisterc. ord. curam et visitationem monasterii Trebnicensis, quae olim abbati de Porta [Schulpforte] iniunctae erant, tam in spiritualibus quam temporalibus committit ita, »quatinus nonnisi per earundem sororum ordinis monachos de ipsis et rebus earum et monasterio supradicto disponas.« II kal. Febr. a° 4°. ‖ (Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 69; *cf.* Grünhagen Regest. I. 107. n° 221. — »Ad imploracionem dilecti.« *Cf.* n° 6209. |
| » 31 | » | * (6191) Honorius charge (Jean) abbé de Saint-Victor, le prieur de la même abbaye et le chantre de Paris, de juger la réclamation de Blanche comtesse de Champagne qui se plaint que (Pierre) abbé et le couvent de Pontigny lui font tort au sujet de ses bois, grueries, fiefs *etc.* ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 150. n° 1251. |
| Febr. 1 | » | (6192) Magistro et fratribus domus s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitan. possessionem monasterii s. Trinitatis de Panormo, ab imperatore Henrico VI et Constantia imperatr. eis collati et a Friderico II imp. comprobati, confirmat. Kal. Febr. a° 4°. ‖ Mongitore Mon. hist. s. domus ss. Trinitatis Panormi (Pan. 1721. fol.) 30; Hennes UB. des deutschen Ordens I. 48. — »Cum a nobis.« |
| » 5 | » | De Savigniaco Cisterc. ord. et de Vadacio abbatibus: »v Februarii a° 4°«. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 176, *vid.* 1220. Ianr. 28. n° 6189. |
| » 13 | » | (6193) Clero tam civitatis quam diocesis Argentinensis pro ducentis marcis argenti remittit vicesimam a concilio generali pro Terrae sanctae subsidio impositam, quod a tempore dicti concilii guerris continuis regionis afflicti graviter et oppressi ac alias rapinis et incendiis multipliciter lacessiti tantam sterilitatem in anno sustinuere praesenti, quod vitam inopem deducentes vix possint de tot calamitatibus respirare. Id. Febr. a° 4°. ‖ Würdtwein Nova subs. XIII. 243. — »Exhibite nobis ex.« |
| » 15 | — | Abbati et conventui S. Victoris: »Laterani xv kal. Mart. a° 4°«. ‖ Belzunce Antiq. de Marseille II. 82, *vid.* 1219. Febr. 15. n° 5988. |
| » 16 | Viterbii | (6194) Universis archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Teutoniam constitutis significat, se magistrum Conradum capellanum et poenitentiarium suum scholasticum Maguntinum ad evangelizandum verbum crucis in partibus Teutoniae providisse destinandum, eisque illum commendat. XIV kal. Mart. a° 4°. ‖ Scheid Origg. Guelf. III. 678. — »Etsi eius exemplo.« |
| » 17 | » | (6195) Universis Christifidelibus notum facit, se Hugonem Lincolniensem episcopum sanctorum catalogo adscripsisse, eosque monet, ut illius apud Deum patrocinia devote implorent. XIII kal. Mart. (*male* Mai. *Rayn., Tr.*) a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. I. 85; Matth. Paris Hist. maior 309; Rogeri de Wendover Flores IV. 64; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 104; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 367; *pars ultima* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1220 § 47; Tromby Storia V. app. 83. n° 71. — »Divinae dignatio pietatis.« |
| » 20 | » | (6196) Praeposito de Hougue, custodi et magistro Salomoni canonico Herbipolensibus mandat, ut suspensionis et excommunicationis sententias, quas magister Conradus scolasticus Maguntinus capellanus et poenitentiarius suus in presbyteros et alios clericos provinciae Moguntinae qui concubinas suas abiicere contemnebant, tulerat, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari faciant. x kal. Mart. a° 4°. ‖ Sudendorf Registr. III. 53. n° 35. — »Quia perversi difficile.« |
| » 22 | » | (6197) S. Andreae et Dunkeldensi archidiaconis et magistro Iohanni canonico Dunkeldensi causam inter Nicolaum militem et monasterium s. Mariae de Dumdraman Cisterc. ord. dioc. Candidae Casae super quadam possessione ac rebus aliis vertentem canonice dirimendam committit. VIII kal. Mart. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 14. n° 32. — »Nicolao militi ac.« |
| » 25 | » | (6198) Crucesignatis gratulatur de captione Damiatae et, cum eos oporteat civitatem praedictam incolere et convicinas, sine quibus illa vix retineri posset, christiano nomini subiugare, nova pollicetur auxilia. Rogat et hortatur eos, ut Pelagio episcopo Albanensi apostolicae sedis legato humiliter intendant, ne occasione terrae eis iam datae a Domino aliqua inter ipsos dissensio suboriatur. VI kal. Mart. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1219 § 18. 19 *non integra.* — »Etsi humanae conditionis.« |
| » 27 | (») | (6199) Priorem et fratres conventus S. Mariae de Vineis extra portam Parisienses laudat, quod fratres ordinis Praedicatorum in sacra pagina studentes apud Parisios confoveant. IV kal. Mart. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. VII. II. n° 35. — »Gratum gerimus quod.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| Mart. 4 | Viterbii | (6200) Moniales ecclesiae de Wilbodessen Paderburnens. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem possessiones de Waturvelde et de Clenenberga ac alia bona eis confirmat. IV non. Mart. a° 4°. ‖ Schaten Ann. Paderborn. I. 985. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 5 | » | (6201) Priori et fratribus S. Bartholomaei de Trisulto sylvam Eici, super qua inter illos ex parte una et Collepardenses ex altera quaestio diutius agitata erat exorta, confirmat. III non. Mart. a° 4°. ‖ Spicil. Liber. 722. n° 15. — »Suborta inter vos.« |
| » 6 | » | (6202) Monasterium de Schwartzhah patrocinandum suscipit, specialiter autem ecclesiam de Stadelhoven cum capella in Swartzah et aliis pertinentiis suis eidem ab (Henrico) Argentinensi episcopo collatam confirmat. II non. Mart. a° 4°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 343. n° 420. — »Solet annuere sedes.« |
| » 6 | » | (6203) Abbati et conventui monasterii s. Eusebii de Salutiis dioc. Taurin. possessiones, quas Manfredus marchio Salutii contra iustitiam tenuerat sed liberaliter restituerat, confirmat. II non. Mart. a° 4°. ‖ Spicil. Liber. 731. n° 29. — »Cum a nobis.« |
| » 6 | » | (6204) Hominibus de Collepardo inhibet, ne in silva Eici, quae ad monasterium de Trisulto pertineat, cedendi ligna vel pascendi animalia vel aliud ius sibi praesumant de cetero vindicare. II non. Mart. a° 4°. ‖ Spicil. Liber. 721. n° 14. — »Satis credimus vobis.« |
| » 9 | » | * (6205) Ecclesiam de Wettenhusen protegendam suscipit eidemque ecclesiam de Ebers-pach confirmat. VII id. Mart. a° 4°. ‖ Lang Regesta II. 104. |
| » 9 | » | * (6206) Bulle du pape Honorius III, portant révocation des doyen d'Orléans et autres commissaires par lui précédemment nommés pour juger les prétentions de l'archevêque de Tours et de l'évêque du Mans, qui voulaient avoir certains droits sur la chapelle royale de Saint-Pierre-la-Cour (du Mans), à laquelle les rois d'Angleterre Richard et Henri comtes d'Anjou et du Maine avaient donné les plus grandes libertés, et qui ne devait dépendre que du Saint-Siége. 9 Mars. a° 4°. ‖ Bilard Docum. historiq. 7. n° 44. |
| » 11 | » | (6207) Archidiacono et cantori S. Petri et thesaurario S. Stephani Trecensibus mandat, ut, cum abbatissa quae Iotrensi monasterio modo praesit, de speciali mandato sedis apostolicae fuerit benedicta et praeiudicium (Willelmo) Meldensi episcopo afferre non debeat quod papa circa hoc fieri fecerit, causam super iure benedicendi abbatissas in monasterio Iotrensi in posterum eligendas audiant et fine debito terminent. V id. Mart. a° 4°. ‖ Innoc. III Ep. ed. Baluze II. 293; Opp. ed. Migne II. 1605; Du Plessis Hist. de Meaux II. 110. n° 254. — »Ex parte venerabilis.« |
| » 12 | » | (6208) Abbatem et conventum Montis Angelorum cum omnibus suis bonis tuendos suscipit et specialiter eis annuos redditus in Stannensi ecclesia a (Conrado) Constantiensi episcopo ipsis concessos confirmat. IV id. Mart. a° 4°. ‖ Der Geschichtsfreund XIV. 237. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 13 | » | (6209) Abbatissae et monialibus de Trebniz Wratizlaviens. dioc. significat, se abbati de Lubes Cisterc. ord. curam et sollicitudinem monasterii earum committendam duxisse ac inhibere, ne quis temere impedire praesumat, quominus idem abbas mandatum apostolicum exequatur. III id. Mart. a° 4°. ‖ (Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 70. — »Cum sicut proponitis.« *Cf.* n° 6190. |
| » 17 | » | (6210) (Herveo) episcopo et decano Trecensibus supplicante Hel(ena?) comitissa Barri super Secanam mandat, ut heredes b. m. M(ilonis) comitis Barri viri eiusdem ad ipsius et G(ualcheri) filii apud Damiatam interfectorum in servitio crucifixi debita persolvenda et exequenda testamenta illorum cogant. XVI kal. Apr. a° 4°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 694. — »Dilecta in Christo.« |
| » 19 | » | (6211) (Guicelino) episcopo Revallensi concedit, ut viros religiosos tam ordinis Cisterciensis, quam aliorum, quos esse noverit ad praedicationis ministerium coram paganis Estoniae exercendum idoneos, secum ducere possit et ad praedicandum paganis Christum destinare. XIV kal. Apr. a° 4°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 11. n° 9; Bunge Livl. UB. I. 53. n° 49; *cf.* Porthan Bullar. access. 10. n° 13. — »Cum zelo caritatis.« |
| » 19 | » | (6212) Abbatibus et praepositis tam Cisterciensis ordinis quam aliorum praesentes litteras inspecturis de superiore ad (Guicelinum) episcopum significat eosque hortatur, ut aliquot fratrum suorum ad hoc opus idoneos eidem concedant. XIV kal. Apr. a° 4°. ‖ Turgenevius l. c. 11. n° 10; Bunge l. c. 13. n° 50; *cf.* Porthan l. c. 10. n° 14. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 20 | » | (6213) Fulconem cantorem Gnesnensem declarat legitimum, cum testes super eius legitimitate producti invenerint ipsum de legitimo matrimonio, antequam pater eius aliquos suscepisset ordines, esse natum. XIII kal. Apr. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 10. n° 21. — »Cum olim illegitimitatis.« |
| » 20 | » | (6214) Universum populum Maiorici [Madrid] exhortatur, ut fratres ordinis Praedicatorum ibidem habitantes habeant commendatos eisque in suis necessitatibus assistant. XIII kal. Apr. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 9. n° 12. — »Gratum et acceptum.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| Mart. 20 | Viterbii | (6215) (Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo, [(Rudigero) episcopo Kymensi *om. Manr.*, Kirmensi *Rayn.*] et abbati S. Crucis Cisterc. ord. Pataviens. dioc. mandat, ut ad confinia regni Bohemiae accedentes partes suas interponant ad reformandam concordiam inter (Andream) Pragensem episcopum ex parte una et (Otakarum) regem et barones Bohemiae ex altera super decimis, iurisdictione ecclesiastica, ecclesiarum immunitate *etc.* litigantes. XIII (VIII *Manr.*) kal. Apr. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 34. 35; Manrique Ann. Cisterc. IV. 175 *mendose;* Boczek Cod. dipl. Morav. II. 110. n° 103; Erben Reg. Bohem. I. 289. n° 619; *cf.* Palacky Reise 22. n° 79. — »Post diuturnam (diutinam *Rayn.*, *Manr.*) moram.« |
| ( » 20 cca) | ( » ) | (6216) Friderico Romanorum regi processus in subsidium Terrae sanctae terminum non sine multa querela usque ad kalendas Maii proximas prorogat, hortaturque illum denuo, ut tandem se Christi athletam et terrae dictae defensorem ostendat. *Sine nota chronol.* ‖ *Partim* ap. Raynald. l. c. § 6; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 746. — »Sinceris ...« |
| » 23 | » | (6217) Universum populum Segoviensem exhortatur, ut fratres ordinis Praedicatorum ibidem habitantes habeant commendatos eisque in suis necessitatibus assistant. X kal. Apr. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 9. n° 13. — »Gratum et acceptum.« |
| » 24 | » | (6218) Willelmum de Postesla et populum Bononiensem laudat, quod fratres ordinis Praedicatorum S. Nicolai Bononiae pietatis officiis confovent, eosque monet, ut, sicut laudabiliter inchoaverunt, ipsis beneficentiae suae dexteram porrigant. IX kal. Apr. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. 9. n° 14. — »Gratum gerimus et.« |
| » 25 | » | Salizburgensi archipiscopo et abbati S. Crucis: »VIII kal. Apr. a° 4°«. ‖ Manrique Ann. IV. 175, *vid.* 1220. Mart. 20. n° 6215. |
| Apr. 2 | — | (Roberto) Vesprimensi episcopo: »Laterani IV non. Apr. a° 4°«. ‖ Fuxhoffer I. 278, *vid.* 1224. Apr. 2. |
| » 3 | Viterbii | * (6219) (Rudegero) Chiemensi et (Carolo) Sekovensi episcopis ac decano Salzburgensi ad preces Eberhardi archiepiscopi Salzburgensis qui conquestus erat, »quod in ordine canonicorum regularium suae provinciae tam in divinis officiis, quam ieiuniis et aliis observantiis tanta existat diversitas, quod confusionem inducere videatur, quibusdam ex ipsis generalis statuta concilii et illa communis capituli observare renitentibus«, mandat, ut »cum gravitate ac maturitate debita procedentes« statuant quod canonicum fuerit. III non. Apr. a° 4°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 225. n° 241. |
| » 6 | » | (6220) Populum Bononiensem monet et hortatur, ut statuta scholarium libertati contraria »quae dicenda sunt potius destituta contra libertatem antiquam et habitam hactenus«, abrogent et scholarios ipsos nullatenus molestent. VIII id. Apr. a° 4°. ‖ (Sarti) De archigymn. Bonon. profess. II. 57; Savioli Ann. Bologn. II. II. 425; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 19. n° 16; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 367; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1220 § 26. — »Ex relatione venerabilis.« |
| » 8 | » | (6221) I. capellano (Waldemari) Daciae regis, qui a soluto et soluta genitus erat, super defectu natalium dispensationem concedit. VI id. Apr. (a° 4°). ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 754. — »Cum bene meritis.« |
| » 9 | » | (6222) Ulrico praeposito eiusque fratribus postulantibus ecclesiam s. Nicolai Pataviensem ord. s. Aug. protegendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. V id. Apr. indict. VIII. incarn. dom. a° 1220. pont. a° 4°. ‖ Hund Metrop. Salisburg. ed. Gewold II. 538; Kuen Collect. script. V. I. 110; Mon. Boica IV. 321; UB. ob der Enns II. 611. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 9 | » | (6223) Priori hospitalis s. Trinitatis Mutinens. dioc. inhibet, ne absque fratrum suorum assensu res praedicti hospitalis alienare vel accedere ad suarum sororum capitulum sine aliquo fratrum praesumat. V id. Apr. a° 4°. ‖ Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 69. n° 730. — »Dilecti filii fratres.« |
| » 10 | » | * (6224) Friderico Romanorum regi respondet, se legatum eius abbatem Fuldensem recepisse et, licet in occasione simili praedecessores eius archiepiscopum vel saltem episcopum mittere solerent, se nihilominus eius honori intendere velle; dum eius exaltatio sit Terrae sanctae et ecclesiasticae libertati plurimum utilis, necnon ad haereticorum et turbulentorum oppressionem necessaria. IV id. Apr. a° 4°. ‖ *Memoratur in* Indice litter. Honor. fol. 170. n° 695 *in* Collect. Laporte du Theil *ap.* Biblioth. imper. Paris.; ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1220 § 8. 11; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 751; *cf.* v. Raumer Gesch. d. Hohenst. (Ed. 2ª). III. 180. |
| » 15 | » | (6225) Ulrico praeposito et capitulo ecclesiae s. Nicolai Pataviae ord. s. August. confirmat datam eis a b. m. Altmanno Pataviensi episcopo, qui L(eopoldo) marchioni de Austria et H. comiti de Vornbach advocatiam eiusdem ecclesiae concesserat, constitutionem, qua statutum est, »ut nec ipsi nec haeredes eorum aliis possint officium subadvocationis concedere, praeposito et capitulo ipsius ecclesiae inconsultis.« XVII kal. Mai. a° 4°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold II. 539; Kuen Collect. script. V. I. 111; UB. ob der Enns II. 614. — »Significasti nobis fili.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| Apr. 16 | Viterbii | (6226) Abbati et priori de Herverbach et decano S. Mariae in Campis Magunt. dioc. mandat, cogant canonicos S. Castoris in Confluentia Trevirens. dioc., ut ab indebita molestatione Engelberti presbiteri canonici S. Florini in Confluentia, quem abbas et prior loci S. Mariae Treverens. dioc. ecclesiae s. Mariae in Confluentia ordinatione apostolica praefecerant in plebanum, cessent neque eum impediant, quominus ipse possit debita et quieta eiusdem ecclesiae possessione gaudere. xvi kal. Mai. a° 4°. ‖ Würdtwein Nova subs. IV. 108. — »Sua nobis dilectus.« |
| » 18 | » | (6227) (Hermanno) Lealensi episcopo limitationem suae diocesis per (Albertum) Livoniensem episcopum factam confirmat. xiv kal. Mai. a° 4°. ‖ Schirren Fünfundzwanzig Urkunden 1. — »Cum a nobis.« |
| » 18 | » | (6228) Priori S. Petri ad vincula Pisarum mandat, moneant Hugonem de Titignano, G. de Strata et quosdam alios tam civitatum quam Pisanae, Lucanae et Vulterranae diocesum, qui multas terras et possessiones scire credantur, quas abbas et conventus S. Savini ord. Camaldul. in civitate Pisana et aliis locis Thusciae habent, quarum autem notitiam nullam habent, ut eas studeant indicare, ne pro defectu eorum a monasterio ipso fiant penitus alienae. xiv kal. Mai. a° 4°. ‖ Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 395. — »Cum monasterium sancti.« |
| » 18 | » | (6229) Abbates, priores et praepositos cum Cisterciensis tum aliorum ordinum rogat et hortatur, ut monachos et conversos, quos Livoniensis, Seloniensis et Lealensis episcopi pro verbi Dei praedicatione in Livonia ab eis postulandos duxerint, ad opus huius ministerii non solum permittant accedere, verum etiam transmittant. xiv kal. Mai. a° 4°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 369. n° 44; *omisso initio* Raynaldi Ann. eccl. ad. a. 1220 § 38; Gruber Orig. Livon. 261; Script. rer. Livon. I. 390. n° 36; Bunge Livl. UB. I. 54. n° 51. — »Etsi non sit.« |
| » 19 | » | (6230) (Waldemarum) regem Daciae rogat, monet et hortatur, ut nullatenus se opponat, quominus conversis in Livonia ad fidem catholicae veritatis omnimodis succurratur, sed succurrentibus portum aperiat et navium copiam, quam interdixisse hactenus dicatur, faciat exhiberi; ut Livoniensi, Seloniensi et Lealensi episcopis impendat consilium et auxilium opportunum. xiii kal. Mai. a° 4°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 55. n° 52. — »Personam tuam sincera.« |
| » 19 | — | Universis Christifidelibus de Hugone Lincolniensi episcopo: »Viterbii xiii kal. Mai. a° 4°« — »Cum sanctae«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1220 § 47; Tromby Storia V. app. 83. n° 71, *vid.* 1220. Febr. 17. n° 6195. |
| » 20 | — | Potestatem et populum Alexandrinos: »Romae ap. S. Petrum, xii kal. Mai. a° 4°«. ‖ Ghilini Ann. di Alessandria 27, *vid.* 1219. Apr. 20. n° 6043 *et* 6044. |
| » 20 | Viterbii | (6231) Praeposito et capitulo Loensibus (ord. s. Aug. Morinens. dioc.) decimam Loensis parochiae confirmat. xii kal. Mai. a° 4°. ‖ Hollebeke Cartul. de l'abb. St. Pierre de Loo 42. n° 37. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 24 | » | (6232) Abbatem et conventum monasterii in Otterburg Cisterc. ord. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem curiam in Ormensheim cum terris, pratis *etc.*, quae ab abbate de Frankendal emptionis titulo adepti sunt, decimas, kathedraticum et alia iura quae b. mem. L(upoldus) Wormatiensis episcopus eis concessit, auctoritate apostolica confirmat. viii kal. Mai. a° 4°. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 28. n° 35. — »Solet annuere sedes.« |
| » 27 | » | (6233) Philippum regem Francorum, qui magistri Gualteri (Cornuti) electionem ad episcopum Parisiensem commendaverat, rogat et hortatur, ut minus aegre ferat, quod ille admissus non fuerit; ut potius (Guilelmum) Autissiodorensem episcopum, quem sedes apostolica praefecerit Parisiensi ecclesiae in pastorem, favore regio prosequatur. v kal. Mai. a° 4°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 695. — »Eam novimus regiae.« |
| » 27 | » | (6234) Abbati Cisterciensi et universis coabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine Deo servientibus indulget, ut liberas personas ad eos e saeculo fugientes libere recipere possint, non obstante contradictione capellanorum qui ab illis pecuniam quae mortuarium nuncupatur extorquere praesumant, prout a parochianis suis decedentibus consueverunt accipere. v kal. Mai. a° 4°. ‖ (Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 71; *cf.* Grünhagen Reg. I. 108. n° 223. — »Constituti iuxta verbum.« |
| » 27 | » | (6235) Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint mandat, ut fratres Cisterciensis ordinis habentes in visceribus caritatis eis privilegia et indulgentias ab apostolica sede eisdem concessa inviolabiliter conservent et faciant ab aliis conservari. v kal. Mai. a° 4°. ‖ Büsching l. c. 73. — »Benefaciens Dominus bonis.« |
| » 27 | » | (6236) Abbati Cisterciensi et universis coabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine Deo servientibus intimat, se inhibere, ut nullus ab eis de novalibus a tempore concilii generalis excultis vel in posterum propriis manibus aut sumptibus excolendis decimas |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| | | exigere vel extorquere praesumat. v kal. Mai. a° 4°. ‖ Büsching l. c. 75. — »Contingit interdum quod.« |
| Apr. 27 | Viterbii | (6237) Abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis repetit n° 6170: v kal. Mai. a° 4°. ‖ Büsching l. c. 77. — »Cum preter (propter *al.*) pauperem.« |
| » 27 | » | (6238) Eisdem repetit n° 6171: v kal. Mai. a° 4°. ‖ Büsching l. c. 78. — »Cum ordinis uestri.« |
| » 28 | » | (6239) Capitulo Parisiensi significat, se electionem magistri Gualteri (Cornuti) cassavisse et (Guillelmum) Autissiodorensem episcopum Parisiensi ecclesiae praefecisse in pastorem. Praecipit eis, ut eundem episcopum solemniter requirant et recipiant. iv kal. Mai. a° 4°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 694. — »Sicut ecclesiae vestrae.« |
| » 28 | » | (6240) (Guillelmum) Autissiodorensem episcopum a cura Autissiodorensis ecclesiae absolvit eique praecipit, ut sine morae dispendio ad Parisiensem transeat. iv kal. Mai. a° 4°. ‖ Bouquet l. c. 695. — »Sicut ecclesiae Parisiensis.« |
| » 28 | (») | * (6241) Abbati et conventui monasterii s. Petri Carnotensis ecclesias de Boevilla, de Allona, de Ismonvilla *etc.* et insuper in eisdem ecclesiis ius patronatus atque iurisdictionem confirmat. ‖ Guérard Cartul. de St.-Père de Chartres II. 682. |
| » 29 | » | (6242) Abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis per Hispaniam constitutis mandat, ut sententias excommunicationis, quas Hugutio subdiaconus et capellanus apostolicus et Cynthius basilicae Principis apostolorum canonicus in quosdam Cistercienses occasione vigesimae promulgaverunt, nullatenus observent. iii kal. Mai. a° 4°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 185. — »Cum sicut accepimus.« |
| » 29 | » | * (6243) Abbati S. Iohannis prope civitatem Yprensem mandat, faciat ut sententia excommunicationis ab abbate de Zillebeke contra Iohannem Mortel Arelatensem et alios Tornacensis diocesis promulgata inviolabiliter observetur. iii kal. Mai. a° 4°. ‖ Diegerick Invent. I. 26. n° 27, *perperam ad* a. 1219. |
| (Mai. ineunte) | (») | (6244) Conradum scolasticum Maguntinensem capellanum et poenitentiarium suum hortatur ad crucesignatos Teutoniae ut votum suum in instanti passagio exequantur compellendos, F(ridericum) regem Siciliae in Romanorum imperatorem electum monendo, ut si ipse transfretare forte nequiverit, crucesignatos ulterius non detineat. A° 4°. Würdtwein Nov. subsid. IV. 106; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. i. 783; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 53. — »Experti tue probitatis.« |
| Mai. 1 | » | (6245) Capitulum Lubicense cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Kal. Mai. a° 4°. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 43. n° 36. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 5 | — | Aymoni abbati S. Mauritii: »Laterani iii non. Mai. a° 4°.« ‖ Kuen Collect. III. 87, *vid.* 1221. Mai. 5. n° 6651. |
| » 6 | Viterbii | (6246) Archiepiscopum Tarraconensem rogat et monet, ut fratres Praedicatores habeat commendatos et ad promotionem eorum ordinis diligenter intendat. ii non. Mai. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 10. n° 15. — »Quoniam abundavit iniquitas.« |
| » 8 | » | (6247) (Christianum) episcopum et omnes Christifideles noviter baptizatos Prusciae monet et hortatur, ut stent in fide viriliter et constanter. Episcopo scribit, se non omnes omnino petitiones eius, quas per Henricum fratrem suum miserit, potuisse exaudire, »quia, cum ad succurrendum Terrae sanctae de necessitate totaliter nunc intendere compellamur, non expedit, ut crucesignatorum auxilium dividatur.« viii id. Mai. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 40; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 369; Watterich Deutsch. Ordensstaat 231. n° 9. — »Gratias agamus (agimus *Rayn., Bull.*) largitori.« |
| » 11 | » | (6248) Monasterium de Tincia cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem praedia et alia bona tam a principibus quam ab aliis Christifidelibus eidem concessa confirmat. v id. Mai. a° 4°. ‖ Cod. dipl. Tinecens. I. 6. n° 3. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 12 | » | (6249) Magistro Rocaberto S. Victoris, Vincentio de Sillia, Castorgio de Mansu, Iosepho de Flore, Iacobo Vallis Umbrosae et Dominico de Aquilari monasteriorum monachis mandat, ut proficiscantur cum fratre Dominico priore ordinis Praedicatorum ad proponendum, quibus expedire viderit, verbum Dei. iv id. Mai. a° 4°. ‖ Sovegius Annus Dominican. I. mens. August. 388; Ripolli Bullar. Praedic. I. 10. n° 16. — »Quia qui seminant.« |
| » 13 | » | (6250) (Laurentio) episcopo et abbati S. Mariae Wratislaviensibus scribit, se (Ivoni) Cracoviensi episcopo iniunxisse ut assumeret onus regimis ecclesiae Gneznensis, illum autem instanter postulavisse, ne id oneris ipsi imponeretur. Mandat eis, convocent capitulum Gneznense ad locum tutum eisque iniungant, ut de persona idonea sibi provideant infra 40 dies. iii id. Mai. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 11. n° 22. — »Vacante Gneznensi ecclesia.« |
| » 13 | » | (6251) (Obizzoni) episcopo Parmensi, archidiacono et archipresbytero Reginensibus mandat, ut Bononienses ad abroganda statuta contra libertatem scholarium hactenus habitam |

**1220.**

ab ipsis edita compellant. III id. Mai. a° 4°. || (Sarti) De archigymn. Bonon. profess. II. 58; Savioli Ann. Bologn. II. II. 428. — »Statutis civitatis Bononiensis.«

Mai. 13 Viterbii (6252) Abbatem et conventum S. Thomae martyris (de Abirbrothoc) in Scotia sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Turfred et de Inverhugim, de Aberkerdover, de Havetwisel, de Munifoth *etc.* eis confirmat. III id. Mai. a° 4°. || Liber S. Thome de Aberbrothoc 158. n° 224; Theiner Mon. Hibern. 15. n° 33. — »Cum a nobis.«

» 18 » (6253) Eisdem postulantibus inhibet, ne quis infra metas parochiarum monasterii absque diocesani conventusque assensu praesumat construere oratorium vel capellam. XV kal. Iun. a° 4°. || Liber S. Thomae de Aberbrothoc 159. n° 225. — »Iustis petentium desideriis.«

» 18 — Praeposito et fratribus de Stendale: »Ap. Urbem veterem XV kal. Iun. a° 4°.« || Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. V. 32. n° 23, *vid.* 1220. Iun. 17. n° 6273.

» 19 Viterbii (6254) Abbati de Kotwico et S. Ypoliti et S. Andreae praepositis Pataviens. dioc. terminandam committit causam praepositi ecclesiae s. Georgii, qui significavit, »quod, cum plebanus et homines in Treisinmure Patav. dioc. in quibusdam sollempnitatibus processionaliter cum cruce accedere ad dictam ecclesiam teneantur, iidem id efficere contradicunt.« XIV kal. Iun. a° 4°. || Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen IX. 284. — »Significavit nobis praepositus.«

» 19 — (Iohanni) Bituricensi archiepiscopo: »Laterani XIV kal. Iun. a° 4°.« || Martene Thes. anecd. I. 878, *vid.* 1221. Mai. 19. n° 6665.

» 22 Viterbii (6255) Monasterium s. Floriani cum omnibus bonis tuendum suscipit eique specialiter possessiones de Waltchirchen, de Wachau et de Veklabruche cum pertinentiis confirmat. XI kal. Iun. a° 4°. || UB. ob der Enns II. 616; *cf.* Stülz St. Florian 298. n° 51. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 23 » (6256) Capitulo Narniensi, qui magistrum Iohannem in episcopum elegerant, hanc electionem confirmat eosque ab impetitione partis concanonicorum, qui ad sedem apostolicam appellaverant, absolvit. X kal. Iun. a° 4°. || Ughelli Ital. sacra I. 1016. — »Gerardus clericus procurator.«

» 23 » (6257) Praeposito S. Georgii, H. archidiacono et custodi Augustensibus mandat, ut causam vertentem inter abbatem conventumque Wessinsbrunnensis monasterii et G. militem de Dilingen Augustan. dioc., qui in quasdam possessiones eorum hostiliter irruens eis damna et iniurias irrogaverat, fine debito terminent. X kal. Iun. a° 4°. || Leutner Histor. Wessofont. I. 238; *cf.* Lang Regesta II. 104. — »Dilecti filii abbas.«

» 25 » (6258) S. Pauli et SS. Geminorum prioribus Bisuntin. et Lingonens. dioec. scribit, se cessionem archiepiscopi Bisuntini molestati aetatis angustiis admisisse, eisque mandat, curent ut ii quorum intersit infra 15 dies sibi per electionem canonicam de persona idonea provideant in pontificem. VIII kal. Iun. a° 4°. || Gallia christ. XV. instr. 63. — »Venerabilis frater noster.«

» 28 » (6259) Pandulpho Norwicensi electo camerario suo apostolicae sedis legato mandat, ut neminem de regno Angliae, quantumcunque fidelis aut familiaris existat Henrico regi Anglorum, plus quam duo de castris regiis in sua tenere custodia patiatur. V kal. Iun. a° 4°. || Rymer Foedera I. I. 81; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 44. — »Praesentium tibi auctoritate.«

» 28 » (6260) Episcopo et clero tam civitatis quam diocesis et districtus Tarvisini significat, se rogasse et obsecrasse universitatem civium Tarvisinorum, ut infra mensem iurent in manibus Paduani episcopi praecise obedire mandatis apostolicis tam super damnis quam super iniuriis, quas irrogarant episcopo Bellunensi ac Feltrensi, interim ab eius et ecclesiae suae molestia penitus quiescentes. Mandat eis, ut, nisi dicti cives mandatum apostolicum infra praesens ipsum tempus curaverint adimplere, eorum civitatem diocesim ac districtum exuant illuc sine apostolicae sedis licentia minime reversuri. V kal. Iun. a° 4°. || Ughelli Ital. sacra V. 372. — »Iniquitates quibus cives.«

» 28 » (6261) Potestati et populo Tarvisinis scribit de eodem argumento et addit »quod, si poenas huiusmodi solita pertinacia contempseritis, civitatem vestram pontificali privabimus dignitate« *etc.* V kal. (Iul., *sed legas*) Iun. a° 4°. || Ughelli l. c. 372; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 27. — »Iniquitatum vestrarum.«

» 28 » (6262) (Guilelmo) Engolismensi et (Radulfo) Petragoricensi episcopis mandat, ut W(illelmum) de Partenay et W(illelmum) de Mangot et quosdam alios milites Pictavenses »occasione cuiusdam pecuniae quam cl. mem. I(ohannes) rex Anglorum eis promiserat, quamdiu sibi placeret de sua camera persolvendam, villas et castra H(enrici) regis Anglorum multipliciter« inquietantes compellant ad conquiescendum ab hac molestatione indebita. V kal. Iun. a° 4°. || Bouquet Rec. XIX. 695. — »Cum carissimus in.«

» 29 » (6263) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Franciae constitutis notum facit, se habere ordinem fratrum Minorum de approbatis et

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| | | fratres ordinis ipsius recognoscere catholicos. Monet eos, ut ipsos tanquam vere fideles et religiosos in suis diocesibus admittant. IV kal. Iun. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. I. 360; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 3. n° 4. — »Pro dilectis filiis.« |
| Mai. 29 | Viterbii | (6264) Abbati et conventui Garstensi ecclesiam in Garsten cum capellis, quam eis (Gebhardus) Pataviensis episcopus contulerat, auctoritate apostolica confirmat. IV kal. Iun. a° 4°. ‖ UB. ob der Enns II. 617. — »Iustis petentium desideriis.« |
| (1219. Oct. 25-1220. Mai. 29) | » | (6265) Sarisberiensi et Eliensi episcopis mandat, ut in excessus (Richardi) Dunelmensis episcopi, »de quo insinuatio clamosa processit, quod postquam fuit ad officium pontificale promotus, reus sanguinis, simoniae, adulterii, sacrilegii, rapinae ac dilapidationis multiplicis est effectus« *etc.*, inquirant et quae invenerint ad sedem apostolicam transmittant. A° 4°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 311; Rogeri de Wendover Flores IV. 69; Mansi Concil. XXII. 1095; Labbe Conc. XI. 243. — »Ita nobis in.« |
| Iun. 2 | » | (6266) Priori Scalae Dei significat, se inquisitionis litteras contra Dertusensem et Urgelensem episcopos revocandas duxisse. (III, *sed legerim*) IV non. Iun. a° 4°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 185. — »Quia nostro petisti.« |
| » 2 | » | (6267) Opizoni Parmensi episcopo collectas et hostes, cavalcatas, laboreria et publicas factiones in terris Parmensis episcopatus scil. Columo, Pupilio, Castro Gualterii, Monticulo, Colliculo *etc.*, in quibus commune Parmense iurisdictionem temporalem ac spiritualem iniuste exercebat, nomine ecclesiae Parmensis adiudicat, statuta et alia in praeiudicium ecclesiasticorum et clericorum praefati episcopatus ab eodem communi praesumpta in irritum revocans. IV non. Iun. a° 4°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 336. n° 39. — »Coram venerabili fratre.« |
| » 2 | » | (6268) Scolastico, custodi et Ludolfo canonico Magdeburgensibus committit terminandam praepositi et capituli ecclesiae de Stendale causam, qui questi erant, quod archidiaconus Balsamiae Halberstadens. dioc. a capellanis ecclesiarum suarum obedientiam et reverentiam exigat minus iuste, ipsos et praedictas ecclesias super his et aliis contra iustitiam aggravando in eorum praeiudicium et gravamen. IV non. Iun. a° 4°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. V. 32. n° 24. — »Dilectorum filiorum praepositi.« |
| » 2 | — | Philippo regi Francorum: »Laterani IV non. Iun. a° 4°«. ‖ Bouquet Rec. XIX. 696, *vid.* 1221. Iun. 2. n° 6672. |
| » (2.3.) | ad Urbem veterem | »Honorius papa mense Iunio a *Viterbio* vadit, et circa finem Septembris *Viterbium* rediens exinde *Romam* reversus est.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 992 (ap. Ughelli Ital. sacr. [ed. 1647] III. 978). |
| » 3 | ap. Urbem veterem | • (6269) Episcopo et archidiacono Apsarensibus in Dalmatia facultatem dat recipiendi resignationem episcopi Polani, qui propter pecuniam occasione electionis suae a consanguineis suis datam se simoniacum esse angebatur; et, ut alter loco ipsius eligatur, capitulo dicto iniungendi. III non. Iun. a° 4°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 300. |
| » 3 | — | Amalrico comiti Tolosano: »Laterani III non. Iun. a° 4°«. ‖ Baluze Misc. II. 254; Bouquet Rec. XIX. 696 *et al.*, *vid.* 1221. Iun. 3. n° 6673. |
| » 12 | ap. Urbem veterem | (6270) Alatrino subdiacono et capellano suo mandat, ut de manibus Friderici Romanorum regis terram comitissae Mathildis, quam resignare intendat, recipiat. II id. Iun. a° 4°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 371. n° 47; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 794. — »Per tuas nobis.« |
| » 15 | » | (6271) Hospitale extra portam Fogiae in suburbio de Vassano cum omnibus bonis protegendum suscipit. XVII kal. Iul. a° 4°. ‖ Strehlke Tabulae 145. n° 148. — »Cum a nobis.« |
| » 17 | » | (6272) (Engelhardo) Novemburgensi, (Eccehardo) Mersburgensi et (Conrado) quondam Halberstadensis ecclesiae episcopis mandat, compellant Guncelinum dictum dapiferum et B. de Vulferbotele [Wolfenbüttel], item ... de Bowende ac quosdam alios Hildesemensis ac Halberstadensis diocesum, ut castrum ab ipsis in fundo Ganderhemensis ecclesiae erectum quod dicitur Assenburc diruant et fundum eiusdem (Machthildae) abbatissae et conventui quiete dimittant. XV kal. Iul. a° 4°. ‖ Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 750. — »Sane dilecte in.« |
| » 17 | » | (6273) Praeposito et fratribus de Stendale indulget, ut nulli synodum in eorum ecclesia ipsis invitis liceat celebrare; prohibet etiam, ne quis episcopus vel praelatus eos excommunicationi aut dictam ecclesiam praesumat subicere interdicto. XV kal. (Iun., *sed legi debet*) Iul. a° 4°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. V. 32. n° 23, *omisso initio.* |
| » 19 | » | (6274) Praepositum et capitulum ecclesiae in Stendale et ecclesiam ipsam sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem villas, terras, possessiones et alia bona eis et per eos dictae ecclesiae confirmat. XIII kal. Iul. a° 4°. ‖ Riedel l. c. 31. n° 22, *omisso initio et perperam ad* a. 1220. Apr. 19. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| Iun. 20 | ap. Urbem veterem | (6275) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino mandat, ut Fridericum regem Siciliae in Romanorum imperatorem electum moneat ad comitem Raynerium iuxta promissionem factam libertati restituendum. xii kal. Iul. a° 4°. ‖ Würdtwein Nov. subsid. IV. 110; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. ii. 794. — »Obloquentibus olim multis.« |
| » 21 | » | (6276) (Ulrico) Pataviensi episcopo mandat, ut magistro A(rnoldo) regio capellano (decano Pragensi) propter Pragensem episcopum a suis beneficiis amoto ea quae in Pataviensi diocesi obtineat, absque difficultate restituat, »cum intentionis nostrae non fuerit, huiusmodi amotionem extendi nisi ad beneficia illa dumtaxat, quae in Pragensi diocesi obtinebat«. xi kal. Iul. a° 4°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 292. n° 622; *cf.* Palacky Reise 22. n° 80. — »Propter venerabilem fratrem.« |
| » 23 | » | * (6277) Abbati S. Iohannis prope Ypras mandat, faciat ut sententia excommunicationis ab abbate de Zillebeke contra Iohannem Mortel, Richerum Strabonem et alios Tornacensis diocesis promulgata inviolabiliter observetur. ix kal. Iul. a° 4°. ‖ Diegerick Invent. I. 27. n° 28 (*falso ad* a. 1219). |
| » 25 | » | (6278) Repetit Innocentii III pp. n° 4383 d. d. 1212. Febr. 15: »vii kal. Iul. a° 4°« — »Cum Quidelingeburgensi monasterio.« ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 137; Kettner Antiqq. Quedlinb. 231; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Von Aebtiss. 206. n° 44. |
| » 27 | » | (6279) Ph(ilippo) regi Francorum nunciat, se W(illelmum) Autissiodorensem episcopum providisse Parisiensi ecclesiae in episcopum et pastorem; rogat eum et monet, ut dictum episcopum vultu sereno recipiat, nunciis eius (cum ipse venire sic festinato non possit) regalia libenter assignet ipsumque favore regio prosequatur. v kal. Iul. a° 4°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 698. — »Ut sincerae caritatis.« |
| » 27 | » | (6280) Capitulo Autissiodorensi scribit de eodem argumento eisque mandat, ut provideant sibi canonice personam in episcopum et pastorem. v kal. Iul. a° 4°. ‖ Bouquet l. c. 699. — »Ut sincerae caritatis.« |
| » 27 | » | (6281) (Petro) archiepiscopo Senonensi intimat, se W(illelmum) Autissiodorensem episcopum Parisiensi ecclesiae providisse in pastorem. Licet autem vir prudens et humilis »aliud nobis suadere studuerit, nos tamen, mutare nolentes quod in favorem Parisiensis ecclesiae feceramus, eidem ... sub poena excommunicationis iniunximus, ut regimen susciperet ecclesiae saepedictae«. Mandat ei, ut dictum episcopum habeat commendatum. v kal. Iul. a° 4°. ‖ Bouquet l. c. 698. — »Ut sincerae caritatis.« |
| » 27 | » | (6282) Capitulo Parisiensi scribit de eodem argumento eisque mandat, ut illum sicut patrem et pastorem suum hilariter suscipiant eiusque monitis et mandatis devote intendant. v kal. Iul. a° 4°. ‖ Bouquet l. c. 698. — »Ut sincerae caritatis.« |
| » 27 | — | Potestati et populo Tarvisinis: »Viterbii v kal. Iul. a° 4°«. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 372, *vid.* 1220. Mai 28. n° 6261. |
| » 29 | — | † (VIII) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam Zwerinensem »in qua sacramentum sanguinis Domini nostri Iesu Christi pie creditur esse reconditum«, in festis Coenae Domini et Ascensionis eiusdem, in festis b. Viti, nativitatis Mariae ac s. Iohannis evang. visitaverint, ad preces Henrici comitis Zwerinensis sacrosanctae Romanae ecclesiae strennui defensoris indulgentiam 21 annorum et totidem quadragenarum concedit *etc.* »Romae ap. S. Mariam maiorem iii kal. Iul. a° 4°«. ‖ Schröder Papist. Meklenburg I. 527; Lisch Meklenb. Urkunden III. 65; Lisch Meklenb. Jahrb. XIII. 315; *cf. ibid.* XIII. 151, XX. 234; Meklenb. UB. I. 251. n° 267. — »Splendor paterne glorie«. *Bulla spuria; nec in Honorio III nec in Honorio IV quadrat.* |
| (Iun.) | (ap. Urbem vet.) | (6283) Consules et populum Tolosanos flagitat, ut ad ecclesiasticam unitatem humiliter redeant praecise iurando in manibus C(onradi) Portuensis episcopi apostolicae sedis legati, se deinceps omnibus eius mandatis parituros. Eisdem minatur, quod, si dicto mandato infra certos dies non satisfecerint, »episcopalis dignitatis honore civitatem vestram privabimus eius diocesim cum vicinis diocesibus applicantes, ac insuper per sententiam expresse vobis abiudicabimus omnia bona vestra«. *Sine signo chronol.; finis desideratur.* Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 268; Bouquet Rec. XIX. 700. — »Exspectantes exspectavimus ut.« <br> * *In eundem modum* Consules et populum Nemausenses — Consules et populum Avenionenses. |
| ( » ) | ( » ) | (6284) R(aimundum) filium R(aimundi) quondam comitis Tolosani hortatur, ut tandem ad sinum ecclesiae revertatur; »alioquin habeas pro constanti, quod etiam spe reservatae (in concilio Lateranensi) provisionis te omnino privabimus et per sententiam expresse tibi abiudicabimus etiam terram citra Rhodanum existentem, quam pater tuus obtinuit«. *Sine signo chronol.; finis deest.* ‖ Vaissète l. c. 268; Bouquet l. c. 701; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1221 § 43. — »Cum Tolosa et.« |
| Iul. 1 | ap. Urbem veterem | (6285) Magistrum et fratres domus hospitalis Ierosolymitani Parisiensis monet, ut 6000 vel 5000 aut ad minus 4000 marcarum de vicesima, quam P(andulfus) Norwicensis electus |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| | | camerarius suus apostolicae sedis legatus penes eos deponi mandavit, mittant in proximo passagio in subsidium Terrae sanctae (Pelagio) Albanensi episcopo apostolicae sedis legato. Kal. Iul. a° 4°. ‖ Bouquet l. c. 702. — »Cum dilecti filii.« |
| Iul. 1 | ap. Urbem veterem | (6286) Aymaro thesaurario domus militiae Templi Parisiensis mandat, ut P(elagio) Albanensi episcopo apostolicae sedis legato 6000 marcarum argenti de Angliae vicesima transmittat. Kal. Iul. a° 4°. ‖ Bouquet l. c. 702. — »Discretionem tuam dignis.« |
| » 1 | » | (6287) Pelagio Albanensi episcopo apostolicae sedis legato de antecedenti epistola significat. Kal. Iul. a° 4°. ‖ Bouquet l. c. 702. — »Fraternitati tuae praesentibus.« |
| » 2 | » | * (6288) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino mandat, moneat Fridericum regem Siciliae in Romanorum imperatorem electum, ut iuxta promissionem suam libertati restituat comitem Reynerium. VI non. Iul. a° 4°. ‖ Würdtwein Nov. subsid. IV. 111; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 795. <br> * *In eundem modum* Duci Austriae *et aliis*. |
| » 6 | » | (6289) (Henrico) episcopo Bononiensi, (Azzoni) abbati S. Stephani et (Tancredo) canonico ecclesiae Bononiensis mandat, inducant vel, si necesse fuerit, coerceant populum et potestatem Mantuanos, ne de cetero bona Massae Fiscaliae, quae b. Petri iuris sint, debacchantes aggravent. II non. Iul. a° 4°. ‖ Savioli Ann. Bologn. II. II. 434. — »Miramur plurimum quod.« |
| » 6 | » | (6290) (Roberto) Wesprimiensi episcopo mandat, ut, cum plures crucesignatorum in Hungaria crucem, alii non solum crucem sed et cum ipsa deposuerint animum transfretandi *etc.*, super his quae ad prorogationem passagii pertinent, statuat quod crucesignatorum saluti et Terrae sanctae succursui viderit expedire, et una cum (Ugrino) Colocensi archiepiscopo laboret, ut ad pascha proxime venturum vel ad sequens festum nativitatis b. Iohannis baptistae passagii terminus restringatur. II non. Iul. a° 4°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 289; Theiner Mon. Hungar. I. 23. n° 39. — »Ex parte tua.« |
| » 6 | » | (6291) Archiepiscopo Dublinensi mandat, ne se gerat de cetero pro legato, cum nunc in Angliae ac Iberniae regnis pax reformata sit. II non. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 15. n° 34; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 46. — »Cum olim Anglie.« |
| » 7 | » | (6292) Ugrino archiepiscopo Colocensi, qui cum R(oberto) Vesprimiensi episcopo et aliis crucesignatis nobilibus statuerat, ut a festo paschae proxime venturae in annum omnes crucesignati Hungariae unanimiter in subsidium Terrae sanctae transfretarent, et petebat ut hoc per sedem apostolicam approbetur, scribit, se ab approbatione termini memorati duxisse supersedendum in praesens. Rogat et monet eum, ut una cum episcopo memorato modis omnibus laboret, ut ad pascha proxime venturum vel ad sequens festum nativitatis b. Iohannis baptistae praefatus terminus restringatur. Non. Iul. a° 4°. ‖ Pray Hierarch. II. 53; Katona Hist. crit. V. 339; Fejér Cod. dipl. III. I. 288; Theiner Mon. Hungar. I. 23. n° 38. — »Fraternitatis tuae litteras.« |
| » 8 | » | (6293) Marchioni Estensi praecipit, ut audaciam Ferrariensium in occupanda Massa Fiscaliae reprimat. VIII (id.?) Iul. a° (5°, *sed legas*) 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 53. n° 79. — »Interrogamus te.« |
| » 8 | » | (6294) Populo Ferrariensi comminatur, se civitatem eorum episcopali honore privaturum, nisi terram Massae Fiscaliae, quae b. Petri iuris existat, occupatam dimittant. VIII id. Iul. a° 4°. ‖ Theiner l. c. I. 53. n° 78. — »A ferri forte.« |
| » 8 | » | (6295) Conventum de Raitenbuch in protectionem suam suscipit et ecclesias in Grepfelvingen (Gröffolingen *Hund*), Urbach, Mulhusen, Unfrehtshusen et s. Laurentii in Schongeu ei confirmat. VIII id. Iul. a° 4°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 147; Mon. Boic. VIII. 20. — »Cum a nobis.« |
| » 8 | » | * (6296) Monasterio Ottenburano ius patronatus in Ottenbeurn, Böhen et Santheim confirmat. VIII id. Iul. a° 4°. ‖ Lang Regesta II. 106. |
| » 9 | » | * (6297) P. archipresbytero de Corma Regali facultatem largitur occasione visitationis compellendi canonicos ad observanda statuta concilii generalis. VII id. Iul. a° 4°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 300. |
| » 10 | » | (6298) (Guilelmo) Vivariensi et (Gaufrido) Tricastrensi episcopis mandat, ut Bertrandum de Cares et eius complices interfectores (Roberti) Aniciensis episcopi ad agendam poenitentiam praescriptam per censuram ecclesiasticam compellant. VI id. Iul. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 28; Bouquet Rec. XIX. 703. — »Piaculare flagitium quod.« |
| » 11 | » | (6299) Potestati et populo Tudertinis sub poena mille librarum iniungit, ut paci inter ipsos et Spoletanos apud Mevaniam de ducatu Spoletano, ad demanium Romanae ecclesiae reverso, per nuntium apostolicum firmatae acquiescant. V id. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 54. n° 80. — »Cum sit nostra.« |
| » 11 | » | (6300) Abbati Kir Kestedensi in Anglia *etc.*, qui contra abbatem et conventum S. Edmundi Norvicensis dioc. procedere nolebant, quia a litterarum contra illos super capella qua- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| | | dam impetratarum bulla filum fuit fortuitu casu detractum, mandat, ut casu non obstante praedicto in negotio ipso secundum earundem litterarum tenorem procedant. v id. Iul. a° 4°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 186. — »Ad audientiam nostram.« |
| Iul. 11 | ap. Urbem veterem | Universis praesentes litteras inspecturis: »v id. Iul. a° 4°« — »Ne rerum gestarum.« ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 372, *vid.* 1221. Febr. 18. n° 6567. |
| » 12 | » | (6301) (Herveum) comitem Nivernensem hortatur, ut civitatem Antissiodorensem, quam statim atque (Guilelmus) Parisiensis episcopus, qui ad defensionem civitatis praedictae a P(etro) Constantinopolitano imperatore crucesignato ei ac R(oberto) de Curteniaco fratri commissae ad sedem apostolicam deputatus accedebat, hostiliter invaserat et per violentiam occupaverat, dimittat liberam et quietam. »Alioquin noveris nos (Herveo) episcopo, S. Martini et S. Lupi abbatibus Trecensibus in mandatis dedisse, ut te ad haec... compellant.« iv id. Iul. a° 4°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 704. — »Si mente sollicita.« |
| » 12 | » | (6302) Ph(ilippo) regi Francorum scribit de eodem argumento eumque monet et obsecrat, ut, si dictus comes praeceptum apostolicum neglexerit adimplere, eum ad haec »tradita tibi a Domino potestate« compellat. iv id. Iul. a° 4°. ‖ Bouquet l. c. 704. — »Si mente sollicita.« |
| » 13 | » | (6303) Abbatibus Praemonstratensis ordinis indulget, ut, si quem episcopum communionem et gratiam apostolicae sedis habentem per eos transire contigerit, eis liceat ab eo recipere benedictionem vasorum et vestium, consecrationes altarium ac ordinationes canonicorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi. iii id. Iul. a° 4°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 652. — »Vestris et ordinis.« |
| » 14 | » | (6304) Capitulo et clero Spalatensibus, qui, cum (Andreas) rex Ungariae in Terrae sanctae subsidium proficiscens per eorum civitatem transitum faceret et comes populusque eiusdem civitatis collectam pro exhibenda digna honorificentia ipsi regi facerent, ad eorum preces tam haereditatum suarum quam ecclesiasticorum proventuum ratione habita contingentem tribuerant in collecta huiusmodi portionem, indulget, ut ex hoc nullum eorum libertati praeiudicium generetur. ii id. Iul. a° 4°. ‖ Farlati Illyr. sacr. III. 248; *mutila* ap. Fejér Cod. dipl. III. i. 291. — »Per vestras nobis.« |
| » 14 | » | * (6305) Archiepiscopis et episcopis in regno Hispaniae constitutis mandat, inhibeant ne archidiaconi vel alii ipsorum nuntii procurationes indebitas a monasteriis ordinis Praemonstratensis in Hispania existentibus exigere vel extorquere praesumant, sed, cum ad eorum domus accesserint, cibis regularibus sint contenti. ii id. Iul. a° 4°. ‖ Indice de los docum. I. i. 87. n° 65. |
| » 17 | » | * (6306) Monasterio Ottenburano incorporationem parochiae ad S. Petrum confirmat. xvi kal. Aug. a° 4°. ‖ Lang Regesta II. 106. |
| » 17 | » | * (6307) Augustensi capitulo confirmat donationem ecclesiarum parochialium de Attenhusen, Annenhusen et Holzheim per Eberhardum Salzburgensem archiepiscopum et Augustanum olim praepositum cum consensu Vdescalci episcopi factam. xvi kal. Aug. a° 4°. ‖ Lang l. c. 106. |
| » 21 | » | (6308) Archiepiscopis et episcopis inhibet, ne canonicos Praemonstratensis ordinis in parochialibus ecclesiis commorantes et ad claustrum suum a suis abbatibus revocatos in dictis ecclesiis retinere praesumant. xii kal. Aug. a° 4°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 652; *argum. in* Indice de los docum. I. i. 87. n° 66. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 21 | » | (6309) Capitulum Augustense cum omnibus bonis protegendum suscipit, specialiter antem ecclesias de Attenburen (Attehusen *Lang*), Annenusen (Annenhusen *L.*), Holzhaim (Holzhaimen *L.*) et Lebzingen a b. mem. H(ildebrando) Augustensi praeposito pia liberalitate ei concessas eidem confirmat. xii kal. Aug. a° 4°. ‖ Mon. Boica XXXIII. i. 59; *cf.* Lang Regesta II. 108. — »Cum a nobis.« |
| » 24 | » | * (6310) Pelagio Albanensi episcopo apostolicae sedis legato describit, quot summas pecuniarum, per quos et a quibus exactas ipsi mittat pro subsidio Terrae sanctae; et eum hortatur ne deficiat in laboribus, dum Fridericus rex Romanorum, licet variis obstaculis sive propria voluntate usque nunc detentus, in festo s. Michaelis tandem sine dubio sit transiturus. ix kal. Aug. a° 5°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. ii. 805; *cf.* Raumer Gesch. d. Hohenst. (Ed. 2a) III. 180. |
| 1219. 1220 —Iul. 24— | — | N. N. mandat, ut statutum editum in concilio generali de magistris theologicis per singulas metropoles statuendis observetur *etc.* *Sine signo chronol.* — »Super specula.« ‖ Bulaeus III. 96 *al.*, *vid.* 1219. Nov. 22. n° 6165. |
| » 28 | ap. Urbem veterem | (6311) Conrado capellano et poenitentiario suo scholastico Maguntino mandat, ut, cum galiph de Bacdat gentem suam ad succursum Sarracenorum, qui sint in partibus Damiatae, continuo excitaverit exercitusque christianus sub spe adventus regii debilitatus sit plurimum, viris praesertim potentibus destitutus, nunc diligentius ad promovendum crucis negotium intendat et sui adiutores constituat per totam Alimanniam in eodem negotio. v kal. Aug. a° (4°, *sed legas*) 5°. ‖ Böhmer Acta imper. II. 653. n° 943. — »Fama referente didicimus.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| Iul. 28 | ap. Urbem veterem | (6312) Canonicis Spalatensibus terras, quas (Andreas) Ungariae rex infra muros civitatis Salonae eis donavit, auctoritate apostolica confirmat. v kal. Aug. a° 5°. ‖ Farlati Illyr. sacr. III. 248; Katona Hist. crit. V. 356; Fejér Cod. dipl. III. I. 292. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 29 | » | (6313) Capitulo Spalatensi significat, se, cum in (Guncellum) fratrem hospitalis s. regis Stephani de ordine Cruciferorum contulerint vota sua, licet electiones fratrum huiusmodi sedes apostolica non admittat et »quia sex electis ad Spalatensem ecclesiam nullus illorum propter nimiam paupertatem eiusdem suscipere voluit eius curam,« hanc electionem septimam duxisse tolerandam et (Roberto) Vesprimiensi episcopo dedisse in mandatis, ut, si viderit »quod per dictum fratrem eidem ecclesiae utiliter consulatur,« electionem factam de ipso confirmet et ei postmodum munus consecrationis impendat. iv kal. Aug. a° 5°. ‖ Farlati l. c. 247; Katona l. c. 334; Fejér l. c. 292. — »Licet in dilectum.« |
| » 29 | » | (6314) Canonicis Spalatensibus conventionem inter B(ernardum) archiepiscopum Spalatensem et clericos suae civitatis super variis articulis initam, quam »Ferentini xvi kal. a° 9°« (*vid.* n° 2811) Innocentius III confirmaverat, denuo confirmat. iv kal. Aug. a° 5°. ‖ Farlati Illyr. sacr. III. 247; Mon. Hung. hist. Dipl. XI. 404. — »In litteris bonae.« |
| » 29 | » | (6315) Capitulum Parisiense laudat, quod ad mandatum papale fratribus ordinis Praedicatorum liberaliter permiserint, ut in capella s. Iacobi quam habent Parisius celebrent divina et cimiterium habeant; rogat eosdem et hortatur, ut continuantes gratiam erga illos ipsos favorabiliter foveant. iv kal. Aug. a° 5°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris II. 392. — »Gaudemus in Domino.« |
| » 31 | » | (6316) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus ac aliis ecclesiarum praelatis et omnibus Christifidelibus per Yberniam constitutis notum facit, se illuc de latere suo mittere magistrum Iacobum capellanum et poenitentiarium suum apostolicae sedis legatum. Mandat eis, ut illum hilariter recipiant et honeste tractent. ii kal. Aug. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 15. n° 35. — »Apostolatus officium quod.« <br>* *In eundem modum* Regi Scotiae — Regibus Ultoniae — Corcaiae — Limrith — Connatiae — Insularum *cuilibet per se.* |
| » 31 | » | (6317) Magistris Rufino decretorum doctori, Vernatio Tarvisino et Amatori Senensi canonicis Bononiae commorantibus mandat, ut causam archipresbyteri et capituli Bononiensium conquerentium, quod »quidam monachi et conversi Pomposienses se in quasdam parochiales ecclesias in plebatibus diocesis Bononiensis existentes eis irrequisitis intrudere ac in eis divina officia celebrare praesumunt contra Lateranensis statuta concilii in eorum praeiudicium et gravamen«, audiant et terminent. ii kal. Aug. a° 5°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. ii. 115. — »Suam ad nos.« |
| (Iul. Aug.) | (») | (6318) (Ugrino) Colocensi archiepiscopo significat, se comperisse, (Andream) regem Ungariae alienationes quasdam fecisse in praeiudicium regni sui et contra regis honorem; se eidem mandare, ut alienationes praedictas non obstante iuramento, si quod fecerit de non revocandis eisdem, studeat revocare, »cum teneatur et in sua coronatione iuraverit, iura regni sui et honorem coronae illibata servare«. *Sine signo chronol.* ‖ Epist. decret. H-i III lib. 2. tit. 15 *de iureiur.* c. 3 ed. Cironius 143; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *de iureiur.* c. 33 ap. Boehmer Corp. II. 348; ap. Richter Corp. II. 359; Katona Hist. crit. V. 338; Fejér Cod. dipl. III. I. 294. — Intellecto iam dudum«. |
| Aug. 3 | » | (6319) R(ainerio) S. Mariae in Cosmedin diacono cardinali in temporalibus et spiritualibus rectoriam ducatus Spoletani committit. iii non. Aug. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 56. n° 82. — »Etsi iuxta verbum.« |
| » 5 | » | (6320) (Conradum) episcopum Metensem imperialis aulae cancellarium rogat et monet, ut vigore regii mandati terram comitissae Mathildis Raynaldo Munaldi subdiacono et capellano suo nomine sedis apostolicae resignet. Non. Aug. a° 5°. ‖ Theiner l. c. 56. n° 83; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. ii. 815. — »Tua sicut credimus.« |
| » 6 | » | (6321) Aymarum thesaurarium domus militiae Templi Parisiensis increpat, quod apostolica mandata praetergressus est et ad partes transmarinas 13000 marcarum argenti transmisit, »cum Terra sancta competens a nobis hucusque recepisset subsidium et pro necessitate ipsius evacuaverimus cameram nostram« *etc.* viii id. Aug. a° 5°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 705. — »Numquid non ex.« |
| » 6 | (») | * (6322) Monasterium Montis s. Mariae in Valle Venusta ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit. viii id. Aug. (a° 5°). ‖ Eichhorn Episc. Curiens. 299. |
| » 6 | » | (6323) Magistro Iacobo capellano et poenitentiario suo apostolicae sedis legato significat, se comperisse, quosdam Anglicos statuisse, ut nullus clericus de Ibernia ad aliquam dignitatem ecclesiasticam assumatur. Mandat ei, ut hoc statutum publice denunciet irritum ac inane. viii id. Aug. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 16. n° 36. — »Pervenit ad audientiam.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| Aug. 7 | ap. Urbem veterem | (6324) Eidem mandat, ut controversiam inter priorem conventumque S. Andreae de Scotia ex parte una et eorum episcopum, quosdam clericos de S. Andrea qui Keledei vulgariter appellantur, ac magistros H. de Meleburne, Adam Ovidium, Adam de Scone *etc.* ex altera super ecclesiis, possessionibus *etc.* vertentem decidat. vii id. Aug. a° 5°. ‖ Theiner l. c. n° 37. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 8 | » | (6325) Eidem mandat, ut pravas quasdam Anglorum contra Ibernienses consuetudines enumeratas omnino abolendas curet Anglosque censuris ecclesiasticis compellat, ut Ibernenses eisdem iuribus, quibus ipsi fruuntur, gaudere sinant. vi id. Aug. a° 5°. ‖ Theiner l. c. n° 38; Epist. decr. H-i lib. 1. tit. 3 *de consuetud.* c. 3 ed. Cironius 26. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 9 | » | (6326) Dunkeldensi episcopo, magistro Iacobo *etc.* et abbati de Dumfermelin causam prioris S. Andreae contra episcopum S. Andreae super iniuriis, oppressionibus *etc.* vertentem committit cognoscendam et terminandam. v id. Aug. a° 5°. ‖ Theiner l. c. 17. n° 39. — »Oblata nobis dilecti.« |
| » 9 | » | (6327) Raynaldo Munaldi subdiacono et capellano suo mandat, ut (Conradum) Metensem episcopum adeat, illi exponat eum peregrinationis in Terram sanctam mora excommunicationis sententiam incurrisse; ad accipiendum igitur absolutionis beneficium eum inducat, et praesertim ad reddendum apostolicae sedi comitissae Mathildis terram hortetur. v id. Aug. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 57. n° 84; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. ii. 816. — »Presentium tibi auctoritate.« |
| » 11 | » | (6328) Archiepiscopos et episcopos regni Hungariae rogat et monet, ut I(olantham) Hungarorum reginam iam sub protectione apostolica receptam, si forte A(ndream) regem naturae debitum solvere contigerit ante illam, habeant commendatam neque permittant, ut eadem super dote et aliis possessionibus suis temere a quoquam molestetur. iii id. Aug. a° 5°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 294; Theiner Mon. Hungar. I. 24. n° 40. — »Cum I. in.« |
| » 11 | » | (6329) Io(hanni) regi Hierosolymitano sub anathematis poena districtissime inhibet, ne hoc tempore aliquatenus arma moveat contra Armenos aut quoslibet alios christianos. iii id. Aug. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 55. — »Audivimus te secessisse.« |
| » 14 | » | (6330) Clericis et laicis Massae Fiscaliae eorumque successoribus privilegium a B(enedicto pp. x anno 1059) concessum, quo eis quasdam terras sub annuo censu paris boum et 60 spatularum porcinarum locat, confirmat. xix kal. Sept. indict. VIII. incarn. dom. a° 1220. pont. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 57. n° 85. — »In autentico bone.« |
| » 18 | » | (6331) P(andulfum) Norwicensem electum camerarium suum et apostolicae sedis legatum rogat et monet, ut negotiis regis et regni Angliae diligenter intendens pacem studeat omnimodo conservare, praeterea denarium b. Petri et censum ecclesiae Romanae debitum ac vicesimam colligi faciat et deferri de Anglia ac ipsa omnia sui sigilli munimine consignata Parisius penes Templarios et Hospitalarios caute deponat. xv kal. Sept. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 17. n° 40; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 44. — »Quod sicut per.« |
| » 18 | » | * (6332) Abbati et priori S. Petri ad Montes et archidiacono Catalaunensi pro taxatione congruae portionis presbyterorum ecclesiarum parochialium Cluniacensis ordinis in provincia Remensi mandata dat. xv kal. Sept. a° 5°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 105. |
| » 19 | » | (6333) Ecclesiam Dominici Sepulchri, priore et fratribus eius postulantibus, sub b. Petri et sua protectione suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, libertates, immunitates et iura confirmat. xiv kal. Sept. a° 5°. ‖ Nakielski Miechovia 136; *cf.* Grünhagen Regest. I. 109. n° 228. — »Effectum iusta postulantibus.« |
| » 20 | » | * (6334) Universis principibus per Theutoniam constitutis sub poenis ecclesiasticis mandat, ut iura Friderici imperatoris ad subsidium Terrae sanctae transfretare volentis illaesa servent. xiii kal. Sept. a° 5°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. ii. 822. |
| » 21 | » | (6335) (Conrado) episcopo Portuensi apostolicae sedis legato mandat, ut litem exortam inter (Bernardum) Biterrensem episcopum et A(malricum) comitem Tolosanum super munitione de Casiliaco, quodam nemore, quibusdam lapidibus, iurisdictione Iudaeorum *etc.* dirimat. xii kal. Sept. a° 5°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 705. — »In nostra constitutus.« |
| » 25 | » | (6336) Abbati et conventui monasterii s. Michaelis (ord. s. Ben.) Virdunens. dioc. inhibet, ne de cetero eos, qui Cisterciensi ordini spontanea professione coniungantur, inter monachos monasterii sui admittant, nisi forsan praefatum monasterium in posterum eiusdem ordinis instituta receperit. viii kal. Sept. a° 5°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 210. — »Cum regularis observantiae.« |
| » 25 | » | (6337) (Bartholomaei) episcopi Quinqueecclesiensis electionem propter defectum aetatis legitimae et scientiae litterarum irritat eumque in spiritualibus a pontificalium executione suspendit usque ad suae beneplacitum voluntatis. Ad haec ei nunciat, se (Iohannem) Strigoniensem archiepiscopum, qui ad eius confirmationem et consecrationem contra |

**1220.**

generalis concilii statuta processerat, taliter punire, ut non solum confirmandi primum eius successorem careat potestate, verum etiam a perceptione proprii beneficii sit suspensus. VIII kal. Sept. a° 5°. || Koller Episc. Quinqueeccles. II. 49; Fejér Cod. dipl. III. I. 295; Theiner Mon. Hungar. I. 24. n° 41. — »Intellecto te in.«

Aug. 25 | ap. Urbem veterem | (6338) (Roberto) Vesprimiensi et (Thomae) Agriensi episcopis mandat, ut, cum (Bartholomaeus) episcopus Quinqueecclesiensis in scientia et aetate patiatur defectum, super aetate inquirant et, si eum constiterit electionis suae tempore aetatis legitimae non fuisse, quicquid de eo factum irritent. »Ceterum cum inventus sit sufficientem non habere scientiam litterarum, eum in spiritualibus a pontificalium executione suspendimus« *etc.* Mandat eis, ut haec Strigoniensi et Quinqueecclesiensi ecclesiis publicantes iniungant capitulo, clero et universis subditis Quinqueecclesiensis ecclesiae, ut procuratoribus provisis de iustitiis episcopalibus sine difficultate respondeant. VIII kal. Sept. a° 5°. || Theiner l. c. 25; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 405. — »Intellecto venerabilem fratrem.«

» 26 | » | (6339) S. Eligii et S. Bartholomaei abbatibus et priori S. Eligii Noviomensibus intimat, se ad exemplar Innocentii pp. praedecessoris sui Iohannae comitissae Flandriae propter diutinam viri sui captivitatem duxisse indulgendum, ut nullus audeat in eam excommunicationis ferre sententiam absque mandato sedis apostolicae speciali. Mandat eis ut comitissam eandem nullatenus permittant contra hanc protectionem et inhibitionem ab aliquibus molestari. VII kal. Sept. a° 5°. || Bouquet Rec. XIX. 706. — »Cum dilecta in.«

* *In eundem fere modum* Iohannae Flandrensi comitissae.

» 26 | » | (6340) Azzachum Iudaeum Barchinonensem, regis Aragonum Alfachimum appellatum, ab usuris alienum catholicorumque studiosum censet eumque in apostolica clientela suscipit. Explicat Romanae sedis erga infideles humanitatem et clementiam. VII kal. Sept. a° 5°. || Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 48 *non integra.* — »Sedes apostolica pia.«

( » 26) | ( » ) | * (6341) Regi Aragonum de superiore epistola significat. || Raynald. l. c.

» 28 | » | * (6342) Fridericum regem Siciliae et in regem Romanorum electum commendat, quod ad suas preces ipse uxorem suam ducat pro recipiendo imperiali diademate. V kal. Sept. a° 5°. || Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 823.

» 28 | » | * (6343) (Conrado) Constantiensi episcopo et Eberhardo Salemitano abbati mandat, ut comites et barones in Alsatia cruce signatos ad exequendum vota sua per censuras ecclesiasticas compellant. V kal. Sept. a° (6°, *sed legas*) 5°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 207.

» 31 | » | (6344) Dublinensi archiepiscopo mandat, ut postulationem de P. canonico in episcopum per capitulum Ossoriense factam, si eam canonice celebratam viderit, confirmet. II kal. Sept. a° 5°. || Theiner Mon. Hibern. 17. n° 41. — »Cum dilecti filii.«

» 31 | » | (6345) (Lamberto) abbati de Claro Marisco scribit de Iohannae Flandriae et Hannoniae comitissae iuramento praestito, se pro posse suo conservare ac defendere velle bona tam Cameracensis quam aliarum ecclesiarum, eamque super hoc scrupulis laborare. Mandat ei, ut forma iuramenti inspecta declaret, qualiter comitissa obligata maneat huius iuramenti vinculo. II kal. Sept. a° 5°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 207, *fragm.*

Sept. 1 | » | * (6346) Magistro A(rnoldo) regio capellano (decano Pragensi) indulget, ut processu Ratisponensis episcopi et coniudicum eius necnon litteris obtentis ab (Andrea) Pragensi episcopo non obstantibus libere sui ordinis officium exequatur. Kal. Sept. a° 5°. || Erben Reg. Bohem. I. 294. n° 629; *cf.* Palacky Reise 22. n° 82.

» 3 | » | (6347) (Alberto) archiepiscopo Magdeburgensi eiusque suffraganeis mandat, ut H(enricum) comitem Ascaniae [Anhalt] et quosdam commensales eius per civitates et dioceses suas candelis accensis et pulsatis campanis singulis diebus dominicis et festivis excommunicatos sollempniter nuntient. III non. Sept. a° 5°. || Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 83. n° 90. — »Per tuas nobis.«

» 3 | » | (6348) De Walckenred, de Wolkolderode et de Lapide s. Michaelis Mogunt. et Halberstad. diocc. abbatibus mandat, ut C. ecclesiae Inmildensis praepositum Magdeburg. dioc., qui praeposituram ipsam obtineat a monasterio Nienburgensi, nihilominus autem H(enrico) comiti Ascaniae, qui praeter afflictiones alias dicto coenobio illatas eius abbatem exoculari fecerit et impie mutilari eamque ob rem publice excommunicatus sit, pertinaciter adhaereat, praepositura iam dicta privent. III non. Sept. a° 5°. Würdtwein Nova subs. IV. 111; UB. für Niedersachsen II. 91. n° 110. — »Ex parte dilectorum.«

» 3 | » | (6349) Eisdem notificat, C. Inmildensem praepositum duos monachos Nienburgensis (Niembergensis *Manr.*) monasterii ad id fraudulenter induxisse, ut sigillum praefati monasterii ei clanculo concesserint, quocum quasdam falsas litteras nomine conventus contra ipsorum abbatem malitiose confectas sigillare praesumpserit. Mandat eis, ut si ipsis constiterit rem taliter se habere, dictos monachos ad (Albertum) Magdeburgensem archiepiscopum diocesanum loci, qui excommunicationis sententiam in omnes huius malitiae conscios promulgaverit, mittant absolvendos, dicto autem praeposito canonicam poenam

| | | 1220. |
|---|---|---|
| | | infligant. III non. Sept. (Nov. *Manr.*) a° 5°. ‖ Würdtwein l. c. 113; *cf.* Manrique Ann. Cisterc. IV. 207. — »Ex parte dilectorum.« |
| Sept. 3 | ap. Urbem veterem | * (6350) Friderico episcopo Alberstadensi et abbatibus de Walkenrede et de Volcolderode Cisterc. ord. committit executionem omnium, quae Conradus Alberstadensis quondam episcopus, tunc quieti religiosae in Sedebeke monasterio Cisterc. ord. vacans in comitem .... atque eius fautorem (Albertum) archiepiscopum Magdeburgensem statuerat. III non. Sept. a° (6°, *sed legas*) 5°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 195. |
| » 4 | » | (6351) (Conradum) episcopum Metensem imperialis aulae cancellarium monet atque ei mandat, ut terram comitissae Mathildis ad Romanam ecclesiam pertinentem, dilatione ac excusatione cessantibus, Raynaldo subdiacono et capellano suo faciat resignari et eidem ab ipsius terrae hominibus fidelitatis iuramenta praestari. II non. Sept. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 57. n° 87; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 826; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1220 § 17. — »Si benignitatem quam.« |
| » 4 | » | (6352) Alatrino(?) subdiacono et capellano suo mandat, ut cum (Conrado) episcopo Metensi de restituenda terrae comitissae Matildis agat. II non. Sept. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 57. n° 86. — »Cum olim nobis.« |
| » 4 | » | (6354) Abbati et conventui Fossae Novae ecclesiam s. Angeli de Campo Mellis a Simeone Terracinensi episcopo ipsis concessam confirmat, ad verbum instrumentum donationis inserens. II non. Sept. a° 5°. ‖ Contator Histor. Terracin. 400; Ughelli It. sacra I. 1292. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 9 | » | (6355) Maioris ecclesiae et S. (Willelmi, *sed legas*) Willehadi scholasticis et plebano S. Mariae Bremensibus causam inter Arnoldum canonicum Ramesberensem et Alardum clericum Bremensis diocesis super praebenda Ramesberensi vertentem committit diiudicandam. V id. Sept. a° 5°. ‖ Ehmck Bremisches UB. I. 143. n° 120. — »Significavit nobis Arnoldus.« |
| » 10 | » | (6356) R(omano) S. Angeli diacono cardinali Campaniae Maritimaeque rectori mandat, ut sententiam inter monasterium s. Bartholomaei de Trisulto et homines Collis Pardi latam exequatur. IV id. Sept. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 58. n° 88. — »Cum diu sententialiter.« |
| » 10 | » | (6357) Monasterium s. Mariae de Livriaco ord. s. Victoris Paris. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. IV id. Sept. a° 5°. ‖ Gallia christ. VII. instr. 92. — »Cum a nobis.« |
| (cca. » 20) | » | (6358) Fridericum regem Siciliae in imperatorem Romanorum electum hortatur, ut secundum promissa terram comitissae Mathildis faciat Romanae ecclesiae assignari, et aliquid maiestate regia dignum statuat contra haereticos in Lombardia. A° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 58. n° 91; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 843; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 17. — »Non oportet nos.« |
| » 22 | » | (6359) Aczolino Anconitano et Estensi marchioni significat, universis per Anconitanam marchiam constitutis se mandasse, ut ipsi obediant sicut vassalli. X kal. Oct. a° 5°. ‖ Theiner l. c. 58. n° 89. — »Hiis que tua.« |
| » 22 | » | (6360) Rectoribus et populis Anconitanae et Humanatis civitatum, et Rachanatis (Recanatensis *Mur.*), Castelli Ficardi, Cinguli et Monticelli (Monticuli *Mur.*) castrorum marchiae Anconitanae mandat, ut Aczolino Anconitano et Estensi marchioni eiusque nuntiis fideliter obediant. X kal. Oct. a° 5°. ‖ Muratori Antich. Estens. I. 426; Theiner l. c. 58. n° 90. — »Totiens vobis dedisse.« |
| » 22 | — | (6361) Fratri Francisco et aliis prioribus seu custodibus Minorum fratrum inhibet, ne aliquem ad professionem sui ordinis, nisi per annum in probatione fuerit, admittant, post factam vero professionem nullus fratrum ordinem relinquere audeat *etc.* »Viterbii X kal. Oct. a° 5°«. *Signa chronol. sunt corrupta.* ‖ Wadding Annal. Minor. I. 361; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 6. n° 5. — »Cum secundum consilium.« |
| » 24 | ap. Urbem veterem | (6362) (Waltero) Cisterciensi et (Guidoni) Morimundensi abbatibus mandat, faciant, ut Waldemarus lator praesentium (Slesvicensis primum, mox Bremensis pontifex intrusus), qui habitum ordinis Cisterciensis assumpserit, in aliquo monasterio quod elegerit ordinem dictum humiliter observet. VIII kal. Oct. a° 5°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 196. — »Waldemarus lator praesentium.« |
| » 24 | » | (6363) (Conradum) episcopum Portuensem apostolicae sedis legatum angustiis et laboribus supra modum gravatum amice consolatur, condonat ei pro Arelatensi et Aquensi archiepiscopis et episcopo Avenionensi, qui sine auctoritate Massiliensibus et Tarasconensibus absolutionis beneficium impenderant, veniam eidemque nunciat, F(ridericum) regem Siciliae in Romanorum imperatorem electum Italiam ingressum esse, »et iam nobis vicinus properat ad coronam.« VIII kal. Oct. a° 5°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 707; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 42. — »Exhibitas nobis fraternitatis.« |

**1220.**

Sept. 25 — ap. Urbem veterem — (6364) Episcopo Ripensi mandat, ut Christiano cuidam acolito, licet quinque Sarracenos manu propria interfecerit, concedat facultatem remanendi in acolitatus ordine. vii kal. Oct. (a° 5°). || Suhm Hist. af Danmark IX. 754. — »Dilectum filium Christianum.«

» 25 — » — (6365) (Guidonis) vicecomitis Lemovicensis fidem et constantiam erga H(enricum) regem Anglorum laudibus extollit eumque hortatur, ut regi praedicto efficaciter assistat. vii kal. Oct. a° 5°. || Bouquet Rec. XIX. 707. — »Constantem fidem et.«

* *In eundem modum scriptum est* Consulibus et populo castri Lemovicensis — Electo, capitulo et populo civitatis Vasatensis — Nobili viro S. de Maloleone Pictavens. dioc. — A. vicecomiti de Rupecavardi, de Cabanisio, Montis Berulfi dominis Lemovic. et Engolism. diocc. — Abbati et conventui S. Iohannis Angeliacensis Xanctonens. dioc. — Maiori et communiae de Niorto Pictavens. dioc. — Maiori et communiae S. Iohannis Angeliacensis — Episcopo, capitulo et populo civitatis Petragoricensis — Gaufrido, Americo et Roberto de Ranconio fratribus Xanctonens. dioc. — Baronibus et aliis fidelibus (Henrici) regis Angliae in Burdegalensi diocesi constitutis — Episcopo, capitulo et populo civitatis Lemovicensis — Maiori et communiae de Rupella Xanctonens. dioc. — Episcopo, capitulo et populo civitatis Bayonensis — Universis baronibus et fidelibus H(enrici) regis Angliae in Lemovicensi diocesi constitutis — Episcopo, capitulo et populo civitatis Aquensis — Vicecomiti Toartensi et W. et G. natis eius Pictavens. dioc.

» 25 — » — (6366) Suffraganeos ecclesiae Narbonensis hortatur, ut C(onrado) Portuensi episcopo apostolicae sedis legato in confutanda pravitate haeretica seu in profligandis bestiis terrae, quae in partibus Provinciae velut vulpeculae moliuntur ingredi vineam Domini, assistant. vii kal. Oct. a° 5°. || Bouquet l. c. 706; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 43. — »Cum necesse sit.«

* *In eundem modum* Viennensem archiepiscopum et suffraganeos eius — Arelatensem — Lugdunensem — Aquensem et eorum suffraganeos.

» 25 — » — (6367) Y(sabellam) quondam reginam Angliae, quae maternae pietatis oblita H(enricum) regem Anglorum filium suum indebite persequebatur, nuper B. eius senescallum capi fecerat, eum castro de Compniaco spoliaverat *etc.* graviter arguit et hortatur, ut a dicti regis molestatione cessans divinam offensam et infamiam declinet humanam. vii kal. Oct. a° 5°. || Bouquet l. c. 708. — »Mirari cogimur et.«

» 25 — » — (6368) Hugoni de Leziniaco comiti marchiae Pictavensis diocesis, qui Y(sabellam) matrem H(enrici) regis Anglorum matrimonialiter sibi copulaverat, scribit de eodem argumento, atque hortatur eum, ut praefato regi Iohannam eius sororem, civitatem Xantonensem et insulam Oleronis cum aliis terris et redditibus sine dilatione restituat *etc.* vii kal. Oct. a° 5°. || Bouquet l. c. 709. — »Carissimus in Christo.«

» 25 — » — (6369) Abbati et conventui Maurimonasterii parochiam in villa de Obernechirhen, in qua ius patronatus dictum monasterium obtinebat. ab (Henrico) Argentinensi episcopo eis concessam confirmat. vii kal. Oct. a° 5°. || Würdtwein Nova subs. XIII. 247. — »Cum a nobis.«

» 26 — » — (6370) (Conrado) episcopo Ratisponensi mandat, ut, cum propter guerrarum discrimina in eius diocesi incendiarii tot existant, quod vix in ea sacerdos aliquis inter ipsos secure possit divina officia celebrare, talibus beneficium absolutionis impendat. vi kal. Oct. a° 5°. || Ried Cod. dipl. Ratisbon. 1. 326. n° 342. — »Ex parte tua.«

Oct. 1 — » — (6371) Archiepiscopis et episcopis et abbatibus, praepositis, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat, ut in fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani, clericos et ecclesias eorum, in quibus auctoritatem nequaquam habent, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare nullatenus praesumant. Kal. Oct. a° (3°, *sed legatur*) 5°. || Strehlke Tab. 275. — »Cum dilecti filii.«

» 5 — Viterbii — (6372) Capitulo Gneznensi concedit Vincentium ecclesiae Gneznensis maiorem praepositum in archiepiscopum, cum in eundem omnes eligentes unanimiter convenerint ac ille sit vir industrius, generis et morum nobilitate praeclarus ac litteratura sufficienter ornatus. Mandat eis, ut ipsi electo tamquam pastori suo intendant. iii non. Oct. a° 5°. || Theiner Mon. Polon. I. 11. n° 23. — »Ex litteris venerabilis.«

» 10 — » — (6373) B(artholomaeo) decano Carnotensi, magistro Girardo de Pictavia canonico et Radulfo presbytero fratri militiae Templi Parisiensis mandat, ut, cum B(lancha) comitissa Campaniae intercesserit, quominus statim absolverentur ab excommunicationis vinculo Erardus de Brenna et Philippa uxor ipsius, iidem vero instantius peterent absolutionis beneficium, Erardum liberent cum suis ab excommunicatione, si satisfecerit quantum possit de damnis comitissae illatis. vi id. Oct. a° 5°. || Bouquet Rec. XIX. 710; Teulet Layettes I. 502. n° 1407; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 159. n° 1296. — »Nobili viro Erardo.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| Oct. 26 | Laterani | (6374) (Roberto) episcopo, archidiacono et Hugoni canonico Claromontensibus causam inter Agnetem viduam natam comitis Nivernensis et (Guilelmum) Autissiodorensem episcopum, qui dictae viduae super assignatione feodi Mallei et Betreii iniuriabatur, et comitem Namurcensem qui ipsius viduae castra Mallei, Betreii et Collegiarum contra iustitiam detinebat occupata, dirimendam committit. vii kal. Nov. a° 5°. ‖ Bouquet l. c. 711. — »Ex parte dilectae.« |
| » 26 | (») | * (6375) Le pape confirme les possessions des biens à l'abbaye de Saint-Michel à Doullens. vii kal. Nov. (a° 5°.) ‖ Darsy Bénéfices I. 203. |
| » 26 | — | Episcopo Engolismensi et abbati de Corona: »Viterbii vii kal. Nov. a° 5°«. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 207, *vid.* 1219. Oct. 26. n° 6139. |
| » 27 | Laterani | (6376) Magistro et fratribus domus s. Mariae Theutonicorum Iherosolimis ab (Ottone) comite de Hennenberch, Beatrice uxore et Ottone filio eiusdem venditum Castellum Regis cum omnibus pertinenciis suis, excepto casali quod vocatur Ihazon, confirmat. vi kal. Nov. a° 5°. ‖ Voigt Gr. O. v. Henneberg 73; Strehlke Tabulae 41. n° 54. — »Iustis petencium desideriis.« |
| » 30 | » | (6377) Archidiacono Hellino et magistris Gualtero de Chambli et Gotofrido canonicis S. Petri Laudunensis mandat, faciant ut sententia, quam pro capitulo S. Quintini officiales Remenses contra episcopoum Noviomensem super quibusdam ecclesiis et earum fructibus promulgarunt, inviolabiliter observetur. iii kal. Nov. (a° 5°). ‖ Colliette Mém. pour l'hist. de Vermandois II. 669; Hemeraeus Augusta Veron. 210. — »Postularunt a nobis.« |
| » 30 | » | (6378) Decano, cantori et scolastico Ildesemensibus mandat, compellant comitem de Aldenhusen Alberstadens. dioc., ut Scenignensi [Scheiningen] capitulo possessiones, quibus eorum ecclesiam spoliaverat, restituat et de dampnis satisfaciat. iii kal. Nov. a° 5°. ‖ Falke Tradit. Corbeiens. 779; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XVI. 315. n° 4. — »Sua nobis Scenignense.« |
| Nov. 3 | » | (6379) (Iohannem) regem Svetiae monet et hortatur, ne ipse et principes sui ecclesias et ecclesiasticas res contrectent, dum inter alia, quoties ecclesiam cathedralem vacare contingat, bonis vacantis ecclesiae apprehensis capitulum, ad quod electio pertineat successoris, ad electionem procedere non sinant et contra canonicas sanctiones quem velint intrudant in ecclesiam viduatam, dando intruso annulum et baculum pastoralem *etc.* iii non. Nov. a° 5°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 170; Liljegren Svenskt dipl. I. 209. n° 186; *non integra* ap. Celse Appar. 57. n° 10. — »Ut potentibus huius.« |
| » 3 | » | (6380) (Benedicto) episcopo Scarensi mandat, ut clericos homicidas, qui abiecto habitu clericali palam de facto duxerint uxores, ad agendam poenitentiam in aliquibus monasteriis, servato habitu clericali, per censuram ecclesiasticam compellat. iii non. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. 210. n° 187; *cf.* Porthan Bullar. access. 11. n° 15; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 42. — »Audivimus quod quidam.« |
| » 3 | » | (6381) Eidem mandat, inhibeat in sua diocesi, ne viri, si uxores adulterium commiserint, eisdem viventibus alias quasi licite superducant. iii non. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. 210. n° 188; *cf.* Porthan l. c. 11. n° 16; Raynaldi l. c. — »Audivimus quod nonnulli.« |
| » 3 | » | (6382) Eidem decimas a parochianis ipsi secundum canonicas sanctiones solvendas, et aliam decimam que dicitur Capitalis confirmat. iii non. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. 211. n° 189; *cf.* Porthan l. c. n° 17. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 3 | » | (6383) Universos ecclesiarum praelatos per Scarensem diocesim constitutos monet, ut (Benedicto) episcopo Scarensi procurationes et alia ei debita sine difficultate exsolvant. iii non. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. 211. n° 190; *cf.* Porthan l. c. 12. n° 18. — »Ut ex debito.« |
| » 3 | — | * (6384) De Walkenrode, de Volcolderode et de Lapide s. Michaelis abbatibus: »iii non. Nov. a° 5°«. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 207, *vid.* 1220. Sept. 3. n° 6349. |
| » 4 | Laterani | (6385) (Alfonsum) regem Legionis monet, ut pro Iudaeis, quos ad Miramamolinum vel ad eius subditos destinet suos nuncios, potius transmittat christianos, »cum tibi non sit de infidelium fidelitate sperandum.« ii non. Nov. a° 5°. ‖ Manrique l. c. 208. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 4 | » | (6386) Legionensi et Zamorensi episcopis et abbati de Morerola Cisterc. ord. Zamorens. dioc. de superiore epistola significat eisque mandat, ut ipsum regem cum apostolicis litteris adeuntes personaliter ad id inducere studeant. ii non. Nov. a° 5°. ‖ Manrique l. c. 208. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 4 | » | (6387) (Benedicto) episcopo Scarensi libertates possessionum et immunitates ac alia, quae I(ohannes) rex Sweciae ecclesiae eius contulit, confirmat. ii non. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 212. n° 191; *cf.* Celse Appar. 58. n° 11. — »Cum a nobis.« |
| » 4 | » | (6388) Eidem concedit facultatem absolvendi illos, qui propter difficultatem laboris et viarum discrimina absolutionem postulare negligant, nisi forte ita esset talium enormis |

**1220.**

excessus, ut debeant ad sedem apostolicam destinari. II non. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. 212. n° 192; *cf.* Porthan l. c. n° 19. — »Cum sicut in.«

Nov. 4 | Laterani | (6389) Eidem largitur facultatem concedendi aliquam peccaminum indulgentiam rite visitantibus ecclesiam ad honorem Dei et b. m. Nicolai presbyteri ab impiis immaniter interfecti constructam. II non. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. 212. n° 193; *cf.* Porthan l. c. n° 20; Raynald. l. c. § 42. — »Tua nobis devotio.«

» 4 | » | (6390) Eidem mandat, ut ecclesiam Scarensem canonicis regularibus secundum regulam b. Augustini studeat ordinare. II non. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. 212. n° 194; *cf.* Porthan l. c. n° 21. — »Audito a te.«

» 5 | » | * (6391) Abbati et priori S. Nicolai et W. canonico S. Walburgis Furnesiensis mandat, ut controversiam inter scabinos Yprenses et fratres militiae Templi vertentem disceptent. Non. Nov. a° 5°. ‖ Diegerick Invent. I. 28. n° 30.

» 7 | » | * (6392) Magistrum et fratres hospitalis in Viktring cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem eis ecclesiam in Chotmarstor [Köttmannsdorf], quam hospitali (Eberhardus) archiepiscopus Salzburgensis donaverat, auctoritate apostolica confirmat. VII id. Nov. a° 5°. ‖ v. Ankershofen Urk.-Regest. *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXII. 356. n° 778. — »Cum a nobis.«

» 9 | » | (6393) Abbati et conventui Portensibus (Cisterc. ord.) mansum quem habent in Borsendorf cum loco molendini et parte montis in Borsendorp, et alia bona quae emptionis iure a Conrado milite in Borsendorf acquisiverant, confirmat. V id. Nov. a° 5°. ‖ Unschuldige Nachrichten von Alten u. Neuen theolog. Sachen auff d. Jahr 1718. (Leipz. 8°) 927; Mencken Scr. rer. Germ. I. 774; Bertuchii Chron. Portense ed. Schamelius (Lipsiae 1739. 4°) I. 217. — »Iustis petentium desideriis.«

» 10 | » | (6394) Eisdem novem mansos et dimidium quos habent in villa Henscosleuen cum area molendini, necnon 11½ mansos quos habent apud grangiam in Vere et ab abbate et conventu Hersfeldensibus emptionis iure acquisitos, confirmat. IV id. Nov. a° 5°. ‖ Iust. Bertuchius l. c. I. 218. n° 5; Schöttgen & Kreysig Dipl. Nachlese III. 453; *germanice* ap. Wolff Chron. des Klosters Pforte I. 323. — »Cum a nobis.«

» 10 | » | (6395) Nicolao episcopo Tusculano apostolicae sedis legato et Alatrino subdiacono et capellano suo mandat, studeant »ut capitularia quae vobis mittimus praesentibus interclusa, sub competentibus verbis, servata sententia, sub nomine regio in leges publicas redigantur, nobisque mittantur regiae bullae roborata munimine, in die coronationis sub imperiali nomine in basilica Principis apostolorum solemniter publicanda.« Ad haec studeant investigare regium animum tam super vitanda regni atque imperii unione, quam super subsidio Terrae sanctae. IV id. Nov. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1220 § 19; Pertz Mon. Germ. h. leg. II. 242; Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 880. — »De communi fratrum.«

» 10 | » | * (6396) Repetit n° 5941 d. d. 1218. Dec. 18: »IV id. Nov. a° 5°« — »Contingit interdum quod.« ‖ v. Ankershofen Urk.-Regest. *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXII. 357. n° 780.

» 10 | » | * (6397) Repetit n° 5944 d. d. 1218. Dec. 19: »IV id. Nov. a° 5°« — »Cum (praetia *Ankersh., sed legas*) preter pauperem.« ‖ v. Ankershofen l. c. 356. n° 779.

» 10 | » | * (6398) Honorius charge (Jean) abbé de Sainte-Geneviève de Paris, le prieur de la même abbaye et G. archidiacre de Paris, de juger la réclamation du prieur et des frères de l'Hôpital Saint-Jean de Jérusalem de France contre Blanche comtesse de Champagne et plusieurs autres qui leur font tort dans les diocèses de Sens et de Troyes. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 160. n° 1298.

» 12 | » | * (6399) Abbatibus de Curatio et de Frigillo Cisterc. ord. Marturanens. et Sanct-Severinae diocc. visitationem S. Mariae novae committit. II id. Nov. a° 5°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 187.

» 13 | » | (6400) (Benedicto) Scarensi episcopo mandat, ut eos, qui iam in aetate decrepita constituti in ecclesia sua ingressum pecunia mediante habuerint, sed propter imbecillitatem corporum in alia ecclesia faciliter admitti non potuerint, removeat et ipsos in aliis ecclesiis suae diocesis collocet. Id. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 214. n° 195; *cf.* Porthan Bullar. access. 13. n° 22. — »Supplicasti nobis ut.«

» 13 | » | (6401) Eidem mandat, ne de cetero patiatur, patrem, si mater in lecto noctu per incuriam infantem oppresserit, sine propria culpa puniri. Id. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. 214. n° 196; *cf.* Porthan l. c. n° 23; Raynaldi Ann. ad a. 1220 § 42. — »Sicut in nostra.«

» 13 | » | (6402) Eidem mandat, ut, cum vicesima ecclesiasticorum proventuum suae diocesis deputata in subsidium Terrae sanctae nequeat facile aestimari, quod proventus in victualibus consistant, super hoc provideat, prout Terrae sanctae melius expediat. Id. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. 215. n° 197; *cf.* Porthan l. c. n° 24. — »Cum sicut in.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1220.** |
| Nov. 13 | Laterani | (6403) (Olao) archiepiscopo Upsalensi significat, se ei per (Benedictum) Scarensem episcopum plene respondere, »sicut ipse viva voce tibi poterit explicare.« Id. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. 215. n° 198; *cf.* Porthan l. c. n° 25. — »Auditis per venerabilem.« |
| » 15 | » | * (6404) Domum hospitalem s. Spiritus Constantiensem sub b. Petri et sua protectione suscipit. (xvii kal. Dec. a° 5°.) ‖ Toussart Diplom. I. 15. |
| » 16 | » | (6405) Prohibet ad exemplar praedecessorum Alexandri et Innocentii omnibus regibus, principibus et universis Christi fidelibus, qui regnum Daniae circumhabitant, sub comminatione anathematis, quominus praedictum regnum invadant vel turbent vel iura (Waldemari) Danorum regis aut haeredum eiusdem minuant aut usurpent. xvi kal. Dec. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 23; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 377. n° 49. — »Quanto specialius regnum.« |
| » 17 | » | (6406) Abbati et conventui S. Dysibodi, quibus Moguntinus archiepiscopus loci diocesanus, paupertati compatiens monasterii memorati, de Sobernheim et de Osterna ecclesias, quarum ius patronatus ad iam dictum monasterium pertinebat, in proprios usus concesserat, hanc concessionem confirmat. xv kal. Dec. a° 5°. ‖ Ioannis Tabular. spicileg. 219. — »Cum a nobis.« |
| » 17 | » | (6407) Phil(ippum) Francorum regem monet et hortatur, ut, cum potestas, consiliarii et populus civitatis Parmensis in clericos desaevientes ecclesiae mandatis et censuris non flecterentur, ad comprimendam eorum contumaciam mercatorum et aliorum Parmensium bona in regno Franciae inventa ad tempus detineri faciat. xv kal. Dec. a° 5°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 711. — »Dirae crudelitatis immanitas.« |
| » 22 | Romae in basilica s. Petri | »Die dominica x kal. Dec. proxima domnus Federicus coronatus fuit rex Romanorum a summo pontifice in civitate Romana.« ‖ Annal. Placent. Guelf. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XVIII. 437. — »A° 1220. indict. IX. de mense Octubris Fredericus in imperatorem Romanorum coronatus fuit ab Honorio III pp. in basilica s. Petri.« ‖ Ann. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. 469 (Chronica tria Placent. 136). — »1220. In hoc a° coronatus est Fredericus imp. et domna Constantia uxor eius imperatrix a domno Honorio pp. III in urbe Roma in festo videlicet s. Caeciliae« (*i. e.* 22. Nov.). ‖ Annal. Cavens. ap. Pertz l. c. III. 193 (*sub tit.:* Chron. Cavense ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 926). — »Fredericus rex .... Romam venit ... et in festo s. Cecilie h. e. dominica qua cantatur *Dicit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis,* in ecclesia s. Petri a domino Honorio in imperatorem est consecratus cum sua coniuge Margareta (*falso, legas* Constantia) nomine.« ‖ Lamberti Parvi Chron. ap. Marteno Ampl. Collect. V. 63. — »x kal. Dec. a° D^i^ 1220 Frederigus Henrigi imperatoris filius Rome imperii diadema ab Honorio III pp. recepit.« ‖ Annal. Senens. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 227. — »Fredericus rex vocatus a papa venit cum consorte sua Constantia ad coronam, ... et ambo in Principis apostolorum basilica mense Novembri in festo b. Caeciliae magnifice sunt imperii diademate insigniti.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori l. c. VII. 992 (ap. Ughelli Ital. sacr. [ed. 1647] III. 978; ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1220 § 22). — »A° dominicae incarnationis 1221. mense Novembris indict. IX. papa Honorius coronavit apud S. Petrum imperatorem Fridericum filium Henrici et imperatricis Constancie.« ‖ Breve chron. de rebus Sicul. ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. ii. 895. — »Fridericus rex a Romano pontifice in festo s. Cecilie in imperatorem consecratur.« ‖ Annal. Coloniens. max. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 836. — »Circa festum b. Cecilie.« ‖ Annal. Marbacens. ap. Pertz l. c. XVII. 174. — »Fridericus Romanorum et Siciliae rex ab Honorio pp. in basilica b. Petri apostoli imperiali diademate coronatur.« ‖ Nic. Triveti Chron. ap. Achery Spicil. III. 187. — »A° D^i^ 1220 Fridericus filius imperatoris Henrici coronatus fuit a papa Honorio III in festivitate s. Caeciliae virg. et mart. Romae in ecclesia b. Petri, et uxor eius regina Constantia in imperatricem, cum omni pace Romanorum.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 5. — »Fridericus rex ab Honorio pp. III in imperatorem consecratur Romae die b. Caeciliae cum summa pace.« ‖ Chron. Montis Sereni ed. Mader 136 (ed. Mencken *in* Scr. rer. Germ. II. 263; ed. Eckstein 126). |
| » 22 | (») | (6408) Leges a Federico Romanorum imperatore pro utilitate omnium christianorum et pro immunitate, libertate et iurisdictione ecclesiastica editas »in die qua de manu sacratissimi patris nostri summi pontificis recepimus imperii diadema« (*i. e.* Nov. 22) approbat. ‖ Cherubini Bullar. I. 78; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 374; *cf.* Raynald. l. c. § 24. — »Has leges a.« |
| » 23 | Laterani | (6409) (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi, (Carolo) Sechoviensi et (Roberto) Vesprimiensi episcopis mandat, moneant (Andream) Ungariae regem, qui, cum Constantia Romanorum imperatrix olim quasi capta in Ungaria remansisset, eius pecuniam et res alias pretiosas usque ad valentiam 30000 marcharum, quas in domo hospitalis Ierosolymitani apud Strigonium deposuerat, per violentiam occupaverat, ut super hoc eidem imperatrici satisfaciat. ix kal. Dec. a° 5°. ‖ Schier Reg. Hungar. 177; Katona Hist. crit. V. 392; Fejér Cod. dipl. III. i. 296. — »Cum apud nos.« |
| » 23 | » | * (6410) Domum hospitalem, oratoria *etc.* ordinis s. Spiritus in Aureaco sub b. Petri et sedis apostolicae protectione suscipit. (ix kal. Dec. a° 5°). ‖ Toussart Diplom. I. 16. |

| | | 1220. |
|---|---|---|
| Nov. 26 | Laterani | (6411) (Lucam) archiepiscopum et capitulum Cusentinos rogat et monet, ut super castro Rendae, quod ad Richardum comitem de Agello de iure pertineat, eundem de cetero nullatenus indebite molestent. VI kal. Dec. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 209. — »Nobilis vir Richardus.« |
| » 27 | » | (6412) Archiepiscopo Auxitano, episcopo Conseranensi et abbati Bonifontis dioc. Convenarum mandat, ut de vita et miraculis Bertrandi quondam episcopi Convenarum diligenter inquirant et quod invenerint, curiae Romanae fideliter communicent. V kal. Dec. a° 5°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 173. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 27 | » | (6413) Cleri et populi Massae Trabariae protectionem suscipit eorumque possessiones ac antiquas consuetudines confirmat. V kal. Dec. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 59. n° 92. — »Cum in fide.« |
| » 27 | » | (6414) Conrado scolastico Maguntino ac poenitentiario suo nunciat, quomodo exercitus christianus apud Damiatam sit in angusto positus; sperandum tamen quod in brevi ei succurretur, cum Fridericus Romanorum imperator die coronationis suae se in futuro mensis Augusti passagio transfretaturum iuraverit, et multi cum eo Theutoniae et Apuliae magnates se in proximo mensis Martii passagio transfretaturos devoverint. V kal. Dec. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 53 *non integra*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 52. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 28 | » | (6415) Eidem mandat, ut, cum multi crucesignati de partibus Theutoniae pro eo quod non transfretarunt in passagio praecedenti, vinculo excommunicationis sint astricti, provideat super hoc, prout eorum saluti et Terrae sanctae succursu noverit expedire. IV kal. Dec. a° 5°. ‖ Böhmer Acta imper. II. 656. n° 946. — »Cum sicut certo.« |
| » 30 | (») | * (6416) Duci Bavariae concedit dilationem transfretandi in Terram sanctam usque ad proximum Augustum, si imperator Fridericus adhuc ei non solverit 5000 marchas, quas ipsi promiserat. II kal. Dec. a° 5°. ‖ Deutinger Beyträge II. 152. n° 4. |
| Dec. 1 | » | (6417) Abbatissam et conventum monasterii inferioris in Hohenborc cum omnibus bonis patrocinandas suscipit, specialiter autem possessiones de Gogeswiller ac alia bona eis confirmat. Kal. Dec. a° 5°. ‖ Würdtwein Nova subs. XIII. 248. — »Cum a nobis.« |
| » 1 | » | (6418) Easdem protegendas suscipit, specialiter autem ecclesiam de Ottenroden cum pertinentiis eis confirmat. Kal. Dec. a° 5°. ‖ Würdtwein l. c. 249. — »Cum a nobis.« |
| » 3 | » | (6419) Episcopo, S. Lupi et S. Martini abbatibus Trecensibus mandat, ut quae in causa vertente inter (Herveum) comitem Nivernensem et (Philippum) comitem Namurcensem litigantes de civitate Autissiodorensi contra iuris ordinem egerint, reforment. III non. Dec. a° 5°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 713. — »Ex insinuatione nobilis.« |
| » 4 | » | (6420) Ducissam Burgundiae hortatur, ut pecuniam, in qua pro (Odone) duce Burgundiae viro suo (Herveo) comiti Nivernensi teneatur, persolvat; alioquin (Simoni) archiepiscopo Bituricensi *etc.* dabitur in mandatis, ut partibus convocatis audiant causam et usuris cessantibus debito fine decidant. II non. Dec. a° 5°. ‖ Bouquet l. c. 712. — »Nobilis vir comes.«<br>* *In eundem modum* (Simoni) Bituricensi archiepiscopo. |
| » 4 | » | (6421) Capitulo Spirensi statutum confirmat, ut fructus praebendarum, quas in eorum ecclesia vacare contigerit, per triennium ad sustentacionem eius fabricae deputentur. II non. Dec. a° 5°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 162. n° 144. — »Nostro fuit apostolatui.« |
| » 4 | » | (6422) Waldemaro regi Daciae nunciat, se ad eius preces mittere illuc Gregorium S. Theodori diaconum cardinalem, concesso ei plenae legationis officio per totum generaliter regnum Danicum. II non. Dec. (a° 5°). ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 755. — »Cum te sicut.« |
| » 4 | » | (6423) Praeposito et capitulo S. Andreae Wormatiensis statutum ab eis factum de duarum praebendarum ecclesiae suae redditibus fabricae deputandis et ab (Henrico) Wormatiensi episcopo confirmatum apostolico roborat munimine. II non. Dec. a° 5°. ‖ Baur Hessische Urkunden II. 56. n° 46. — »Supplicastis nobis ut.« |
| » 5 | » | (6424) S(culonem) ducem Norwegiae cum omnibus bonis protegendum suscipit. Non. Dec. a° 5°. ‖ Lange Diplom. Norveg. I. I. 6. — »Filialis devotionis affectus.« |
| » 5 | » | * (6425) Abbatibus de Zillebeke et de Warneton ac praeposito Vormezelensi mandat, ut inter scabinos Yprenses et aliquot nobiles iudicium faciant. Non. Dec. a° 5°. ‖ Diegerick Invent. I. 29. n° 31. |
| » 5 | » | (6426) Alberto comiti de Mangono terram Vallese, Roccam Gonfienti, Monticelli et alios locos de terra cl. mem. comitissae Matildis sub annuo censu unius asturis et duorum braccorum in feudum concedit. Non. Dec. a° 5°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 377. n° 50; Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. 61. n° 94. — »Ad communem notitiam.« |

**1220.**

Dec. 5 Laterani (6427) Azoni de Fregnano castrum Rosen, Labantum, Castellum novum et alia castra de terra comitissae eiusdem sub eodem censu in feudum concedit. Non. Dec. a° 5°. || Bull. Rom. l. c. 378. n° 51; Theiner l. c. I. 61. n° 95. — »Ad communem notitiam.«

» 5 » (6428) (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi, (Carolo) Sechoviensi et (Roberto) Vespriensi episcopis scribit, Constantiam Romanorum imperatricem (Emerici regis Ungariae viduam) demonstravisse, »quod cl. mem. rex ipsam ducens legitime in uxorem duos comitatus ei nomine dotalitii assignasset, ita quod, si superviveret regi, quamdiu vellet in Ungaria remanere, ipsos cum suis proventibus plenarie retineret, vel, si remanere nollet ibidem, 12000 marcarum sibi pro dotalitio solverentur; processu temporis viro et filio suo parvulo viam universae carnis ingressis, regno exivit.« Mandat eis, ut (Andream) regem Ungariae, qui dicta 12000 marcarum imperatrici solvere deneget, ad id compellant. Non. Dec. a° 5°. || Katona Hist. crit. V. 344; Fejér Cod. dipl. III. I. 297; Theiner Mon. Hungar. I. 25. n° 42. — »Cum apud nos.«

» 7 » (6429) Potestati et populo Firmanis concedit, ut proprium cuneum ad cudendam monetam citra valorem imperialium habeant. VII id. Dec. a° 5°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 61. n° 96; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1220 § 31. — »Firme fidei et prone.«

» 8 » (6430) Priorem et fratres hospitalis in Steyga cum bonis omnibus sub b. Petri protectione suscipit, specialiter autem de Argentina, de Marlei, de Kircheim, de Westhoven *etc.* possessiones ac alia bona eis confirmat. VI id. Dec. a° 5°. || Würdtwein Nova subs. XIII. 250. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 9 » (6431) I(ohanni) tit. S. Praxedis presbytero card. apostolicae sedis legato mandat, ut, cum Iohannes praepositus ecclesiae ss. apostolorum Constantinopolitanae sine culpa punitus sit, revocet quicquid post illius appellationem et iter arreptum ad sedem apostolicam veniendi fuerit in eius praeiudicium innovatum et praedictum praepositum super hoc de cetero minime molestet. V id. Dec. a° 5°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 6. n° 6. — »Constitutus in praesentia.«

» 9 » (6432) Praeposito et capitulo ecclesiae Sceningensis possessiones, quas dudum a quondam Onargo et filiis eius laicis emerant cum iure advocatiae ipsarum, ac alia bona confirmat. V id. Dec. a° 5°. || Falke Tradit. Corbeiens. 780. — »Iustis petentium desideriis.«

» 10 » (6433) Priorissam et conventum monialium de Ruremunda Cisterc. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit. IV id. Dec. a° 5°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 153, *fragm.*

» 11 » (6434) Friderico Romanorum imperatori et regi Siciliae appropinquanti ad Tusciae partes significat, se illuc direxisse R(omanum) S. Angeli diaconum card. totius Campaniae et Maritimae rectorem, ut foderum et omnem honorificentiam regi faciat diligenter impendi, et nunc receptis regiae magnificentiae litteris eidem cardinali mandavisse, ut ita provideat »quod omnia tibi sic exhibeantur ad plenum, ne ullus possit inveniri defectus, tuae celsitudini protestantes, nos hoc facere non ex debito sed ex speciali gratia.« III id. Dec. a° 5°. || Würdtwein Nova subsid. I. 45. n° 12; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 80; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 61. n° 97. — »Non credimus quod.«

» 11 » (6435) R(omano) S. Angeli diacono card. Campaniae et Maritimae rectori mandat, ut praedictum fodrum colligi et imperatori Romanorum Friderico exhiberi faciat. III id. Dec. a° 5°. || Theiner l. c. 62. n° 98. — »Karissimus in Christo.«

» 11 » (6436) Guidoni archidiacono Vulterano quaedam castra terrarum comitissae Matildis in Lucana diocesi posita sub annuo censu sex marcarum argenti concedit. III id. Dec. a° 5°. || Theiner l. c. 62. n° 99. — »Cum placidis et placitis.«

» 11 » * (6437) Peregrino Brundusino archiepiscopo mandat, ut omnibus ad Brundusii portum venientibus prohibeat, ne Theodoro excommunicato communicent. III id. Dec. a° 5°. || Ughelli Ital. sacra IX. 33.

» 12 » (6438) Praepositum, decanum et capitulum ecclesiae s. Mariae Hamburgensis cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Petri Hamburgensis cum pertinentiis suis et decimis de Dockenhude et Alsterdorpe eis confirmat. II id. Dec. a° 5° (4° *Lamb.*). || P. Lambecii Origg. Hamburg. (Hamb. 1706. fol.) 40; Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. 647; Lappenberg Hamburg. UB. I. 388. n° 437. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 13 » (6439) Archiepiscopis et episcopis ac aliis ecclesiarum praelatis per regnum Arelatense constitutis mandat, ut auxilium praestent et favorem Guillelmo marchioni Montisferrati, cui Fridericus Romanorum imperator et rex Siciliae regnum hoc ordinandum commiserit. Id. Dec. a° 5°. || Bouquet Rec. XIX. 713; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 81. — »Carissimus in Christo.«

* *In eundem modum* Diensi et Valentinensi episcopis.

» 13 » (6440) C(onrado) Portuensi episcopo apostolicae sedis legato scribit de eadem re eique mandat, faciat ut praelati et alii consistentes in sua legatione dicto marchioni auxilium

**1220.**

et favorem praestent, specialiter autem ut Valentinensem et Diensem episcopos eidem consiliarios et auxiliarios deputet. Id. Dec. a° 5°. Bouquet l. c. 714. — »Carissimus in Christo.«

Dec. 13 Laterani (6441) (Olao) archiepiscopo Upsalensi mandat, prohibeat quominus in sua provincia plus aquae quam vini in sacrificio ponatur. Id. Dec. a° 5°. Liljegren Svenskt dipl. I. 215. n° 199; Epist. decr. H-i lib. 3. tit. 24 *de celebr. missar.* c. 5 ed. Cironius 243; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 41 *de celebr. miss.* c. 13 *inscripta* Archiep. Ablusensi ap. Boehmer Corp. II. 605; ap. Richter Corp. II. 618; *cf.* Porthan Bullar. access. 13. n° 26. — »Pernitiosus valde sicut.«

» 15 » (6442) Pelagio Albanensi episcopo apostolicae sedis legato nunciat, se Fridericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae una cum consorte eius in Principis apostolorum basilica coronasse; qui, cum succursum exercitui christiano in proximo Martio destinandum et se ipsum in sequenti Augusto personaliter transfretaturum promiserit, de desiderato succursu tandem habendo confortetur. XVIII kal. Ianr. a° 5°. Raynaldi Ann. ad a. 1220 § 21; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 82. — »Quia scimus animum.«

» 15 » (6443) Abbati et priori Egriensibus et praeposito Orodiensi Cenadiens. dioc. scribit, Cenadiensem episcopum in reditu peregrinationis suae a translatione corporis b. Thomae mart. Cantuariensis a G. et I. ac eorum sociis civibus Papiensibus in Papiensi civitate equis, pecunia *etc.* spoliatum esse, quia Waradiensis episcopus quandam mutuo ab eis receperit summam pecuniae, de qua, ut ipsi dicebant, non satisfecisset. Addit, se episcopo Waradiensi dedisse in mandatis, ut praefato episcopo Cenadiensi satisfactionem de rebus suis sic ablatis exhibeat. Illis autem mandat, ut »si dictus episcopus quod mandamus neglexerit adimplere,« super hoc statuant quod iustum fuerit. XVIII kal. Ianr. a° 5°. Theiner Mon. Hungar. I. 26. n° 44; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 165. — »Ex insinuatione venerabilis.«

» 15 » (6444) Hermanno magistro religiosae fraternitatis hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani eiusque fratribus postulantibus eorum domum, »in qua estis ad Dei laudem et gloriam atque defensionem suorum fidelium et liberandam Christi ecclesiam congregati,« cum omnibus possessionibus et bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo fratrum Hospitalis Ierosolimitani circa pauperes et infirmos, ordo vero fratrum militiae Templi circa clericos et milites ac alios fratres iuxta institutionem domus praefatae perpetuo ibidem observetur, atque privilegia ordinis auget. XVIII kal. Ianr. ind. IX. incarn. dom. a° 1220. pont. a° 5°. Duellius Hist. ord. Theut. dipl. append. 1. n° 1; Kotzebue Gesch. Preussens I. 351 *male*; Turgenevii Russ. monim. I. 5 *sine signo chronol., sed ad* a. 1216); Hennes UB. I. 50. n° 49; Strehlke Tab. 275. n° 306; de Geer Archieven I. 11. n° 7; *cf.* Napiersky Index I. 3. n° 10. — »Etsi neque qui.«

» 15 » (6445) S. Andreae et Brechinensi episcopis et abbati de Scona S. Andreae diocesis mandat, ut, si magister Iacobus capellanus et poenitentiarius suus apostolicae sedis legatus in regno Scotiae inventus non fuerit, ipsi cum Thoma de Striuelin clerico regis Scotorum dispensent ad plura beneficia recipienda. XVIII kal. Ianr. a° 5°. Theiner Mon. Hibern. 18. n° 42. — »Qui bene meritos.«

» 16 » (6446) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat ut universis generaliter sub excommunicationis interminatione prohibeant, ne qui in illos, qui ad domos fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani pro salute sua confugiunt, vel in res eorum infra ambitum domorum ipsarum manus iniiciant violentas. XVII kal. Ianr. a° 5°. Hennes UB. I. 225. n° 258; Strehlke Tab. 280. n° 307; *cf.* Napiersky l. c. n° 11. — »Pervenit ad nos.«

» 17 » (6447) Repetit n° 6396. d. d. 1220. Nov. 10: »XVI kal. Ianr. a° 5°« — »Contingit interdum quod.« Dugdale Monast. Anglic. V. 232. n° 10.

» 18 » (6448) Praepositum et canonicos S. Thomae in Lipz [Leipzig] ord. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam parochialem s. Nicolai in Lipz eis confirmat. XV kal. Ianr. (XVII Ianr. *Schöttg.*) a° 5°. Vogel Leipz. Chronik 95; Schöttgen Diplom. Nachlese I. 49; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. II. Hauptth. IX. 6. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 18 » (6449) Priore et conventu ecclesiae Cantuariensis petentibus indulgentias, quas ipse et archiepiscopi et episcopi, qui ex diversis locis ad translationem corporis s. Thomae martyris archiepiscopi Cantuariensis convenerunt, accessuris infra 15. diem ad solemnitatem translationis eiusdem elargiti sunt, usque ad unius anni et 40 dierum remissionem perpetuis temporibus valituram extendit. XV kal. Ianr. a° 5°. Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 45. — »Cum sicut vobis.«

» 18 » (6450) (Roberto) Vesprimiensi episcopo definitivam sententiam, quam Pelagius Albanensis episcopus apostolicae sedis legatus et Stephanus basilicae XII apostolorum presbyter cardinalis tempore Innocentii pp. III super iure coronationis et inunctionis reginarum

**1220.**

Hungariae, abbatiis et praeposituris regalibus Vesprimiensis dioçesis et rebus aliis pro eo contra (Iohannem) Strigoniensem archiepiscopum protulerant, confirmat. xv kal. Ianr. a° 5°. ‖ Katona Hist. crit. V. 346; Fejér Cod. dipl. III. ı. 299 *et* VII. v. 555; Theiner Mon. Hungar. I. 26. n° 45. — »Ea quae concordia.«

Dec. 18 Laterani (Roberto) Vesprimiensi et (Thomae) Agriensi episcopis: »xv kal. Ianr. a° 5°«. ‖ Schmitth Episc. Agr. I. 123, *vid.* 1221. Ianr. 24. n° 6526.

» 20 » (6451) (Erardo) episcopo Ambianensi mandat, ut abbatibus, prioribus et aliis ecclesiasticis personis olim excommunicatis pro eo quod vicesimam iuxta generalis statuta concilii non persolverint, nunc solvere paratis beneficium absolutionis impendat. xııı kal. Ianr. a° 5°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 713. — »Ex parte tua.«

» 20 » (6452) Consentino archiepiscopo, Bisiniacensi? mandat, ut, cum abbas Ioachim de ordine Floris firmiter confessus sit, se illam fidem tenere, quam Romana teneat ecclesia, per totam Calabriam faciant publice nunciari, »quod eum virum catholicum reputamus et regularem observantiam, quam instituit, salutarem.« xııı kal. Ianr. a° 5°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 57; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 31. — »Ex parte dilectorum.«

» 22 » (6453) Priori S. Victoris Parisiensis mandat, ut B(lanchae) uxoris (primogeniti) Ph(ilippi) regis Francorum vota, quae in suorum emiserit infirmitatibus filiorum, eius confessione plenius intellecta, in alia opera misericordiae commutet. xı kal. Ianr. a° 5°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 714. — »Postulavit a nobis.«

» 22 » (6454) Abbati S. Leodegarii et priori de Veteri Partenaio Xantonens. et Pictavens. diocc. scribit, se monuisse Willelmum de Rupibus senescallum Andegaviae, ut castrum de Rupeforti in praeiudicium H(enrici) regis Anglorum erectum penitus destruat et a vexatione hominum castri de Rupeforti omnino desistat. Mandat eis, si ille apostolicum mandatum neglexerit adimplere, illum ad id cogant. xı kal. Ianr. a° 5°. ‖ Bouquet l. c. 714. — »Gravem ad nos.«

» 29 » (6455) (Iohannem) abbatem S. Victoris Parisiensis monet, ut per priorem sui monasterii pecuniam apud coenobium dictum nomine sedis apostolicae depositam transmittat. ıv kal. Ianr. a° 5°. ‖ Bouquet l. c. 714. — »Discretionem tuam monemus.«

» 29 » (6456) (Iohanne) rege Svetiae instante mittit ad eum legatum sedis apostolicae Gregorium de Crescentio S. Theodori diaconum cardinalem; rogat, ut hunc hilariter recipiat. ıv kal. Ianr. a° 5°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 216. n° 200; *cf.* Porthan Bullar. access. 14. n° 27. — »Ecce iuxta precum.«

» 29 » (6457) (Otakaro) regi Bohemiae mittit Gregorium de Crescentio S. Theodori diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum »concesso sibi plenae legationis officio per omnes terras, quae tuae iurisdictionis existunt, ut extirpet nociva et plantet salubria.« Rogat eum, ut istum hilariter recipiat. ıv kal. Ianr. a° 5°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 295. n° 632; *cf.* Palacky Reise 23. n° 85; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 120. n° 113. — »Ecce iuxta precum.«

* *In eundem modum eodemque die* Waldemaro Daniae regi. ‖ I. I. Pontanus Rerum Danicar. historia (Amstelod. 1631.) lib. 6. p. 308; *male tribuunt* Honorio II ad a. 1129. Dec. 29 Baronius Ann. eccl. ad a. 1129 § 2. XVIII. 422; Mansi Concil. XXI. 321; Binius Conc. III. ıı. 469; *cf.* Suhm Hist. af Danmark V. 321.

» 31 » (6458) Capitulum ecclesiae s. Mariae de Hagbi cum omnibus bonis protegendum suscipit. ıı kal. Ianr. a° 5°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 218. n° 202; *cf.* Celse Appar. 58. n° 13. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 31 » (6459) (Vincentio) archiepiscopo Gnesnensi et abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis per eius diocesim constitutis notificat, se destinare ad eos Gregorium de Crescentio S. Theodori diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum commisso isti plenae legationis officio. Mandat eis, ut ipsum honorifice pertractent ac ipsi humiliter obediant. ıı kal. Ianr. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 11. n° 24; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. II. ı. 84; Erben Reg. Bohem. I. 296; Klempin Pommersches UB. I. 155. n° 206; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 32 *et* Meklenb. UB. I. n° 271. — »Suscepti cura regiminis.«

* *In eundem modum* (Olao) archiepiscopo Upsallensi et suffraganeis eius, abbatibus *etc.* in Upsallensi provincia constitutis. ‖ Vastovius Vitis aquil. 171; Liljegren Svenskt dipl. I. 217. n° 201; *cf.* Celse Appar. 58. n° 12;

(Andreae) archiepiscopo Lundensi *etc.*;

(Andreae) episcopo Pragensi *etc.* (*cf.* Palacky Reise 22. n° 84; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 119; Erben Reg. Boh. I. 296. n° 633);

(Roberto) episcopo Olomucensi *etc.*;

(Brunoni) episcopo Missinensi *etc.*;

(?) episcopo Noscensi *etc.*;

**1220.**

(Bertoldo) episcopo Lubecensi *etc.*;
(Henrico) episcopo Razeburgensi *etc.*;
(Brunwardo) episcopo Sverinensi *etc.* et
(Conrado) episcopo Caminensi *etc.*: *cf.* Porthan Bullar. access. 14. nº 28.

— | — | (6460) (Raimundum Rogerii) comitem Fuxensem et (Rogerium Bernardum) filium eius hortatur, ut desistant favere haereticis et redeant ad ecclesiae unitatem, monetque eos caveant, ne abiudicetur eisdem Fuxense castrum in manus ecclesiae Romanae commissum. *Absque nota chronol.; finis deest.* || Vaissette Hist. de Languedoc III. pr. 269; Bouquet Rec. XIX. 701. — »Exspectavimus ut excommunicationis.«

— | — | (6461) Universos Christi fideles tam clericos quam laicos in terra legationis C(onradi) Portuensis episcopi constitutos hortatur, ut ad subventionem belli contra haereticos (Albigenses) indefesso studio se accingant et inter se invicem collectam faciant ea causa, ut, si quis ad dictum negotium proficisci nequiverit, saltem per piae subventionis auxilium proficiscatur. *Sine signo chronol.; finis deest.* || Vaissette l. c. 267; Bouquet l. c. 699. — Aliquando altitudo celestis.«

— | — | (6462) C(onrado) Portuensi episcopo apostolicae sedis legato mandat, ut in episcopos aliosque praelatos et ecclesiasticos viros saeviat, qui fidei negotio adversari non verentur, haereticis et eorum fautoribus nunc publice nunc occulte favorem impendendo. *Absque nota chronol.; finis desideratur.* || Vaissette l. c. 267; Bouquet l. c. 700. — »Non sine amaritudine.«

— | — | (6463) Eidem concedit liberam auctoritatem instituendi ordinem militum in Provincia contra haereticos ad exemplum Templariorum contra Sarracenos in partibus Orientis institutorum. *Sine nota chronol.; finis deest.* || Vaissette l. c. 268; Bouquet l. c. 699. — »Cum quidam christianae.«

— | — | (6464) Eidem propter quorundam praelatorum malitiam statum Provinciae perturbantium mandat, ut, si ecclesiam cathedralem vacare contigerit, inhibeat capitulis earum, ne ad electionem sine eius consilio et consensu procedant. *Sine nota chronol.; finis deest.* || Vaissette l. c. 268; Bouquet l. c. 700. — »Cum per quorundam.«

— | — | (6465) Decano et capitulo S. Audomari privilegia illis a Romanis pontificibus concessa confirmat, praesertim ius eorum in villis de Eska, Odenkierke, Anvringehem *etc.* et regimen scholarum in burgo s. Audomari. *Sine signo chronol.* || Miraei Opp. dipl. IV. 28. *Initium deest.*

— | — | (Simoni) archiepiscopo Bituricensi *etc. Sine nota chronol.:* »Expectavimus hactenus.« || Martene Ampl. coll. I. 1149, *vid.* 1219. Nov. 19. nº 6163.

**1221.**

Ianr. 2 | Laterani | (6466) Abbati de Curc [Zircz] in Bokan Vesprimiens. dioc., Strigoniensi et Geuriensi praepositis causam, quae inter abbatem conventumque S. Martini de Pannonia ex parte una et episcopum canonicosque Zagrabienses ex altera super decimis quarundam possessionum et aliarum rerum in comitatu Simigiensi existentium iam diutius vertebatur committit. IV non. Ianr. aº 5º. || Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 175. — »Olim inter dilectos.«

» 3 | » | (6467) Universos Christi fideles per regnum Sueciae constitutos hortatur, ut censum apostolicae sedi annuatim debitum, quem ab Arusiensi episcopo requisiti tamen per quinquennium neglexerint, subtractum aeque ac deinceps erogandum fideliter solvant. III non. Ianr. aº 5º. || Vastovius Vitis aquil. 172; Liljegren Svenskt dipl. I. 219. nº 203; *cf.* Celse Appar. 58. nº 14. — »Cum ex censu.«

» 4 | » | (6468) (Olao) archiepiscopo Upsalensi tribuit licentiam absolvendi eos, qui clericis violentas manus intulerint, exceptis casibus gravioribus sedi Romanae reservatis. II non. Ianr. aº 5º. || Liljegren l. c. 219. nº 204; *cf.* Celse l. c. nº 15. — »De salute subditorum.«

» 4 | » | (6469) Bononiensi episcopo notum facit, se nuper (*i. e.* 1220. Nov. 22, *vid.* nº 6408) praesente Frederico Romanorum imperatore in celebratione missarum »postquam capiti suo imposuimus imperii diadema«, accensis candelis excommunicasse omnes haereticos utriusque sexus, fautores *etc.* eorum, nec non et qui de cetero servari fecerint statuta edita et consuetudines introductas contra ecclesiae libertatem *etc.* Praecipit ei, ut hanc sententiam per diocesim et civitatem suam solemniter et frequenter publicari faciat et observari. II non. Ianr. aº 5º. || Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1220 § 23 ex H-i reg. lib. 5. nº 310; *sine nota chronol.* Epist. decr. H-i lib. 1. tit. 1 *de constitut.* c. 2 ed. Cironius 8; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. excomm.* c. 49 ap. Boehmer Corp. II. 861 *ad* a. 1224; ap. Richter Corp. II. 875. — »Noverit fraternitas tua.«

» 4 | (») | * (6470) Confirmat prioratum de Flaisiaco [Floisy]. II non. Ianr. aº 5º. || Darsy Bénéfices I. 370.

» 6 | » | (6471) Archipresbytero et capitulo Plebis Olubrae Placentin. dioc. numerum quinque canonicorum archipresbytero computato, quem in ecclesia sua statuerant, confirmat.

**1221.**

viii id. Ianr. a° 5°. || Campi Hist. di Piacenza II. 389. n° 71. — »Ecclesiarum utilitati consulitur.«

Ianr. 9 Laterani (6472) Praepositum et capitulum de Novo Castro [Naumburg a. Bober] cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem possessiones ac alia bona sicut ea iuste possident eis confirmat. v id. Ianr. a° 5°. || Würdtwein Subs. dipl. XII. 147; Worbs Neues Arch. II. 149. — »Cum a nobis.«

» 9 » (6473) Hermanno magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani omnes libertates, immunitates *etc.* domibus fratrum Hospitalis et Templi ab apostolica sede concessas concedit et, ut eis utantur libere sicut illi, indulget. v id. Ianr. a° 5°. || Hennes UB. I. 54; Strehlke Tab. 281. n° 309; de Geer Archieven I. 15. n° 8. — »Vestra religio cuius.«

» 9 » (6474) Eisdem indulget, ut libere utantur mantellis et aliis vestibus secundum statutum ordinis sui apostolico privilegio confirmatum. v id. Ianr. a° 5°. || Strehlke l. c. 280. n° 308; *partim* ap. Hennes l. c. 55. nota 1. — »Ea que statuta.«

» 11 » (6475) Potestati et populo Perusinis nunciat, se pacem inter ipsos et homines civitatis Castelli initam confirmare. iii id. Ianr. a° 5°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 64. n° 102. — »Cum ex officii.«

» 11 » (6476) Potestati et populo Castellanis mandat, ut pacem praedictam observent. iii id. Ianr. a° 5°. || Theiner l. c. 65. n° 103. — »Ad supplicationem.«

» 11 » (6477) Abbati de Lubes Cisterc. ord. Wratizlaviens. dioc. mandat, ut habitum religionis monialium de Trebniz conversis mulieribus illum postulantibus exhibeat. iii id. Ianr. a° 5°. || (Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 81. — »Dilecte in Christo.«

» 11 » (6478) Universis Christi fidelibus per Svetiam constitutis, qui claustrum in Sicthunia (Sichtonia *Porth.*) ad honorem b. Virginis noviter constructum beneficiis et eleemosynis adiuvant et in festo assumptionis praedictae Virginis visitant, 20 dies iniunctae poenitentiae relaxat. iii id. Ianr. a° 5°. || Liljegren Svenskt dipl. I. 220. n° 205; *cf.* Porthan Bullar. access. 14. n° 29. — »Quoniam ut ait.«

» 11 » (6479) Abbatibus, praepositis, decanis et universis clericis per Boemiam constitutis notam facit compositionem et concordiam inter Andream Pragensem episcopum et magistrum Iohannem procuratorem (Premyslai Otacari) regis et baronum Boemiae super iurisdictione, decimis et aliis diversis articulis factam. iii id. Ianr. a° 5°. || Erben Reg. Bohem. I. 297. n° 639; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 378. n° 52; Jireček Cod. iur. Bohem. I. 45. n° 28. A; *cf.* Palacky Reise 23. n° 86; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 120. n° 114. — »Quaestione super iurisdictione.«

» 12 » (6480) G(uttormo) Nidrosiensi archiepiscopo gratiarum refert actiones, quod ei duas armillas et viginti marcas sterlingorum novorum et 40 marcas boni argenti de censu ecclesiae Romanae debito Parisius destinavit apud ecclesiam s. Victoris Parisiensis deponendas. ii id. Ianr. a° 5°. || Lange Dipl. Norveg. VI. i. 16. — »Fraternitati tue dignas.«

» 13 » (6481) Arbitrium quod inter abbatem S. Vincentii Wratislaviensis ex parte una ac quosdam monachos ordinis s. Benedicti et fautores eorum Gnesnensis et Cracoviensis diocesum ex altera super monasterio s. Vincentii et rebus aliis abbas de Andreov et collegae ipsius electi a partibus arbitri tulerunt, confirmat. Id. Ianr. a° 5°. || Theiner Mon. Polon. I. 12. n° 25. — »Iustis petentium desideriis.«

» 13 » (6482) (Thomae) episcopo Finlandiae concedit, ut christianos vicinos compescat, ne barbaros circumiacentos, qui ex relatu (Olai) archiepiscopi Upsalensis novellam christianismi plantationem eradicare annisi sunt, navigiis mercimoniisque adeant. Id. Ianr. a° 5°. || Vastovius Vitis aquil. 170; Liljegren Svenskt dipl. I. 220. n° 206; *cf.* Celse Appar. 58. n° 16. — »Cum sicut ex.«

» 15 » (6483) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint, mandat atque praecipit, prohibeant omnibus parochianis suis, ne a fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, vel de nutrimentis animalium ullatenus decimas exigere vel extorquere praesumant. xviii kal. Febr. a° 5°. || Strehlke Tab. 282. n° 310. — »Audivimus et audientes.«

» 15 » * (6484) Honorius charge (Jean) abbé de Saint-Victor de Paris, le prieur de la même abbaye et (Étienne) doyen de Paris, de juger la contestation pendante entre Blanche comtesse de Champagne et (Jacques) évêque de Soissons au sujet d'un juif qui avait frappé un clerc. || Jubainville Comtes de Champagne V. 162. n° 1309.

» 15 (») * (6485) Episcopo Vercellensi districte mandat, ut Amicaeum Saccum quondam Mediolani praetorem, qui Henricum archiepiscopum Mediolanensem exulare coegerat, censuris ecclesiasticis innodet. xviii kal. Febr. a° 1221. || Ughelli Ital. sacra IV. 178.

» 15 » (6486) (Hermanno) magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani indulget, ut, si contra ipsorum privilegia litterae a quoquam per subrepcionem contra

| | | |
|---|---|---|
| | | **1221.** |
| | | privilegiorum ipsorum tenorem obtentae nisi ex certa conscientia apostolica procedant, in iudicio alicuius non teneantur disceptare, salva moderatione concilii generalis. xviii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke Tab. 283. n° 311. — »Cum vos tanquam.« |
| Ianr. 15 | Laterani | (6487) Archiepiscopis, episcopis *etc.* mandat et praecipit, ut fratres hospitalis s. Mariae Theot. Ieros. super elemosynis, quae ipsis conferuntur, a nemine permittant indebita praesumptione vexari. xviii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 283. n° 312. — »Quanto dilecti filii.« |
| » 16 | » | (6488) Eisdem mandat, ut in praedictos fratres excommunicationis vel interdicti sententias nullatenus promulgent. xvii kal. Febr. a° 5°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 79. n° 155; Strehlke l. c. 284. n° 313; de Geer Archieven I. 15. n° 9. — »Cum dilecti filii.« |
| » 16 | » | (6489) Eisdem mandat, ut, cum fratres hospitalis sanctae Mariae Theotonicorum Ierosolimitani ad eorum loca pro eleemosinis accesserint colligendis, benigne recipientes eosdem ipsis in ecclesiis suis ammonere populum et eleemosinas libere quaerere permittant. xvii kal. Febr. a° 5°. ‖ Duellius Hist. ord. Theuton. append. 4. n° 2; Strehlke l. c. 284. n° 314; de Geer l. c. 17. n° 11. — »Cum dilectis filiis.« |
| » 16 | » | (6490) Eisdem inhibet, ne praedictos fratres de sepeliendis fratribus, de malefactoribus persequendis, de eleemosinis quaerendis in aliorum ecclesiis molestent. xvii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 286. n° 315. — »Dilecti filii fratres.« |
| » 16 | » | (6491) Eisdem praecipit, ut de his quae memoratis fratribus dantur ab aliquibus in sanitate vel in infirmitate, sive postea convaluerint aut apud alios fuerint tumulati, partem nullam quaerant; de aliis vero parochianis suis, qui laborantes in extremis apud praedictos fratres eligant sepeliri, quarta sint testamenti parte contenti. xvii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 287. n° 316; de Geer l. c. 20. n° 13. — »Dilecti filii nostri.« |
| » 16 | » | (6492) Eisdem inhibet, ne in domibus praedictorum fratrum ipsis renitentibus quaerant hospitari. xvii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 288. n° 317. — »Evangelice doctrine que.« |
| » 16 | » | (6493) Eosdem rogat, ut institutionem vicariorum ab ordine Theutonico ad ecclesias eius vel fratrum eius a patronis ad alias praesentatorum concedant. xvii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 288. n° 318. — »Ex insinuatione dilectorum.« |
| » 16 | » | (6494) Eisdem mandat, ut ab extorsione decimarum a dictis fratribus penitus desistant et subditos suos per censuram ecclesiasticam cogant ab illa desistere. xvii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 289. n° 319. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 16 | » | (6495) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani indulget, ut liceat eis quemlibet sanctae crucis signaculo signatum in fratrem recipere, si impedimentum canonicum non obsistat. xvii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 290. n° 320; de Geer l. c. 21. n° 14. — »Iustis petencium desideriis.« |
| » 16 | » | (6496) Archiepiscopos et episcopos *etc.* exhortatur, ut populum ad faciendum collectas pro militibus hospitalis s. Mariae Theuton. Ieros. commoneant, et ut, cum fratres ipsius hospitalis, qui ad collectam suscipiendam destinati fuerint, in civitatem, castellum vel vicum advenerint, si forte locus ille interdictus sit, in eorum iocundo adventu semel in anno aperiantur ecclesiae et excommunicatis et nominatim interdictis exclusis divina officia celebrentur *etc.* xvii kal. Febr. a° 5°. ‖ Duellius Hist. ord. Theut. append. 5. n° 3; Strehlke l. c. 290. n° 321; de Geer l. c. 19. n° 12. — »Milites hospitalis sancte.« |
| » 16 | » | (6497) Eisdem praecipit, ut illos, qui possessiones vel res aut domos dicti ordinis irreverenter invaserint, excommunicent *etc.* xvii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 291. n° 322; de Geer l. c. 16. n° 10. — »Non absque dolore.« |
| » 16 | » | * (6498) Cluniacensibus monachis concedit, ut corpus s. Hugonis abbatis relevent et in decentiori loco collocent. xvii kal. Febr. a° (4°, *sed legas*) 5°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 104. |
| » 17 | » | Praepositum et canonicos S. Thomae in Lipz: »xvii Ianr. a° 5°«. ‖ Schöttgen Diplom. Nachlese I. 49, *vid.* 1220. Dec. 18. n° 6448. |
| » 17 | » | (6499) Archiepiscopis, episcopis *etc.* praecipit, ut, cum a fratribus hospitalis s. Mariae Theoton. Ierosol. acceperint de suis parochianis querelam, eos ad exhibendam iusticiam ecclesiastica districtione cogant. xvi kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke Tab. 292. n° 323. — »Cum a religiosorum.« |
| » 17 | » | (6500) Eisdem mandat, ut, cum praedicti fratres in suo cemeterio ex indulgentia sedis apostolicae liberam habeant sepulturam, et illi parochianis suis, ne ibidem debeant sepeliri, praesumant inhibere, ab huiusmodi praesumptionibus omnino desistant. xvi kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 293. n° 324. — »Gravem ex parte.« |
| » 17 | » | (6501) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theoton. Ierosol. concedit facultatem, ut iura sua testimonio suorum fratrum probare et tueri possint. xvi kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 294. n° 325; *cf.* Napiersky Index I. 4. n° 13. — »Quociens postulatur a.« |
| » 18 | » | (6502) Eisdem indulget, ut ob excessus in ipsos vel alios religiosos aut clericos commissos etiam ante susceptum habitum per diocesanos episcopos absolutionis beneficium assequantur. xv kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 294. n° 326. — »Ea que pro.« |

**1221.**

Ianr. 18 | Laterani | (6503) Archiepiscopis et episcopis *etc.* praecipit, ut clericos idoneos, quos praedicti fratres ad ecclesias suas eis duxerint praesentandos, benignius admittant; »alioquin noveritis, quod ipsis ... liberam indulsimus facultatem, ut fructus earundem ecclesiarum, donec praedicta occasione vacaverint, in subventionem Ierosolimitanae terrae convertere et illos valeant libere detinere.« xv kal. Febr. a° 5°. ‖ Duellius Hist. ord. Theut. append. 6. n° 4, *male;* Strehlke l. c. 295. n° 327; de Geer l. c. 23. n° 16. — »Quanto dilecti filii.«

» 18 | » | (6504) Eisdem districte praecipit, prohibeant omnibus parochianis suis, ne a memoratis fratribus de novalibus vel aliis terris post celebrationem concilii generalis acquisitis, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt *etc.* decimas exigere praesumant *etc.* xv kal. Febr. a° 5°. ‖ Duellius l. c. 5. n° 5; Livländ. UB. I. 63. n° 60; Strehlke l. c. 296. n° 328; de Geer l. c. 22. n° 15. — »Quia plerumque veritatis.«

» 18 | » | (6505) Magistrum et fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ieros. cum omnibus possessionibus et bonis suis sub apostolicae sedis protectione esse iubet eisque concedit, ut undique clericos suscipiant et liberae sepulturae privilegio fruantur. xv kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 297. n° 329; *cf.* Napiersky Index I. 4. n° 13. — »Quociens a nobis.«

» 18 | » | (6506) Archiepiscopis et episcopis *etc.* mandat, ut universis parochianis suis sub interminatione anathematis prohibeant, ne a praedictis fratribus vel eorum hominibus de victualibus, vestimentis, pecudibus vel de aliis rebus caucagium exigere vel extorquere praesumant. xv kal. Febr. a° 5°. ‖ Hennes UB. I. 55. n° 51; Strehlke l. c. 298. n° 330. — »Religiosos viros fratres.«

» 18 | » | (6508) Archiepiscopos et episcopos, abbates, priores et alios ecclesiarum praelatos ad quos litterae istae pervenerint, rogat et exhortatur, ut fratrem Dominicum canonicum ordinis fratrum Praedicatorum ad officium praedicandi benigne recipiant ac populos ipsis commissos, ut ex ore illius verbum Dei devote suscipiant, sedulo admoneant. xv kal. Febr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 11. n° 18. — »Quoniam habundavit iniquitas.«

» 19 | » | (6509) Praeposito et capitulo Novi Castri [Naumburg a. Bober] ord. s. Aug. decimas 120 mansorum cuiusdam nemoris, si contigerit illud, de quo nullae provenerunt decimae, redigi ad culturam, ab episcopo Wratislaviensi ad peregrinorum receptionem et sustentationem pauperum eis remissas confirmat. xiv kal. Febr. a° 5°. ‖ Worbs Neues Archiv II. 150. — »Solet annuere sedes.«

» 19 | » | (6510) Archiepiscopis et episcopis *etc.* mandat atque praecipit, ut fratribus hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani nullam molestiam inferant vel a subditis suis permittant inferri, quominus confratres suos, nisi excommunicati vel nominatim interdicti decesserint, libere more aliorum fidelium possint sepelire. xiv kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke Tab. 299. n° 331. — »Cum apostolica sedes.«

» 19 | » | (6511) Eisdem, qui de possessionibus, quae praedictis fratribus a vivis vel defunctis rationabiliter conferebantur, pro suis expeditionibus et excubiis faciendis vicesimam extorquere praesumebant, mandat et praecipit, ut ab huiusmodi exactionibus penitus desistant et iura eorum in aliquo nullatenus laedant. xiv kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 300. n° 332. — »Cum de viris.«

» 19 | » | (6512) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theoton. Ieros. inhibet, ne quis fratrum absque sui magistri licentia speciali abstinentiam vel observantiam faciat praeter illam, quae a capitulo suae domus regulariter observatur. xiv kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 300. n° 333; *cf.* Napiersky Index I. 4. n° 15. — »Cum vobis secundum.«

» 19 | » | (6513) Archiepiscopis et episcopis *etc.* mandat atque praecipit, compellant magnates, nobiles et alios in suis diocesibus constitutos, qui de possessionibus quae fratribus hospitalis s. Mariae Theoton. Ieros. a vivis vel defunctis rationabiliter conferuntur, pro suis expeditionibus et excubiis faciendis vicesimam quostam extorquere praesumant, ut ab huiusmodi molestatione omnino desistant. xiv kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 301. n° 334. — »Dilecti filii magister.«

» 19 | » | (6514) Eisdem mandat atque praecipit, compellant presbyteros et clericos, ne de haereditate hominum praedictorum fratrum terciam partem sibi vendicare praesumant. xiv kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 301. n° 335. — »Ex parte dilectorum.«

» 19 | » | (6515) Patriarchis, archiepiscopis et episcopis et abbatibus, ad quos litterae istae pervenerint significat, se liberam fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. concedere facultatem assumendi idoneos presbyteros ad suum servitium undecumque, construendi sibi oratoria, in quibus celebrationi divinorum intersint et, si quis fratrum aut servientium mortuus fuerit, tumuletur. xiv kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 302. n° 336. — »Milicia Dei que.«

» 19 | » | (6516) Archiepiscopis et episcopis *etc.* inhibet, ne homines fratrum praedictorum contra libertatem eis indultam poena pecuniaria multent nec ecclesiis eorum aut presbyteris exactiones indebitas imponant. xiv kal. Febr. a° 5°. ‖ Lünig Teutsches Reichs-Archiv XVI. 80. n° 77; Strehlke l. c. 303. n° 337. — »Querela dilectorum filiorum.«

**1221.**

Ianr. 20 | Laterani | (6517) Eisdem praecipit, cogant vicarios ad servitium in ecclesiis praedictorum fratrum obligatos per beneficiorum subtractionem, ut in propriis personis id praestent. xiii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 303. n° 338; de Geer Archieven I. 25. n° 18. — »Dilecti filii fratres.«

» 20 | » | (6518) Eisdem mandat, compescant archidiaconos et decanos eorumque officiales in partibus fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. constitutos per censuram ecclesiasticam, ne homines praedictorum fratrum pro excessibus suis poena pecuniaria puniant. xiii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 304. n° 339; de Geer l. c. n° 19. — »Dilecti filii fratres.«

» 20 | » | (6519) Eisdem praecipit, ut, si quis fratrum praedictorum post factam professionem ad alium locum vel etiam monasterium maioris aut minoris religionis invitis vel inconsultis fratribus transmigret, eum excommunicationis vinculo innodent. xiii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 304. n° 340; de Geer l. c. 24. n° 17. — »Militum domus hospitalis.«

» 20 | » | (6520) Eisdem mandat, ut memoratos fratres occasione concilii generalis nec indebite gravent nec ab aliquibus temere molestari patiantur; ut a superstitiosa interpretatione concilii se ipsos ac alios cohibeant, ac confratres ipsorum in eorum ecclesiis sepulturas eligentes dimittant apud eos libere sepeliri. xiii (viii *Duell.*) kal. Febr. a° 5°. ‖ Duellius Hist. ord. Theut. II. 4. n° 3; Strehlke l. c. 305. n° 341. — »Non sine gravi.«

» 21 | » | (6521) Eisdem mandat, ut eos, qui nigras cruces quas fratres hospitalis s. Mariae Theoton. Ieros. deferunt, sibi imponant et portent, cum non sint de professione aut collegio ipsorum fratrum, compellant, ut a tanta stultitia desistant. xii kal. Febr. a° 5° (6° *Duell.*). Duellius l. c. append. 7. n° 5; Strehlke l. c. 306. n° 342; de Geer l. c. 27. n° 21. — »Decet pastoralis sollicitudinem.«

» 21 | » | (6522) Eisdem mandat, ut universis generaliter sub excommunicationis interminatione prohibeant, ne qui in illos, qui ad domos fratrum hospitalis s. Mariae Theutonic. Ierosol. pro salute sua confugiunt, vel in eorum res infra ambitum domorum ipsarum manus iniiciant violentas. xii kal. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 307. n° 343; de Geer l. c. 26. n° 20. — »Pervenit ad nos.«

» 23 | » | (6523) Priori et fratribus S. Angeli de Monte Foliano concedit licentiam suscipiendi regulam s. Benedicti, sicut in Cisterciensi ordine observatur. x kal. Febr. a° 5°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 209. — »Gaudemus in Domino.«

» 23 | » | (6524) Priori et fratribus ordinis Praedicatorum significat, se inhibere, ne quis post praefati ordinis professionem sine prioris sui discedat licentia et discedentem nullus audeat retinere. x kal. Febr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 12. n° 19. — »Cum is qui.«

» 23 | » | (6525) Gregorio (de Crescentio) S. Theodori diacono cardinali apostolicae sedis legato praescribit formam cautionis a (Premyslao Otacaro) rege et baronibus Boemiae pro quaestione, quae inter ipsos et (Andream) Pragensem episcopum super iurisdictione ac aliis articulis vertitur, praestandae. x kal. Febr. a° 5°. ‖ Jireček Cod. iur. Bohem. I. 47. n° 28.B; *non integra* ap. Erben Reg. Bohem. I. 298. n° 640; *cf.* Palacky Reise 23. n° 87; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 120. n° 115. — »Formam cautionis quam.«

» 24 | » | (6526) (Roberto) Vesprimiensi et (Thomae) Agriensi episcopis scribit, se ex depositionibus testium receptorum diligenter inspectis invenisse, (Bartholomaeum) Quinqueecclesiensem episcopum tempore ipsius electionis fuisse sufficientis aetatis, eumque super hoc duxisse absolvendum. Ideoque illis mandat, curent ne illi, quibus episcopatus sui cura sit commissa, super eiusdem episcopatus iustitiis ab aliquibus temere molestentur. ix kal. Febr. a° 5°. ‖ Koller Episc. Quinqueeccles. II. 31; Fejér Cod. dipl. III. i. 305; *cum dato* »xv kal. Ianr. a° 5°« *et mutila* ap. Schmitth Episc. Agriens. I. 123 *et* Fejér l. c. 298 *ex eodem*. — »Depositionibus testium receptorum.«

» 24 | » | (Bartholomaeum) Quinqueecclesiensem episcopum: »ix kal. Febr. a° 5°«. ‖ Koller Episc. Quinqueeccl. II. 50; Fejér Cod. dipl. III. i. 304, *vid.* 1221. Ianr. 29. n° 6532.

» 25 | » | (6527) (Hugoni) Lingonensi et (Gerardo) Valentinensi episcopis et Cluniacensi abbati mandat, ut de vita et miraculis Roberti Molismensis abbatis diligentissime inquirant et veritatem quam invenerint sedi apostolicae fideliter intiment. viii kal. Febr. a° 5°. Gallia christ. IV. instr. 203; Duchesne Bibl. Cluniac. 125; *absque nota chronol.* ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 213. — »Gloriosus Deus in.«

» 25 | » | Archiepiscopis et episcopis: »viii kal. Febr. a° 5°« — »Non sine gravi.« ‖ Duellius Hist. ord. Theut. II. 4. n° 3, *vid.* 1221. Ianr. 20. n° 6520.

» 25 | » | (6528) Universis Christifidelibus nobilibus et aliis per Angliam constitutis significat, S(tephanum) Cantuariensem archiepiscopum S. R. E. cardinalem velle corpus s. Thomae Cantuariensis archiepiscopi martyris transferre in locum honorabiliorem, eosque hortatur, ut pacem mutuam et concordiam conservantes suas conscientias cunctis perversitatibus expient, ita ut, cum dies ipsius solemnitatis advenerit, suum sanctissimum martyrem et patronum possint honorificentia debita venerari. viii kal. Febr. a° (4°, *sed legas*) 5°. Manrique Ann. Cisterc. IV. 173, *omissa parte prima incipiens* »Cantet nostrum (*leg.* novum) Domino«; *sine signo chronol.* Martene Thes. anecd. I. 938. — »Rex coelestis

**1221.**

Dominus.« — *Corrigo errorem natum ex* Manrique, *qui l. c. pro* »Viterbii« *vitiose scripsit* »Laterani.« *Respiciens enim* n° 6443 *et* 6449 *inducor, ut hoc regestum* n° 6528 anno 1220. Ianr. 25 *restituendum esse credam.*

Ianr. 26 Laterani (6529) Stephano Cantuariensi archiepiscopo concedit, ut sacratissimum corpus martyris Thomae, qui Cantuariensis ecclesiae aram suo purpuravit pretioso sanguine, sublevet de terra ipsumque translatum in honorabiliore loco collocet. vii kal. Febr. a° (4°, *sed legas*) 5°. || Manrique l. c. 173 *fragm.; sine nota chronol.* Martene l. c. 938. — »Rex coelestis Dominus.«

» 27 » (6530) (Angelo) Gradensi patriarcha petente ecclesiam Gradensem sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ei ecclesias s. Sylvestri, s. Iacobi de Lupino, s. Martini de Geminis *etc.* confirmat. vi kal. Febr. a° (4°, *sed legas*) 5°. || Ughelli Ital. sacra V. 1135. — »Iustis petentium desideriis.«

» 27 » (6531) Episcopo Glasguensi, qui in canonicos de Gedeworde et alios religiosos suae dioecesis pro suis excessibus excommunicationis aut interdicti sententias promulgarat, sed cum illi non vererentur officia celebrare in plurimorum scandalum sedi apostolicae de hac re petitionem obtulerat, mandat ut talem contumaciam per subtractionem beneficiorum coerceat. vi kal. Febr. a° 5°. || Theiner Mon. Hibern. 18. n° 43. — »Cum enormes excessus.«

» 29 » (6532) (Bartholomaeum) Quinqueecclesiensem episcopum re melius comperta, eum tempore electionis suae fuisse sufficientis aetatis, super hoc absolvit eique praesentes litteras in testimonium concedit. iv (ix *Koller, Fejér*) kal. Febr. a° 5°. || Koller Episc. Quinqueeccles. II. 50; Fejér Cod. dipl. III. i. 304; Theiner Mon. Hungar. I. 26. n° 46. — »Depositionibus testium receptorum.«

» 29 » (6533) (Roberto) Vesprimiensi et (Thomae) Agripiensi (*leg.* Agriensi) episcopis scribit de eodem argumento eisque mandat, ut illos, quibus episcopatus dicti Bartholomaei cura noscatur esse commissa, non permittant super eiusdem episcopatus iustitiis ab aliquibus temere molestari. iv kal. Febr. a° 5°. || Theiner l. c. 27. n° 47. — »Depositionibus testium receptorum.«

» 30 » (6534) Trecensi et Lingonensi episcopis mandat, ut G(erardum) Lausannensem electum, quem Bisuntini canonici sibi a sede apostolica pastorem postularint, circa litteraturam et alia quae in pontifice requirantur, diligenter examinent et, si eum ecclesiae Bisuntinae regimine inveniant esse dignum, ipsum eidem in episcopum concedant a cura Lausannensis ecclesiae absolutum. iii kal. Febr. a° 5°. || Gallia christ. XV. instr. p. 64. — »Ecclesia Bisuntina pastoris.«

» 30 » (6535) (Andreae) archiepiscopo Lundensi mandat, ut pecuniam, quam ei (Olaus) archiepiscopus Upsalensis pro sede Romana assignaturus sit, recipiat et diligenter custodiat. iii kal. Febr. a° 5°. || Celse Apparat. 59. n° 18 *fragm.* — »Fraternitati tuae praesentium.«

» 31 » (6536) Olao archiepiscopo Upsalensi mandat, ut vicesimam ecclesiasticorum proventuum necnon censum de Suecia ecclesiae Romanae debitum per fideles nuntios papae destinare studeat; alioquin (Andreae) Lundensi archiepiscopo summam assignet transmittendam. ii kal. Febr. a° 5°. || Vastovii Vitis aquilon. 172; Liljegren Svenskt dipl. I. 221. n° 207; *cf.* Celse l. c. n° 17. — »Fraternitati tuae praesentium.«

Febr. 1 » (6537) (Guttormo) Nydrosiensi archiepiscopo concedit, ut nonnullis suorum subditorum, qui pro violenta manuum iniectione sententiam excommunicationis incurrerint, »postquam passis iniuriam satisfecerint competenter«, impendat absolutionis beneficium. Kal. Febr. a° 5°. || Lange Dipl. Norveg. VI. i. 17. — »De subditorum tuorum.«

» 3 » (6538) Abbati de Walderbac et de Howe et de Garz praepositis Ratisponens. et Salzeburgens. dioec. mandat, inducant Henricum comitem de Ortenperc Pataviens. dioc., ut de damnis ab eius hominibus ecclesiae Ratisponensi irrogatis eidem competenter satisfaciat et ipsos homines ab eiusdem ecclesiae indebita vexatione compescat. iii non. Febr. a° 5°. || Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 329. — »Venerabilis frater noster.«

» 3 » (6539) Suffraganeis Nydrosiensis ecclesiae universis mandat, ut (Guttormum) Nydrosiensem archiepiscopum suam provinciam visitantem cum honorificentia digna recipiant. iii non. Febr. a° 5°. || Lange Dipl. Norveg. VI. i. 17. — »Cum deceat vos.«

» 3 » (6540) Eisdem mandat, ut, cum (Guttormo) Nydrosiensi archiepiscopo metropolitano ipsorum »incumbat, censum b. Petri colligere et ad sedem apostolicam destinare«, ad id impendant ei consilium et auxilium. iii non. Febr. a° 5°. || Lange l. c. 18. — »Cum venerabili fratri.«

» 4 » (6541) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint mandat, inhibeant ne quis a fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani et hominibus eorum ad claudendas villas atque castella et erigendas munitiones vicesimam extorquere praesumat. ii non. Febr. a° 5°. || Hennes UB. I. 56. n° 52; Strehlke Tab. 307. n° 345. — »Cum bona fratribus.«

» 4 » (6542) Eosdem rogat et hortatur, ut fratres Praedicatores, cum ad eorum partes accesserint ad praedicandi officium, caritative recipiant et populos ipsis commissos, ut ex ore

**1221.**

illorum verbum Dei devote suscipiant, diligenter admoneant. II non. Febr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 12. n° 20. — »Cum is qui recipit.«

Febr. 4 — Laterani — * (6543) Honorius charge (Raoul) abbé de Saint-Jean-des-Vignes, (Jean) abbé de Valsecret et (Gui) doyen de Soissons, de juger les contestations pendantes entre Blanche comtesse de Champagne et diverses personnes des diocèses de Meaux et de Senlis, qui leur font tort au sujet de dîmes, vignes, prés *etc.* ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 162. n° 1314.

» 5 — » — (6544) Memoratis archiepiscopis *etc.* mandat et praecipit, ut privilegia, quae dictis fratribus hospitalis s. Mariae Th. a sede apostolica indulta sint, cum eis exhibita fuerint, diligenter legant, fideliter exponant et inviolabiliter faciant ab omnibus observari. Non. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke Tab. 308. n° 346. — »Attendentes quam devote.«

» 5 — » — (6545) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani indulget, ut, cum ipsorum ecclesiae vacaverint, liceat eis illas per viginti dies in manibus suis sine contradictione aliqua retinere, ita ut infra eundem terminum ab eis rector idoneus diocesano episcopo praesentetur. Non. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 309. n° 347; de Geer Archieven I. 27. n° 22. — »Attendentes quam devote.«

» 5 — » — (6546) Archiepiscopis, episcopis *etc.* praecipit, ut nullo tempore quisquam eorum impediat, quominus corpora illorum, qui confratriam fratrum praedictorum assumpserint vel assument in posterum, nisi excommunicati *etc.* fuerint, in eorum possint cimiteriis sepeliri. Non. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 309. n° 348; de Geer l. c. 30. n° 26. — »Cum dilectis filiis.«

» 5 — » — (6547) Magistro et fratribus *etc.* concedit, ut liceat eis confratrum suorum corpora, quae praelati ecclesiarum apud ecclesias suas malitiose non permiserint sepeliri, nisi excommunicati *etc.* fuerint, ad ecclesias suas tumulanda deferre et sepelire *etc.* Non. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 310. n° 349. — »Ea que vobis.«

» 5 — » — (6548) Eisdem concedit, ut liceat eis pueros, qui ad ianuas domus eorum proiiciuntur alendi vel ibidem nascuntur, in pelvi vel alio vase modico baptizare. Non. Febr. a° 5°. Duellius Hist. ord. Theut. append. 7. n° 6; Strehlke l. c. 310. n° 350; de Geer l. c. 28. n° 23; *cf.* B. Dudík Des deutschen Ritterordens Münzsamml. in Wien (1858. gr.4°). 82. not. 4. — »Etsi universorum iustas.«

» 5 — » — (6549) Eisdem indulget, ne quis eis aut eorum ecclesiis pro reparatione murorum, pontium vel vallorum vel pro quibuslibet publicis functionibus aliquas exactiones imponat. Non. Febr. a° 5°. ‖ Hennes UB. I. 57. n° 53; Strehlke l. c. 311. n° 351. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 — » — (6550) Eisdem indulget, ut in quacumque causa vel a quocumque iudice libere eis liceat a manifestis gravaminibus ad sedem apostolicam appellare. Non. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 311. n° 352. — »Pervenit ad nos.«

» 5 — » — (6551) Archiepiscopis, episcopis *etc.* mandat atque praecipit, ut neminem fratrum praedictorum de domibus suis contra magistros suos dampnabili rebellione exeuntium quisquam eorum praesumat defendere vel illis in rebellione sua favorem exhibere. Non. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 312. n° 353; de Geer l. c. 29. n° 25; *cf.* Dudík l. c. 82. not. 4. — »Quam laudabiliter dilecti.«

» 5 — » — (6552) Magistro et fratribus *etc.* notum facit, se statuere, ut ea quae in testamentis vel quolibet relicti genere eorum xenodochio dimittuntur vel largiuntur in praesentia duorum vel trium testium legitimorum, suscipiendi habeant liberam facultatem. Non. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 313. n° 354; de Geer l. c. 29. n° 24. — »Sicut ewangelica veritate.«

» 6 — » — (6553) I(ohanni) de Monte Lauro ad preces B(ertrandi) tit. SS. Iohannis et Pauli presbyteri card., tunc apost. sedis legati praepositurам Magalonensem confirmat. VIII id. Febr. a° 5°. ‖ Notices et extraits XXI. II. 177. — »Iustis petentium desideriis.«

» 8 — » — (6554) Archiepiscopis et episcopis *etc.* ad quos litterae istae pervenerint, mandat, ut opera pietatis quae fiunt in fratrum hospitalis s. Mariae Theut. Ierosol. xenodochio venerando, diligentius attendentes super confratriis eorum nullum damnum eisdem fratribus per quaslibet alias confratrias vel praeiudicium inferant nec ab aliis permittant inferri nec eorum ecclesias vel clericos contra privilegia a sede apostolica eis indulta aliquatenus aggravent. VI id. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 313. n° 355. — »Ad iniurias et.«

» 8 — » — (6555) Eisdem mandat, ut ab extorsione decimarum et primitiarum de possessionibus et novalibus habitis ante concilium generale vel de hortis, virgultis et piscationibus fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. Ieros. omnino desistant. VI id. Febr. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 314. n° 356; de Geer l. c. 31. n° 28. — »Cum dilecti filii.«

» 8 — » — (6556) Eosdem hortatur et rogat, ut subiectos suo regimini populos moneant et inducant ad exhibendum subsidium fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolymitani. VI id. Febr. a° 5°. ‖ Duellius Hist. ord. Theut. II. 5. n° 4; Strehlke l. c. 314. n° 357. — »Gravis illa et.«

» 8 — » — (6557) Eisdem praecipit, ut, si quando eorum parochiani in aliquem praedictorum fratrum ipsum capiendo vel de suis equitaturis deiiciendo vel alias inhoneste tractando violentas

**1221.**

manus iniciant, huiusmodi praesumptores candelis accensis excommunicatos publice nuncient. VI id. Febr. a° 5°. || Strehlke l. c. 315. n° 358. — »Quanto maior ab.«

Febr. 8 | Laterani | (6558) Magistro et fratribus *etc.*, qui nonnullas ecclesias habebant, quibus archiepiscopi et episcopi crisma, oleum sanctum, ordinaciones clericorum, consecrationes altarium et alia pontificalia sine questione ad postulationem dictorum fratrum diutius contulerant, tunc autem eis movebant super ipsis ecclesiis quaestionem dicendo »quod ab initio vobis super illis ecclesiis consensum suum minime praestiterint«, indulget, ut tali occasione non obstante liceat eis ecclesias taliter acquisitas libere possidere. VI id. Febr. a° 5°. || Strehlke l. c. 316. n° 359; de Geer Archieven I. 31. n° 27. — »Significantibus vobis ad.«

» 9 | » | (6559) Archiepiscopis et episcopis *etc.* mandat, ut illos fratres hospitalis s. Mariae Theot. Ierosol., qui habitu religionis abiecto ad nuptias transeant saeculares aut qui exterioris religionis signo retento ad personas se transferant ecclesiasticas vel mundanas quae ipsos in suae rebellionis contumacia defendunt, excommunicationis vinculo publice innodent, nisi moniti se correxerint et ad suum ordinem redierint. V id. Febr. a° 5°. || Strehlke l. c. 317. n° 360. — »Cum nemo manum.«

» 9 | » | (6560) Eisdem praecipit, ut illos, qui praedictos fratres et eorum homines in personis vel rebus offenderint, tam diu excommunicatos publice nuntient, donec malefactores ablata restituant et de illatis iniuriis satisfaciant. V id. Febr. a° 5°. || Strehlke l. c. 318. n° 361. — »Etsi apostolice servitutis.«

» 9 | » | (6561) Eosdem rogat et hortatur, ut de sua abundantia fratrum praedictorum inopiam suppleant et populum ad illorum fraternitatem assumendum et ad peregrinorum sustentationem collectas faciendum moneant *etc.* V id. Febr. a° 5°. || Strehlke l. c. 318. n° 362; de Geer l. c. 32. n° 29. — »Quam amabilis Deo.«

» 9 | » | (6562) Episcopo Karleolensi significat, abbatem de Iederd Glasguens. dioc. sibi intimasse, quod quidam praedecessorum suorum quasdam ecclesias non vacantes, viventibus adhuc rectoribus earundem, filiis ipsorum in aetate minus legitima constitutis contra statuta Lateranensis concilii concesserint. Mandat ei, ut concessiones huiusmodi canonice revocet. V id. Febr. a° 5°. || Theiner Mon. Hibern. 18. n° 44. — »Insinuante dilecto filio.«

» 10 | » | (6563) Priori et fratribus ordinis Praedicatorum significat, se inhibere, ne quis post ordinis dicti professionem sine prioris sui discedat licentia et discedentem nullus audeat retinere. IV id. Febr. a° 5°. || Ripolli Bullar. Praedic. I. 12. n° 21. — »Cum paupertatem et.«

» 11 | » | (6564) (Angelo) patriarchae Gradensi mandat, ut Tristensem episcopum, qui abbatem de Peles et archidiaconum Albensem nuntios Hungariae regis ac Nitriensem archidiaconum Strigoniensis archiepiscopi procuratorem ad sedem apostolicam adeuntes Clemonae spoliaverat, super hoc citent, ut usque ad *Laetare Iherusalem* curiae Romanae se repraesentet satisfactionem super hiis congruam impensurus. III id. Febr. a° 5°. || Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 71. n° 81; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1221. — »Contristati sumus de.«

» 13 | » | (6565) Iacobo de Valeda canonico Papiensi mandat, ut capitulum ecclesiae Placentinae, in quos nuncius archiepiscopi Mediolanensis asserens eos occasione praebendae ipsius ecclesiae a papa R(olandino) de Gumula concessae dicti archiepiscopi super hoc executoris mandatis non paruisse excommunicationis tulerat sententiam, absolvat. Id. Febr. a° 5°. || Campi Hist. di Piacenza II. 125, *omisso fine.* — »Exhibita nobis capituli.«

» 18 | » | (6566) (Matthaeo) patriarchae Constantinopolitano mandat, ne permittat, ut Iohannes praepositus ecclesiae ss. apostolorum Constantinopolitanae ab aemulis minus aeque accusatus ab aliquibus indebite molestetur. XII kal. Mart. a° 5°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 7. n° 7. — »Constitutus in praesentia.«

» 18 | » | (6567) »Ad universorum notitiam volumus pervenire, quod, cum magna pars comitatus comitissae Mathildis, qui totaliter ad ecclesiam Romanam pertinet pleno iure, a multis et variis personis detinetur (detineretur *Tir.*) indebite occupata, et tam cives Spoletani quam totus fere ducatus Spoletanus nobis nullatenus respondet (responderint *Tir.*), nos ... ad recuperandum iura ecclesiae ... (Hugoni) Ostiensi episcopo ..... dereximus scripta nostra, ut duo castra videlicet Medicinam et Argellatam ..... ad domanium sedis apostolicae revocaret, qui ... illa recipiens Friderico (Henrico da *Tir.*) Paragnano commisit gubernanda...... Deinde inter Spoletanos, Narnienses, Cadronenses et adiutores eorum ex parte una et Interamnenses, Tudertinos, Fulginatenses et adiutores eorum ex altera generali guerra suborta Pandulfum notarium nostrum illuc curavimus destinare, ut omnes ad pacis foedera ineunda compellens captivos faceret liberare, qui mandatum nostrum diligenter adimplevit, et, quorundam rebellium pertinacia congrue castigata, potestatibus civitatum et castrorum fere omnium de ducatu, quos apud Bevaniam ad suam praesentiam evocarat, sub fidelitatis et poena mille librarum iniunxit, ut in octavis apostolorum Petri et Pauli se apud Urbem veterem nostro conspectui praesentarent.... Tandem nostris paruerunt beneplacitis et mandatis, et sic toto ducatu ad manus sedis apostolicae revocato, tam ducatui quam Assisii et Nuceriae comitatibus R(ainerium)

| | | |
|---|---|---|
| | | **1221.** S. Mariae in Cosmedin diaconum cardinalem praefecimus in rectorem.« Addit, se castrum Precenum recuperasse et tam idem quam Radicofanum et Aquam pendentem Muscae potestati Viterbiensi commisisse gubernanda. Praeterea scribit similiter de castro Conzaghae, terra Vallis Roceham *etc.* et de Marchia Anconitana, quam (Azzoni) marchioni Estensi in feudum concessit, praesente Friderico imperatore investiens eundem de ipsa per vexillum. XII kal. Mart. a° 5°. ‖ Muratori Antiqq. Ital. I. 175; Scheid Origg. Guelf. II. 643; Würdtwein Nova subsid. I. 48; Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 71. n° 734; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 65. n° 104; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 128; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 372 *ubi perperam additur* »ap. Urb. vet. V id. Iul. a° 4°«; *fragm.* Amiani Mem. di Fano I. 185. — »Ne rerum gestarum.« |
| Febr. 18 | Laterani | (6568) (Hartwico) Eistetensi episcopo et de Waltsahsen et de Hailsbrunne abbatibus Cisterc. ord. mandat, ut in causa (Conradi) Ratisponensis episcopi contra (Eberhardum) Salisburgensem archiepiscopum, cui ille quasdam possessiones iure ad ipsum hereditario pertinentes ea vendidit conditione ut pretium earundem sub certa poena solvatur terminis constitutis, statuant quod iustum fuerit. XII kal. Mart. a° 5°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 330; Mon. Boic. II. 116. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 26 | » | (6569) (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo significat, se statuere, »ut clericis ecclesiae Romanae vel aliis Italicis, qui praebendas vel ecclesias seu alia ecclesiastica beneficia in Anglia obtinent vel obtinuerint, amodo decedentibus praebendae *etc.* nequaquam alicui conferantur, sed ad illos libere redeant, ad quos illarum donatio dinoscitur pertinere, per eos idoneis personis conferenda.« IV kal. Mart. a° 5°. ‖ Wilkins Concil. I. 584. — »Cum hi qui.« |
| » 27 | (») | * (6570) Beatricis abbatissae eiusque monasterii s. Mariae de Perchejo quondam dicti Ysostis protectionem suscipit ac idem a iurisdictione patriarchae Constantinopolitani eximit. ‖ Garampi B. Chiara 367. |
| Mart. 1 | » | (6571) (Engelberto) archiepiscopo Coloniensi et eius suffraganeis mandat, moneant ecclesiarum advocatos, quorum »nonnulli habentes velamen malitiae libertatem in bonis ecclesiasticis, in quibus advocationis ius obtinent, non solum prodigaliter debacchantur, verum etiam ea diripiunt ut praedones,« ut contenti iustis et ab antiquo statutis stipendiis ab ecclesiarum molestiis conquiescant. Kal. Mart. a° 5°. ‖ Paullini Rer. German. syntagma (1698. 4°) 548; Lacomblet UB. II. 51. n° 93. — »Si ecclesiarum advocati.« |
| » 1 | » | (6572) Eisdem et aliis ecclesiarum praelatis Coloniensis provinciae concedit, ut, si advocati ecclesiarum advocatias suas eis obligare voluerint pignori, eas recipere possint, nec fructus provenientes ex eis in sortem teneantur computare; illi autem, qui eas obligaverint, a servitio in quo praelatis pro advocatiis tenebantur, interim sint immunes. Kal. Mart. a° 5°. ‖ Ep. decr. H-i lib. 3. tit. 12 *de pignor.* c. 1. ed. Cironius 206; *cf.* Lacomblet l. c. 51. not. — »Cum saepe contingat.« |
| » 2 | » | (6573) Parisiensi capitulo inhibet, ne absque episcopi sui consilio et consensu immutent ecclesiae suae constitutiones et consuetudines approbatas vel novas etiam inducant. VI non. Mart. a° 5°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 130; Ep. decr. H-i lib. 1. tit. 3 *de consuetud.* c. 1 ed. Cironius 24; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 4 *de consuet.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 31; ap. Richter Corp. II. 38. — »Cum consuetudinis ususque.« |
| » 2 | » | (6574) Raynaldo de Puzalia subdiacono suo praeposito S. Severi in Herefordia [Erfurt] Magunt. dioc. concedit, ut praeter ea beneficia, quae nunc obtineat, duo ecclesiastica beneficia, etiamsi curam habeant animarum annexam, dummodo ei canonice conferantur, libere possit recipere. VI non. Mart. a° 5°. ‖ Würdtwein Nova subs. IV. 117. — »Qui ex beneficii.« |
| » 2 | » | * (6575) Ecclesiae Traiectensi praerogativam ei a Friderico Romanorum imperatore concessam confirmat, qua inhibetur, ne ab hominibus victualia frumenti et viri deferentibus ad opus ecclesiae dictae ullum theolinum vel passagium requiratur. VI non. Mart. a° 5°. ‖ Compte rendu de la comm. roy. d'hist. Sér. III. Tom. IX. (1867.) 30. |
| » 3 | » | (6576) Monasterium s. Iohannis bapt. Herilacensis [St. Jean de Cerlier] tuendum suscipit eiusque bona possessionesque confirmat. V non. Mart. ind. IX. incarn. dom. a° 1221 (!). pont. a° 5°. ‖ Zeerleder Urk. d. Stadt Bern I. 201. n° 123. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 3 | » | * (6577) Honorius, sur la demande de Blanche comtesse de Champagne, charge (Jean) abbé de Sainte-Geneviève de Paris, le prieur de la même abbaye et Girard de Bourges chanoine de Paris, de faire exécuter la sentence d'excommunication et d'interdit prononcée par (Jacques) évêque de Soissons et par ses collègues contre Erard de Chassenay. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 163. n° 1318. |
| » 3 | » | * (6578) Le même accorde à (Hugues) évêque de Langres, pouvoir absoudre ceux de ses diocésains qui ont été excommuniés pour actes de violence, pour incendies, pour fraude sur le vingtième (consacré à la guerre contre les Albigeois).« Il excepte les partisans excommuniés d'Erard de Brienne. ‖ Jubainville l. c. n° 1319. |

**1221.**

Mart. 3 Laterani * (6579) Le même écrivant à (Étienne) abbé d'Auberive approuve, bien qu'irrégulières, les absolutions que cet abbé, investi des fonctions de pénitencier par Guillaume alors évêque de Langres avait données à des incendiaires, mais il met à cette ratification la condition que les absolutions susdites n'aient pas été accordées à des adhérents d'Erard de Brienne. || Jubainville l. c. 164. nº 1320.

» 5 » (6580) Compositionem inter abbatem et conventum monasterii Herilacensis [St. Jean de Cerlier] ex parte una et capellanum ecclesiae s. Uldrici de Erlacho ex altera super quibusdam redditibus ipsius ecclesiae factam confirmat. III non. Mart. aº 5º. || Solothurnisches Wochenblatt für 1831. p. 78, *perperam ad* a. 1220; Zeerleder Urk. d. Stadt Bern I. 204. nº 124. not. — »Ea quae iudicio.«

» 5 » (6581) Compositionem inter eosdem Herilacenses ex parte una et abbatem ac conventum monasterii Casae Dei [Chaise-Dieu in Auvergne] ex altera super ecclesia de Diesse [Tessenberg] ac rebus aliis initam approbat. III non. Mart. aº 5º. || Solothurnisches Wochenblatt für 1831. p. 79 *male ad* a. 1220; Trouillat Évêché de Bale I. 478. nº 317; Zeerleder l. c. I. 204. nº 124, not. *et* II. 504. nº 941 (119 a). — »Ea quae iudicio.«

» 6 » (6582) Archiepiscopo Dublinensi, qui in ecclesia sua decanatum, praecentoriam, thesaurariam, cancellariam et alios personatus ordinaverat, hanc ordinationem confirmat. II non. Mart. aº 5º. || Theiner Mon. Hibern. 18. nº 45. — »Quae pro ecclesiarum.«

» 6 » (6583) P. subdiacono et notario suo mandat, ut sententiam in civitatem Anconitanam et comitatum ipsius latam revocet. II non. Mart. aº 5º. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 67. nº 105. — »Miramur non modicum.«

» 8 » (6584) Patriarchae Constantinopolitano mandat, ut, cum P(elagius) Albanensis episcopus tunc in partibus Romaniae legatus apostolicae sedis synodali decreto vetuerit, ne personae aliae quam inunctae processionaliter reciperentur et ne lecto evangelio liber ad osculandum aliis quam personis deferretur iniunctis, eos qui contra hanc prohibitionem honorificentiam personis non inunctis exhibere praesumant, ab hac praesumptione cessare per censuram ecclesiasticam compescat. VIII id. Mart. aº 5º. || Raynaldi Annal. ad a. 1221 § 28. — »Ad audientiam nostram.«

» 8 » * (6585) Honorius charge (Raoul) abbé de Saint-Jean-des-Vignes, (Jean) abbé de Valsecret et (Gui) doyen de Soissons, de juger la réclamation de Blanche comtesse de Champagne contre (Guillaume) évêque de Meaux, qui suivant elle outrepasse son droit d'usage dans la forêt de Mant, s'attribue injustement un droit de justice sur un chemin à Vareddes, bâtit des villages nouveaux sur la terre de Blanche, usurpe son droit de mainmorte, empêche les hommes de Congis d'aller à l'armée de Blanche. || Jubainville Comtes de Champagne V. 164. nº 1321.

» 9 » (6586) Compositionem inter abbatem et conventum monasterii Herilacensis [St. Jean de Cerlier] ex parte una et B(ertholdum) dominum de Novocastro [Neuchâtel] ex altera super iure patronatus ecclesiae de Diesse initam confirmat. VII id. Mart. aº 5º. || Solothurnisches Wochenblatt für 1831. p. 80, *perperam ad* a. 1220; Matile Monum. de l'hist. de Neuchâtel nº 72; Zeerleder Urk. d. Stadt Bern I. 204. nº 124 *et* II. 505. nº 942; Trouillat Évêché de Bâle I. 479. nº 318, *male ad* a. 1220. — »Ea quae iudicio.«

» 11 » (6587) Praeposito Geuriensi, archidiacono Vesprimiensi et custodi Albensi Vesprimiens. dioc. mandat, ut litem inter (Iohannem) archiepiscopum Strigoniensem et abbatem monasterii s. Benedicti de Grana propter illata ab archiepiscopo eiusque officialibus damna agitatam auditis partibus discutiant et definiant. V id. Mart. aº 5º. || Fejér Cod. dipl. VII. v. 226; *cf.* III. I. 306. — »Dilecti filii abbas.«

» 13 » (6588) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint mandat, moneant et compellant sacerdotes per dioceses suas constitutos, ut homines fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani, qui in eorum parochiis commorantur, cum eos mori contigerit, ad sepulturam recipiant non plus ab eis aliquatenus exacturi propter hoc, quam vel decedentium extrema voluntas vel haeredum liberalitas eis sponte duxerit largiendum. III id. Mart. aº 5º. || Strehlke Tab. 319. nº 363. — »Quanto sincerioris caritatis.«

» 14 » (6589) (Bertoldo) Aquilegiensi et (Angelo) Gradensi patriarchis et (Henrico) Mediolanensi, (Hugbaldo) Ravennatensi, (Othoni) Ianuensi et (Vitali) Pisano archiepiscopis et episcopis et ecclesiarum praelatis per Lombardiam, Marchiam, Romaniolam et Tusciam constitutis scribit, se ad eos misisse legatum (Hugolinum) episcopum Hostiensem ad evangelizandum verbum crucis, cui per omnia studeant obedire. II id. Mart. aº 5º. | Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 68. nº 111; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 142; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1221 § 2. — »Cum is qui.«

» 15 » (6590) (Engelberto) archiepiscopo Coloniensi ac suffraganeis eius mandat, expresse inhibeant si quas advocatias vacare contigerit, ecclesiis ad quas spectant, ne illas conferre praesumant, sed suis curent usibus applicare, illud districtius inhibentes, ne una ecclesia plures advocatos assumat, »cum ministerium advocatorum huiusmodi, quod ad ecclesia-

**1221.**

rum tranquillitatem noscitur fuisse provisum, ad vexationem per eorum vexationes constet esse conversum.« Id. Mart. a° 5°. ‖ Mansi Conc. XXII. 1096; Labbe Conc. XI. 243. n° 3; Lünig Spicil. eccl. I. (Reichs-Arch. XVI.) 341. n° 30; *cf.* Lacomblet UB. II. 51. not. — »Cum plerique advocati.«

Mart. 15 — Laterani — (6591) Petro Firmano episcopo notum facit, se districtius inhibere, ne quis praeter ecclesiae Romanae legatum in civitate Firmana vel castellis, videl. s. Elpidio, castro Civitatis Novae, Monte sancto, Montecausarum, Murro Vallenti, Podio s. Iuliani nunc Maceratae .... et aliis quae Firmana ecclesia nunc possidet, exactionem facere, tenere placitum vel causas tractare absque speciali apostolicae sedis mandato praesumat *etc.* Id. Mart. indict. VII(!). incarn. dom. a° 1219(!). pont. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 705; *cf.* Cronache della città di Fermo 343. n° 64 *et* 65, *perperam ad* a. 1218. — »Etsi universis ecclesiis.«

» 15 — » — * (6592) Honorius, sur la requête des Templiers, mande au prieur de Sainte-Geneviève de Paris, à Geofroi archidiacre et à Giraud chanoine de Paris, d'intervenir auprès de Blanche comtesse de Champagne pour obtenir d'elle la soumission de G., son prévôt à Chaumont, excommunié à la demande des Templiers. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 164. n° 1322.

» 17 — » — (6593) Decano et capitulo Iustinopolitanis statutum in eorum ecclesia duodecimum canonicorum numerum confirmat. XVI kal. Apr. a° 5°. ‖ Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 72. n° 82; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1221. — »Cum a nobis.«

» 19 — » — (6594) Magistro Iacobo capellano et poenitentiario suo apostolicae sedis legato significat de lite inter H(enricum) regem Anglorum et Cassellensem archiepiscopum vertente super possessionibus ecclesiae Cassellensis a quamplurimis iniuste detentis et specialiter villa nova de Cassello et possessionibus aliis eiusdem ecclesiae, quibus eam G. de Marisco iustitiarius Yberniae ac eius complices indebite spoliarant, *etc.* Mandat ei, ut vocatis principibus Angliae et Yberniae regnorum tam ecclesiasticis quam saecularibus inquirat super his omnibus veritatem et, si, ut ex parte regis propositum sit, haec invenerit vera esse, nequaquam litterarum apostolicarum auctoritate procedat, praesertim cum idem rex, quamdiu fuerit infra aetatem positus, non debeat conveniri. XIV kal. Apr. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 18. n° 46. — »Quanto iustus petentium.«

» 19 — » — * (6595) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino eiusque suffraganeis monasterium Halsbrunnense protegendum commendat. XIV kal. Apr. a° 5°. ‖ Lang Regesta II. 117; Hocker Suppl. z. d. Haylsbronnischen Antiquit.-Schatz 86. n° 12; *cf.* 1203. Febr. 2. n° 1821.

» 20 — » — (6596) (Conrado) Ratisponensi episcopo redditus, quos in ecclesiis de Munster et de Pilstingen obtinet, confirmat. XIII kal. Apr. a° 5°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 330. n° 349. — »Iustis petentium desideriis.«

» 21 — » — (6597) Decano Iustinopolitano, cui Andegavensis episcopus contulerat praebendam, quam magister Otho electus Urbinas in ecclesia Andegavensi obtinuerat, hanc collationem confirmat. XII kal. Apr. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 786. — »Dilecto filio magistro.«

» 25 — » — (6598) (Hugoni) Hostiensi episcopo apostolicae sedis legato mandat, ut constitutiones Frederici (II) Romanorum imperatoris (contra haereticos) ubique publicari easque a magistris Bononiensibus in scholis legendas curet. VIII kal. Apr. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 67. n° 106. — »Fraternitati tue presentium.«

» 25 — » — (6599) Remensi archiepiscopo mandat, ut quatuor vel tres vel saltem duos viros opinionis sincerae ac litteraturae probatae cuiuscumque religionis vel ordinis et Cisterciensis praesertim, »cui Dominus benedixit a mari usque ad mare ipsius extendendo palmites«, in sua provincia eligat, »qui super nitentes asinos ascendentes sponte velint animas suas offerre discrimini, parati si opus fuerit, martyrium sustinere«; ac transmittat ipsos usque ad festum b. Martini Romam destinandos ad propagationem et dilatationem fidei christianae inter diversas gentes. Si praelati eorum huic proposito obviaverint, eos censura ecclesiastica compescat. VIII kal. Apr. a° 5°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 221. n° 208; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1221 § 47; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 389; Porthan Bullar. access. 15. n° 30. — »Ne si secus.«

* *Scriptum est in eundem modum eodemque die:*
  - In Dacia (Andreae) Lundensi archiepiscopo;
  - in Norweia (Thoriae) Nydrosiensi archiep.;
  - in Svetia (Olao) archiep. Upsal. et (Benedicto) episc. Scarensi. ‖ Vastovius Vitis aquil. 171; *cf.* Celse Appar. 59. n° 19;
  - in Dalmatia supra mare (Bertoldo) patriarchae Aquilegiensi;
  - in Ystria supra mare (Angelo) patriarchae Gradensi, .... Iadrensi et (Guncello) Spalatensi archiepiscopis;
  - in Sclavonia ..... Ragusiensi et .... Antibarensi archiepscopis;
  - in Ungaria (Iohanni) Strigoniensi et (Ugrino) Colocensi archiepiscopis. *Sine nota chronol.* ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 27. n° 49;
  - in Polonia (Vicentio) Gnesnensi archiepisc.;

**1221.**

in Alemannia (Sigfrido) Maguntino (*vid.* nº 6700), (Engelberto) Coloniensi, (Gerhardo) Bremensi, (Alberto) Magdeburgensi, (Eberhardo) Salzeburgensi et (Theodorico) Treverensi archiepiscopis;
in Francia (Rainaldo) Lugdunensi, (Petro) Senonensi, ...... Remensi, (Roberto) Rothomagensi, (Iohanni) Turonensi, (Simoni) Bituricensi et ..... Burdegalensi archiepiscopis;
in Guasconia ..... Auxitano et (Arnaldo) Narbonensi archiepiscopis;
in Burgundia (Bernardo) Tarentasiensi, (Girardo) Bisuntino, ....... Ebredunensi, ..... Aquensi, ..... Arelatensi et ..... Viennensi archiepiscopis;
in Ispania ..... Teraconensi, ..... Toletanensi, ...... Compostellano et ...... Bracarensi archiepiscopis;
in Apulia ..... Capuano archiepiscopo;
(Henrico) Mediolanensi, (Vitali) Pisano et (Simeoni) Ravennatensi archiepiscopis.

Mart. 29 — Laterani — (6600) Repetit nº 6542 d. d. 1221. Febr. 4: »IV kal. Apr. aº 5º« — »Cum is qui.« ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 13. nº 22.

» 29 — » — (6601) H. et S. comites de Vegla tuendos suscipit, specialiter autem eis quatuor insulas inter Spalatum et Ulmes sitas, videl. Faram et Braczam, Gorzuram et Laugurstam cum parvulis insulis, quas (Andreas) rex Ungarorum in recompensationem multorum servitiorum, quae exhibuerant eidem, ipsis donavit, auctoritate apostolica confirmat. IV kal. Apr. aº 5º. ‖ Kercselich Not. prael. 208; Katona Hist. crit. V. 349; Fejér Cod. dipl. III. I. 306; Theiner Mon. Hungar. I. 27. nº 48. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

Apr. 1 — » — (6602) (Rolando) episcopo et praeposito Ferrariensibus mandat, moneant Rambertinum Buvalelli civem Bononiensem, qui contra inhibitionem apostolicam, qua ii qui susciperent civium Mutinensium regimen, excommunicationis vinculo innodati denunciantur, a quo non possint absolvi per alium quam per Romanum pontificem, promisit se praedictae civitatis regimen accepturum esse, ut desistat a proposito suo; alioquin eum per censuram ecclesiasticam cogant. Kal. Apr. aº 5º. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 6. — »Exigente malitia civium.«

» 1 — » — (6603) (Gervasio) episcopo, (Guillelmo) abbati et priori S. Martini Sagiensibus [Séez] committit inquirendam et terminandam causam vertentem inter (Petrum) archiepiscopum Senonensem et (Blancham) comitissam Campaniae, quae homines de Pruvino Senon. dioc., qui se libere ad terram dicti archiepiscopi transferre et ibi se consistere sub eiusdem iurisdictione securi soliti sunt, impediebat quominus huiusmodi libertate fruantur. Kal. Apr. aº 5º. ‖ Brussel Nouvel examen de l'usage gén. des fiefs en France II. (Paris 1727. 4º). 1021; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 165. nº 1325. — »Querelam venerabilis fratris.«

» 2 — » — (6604) O. rectori (G. praeposito *leg. M. B. XXVIII. 2,* Lectori *UB. o. d. E.*) et fratribus S. Mariae in Slagen [Slag *Hugo, Hund, hodie* Schlägel] ecclesiam s. Mariae in Slag, quam eis in ea secundum Praemonstratensis ordinis instituta Deo servituris (Ulricus) episcopus Pataviensis contulit, auctoritate apostolica confirmat. IV non. Apr. aº 5º. ‖ Hugo Annal. Praemonstr. II. prob. 368; Hund Metrop. Salisburg. ed. Gewold III. 52; Mon. Boica XII. 371, *perperam ad a.* 1222, *et* XXVIII. II. 142; UB. ob der Enns II. 620. — »Solet annuere sedes.«

» 3 — » — (6605) (Benedicto) episcopo Scarensi concedit facultatem, iterum absolvendi eos, qui in canonem latae sententiae incidentes a praedecessoribus eius absoluti fuerint non habentibus super hoc a sede apostolica licentiam specialem. III non. Apr. aº 5º. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 223. nº 209; *cf.* Porthan Bullar. access. 15. nº 31. — »Fraternitatis tue precibus.«

» 3 — (») — • (6606) De S. Emmerano Ratisbon. et de inferiori Alta abbatibus et praeposito de Bergersgaden Pataviens. et Salesburgens. diocc. committit causam vertentem inter Gebehardum canonicum Pataviensem et Ottonem procuratorem hospitalis Teutonicorum super quibusdam vineis et super eo, quod idem procurator ipsum Gebehardum fratrem eiusdem hospitalis esse asserebat. III non. Apr. aº 5º. ‖ Deutinger Beyträge II. 158. nº 71.

» 6 resp. 7 — » — (6607) (Azolino) marchioni Estensi mandat, ut contra civitatem Anconitanam et comitatum ipsius in demanium ecclesiae retentam nihil attemptet. VIII (VII *Thein.*) id. Apr. aº 5º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1221 § 35; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 67. nº 107. — »Cum civitatem Anconitanam.«

» 8 — » — (6608) Archidiacono Bononiensi concedit, ut, cum archidiaconatus Bononiensis usque adhuc exiles redditus habeat, plebem de Sambro cum pertinentiis suis dicto archidiaconatui uniat. VI id. Apr. aº 5º. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 7. — »Universalis ecclesiae pulchritudo.«

» 8 — » — (6609) (Engelberto) electo et capitulo Coloniensibus testatur, sibi 160 marcas argenti, quas Th(eodericus) quondam Coloniensis archiepiscopus per manus St(ephani) basilicae XII apost. presb. card. ecclesiae Romanae camerarii mutuo receperit, persolutas esse. VI

**1221.**

id. Apr. a° 5°. || Ficker Engelbert d. Heilige 330; Ennen Quellen II. 83. n° 69. — »Cum dilectus filius.«

Apr. 13 Laterani (6610) (Guillelmo) episcopo et capitulo Parisiensibus mandat, ut praebendam, quam Alebrandinus Caietanus quondam S. Susannae presb. cardinalis in Sabinensem episcopum consecratus obtinuit, Iacobo eiusdem nepoti conferant. Id. Apr. a° 5°. || Ughelli Ital. sacra I. 168; Alph. Ciaconii Vitae pontif. Romanor. ed. Aug. Oldoinus (Romae 1677. fol.) 41; Gallia christ. I. 443 (ed. nov. VII. instr. 92); Le Maire Paris ancien I. 90. — »Venerabili fratri nostro.«

» 13 » (6611) Comitem et populum Spalatinos monet et hortatur, ut illos Sclavos et Dalmatinos crucesignatos transfretantes in Terrae sanctae subsidium, qui alios christianos piratica rabie spoliant, capiunt et occidunt, et latentes in insidiis et speluncis qui christianorum iter observant ut depraedentur eosdem et immanitate perimant inhumana, manu potenti studeant de suis finibus profligare. »Ut autem, quantum nos urgeat huiusmodi factum, ex nuncii qualitate vobis plenius innotescat,« magistrum Acontium subdiaconum et capellanum suum ad eorum partes destinat. Id. Apr. a° 5°. || Farlati Illyr. sacr. III. 249; Katona Hist. crit. V. 357; Fejér Cod. dipl. III. I. 307. — »Tacti sumus dolore.«

( » 13) » * (6612) Magistrum Acontium subdiaconum et capellanum suum apostolicae sedis legatum, (Iohannem) archiepiscopum Strigoniensem et cunctos Hungariae episcopos incitat ad haereticos Bosnae profligandos et exigendos. *Sine signo chronol.* || Fejér Cod. dipl. I. c. 308.

» 16 » (6613) Magistro Gratiae capellano suo archipresbytero et capitulo Bononiensibus donationem de decimis et de ecclesia s. Mariae et de Castro s. Petri et de censu ab ecclesia s. Antonii debito, necnon de fundo quodam qui dicitur Sanguineta, a b. mem. G(erardo) Bononiensi episcopo eis a. 1213 factam confirmat. XVI kal. Mai. a° 5°. || (Sartius) De clar. archigymn. Bonon. profess. I. II. 178; Savioli Ann. Bologn. III. II. 9. — »Ea que provide.«

» 17 » (6615) (Bartholomaeum) episcopum Quinqueecclesiensem laudat ob suum in litteris profectum eique mandat, ut, cum ecclesiae suae dispendium ex sua absentia immineat, ad ipsam revertatur ecclesiam, ad temporalium et spiritualium administrationem plenarie restitutus, et libere illa quae ad episcopale spectant officium, exequatur. XV kal. Mai. a° 5°. || Koller Episc. Quinqueeccl. II. 52; Fejér Cod. dipl. III. I. 308; Theiner Mon. Hungar. I. 28. n° 50. — »Gratum nobis est.«

» 17 » (6616) (Laurentio) episcopo Wratizlaviensi, praeposito Glogoviensi et decano Lucitiensi Wratizlav. et Gneznens. dioec. mandat, ut L(adislaum? Leszek?) ducem Poloniae a voto in subsidium Terrae sanctae transfretandi absolvant eique iniungant, ut, cum sit vicinus Pruteniae, (Christiano) episcopo Prutenorum in convertendis suis gentilibus opem ferat. XV kal. Mai. a° 5°. || Theiner Mon. Polon. I. 12. n° 26. — »Audito quondam quod.«

» 17 » * (6617) (Iohanni) abbati S. Victoris, priori S. Genovefae et succentori Parisiensibus mandat, ut convocatis et auditis partibus de querelis inter decanum et capitulum Remenses ex parte una et (Blancham) comitissam Campaniae quosdamque alios Remensis, Trecensis et Cathalaunensis diocesium ex altera occasione nemorum seu quarundam terrarum versatis, appellatione remota, ius dicant et causam terminent. XV kal. Mai. a° 5°. || Teulet Layettes I. 515. n° 1443; Jubainville Comtes de Champagne V. 165. n° 1328. — »Dilecti filii decanus.«

» 19 » (6618) (Iohanni) Strigoniensi archiepiscopo poenam, quam incurrit ex facto (Bartholomaei) Quinqueecclesiensis episcopi, quem sedes apostolica pensata ecclesiae eius utilitate plenarie restituit, omnino remittit; illam vero, quam ex facto (Cosmae) Geuriensis episcopi incurrit, commutans eum confirmandi et consecrandi primum successorem ipsius potestate privat. Ad haec ei iniungit, ut, cum pro compescenda quorundam Sclavorum malitia, qui tam crucesignatos quam christianos alios spoliant et occidunt, Acontium subdiaconum et capellanum suum ad (Andream) regem Hungariae transmittat, ad coercendam praedictorum piratarum malitiam ipsum regem inducat et moneat. XIII kal. Mai. a° 5°. || Fejér Cod. dipl. III. I. 309; Theiner Mon. Hungar. I. 28. n° 51. — »Si tibi secundum.«

» 20 » (6619) Eidem archiepiscopo et abbati de Pilis (Pelis *Thein.*) Vesprimiens. dioc. mandat, ut, cum (Andreas) rex Ungariae sedi apostolicae insinuaverit, »quod abbatia de Wisegrad (Wisagrade *Th.*) Vesprim. dioc., in qua ius obtinet patronatus, Graecos habet monachos et habuit ab antiquo, in quorum manibus abbatia ipsa adeo .... est collapsa, quod, nisi instituantur personae ibidem vicinis ecclesiis lingua et vita conformes, vix aut nunquam resurgat;« et cum postularit, »ut ibi monachos Latinos institui de nostra permissione liceret,« si pensatis omnibus expedire viderint, Latinos monachos institui ibidem concedant. XII kal. Mai. a° 5°. || Katona Hist. crit. V. 348; Fejér l. c. 310; Theiner l. c. 29. n° 53; *cf.* Palacky Reise 23. n° 88; Erben Reg. Bohem. I. 299. n° 642. — »Carissimus in Christo.«

» 20 » (6620) Archidiaconum Gneznensem, custodem Poznaniensem et ... Licitiensem Gneznens. dioc. hortatur, ut Christi fideles per Poloniam tantum et Pomeraniam constitutos ad succurrendum noviter baptizatis in partibus Prusciae secundum (Christiani) episcopi

**1221.**

Prusciae consilium inducant et omnibus, qui accepta cruce ad succurrendum eis se accinxerint, eandem peccatorum veniam esse denuntient indultam, quae concessa sit proficiscentibus in subsidium Terrae sanctae. xii kal. Mai. a° 5°. || Theiner Mon. Polon. I. 13. n° 27; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1221 § 8. — »Si pro varietate.«

Apr. 20 — Laterani — (6621) (Andreae) regi Ungariae declarat, quod suae intentionis non fuit, per litteras suas ad eum pro decima monetae, quae cudatur in Cenadiensi diocesi, solvenda Cenadiensi episcopo iuri Strigoniensis ecclesiae derogare, cum eadem decima ad Strigoniensem archiepiscopum pertineat. xii kal. Mai. a° 5°. || Theiner Mon. Hungar. I. 29. n° 55; Fejér Cod. dipl. III. i. 347; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 178. — »Venerabilis frater noster.«

» 20 — » — (6622) (Iohanni) archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut praelatis et clericis suae diocesis, qui ob fraudem commissam circa vicesimam laqueum excommunicationis incurrerint, receptis defraudatis beneficium absolutionis impendat. xii kal. Mai. a° 5°. || Theiner l. c. 28. n° 52; Mon. Hungar. hist. l. c. 178; *cf.* Fejér l. c. 352. — »Tua nobis fraternitas.«

» 20 — » — (6623) Eidem et praeposito Strigoniensibus mandat, ut, si expedire viderint, licentiam tribuant transferendi ecclesiam in munitione castri Posoniensis sitam in burgum eiusdem castri. xii kal. Mai. a° 5°. || Fejér l. c. 312; Theiner l. c. 29. n° 54; *cf.* Palacky Reise 23. n° 89. — »Dilectus filius Posoniensis.«

» 22 — » — (6624) Decano et capitulo Lichefeldensibus, quibus a Coventrensi episcopo loci diocesano erat concessum, ut cum aliquem concanonicorum mori contigerit, praebendae suae proventus anni sequentis a die obitus computando pro ipsius defuncti exequiis in executione testamenti libere convertantur, hanc concessionem confirmat. x kal. Mai. a° 5°. || Wilkins Concil. I. 597. — »Iustis petentium desideriis.«

» 22 — » — (6625) Praeposito et capitulo S. Pamphili Sulmonensis (Valvens. dioc.), qui duodecim canonicorum numerum in ecclesia sua statuerant, hoc statutum confirmat. x kal. Mai. a° 5°. || Ughelli Ital. sacra I. 1371. — »Cum a nobis.«

» 22 — » — Mathildae abbatissae monasterii ... in Gandesheim. »x kal. Mai. ... pont. a° 5°«. || Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. von Aebtiss. 46. n° 40, *vid.* 1221. Apr. 27. n° 6634.

» 23 — » — (6626) De Melros et de Neubotle abbatibus et priori de Melros Cisterc. ord. Glasguens. et S. Andreae diocc. mandat, ut ponant in optione R. pauperis presbyteri, qui ordinem Cisterciensem intraverat, sed vix facta ibi mora per mensem a se ipso factus pene penitus alienus exinde recesserat, an sub regulari observantia velit Domino in aliquo monasterio famulari, vel malit in saeculo remanere. ix kal. Mai. a° 5°. || Theiner Mon. Hibern. 20. n° 47. — »Significavit nobis R.«

» 23 — » — (6627) Priori et conventui Lateranensibus scribit: »Cum Lateranensis ecclesia speciale membrum apostolicae sedis existat, statuimus et sancimus, ut, sicuti contra Romanam ecclesiam nonnisi centenaria currit praescriptio secundum constitutiones canonicas, ita quoque ipsi ecclesiae minoris temporis praescriptio non obsistat.« ix kal. Mai. a° 5°. || Cherubini Bullar. I. 80; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 379. n° 53; *int.* Epist. decret. Honorii III lib. 2. tit. 17 *de praescr.* c. 1. ed. Cironius 155; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1221 § 37. — »Sedis apostolicae circumspectio.«

» 23 — » — (6628) Universis ecclesiarum praelatis Strigoniensis et Vesprimiensis diocesum inhibet, ne de cetero parochianos interdictos praepositi Posoniensis vel excommunicatos recipiant ad divina, si debitam velint effugere ultionem. ix kal. Mai. a° 5°. || Theiner Mon. Hungar. I. 29. n° 56; Mon. Hung. hist. Dipl. VI. 179; *cf.* Fejér Cod. dipl. III. i. 352. — »Dilectus filius ...«

» 23 — » — (6629) Capitulo et clero civitatis et diocesis Strigoniensis nunciat, se (Iohannem) Strigoniensem archiepiscopum ad omnia spiritualia et temporalia plenarie restituisse; mandat eis, ut illi humiliter et devote intendant. ix kal. Mai. a° 5°. || Fejér l. c. 311; Theiner l. c. 30. n° 57. — »Ecclesiae Strigoniensis utilitate.«

» 24 — » — (6630) Archiepiscopo Viennensi mandat, ut, si I. decanum Maurianensis ecclesiae invenerit ad onus idoneum pontificalis officii et maior ac sanior pars capituli consenserit in eundem, illum praeficiat in episcopum ecclesiae praedictae. viii kal. Mai. a° 5°. || Gallia christ. XVI. instr. 304. — »Dilecti filii capitulum.«

» 25 — » — (6631) Priorissae ac conventui S. Sixti de Urbe scribit: »Cum ecclesia s. Mariae in Tempore adeo in spiritualibus esset collapsa et in temporalibus diminuta, quod nequaquam ibi abbatissa et moniales ipsius possent commode remanere: nos tam abbatissam quam moniales omnes ad ecclesiam s. Sixti duximus transferendas, translata etiam maiori parte monialium ecclesiae s. Bibianae de voluntate ipsarum.« Omnes possessiones, vineas, aquas, silvas tam praedictae ecclesiae s. Mariae, quam ecclesiae s. Bibianae — possessionibus quas habet in tenimento Anguillariae exceptis — conventui S. Sixti concedit easque huic monasterio confirmat. vii kal. Mai. a° 5°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 13. n° 23; Torriggio Hist. della ven. immagine 43. — »Etsi ecclesiarum omnium.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1221.** |
| Apr. 25 | Laterani | * (6632) Capitulo S. Andreae ecclesiam in Humbeln confirmat. vII kal. Mai. a° 5°. ‖ Lang Regesta II. 118. |
| » 27 | » | (6633) Praepositum et conventum monasterii in Hundestorf tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam de Glanardorf ab episcopo Frisingensi collatam confirmat. v kal. Mai. a° 5°. ‖ Mon. Boica X. 246. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 27 | » | (6634) Mathildae abbatissae monasterii ss. Anastasii et Innocentii in Gandersem (Gandesheim *Lün.*) iura et privilegia ecclesiae Gandersinae confirmat. v (x *Lün.*) kal. Mai. indict. IX. incarn. dom. a° 1222(!). pont. a° 5°. ‖ Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 751; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 46; Leibnitii Scr. rer. Brunsv. II. 337. — »Cum dilectae in.« |
| » 27 | » | * (6635) Abbati et conventui monasterii Indersdorfensis possessiones ac nominatim ecclesiam de Glanardorf ab (Ottone) episcopo Frisingensi collatam confirmat. v kal. Mai. a° 5°. ‖ Lang Regesta II. 118. |
| » 28 | » | (6636) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum ecclesiam s. Mariae Fani-Iovis eis a (Fulcone) episcopo Tolosano donatam confirmat. iv kal. Mai. a° 5°. ‖ Bern. Guidonis Hist. fundat. convent. Praedic. ap. Martene Ampl. collect. VI. 450; Ripolli Bullar. Praedic. VII. 4. n° 37; Gallia christ. XIII. instr. 248. — »Cum a nobis.« |
| » 28 | » | (6637) Capitulo Trigestino tertium decimum canonicorum numerum, quem C(onradus) Trigestinus episcopus, facultatibus ecclesiae pensatis, in ea taxavit et statuit observandum, auctoritate apostolica confirmat. iv kal. Mai. a° 5°. ‖ Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 72. n° 83; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1221. — »Cum a nobis.« |
| » 28 | » | (6638) Capitulo Trigestino, cui (Conradus) episcopus Trigestinus annuum redditum vini dimiserat et quandam decimam in Trigestina civitate ad episcopalem mensam spectantem donaverat, haec confirmat. iv kal. Mai. a° 5°. ‖ Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1221. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 28 | » | (6639) (Yolen) reginam Ungariae rogat et monet, ne impediat nec a suis impediri permittat, quominus christiani tam servi quam liberi de manibus Saracenorum abstrahantur. iv kal. Mai. a° 5°. ‖ Katona Hist. crit. V. 355; Fejér Cod. dipl. III. I. 312; Theiner Mon. Hungar. I. 30. n° 58. — »Cum multitudo Saracenorum.« |
| » 28 | » | (6640) (Andream) regem Ungariae rogat et hortatur, ut de possessionibus decedentium sine liberis, quae ad ipsius dominium devolvuntur vel de quibuslibet aliis ad ipsum quocunque titulo pertinentibus decimas faciat a suis baiulis exsolvi ecclesiis, ad quas pertineant; porro eum rogat, ut his qui a suis diocesibus excommunicantur, nequaquam communicet, sed usque ad satisfactionem evitet. iv kal. Mai. a° 5°. ‖ Katona l. c. 356; Fejér l. c. 313; Theiner l. c. 30. n° 59. — »Cum rex regum.« |
| » 29 | » | (6641) Archiepiscopo Burdegalensi et suffraganeis eius mandat, cogant Iudaeos suae provinciae, ut a christianis diversitate habitus se distinguant per subtractionem communionis, et nobiles ne publica officia exequenda illis committant per censuram ecclesiasticam. III kal. Mai. a° 5°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 380. n° 54. — »Ad nostram noveritis.« |
| » 29 | » | (6642) Wintoniensi episcopo nobilibusque viris Huberto de Burgo iusticiario, R. comiti Cestriae, Willielmo Briguere ac aliis consiliariis Henrici regis Anglorum mandat, ut guardas et escheatas, quae a pluribus occupatae detinebantur, ad manus regis eiusdem revocent. III kal. Mai. a° 5°. ‖ Rymer Foedera I. I. 86. — »Cum charissimus in.« |
| » 29 | » | (6643) Archiepiscopum Eboracensem et suffraganeos eius monet et hortatur, ut, cum gravis guerra in regno Angliae incipiat pullulare, ad praecidendam guerrarum materiam et pacis foedera reformanda omne studium et diligentiam impendant. III kal. Mai. a° 5°. ‖ Rymer l. c. 86. — »Etsi appetenda sit.« |
| » 29 | » | (6644) (Henricum) Argentinensem episcopum monet et hortatur, ut ecclesias suae diocesis ab advocatorum vexationibus defenset, eique firmiter inhibet, ut, si quas advocatias ipsi de cetero vacare contigerit, nulli eas conferat, sed ecclesiae suae usibus applicet. III kal. Mai. a° 5°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 341. n° 318. — »Dilecti filii capitulum.« |
| » 30 | » | (6645) Monasterii in Sitanstetin protectionem suscipit, specialiter autem ecclesias, possessiones, vineas, nemora et alia bona, sicut ea iuste ac pacifice possidet, ei confirmat. II kal. Mai. a° 5°. ‖ Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXIII.) 36. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 30 | » | (6646) Abbatem et conventum monasterii s. Augustini Cantuariensis cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam de Sellinges, praebendam ecclesiae de Guceston ad usus camerae et ecclesias de Lenham et de Cistelet ad usus refectorii confirmat. II kal. Mai. a° 5°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 137. — »Solet annuere sedes.« |
| » 30 | » | * (6647) Canonicis ecclesiae s. Mariae Virg. in Cossewiz Brandenburg. dioc. villam Lozeke cum pertinentiis suis ac alia bona confirmat. II kal. Mai. a° 5°. ‖ Beckmann Historie des Fürstenth. Anhalt I. 314. |

**1221.**

Mai. 4 Laterani (6648) Cantori et archidiacono maioris ecclesiae et decano S. Germani Autissiodorensis Parisiensibus mandat, ut (Iohanni de Barastre) decano S. Quintini, qui de mandato pontificis Parisius doceat fratres de ordine Praedicatorum in theologica facultate, iuxta constitutionem editam a capitulo redditus ecclesiasticos et vicario suo distributiones huiusmodi exhiberi faciant. IV non. Mai. a° 5°. || Notices et extraits XXI. II. 179. — »Dilecto filio decano.«

» 4 » * (6649) Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi scribit taliter: »Ne inde videatur iniuriarum oriri occasio, unde iura nascuntur, licet dilecto filio Waltfrido abbati S. Lamberti tuae diocesis ad sedem apostolicam venienti benedictionis munus conferimus, nolumus tamen exinde tibi vel ecclesiae tuae praeiudicium generari, praesentes tibi litteras super hoc in testimonium concedentes.« IV non. Mai. a° 5°. || Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 227. n° 254.

» 4 » * (6650) Abbati monasterii s. Mariae in Cella bona confirmat in Moos, nempe Waldbrunn, Albstat et Haselbrun. IV non. Mai. indict. IV. pont. a° (4°, *sed legas*) 5°. || Lang Regesta II. 121.

» 5 » (6651) Aymoni abbati et conventui S. Mauritii (de Chablais) redditus de Scarlata, quos Wilhelmus comes Pontini donaverat, confirmat. III non. Mai. a° (4°, *sed legatur*) 5°. || Kuen Collectio script. III. 87. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 » (6652) Monasterium Hildesleuen [Hillersleben, ord. s. Ben. Halberstad. dioc.] cum omnibus bonis tuendum suscipit, specialiter autem libertates et immunitates eidem a b. mem. H(errando?) et R(udolfo?) Halberstadensibus episcopis ac a cl. mem. comite Hildesleuensi eiusdem monasterii fundatore concessas, nec non ius advocatiae, quod idem comes monasterio in proprium concesserat, possessiones et alia bona confirmat. III non. Mai. a° 5°. || Riedel Beiträge I. 28. n° 15; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XXII. 427. n° 20. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 5 » (6653) Capitulo ecclesiae de Lichfield ecclesias de Arnlegh, de Cannoco et de Ruggele eis a W. episcopo Coventriae collatas confirmat. III non. Mai. a° 5°. || Dugdale Monast. Anglic. VI. III. 1245. n° 11. — »Cum a nobis.«

» 6 » (6654) Fratribus de ordine Praedicatorum concedit licentiam celebrandi super altare portatile. II non. Mai. a° 5°. || Ripolli Bullar. Praedic. I. 14. n° 24. — »Postulastis a nobis.«

» 6 » (6655) Praeposito Ravennatensi causam inter (Mainardinum) episcopum capitulumque Imolenses ex parte una et potestatem populumque Bononienses ex altera super possessionibus et rebus aliis vertentem committit diiudicandam. II non. Mai. a° 5°. || Manzoni Episc. Imol. hist. 164; Series Episc. Forocorn. II. 89; Savioli Ann. Bologn. III. II. 11. — »Venerabilis frater noster.«

» 6 » (6656) Abbati de Monte Angelorum et praeposito Cunicensi Constantiens. et Lausann. diocc. mandat, ut litem inter praepositum conventumque Interlacenses et Ulricum presbyterum Lausannensem super ecclesia de Steiga ortam componant. II non. Mai. a° 5°. || Zeerleder Urk. d. Stadt Bern I. 224. n° 141. — »Dilecti filii praepositus.«

» 9 (») * (6657) Capitulo generali Cisterciensi viginti libras sterlingorum annuales confirmat. || Montanbon Privil. de Cîteaux 282.

» 10 » (6658) Conventus S. Michaelis ap. Ulmam protectionem suscipit eique ecclesiam s. Martini in Hervelsingen, capellam s. Andreae sitam in villa Stozingen et alias ecclesias, quas possidet, confirmat. VI id. Mai. a° 5°. || Kuen Collect. script. V. II. 309; Wirtemb. UB. III. 125. n° 649. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 10 » (6659) Praeposito et capitulo S. Prosperi Regini plebem de Baniolo cum capellis et pertinentiis, et s. Faustini de Castro Regii et s. Stephani prope civitatem in burgo sitam et alias capellas necnon libertates et immunitates eis a b. mem. T., A(lberico) et P(etro) Reginis episcopis concessas confirmat. VI id. Mai. a° 5°. || Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 74. n° 738. — »Iustis petentium desideriis.«

» 10 » (6660) Episcopum et capitulum Placentinos exhortatur, ut fratres Praedicatores commendatos habeant. VI id. Mai. a° 5°. || Campi Histor. di Piacenza II. 389. n° 72; Ripolli Bullar. Praedic. I. 14. n° 25, *deficiente initio.*

» 13 » (6661) Priorem et fratres Grandimontenses hortatur, ut, cum instanti festo b. Iohannis bapt. de more celebraturi sint capitulum generale, scissuris et contentionibus penitus abdicatis ad ea quae pacis sint unanimiter intendant et ordinis sui statuta studeant inviolabiliter observare. III id. Mai. a° 5°. || Martene Thes. anecd. I. 883. — »Utilitati, famae et.«

» 14 » (6662) Iudicibus, consulibus et populo Beneventanis notum facit, se statuere, ut nemo de civitate eorum domos alterius occupare praesumat sub poena confiscationis bonorum, neque ibi collectae nisi de rectoris, iudicum, consulum et octonarii totius populi consensu imponantur. II id. Mai. a° 5°. || Bullar. Roman. ed. Taur. III. 380. n° 55. — »Ad tranquillitatem vestram.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1221.** |
| Mai. 17 | Laterani | (6663) (Iohanni de Monte Lauro) praeposito, magistro H. archidiacono et sacristae Magalonensibus mandat, ut debita ab amoto Psalmodiensis monasterii Nemaus. dioc. abbate contracta et detento monasterii sigillo communita decernant irrita et inania et molestatores eiusdem claustri per censuram ecclesiasticam compescant. xvi kal. Iun. a° 5°. ‖ Notices et extraits XXI. ii. 178. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 17 | » | (6664) Abbatem et conventum monasterii s. Udalrici Augustensis patrocinandos suscipit, specialiter autem parochiam eorum ad luminaria ipsius monasterii deputatam ipsis confirmat. xvi kal. Iun. a° 5°. ‖ Mon. Boica XXII. 205. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 19 | » | (6665) (Iohanni) Bituricensi archiepiscopo mandat, faciat, ut si Iudaei in eius diocesi habitantes synagogas de novo contra sanctiones canonicas construere praesumpserint, eae demoliantur. xiv kal. Iun. a° (4°, *sed legas*) 5°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 878. — »Pervenit ad audientiam.« |
| » 23 | » | (6666) Monasterio Pruvigensi (!) confirmat possessionem curtis de Oberndorf. x kal. Iun. a° 5°. ‖ Mon. Boic. XIII. 198. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 27 | » | (6667) Repetit n° 5957 d. d. 1219. Ianr. 2: »vi kal. Iun. a° 5°« — »Benefaciens Dominus bonis.« ‖ Tromby Storia V. app. 88. |
| » 28 | » | (6668) (Bertoldo) episcopo et capitulo Lubicensibus significat, se universis, qui ad ecclesiam Lubicensem in festo b. Iohannis baptistae devote convenerint, indulgentiam 20 dierum elargiri. v kal. Iun. a° 5°. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 43. n° 37. — »Ut ecclesia vestra.« |
| » 28 | » | (6669) Repetit n° 6542 d. d. 1221. Febr. 4: »v kal. Iun. a° 5°« — »Cum is qui.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 14. n° 26. |
| » 29 | » | (6670) Abbati et conventui Septem Fontium Praemonstr. ord. concedit, ut eis liceat ecclesias ad ipsos pleno iure spectantes, cum eas vacare contigerit, fratribus suis gubernandas committere ita, ut de temporalibus abbati, de spiritualibus autem episcopo loci respondeant. iv kal. Iun. a° 5°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 493. — »Id nec petitur.« |
| » 29 | » | (6671) Monasterium Hildesleuen [Hillersleben (ord. s. Ben. Halberstadens. dioc.)] cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem villas Cruzezhe, Woltwi et alias possessiones nominatim recensitas ei confirmat. iv kal. Iun. a° 5°. ‖ Riedel Beiträge I. 26. n° 15; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XXII. 426. n° 19, *perperam ad* a. 1220. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| Iun. 2 | » | (6672) Philippo regi Francorum significat, se ad relevandum in Provinciae partibus fidei negotium (Willelmo) Remensi, (Petro) Senonensi et (Simoni) Bituricensi archiepiscopis in regno Franciae legationis officium distincte commisisse, ut ad fideles pro subventione ipsius negotii exhortandos et cum indulgentiis tum aliis congruentibus modis animandos operam impendant. iv non. Iun. a° 5° (4° *Bouq.*). ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 856. n° 12; Bouquet Rec. XIX. 696. — »Etsi cuncti debeant.« |
| » 2 | — | Patriarchis, archiepiscopis et episcopis: »Tibure iv non. Iun. a° 5°«. ‖ Strehlke Tab. 320. n° 364, *vid.* 1225. Iun. 2. |
| » 3 | Laterani | (6673) Amalrico comiti Tolosano eiusque haeredibus Biterrensem, Carcassonensem et Albiensem civitates et alias haereticorum (Albigensium) terras, quas b. m. Innocentius III praedecessor patri eius (Simoni comiti de Monteforti) tres denarios per singulas domos eiusdem terrae annualiter Romanae ecclesiae promittenti (d. 12. Nov. a. 1209) confirmaverat, confirmat. iii non. Iun. a° (4°, *sed legatur*) 5°. ‖ Baluze Miscell. II. 254 (ed. Mansi III. 22); Bouges Hist. de Carcassonne 551; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 853; Bouquet Rec. XIX. 696; Teulet Layettes I. 518. n° 1456. *Cf.* Mahul Cartul. V. 292, 297. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 3 | » | (6674) Viviano et Hugoni et Pascali presbyteris et M. diacono, quibus (Iordanus) Paduanus episcopus de mandato (Hugonis) Ostiensis episcopi apostolicae sedis legati, eos mansionarios instituens in ecclesia Paduana, beneficia quaedam ad mansionariae officium deputata canonice assignaverat, hanc assignationem confirmat. iii non. Iun. a° 5°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 24. n° 21. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 7 | » | (6675) R(omano) Portuensi episcopo apostolicae sedis legato concedit facultatem constituendi ordinem militum in provincia Narbonensi, qui, sicut Templarii contra Saracenos pugnant in partibus Orientis, ita in partibus illis decertent contra haereticam pravitatem pro pacis ac fidei negotio et ecclesiastica libertate. vii id. Iun. a° 5°. ‖ Federici Istor. de' caval. Gaudenti II. Cod. dipl. 4. n° 6; Ripolli Bullar. Praed. VII. 4. n° 38. — »Cum quidam christianae.« |
| » 7 | » | (6676) Abbatissae et conventui S. Pontii Cisterc. ord. ordinationem vel translationem potius, quam Conradus Portuensis episcopus apostolicae sedis legatus in monasterio s. Gervasii de Foss(is) fecit, confirmat. vii id. Iun. a° 5°. ‖ Gallia christ. I. (ed. 1716.) instr. 129. — »Ea quae per.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1221.** |
| Iun. 7 | Laterani | (6677) Abbatissae et monialibus S. Laurentii de Venetiis indulget, ut de novalibus, quae propriis sumptibus colunt aut de suorum animalium nutrimentis nullus ab eis decimas exigere vel extorquere praesumat. VII id. Iun. a° 5°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XI. 102. — »Solet annuere sedes.« |
| » 9 | » | * (6678) Universis abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis indulget, ne apostolicae sedis legati procurationes pecuniarias ab eorum monasteriis exigere vel extorquere praesumant, sed, cum ad eorum domos accesserint, sine carnium esu cibis regularibus sint contenti. V id. Iun. a° 5°. ‖ *Meminerunt huius bullae* Privil. ord. Cisterc. fol. 12. — »Cum propter pauperem.« |
| » 9 | » | (6679) Alberto de Borzano, Aldebrandino de Pizo, Guidoni de domo Pizi et aliis eorum consortibus, quos (Hugo) Ostiensis episcopus apostolicae sedis legatus de castro Quarantulae ad terras comitissae Matildis pertinente feudi nomine investiverat, hanc investituram confirmat. »In recognitionem tamen dominii apostolicae sedis vos asturem unum et canes duos nobis nostrisque successoribus annis singulis in nativitate Domini persolvetis.« V id. Iun. a° 5°. ‖ Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 74. n° 739. — »Recognoscentibus vobis coram.« |
| » 11 | » | (6680) Monasterium s. Stephani Cadomensis Baiocens. dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones, bona ac privilegia ab Alexandro III pp. eidem impertita confirmat. III id. Iun. indict. IX. incarn. dom. a° 1221. pont. a° 5°. ‖ Lanfranci Opp. ed. d'Achery I. 28; Dumonstier Neustria pia 641. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 13 | » | (6681) (Hugoni) Ostiensi episcopo apostolicae sedis legato, qui, cum nunquam speretur »quod monasterium s. Petri in Coelo aureo de Papia per nigros valeat monachos reformari,« congruum esse consideravit, »si Mortariensis ecclesia ord. s. Aug. ad praedictum monasterium . . . transferatur, cum canonici eiusdem ecclesiae laudabile habeant testimonium,« mandat, ut super hoc procedat, prout viderit procedendum. Id. Iun. a° 5°. ‖ Pennottus Cleric. canon. histor. 205; *cf.* Robolini Notizie IV. I. 101. — »Benigne tuas recepimus.« |
| » 13 | » | (6682) Fredericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae hortatur ad galeas quas praeparari fecit in auxilium christiani exercitus transmittendas celeriter, cum multi iam de mora eius murmurent eique dilationem voti praecipue imputent. Id. Iun. a° 5°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 190; *partim* ap. Raynald. Ann. ad a. 1221 § 6. — »Si aliqua.« |
| » 13 | » | (6683) Episcopo et capitulo Bononiensibus indulget, ut quamprimum archidiaconatum Bononiensem vacare contigerit, ipsum infra tempus a iure indultum de persona idonea ordinent. Nihilominus statuit, ut archidiaconus qui pro tempore fuerit, nisi absens pro negotiis et evidenti eiusdem ecclesiae utilitate fuerit, archidiaconatus proventus in absentia minime percipiat, nec officium suum alii committere possit exequendum. Id. Iun. a° 5°. ‖ (Sartius) De clar. archigymn. Bonon. profess. I. II. 176; Savioli Ann. Bologn. III. II. 11. — »Dignum est ut.« |
| » 14 | » | (6684) Canonicos saeculares loco nigrorum monachorum a (Desiderio) Cenadiensi episcopo in monasterio de Vithuhu Cenadiens. dioc. cum consensu regio illocatos confirmat. XVIII kal. Iul. a° 5°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 314. — »Sicut venerabilis frater.« |
| » 15 | » | (6685) R(omano) S. Angeli diacono cardinali Campaniae Maritimaeque rectori mandat, ut cum Terracinensibus nullam ineat pactionem, nisi Signinis praedam ablatam integre restituerint. XVII kal. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 67. n° 108. — »Grave gerimus et.« |
| » 15 | » | (6686) Decano et capitulo ecclesiae s. Castoris in Confluentia Trevirens. dioc. intimat, se, cum inter magistrum Alatrinum capellanum, ecclesiae dictae praepositum et Raynaldum de Puzallia subdiaconos suos super quadam praebenda in ecclesia praefata vacante quaestio verteretur, illi autem causam suam in manibus pontificis Romani voluntarie posuerint, providendum duxisse, ut fructus praebendae vacantis, donec alia ibidem vacet, inter eos aequis portionibus dividantur, primam autem vacaturam Raynaldus praedictus habeat. Mandat eis, ut hanc provisionem tam in una quam in alia firmiter observent. XVII kal. Iul. a° 5°. ‖ Würdtwein Nova subs. IV. 118. — »Cum inter dilectos.« |
| » 15 | » | * (6687) Hospitali Margatensi donationem ei a. 1217 factam confirmat. XVII kal. Iul. a° (2°, *sed legas*) 5°; (*editor* II *et* V *commiscuit*). ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 244. |
| » 17 | » | (6688) Decanum et capitulum ecclesiae s. Mariae in Campis tuendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Sowelenheim et de Hilberseim, quas eis (Sigfridus) archiepiscopus Maguntinensis concessit, ipsis confirmat. XV kal. Iul. a° 5°. ‖ Würdtwein Dioc. Mogunt. I. 196. — »Cum a nobis.« |
| » 19 | » | (6689) Gregorio de Crescentio S. Theodori diacono cardinali apostolicae sedis legato notam facit petitionem (Andreae) episcopi Pragensis de erigenda metropoli in Bohemia, iubetque de hoc negotio inquiri et sibi intimari, quae opportuna videbuntur. XIII kal. Iul. a° 5°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 299. n° 644 *fragm.; cf.* Palacky Reise 23. n° 90; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 122. n° 118. |

## 1221.

Iun. 19 — Laterani — (6690) Eidem mandat, ut provideat (Andreae) episcopo Pragensi de loco competente et securo ad tractandum cum (Otakaro) rege et baronibus Bohemiae. xııı kal. Iul. a° 5°. Erben l. c. n° 645 *fragm.; cf.* Palacky l. c. n° 91; Boczek l. c. 123. n° 119.

» 19 — » — (6691) Canonicos de Vituhu Cenadiens. dioc. tuendos suscipit, specialiter autem de Iani, de Popi et de Ponte Ivancae ecclesias cum suis capellis et pertinentiis a D(esiderio) Cenadiensi episcopo eis concessas ipsis confirmat. xııı kal. Iul. a° 5°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. ı. 316. — »Cum a nobis.«

» 21 — » — (6692) (Alberto) archiepiscopo Magdeburgensi mandat, ut, cum maior praepositus archidiaconatum civitatis habeat suae praepositurae annexum, hic autem licet saepe commonitus ad diaconatus ordinem non accesserit, ipsum ad id moneat et inducat eundem ad id si necesse fuerit compellens. xı kal. Iul. a° 5°. ‖ S. Lentzens Dipl. Stifts- u. Landes-Hist. von Magdeburg (Cöthen & Dessau 1756. 4°) 510. — »Ex parte tua.«

» 24 — » — (6693) Praeposito et conventui S. Lucii Praemonstr. ord. Curiens. dioc. ecclesiam in Benedure eis ab Arnoldo Curiensi episcopo collatam auctoritate apostolica confirmat. vııı kal. Iul. a° 5°. ‖ Jos. Bergmann Beitr. z. e. krit. Gesch. Vorarlbergs (1853) 103; Mohr Cod. dipl. II. 292. n° 219. — »Cum a nobis.«

» 24 — » — (6694) (Iohanni) archiepiscopo Turonensi et (Mauritio) episcopo Cenomanensi mandat, ut in eo statu et libertate capellam regiam s. Petri de Curia Cenomanensi dimittant, in quibus tempore Henrici et Ricardi regum Angliae et hucusque noscitur extitisse. vııı kal. Iul. a° 5°. Piolin Hist. de l'égl. du Mans IV. 581. n° 69; *cf.* Bilard Docum. historiq. 8. n° 45. — »Charissimi in Christo.«

» 26 — » — (6695) Waltero comiti Crotonensi magistro Regni iusticiario mandat, ut a molestanda civitate Reatina desistat. vı kal. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 67. n° 109. — »Cum non dubites.«

» 26 — » — (6696) Archipresbytero, F(riderico) et I(uliano) canonicis Pistoriensibus per iterata scripta mandat, ut in causa inter plebanum capitulumque ecclesiae s. Stephani ex parte una et priorem S. Donati Florent. dioc. ex altera super iure parochiali ecclesiae supradictae vertente procedant. vı kal. Iul. a° 5°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 1212. — »Sua nobis dilecti.«

Iul. 9 — » — (6697) (Laurentio) archidiacono S. Andreae et (Ricardo) de May et (?) de Dunfermelyne prioribus S. Andreae dioc. causam vertentem inter abbatem conventumque de Driburgh Praemonstr. ord. et abbatem conventumque de Kilwenyne super ecclesia de Lauder committit cognoscendam et terminandam. vıı id. Iul. a° 5°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 61 *in* n° 84. — »Querelam dilectorum filiorum.«

» 16 — » — (6698) R(omano) Portuensi episcopo apostolicae sedis legato respondet, se recepisse de novo instituendo ordine secundum observantiam fratrum militiae Templi a P. Savarici milite eiusque sociis in auxilium Amalrici comitis Tolosani ad expugnandum haereticos et defendendam ecclesiasticam libertatem litteras et nuntios; mandat legato, ut statuat super his quod viderit statuendum. xvıı kal. Aug. a° 5°. ‖ Federici Istor. de' caval. Gaudenti II. cod. dipl. 5. n° 7. — »Praesentatae nobis fraternitatis.«

» 20 — (») — * (6699) Friderico Romanorum imperatori, qui papae significaverat se 40 triremes confestim Terrae sanctae subsidio misisse Maltensemque comitem et Catanensem episcopum regni Siculi cancellarium classi praefecisse, respondet id sibi acceptissimum esse, at eum, si ipsius consilii fuerit non proficisci, debuisse prius instructas triremes mittere, cum magnas utilitates christianis parere potuissent, nunc vero tantum ex eis commodum sperari non posse. xııı kal. Aug. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1221 § 7.

## 1220 — Iul. 24 — 1221.

— — — — (6700) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino mandat, ut in provincia sua quatuor vel tres vel saltem duos cuiuscunque religionis vel ordinis et Cisterciensis praesertim viros eligat ac ipsos usque ad festum b. Martini ad sedem apostolicam transmittat »secundum circumspectionis apostolicae providentiam una cum illis, quos de provinciis aliis ad nos mandamus transmitti, ad solitudinem diversarum gentium destinandos.« *Sine die et mense.* A° 5°. ‖ Würdtwein Nova subs. IV. 114. — »Ne si secus.« *Cf.* n° 6599.

— — Laterani — (6701) Archiepiscopis, episcopis et tam ecclesiasticis quam saecularibus personis significat, se in quinquagesimo anno translationis martyris s. Thomae Cantuariensis cum quindecim dierum spatio onera poenitentium remittere. A° 5°. ‖ Wilkins Concil. I. 584. — »Quanto venerabilis martyr.«

»Istos dominos Honorius pp. III consecravit hoc anno: episcopum Aprutinum, episcopum Sagiensem, episcopum Urbinatem, episcopum Soranum, episcopum Anagninum, episcopum Fesulanum, episcopum Suanensem, episcopum Liviensem, episcopum Sabinensem, episcopum Praenestinum.« ‖ Registr. Honor. lib. 5 post ep. 765, ap. Raynald. Ann. ad a. 1221 § 38.

**1221.**

| | | |
|---|---|---|
| Iul. 26 | Laterani | (6702) Abbati S. Benedicti super Padum usum annuli concedit. vii kal. Aug. a° 6°. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 34. — »Devotioni tuae de.« |
| Aug. 21 | » | (6703) Frederico Romanorum imperatori et regi Siciliae scribens de negotio Terrae sanctae conqueritur, quod ipse christianum exercitum pollicitis fefellerit, gravesque addit minas, quod ad electiones ecclesiarum in regno eius vacantium manus extenderit; privilegium renuntiationis quod edidit memorat, monetque eum, ut a tanta temeritate desistat. xii kal. Sept. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1221 § 32 *partim*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 200. *Initium deest.* |
| » 22 | » | (6704) Abbati S. Laurentii in Campo et priori S. Severini Fanensis et Camerinensis dioecesum mandat, ut Aesinos ad obediendum marchioni Estensi censuris ecclesiasticis compellant. xi kal. Sept. a° 6°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 68. n° 110. — »Presentium vobis auctoritate.« |
| » 28 | — | Constantiensi episcopo et Eberhardo Salemitano abbati: »Ap. Urbem veterem v kal. Sept. a° 6°«. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 207, *vid.* 1220. Aug. 28. n° 6343. |
| Sept. 3 | Laterani | (6705) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino, qui electionem magistri Conradi capellani et poenitentiarii apostolici in episcopum canonice factam per capitulum ecclesiae Hildesemensis confirmaverat, significat, se tam electionem capituli quam confirmationem eius ratam habere. iii non. Sept. a° 6°. ‖ Scheid Origg. Guelf. III. 679. — »Litteras tuas recepimus.« |
| » 9 | » | (6706) Ministeriales ecclesiae Hildensemensis monet et hortatur, ut electionibus pontificum se de cetero nullatenus ingerant, »cum id nequaquam possimus aequanimiter tolerare.« v id. Sept. a° 6°. ‖ Scheid l. c. 682. — »Cum sciatis vel.« |
| » 9 | » | (6707) Capitulum ecclesiae s. Katerinae Mutinensis cum omnibus bonis patrocinandum suscipit, specialiter autem possessiones et vineam, quas quondam Pinellus eorum ecclesiae contulit, eis confirmat. v id. Sept. a° 6°. ‖ Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 75. n° 740. — »Cum a nobis.« |
| » 10 | » | (6708) (Bertoldo) patriarchae Aquileiensi mandat, ut I. Polensem episcopum compellat ad cedendum, cum prius ipsemet apostolicam sedem postulaverit, ut sua admittatur cessio, quae autem fuerit renuta. iv id. Sept. a° 6°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 479. — »Dilecti filii archidiaconus.« |
| » 10 | » | (6709) Archiepiscopos et episcopos et alios ecclesiarum praelatos per Teutoniam constitutos rogat et hortatur, ut crucesignatos terrarum suarum habeant commendatos neque eosdem indebite exactionibus vexent, verum eis aliquid debitorum remittant. iv id. Sept. a° 6°. ‖ Sudendorf Registr. I. 84. n° 38; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1221 § 1. — »Cum hii qui.« |
| » 22 | » | (6710) Comiti Bertoldo terram quae dicitur Partuselli sub annuo censu duarum marcarum argenti confirmat. x kal. Oct. a° 6°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 381. n° 56. — »Cum terram quae.« |
| Oct. 25 | » | (6711) Universis Christi fidelibus nunciat, se sententiam exhaereditationis in R(aimundum) filium R(aimundi) quondam comitis Tolosani a B(ertrando) tit. SS. Iohannis et Pauli presb. card. apostolicae sedis legato latam confirmare. viii kal. Nov. a° 6°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 715; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1221 § 45. — »Ea quae contra.« |
| » 26 | » | (6712) Abbati et conventui S. Pauli de Urbe intimat, se inhibere expresse, ne quis ea, quae eorum ecclesiae in auro, argento, pannis sericis et quibuscumque aliis ecclesiasticis ornamentis usque ad hanc diem ipse contulit vel etiam in posterum conferet, ullo tempore donare, vendere, obligare *etc.* praesumat. vii kal. Nov. a° 6°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 256. — »Multa devotio quam.« |
| » 26 | » | (6713) (Stephano) abbati et conventui monasterii Casinensis interdicit, ne quis ea »quae vestrae ecclesiae in auro, argento, pannis sericis et quibuscunque aliis ecclesiasticis ornamentis usque ad hanc diem contulimus« ullo tempore donare, vendere, obligare, ad alium transferre vel quomodolibet alienare praesumat. vii kal. Nov. a° 6°. ‖ Gattula Hist. abbatiae Cassin. II. 443; Tosti Monte-Cassino II. 303. — »Multa devotio quam.« |
| Nov. 6 | (») | * (6714) Bolla diretto al prevosto della congregazione di Mortara (Palmerio) gli confermò tutte le ragioni e beni del monastero di s. Agostino (ossia di s. Pietro in Ciel d'Oro). viii id. Nov. a° 6°. ‖ Robolini Notizie IV. i. 101. *Cf.* n° 6718. |
| » 10 | » | (6715) (Roberti) Vespriniensis episcopi ordinationem, qua ad sustentationem canonicorum suae ecclesiae centum marcas redituum suorum annuatim percipiendas eis assignavit, confirmat. iv id. Nov. a° 6°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 347; Theiner Mon. Hungar. I. 30. n° 60. — »Sane cum olim.« |
| » 10 | » | (6716) Abbati et conventui monasterii s. Martini de Valle Theatin. dioc. castrum Fara s. Martini, quod eis Credindeus Credindei dominus Theatin. cum bonis stabilibus donaverat, et ecclesias eidem coenobio subiectas confirmat. iv id. Nov. a° 6°. ‖ Bullar. Vatic. I. 106. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1221.** |
| Nov. 10 | Laterani | (6717) Monasterium idem cum omnibus bonis tuendum suscipit, ad cuius indicium duos solidos denariorum senatus annuatim sedi apostolicae persolvere tenetur. IV id. Nov. a° 6°. ‖ Bullar. Vatic. I. 107. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 12 | — | Confirmat absolutionem Hervei episcopi Trecensis: »Viterbii II id. Nov. a° 6°«. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 208, *vid.* 1219. Nov. 12. n° 6157. |
| » 13 | Laterani | (6718) Praeposito et fratribus Mortariensibus ord. s. Aug. monasterium s. Petri in Coelo aureo de Papia in spiritualibus et temporalibus graviter corruptum, in cuius possessionem Iacobus episcopus Taurinensis ad mandatum Hugonis Ostiensis episcopi apostolicae sedis legati eos induxerat, confirmat statuens ut monasterium ipsum caput Mortariensis ordinis de cetero habeatur. Id. Nov. a° 6°. ‖ Pennottus Cleric. canon. histor. 206. — »Quae apostolicae sedis.« *Cf.* n° 6714. |
| » 15 | » | (6719) Abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis ac clericis universis per Remensem provinciam constitutis significat, se dedisse (Guilelmo) Remensi archiepiscopo potestatem, ut in sua et Rotomagensi provinciis vicesimam proventuum ecclesiasticorum per triennium integre conferri iubeat ad relevationem negotii fidei in partibus Provinciae. Mandat eis, ut vicesimam ipsam liberaliter exsolvant. XVII kal. Dec. a° 6°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 715. — »Cum venerabiles fratres.« |
| | | * *In eundem fere modum* (Guilelmo) Remensi archiepiscopo et suffraganeis eius. |
| » 16 | » | (6720) M(argaretam) germanam I(ohannae) comitissae Flandrensis ab excommunicatione absolvendam rogat et monet, ut prudenter deinceps sororis suae consiliis acquiescens laudabiliter ac honeste se habeat. XVI kal. Dec. a° 6°. ‖ Bouquet l. c. 716. — »Quod tibi salutationis.« |
| » 16 | » | (6721) (Godefrido) episcopo Cameracensi, abbati S. Iohannis in Valencenis Camerac. dioc. et archidiacono Cameracensi mandat, ut M(argaretam) germanam I(ohannae) comitissae Flandrensis, quae propter cohabitationem cum B(urchardo) de Avesnis in subdiaconatus ordine constituto excommunicata erat, a sententia huiusmodi absolvant. XVI kal. Dec. a° 6°. ‖ Bouquet l. c. 716. — »Cum B(urchardus) de.« |
| » 17 | » | (6722) Praepositum et conventum (monialium) in Volkardeshusen [Volkhardinghausen] (ord. s. Aug. Paderborn. dioc.) cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. XV kal. Dec. a° 6°. ‖ Varnhagen Grundlage. UB. 42. n° 13, *male ad* a. 1223. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 19 | » | (6723) Frederico Romanorum imperatori et regi Siciliae infelicem exercitus christiani casum exprobrat, quem imperatori etiam multi imputant, cum toties dilationem processus postulanti morem gesserit; hortatur eum ad hoc vituperium Deo et hominibus satisfaciendo diluendum, monens quod si nimis remisse egerit ipsi ulterius parcere non poterit, mittitque ad eum Nicolaum Tusculanum episcopum apostolicae sedis legatum. XIII kal. Dec. a° 6°. ‖ Raynald. Ann. ad a. 1221 § 18 *non integra*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 220; *cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 328. n° 50. — »Merore plenas tibi.« |
| Dec. 2 | » | (6724) (Iohanni) archiepiscopo Viennensi et (Guilelmo) episcopo Gratianopolitano mandat, ut tam de vita quam de miraculis Hugonis quondam abbatis monasterii Bonaevallis Cisterc. ord. diligenter inquirant et veritatem quam de his invenerint, fideliter sedi apostolicae rescribant. IV non. Dec. a° 6°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 887; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 381. n° 57; Manrique Ann. Cisterc. IV. 217, *qui omittit priora octo vocabula et incipit* »Licet Deus in.« — »Qui sua incommutabili.« |
| » 3 | » | (6725) Magistrum Acontium subdiaconum et capellanum suum apostolicae sedis legatum monet, ut contra perfidos Bosniae haereticos tam regem quam clerum et populum advocans illos studeat profligare, et alia, quae in regno Hungariae circa cultum ecclesiasticae honestatis invenerit reformanda, reformet. III non. Dec. a° 6°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 350; Theiner Mon. Hungar. I. 31. n° 61. — »Inter alias sollicitudines.« |
| » 4 | » | (6726) (Gunzello) archiepiscopo Spalatensi pallium per (Robertum) Vesprimiensem episcopum ei imponendum transmittit. II non. Dec. a° 6°. ‖ Farlati Illyr. sacr. III. 251; Katona Hist. crit. V. 362; Fejér l. c. 348; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 72. n° 84. — »Cum dilectus filius.« |
| » 4 | » | (6727) (Roberto) Vesprimiensi episcopo mandat, ut Gunzello Spalatensi archiepiscopo pallium, quod per Vulcasium canonicum Spalatensem transmittat, tradat. II non. Dec. a° 6°. ‖ Farlati l. c. 251; Katona l. c. 363; Fejér l. c. 348; Theiner Mon. Hungar. I. 31. n° 62. — »Olim tibi dedisse.« |
| » 4 | » | (6728) Episcopo Leonensi et abbati S. Lupi Corisopitens. dioc. mandat, ut de vita et miraculis Mauritii quondam abbatis S. Mauritii Cisterc. ord. veritatem diligenter inquirant eamque sedi apostolicae per litteras suas fideliter intiment. II non. Dec. a° 6°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 241, *non integra, initium deest.* |
| » 5 | » | (6729) (Iohannem) Strigoniensem archiepiscopum et suffraganeos eius monet et hortatur, ut, cum in partibus Bosniae tamquam in cubilibus struthionum haeretici receptati velut |

**1221.**

lamiae nudatis mammis catulos suos lactent dogmatizando palam suae pravitatis errores, ad pestem hanc abolendam omne studium adhibeant. Non. Dec. a° 6°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 351; Theiner Mon. Hungar. I. 31. n° 63. — »Si zelus vos.«

Dec. 7 | Laterani | (6730) Episcopum Barchinonensem exhortatur, ut fratres ordinis Praedicatorum commendatos habeat. VII id. Dec. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 14. n° 27, *deficiente initio.*

» 8 | » | (6731) Fratri Dominico priori ordinis Praedicatorum concedit facultatem dispensandi cum receptis ad habitum, ut in ordinibus minus canonice in saeculo susceptis ministrare et ad superiores promoveri possint. VI id. Dec. a° 6° (?). ‖ Ripoll. l. c. 11. n° 17. — »Ex parte tua.«

» 8 | » | (6732) Dublinensi archiepiscopo petente inhibet, ne cuiquam archiepiscopo vel alii praelato Hiberniae, praeter suffraganeos Dublinensis archiepiscopi aut apostolicae sedis legatum, sine eius et successorum assensu baiulare crucem, celebrare conventus religiosis exceptis, vel causas ecclesiasticas, nisi a sede apostolica delegatus fuerit, tractare liceat in provincia Dublinensi. VI id. Dec. a° 6°. ‖ Wilkins Concil. IV. 80. — »Cum secundum divinae.«

» 9 | » | (6733) Episcopo Famagustano concedit, ut quotiens in ecclesia sua praebendam vacare contigerit, canonicis dissidentibus, cum maioris eorum partis assensu eam possit personae idoneae conferre. V id. Dec. a° 6°. ‖ Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 72. n° 85. — »Pervenit ad nos.«

» 9 | » | (6734) Eidem senarium canonicorum numerum, quem adnumeratis in ipso personis in sua proponit ecclesia institutum, cum ecclesia ipsa tenuis redditibus et aliis facultatibus esse dicatur, confirmat. V id. Dec. a° 6°. ‖ Theiner l. c. 73. n° 86. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 11 | » | (6735) Abbati et conventui de Camberon Cisterc. ord. Cameracens. dioc. redditus de Lens, de Helchies, de Naste *etc.* ac alia bona confirmat. III id. Dec. a° 6°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 24. n° 16. — »Cum a nobis.«

» 16 | » | (6736) (Bonaventurae) episcopo Ariminensi mandat, ut illos, qui fratres de Poenitentia super iuramento de armis sumendis et sequendis locorum potestatibus exhibendo molestant, sublato appellationis impedimento compescat. XVII kal. Ianr. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 8. n° 8. — »Significatum est nobis.«

» 16 | » | (6737) (Eustorgio) archiepiscopo Nicosiensi iniungit, ut, cum plures in propriis laribus infra eius diocesim capellas et oratoria construxerint, superflua ex huiusmodi capellis et oratoriis, praesertim qui sine eius et praedecessorum eius erecta consensu vel indoctata constituerint, removeat. XVII kal. Ianr. a° 6°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre III. 618. — »Significatum est nobis.«

16 | » | (6738) (Petro) archiepiscopo Senonensi statutum, quo ipse eiusque suffraganei vicesimam proventuum ecclesiasticorum iusserunt persolvi per triennium pro fidei orthodoxae negotio in Provinciae partibus, confirmat. XVII kal. Ianr. a° 6°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 716. — »Tua nobis fraternitas.«

» 18 | » | (6739) Rectorem et fratres hospitalis s. Iohannis Coventrensis cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem eis terram de Smercote cum assartis et domibus confirmat. XV kal. Ianr. a° 6°. ‖ Dugdale Monast. Angl. VI. II. 659. n° 4. — »Cum a nobis.«

» 18 | » | (6740) Decanum et capitulum Novae Domus cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam de Herliueshem eis confirmat. XV kal. Ianr. a° 6°. ‖ Baur Hessische Urk. V. 12. n° 11. — »Cum a nobis.«

» 19 | » | (6741) (Petro) Senonensi archiepiscopo et suffraganeis eius scribit de gravi casu qui accidit in partibus transmarinis (*i. e.* in urbe Damiata); addit, se animare F(ridericum) Romanorum imperatorem ad relevationem casus huiusmodi, et ordinare cum ipso imperatore habendum colloquium de passagii termino. Hortatur eos, ut interim commissos sibi populos ad subventionem negotii Terrae sanctae inducant. XIV kal. Ianr. a° 6°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 717. — »Licet graviter turbati.«

» 19 | » | • N(icolaum) comitem Soproniensem: »XIV kal. Ianr. a° 6°«. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 352, *vid.* 1222. Dec. 19. n° 6905.

» 19 | » | • (Ugrino) archiepiscopo Colocensi *etc.*: »XIV kal. Ianr. a° 6°«. ‖ Fejér l. c. 353, *vid.* 1222. Dec. 19. n° 6906.

» 20 | » | (6742) (Bernardo) episcopo Lemovicensi intimat, se decrevisse sententialiter de consilio fratrum suorum, non esse matrimonium inter R(ainaldum) vicecomitem de Albuconio et M(argaretam) nobilem mulierem propter consanguinitatem, eique mandat, ut quod a sede apostolica super hoc sit sententialiter diffinitum observari faciat. XIII kal. Ianr. a° 6°. ‖ Bouquet l. c. 717. — »Coram dilecto filio.«

» 21 | » | (6743) Populo de Porcena interdicit, ne cuiquam nisi ecclesiae Romanae procurationes exsolvant. XII kal. Ianr. a° 6°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 70. n° 112. — »Auctoritate vobis presentium.«

**1221.**

| | | |
|---|---|---|
| Dec. 22 | Laterani | (6744) Communi de Porcena concedit, ut ex civibus suis consules sibi eligere possint. xi kal. Ianr. a° 6°. ‖ Theiner l. c. 71. n° 113. — »Presentium vobis auctoritate.« |
| » 25 | » | (6745) Decano SS. Apostolorum, praeposito et magistro A. canonico S. Mariae de Gradibus Coloniensibus mandat, ut litem inter capitulum Bremensem et (Gerhardum) archiepiscopum Bremensem de titulo »archiepiscopus Hammaburgensis« ortam discernant. viii kal. Ianr. a° 6°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 395. n° 449. — »Dilecti filii prepositus.« |
| » 26 | » | • (6746) Archiepiscopo Rhemensi statutum, quo Cistercienses et Carthusienses monachos a vicesima indemnes declaraverat, confirmat. vii kal. Ianr. a° 6°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 185. |
| » 30 | » | (6747) Regi Cypri qui supplicaverat, ut praelatis Graecis in ecclesiis Latinorum tamquam pontificibus commorantibus permitteretur, prout sint, remanere in dictis diocesibus respondet, in eis quae periculum generent animarum et ecclesiasticae derogent honestati, apud sedem apostolicam non esse acceptionem personarum, seque patriarchae Hierosolymitano, Tyrensi et Caesariensi archiepiscopis mandasse, ut illos Graecos praelatos morari de cetero velut praesules in Latinis diocesibus nullatenus patiantur. iii kal. Ianr. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1222 § 8. 9. — »Cum in praelatorum.« |
| » 30 | » | (6748) A(lici) reginae Cypri Amachostanum episcopum commendat, et compositionem inter eam et praelatos Cypri de decimis initam confirmat *etc.* iii kal. Ianr. a° 6°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 382. n° 58; *cf.* MasLatrie Hist. de Chypre II. 44. — »Licet diligentiam quam.« |
| » (30) | (») | • (6749) Archiepiscopo Nicosiensi de eadem compositione. A° 6°. ‖ MasLatrie l. c. 44. |
| (Iul.-Dec.) | (») | (6750) (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopo mandat, ut G(ernandum) Magdeburgensis ecclesiae decanum cum confirmationis et consecrationis munere ad propria revertentem Brandenburgensi (Halberstatensi *edit.*) repraesentet et in corporalem possessionem iuris inducat eundem et tueatur inductum. *Sine signo chronol.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV). 39; *cf.* 480 (*ubi commutationes quas dictator huius formulae iuxta beneplacitum suae voluntatis in personis et locis fecit — e. g. hanc bullam Gregorio IX pp. tribuit — erudite revelantur*). — »Quia equa est.« |
| — | » | (6751) Praeposito Cappembergensi Monasteriens. dioc., decano S. Pauli et scolastico S. Lutgerii Monasteriensibus mandat, investigent, num provincialia concilia, sicut canonici velint Hamburgenses, in sua ecclesia debeant celebrari. *Sine nota chronol.* ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 396. n° 451. — »Ex parte praepositi.« |
| — | — | • (6752) Ecelinum, cum, desideriis saecularibus abnegatis, in religiosa conversatione ac habitu disposuerit residuum vitae suae agere, cum eis quae retinere pro sua sustentatione curavit, videlicet Guticum cum curia sua, Tresvillas cum Pudissolo *etc.* sub b. Petri et sua protectione suscipit. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1221 § 50; Verci Stor. degli Ecel. III. 183. |
| — | — | (6753) Archiepiscopo Mediolanensi (*sic Ciron.; aliis abest inscriptio;* Capitulo Bremensi *Decr. Greg.*) notum facit, se duxisse penitus amovendum a pontificalis executione officii et administratione Calinensis [Carinola; Calliensis *male Cir.*] ecclesiae N. episcopum Calinensem, »quia confessus est coram nobis, se numquam de grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatum et per evidentiam facti ... de illiteratura et insufficientia sua constat.« *Sine signo chronol.* ‖ Ep. decr. H-i lib. 1. tit. 8 *de aet. ... praeficiend.* c. 1 ed. Cironius 46; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 14 *de aet. ... praefic.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 113; ap. Richter Corp. II. 126; *cf.* Ughelli Ital. sacra VI. 468. n° 4 ex reg. a¹ 1221. n° 724. — »Quamvis multa proposita.« |

**1222.**

| | | |
|---|---|---|
| Ianr. 3 | (Laterani) | (6754) Abbati de Ceuetel Cisterc. ord., praeposito de Neunburch et decano de S. Anatha Pataviens. dioc. mandat, ut causam vertentem inter praepositum conventumque ecclesiae s. Georgii et Meinhardum laicum .... Patav. dioc., qui illos ecclesia de Rudnich spoliarunt, fine canonico terminent. iii non. Ianr. a° 6°. ‖ Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen IX. 285. — »Dilecti filii praepositus.« |
| » 3 | » | • (6755) Patriarchae Hierosolymitano, Tyrensi et Caesariensi archiepiscopis mandat, ut episcopos Graecos, qui in regno Cypri a Latinorum ritibus recedebant, compescant eosque iuxta compositionem (Alicis) reginae Cypri cum sui regni praelatis ad obediendum ecclesiae Romanae compellant. iii non. Ianr. a° 6°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 45. |
| » 4 | » | (6756) Universis abbatibus Cisterciensis ordinis mandat, ut G(regorio) de Crescentio S. Theodori diacono cardinali apostolicae sedis legato tam in exhibendis procurationibus quam aliis opportunis obsequiis impendendis devotos et promptos sese exhibere studeant. ii non. Ianr. a° 6°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 228. — »Quanto apostolica sedes.« |
| » 5 | » | (6757) (Guilelmo) comiti dalfino Alverniae ad succurrendum negotio Terrae sanctae promptum gerenti affectum promissionem 1000 marcarum ex parte sedis apostolicae ei factam |

1222.

a Willelmo marchione Montisferrati confirmat. Non. Ianr. a° 6°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 718. — »Gaudemus in Domino.«

Ianr. 8 Laterani (6758) Abbati et conventui Molismensibus significat, a se Lingonensem et Valentinensem episcopos esse commissos ad inquirendum de vita et miraculis Roberti quondam abbatis Molismensis, eisque illius canonizationem postulantibus interea indulget, ut dictum b. Robertum tanquam sanctum in ipsorum ecclesia venerentur. vi id. Ianr. a° 6°. ‖ Duchesne Bibl. Cluniac. not. p. 125; Robert Gallia christ. I. 624; Gallia christ. IV. instr. 203; Manrique Ann. Cisterc. IV. 215; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 383. n° 59. — »Cum olim per.«

» 9 » (6759) Capitulo Bremensi Hammaburgensem, Rameslensem aliasque ecclesias confirmat. v id. Ianr. a° 6°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 398. n° 453. — »Cum a nobis.«

» 10 » * (6760) Suffraganeis ecclesiae Salzeburgensis mandat, ut (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi, vocati ab eo ad synodum, sicut convenit accedant et ipsum, cum ad eos causa visitationis accesserit, benigne recipientes ei debitum impendant honorem. iv id. Ianr. a° 6°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 229. n° 262.

» 11 » (6761) (Vicedomino) episcopo Placentino concedit, ut, cum singulis annis teneatur bb. apostolorum Petri et Pauli limina visitare et tempus visitationis occurrat in tempore hiemali, quo propter asperitatem itineris dicta visitatio adimpleri sine gravi difficultate non possit, in mense Madii visitationem adimpleat memoratam. iii id. Ianr. a° 6°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 390. n° 73. — »Tua nobis fraternitas.«

» 12 » * (6762) Abbati et priori S. Benigni Divionensis mandat, ut sententiam per Nivernensem episcopum diocesanum in priorem S. Stephani Nivernensis promulgatam revocent. ii id. Ianr. a° 6°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 105.

» 12 » * (6763) Fratribus Cluniacensibus concedit, ut nullatenus in causam trahi possint per litteras apostolicas, nisi specialem de ordine Cluniacensi fecerint mentionem. ii id. Ianr. a° 6°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 105.

» 13 » * (6764) Compositionem inter Cluniacenses monachos ex parte una et (Durandum) episcopum Cabilonensem ex altera initam super procurationibus requisitis a dicto episcopo in quibusdam decanatibus Cluniacensibus confirmat. Id. Ianr. a° 6°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 105.

» 15 » * (6765) Abbati S. Crucis et S. Floriani ac Reichersbergensi praepositis mandat, ut, »quod (Leopoldus) dux Austriae advocatus burgi Pettoviae monetam, quam habet in burgo suo de Graze [Grätz], tali vult conditione transferre, quod omnes proventus Petoviae in theloneis vel moneta seu iurisdictionibus consistentes sint archiepiscopo Salzburgensi et duci communes,« rem inquirant et, si credant ad utilitatem Salzeburgensis ecclesiae provenire, celebrandi contractum huiusmodi licentiam (Eberhardo) archiepiscopo concedant. xviii kal. Febr. a° 6°. Meiller Reg. der Babenberger 130. n° 177; Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 229. n° 263.

» 17 » (6766) Magistrum et fratres domus Dei s. Catharinae Parisiensis cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. xvi kal. Febr. a° 6°. ‖ Le Maire Paris ancien et nouv. III. 180; Félibien Hist. de Paris III. 67; Malingre Antiq. de Paris 545; Du Breul Antiq. de Paris 956. — »Cum a nobis.«

» 18 » * (6767) Praeposito, decano et scholastico Brixinensibus scribit, Eberhardum archiepiscopum Salzeburgensem sedi apostolicae questum esse, »quod, cum ipse in abbatem et conventum S. Lamberti suae diocesis excommunicationis et interdicti sententias exigente iustitia promulgaverit pro eo, quod archidiaconum Carinthiae, quem causa visitationis ad eorum monasterium destinaverit, exinde ausu temerario eiecerunt,........ sententias ipsas pertinaciter contempnentes divina nichilominus celebrare praesumunt.« Mandat eis ut inquirant, num res se taliter habeat, eamque decidant. xv kal. Febr. a° 6°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 229. n° 264.

» 19 » (6768) Repetit n° 6234 d. d. 1220. Apr. 27: »xiv kal. Febr. a° 6°« — »Constituti iuxta verbum.« ‖ Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 57.

» 19 » (6769) Repetit n° 6236 d. d. 1220. Apr. 27: »xiv kal. Febr. a° 6°« — »Contingit interdum quod.« ‖ Weis l. c. 58.

» 19 » (6770) Repetit n° 6171 d. d. 1219. Dec. 2: »xiv kal. Febr. a° 6°« — »Cum ordinis vestri.« ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 126. n° 122.

» 19 » (6771) Repetit n° 6235 d. d. 1220. Apr. 27: »xiv kal. Febr. a° 6°« — »Benefaciens Dominus bonis.« ‖ Boczek l. c. 125. n° 121.

» 19 » (6772) Repetit n° 6170 d. d. 1219. Dec. 2: »xiv kal. Febr. a° 6°« — »Cum propter pauperem.« ‖ Boczek l. c. 127. n° 123.

» 20 » (6773) Archiepiscopo Caesariensi, episcopo Acconensi et P. thesaurario Caesariensi mandat, ut Surianos, Nestorinos, Iacobinos *etc.* in diocesibus (Eustorgii) archiepiscopi Nicosiensis et suffraganeorum eius regni Cypri praelatorum commorantes ad obedientiam

| | | |
|---|---|---|
| | | **1222.** |
| | | et reverentiam eisdem impendendum cogant per censuram ecclesiasticam. xiii kal. Febr. a° 6°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre III. 618. — »Venerabilis frater noster.« |
| Ianr. 20 | Laterani | • (6774) Patriarchae Hierosolymitano *etc.* mandat, ut cogant Surianos, Iacobinos et Nestorianos, qui in Nicosiensi diocesi reperiuntur, ad obediendum archiepiscopo Nicosiensi *etc.* xiii kal. Febr. a° 6°. ‖ MasLatrie II. 45; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1222 § 10. |
| » 20 resp. 21 | » | (6775) (Iohanni) archiepiscopo Strigoniensi, (Roberto) Wesprimiensi episcopo et abbati de Egres Cenadiens. dioc. mandat, ut G. Orodiensi praeposito praeposituram et alia omnia ei ablata restituant ipsum in corporalem possessionem ablatorum inducentes; porro eis mandat, ut A(ndream) Hungariae regem ad recipiendum ipsum in gratiae suae sinum inducant et, ne enormia gravamina ipsi praeposito irrogata transeant inulta, inquirant veritatem, quorum favore vel quibus procurantibus idem spoliatus fuerit. xiii (xii *Thein.*) kal. Febr. a° 6°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 354; Theiner Mon. Hungar. I. 32. n° 64. — »Cum videatur satis.« |
| » 21 | » | Archiepiscopis et episcopis *etc.*: »xii kal. Febr. a° 6°« — »Decet pastoralis«. ‖ Duellius Hist. ord. Theut. append. 7. n° 5, *vid.* 1221. Ianr. 21. n° 6521. |
| » 27 | » | (6776) Archipresbytero et canonicis basilicae Principis apostolorum diploma Innocentii III (d. d. 1200. Ianr. 18, *vid.* n° 939) de proventibus signorum plumbeorum vel stagneorum confirmat. vi kal. Febr. a° 6°. ‖ Bullar. Vatic. I. 107. — »In litteris felicis.« |
| » 27 | » | (6777) (Andream) regem Hungariae a iuramento transferendi regnum Galetiae a (Colomanno) nato suo secundo genito ad (Andream) tertio genitum, non autem a sponsalibus cum filia nobilis viri Misozlau (Misczlav *al.*) contractis absolvit; praeterea dolet, quod in negotio (Cosmae) Geuriensis episcopi eius petitionem exaudire nequivit. vi kal. Febr. a° 6°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 355; Theiner Mon. Hungar. I. 32. n° 65; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1222 § 42; ap. Katona Hist. crit. V. 336; ap. Gruber Orig. Livon. 254; Scr. rer. Livon. I. 382. n° 23. — »Cum te sicut.« |
| » 27 | » | • (6778) Capitulo Gurcensis ecclesiae constitutionem canonicam, quam Hilteboldus episcopus Gurcensis in ea statuit observandam, et omnes canonicorum possessiones confirmat. vi kal. Febr. indict. X. incarn. dom. a° 1222(!). pont. a° 6°. ‖ v. Ankershofen Urk.-Regest. *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quell. XXII. 360. n° 788. |
| Febr. 1 | » | (6779) Philippum regem Francorum monet et obsecrat, ut, cum negotium fidei videatur in partibus Albigensium gravius cecidisse, ad id relevandum maiorem operam impendat. Kal. Febr. a° 6°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 857. n° 13; Bouquet Rec. XIX. 718. — »Quanto negotium fidei.« |
| » 1 | » | (6780) Abbati et conventui de Sconetal [Schönthal] Cisterc. ord. ecclesiam de Beringen, quam de concessione Ottonis Herbipolensis episcopi canonice assecuti erant, confirmat. Kal. Febr. a° 6°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 129. n° 653. — »Cum a nobis.« |
| » 4 | » | • (6781) Canonicis ecclesiae Gurcensis indulget, ut venerationem B. Mariae V. hebdomadalem, quam eis praepositi de Ranshoven et de Richersperg, cum illos nomine archiepiscopi Salzpurgensis eorum ecclesiam visitare contigerit, interdixerant, de cetero continuant. ii non. Febr. a° 6°. ‖ v. Ankershofen Urk.-Reg. *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXII. 360. n° 789; *cf.* Hirn Kirchenrechtl. Verhältnisse von Gurk 47; Meiller Regest. der Salzburger Erzbisch. 227. n° 251. |
| » 5 | » | (6782) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani concedit, ut liceat eis pueros qui ad ianuas domus suae proiiciuntur alendi vel ibidem nascuntur, in pelvi vel alio vase modico baptizare. Non. Febr. a° 6°. ‖ Duellius Hist. ord. Teuton. app. 7. n° 6; *cf.* 1221. Febr. 5. — »Etsi universorum iustas.« |
| » 8 | » | (6783) Iudicibus in Livonia mandat, ut Ruthenos venientes inhabitare Livoniam, qui Graecorum ritus pro parte sectantes Latinorum baptismum, solemnitates et statuta ieiunia non observant, contracta inter neophytos matrimonia dissolventes, compescant. vi id. Febr. a° 6°. ‖ Turgenevius Russ. monim. I. 13. n° 12; Bunge Livl. UB. I. 58. n° 55. — »Ex parte venerabilis.« |
| » 8 | » | (6784) Abbates de Anglia Cisterc. ordinis denuo a praestatione decimarum de animalium nutrimentis immunes declarat. vi id. Febr. a° 6°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 228. — »Cum sitis per.« |
| » 8 | » | (6785) Repetit n° 6234 d. d. 1220. Apr. 27: »vi id. Febr. a° 6°« — »Constituti iuxta verbum.« Boczek Cod. dipl. Morav. II. 130. n° 126. |
| » 8 | » | (6786) Repetit n° 6236 d. d. 1220. Apr. 27: »vi id. Febr. a° 6°« — »Contingit interdum quod.« ‖ Boczek l. c. 131. n° 127. |
| » 8 | » | (6787) Repetit n° 6171 d. d. 1219. Dec. 2: »vi id. Febr. a° 6°« — »Cum ordinis vestri.« Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 59. |
| » 9 | » | (6788) Repetit n° 6170 d. d. 1219. Dec. 2: »v id. Febr. a° 6°« — »Cum preter (propter *al.*) pauperem.« ‖ Weis l. c. 59. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1222.** |
| Febr. 10 | Laterani | (6789) Repetit nº 6235 d. d. 1220. Apr. 27: »IV id. Febr. aº 6º« — »Benefaciens Dominus bonis.« ‖ Weis l. c. 60. |
| » 11 | » | (6790) Gregorium de Crescentio S. Theodori diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum monet, ne, cum (Andreae) Pragensi episcopo concesserit licentiam Veronae vel Venetiis aut in alio loco tuto remanendi, eum compellat intrare regnum Bohemiae, antequam ei de securitate sua sufficienter caveatur. III id. Febr. aº 6º. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 301. nº 649; *cf.* Palacky Reise 23. nº 92; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 132. nº 128. — »Cum venerabili fratri.« |
| » 18 | » | (6791) Archipresbytero et clero Varcenatibus mandat, ut ea exhibeant sine difficultate episcopo Alatrino, quae consueverunt eius praedecessoribus exhibere. XII kal. Mart. aº 6º. ‖ Spicil. Liber. 724. nº 18. — »Praesentium vobis auctoritate.« |
| » 20 | » | (6792) (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi et suffraganeis eius ac abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis per Salzeburgensem provinciam constitutis praecipit, ut illos, qui possessiones vel res fratrum monasterii Sanctae Crucis Cisterc. ord. invaserint *etc.* si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellant, si vero canonici regulares vel clerici aut monachi fuerint, eos ab officio et beneficio suspendant. X kal. Mart. aº 6º. ‖ Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 62. — »Non absque dolore.« |
| » 20 | » | (6793) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et suffraganeis eius *etc. in eundem modum,* ut abbatem fratresque monasterii de Scondal [Schönthal] Cisterc. ord. tueantur. X kal. Mart. aº 6º. ‖ Wirtemberg. UB. III. 129. nº 654. — »Non absque dolore.« |
| » 20 | » | (6794) Archiepiscopis et episcopis et abbatibus .... mandat atque praecipit, iniungant universis presbyteris suae potestati subiectis sub poena officii et beneficii, ut fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. in ecclesiis suis ad opus pauperum praedicare et elemosynas libere quaerere sine qualibet contradictione permittant. X kal. Mart. aº 6º. ‖ Strehlke Tab. 320. nº 367. — »Querelam gravem recepimus.« |
| » 27 | » | (6795) Beatrice abbatissa eiusque sororibus petentibus monasterium s. Mariae de Percheio quondam dictum de Ysostis Cisterc. ord. Constantinopolit. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. III kal. Mart. indict. X. incarn. dom. aº 1222(!). pont. aº 6º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 240, *omisso initio.* |
| » 28 | » | (6796) Collationem monasterii de Monomacho Calcedoniens. dioc. conventui S. Pauli de Urbe ab Iohanne tit. S. Praxedis presbytero cardinale tunc apostolicae sedis legato factam confirmat. II kal. Mart. aº 6º. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 253. — »Hiis quae honorem.« |
| » (28) | Anagniam, | »Honorius papa mense Februarii *Urbem* exiens venit ad quem imperator vocatus vadit et apud *Verulas* cum ipso papa conveniens per dies quindecim solemne insimul colloquium habuere.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 994 (ap. Ughelli Ital. sacr. [ed. 1647] III. 961). |
| (Febr. Mart.) | — | • (6797) Archiepiscopo Nicosiensi. Statutum de collatione decimarum regni Cypri confirmatur. *Sine nota chronol.* ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 45. |
| ( » ) | — | • (6798) Eidem concedit, ut extra suam diocesim officium episcopale exercere possit. *Sine signo chronol.* ‖ MasLatrie l. c. |
| Mart. 4 | Anagniae | (6799) Decano, scolastico et custodi S. Mauritii Hildesemensibus mandat, faciant ut compositio inter capitulum ecclesiae s. Anscharii Bremensis ex parte una et praepositum Bremensem ex altera super s. Iacobi et s. Willeadi ecclesiis amicabiliter inita firmiter observetur. IV non. Mart. aº 6º. ‖ Cassel Nachr. v. d. Kollegiatkirche des h. Anschar 26; Lappenberg Hamburg. UB. I. 400. nº 455; Ehmck Bremisches UB. I. 147. nº 124. — »Dilecti filii capitulum.« |
| » 7 | » | (6800) Fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut in ecclesiis suis, civitatibus et etiam locis ipsarum suppositis interdicto, clausis ianuis, non pulsatis campanis *etc.* divina possint officia celebrare. Non. Mart. aº 6º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 15. nº 28. — »Cum nos quibus.« |
| » 7 | » | (6801) (Alberto) archiepiscopo Magdeburgensi et suffraganeis eius mandat, ut Bertranum advocatum, Gebertum praeconem, Fredericum militem de Hehsleue, Radulfum et quosdam alios Magdeburgensis et Halberstadensis diocesium, qui abbatem Nienburgensem exoculare ac mutilare praesumpserint, huiusmodi absolutione surrepticia non obstante excommunicatos solempniter nuntient. Non. Mart. aº 6º. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 87. nº 94; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1222 § 41. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 12 | » | (6802) Capitulum Ragusinum monet, ut ad electionem archiepiscopi canonicam et concordem procedant et contra haereticos in partibus de Bossina et Almisienses piratas in Dalmatia magistro A(contio) subdiacono et capellano suo apostolicae sedis legato |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1222.** |
| | | pro viribus assistant. IV id. (*om. Fej.*) Mart. a° 6°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 92; Fejér Cod. dipl. VII. v. 229. — »Super gregem dominicum.« |
| Mart. 14 | Anagniae | (6803) Tornacensi episcopo significat, se ad preces Demetrii regis Thessalonicensis Eustachio capellano eius sacerdotium eiusdem contulisse. II id. Mart. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1222 § 25, *non integra.* — »Cum charissimus in.« |
| » 15 | » | (6804) (Simoni) archiepiscopo apostolicae sedis legato, decano et cantori Bituricensibus mandat, ut moniales S. Hippolyti, quae frequenter per vicos et plateas incedunt in animarum suarum periculum et scandalum plurimorum, in s. Laurentii monasterio includi faciant. Id. Mart. a° 6°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 895. — »Ex parte tua.« |
| » 16 | » | (6805) Eidem archiepiscopo mandat, ut saeculares canonicos in abbatia de Cellis s. Eusicii pro canonicis regularibus in eadem habitantibus instituat. XVII kal. Apr. a° 6°. ‖ Martene l. c. 896. — »Tua petitio nobis.« |
| » 16 | » | (6806) Eidem qui statuerat, ut omnes omnino personae ecclesiasticae in sua et provincia Turonensi consistentes vicesimam ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium integre conferrent in relevationem negotii fidei in partibus Provinciae, hoc statutum confirmat. XVII kal. Apr. a° 6°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 719. — »Cum auctoritate mandati.« |
| » 27 | » | (6807) Leoni Ravellensi episcopo annuit et ecclesiam Ravellensem tuendam suscipit omnesque eius bona et possessiones, iura ac privilegia confirmat. VI kal. Apr. indict. X. incarn. dom. a° 1222 (!). pont. a° 6°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1187. — »Cum ex iniuncto.« |
| » 29 | » | (6808) Fratri Francisco et aliis fratribus ordinis Minorum concedit, ut in ecclesiis suis, cum generale terrae fuerit interdictum, liceat eis ianuis clausis, et excommunicatis et interdictis exclusis submissa voce divina officia celebrare. IV kal. Apr. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 50; ex regest. pont. ep. 331 Sbaraleae Bullar. Franc. I. 9. n° 10. — »Devotionis vestrae precibus.« |
| » 29 | » | (6809) Ordinis Praedicatorum, fratrum Minorum et de Sanctis militiae s. Iacobi prioribus Ulixbonensis dioc. mandat, ut N. episcopo et praelatis tam civitatis quam diocesis Ulixbonensis, qui non absque vitio avaritiae compellunt homines tertiam partem vel certum quid de bonis suis ipsorum ecclesiis relinquere in ultima voluntate, quibus etiam, si cupiditati eorum non satisfecerint, ecclesiastica denegant sacramenta, illud fieri iubeant, quod secundum Deum et institutiones canonicas viderint expedire. IV kal. Apr. a° 6°. ‖ Wadding l. c. 51; Ripolli Bullar. Praedic. VII. 4. n° 39; ex regesto pont. n° 323 Sbaralea l. c. 9. n° 9; *cf.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1222 § 2. — »Ex parte universitatis.« |
| » 30 | » | (6810) Eboracensi archiepiscopo, Karleolensi et Oxonensi episcopo causam matrimonii Alani comestabularii regni Scotiae, qui secundum relationem quorundam »eo gradu consanguinitatis et affinitatis suae attineret uxori, quod sine mortali peccato illi non posset carnaliter commisceri«, cognoscendam committit. III kal. Apr. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 20. n° 48. — »Olim dilectus filius.« |
| » 31 | » | (6811) Praepositum capitulumque S. Viti Frisingensis cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Anzingen, de Synzhausen, de Purckhausen et de Chynhausen eis confirmat. II kal. Apr. a° 6°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. I. II. 576. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| Apr. 3*) | Verulis | (6812) Mabiliae abbatissae monasterii s. Cosmae de Talliacotio eiusque sororibus annuit et praefatum monasterium patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. III non. Apr. indict. IX (!). incarn. dom. a° 1221. pont. a° 6°. ‖ Gattula Hist. abbatiae Cassin. II. 805. — »Quotiens illud a.« |
| ( » 12 sq.) | apud Verulam | »A° dom. incarn. 1222 mense Aprilis X. indict. papa Honorius et cardinales habuerunt colloquium apud Verulam civitatem Campaniae cum (Friderico) imperatore, ubi multa tractata sunt de recuperanda Terra sancta.« ‖ Breve chron. de rebus Sicul. ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. I. II. 896. *Cf. supra* (Febr. 28.) *et* Raynaldi Ann. ad a. 1222 § 4. — »Fridericus imperator a° 1221 (*leg.* 1222) III id. Apr. ... receptus et hospitatus fuit in *Casaemario*, sequenti die *Verulas* intravit et plures dies cum papa Honorio moratur ibidem de succursu Terrae sanctae et frequenter et publice tractans.« ‖ Chartar. Casaemariense *in* Rondinini Monast. de Casaemario 50. — »A° 1222. Colloquium inter Honorium papam et Fridericum imp. in epiphania Domini (*i. e.* 6. Ianr.) in Verone indictum est, ad quod multi de universis provinciis tam ecclesiastici quam seculares viri, inter quos etiam Fridericus Sereni Montis et Willehelmus Cillenensis praepositi XIV kal. Nov. (*i. e.* Oct. 19) profecti sunt |

*) Complures epistolas nostri Honorii secundum earum editores Manrique, Martene, Le Paige, Bouquet *etc.* intra IV non. Apr. et III kal. Iun. *Laterani anno sexto* pontificatus scriptas ad annum *septimum i. e.* 1223 mecum referes, ni forsan aut illos viros doctos vocabulum Laterani cum Alatri commutasse aut scriptores registri errasse putaveris.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1222.** |
| | | Sed ... colloquium in aliud tempus dilatum.« ‖ Chron. Montis Sereni ed. Mader 139 (ed. Mencken *in* Scr. rer. Germ. II. 265; ed. Eckstein 129). |
| (Apr. 3-15) | (Verulis) | (6813) Ianuensium universitati mandat, ut Lucanos, donec Parentium Romanum a regimine suae civitatis eiecerint et episcopum clerumque revocaverint, nullatenus receptent nullumque cum eis exerceant commercium. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1222 § 34, *omissis et initio et fine.* |
| » 17 | » | (6814) Magistrum et fratres domus militiae Templi reprehendit, quod contra fratres domus s. Mariae Teutonicorum occasione alborum mantellorum, super quibus deferendis specialem ab apostolica sede indulgentiam impetraverint, aliquantulum moti sint. xv kal. Mai. aº 6º. ‖ De Wal Recherches I. 375; Hennes UB. I. 64. nº 60; Strehlke Tab. 322. nº 368. — »Quanto vos ampliori.« |
| » 17 | — | (Guilelmo) archiepiscopo Remensi: »Alatri xv kal. Mai. aº 6º.« ‖ Bouquet Rec. XIX. 722, *vid.* 1222. Mai. 18. nº 6831. |
| » 19 | Verulis | (6815) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Iherosolimis (Friderici) Romanorum imperatoris et regis Siciliae privilegium (Cataniae Dec. 1221. datum) de redditibus annuis 200 unciis auri ad pondus Baruli Brundusii percipiendis pro emendis albis mantellis ad usum fratrum militum confirmat. xiii kal. Mai. aº 6º. ‖ Strehlke Tab. 148. nº 151. — »Iustis petencium desideriis.« |
| » 20 | — | Abbati et conventui Casaemarii Cisterc. ord.: »Laterani xii kal. Mai. aº 6º.« ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 223, *vid.* 1223. Apr. 20. |
| » 25 | Verulis | (6816) Pelagio Albanensi episcopo apostolicae sedis legato scribit, se colloquio nuper cum Friderico Romanorum imperatore et rege Siciliae de rebus Terrae sanctae celebrato aliud colloquium apud Veronam circa festum b. Martini indixisse, ad quod invitandos decernit Iohannem Hierosolymitanum regem ipsumque Pelagium, si possint sine damno a Terra sancta abesse; Fridericum insuper iuravisse quod iter arrepturus sit termino quem sive in praedicto colloquio sive circa colloquium ipsi praefigendum duxerit. vii kal. Mai. aº 6º. ‖ Raynaldi Ann. a. 1222 § 2; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 240. — »Celestis altitudo consilii.« |
| » 27 | Casaemarii | »Honorius pp. III quinto kalendas Maii mane consecrato altari .... post vesperas coram se convocato conventu monasterium s. Dominici (de Sora) nostrae ecclesiae Casaemarii counivit et incorporavit et nos de eodem praesentibus cardinalibus investivit.« ... ‖ Chartar. Casaemariense *in* Rondinini Monast. de Casaemario 45. |
| » 30 | Verulis | (6817) R. crucesignatum capellanum (Andreae) regis Ungariae cum omnibus bonis tuendum suscipit, specialiter autem quartam partem redditunm de Bursa ei confirmat. ii kal. Mai. aº 6º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 33. nº 66; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 184; *cf.* Fejér Cod. dipl. III. I. 393. — »Cum a nobis.« |
| » 30 | » | (6818) Abbati et priori de Sikador Quinqueeccles. dioc. mandat, ut litem inter priorem fratresque hospitalis Hierosolymitani de Hungaria ex parte una et abbatem de Sasarda eiusd. dioc. propter quasdam decimas pendentem fine debito terminent. ii kal. Mai. aº 6º. ‖ Farlati Illyr. sacr. III. 253; Fejér l. c. 383. — »Dilecti filii prior.« |
| | Alatrum.« | »Honorius papa *Romam*(?) revertitur, quam postmodum exiens venit ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 995 (ap. Ughelli Ital. sacr. [ed. 1647] III. 981). |
| Mai. 2 | Alatri | (6819) Plebano S. Iuliani Castellanae dioc. mandat, ut litem inter monasterium s. Georgii maioris Venetiarum et canonicos Iustinopolitanae ecclesiae audiat et decidat. vi non. Mai. aº 6º. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 233. — »Dilectus filius abbas.« |
| » 3 | » | (6820) (Gotfrido) de Agmunde et (Reginberto) de Gersten abbatibus et (Altmanno) praeposito S. Floriani Saltzburg. et Pataviens. diocc. mandat, ut causam inter (Ditmarum) abbatem conventumque de Sytansteten ex parte una, et Meinhardum Rapotonemque de Prunsperch ex altera super terris, silvis et rebus aliis vertentem, partibus convocatis, fine debito terminent. v non. Mai. aº 6º. ‖ Raab UB. v. Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 37. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 4 | » | (6821) Eisdem mandat, ut inter abbatem conventumque de Sitansteten et F. in Busech ac quosdam alios Pataviensis dioc. super terris, silvis et rebus aliis litigantes iudicium faciant. iv non. Mai. aº 6º. ‖ Raab l. c. 38. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 6 | » | (6822) Repetit nº 6238 d. d. 1220. Apr. 27: »ii non. Mai. aº 6º« — »Cum ordinis vestri.« ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 209. nº 245. |
| » 7 | » | (6823) Repetit nº 6236 d. d. 1220. Apr. 27: »Non. Mai. aº 6º« — »Contingit interdum quod.« ‖ *Ibid.* 198. nº 231. |
| » 7 | » | (6824) Repetit nº 6234 d. d. 1220. Apr. 27: »Non. Mai. aº 6º« — »Constituti iuxta verbum.« ‖ *Ibid.* 198. nº 232. |

**1222.**

Mai. 9 Alatri (6825) Praeposito, custodi et scholastico Augustensibus mandat, ut causam inter abbatem conventumque in Wessenbrun et C. militem et S. fratrem eius de Fronhoven, qui istis boves, pecudes et res alias per violentiam abstulerant, vertentem fine debito terminent. vii id. Mai. a° 6°. || Mon. Boica VII. 389; *cf.* Leutner Histor. Wessofont. I. 238. — »Dilecti filii abbas.«

» 13 » (6826) Universas communitates civitatum, burgorum, castrorum et villarum per regnum Franciae consistentium rogat et obsecrat, ut consurgant adversus haereticos in Provinciae partibus, ubi eorum factio »adeo invalescit, ut videantur infideles de fidelibus triumphare in cunctorum christianorum opprobrium et specialiter regni Franciae.« iii id. Mai. a° 6°. || Bouquet Rec. XIX. 719. — »Ex grandi indignatione.«

• *In eundem modum* Universos comites, barones et milites per regnum Franciae constitutos.

» 13 » (6827) (Guilelmo) Remensi archiepiscopo apostolicae sedis legato mandat, compellat episcopos suae legationis crucesignatos contra haereticos Albigenses, qui concessionem vicesimae suae diocesis obtinuerint, ut tot stipendiarios teneant, quot de ipsa vicesima poterunt iusta aestimatione teneri. iii id. Mai. a° 6°. || Bouquet l. c. 720. — »Cum quidam episcopi.«

» 14 » (6828) Philippum regem Francorum rogat et exhortatur, ut terram illam totam, quam in partibus Albigensium ab ipso in feudum immediate comes tenuerit Montisfortis, cum eam comes ipse non sufficiat defensare et iam obtulerit eam regi, in dominio suo accipiat, et se accingat, ut haereticos Albigenses de regno suo cum ipsorum fautoribus tam potenter quam celeriter expugnet. Porro ei significat, se Raymundum quondam Tolosanum comitem et filium eius cum eorum fautoribus dudum excommunicavisse *etc.* ii id. Mai. a° 6°. || Raynaldi Annal. ad a. 1222 § 44—47; Bouquet l. c. 720; Teulet Layettes I. 544. n° 1534; *gallice* ap. Vaissète Hist. de Languedoc III. 220. — »Nosti (*om. Teul.*) fili charissime.«

» 16 — Decano et capitulo S. Martini Leodiensis: »Laterani xvii kal. Iun. a° 6°.« || Martene Ampl. collect. I. 1166; Miraei Opp. dipl. III. 385, *vid.* 1223. Mai. 16.

» 17 Alatri (6829) Repetit n° 6235 d. d. 1220. Apr. 27: »xvi kal. Iun. a° 6°« — »Benefaciens Dominus bonis.« || Registrum S. Marie de Neubotle 207. n° 243.

» 17 » (6830) Capitula et totum clerum Remensis provinciae hortatur, ne turbentur »quod ea, quae (Guilelmus) Remensis archiepiscopus apostolicae sedis legatus et suffraganei sui de vicesima pro negotio fidei ordinarunt, ... non duximus immutanda.« Ut autem eorum libertati praecaveat, declarat, onus ipsius vicesimae persolvendae ab archiepiscopo supradicto et aliis non potestate ordinaria, sed auctoritate apostolica eis impositum esse. xvi kal. Iun. a° 6°. || Bouquet Rec. XIX. 721. — »Non moveatur vestra.«

» 18 » (6831) (Guilelmo) archiepiscopo Remensi apostolicae sedis legato suadet, ut, licet ei per patentes litteras mandet, ut vicesimam pro negotio Albigensium per duos sequentes annos integre solvi faciat, contradictores districtione canonica compescendo, nihilominus sicut in superiori anno amicabilem compositionem de solvenda vicesima proventuum cum capitulis faciat. xv kal. (Mai., *sed legatur*) Iun. a° 6°. || Bouquet l. c. 722. — »Licet tibi deferentes.«

» 18 » (6832) (Gervasio) episcopo Sagiensi, (H.) maiori archidiacono Remensi et (I.) decano Ambianensi mandat, ut electionem Theobaldi Rothomagensis capituli thesaurarii ad archiepiscopatum Rothomagensem examinent eamque, si de persona idonea factam invenerint, confirment. xv kal. Iun. a° 6°. || Bessin Conc. Rothomag. II. 45. — »Dilecti filii decanus.«

» 19 » (6833) (Petro) Senonensi archiepiscopo apostolicae sedis legato mandat, ut, cum vicesima colligenda colligi sine mora non possit, pecuniam dandam stipendiariis mutuo sine dilatione recipiat. xiv kal. Iun. a° 6°. || Bouquet Rec. XIX. 722. — »Cum vicesima colligenda.«

• *In eundem modum* Bituricensi et Remensi archiepiscopis apostolicae sedis legatis.

» 19 » (6834) Abbati de Sichen Cisterc. ord. Alberstadens. dioc. visitationem et curam monasterii monialium de Sacra Valle Cisterc. ord. in spiritualibus et temporalibus committit. xiv kal. Iun. a° 6°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 450. — »Dilecte in Christo.«

» 19 » • (6835) Compositionem inter abbatem S. Vincentii et abbatem de Arena Wratislavienses mediante praeposito Glogaviensi super ecclesia s. Laurentii in Kalisch factam confirmat. xiv kal. Iun. a° 6°. || Grünhagen Regesten I. 116. n° 256.

» 19 » • (6836) Arbitrium quod abbas de Andreov inter abbatem S. Vincentii Wratislaviensis ac quosdam monachos ordinis s. Benedicti et fautores eorum super monasterio s. Vincentii et rebus aliis tulerat, iterum confirmat. xiv kal. Iun. a° 6°. || Grünhagen l. c. n° 257.

» 20 » (6837) Abbatem et conventum S. Petri in Wessinsbrunen sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam Phetinae eis confirmat. xiii kal. Iun. a° 6°. || Mon. Boica VII. 389; *cf.* Leutner Histor. Wessofont. I. 238. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

**1222.**

Mai. 20 | Alatri | (6838) Abbatem conventumque monasterii de Rode cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem possessiones de Lomunsheim, de Kurle, de Merbure, de Streiflo, de Endelstorp et de Crombach eis confirmat. xiii kal. Iun. a° 6°. ‖ G. D. Franquinet Bered. inventaries der oorkonden ... van de abdij Kloosterrade (Maastricht 1869. 8°). 38. n° 31 (*male ad* a. 1221). — »Cum a nobis.«

» 21 | » | (6839) Repetit n° 6237 d. d. 1220. Apr. 27: »xii kal. Iun. a° 6°« — »Cum propter pauperem.« ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 204. n° 239.

» 24 | » | (6840) Praepositum, fratres et ecclesiam s. Mariae de Curewalde ord. Praemonstr. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque possessiones ac bona eiusdem ecclesiae, quorum plurima nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. ix kal. Iun. indict. XII(!) incarn. dom. a° 1212(!). pont. a° 6°. ‖ Mohr Cod. dipl. I. 273. n° 191; *cf.* Eichhorn Episc. Curiens. 353; Mohr Regest. von Schanfigg 50. n° 8. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 26 | » | (6841) Monasterium s. Danielis de Venetiis cum omnibus bonis tuendum suscipit et specialiter lacum cum molendino a (Marco) Castellano episcopo eidem collatum ipsi confirmat. vii kal. Iun. a° 6°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. IV. 196. — »Iustis petentium desideriis.«

» 26 | — | Stephano Cantuariensi S. R. E. cardinali et Eboracensi archiepiscopis: »Laterani vii kal. Iun. a° 6°«. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 196, *vid.* 1223. Mai. 26.

» 27 | Alatri | (6842) Arusiensi et Wendelsusensi episcopis mandata dat de Andrea archiepiscopo Lundensi ob incurabilem corporis infirmitatem officii pastoralis cessionem petente. vi kal. Iun. (a° 6°). ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 756. — »Venerabilis frater noster.«

» 27 | » | (6843) (Bernardo) Vivariensi et (Gerardo) Valentinensi episcopis et sacristae Romanensi Viennensis dioc. mandat, ut causam inter P. de Lotzac praepositum ecclesiae Brivatensis ex parte una et cantorem ac quosdam canonicos eiusdem ecclesiae Claromontens. dioc. ex altera super praepositura ipsius loci vertentem, cum Phil(ippus) rex Francorum dedisset in mandatis A(rchembaldo) domino Borbonensi, ut P. de Lotzac praepositura privaretur, dirimant. vi kal. Iun. a° 6°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 723. — »Ad nostram audientiam.«

» 27 | » | (6844) Phil(ippum) regem Francorum rogat et monet, faciat, ut praepositura ecclesiae Brivatensis P. de Lotzac praeposito eiusdem, qua eum de mandato regis A(rchembaldus) dominus de Borbonio comestabulus Alverniae spoliaverit, restituatur. vi kal. Iun. a° 6°. ‖ Bouquet l. c. 724. — »Creator humani generis.«

» 28 | » | (6845) (Thomae) Agriensi, (Briccio) Vaciensi et (Alexandro) Varadiensi episcopis mandat, ut B(elae) nato (Andreae) regis Hungariae, qui, cum rediret de partibus transmarinis, cum filia Lascari infra annos nubiles existente ipse impubes sponsalia contraxerat, nunc autem, cum ad pubertatem venerit, matrimonio contradicebat, cognita veritate tribuant licentiam ab huiusmodi sponsalibus recedendi et contrahendi cum alia »de qua maior possit utilitas regno Hungariae provenire«. v kal. Iun. a° 6°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 384; Theiner Mon. Hungar. I. 33. n° 67. — »Ex parte nobilis.«

» 30 | » | (6846) S. Andreae, Glasguensi et Dunkeldensi episcopis et abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis per S. Andream, Glasguensem et Dunkeldensem dioceses constitutis mandat, ut illos qui possessiones monasterii de Neubotle Cisterc. ord. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicent *etc.* iii kal. Iun. a° 6°. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 202. n° 236. — »Non absque dolore.«

» 31 | » | (6847) Remensi et Senonensi archidiaconis et magistro P(etro) de Collemedio capellano suo Parisius commoranti scribit, se causam inter (Guilelmum) episcopum et officialem ipsius et (Philippum?) cancellarium Parisienses ex parte una et universitatem magistrorum scholarium Parisiensem ex altera vertentem (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi et (Herveo) Trecensi ac (Guilelmo) Lexoviensi episcopis commisisse, ut laborarent ad reformandam inter partes concordiam. Illi autem iudices »in nullo super principali negotio processerunt, ex quo factum est, quod exaggeratae sunt postmodum quaestiones et lites etiam instauratae studiumque concussum, ut iam videatur dissolutionis periculo subiacere.« Monet, ut ante negotii decisionem latae in magistrorum universitatem et scholarium generales excommunicationis prolatae sententiae ratae non habeantur, et interim partium iura constituit. Mandat eis, »quatenus quod a nobis super hiis provisum est, faciatis inviolabiliter observari.« ii kal. Iun. a° 6°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 724; Notices et extraits XXI. ii. 185. — »Inimico homine qui.«

(Iun. ineunt.) | (») | (6848) Rothomagensi capitulo, quorum quidam, cum de futuri praelati haberent successione tractatum, in Thomam, quidam in cancellarium *etc.* consenserant, significat, se quod factum sit de Thoma cassavisse, consentientium etiam in cancellarium petitione non admissa. *Sine signo chronol.* ‖ Ep. decr. H-i lib. 1. tit. 5 *de elect.* c. 6 ed. Cironius 38; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 48 ap. Boehmer Corp. II. 74; ap. Richter Corp. II. 87. — »Ecclesia vestra destituta.«

Iun. 1 | » | (6849) Abbati Casaemarii eiusque fratribus significat, se unire monasterio eorum monasterium s. Dominici de Sora cum omnibus ecclesiis, pascuis, molendinis *etc.* et statuere,

| | | |
|---|---|---|
| | | **1222.** ut per eos idem monasterium informetur secundum Cisterciensis ordinis instituta. Kal. Iun. indict. IX (!). incarn. dom. a° 1222. pont. a° 6°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 222; Rondinini Monast. de Casaemario 46. — »Custodes et auctores (cultores« *Rond.*). |
| Iun. 2 | Alatri | Abbati de Lapide s. Michaelis: »Allatii II mensis Iunii a° 6°«, *vid.* 1222. Iun. 12. n° 6859. |
| » 3 | » | (6850) (Ugrino) archiepiscopo Colocensi R(ainaldum) praepositum Varadiensem ad ecclesiam Ultrasylvanam electum cum gratia remittit eique mandat, ut erga electum ipsum, si alias sit idoneus, non obstante in altero suorum oculo macula, prout ad eius pertineat officium exequatur. III non. Iun. a° 6°. ‖ Katona Hist. crit. V. 395; Fejér Cod. dipl. III. I. 385; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV). 15. n° 16; Theiner Mon. Hungar. I. 34. n° 68. — »Benigne nuper recepimus.« |
| » 5 | — | (6851) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum ecclesiam s. Sabinae ad celebrandum et domos ad inhabitandum, sicut saeculares clerici habuerunt, de consensu specialiter tituli eiusdem ecclesiae presbyteri cardinalis concedit. »Romae« (?) Non. Iun. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Pred. I. 15. n° 29. — »Quia omnibus ex.« |
| » 6 | Alatri | (6852) Prioribus et subprioribus ordinis Praemonstratensis concedit, ut de saecularibus negotiis cognoscere nullatenus teneantur. VIII id. Iun. a° 6°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 654. — »Cum ad hoc.« |
| » 6 | » | (6853) A(rchembaldum) dominum de Borbonio comestabulum Alverniae monet, ut P. de Lotzac praeposito Brivatensi praepositura, qua eum regia fultus potestate contra iustitiam spoliaverat, cum fructibus perceptis ex ea restituat. VIII id. Iun. a° 6°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 726. — »Ad nostram audientiam.« |
| » 7 | » | (6854) Abbatem conventumque S. Martini Praemonstr. ord. Laudunens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem eis possessiones de Burchi, de Parmile *etc.* ac ecclesias de Sammoucy, de Cestropoy *etc.* confirmat. VII id. Iun. a° 6°. ‖ Hugo Annal. Praemonstr. I. prob. 47. — »Cum a nobis.« |
| » 10 | » | (6855) Repetit n° 6238 d. d. 1220. Apr. 27: »IV id. Iun. a° 6°« — »Cum ordinis vestri.« ‖ Köhler Cod. dipl. Lus. super. II. II. (Urk. d. Kl. Marienstern) 3. |
| » 12 | » | (6856) Ruthenensi episcopo, priori S. Pauli Vivariensis et B. Fantos canonico Ruthenensi significat de epistola quam dedit d. 6. Iun. 1222 (*vid.* n° 6853) ad Archembaldum dominum de Borbonio, eisque mandat, ut, si ille praeceptum apostolicum super his non curaverit adimplere, ipsi ad iam dictam praepositurам restituant praepositum memoratum. II id. Iun. a° 6°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 726. — »Ad nostram audientiam.« |
| (Mai. 31 aut Iun. 12) | » | (6857) Abbati de Lapide s. Michaelis Halberstad. dioc. mandat, compellat canonicas (canonicos *Erath*) et clericos iurisdictioni abbatissae Quedlinburgensis (Bubrigen. *Decr. Greg.*) subiectos, ut eidem obedientiam et reverentiam impendant. II (kal. *aut* id. Iun. a° 6°. ‖ Kettner Antiq. Quedlinb. 230; Erath Cod. dipl. Quedlinb. 138; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 206. n° 45; Leuckfeld Antiq. Michaelsteinens. 104; *manca int.* Ep. decret. H-i ed. Cironius 76; *et int.* Decr. Greg. IX. lib. I. tit. 33 *de maior. et obed.* c. 12 ap. Boehmer Corp. II. 184; ap. Richter Corp. II. 194. — »Dilecta in Christo.« |
| » 13 | » | (6857a) (Hugoni) Ostiensi episcopo apostolicae sedis legato, qui, cum nunquam speretur »quod monasterium s. Petri in Coelo aureo de Papia per nigros valeat monachos reformari,« congruum esse consideravit, »si Mortariensis ecclesia ord. s. Aug. ad praedictum monasterium ... transferatur, cum canonici eiusdem ecclesiae laudabile habeant testimonium,« mandat, ut super hoc procedat, prout viderit procedendum. Id. Iun. a° 6°. ‖ Pennottus Cleric. canon. histor. 205; *cf.* Robolini Notizie IV. I. 101. — »Benigne tuas recepimus.« |
| » 15 | » | (6858) (Universos Christi fideles in Hispania) rogat et obsecrat, ut, si forte Mauri, quibus terra Iac(obi) regis Aragonum sit contigua, guerram dicto regi fecerint, eidem pro reverentia Iesu Christi et honore nominis christiani, personarum et rerum auxilium viriliter impendant. XVII kal. Iul. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1222 § 53. — »Susceptae servitutis officium.« |
| » 15 | » | * (6859) El papa concedió al Obispo Don Berenguer de Barcelona y su iglesia no poder ser visitanda, aun por comision apostólica, sino cuando la mayor parte del Capitulo impetrase y pidiese la visita. XVII kal. Iul. a° 6°. ‖ Villanueva Viage liter. XVII. 208. |
| » 16 | » | (6860) (Alfonsum) regem Portugalensem, qui Bracharensem archiepiscopum ab ecclesia propria proturbatum continuare iam diu exilium compulit ac elegit potius excommunicationis in suam et aliorum personas et in terram suam interdicti sententias promulgatas quam per satisfactionem redire ad ecclesiasticam unitatem, per iterata scripta monet et hortatur, ut dictum archiepiscopum, exhibita ei, necnon cathedralibus et aliis ecclesiis, monasteriis *etc.* de eis de quibus ante vel post excommunicationem offenderit, satisfactione condigna revocet ad sedem propriam cum honore. »Alioquin nos non solum praedictas sententias faciemus frequentius publicari,.... verum etiam crescente contumacia tua severius contra te ... procedemus, terram tuam exponendo regibus et |

1222.

principibus occupandam.« xvi kal. Iul. aº 6º. ¦ Raynaldi Ann. ad a. 1222 § 50—53. — »Etsi venerabili fratri.«

Iun. 17 Alatri (6861) Matthaeum patriarcham Constantinopolitanum, qui praedicationi minime insistebat, missarum solemnia rarissime celebrabat, excommunicatis communicabat et cum Venetis inierat contra nationes alias illicitas pactiones *etc.*, gravissime arguit eumque hortatur, ut se ipsum corrigat et emendet. xv kal. Iul. aº 6º. ‖ Raynald. l. c. § 22, *sed non integra; initium deest.*

» 21 Laterani (6862) (Briccio) episcopo Vaciensi, abbati Egriensi et praeposito Vaciensi mandat, inquirant an verum sit, W(ilhelmum) episcopum Albensem monasterium b. Mariae de Clus violenter aggredientem privilegium ipsi ab apostolica sede indultum igne combussisse et eius regale privilegium aqua delevisse, et intiment curiae Romanae quae invenerint, praefigentes partibus terminum competentem, quo apostolico conspectui se repraesentent quod super his statuendum fuerit recepturi. xi kal. Iul. aº 6º. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 386; Schuller Archiv I. 66; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 16. nº 17; Theiner Mon. Hungar. I. 34. nº 69; Fuxhoffer Monast. (ed. 2a) I. 209. — »Gravem dilectorum filiorum.«

» 22 » (6863) Abbatibus et fratribus universis ordinis Praemonstratensis inhibet, ne quisquam eorum in pertractandis alienis causis praesumat existere procurator. x kal. Iul. aº 6º. ‖ Emonis Chronic. *in* Matthaei Vet. aevi anal. II. 78; ed. Feith (Utr. 1866.) 105. — »Cum relictis seculi.«

» 23 » (6864) De Gratia Dei et S. Leonardi de Calmis et de Ruppella [Rochelle] abbatibus Xantonens. dioc. mandat, ut causam inter Henricum regem Anglorum et fratres militiae Templi, quibus Henricus (II) et Ricardus (I) reges Angliae in villa sua de Ruppella quasdam domos donaverant, qui autem facta gratia abutentes quascumque domos vel possessiones aut homines poterant infra circumquaque proprietatem regiam apprehendere sibi in regis praeiudicium usurpabant, et statim imponentes signa sua taliter usurpatis non permittebant exinde regi debita et consueta servitia provenire, concordia vel iudicio terminent. ix kal. Iul. aº 6º. ‖ Rymer Foed. I. i. 88; Arcère La Rochelle II. 662. — »Carissimus in Christo.«

» 25 » (6865) St(ephano) Cantuariensi S. R. E. cardinali et (Waltero) Eboracensi (Eborum *Dugd.*) archiepiscopis et eorum suffraganeis aliisque ecclesiarum praelatis per Cantuariensem et Eboracensem (Eborum *Dugd.*) provincias constitutis mandat, ut abbates et fratres Cisterciensis ordinis a praestatione decimarum omnino servent immunes. vii kal. Iul. aº 6º. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 88 *in* nº 119; Dugdale Monast. Anglic. V. 536. nº 15; Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 55 *in* nº 54; Rossel UB. der Abtei Eberbach II. i. 75 *in* nº 313. — »Cum abbates Cisterciensis.«

» 25 » (6866) Hugoni de Leziniaco comiti Marchiae et Isabellae uxori eius Pictavens. dioc. ob infestatas Henrici regis Anglorum terras olim excommunicatis, dein absolutis nunc denuo excommunicationis minas intentat, nisi infra festum s. Andreae proximo futurum dotem (Iohannae) sororis dicti regis (quam scilicet in uxorem ducere negaverat) et castra de Campniaco et Merpisii cum fructibus inde perceptis praefato regi reddant. vii kal. Iul. aº 6º. ‖ Rymer Foed. I. i. 88; Bouquet Rec. XIX. 726; F. Marvaud Études histor. sur la ville de Cognac II. (Niort 1870. 8º) 291. — »Intelleximus ex relatione.«

» 25 » (6867) Abbate et conventu Casaemarii petentibus inhibet, ne possessiones de eleemosyna apostolica eorum monasterio acquisitae ab aliquo alienentur. vii kal. Iul. aº 6º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 224; Rondinini Monast. de Casaemario 34. — »Vestris inclinati precibus.«

» 27 » (6868) (Roberto) imperatori Constantinopolitano gratulatur, quod per ministerium I(ohannis) tit. S. Praxedis presbyteri cardinalis inveteratam materiam dissensionis et scandali inter ecclesiam Constantinopolitanam et imperium extinxit ac inter utrumque pacem et concordiam tam admirabili quam amicabili foedere stabilivit. Optat, ut imperator de inimicis fidei orthodoxae feliciter triumphet *etc.* v kal. Iul. aº 6º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1222 § 14. 15. — »Imperialis celsitudinis litteris.«

(Iun. fin.) ( » ) (6869) (Arnaldo) archiepiscopo Narbonensi intimat, se certiorem esse factum, R(aimundum) filium quondam R(aimundi) comitis Tolosae nuncios solemnes esse transmissurum facturos pro ipso apostolicae beneplacitum voluntatis. Sollicitat eum et hortatur, det operam ut terra ita purgetur ab haereticis et ita ecclesiis fiat restitutio ablatorum et cum A(malrico) comite Tolosano taliter componatur, »quod ad audiendos iam dicti nobilis nuncios aures apostolicas inclinare merito debeamus: ita quod ipsi nuncii falsa pro veris non valeant suadere.« *Sine nota chronol. Finis deest.* ‖ Vaissette Mém. à l'hist. de Languedoc III. pr. 382; Bouquet Rec. XIX. 727. — »Recepimus litteras nobilis.«

Iul. 4 » (6870) Archiepiscopis et episcopis per regnum Hungariae constitutis mandat, ut universos tam in regno quam extra regnum constitutos, qui suum obsequium A(ndreae) Hungariae regi subtrahere ac filio ipsius primogenito (Belae) in regem inuncto ac etiam coronato

1222.

deferre machinentur et sic seditiones movere praesumpserint, a sua temeritate cessare per censuras ecclesiasticas compellant. IV non. Iul. a° 6°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 388; Theiner Mon. Hungar. I. 35. n° 70. — »Quia charissimus in.«

Iul. 5 | Laterani | (6871) Willelmum dictum archiepiscopum Pictaviensis diocesis, qui iunctis cum Hugone de Leziniaco viribus Henricum regem Anglorum dominum suum graviter laeserat et propterea erat excommunicatus, monet ut praefato regi »cuius homo ligius esse debes,« infra festum s. Andreae proximum de damnis et iniuriis irrogatis satisfaciat, ne eidem iterum fiat obnoxius sententiae. III non. Iul. a° 6°. ‖ Rymer Foed. I. I. 88; Bouquet Rec. XIX. 727. — »Carissimus in Christo.«

» 5 | » | (6872) Abbatissae ac monialibus monasterii Iesu Christi Cisterc. ord. Papiens. dioc., quas Papiensis episcopus e monasterio s. Christophori Papiensis ad praefatum coenobium transtulerat, hanc translationem confirmat. III non. Iul. a° 6°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 226. — »Referentibus vobis didicimus.«

» 6 | » | (6873) Abbatem et priorem Vallis Dei Cisterc. ord. a commissionum apostolicarum sollicitudine eximit. II non. Iul. a° 6°. ‖ Manrique l. c. 229. — »A nobis humiliter.«

» 6 | » | (6874) Episcopo Aesino et abbati S. Savini Aesinae dioc. mandat, ut ab Aesinis civibus cautionem de parendo ecclesiae recipiant. II non. Iul. a° 6°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 71. n° 114. — »Cum cives Esini.«

» 7 | » | (6875) Yolen reginam Hungariae cum omnibus bonis patrocinandam suscipit, specialiter autem eidem banatum cum pertinentiis eius, comitatum de Warasdin, comitatum Sumugiensem, comitatum de Sala (Zala *Thein.*) et comitatum de Cerem cum suis pertinentiis, quos (Andreas) rex Ungariae vir eius in dotalitium ipsi concessit, confirmat. Non. Iul. a° 6°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 388; Theiner Mon. Hungar. I. 35. n° 71. — »Iustis petentium desideriis.«

» 19 | » | (6876) Confirmat indulgentias basilicam s. Mariae maioris statis diebus invisentibus a se aliisque Romanis pontificibus concessas. XIV kal. Aug. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1222 § 38; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 383. n° 60. — »Devotio quam habemus.«

» 20 | » | (6877) Abbatis de Reddengeshusen aliorumque arbitrium confirmat, quo causam inter (Gerardum) archiepiscopum Bremensem et canonicos Hamburgenses agitatam terminaverant. XIII kal. Aug. a° 6°. ‖ Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. 649, *ad* a. 1223; Lappenberg Hamburg. UB. I. 394. n° 447. — »Iustis petencium desideriis.«

» 21 | » | (6878) Compositionem inter canonicos Hamburgenses et archiepiscopum Bremensem super confectione seu receptione crismatis amicabiliter initam confirmat. XII kal. Aug. a° 6°. Lappenberg l. c. n° 448. — »Iustis petentium desideriis.«

» 23 | » | (6879) Stephano de Columpna subdiacono et Petro Gregorii scriptori suis Parisius commorantibus mandat, ut (Blancham) comitissam Campaniae cogant ad solvendam Paulo Iohannis Mocerii civi Romano pecuniam, quam pro cl. mem. Waltero Brennensi comite se reddituram promiserat. X kal. Aug. a° 6°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 728; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 183. n° 1438. — »Dilectus filius Paulus.«

(Aug. Sept.) | | »Iohannes rex Ierosolymorum, qui postmodum de filia sua (Iolante) cum imperatore contraxit, veniens de partibus transmarinis cum (Hermanno) magistro domus hospitalis Ierosolymitani, *Romam vadunt ad Honorium papam, qui tunc graviter patiebatur in crure.*« ‖ Richardi de S. Germano Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 995 (ap. Ughelli Ital. sacr. [1647.] III. 982; ap. Pertz Mon. Germ. hist. Scr. XIX. 342 ad a. 1223).

Sept. 19 | » | (6879a) Abbatissae et monialibus monasterii s. Mariae de Gattaiola Lucan. dioc. privilegium protectionis ab Hugone Ostiensi et Velletrensi episcopo apostolicae sedis legato eis »Perusii apud monasterium ... III kal. Aug. a° 1219« collatum approbat et confirmat. XIII kal. Oct. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 10. n° 11. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 19 | » | (6879b) Abbatissae et monialibus S. Mariae extra portam de Camullia iuxta stratam Romanam privilegium protectionis ab eodem legato eis »Perusii IV kal. Aug. a° 1219« datum confirmat. XIII kal. Oct. a° 7°. ‖ Sbaralea l. c. 11. n° 12. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 24 | » | (6879c) Abbatissae et monialibus S. Mariae de Monte Lucio privilegium protectionis ab Hugone Ostiensi et Velletrensi episcopo apostolicae sedis legato eis »Perusii IV kal. Aug. a° 1219« datum approbat et confirmat. VIII kal. Oct. a° 7°. ‖ Sbaralea l. c. 13. n° 13. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 24 | » | (6880) (Robertum) imperatorem Constantinopolitanum, qui ad flagitanda ex occidente auxilia nuncios miserat, rogat et monet, ut suum iactans in Domino cogitatum nullatenus terreatur, sed se fortibus adversariis exhibeat fortiorem et atrium suum potenter custodiat. VIII kal. Oct. a° 7°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1222 § 20. 21. — »Licet in regimine.«

**1222.**

Sept. 26 Laterani (6881) Theodorum Cominianum laudat, quod I(ohannem) tit. S. Praxedis presbyterum cardinalem devote tractavit, eumque hortatur, ut cum R(oberto) imperatore Constantinopolitano pacis foedera ineat. VI kal. Oct. aº 7º. || Raynaldi Ann. ad a. 1222 § 17. — »Licet enormiter nos.«

» 27 » Praeposito et conventui de Insula s. Michaelis apud Ulmam: »V kal. Oct. aº 7º«. || Kuen Coll. script. V. II. 308, *vid.* 1222. Oct. 11. nº 6885.

» 30 » (6882) Abbati Stragonensi, praeposito et decano Wischegradensibus mandat, ut A(rnoldo) quondam Pragensi decano decanatum Pragensem nunc vacantem conferant. II kal. Oct. aº 7º. || Erben Reg. Bohem. I. 309. nº 666; *cf.* Palacky Reise 23. nº 93. — »Consideratis laboribus diuturnis.«

Oct. 5 » (6883) Mutinensi episcopo indulget, ut ad correctionem canonicam clericorum suae diocesis, qui fornicationibus et adulteriis aliisque criminibus dediti clericalem honestatem inhoneste vivendo diffamant, omni appellatione remota procedat. III non. Oct. aº 7º. | Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 76. nº 743. — »Benignitate iuris plurimi.«

» 7 » (6884) Abbatem et conventum Marpacenses tuendos suscipit, specialiter autem villam de Hamerstat, terras, prata et alia bona quae possident, eis et per eos monasterio confirmat. Non. Oct. aº 7º. || Würdtwein Nova subs. XIII. 262. — »Cum a nobis.«

» 11 » (6885) Praeposito et conventui de Insula s. Michaelis apud Ulmam capellam s. Andreae sitam in villa Stozin (Stotzingen *Kuen*) necnon et alia bona confirmat. V id. (kal. *Kuen*) Oct. aº 7º. || Kuen Collect. script. V. II. 308; Wirtemberg. UB. III. 140. nº 663. — »Cum a nobis.«

» 27 » (6886) Honorio approbando l'erettione del santo luogo, ò monasterio del Terzo passo, il ricevè sotto la protettione della sede apostolica, e confermò ad instanza della badessa Carentia e delle monache sue al dette monasterio in perpetuo tutto, che gli era stato da diversi pij fedeli conceduto. VI kal. Nov. aº 7º. || Campi Histor. di Piacenza II. 127.

» 31 » (6887) (Stephano) abbati et conventui Casinensibus monasterium s. Mariae de Virgiottis Constantinopolitan., quod Benedictus Portuensis episcopus tunc tit. S. Susannae presb. card. apostolicae sedis legatus monasterio concesserat Casinensi, confirmat. I (*sic!* II?) kal. Nov. aº 7º. — »Iustis petentium desideriis.« *Cf.* 1217. Mai. 5. nº 5541.

Nov. 3 » (6888) Eisdem 3000 obulorum aureorum, qui camerae apostolicae a tempore I(nnocentii) pp. a monasterio debentur, ac 600 fiscatos »quos dum in minori essemus officio constituti, a nobis mutuo recepistis«, remittit. III non. Nov. aº 7º. || Gattula Hist. abbatiae Cassin. II. 443; Tosti Monte-Cassino II. 305. — »Si sedes apostolica.«

» 3 » (6889) Abbati et conventui Pontiniacensibus annuum redditum 50 marcharum sterlingorum a (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi capituli sui accedente consensu eis collatum confirmat. III non. Novb. aº 7º. || Martene Thes. anecd. III. 1248. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 » (6890) Universos Christi fideles per Valentinam diocesim constitutos rogat et hortatur, ut elemosynis monasterium monialium de Comentio Cisterc. ord. sustentent, omnibusque hoc facientibus indulgentiam quinque dierum elargitur. Non. Nov. aº 7º. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 226. — »Cum monasterium monialium.«

» 5 » (6891) Priori S. Fridiani et magistro Petro canonico Lucanis mandat, ut Parentium potestatem et civitatem Lucanam, qui libertatem ecclesiasticam enormiter laeserant, sub certis conditionibus ab excommunicationis et interdicti sententiis absolvant. Non. Novb. aº 7º. || Bullar. Roman. ed. Taur. III. 384. nº 61. — »Laesa olim libertas.«

» 17 » (6892) Abbati et conventui ecclesiae s. Mariae de Virgiotis mandat, ut, cum eorum ecclesia a Benedicto tit. S. Susannae presb. cardinale in partibus Romaniae apostolicae sedis legato monasterio collata sit Casinensi et haec collatio a curia confirmata, illos quos abbas et conventus dicti monasterii ad eorum partes duxerint destinandos, honeste recipiant illisque devote obediant. XV kal. Dec. aº 7º. || Montfaucon Diar. Italicum 330; ap. Gattula Hist. abbatiae Cassin. II. 492; *cf. eiusd.* Access. 292. — »Qualiter bonae memoriae.«

» 17 » (6893) Vassallos ecclesiae s. Mariae de Virgiotis hortatur *in eundem modum.* XV kal. Dec. aº 7º. || Gattula Ad histor. abbatiae Cassin. accessiones 292. — »Qualiter bonae memoriae.«

» 20 » (6894) (Stephano) abbati et conventui monasterii Casinensis literas, quibus Alexander pp. (III d. 19. Sept. aº 1178—1180) conditionem, sub qua P(etrus) abbas et conventus eiusdem monasterii fratribus militiae Templi domum quandam apud S. Germanum pro construendo oratorio concesserant, confirmaverat denuo confirmat. XII kal. Dec. aº 7º. Gattula l. c. II. 495; Tosti Monte Cassino II. 303. — »Literas felicis recordationis.«

» 24 resp. 25 » (6895) (Gebhardo) episcopo Pataviensi mandat, ut comitem R. de Ortemburc, R. et A. et quosdam alios Pataviensis dioc. advocatiae officio, quod in Pataviensi ecclesia obtinent,

| | | |
|---|---|---|
| | | **1222.** |
| | | multipliciter abutentes eam indebite aggravando per censuram ecclesiasticam compellat. VII (VIII *Lang*) kal. Dec. a° 7°. ‖ Mon. Boica XXIX. II. 339; *cf.* Lang Regesta II. 128. — »Dilecti filii capitulum.« |
| Dec. 8 | Laterani | (6896) Landoni servienti locationem vineae ad ecclesiae Romanae demanium pertinentis et in territorio Signino positae a C. tit. S. Anastasiae card. presb. illi factam confirmat. VI id. Dec. a° 7°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 73. n° 122. — »Dignum est ut.« |
| » 12 | » | (6897) Abbati et conventui monasterii de Mulenbrunnen Cisterc. ord. decimam villae de Werberc [Wurmberg], quam eis C(onradus) Spirensis episcopus contulerat, confirmat. II id. Dec. a° 7°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 140. n° 664. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 13 | » | (6898) Archiepiscopo Compostellano, episcopo Auriensi et abbati de Ossera Cisterc. ord. Auriens. dioc. mandat, moneant A(lfonsum) Portugaliae regem, qui incl. rec. V(rracae) reginae suae uxori concesserat legandi pro anima sua de bonis regni usque ad 30,000 aureorum facultatem, ex qua autem summa 1000 marabetinos ecclesiae Romanae regina reliquit, ut hanc summam solvat. Id. Dec. a° 7°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 228. — »Significatum est nobis.« |
| » 15 | » | (6899) (Iacobo) episcopo et archidiacono Nitriensibus et praeposito S. Thomae Strigoniensis mandat, ut contra simoniam, matrimonium incestuosum aliosque enormes M. archidiaconi Vaciensis excessus inquirant et statuant, quod canonicum fuerit. XVIII kal. Ianr. a° 7°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 389; Theiner Mon. Hungar. I. 35. n° 72. — »Dilecti filii P.« |
| » 15 | » | (6900) (Thomae) episcopo Agriensi et de Egris et S. Gothardi abbatibus mandat, ut, cum in regno Hungariae noviter sit statutum ut omnes populi conveniant bis in anno, multitudinem huiusmodi moneant et inducant, ne quid contra regem vel coronam ipsius vel contra personas principum aut bona ipsorum, praetermisso iuris ordine, temere attentare audeat. XVIII kal. Ianr. a° 7°. ‖ Fejér l. c. 390; Theiner l. c. 36. n° 73. — »Quanto numerosior aggregatur.« |
| » 17 | » | (6901) Universis Christi fidelibus accedentibus ad ecclesiam b. Petri Montis Sereni in die dedicationis eiusdem indulgentiam 20 dierum concedit. XVI kal. Ianr. a° 7°. ‖ G. Köhler Das Kloster des h. Petrus auf d. Lauterberge bei Halle (Dresden 1857. 4°) 61. — »Quoniam ad futurum.« |
| » 17 | » | • (6901 a) Abbati et conventui Campililiensibus confirmat hospitale in Chremis et ius patronatus in Wilhelmspurg. XVI kal. Ianr. a° 7°. ‖ Hanthaler Recensus I. 8. |
| » 18 | » | (6902) Iohanni clerico (Andreae) Hungariae regis concedit intuitu tum ipsiusmet meritorum, tum utilitatis regiae, ut duo beneficia praeter ea, quae nunc habeat, non obstante constitutione concilii generalis obtineat. XV kal. Ianr. a° 7°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 392; Theiner Mon. Hungar. I. 36. n° 74. — »Dignum est ut.« |
| | | • *In eundem modum* Gregorio clerico eiusdem regis. |
| » 19 | » | (6903) Magistro et fratribus domus s. Mariae Teutonicorum Hierosolymitanae terras nominatim enumeratas cum libertatibus et immunitatibus, quas eis (Andreas) rex Hungarorum donavit, confirmat. XIV kal. Ianr. a° 7°. ‖ Fejér l. c. 422; Schuller Archiv I. 228; Bethlen Deutscher Orden 85; Dreger Cod. dipl. Pomeran. 108. n° 60; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 19. — »Cum a nobis.« |
| » 19 | » | (6904) Eisdem libertates et immunitates ipsis ab O(takaro) Bohemiae rege concessas, sicut in istius regis privilegio super hoc (d. 26. Aug. 1222) confecto et hic inserto continetur, confirmat. XIV kal. Ianr. a° 7°. ‖ Boczek Cod. Morav. dipl. II. 144; Strehlke Tab. 161. n° 176; *cf.* Palacky Reise 23. n° 94; Erben Reg. Bohem. I. 310. n° 667. — »Cum a nobis.« |
| » 19 | » | (6905) N(icolaum) comitem de Sopron Geuriens. dioc., eius terram, familiam et omnia bona sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ea omnia, postquam iter arripuerit transmarinum in Terrae sanctae subsidium, integra maneant et quieta. XIV kal. Ianr. a° 7° (6° *Fej.*). ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 36. n° 75; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 185; *cf.* Fejér Cod. dipl. III. I. 352. n° 3. — »Cum a nobis.« |
| » 19 | » | (6906) (Ugrino) archiepiscopo Colocensi et (Desiderio) episcopo Cenadiensi de superiore ad N(icolaum) comitem de Sopron epistola significat eisque mandat, ut ipsum super his minime permittant ab aliquibus molestari. XIV kal. Ianr. a° 7° (6° *Fej.*). ‖ Theiner l. c. 36; Mon. Hung. hist. l. c. 185; *cf.* Fejér l. c. 353. — »Cum dilectum filium.« |
| » 23 | » | (6907) Abbati S. Crucis Cisterc. ord. et Scotorum in Wienna abbati et decano S. Agathae Pataviens. dioc. mandat, ut litem inter praepositum et capitulum Niumburgenses et H. presbyterum Pataviens. dioc. super capella de Chirchlinge vertentem decidant. X kal. Ianr. a° 7°. ‖ Fischer Klosterneuburg II. 175. — »Querelam dilectorum filiorum.« |
| » 24 | » | (6908) Abbati S. Dionysii Parisiensis concedit, ut monachis sui monasterii, qui excommunicati divina officia celebraverunt, beneficium absolutionis impendat. IX kal. Ianr. a° 7°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denis 555. — »Ex parte tua.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1222.** |
| Dec. 30 | Laterani | (6909) Archiepiscopis et episcopis regni Franciae inhibet, ne excommunicationis vel interdicti sententias contra monachos S. Dionysii Parisiensis in eorum diocesibus constitutos proferant. III kal. Ianr. a° 7°. ‖ Doublet l. c. 554. — »Quanto amplius esse.« |
| — | — | (6910) N. N. mandat, compellat per censuram ecclesiasticam fratres Templariorum ordinem in Livonia profitentes et advocatos iudicesque temporalem potestatem ibi exercentes, qui, quando noviter baptizati de aliquo crimine infamantur, eos ferri candentis iudicium subire compellunt, ut ab huiusmodi conversorum gravamine omnino desistant. *Absque signo chronol.* ‖ *Int.* Ep. decr. H-i lib. 5. tit. 14 *de purgat. vulg.* c. 1 ed. Cironius 298; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 35 *de purgat. vulg.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 830; ap. Richter Corp. II. 842; Bunge Livl. UB. I. 58. n° 54; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1222 § 40; Gruber Orig. Livon. 237. not.*; Scr. rer. Livon. I. 364. not.* — »Dilecti filii noviter.« |
| — | — | B(ertranno) tit. SS. Iohannis et Pauli presbytero cardinali: »Praesumitur a multis,« *sine signo chronol.* ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 212, *vid.* 1219. (Mai.) n° 6097. |
| — | — | Lingonensi et Valentinensi episcopis ac abbati Cluniacensi. *Absque nota chronol.* ‖ Manrique l. c. 213, *vid.* 1221. Ianr. 25. n° 6527. |
| | | **1223.** |
| Ianr. 2 | Laterani | (6911) Repetit n° 6235 d. d. 1220. Apr. 27: »IV non. Ianr. a° 7°« — »Benefaciens Dominus bonis.« ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach I. 230. |
| » 2 | » | * (6912) Monasterium Valletae sub b. Petri et sua protectione suscipit. IV non. Ianr. a° 7°. indict. XI. incarn. dom. a° 1223(!). ‖ *Meminit huius bullae* Gallia christ. II. instr. 220. |
| » 4 | » | (6913) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus *etc.* mandat, concedant ut parochiani sui ad ecclesias et capellas fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani causa orationis accedant ac eis pia elargiantur beneficia. II non. Ianr. a° 7°. ‖ Strehlke Tab. 323. n° 369. — »Gravem dilectorum filiorum.« |
| » 5 | » | (6914) Universos Christi fideles ad quos litterae istae pervenerint rogat et monet, ut fratres praedictos, qui ad recuperandam et defendendam Terram sanctam laborare non desistant, in eorum confratriis assumendis, legatis et aliis beneficiis exhibendis habeant commendatos. Omnibus qui de facultatibus suis fratribus subvenerint antedictis, septimam partem iniunctae poenitentiae relaxat. Non. Ianr. a° 7°. ‖ Strehlke l. c. 323. n° 370. — »Ad eripiendam de.« |
| » 5 | » | (6915) (Adolfo) episcopo Osnaburgensi pallium mittit, ut illud (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi assignet. Non. Ianr. a° 7°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 404. n° 460. — »Cum palleum insigne.« |
| » 5 | » | (6916) (Gerhardo II) archiepiscopo Bremensi pallium tribuit. Non. Ianr. a° 7°. ‖ Lappenberg l. c. n° 461. — »Cum palleum insigne.« |
| » 11 | » | * (6917) Confirmat archiepiscopo Gneznensi eiusque suffraganeis bullam, quam eis Innocentius III a. 1215. Dec. 29. (*vid.* n° 5016) dedit. III id. Ianr. a° 7°. ‖ Cod. dipl. Masov. 25 *teste* Grünhagen Regest. I. 118. n° 263. |
| » 12 | » | (6918) (Thomae) episcopo Agriensi mandat, ut idoneam personam ei a fratribus domus s. Mariae Theutonicorum praesentatam in archipresbyterum vel decanum clericis in terra Boza praeficiat. II id. Ianr. a° 7°. ‖ Schmitth Episc. Agriens. I. 126; Katona Hist. crit. V. 405; Fejér Cod. dipl. III. I. 405; Schuller Archiv I. 231; Schlözer Krit. Samml. 321, *cf.* 614; Bethlen Deutscher Orden 89; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 21. n° 20; Theiner Mon. Hungar. I. 37. n° 76. — »(Dilecti filii *add. Thein.*) Magister et fratres.« |
| » 12 | » | (6919) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus *etc.* mandat atque praecipit, ut, cum a fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. acceperint de suis parochianis querelam, eos ad exhibendam iustitiam ecclesiastica districtione cogant. II id. Ianr. a° 7°. ‖ Strehlke Tab. 324. n° 371. — »Cum a religiosorum.« |
| » 12 | » | (6920) Eisdem mandat, concedant ut parochiani sui ad ecclesias et capellas fratrum praedictorum causa orationis accedant ac eis pia elargiantur beneficia. II id. Ianr. a° 7°. ‖ Strehlke l. c. 324. n° 372. — »Gravem dilectorum filiorum.« |
| » 12 | » | (6921) (Hermanno) magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. omnes libertates, immunitates ac indulgentias domibus Hospitalis et Templi ab apostolica sede concessas confirmat eisque indulget, ut eis utantur libere sicut illi. II id. Ianr. a° 7°. ‖ Strehlke l. c. 324. n° 373. — »Vestra religio cuius.« |
| » 13 | » | (6922) Universos Christi fideles rogat et monet, ut fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ieros., qui ad recuperandam et defendendam Terram sanctam laborare non desistant, in eorum confratriis assumendis, legatis et aliis beneficiis exhibendis habeant commendatos. Subvenientibus indulgentias pollicetur. Id. Ianr. a° 7°. ‖ Strehlke l. c. 325. n° 374; de Geer Archieven I. 39. n° 34. — »Ad eripiendam de.« |

**1223.**

| | | |
|---|---|---|
| Ianr. 13 | Laterani | (6923) Archiepiscopis, episcopis *etc.* mandat, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosol. ad eorum loca pro eleemosynis accesserint colligendis, eosdem benigne recipiant *etc.* Id. Ianr. a° 7°. ‖ Strehlke l. c. 325. n° 375. — »Cum dilectis filiis.« |
| » 13 | » | (6924) S. Andreae, Glaswensi, Dunkeldensi et Dumblanensi episcopis mandat, faciant ut usque ad satisfactionem districtissime observetur sententia excommunicationis, quam publice promulgaverant in parochianos A. Cathanensis episcopi, quem illi »moti adversus eum quia ecclesiae suae causam egerat contra ipsos,« »vestibus propriis spoliatum, caesum, lapidatum et bipenni vulneratum ad mortem in coquina propria eius interitus nimis avidi cremaverant.« Id. Ianr. a° 7°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 21. n° 49. — »Nunc scimus vere.« |
| » 13 | » | (6925) Repetit n° 6548 d. d. 1221. Febr. 5: »Id. Ianr. a° 7°« — »Etsi universorum iustas.« ‖ Strehlke Tab. 325. n° 376. |
| » 13 | » | (6926) Eisdem indulget, ut liceat eis quemlibet sanctae crucis signaculo signatum in fratrem recipere, si impedimentum aliquod canonicum non obsistat. Id. Ianr. a° 7°. ‖ Strehlke l. c. 325. n° 377. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 13 | » | (6927) Archiepiscopis, episcopis *etc.* praecipit, ut universis presbyteris suae potestati subiectis sub poena officii et beneficii iniungant, ut praedictos fratres in ecclesiis suis ad opus pauperum praedicare et eleemosynas libere quaerere permittant *etc.* Id. Ianr. a° 7°. ‖ Strehlke l. c. 325. n° 378. — »Querelam gravem recepimus.« |
| » 14 | » | (6928) Abbati S. Dionysii Parisiensis eiusque successoribus indulget, ut in ecclesia dicti monasterii pallas altaris benedicere possint. xix kal. Febr. a° 7°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denis 555. — »Cum a nobis.« |
| » 14 | » | (6929) Abbati Cisterciensi et universis coabbatibus eius repetit n° 6170: xix kal. Febr. a° 7°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach I. 232. — »Cum preter pauperem.« |
| » 16 | » | (6930) Eisdem repetit n° 6234: xvii kal. Febr. a° 7°. ‖ Rossel l. c. I. 233. — »Constituti iuxta verbum.« |
| » 16 | » | (6931) Archiepiscopis, episcopis *etc.* repetit n° 6557: xvii kal. Febr. a° 7°. ‖ Hennes UB. I. 68. n° 63; Strehlke Tab. 325. n° 379. — »Paci et quieti.« |
| » 16 | » | (6932) Eisdem repetit n° 6516: xvii kal. Febr. a° 7°. ‖ Strehlke l. c. 326. n° 380; de Geer Archieven I. 40. n° 35. — »Querela dilectorum filiorum.« |
| » 17 | » | (6933) (Engelberto) archiepiscopo Coloniensi praecipit, ut illos qui possessiones res vel domos fratrum Eberbacensis monasterii Cisterc. ord. vel hominum suorum irreverenter invaserint aut ea iniuste detinuerint, quae illis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur, aut in ipsos fratres contra apostolicae sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti praesumpserint promulgare *etc.*, si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellat; si vero clerici vel canonici regulares vel monachi fuerint, eos ab officio beneficioque suspendat. xvi kal. Febr. a° 7°. Rossel UB. d. Abtei Eberbach I. 235. — »Non absque dolore.« |
| » 17 | » | (6934) Abbati Cisterciensi et universis coabbatibus eius repetit n° 6236: xvi kal. Febr. a° 7°. ‖ Rossel l. c. 236. — »Contingit interdum quod.« |
| » 17 | » | (6935) Eisdem repetit n° 6171: xvi kal. Febr. a° 7°. ‖ Rossel l. c. 238. — »Cum ordinis vestri.« |
| » 17 | » | (6936) Decano et capitulo ecclesiae de Frankenford ius patronatus, quod habent in capella de Biscofsheim a b. mem. Philippo praeposito eiusdem ecclesiae eis donatum, confirmat. xvi kal. Febr. a° 7°. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 37. — »Cum a nobis.« |
| » 18 | » | (6937) (Isoni) et capitulo Verdensibus, qui statuerant, ut advocatia ecclesiae ac civitatis Verdensis, Conrado advocato viam universae carnis ingresso, ad manus episcopi ac successorum eius perpetuo reservetur, ita ut nulli eam alienare liceat vel etiam infeudare, hoc statutum confirmat. xv kal. Febr. a° 7°. ‖ W. v. Hodenberg Verdener Geschichtsquellen II. (Celle 1857.) 72. — »Hiis que ad.« |
| » 18 | » | (6938) Praepositum et conventum monasterii de Dalen [Dalheim] ord. s. Ben. (Maguntin. dioc.) cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. xv kal. Febr. a° 7°. ‖ Bodmann Rheingauische Alterth. 1. 185. *fragm.* — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 18 | » | (6939) Praepositum conventumque monasterii Omnium Sanctorum Praemonstr. ord. (in Silva Nigra?) protegendos suscipit omnesque eius possessiones ac bona confirmat. xv kal. Febr. a° 7°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 281. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 18 | » | (6940) Abbatiae de Portu Regis Cisterc. ord. tutelam suscipit eique omnes libertates et immunitates a Romanis pontificibus concessas auctoritate apostolica confirmat. xv kal. Febr. a° 7° indict. XI. incarn. dom. a° 1223(!). pont. a° 7°. ‖ Gallia christ. IV. 748 (ed. nov. VII. instr. 96); Félibien Hist. de Paris III. 80. — »In Christo religiosam.« |
| » 18 | » | (6941) Archiepiscopo Senonensi eiusque suffraganeis mandat, ut iniuriis monialibus S. Antonii Parisiensis Cisterc. ord. frequentius illatis finem imponant. xv kal. Febr. a° 7°. ‖ Gallia christ. VII. instr. 95. — »Non absque dolore.« |

**1223.**

Ianr. 20 Laterani (6942) Praepositum et conventum de [Pfaffen-]Swabenheim (ord. canonic. regul. s. Aug. Mogunt. dioc.) cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. xiii kal. Febr. a° 7°. || Würdtwein Monast. Palat. V. 129. — »Cum a nobis.«

» 20 » (6943) Praepositum et conventum monialium monasterii de Crutzenachen cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. xiii kal. Febr. a° 7°. || Würdtwein l. c. V. 316. — »Iustis petentium desideriis.«

» 20 » (6944) (Reginaldum) regem Manniae hortatur, ut cum quaedam ecclesiae regni eius competenti dote penitus sint expertes, ipsarum cuilibet saltim triginta passus terrae iuxta canonicas sanctiones in liberam elemosinam extra cimiterium a parte qualibet earundem, ad domos clericorum faciendas ibidem, largiatur. xiii kal. Febr. a° 7°. || Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. i. 10. n° 9; Theiner Mon. Hibern. 21. n° 50; *int.* Ep. decr. H-i lib. 3. tit. 22 *de iure patron.* c. 2 ed. Cironius 234. — »Ad hec rex.«

» 20 » (6945) Principes magnates et universum populum per Sodrensem diocesim constitutos hortatur, ut de omnibus suis bonis ecclesiis et clericis, quibus de iure debentur, decimae tributa sine difficultate persolvant. xiii kal. Febr. a° 7°. || Unger og Huitfeldt l. c. VII. i. 11. n° 10. — »Ad ea que.«

» 20 » * (6945 a) Confirmat universam fundationem monasterii Campililiensis bulla solemni xiii kal. Febr. indict. XI. incarn. dom. a° 1223 (!). pont. a° 7°. || Hanthaler Recensus I. 8.

» 20 resp. 21 » (6946) (Sifrido) abbati et (Heinrico) priori Pigaviensibus Mersenburgens. dioc. et (Alberto) praeposito Brandenburgensi mandat, ut monachos monasterii de Ilseneburg Halverstadens. dioc., qui pro eo, quod Hartwico, quem Albertus Magdeburgensis archiepiscopus apostolicae sedis legatus eis praefecerat in abbatem, exhibere obedientiam renuebant, excommunicationis vinculo innodati erant, sed hanc sententiam contempnentes unum ex se in abbatem elegerant cum quo ipsum monasterium obtinentes celebrare divina officia non verebantur, ab ipso monasterio eiiciant et huiusmodi praesumptores tam diu degradatos et excommunicatos pulsatis campanis et candelis accensis nuncient, donec dimisso monasterio cum eorum litteris rei seriem continentibus ad apostolicam sedem accedant misericordiam petituri. Porro eis mandat, ut Rochmannum monachum eiusdem monasterii Hartwico praefato adhaerentem ab istorum monachorum molestiis defendant. xiii (xii *Menck.*) kal. Febr. a° 7°. || Chronic. Montis Sereni ed. Mader 180 (ed. Mencken *in* Scr. rer. Germ. II. 293; ed. Eckstein 165). — »Dilectus filius Rochmannus.«

» 21 » * (6947) Archiepiscopo Nycosiensi. Confirmatur inita concordia inter regem et barones regni Cypri et archiepiscopos et episcopos eiusdem regni mediante Pelagio Albanensi episcopo papae legato, cuius concordiae tenor habetur insertus. xii kal. Febr. a° 7°. || MasLatrie Hist. de Chypre II. 45.

* *In eundem modum* (Alici) reginae Cypri.

» 26 » (6948) Compositionem quae inter abbatem conventumque monasterii de Helwardeshusen ex parte una et (Engelbertum) Coloniensem archiepiscopum ex altera super munitione quadam et oppido iuxta monasterium eorum constructis et rebus aliis amicabiliter factam confirmat. vii kal. Febr. a° 7°. || Schaten Ann. Paderborn. I. 991; Lünig Spicil. eccles. Cont. I. 342. — »Cum a nobis.«

» 27 » (6949) Abbati S. Vincentii et S. Vincentii et S. Petri de Cultura prioribus Cenomanens. dioc. mandat, ut eis, qui ab abbate S. Melanii Redonensis pro transgressione regulae suae ac pro violenta manuum iniectione in se ipsos et saeculares clericos suspensi et excommunicati divina officia celebraverint, postquam super hoc congruam satisfactionem praestiterint, absolutionis beneficium impendant. vi kal. Febr. a° 7°. || Gallia christ. XIV. instr. 167. — »Dilectus filius abbas.«

» 28 » (6950) Archiepiscopo Turonensi mandat, ut de cetero circa Stephanum archidiaconum Trecorensem electum officii sui debitum exequatur eique munus consecrationis impendat. v kal. Febr. a° 7°. || Gallia christ. XIV. instr. 272. — »Cum olim D.«

» 28 » (6951) (Henrico) episcopo Argentinensi mandat, ut ecclesiam de Nussbach, cum ius patronatus eiusdem Uta ducissa de Scowenburg praeposito et conventui de Cella Omnium Sanctorum Praemonstr. ord. contulerit, memorato praeposito et conventui conferat. v kal. Febr. a° 7°. || Würdtwein Nova subs. XIII. 265. — »Dilecti filii prepositus.«

» 28 » (6952) Episcopo et archidiacono Florentinis causam inter priorem fratresque Camaldulenses ex parte una et plebanos plebium Partinae, Bibienae et Buiani *etc.* ex altera super quadam parte decimarum in dictis plebatibus vertentem committit decidendam. v kal. Febr. a° 7°. | Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 424. — »Querelam dilectorum filiorum.«

» 29 » (6953) Archiepiscopis, episcopis *etc.* mandat, ne institutionem vicariorum ab ordine Theutonico ad ecclesias eius vel fratrum eius a patronis ad alias praesentatorum denegent. iv kal. Febr. a° 7°. || Strehlke Tab. 326. n° 381; de Geer Archieven I. 41. n° 36. — »Ex insinuatione dilectorum.«

**1223.**

Ianr. 31 | Laterani | (6954) (Iohanni) Strigoniensi archiepiscopo, (Roberto) Vesprimiensi episcopo et abbati de Egris Cenadiens. dioc. mandat, faciant ut compositio, quae inter Gregorium filium Calad excommunicatum pro damnis Orodiensi ecclesiae irrogatis et Orodiensem praepositum intervenit, ille autem non servavit, inviolabiliter observetur. II kal. Febr. a° 7°. || Fejér Cod. dipl. III. I. 405; Theiner Mon. Hungar. I. 37. n° 77. — »Cum Gregorius filius.«

» 31 | » | (6955) Archiepiscopis, episcopis *etc.* mandat atque praecipit, ut, cum a fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. acceperint de suis parochianis querelam, eos ad exhibendam iustitiam ecclesiastica districtione cogant. II kal. Febr. a° 7°. || Strehlke Tab. 326. n° 382. — »Cum a religiosorum.«

» 31 | » | (6956) Eisdem mandat et praecipit, ut litteras quae pro antedictis fratribus a sede apostolica diriguntur, recipiant humiliter et fideliter exponant, subiectos suos ad elemosinas et beneficia solita exhortantes. II kal. Febr. a° 7°. || Strehlke l. c. 326. n° 383; de Geer Archieven I. 42. n° 37. — »Si discrimina que.«

Febr. 1 | » | (6957) Eisdem mandat atque praecipit, ut de his, quae memoratis fratribus dantur ab aliquibus in sanitate vel in infirmitate, sive postea convaluerint aut apud alios fuerint tumulati, partem aliquam non quaerant, de aliis vero parochianis suis, qui laborantes in extremis apud praedictos fratres eligant sepeliri, quarta sint testamenti parte contenti. Kal. Febr. a° 7°. || Strehlke l. c. 327. n° 384. — »Dilecti filii nostri.«

» 1 | » | (6958) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosol. inhibet, ne quis post professionem ordinis eorum regulariter factam habitumque receptum ad saeculum aut saeculares nuptias licentiam habeat transeundi. Kal. Febr. a° 7°. || Strehlke l. c. 327. n° 385; de Geer l. c. I. 43. n° 38; *excerpta* ap. Boczek Cod. dipl. Morav. II. 145. n° 142. — »Graviter oculos divine.«

» 3 | » | (6959) Archiepiscopis, episcopis *etc.* mandat atque praecipit, ut, cum a fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. acceperint de suis parochianis querelam, eos ad exhibendam iustitiam ecclesiastica districtione cogant. III non. Febr. a° 7°. || Strehlke Tab. 328. n° 386. — »Cum a religiosorum.«

» 3 | » | (6960) Eisdem praecipit, ut illos qui fratres praedictos et eorum homines in personis vel rebus offenderint *etc.*, tam diu excommunicatos publice nuncient, donec malefactores ablata restituant et de illatis iniuriis satisfaciant competenter. III non. Febr. a° 7°. || Strehlke l. c. 328. n° 387; *omisso initio* de Geer Archieven I. 43. n° 39. — »Etsi apostolicae servitutis.«

» 3 | » | (6961) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ieros. inhibet, ne quis post professionem ordinis regulariter factam habitumque receptum ad saeculum aut saeculares nuptias licentiam habeat transeundi. III non. Febr. a° 7°. || Strehlke l. c. 328. n° 388. — »Graviter oculos divine.«

» 3 | » | (6962) Decano et capitulo ecclesiae in Frankenfort, quibus b. mem. Philippus ecclesiae eiusdem praepositus capellam de Biscofsheim concesserat constituens, ut ipsius proventus in eorum cederent beneficiorum augmentum, hanc constitutionem confirmat. III non. Febr. a° 7°. || Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 38. — »Cum a nobis.«

» 3 | » | (6963) (Ludovico) abbati de Hersfelden Maguntinae dioc. mandat atque praecipit, ut illos, qui possessiones vel res aut domos monasterii de Arnesburg (Cisterc. ord.) vel hominum eiusdem irreverenter invaserint aut ea iniuste detinuerint *etc.* (*cf.* n° 6933), si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellat, si vero clerici vel canonici regulares aut monachi, eos ab officio et beneficio suspendat. III non. Febr. a° 7°. || Boehmer l. c. I. 47. — »Non absque dolore.«

» 3 | » | (6964) Universos Christi fideles rogat et monet, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. vel eorum nuntii ad illos venerint elemosinas petituri pro sustentatione pauperum ac Terrae sanctae succursu, grata eis subsidia conferant. III non. Febr. a° 7°. || Strehlke Tab. 328. n° 389. — »Inter cetera que.«

» 4 | » | (6965) Eosdem rogat et monet, ut praedictos fratres, qui ad recuperandam et defendendam Terram sanctam laborare non desistunt, in eorum confratriis assumendis, legatis et aliis beneficiis exhibendis habeant commendatos. II non. Febr. a° 7°. || Strehlke l. c. 329. n° 390. — »Ad eripiendam de.«

» 9 | » | * (6965 a) Monasterio Campililiensi confirmat denuo hospitale in Chremis, parochia Meuslingensi eo attinente diserte quoque expressa, necnon ius patronatus in Wilhelmspurg. V id. Febr. a° 7°. || Hanthaler Recensus I. 8.

» 11 | » | (6966) Decanum et capitulum ecclesiae de Frankenfort cum capella de Biscofsheim et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. III id. Febr. a° 7°. || Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 38. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 13 | » | (6967) Scotiae episcopis scribit, se monuisse regem Scotorum ut contra sceleris patratores, qui A. Cathenensem episcopum vestibus propriis spoliatum, caesum, lapidatum

**1223.**

et bipenni vulneratum ad mortem in coquina propria cremaverant, insurgat atque Deo et ecclesiae per hoc illatam iniuriam ulciscatur, *etc.* Id. Febr. a° 7°. || Raynaldi Ann. ad a. 1223 § 50—52, *non integra.* — »Nunc scimus vere.«

Febr. 17 — Ferentini — (6968) S. Mariae Magdalenae et de Gratia Dei dioces. Magdeburgens. praepositis et magistro Alberto canonico Misnensi mandat, ut in negotio Heinrici canonici Montis Sereni Magdeb. dioc., quem Tidericus ecclesiae ipsius praepositus pro eo, quod Innocentii papae praedecessoris et (Alberti) Magdeburgensis archiepiscopi apostolicae sedis legati detulerat litteras, ab eadem ecclesia turpiter expulerat, et in negotio eiusdem praepositi de dilapidatione, simonia, periurio et aliis multis criminibus infamati iuxta iam dicti praedecessoris mandatum ratione praevia procedant. »Ferentiae« xiii kal. Mart. a° 7°. || Chronic. Montis Sereni ed. Mader 142 (ed. Mencken *in* Scr. rer. Germ. II. 266; ed. Eckstein 131). — »Cum olim tam.«

»Imperator de Sicilia in Apuliam venit (Dec. 1222), inde in Terram Laboris (Ianr. 1223) et exinde (Febr.) ad S. Germanum, ubi fieri cum cardinalibus colloquium sperebatur, cum ipse papa propter suam infirmitatem colloquio interesse non posset. Tunc tractus a cardinalibus est in Campaniam imperator, ubi etiam hortatu (Iohannis) regis Ierosolymitani et (Hermanni) magistri domus hospitalis se commisit ipse papa, et

(Mart.) — apud Ferentinum — habens cum imperatore colloquium...« || Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 995 (ap. Ughelli Ital. sacra [1647 ed.] III. 982; ap. Pertz Mon. Germ. h. Scr. XIX. 342).

(cca. Mart. 26) — Laterani — (6969) (Philippo) regi Francorum notum facit, se cum Friderico Romanorum imperatore et rege Siciliae (Ferentini) in Campania de Terrae sanctae subsidio tractavisse ibidem praesentibus patriarcha et Iohanne rege Hierosolymitanis, Bethlehemitano episcopo, magistro (Hermanno) Hospitalis, praeceptore Templi et magistro domus Theutonicorum ac aliis, et eundem imperatorem ad apostolicum beneplacitum et consilium praedictorum transfretandi terminum in festo b. Iohannis baptistae post biennium proximo secuturo (*i. e.* 1225) prompta voluntate suscepisse et corporale super hoc exhibuisse iuramentum. »Denique ut ad id plenius suum manifestaret affectum .... se ducturum in uxorem legitimam (Iolantem) filiam regis Hierosolymitani iurisiurandi religione firmavit.« Rogat Philippum et obsecrat, ut ad cladem Damiatae a christianis acceptam reparandam exurgat in adiutorium Christi neque arma relinquat rubigini. *Sine signo chronol.* || Raynaldi Ann. ad a. 1223 § 1—6; Bouquet Rec. XIX. 733. — »Iustus Dominus in.«

* *In eundem modum* (Henrico) regi Anglorum et aliis regibus.
» » » Universis Christi fidelibus per Tarantasiensem provinciam constitutis.

( » ) — ( » ) — (6970) Eundem rogat et hortatur, »ut a crucesignatis in Terrae sanctae subsidium profecturis sive ab aliis, qui necessaria deferent eorundem, in regno eius extorqueri pedagia non« permittat. *Sine signo chronol.* || Bouquet l. c. 732. — »Cum sit non.«

* *In eundem modum* Omnes reges, marchiones, duces, comites, barones et alios nobiles per singulas provincias constitutos.

» 26 — » — (6971) Blanchae Francorum reginae concedit facultatem intrandi cum decem honestis mulieribus semel in vita sua Cisterciense monasterium et videndi conventum monachosque ibidem congregatos. vii kal. Apr. a° 7°. || Manrique Annal. Cisterc. IV. 455. — »Vota quae pietatem.«

» 26 — » — * (6972) Lucae Cusentino archiepiscopo mandat, ut relegationis Harduini Cephaludensis causam discutiat. vii kal. Apr. a° 7°. || Ughelli Ital. sacra IX. 214.

» 29 — » — (6973) Monasterio de Lambac possessiones, homines et res alias ei a D. de Puhel pro salute animae suae collatas confirmat. iv kal. Apr. a° 7°. || UB. ob der Enns II. 642. — »Cum a nobis.«

» 29 — » — (6974) Comites, barones et universum populum in regno Hungariae constitutos monet et hortatur, ut decimas cum ea integritate, qua ab ipsis et a patribus ipsorum hactenus sint solutae ecclesiis, hilariter persolvant. iv kal. Apr. a° 7°. || Fejér Cod. dipl. III. i. 407; Theiner Mon. Hungar. I. 38. n° 79. — »Tacti sumus dolore.«

» 29 — » — (6975) (Andream) regem Hungariae hortatur, ut decimas suas more solito ecclesiis hilariter et manifeste persolvat. iv kal. Apr. a° 7°. || Fejér l. c. 409; Theiner l. c. 38. n° 78. — »Devotionis puritas et.«

» 30 — » — (6976) M(argaretam) quondam imperatricem Constantinopolitanam cum omnibus possessionibus protegendam suscipit, specialiter autem castrum Kewe cum toto comitatu *etc.*, Varod quoque, Perben, Camanc et Zilzeng cum villis, vineis *etc.*, nec non et alia tria praedia in Bachaciensi provincia constituta, videlicet Soya, Curth et Mirislou, quae de concessione Andreae regis Ungariae fratris sui legitime adepta est, auctoritate apostolica ei confirmat. iii kal. Apr. a° 7°. || Theiner l. c. 39. n° 80; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 190. — »Solet annuere sedes.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1223.** |
| Mart. 31 | Laterani | (6977) Universis praelatis per Magdeburgensem provinciam constitutis mandat, ut publice excommunicent filios Arnoldi de Mildensten milites et complices eorundem, qui (Brunonem) Misnensem episcopum capere praesumpserint ac extorserint iuramentum ab ipso, »quod de huiusmodi non conquereretur iniuria nec super hoc ullo tempore ageret contra eos.« II kal. Apr. a° 7°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 90. n° 97. — »Pervenit ad audientiam.« |
| Apr. 2 | » | (6978) De Hemmenrode et de Caladia Cisterc. ord. abbatibus Treverens. et Virdunens. diocc. mandat, ut, duobus abbatibus nigrorum monachorum secum associatis, monasteriis Treverensis provinciae monachorum nigrorum visitationis officium impendant, et in monasterio Gortiensi Metens. dioc. corrigant et reforment, quae correctione et reformatione noverint indigere. IV non. Apr. a° (6°, *sed legas*) 7°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 228. — »Quia de monasteriorum.« |
| » 4 | » | (6979) Ulrico comiti de Novocastro [Neuchâtel] et Bertholdo nepoti eius mandat, ut a monasterii Herilacensis [abbaye de Saint-Jean-de-Cerlier] molestatione indebita desistant. II non. Apr. a° 7°. ‖ Solothurn. Wochenblatt f. 1830. p. 431, *cf. ibid.* 1831. p. 79. not.; Zeerleder Urk. der Stadt Bern I. 207. n° 128; Matile Monum. de l'hist. de Neuchâtel n° 101. — »Significantibus dilectis filiis.« |
| » 5 | » | (6980) (Iohanni) episcopo Elyensi, de Fontibus et de Rievalla abbatibus Cisterc. ord. Eboracens. dioc. mandat ut de vita et miraculis Willelmi quondam Eboracensis archiepiscopi perquirant sollicite veritatem et quae invenerint sedi apostolicae intiment. Non. Apr. a° 7°. ‖ Walbran Memor. of Fountains 173; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 386. n° 62; *non integra* in Raynaldi Ann. ad a. 1223 § 48. — »Divinae dispensatio pietatis.« |
| » 5 | » | (6981) (Iacobo) archipresbytero Paduano mandat, ut iudicium faciat inter I. plebanum S. Silvestri ex una parte et plebanum clericosque S. Apollinaris de Venetiis ex altera super quibusdam decimis possessionibus et rebus aliis litigantes. Non. Apr. a° 7°. Cornelius Eccles. Venet. III. 46. — »Dilectus filius I.« |
| » 6 | » | (6982) Abbati et conventui de Tetgingen, quibus Sifridus episcopus Augustensis diocesanus ecclesiam de Tetgingen pro eorum necessitatibus relevandis donaverat, hanc donationem confirmat. VIII id. Apr. a° 7°. ‖ Pez Thesaur. VI. (Cod. epistol. II.) 73. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 7 | » | (6983) (Theodorico) Trevirensi archiepiscopo, (Conrado) Metensi, (Iohanni) Virdunensi et (Odoni) Tullensi episcopis suffraganeis eius et eorum subditis concedit, ut nonnisi in civitatibus, in quibus est iurisperitorum copia, coram illis quibus causae ab apostolica sede contra eos commissae sint, teneantur respondere. VII id. Apr. a° 7°. ‖ Hontheim Hist. Trevirens. dipl. I. 699. — »Cum a nobis.« |
| » 7 | » | (6984) (Christiano) episcopo Prusciae annuum viginti marcarum redditum ab Alberto marchione Brandeburgensi ei et per eum ecclesiae eius concessum, nec non libertates, immunitates et exemptiones ab eodem nobili indultas confirmat. VII id. Apr. a° 7°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 15. n° 15; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 10. n° 16, *male ad* a. 1222 *apud utrumque*. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 7 | » | (6985) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinam provinciam constitutis praecipit, ut, si quando clerici vel laici parochiani in aliquem fratrum hospitalis s. Mariae Theutonic. Ierosol. capiendo vel de suis equitaturis deiiciendo aut alias inhoneste tractando violentas manus iniecerint, huiusmodi praesumptores excommunicatos publice nuntient. VII id. Apr. a° 7°. ‖ Strehlke Tab. 329. n° 391; de Geer Archieven I. 48. n° 42. — »Paci et quieti.« |
| » 7 | » | (6986) Universis archiepiscopis et episcopis per Teutoniam constitutis mandat, ut, cum abbatissa et sorores Gandersemenses chrisma, oleum sanctum, ordinationes clericorum, consecrationes altarium et basilicarum et alia ecclesiastica sacramenta a quocunque catholico episcopo recipere possint, requisiti eis supradicta liberaliter exhibeant. VII id. Apr. a° 7°. ‖ Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 752; Leuckfeld Antiq. Gandersh. 90. — »Cum dilectis in.« |
| » 8 | » | (6987) (Conrado) episcopo et capitulo Caminensibus mandat, ut Innocentii III mandatum d. d. 1216. Febr. 3 (*cf.* n° 5061), obediendi Magdeburgensi ecclesiae et antistiti eius, firmiter observent. VI id. Apr. a° 7°. ‖ Hasselbach Cod. Pomeran. I. 341. n° 142; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 162. n° 216. — »Litteras felicis memorie.« |
| » 9 | » | (6988) Ph(ilippum) regem Francorum monet et rogat, ut (Ferrandum) comitem Flandrensem (captum in Bovinensi praelio et in vinculis ab eodem rege diutius habitum) libertati restituat. V id. Apr. a° 7°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 730. — »Specialis illa dilectio.« |
| » 9 | » | (6989) (Laurentio) episcopo Wratizlaviensi, abbati Lubensi Wratisl. dioc. et (scolastico Wratizlaviensi *om. Manr.*) mandat, ut cessionem (Vincentii) Cracoviensis episcopi, qui tam voto quam iuramento teneatur habitum assumere monachalem, recipiant, usu ei |

**1223.**

pontificalium reservato, capitulo quoque Cracoviensis ecclesiae iniungant, ut sibi de persona idonea per electionem canonicam provideant in pastorem. v id. Apr. aº 7º (8º *Manr.*) ‖ Theiner Mon. Polon. I. 13. nº 28; Manrique Annal. Cisterc. IV. 481, *ubi false* Gregorio IX *adscribitur; cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1223 § 32; Grünhagen Reg. I. 118. nº 264. — »Venerabilis frater noster.«

Apr. 11 Laterani (6990) (Christiano) episcopo Prusciae decimas et omnia iura spiritualia cum possessionibus, quae G. episcopus et capitulum Plocenses in terra quae Colmensis dicitur obtinuerant eique cesserant, eandem terram cum quibusdam villis consistentibus in eadem, Colmo videlicet, Muthe, Choruse et Bolemino, necnon castra Gruzenz, Wabsk et Capruiense, ac possessiones Velsac scilicet, Kisin et Plot, quae ab omni exactione libera C. Maczoviae et Cuiaviae dux ei, eius ecclesiae ac successoribus contulerat, auctoritate apostolica confirmat. III id. Apr. aº 7º. ‖ Theiner l. c. 14. nº 29. — »Ex litteris sane.« *Cf.* nº 6996.

» 11 » (6991) Monasterii s. Rofelli (Ruffilli *Ugh.*) Populiensis patrocinium suscipit, eius possessiones ac bona necnon quae ex nupera b. m. Uber(telli) episcopi Populiensis donatione accesserant emolumenta atque privilegia confirmat. III id. Apr. aº 7º. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 605; Bullar. Vatic. I. 108. — »Iustis petentium desideriis.«

» 11 » (6992) (Andream) regem Hungariae rogat et hortatur, ut (Gregorio) et capitulo Orodiensis ecclesiae pro damnis regio iussu per N(icolaum) et O(then) comites ac quosdam paganos eisdem tam in bonis ipsius ecclesiae quam etiam in patrimonio praepositi supradicti illatis plenarie satisfaciat. III id. Apr. aº 7º. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 411; Theiner Mon. Hungar. I. 40. nº 82. — »Cum olim tuam.« •

» 11 » (6993) (Iohanni) archiepiscopo Strigoniensi, (Roberto) episcopo Wesprimiensi et abbati de Egres Cenadiens. dioc. de superiore ad (Andream) regem epistola significat eisque mandat, ut eundem ad id efficaciter inducant et, si idem facere nolit, actis iudicii habiti diligenter inspectis statuant quod canonicum fuerit. III id. Apr. aº 7º. ‖ Fejér l. c. 412; Theiner l. c. 39. nº 81. — »Cum olim fecissemus.«

» 11 » (6994) (Erico Balbo) regi Svetiae narrat de belli sacri varia fortuna: nimirum post diversos christianorum successus et Damiata obsessa, mutata rerum facie, eos ad incitas esse redactos; hinc Fridericum imperatorem et regem Siciliae adiisse Romam de subsidiis expeditionis sanctae cum papa in praesentia tam patriarchae quam Iohannis regis Hierosolimitani, Bethlemitani episcopi, magistri Hospitalis, praeceptoris Templi et magistri domus Theutonicorum ac aliorum transacturum. Horum consilio terminum suppetiarum ferendarum in festum b. Iohannis bapt. post biennium esse dilatum. In maiorem autem rei certitudinem spopondisse Fridericum, se ducturum in uxorem legitimam filiam memorati regis. Tandem cumulatis magno fervore exhortationibus (Ericum) regem Svetiae ad arma in Terram sanctam movenda inflammare conatur. III id. Apr. aº 7º. ‖ Vastovius Vitis aquil. 172; Liljegren Svenskt dipl. I. 230. nº 219; *cf.* Celse Appar. 59. nº 20. — »Iustus Dominus in.« *Cf.* nº 7035.

• *In eundem modum* (Andreae) regi Ungariae. *Absque nota chronol.* ‖ Theiner l. c. 40. nº 83.

» 12 » (6995) De Hildesleve [Hillersleben] et de Sedekebeke [Sittichenbach] abbatibus et praeposito de Arnesse [Arendsee] Halberstad. et Verdens. dioc. mandat, ut (Conradum) episcopum et capitulum Caminenses, qui (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopo debitam obedientiam recusant exhibere, ad eam exhibendam cogant. II id. Apr. aº 7º. ‖ Hasselbach Cod. Pomeran. I. 342. nº 143; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 162. nº 217. — »Venerabilis frater noster.«

» 18 » (6996) (Christiano) episcopo Prusciae terram Culmensem cum villis consistentibus in eadem, videlicet Mirche, Scharnese et Bolomino, necnon castra Grodzancz, Wabsk et Coprinen ac possessionem villarum Kysin et Plot ab omni exactione liberam *etc.*, quae ei et eius ecclesiae Conradus Mazoviae et Cuiaviae dux contulerat, confirmat. XIV kal. Mai. aº 7º. Acta Boruss. I. 270; Dogiel Cod. dipl. Polon. IV. 3. nº 3. — »Cum a nobis.« *Cf.* nº 6990.

» 18 » (6997) Philippo regi Francorum nunciat, Fredericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae ad papam propter negotium Terrae sanctae venisse in Campaniam et idem assumpsisse in se ipso, »praestito corporaliter iuramento promittens quod ab aestate praesenti ad biennium ad eiusdem terrae succursum transfretabit.« Rogat eum et monet ad pacem cum H(enrico) Anglorum rege ineundam vel longiores cum eodem inducias belli contrahendas. XIV kal. Mai. aº 7º. ‖ Bouquet Rec. XIX. 731; *fragm.* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 376. not. — »Haereditate suprema se.« *Cf.* nº 7035.

» 18 » (6998) (Simoni) archiepiscopo Bituricensi, (?) episcopo Lemovicensi ac magistro Guidoni archidiacono Lemovicensi mandata dat de questione clericorum et conversorum ordinis Grandimontis, »quod extra septa sua non debeant habere mobilia vel stabilia secundum ordinis instituta.« XIV kal. Mai. aº 7º. ‖ Martene Thes. anecd. I. 907. — »Olim quibusdam clericis.«

» 18 » (6999) (Herveo) episcopo Trecensi, Cisterciensi et S. Mariae Blesensis abbatibus mandat, ut personaliter Parisios vel ad alium locum opportunum accedant et studeant ibi quae-

**1223.**

stiones varias et multiplices inter Philippum Francorum regem et (Guillelmum) Parisiensem episcopum exortas per compositionem amicabilem sopire. xiv kal. Mai. a° (6°, *sed legendum*) 7°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 227. — »Intelleximus quaestiones varias.«

Apr. 20 Laterani (7000) Abbati et conventui Casaemarii Cisterc. ord. notum facit, se irrefragabiliter statuisse, ut is, qui quicquam beneficiorum a se eorum ecclesiae collatorum vel etiam conferendorum rapere, vendere, donare vel quocumque alienationis genere diminuere attentaverit, ipso actu sententiam excommunicationis incurrat. xii (xxii *Manr.*) kal. Mai. a° (6°, *legatur*) 7°. ‖ Manrique l. c. 223; Rondinini Monast. de Casaemario 34. — »Decorum domus vestrae.«

» 21 » (7001) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui die dedicationis anniversario ad ecclesiam s. Thomae de Ozech Cisterc. ord. cum devotione accesserint, indulgentiam 40 dierum concedit. xi kal. Mai. a° (6°, *sed legendum puto*) 7°. ‖ Manrique l. c. 224. — »Cum ecclesiae sancti.«

» 22 » (7002) Abbati et conventui Casaemarii indulget, ut possessiones quae ipsorum monasterio de munificentia principali applicantur, tamquam ad Romanam ecclesiam immediate spectantes a cuiuslibet alterius iurisdictione habeant liberas et immunes. x kal. Mai. a° (6°, *sed legatur*) 7°. ‖ Rondinini Monast. de Casaemario 33; Manrique l. c. 224, *deficiente initio*. — »Etsi nequeamus quicquam.«

» 27 » (7003) (Henrico) regi Angliae scribit, Fredericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae venisse ad ipsum papam in Campaniam »nobiscum de Terrae sanctae subsidio tractaturus,« ibique transfretandi terminum in festo s. Iohannis bapt. post biennium proximo secuturo prompta voluntate suscepisse, *etc.* Rogat et obsecrat regem, ut exurgat in adiutorium Christi et liberet terram illam. v kal. Mai. a° 7°. ‖ Rymer Foedera I. i. 91. — »Iustus Dominus in.«

» 27 » (7004) Eundem rogat et hortatur, ne permittat ut a crucesignatis in Terrae sanctae subsidium profecturis *etc.* in regno suo pedagia extorquantur. v kal. Mai. a° 7°. ‖ Rymer l. c. 92. — »Cum sit non.«

» 27 » * (7005) Honorius invite Thibaut comte de Champagne à imiter l'exemple de l'empereur Frédéric II et à prendre les armes pour la défense de la Terre-Sainte. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 197. n° 1528.

Mai. 4 » (7006) Episcopo, archidiacono et priori S. Mariae de supra porta Florentinis mandat, ut causam inter priorem conventumque Camaldulensium ex parte una et plebanos de Biblena, de Buiano et de Partina *etc.* super quibusdam decimis et rebus aliis vertentem fine debito terminent. iv non. Mai. a° 7°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 425. — »Dilecti filii prior.«

» 4 » (7007) Universos comites, barones et alios nobiles per Maguntinam provinciam constitutos rogat et hortatur, ut crucesignatis in Terrae sanctae subsidium profecturis aut ab illis, qui necessaria deferant eorundem, in districtu suo pedagia nec extorqueant nec extorqueri ab aliis permittant; sed potius inter alios subventionis modos in districtu eodem pro crucis reverentia statuant, ut quaelibet domus singulis mensibus usque ad triennium saltem unum Turonensem vel aequivalentem monetam exsolvat, quoniam ex hac collecta contributione provideri poterit Terrae sanctae subsidium opportunum. iv non. Mai. a° 7°. ‖ Sudendorf Registr. I. 85. n° 39. — »Cum sit non.«

» 4 » (7008) Abbatem et conventum de Tegernse tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Marci de Cellis cum pertinentiis auctoritate apostolica eis confirmat. iv non. Mai. a° 7°. ‖ Mon. Boica VI. 204. — »Cum a nobis.«

» 4 » (7009) Adelardo episcopo, abbati S. Trinitatis et priori S. Georgii in Braida Veronensibus mandat, ut, cum Ugolinus de Bononia et prior S. Crucis Paduanae dioc. in monasterio de Calavena statuta quaedam temeritate propria facere praesumpserint, de statutis ipsis inquirant et quod regulare fuerit statuant. iv non. Madii a° 7°. ‖ Biancolini Chiese di Verona V. ii. 124. — »Exposita nobis abbatis.«

» 5 » (7010) In Reinersbrunnen et de Valle b. Georgii abbati(bus) et praeposito in Viscera Magunt. et Herbipol. dioc. causam inter praepositum ecclesiae in Breitingen et plebanum in Salsungen Herbipol. dioc. vertentem super ecclesiasticis iuribus terminandam committit. iii non. Mai. a° 7°. ‖ Ioh. Mich. Weinrich Kirchen- u. Schulen-Staat des Fürstenth. Henneberg (Leipzig 1720. 8°) 125. — »Dilectus filius prepositus.«

» 6 » (7011) Capitulo Hamburgensi capellam S. Nicolai, villas Hernesfelde et Bergfelde nec non redditus duorum mansorum de Hotsflete et quos in molendino Hamburgensi habet, confirmat. ii non. Mai. a° 7°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 406. n° 463. — »Cum a nobis.«

» 8 » (7012) Abbati et conventui de Cupro Cisterc. ord. ecclesiam s. Medardi, quam eis episcopus S. Andreae de voluntate A(lexandri) regis Scotiae patroni eiusdem contulerat, auctoritate apostolica confirmat. viii id. Mai. a° (6°, *sed legas*) 7°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 227. — »Significastis nobis quod.«

**1223.**

Mai. 9 | Laterani | (7013) Moniales S. Mariae de Goslaria, quarum praepositum nomine Henricum »hominem reprobum et merito reprobatum« C(onradus) Hildensemensis episcopus exigentibus eius culpis a monasterio ipso amoverat, monet, ut praedicto episcopo humiliter intendentes praeposito, quem ipsis assignaverit, obedientiam debitam exhibeant. VII id. Mai. a° 7°. ‖ Sudendorf Registr. II. 163. n° 75. — »Cum nonnunquam membrum.«

» 11 | » | * (7014) (Andreae) episcopo Pragensi confirmat diploma Otacari regis Bohemiae super immunitate ecclesiastica (d. d. In monte Scac 1221. VI non. Iul.). V id. Mai. a° 7°. ‖ Palacky Reise 23. n° 93bis; Erben Reg. Bohem. I. 312. n° 674.

» 11 | » | (7015) Cisterciensibus et universis aliis abbatibus Cisterciensis ordinis in generali capitulo constitutis significat, se monasterium s. Dominici de Sora per malitiam inhabitantium pene penitus desolatum monasterio Casaemarii univisse; monet eos, ut nihil omnino contra hoc privilegium attemptent. V id. Mai. a° 7°. ‖ Rondinini Monast. de Casaemario 128. — »Quum sciatis nos.«

» 13 | » | (7016) Episcopo Terdonensi, praeposito S. Martini Alexandrini et archipresbytero de Luurno Terdonens. dioc. controversiam inter archiepiscopum Ianuensem et communitatem Castri s. Romuli Albinganens. dioc. super iurisdictione eiusdem castri *etc.* exortam committit diiudicandam. III id. Mai. a° 7°. ‖ Lib. iurium reipubl. Genuensis (Hist. patr. monum.) I. 666. n° 570. — »Venerabilis frater noster.«

» 13 | » | (7017) Viro nobili V... Cotinacensi eisque qui cum illo transibunt in Graeciam in Willelmi marchionis Montisferrati auxilium ad defensionem regni Thessalonicensis plenam peccatorum veniam indulget. III id. Mai. a° 7°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1223 § 12. — »Dilectus filius nobilis.«

» 13 | » | (7018) Universis abbatibus Cisterciensis ordinis et fratribus hospitalis s. Iohannis Hierosolymitani et militiae Templi ac religiosis aliis praesentes litteras inspecturis mandat, ut professos ordinis Grandimontensis qui hunc deserant, ad Grandimontensem ecclesiam remittant vel eos contra privilegia dicto ordini concessa nullatenus de cetero recipiant. III id. Mai. a° (6°, *sed legatur*) 7°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 229. — »Dilecti filii prior.«

» 15 | » | (7019) Narbonensi capitulo monasterium Electense confirmat. Id. Mai. a° 7°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 114. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 16 | » | (7020) Decano et capitulo S. Martini Leodiensis ecclesias de Milehem, de Famala, de Berreste, de Ufei et de Marciis, quas (Engelbertus) Coloniensis archiepiscopus metropolitanus et (Fridericus) episcopus Leodiensis diocesanus loci ad relevamen dictae ecclesiae et cultum in ea pristinum reparandum ipsis concesserant, confirmat. XVII kal. Iun. a° (6°, *sed legas*) 7°. ‖ Martene Ampl. coll. I. 1166; Miraeus Opp. diplom. III. 385. — »Sane significastis nobis.«

» 17 | » | (7021) (Grumerio) episcopo, abbati S. Savini et praeposito S. Euphemiae Placentinis scribit, monasterium s. Sixti Placentinum olim duabus partibus castri et curtis Wastallae a communitate Cremonensi per violentiam spoliatum esse eosque curtem Luciariae ad idem monasterium pertinentem contra iustitiam detinere, sed abbati conquerenti possessionem petitorum tandem adiudicatam esse. Mandat eis, ut abbatem in possessionem eorum corporaliter inducant et defendant inductum. XVI kal. Iun. a° 7°. ‖ Affò Ist. di Guastalla I. 362. n° 53. — »Si potestas et.«

» 17 | » | (7022) (Alberto) archiepiscopo Magdeburgensi (legato in partibus Italiae superioris) *scribit de eadem re* eumque rogat et monet, ut nullum ex Cremonensibus propter illos excessus excommunicatis et interdictis sibi communicare permittat et dictum abbatem in possessionem bonorum potestate sibi tradita inducat. XVI kal. Iun. a° 7°. ‖ Böhmer Acta imper. II. 663. n° 955. — »Si legationis officium.«

* *In eundem modum* (Alberto) episcopo Tridentino (legato in partibus Tusciae).

» 18 | — | † (IX) (Christiano) episcopo Prussiae possessiones et villas, quas Conradus dux Masoviae in terra Culmensi ei eiusque successoribus (a° 1222. Aug. 5.) donaverat, auctoritate apostolica confirmat. »Romae ap. S. Petrum« XV kal. Iun. a° (23°, *corrigit David in*) 7°. ‖ Acta Boruss. I. 272; *cf.* David Preuss. Chronik II. 28. — »Iustis petentium desideriis.« *Bulla spuria, cum* Honorius III *nonnisi* a° 1219. ap. S. Petrum *residentiam fecerit. Cf.* 1230. Ianr. 12.

» 19 | Laterani | (7023) Ecclesiam Spirensem tuendam suscipit eiusque domos, possessiones ac alia bona confirmat. XIV kal. Iun. a° 7°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 165. n° 149. — »Iustis petencium desideriis.«

» 20 | » | (7024) (Guilelmo) archiepiscopo Remensi apostolicae sedis legato transmittit, cum, instaurando adversus Tolosanos bello, quidam dubitarent an praecise terra sit abiudicata Raymundo quondam comiti Tolosano (in concilio Lateranensi), statutum a patribus non ambigue factum; nec etiam filio eius parcendum decernit, cum ille provisione patri servata indignum se penitus praestiterit. XIII kal. Iun. a° (6°, *sed legas*) 7°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 722. — »Intelleximus quod aliqui.«

* *In eundem modum* Ph(ilippo) regi Francorum.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1223.** |
| Mai. 23 | Laterani | (7025) Abbatibus et fratribus ordinis Praemonstratensis inhibet, ne in alienis causis procuratores esse praesumant. x kal. Iun. a° (6°, *sed legatur*) 7°. ‖ Hugo Sacrae antiq. monum. I. 482; Le Paige Bibl. Praem. 653. — »Cum relictis saeculi.« |
| » 23 | » | (7026) Abbatibus et fratribus universis ordinis Praemonstratensis concedit, ut canonicos et conversos suos post professionem ordinis factam ab ecclesiis suis malevole recedentes, qui domos ordinis incendere ac graviter alias damnificare praesumant, quamdiu in sua malitia perdurarint, sub ea possint custodia detinere, quod eis aut eorum domibus molestias inferre nequeant. x kal. Iun. a° (6°, *sed legendum*) 7°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 653. — »Cum sicut ex.« |
| » 23 | » | (7027) Reginaldum regem Insularum, qui ad exhortationem P(andolfi) Norwicensis episcopi, tunc electi et apostolicae sedis legati, insulam de Man ecclesiae Romanae donaverat eandemque ab ecclesia Romana in feudum receperat, et terram eius cum omnibus bonis in protectionem suscipit. x kal. Iun. a° 7°. ‖ Raynaldi Ann. eccles. ad a. 1223 § 53 *non integra*; Chron. reg. Manniae ed. P. A. Munch 90; Theiner Mon. Hibern. 21. n° 51; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 387. n° 63; Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VII. I. 11. n° 11. — »Prompte fidei et.« |
| » 23 | » | (7028) De Cardon et de Bello Podio abbatibus et priori de Galer Urgelens. dioc. mandat, tribuant abbati et conventui Populeti Cisterc. ord. licentiam, ut quasdam terras, quas per 40 annos absque decimarum et primitiarum onere possederunt, dent vicinis agricolis excolendas sine onere memorato. x kal. Iun. a° (6°, *sed legas*) 7°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 228. — »Dilectus filius abbas.« |
| » 25 | » | * (7029) Decanum Salisburgensem et magistrum H(ainricum) canonicum Osterhovensem in causa clerici cuiusdam, possessionem ecclesiae in Usterling reclamantis commissarios constitutit. VIII kal. Iun. a° 7°. ‖ Lang Regesta II. 132. |
| » 25 | » | * (7030) Abbatem de Raitenhaslach et magistrum Hainricum canonicum Osterhovensem in causa monasterii Altahae [Niederaltaich] contra monasterium s. Floriani patronatum parochiae Spizensis concernente commissarios nominat. VIII kal. Iun. a° 7°. ‖ Lang l. c. 132. |
| » 26 | » | (7031) Stephano Cantuariensi S. R. E. cardinali et Eboracensi archiepiscopis eorumque suffraganeis ac ecclesiarum praelatis per Cantuariensem et Eboracensem provincias constitutis mandat, ut abbates et fratres Cisterciensis ordinis a praestatione decimarum servent immunes. VII kal. Iun. a° (6°, *sed legerim*) 7°. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 196. — »Cum abbates Cistercienses.« |
| » 29 | » | (7032) Bennoni episcopo Senogalliensi annuit et ecclesiam Senogalliensem sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. IV kal. Iun. indict. XII (!). incarn. dom. a° 1223. a° 7°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 868. — »In eminenti apostolicae.« |
| » 30 | » | (7033) Abbatissae ac conventui de Brailla Cisterc. ord. mandat, ut F. reclusam domus s. Lazari Cameracensis, cui sit licentia concessa Cisterciensem ordinem assumendi, in sororem suam sine difficultate admittant. III kal. Iun. a° (6°, *sed legas*) 7°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 240. — »Dilecta in Christo.« |
| Iul. 24-1223 Mai. 31 | » | (7034) Cantori et magistris Gaufrido et Girardo canonicis Parisiensibus mandata dat de gravi questione Laudunensis episcopi, a quo nuper Remense capitulum postulaverat, ut pro reparanda ecclesia Remensi eis per Laudunensem diocesim litteras praedicationis concederet unum annum indulgentiarum expresse continentes *etc.* A° 7°. ‖ Marlot Metrop. Remens. II. 470; Marlot Hist. de Reims III 781. n° 130; *finis desideratur.* — »Venerabilis frater noster.« |
| (Mai. exeunte) | » | (7035) Philippo Francorum regi nunciat, Fridericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae apud colloquium in Campania celebratum se post biennium transfretaturum iuravisse et ducturum in uxorem (Iolantem) filiam (Iohannis) regis Hierosolymitani promisisse. *Sine signo chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1223 § 1; *non integra* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 375. — »Iustus Dominus in.« *Cf.* n° 6994. 6997. |
| Iun. 7 | Signiae | (7036) (Stephano) abbate et conventu monasterii Casinensis petentibus sententiam inter L. priorem ecclesiae s. Gregorii de Spaczano ad Casinense monasterium pertinentis et abbatem de Scusa »super eo quod idem prior se ab ipso eadem ecclesia contra iustitiam spoliatum fuisse dicebat« ab episcopo S. Marci latam corroborat. VII id. Iun. a° 7°. ‖ Tosti Monte-Cassino II. 304. — »Ea quae iudicio.« |
| » 12 | » | (7037) Conventu ecclesiae s. Trudonis (ord. s. Ben.) Leodiens. dioc. petente inhibet, ne pro advocatorum monasterii delicto villae ad ipsum pertinentes interdicto ecclesiastico supponantur. II id. Iun. a° 7°. ‖ Piot Cartul. de St. Trond I. 179. n° 143, *male ad* a. 1222. — »Cum a nobis.« |
| » 13 | (») | (7038) Constantino episcopo Scalensi, Matthaeo archidiacono et Constantino Fabaro subdiacono suo canonicis Amalphitanis causam inter Iacobum de S. Severino comitem Avellini et Nicolaum Salernitanum archiepiscopum super iure patronatus *etc.* committit decidendam. Id. Iun. a° 7°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 329. — »Dilectus filius nobilis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1223.** |
| Iun. 17 | Signiae | • (7039) Abbatiam s. Mariae in Spinoso loco [Epinlieu] cum omnibus bonis protegendam suscipit eique specialiter silvam de Vakeresce dictam »la Haie d'Ameries«, bona in Capella [Chapelle] et de Fontonio [Fontigny], molendinam in Solier (?) de Hauchin *etc.* confirmat. xv kal. Iul. a° 7°. ‖ Devillers Descript. III. 21. n° 36. |
| » 18 | ( » ) | (7040) C(onradum) Portuensem episcopum apostolicae sedis legatum hortatur, ut, si tractatum concordiae inter A(malricum) comitem Montisfortis et R(aimundi) quondam comitis Tolosani filium R(aimundum) perduci contigerit ad effectum, provideat »quod ius Vivariensis episcopi .. in castro de Fanjau et Argentariae ... in ipsa concordia conservetur illaesum.« xiv kal. Iul. a° 7°. ‖ Vaissette Hist. de Languedoc III. pr. 282; Bouquet Rec. XIX. 732. — »Licet credamus quod.« |
| » 18 | ( » ) | • (7041) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Mauritii ord. s. Aug. prope Halas Sax. in die dedicationis annuatim visitaverint, indulgentiam 30 dierum concedit. ‖ Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 747. n° 14. |
| » 22 | » | • (7042) Causam inter Andream episcopum Pragensem et Otakarum regem Boemorum super iurisdictione, decimis et restitutione privilegiorum ecclesiae olim versam, sed nunc praestita regis cautione et iuramento compositam bullae suae munimine roborat. x kal. Iul. a° 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 152. n° 150; Erben Reg. Bohem. I. 310. n° 668 et n° 676. |
| » 27 | » | (7043) Frederico Romanorum imperatori et regi Siciliae conqueritur, quod Capuanae et Aversanae ecclesiis ipse providere praesumat et si alios ad easdem ecclesias curia Romana miserit, hos recipi prohibeat, adiectis verbis in auctoritatem pontificalem contumeliosis. Ius suum in ecclesias regni Siciliae memorat eumque hortatur, ut saniori usus consilio asperitatem verborum negando removeat et in nuntium ipsius refundat. v kal. Iul. a° 7°. ‖ Hahn Collect. I. 321; Raynaldi Ann. a. 1223. § 15—19 *non integre*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 384. — »Venientem ad praesentiam.« |
| Iul. 1 | » | (7044) Capitulo Bononiensi statuta, quae pro ecclesiae suae honestate ac statu fecerunt, confirmat, ea ipsa de verbo ad verbum inserens. Kal. Iul. a° 7°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. II. 173. — »Cum a nobis.« |
| » 1 | » | (7045) Angelica fundatrice ecclesiae s. Mariae de Monte de Guardia postulante ad exemplar Innocentii praedecessoris sui dictam ecclesiam a iurisdictione episcopi et ecclesiae Bononiensis eximit. Kal. Iul. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 15. n° 30. — »Cum pias postulantium.« |
| » 5 | » | (7046) Rectori et fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia institutam ab Innocentio (d. 3. Ianr. 1208) stationem apud idem hospitale quotannis celebrandam, solemnemque supplicationem effigiei Salvatoris delatione habendam confirmat. III non. Iul. a° 7° (8° *Bzov.*) ‖ Bullar. Vatic. I. 110; Bzovius Annal. XIII. 235; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 387; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1223 § 21. — »Ad commemorandas nuptias.« |
| » 6 | » | (7047) Compositionem inter (Ottonem) episcopum Traiectensem et W(illelmum) quondam comitem Hollandiae olim super quibusdam hominibus (in Frisia orientali) amicabiliter initam confirmat. II non. Iul. a° 7°. ‖ Kluit Hist. crit. Holland. II. I. 444. n° 105; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 164. n° 282. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 7 | ( » ) | (7048) Decano et capitulo Aniciensibus notificat, se Stephano Aniciensi electo ordines diaconatus et presbyteratus propriis manibus impendisse eumque in episcopum consecrasse, pallio ipsi collato. Non. Iul. a° 7°. ‖ Gallia christ. II. (1720.) 711; Gissey Discours historique 374. — »Venerabilem fratrem nostrum.« |
| » 8 | » | (7049) Episcopo Ilerdensi mandat, ut canonicis Lavacensis ecclesiae incorporandi Cisterciensi ordini et abbati et conventui Bonifontis recipiendi ecclesiam Lavacensem in filiam concedat licentiam. VIII id. Iul. a° 7°. ‖ Aguirre Conc. Hispan. V. 183. n° 5; P. de Marca Marca Hispan. 1405. — »Ex litteris venerabilis.« |
| » 10 | » | (7050) Primogenito subdiacono suo Zagrabiensi canonico, cui, Zagrabiensi ecclesia incendio devastata, (Cosmas) episcopus quondam Georiensis suae ecclesiae canonicatum cum quibusdam decimis concesserat, hanc concessionem confirmat. VI id. Iul. a° 7°. ‖ Katona Hist. crit. V. 410; Fejér Cod. dipl. III. I. 416, — »Sicut in nostra.« |
| 11 | » | (7051) [S. Aegidii, S. Iacobi et S. Petri (de Posega) abbatibus Vesprimiens. et Quinqueeccles. dioecess. *om. Farl.*] committit inquirendam causam (Stephani) Zagrabiensis episcopi, quem magister Primogenitus praepositus et capitulum de Ceresmen (Ceretinense *Farl.*) accusaverant, quod ecclesiam ipsorum incendio devastasset, homicidium perpetrasset et pro iniectione manuum in quosdam ipsius ecclesiae canonicos violenta vinculo excommunicationis astrictus divina temere celebrasset. Mandat eis, cogant episcopum ipsum ut in festo nativitatis dominicae se propter hoc apostolico repraesentet conspectui. V id. Iul. a° 7°. ‖ Koller Episc. Quinqueeccl. II. 55; Farlati Illyr. sacr. V. 361; Katona l. c. 408; Fejér l. c. 416; Theiner Mon. Hungar. I. 41. n° 84; *cum inscriptione* Magistro et fratribus Praedicatorum Zagabriensibus *in* Ripolli Bullar. Praed. VII. v. n° 40. — »Insinuantibus olim nobis.« |

**1223.**

Iul. 11 | Signiae | (7052) Abbatem et conventum monasterii s. Victoris Massiliensis a suspensionis sententia in ipsum ab Ebredunensi archiepiscopo prolata absolvit et huic praecipit, ut tres monachos eligat consiliarios in administratione monasterii et delinquentes secundum regulam puniat. v id. Iul. a° 7°. || Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 80. — »Auditis quae fuere.«

» 12 | » | (7053) Consules Terracinenses monet et hortatur, ut comitem Alemannum, qui cum navibus et aliis vasis nuper applicuit Terracinam, tamquam ipsorum protectioni et securitati suppositum cum familia et omnibus bonis suis habeant commendatum. iv id. Iul. a° 7°. || Contator Hist. Terracin. 182. — »Ex litteris vestris.«

» 13 | » | (7054) Episcopo et praeposito Foroiuliensibus mandat, faciant ut potestas et commune Massilienses sextam partem curiae et iurisdictionis civitatis Massiliensis ad monasterium s. Victoris de iure spectantem, quam detinent, abbati eiusdem monasterii restituant. iii id. Iul. a° 7°. || Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 74. — »Dilectus filius abbas.«

» 14 | » | (7055) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis contra illos, qui falsas reliquias et litteras nomine s. Antonii praeferentes elemosynas ad opus pauperum aut verius ad luxum proprium a fidelibus extorquent, mandata dat. ii id. Iul. a° 7°. || Bullar. Roman. ed. Taur. III. 389. n° 65. — »Grave gerimus et.«

» 15 | » | (7056) Priorem et ecclesiam Pisanorum cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem redditus et possessiones eidem ecclesiae ab I(ohanne) tit. S. Praxedis presbytero cardinale tunc apostolicae sedis legato collatas ei et per eum ipsi ecclesiae confirmat. Id. Iul. a° 7°. || Ughelli Ital. sacra III. 419. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 15 | (») | »Philippus rex (Franciae).... apud Meduntem ii id. Iul. (d. 14. Iul.).... spiritum exhalavit et in crastino a Corrado Portuensi episcopo cardinale ... in abbatia s. Dionysii in Francia sepelitur..... Eodem die et eadem hora pontifex Romanus Honorius, cum esset in quadam urbe Campaniae Italorum, exequiarum officium pro dicto rege, revelatione sibi divinitus ostensa.... cum cardinalibus celebravit.« || Guil. de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 169.

» 17 | » | (7057) Priori Fossae Novae mandat, ut, cum Pontiana, Senona, Palmaria et S. Martini insula sint sedi apostolicae specialiter subiectae, Cremitis ibidem Domino famulantibus usque ad biennium visitationis officium impendat. xvi kal. Aug. a° (8°, *sed legas*) 7°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 483, *fragm., ubi bulla perperam* Gregorio IX *tribuitur, licet ab* Honorio III *scripta sit.*

» 19 | » | * (7058) Eustorgio Nicosiensi archiepiscopo *etc.* Confirmat statuta facta in Antiochia a P(etro) tit. S. Marcelli presbytero cardinale, dum ibidem legationis officio fungeretur; quae statuta descripta habentur ad verbum. xiv kal. Aug. a° 7°. || MasLatrie Hist. de Chypre II. 46, III. 622. not. 4.

» 19 | » | (7059) Petro Leonis de Corneto confirmat sententiam, quam O(ctavianus) SS. Sergii et Bacchi diaconus card. pro eo tulerat in lite, quam idem cum potestate et populo Cornetanis habuerat. xiv kal. Aug. a° 7°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 75. n° 126. — »Cum causam que.«

» 20 | » | (7060) Potestati et communi Massiliensibus significat, se, nisi quadringenta marcas Valentiae monasterio s. Victoris reddendas curaverint, episcopo et praeposito Foroiuliensibus esse mandaturum, ut eos ad id per censuram ecclesiasticam cogant. xiii kal. Aug. a° 7°. || Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 82. — »Dilectus filius abbas.«

**1222 — Iul. 24 — 1223.**

»Istos dominus Honorius pp. III consecravit: archiepiscopum Tarantasiensem, episcopum Nivernensem, episcopum Aniciensem, episcopum Mutinensem, episcopum Pistoriensem, episcopum Suanensem, episcopum Verulanum, episcopum Rapollanum.« || Regist. H-i post epist. 230 ap. Raynald. Ann. ad a. 1223 § 22.

— | — | (7061) Magistris Guidoni et Durando archidiaconis et Ar. Espero canonico Lemovicensibus mandat, ut, cum nobilis mulier C(ambonia) comitissa Arverniae monstraverit, se a domino Borbonii super quibusdam castris et villis ad eam spectantibus vexari, partibus convocatis causam audiant et appellatione remota eam iure canonico terminent. A° 7°. *Sine die et mense.* || Baluze Hist. généal. de la maison d'Auvergne II. 83. — »Dilecta in Christo.«

**1223.**

Iul. 24 | Signiae | (7062) Decano, cantori et P. canonico S. Audomari Morinens. dioc. mandat, ut inquirant et de lite pronuntient, si quid ab episcopo Olornacensi (*i. e.* Tornacensi) factum sit

**1223.**

contra privilegia a sede apostolica ecclesiae s. Donatiani Brugensis concessa. IX kal. Aug. a° 8°. ‖ Miraei Opp. dipl. II. 989. — »Dilecti filii decanus.«

Iul. 25 Signiae (7063) Novariensis capituli statuta sic temperat, ut canonici cota vel capa nigra et clausa utantur in matutinis et missis et sufficiat sexarius numerus sacerdotum archipresbytero. XIII kal. Aug. a° (7°, *sed legas*) 8°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1283. — »Inter statuta quae.«

» 27 » (7064) Magistro A(contio) capellano suo apostolicae sedis legato mandat, ut G(unzello) Spalatensi electo in gratiam recepto pallium dudum transmissum assignet. VI kal. Aug. a° 8°. ‖ Farlati Illyr. sacr. III. 254; Thomas archidiac. Hist. Salon. c. 27; Katona Hist. crit. V. 411; Fejér Cod. dipl. III. I. 418. — »Per G. Spalatensem.«

» 27 » (7065) (Gunzello) archiepiscopo Spalatensi mandat, ut abbatem monasterii s. Stephani de Spalato ex eo, quod, illo apud sedem apostolicam constituto, per capitulum Spalatense confirmationem electionis obtinuerit et per suffraganeos eiusdem ecclesiae ad petitionem ipsius capituli munus benedictionis acceperit, minime molestet. VI kal. Aug. a° 8°. ‖ Farlati l. c. 254; Katona l. c. 414; Fejér l. c. 419. — »Sicut per alias.«

» 29 » (7066) Abbati Vallis s. Petri Cisterc. ord. Coloniens. dioc., decano et praeposito Coloniensibus notum facit, se significantibus praeposito, decano ac quibusdam canonicis Paderbornensis ecclesiae audivisse, »quod abbas et decanus et canonici S. Petri Paderburnensis, Wernerus, B. et H. fratres eius milites de Bracle et quidam alii Paderburnensis et civitatis et diocesis in eorum ecclesiam temere irruentes ac molientes ipsius episcopatum Henrico eiusdem ecclesiae canonico sua conferre potentia, ipsum de facto in episcopum eligere praesumpserunt.« Mandat eis, ut statuant quod canonicum fuerit. IV kal. Aug. a° 8°. ‖ Schaten Ann. Paderborn. I. 998; Lünig Spicil. eccles. II. (Reichs-Arch. XVII.) 740. n° 73. — »Ad audientiam nostram.«

» 31 » (7067) (Guilelmo) archiepiscopo Remensi et eius suffraganeis et abbatibus, prioribus *etc.* in Remensi provincia constitutis mandat, ut, si quando clerici vel laici parochiani in aliquem fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. capiendo vel de suis equitaturis deiiciendo aut alias inhoneste tractando violentas manus iniecerint, huiusmodi praesumptores excommunicatos publice nuntient. II kal. Aug. a° 8°. ‖ Strehlke Tab. 329. n° 392. — »Paci et quieti.«

Aug. 5 » (7068) Frederico Romanorum imperatori et regi Siciliae significat, se auctoritate praesentium dispensare ut copuletur cum (Iolante) filia regis Hierosolymitani, quae ipsi in quarta consanguinitatis gradu attinere dicitur. Non. Aug. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. a° 1223 § 7, *non integra*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 394. — »Quia celestia.«

» 7 » (7069) Praeposito et conventu postulantibus monasterium Skaken cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Imminchus et de Godesleim ei confirmat. VII id. Aug. a° 8°. ‖ Schaten Ann. Paderborn. I. 999. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 8 » (7070) Abbati et conventui de Driburgh de Scocia Praemonstr. ord. ius patronatus, quod in ecclesia de Golyn S. Andreae dioc. canonice adepti sunt, confirmat. VI id. Aug. a° 8°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 213. n° 267, *ubi* Gregorio IX *haec bulla perperam tribuitur; equidem eius auctorem esse* Honorium III *puto*. — »Cum a nobis.«

» 9 » (7071) (Adamo) abbati et (?) priori de Melross et (Ricardo) decano de Thevidale Glasguens. dioc. causam vertentem inter conventum de Driburgh et monachos de May super quibusdam decimis ad ecclesiam Driburghensium de Kilrethny spectantibus committit cognoscendam et terminandam. V id. Aug. *sine* a° (8°). ‖ Liber S. Marie *etc.* 137 in n° 192, *aeque* Gregorio IX *erranter adscripta*. — »Querelam dilectorum filiorum.«

» 9 » (7072) Garziae Gundisalvo magistro militiae b. Iacobi eiusque fratribus privilegia et bona eiusdem militiae confirmat subditque: »Sit tamen omnibus praecipua cura et cautela continua, ut qui coniugium sortiti fuerint, continentiam custodiant coniugalem, et qui sine coniugio manere decreverint, inviolatam teneant castitatem« *etc.* V id. Aug. indict. XI. incarn. dom. a. 1224(!). pont. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1223 § 54, *nonnisi fragm.*

» 16 » * (7073) Honorius mande à (Gautier) archevêque de Sens, à (Eudes) abbé de Sainte-Colombe de la même ville et à (Robert) doyen de Sens, de juger la réclamation de (Hugues) évêque de Langres, qui prétend que Thibaut comte de Champagne lui aurait injustement enlevé des serfs et d'autres biens. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 201. n° 1554.

» 17 » (7074) Praeposito...., de S. Cruce et S. Andreae decanis Hildesemensibus mandat, investigent accusationem capituli Hamburgensis contra (Gerhardum) archiepiscopum Bremensem, cui crimini vertatur, compositionem inter ipsos super iure eligendi archiepiscopum et rebus aliis initam violasse. XVI kal. Sept. a° 8°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 407. n° 466. — »Dilecti filii, capitulum.«

» 18 » (7075) (Walterio) Senonensi archiepiscopo et (Guillelmo) episcopo Cathalanensi scribit, se comperisse, »quod licet Willelmus de Donnapetra (Dampetra *Bal.*) et (Aalais) regina

**1223.**

Cypri se in eo gradu propinquitatis attingant ut nequeant matrimonialiter copulari, nihilominus tamen tractatur de contrahendo matrimonio inter eos.« Mandat eis, ut si res ita se habeat, inhibeant praefato nobili publice ac expresse, ne ad huiusmodi copulam procedere praesumat. xv kal. Sept. aº 8º. ‖ I-i III Ep. ed. Baluze II. 852; Opp. ed. Migne III. 533; Bouquet Rec. XIX. 735; *cf.* Jubainville l. c. nº 1555. — »Ad audientiam nostram.«

Aug. 29 Signiae (7076) Pacem sive concordiam inter Theobaldum Campaniae ac Blancham comitissam matrem eius ex parte una et Erardum de Brena ac Philippam uxorem eius ex altera factam et ab utraque parte sponte receptam confirmat. iv kal. Sept. aº 8º. ‖ I-i III Ep. ed. Baluze II. 846; Opp. ed. Migne III. 988; Bouquet l. c. 735; *cf.* Jubainville l. c. 202. nº 1556. — »Si pedes evangelizantium.«

Sept. 4 » (7077) Pactum sive conventionem inter archiepiscopos et episcopos et capitula eorundem in terra G(aufridi) de Villa Arduini principis Achaiae citra passum Megarae Corinthiensis constitutos ex parte una et memoratum principem ac suos ex altera super universis ecclesiis positis sive sitis vel fundatis in Thessalonica usque Corinthum factam confirmat, tenore eius inserto. ii non. Sept. aº 8º. ‖ I-i III Ep. ed. Baluze II. 835; Opp. ed. Migne III. 968; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 390. — »Sedis apostolicae circumspectio.«

» 9 » (7078) Abbatissae et conventui s. Mariae de Parcheio Constantinopolit. Cisterc. ord. concedit ut abbas Cisterciensis, cum ipse visitationis officium propter locorum distantiam non possit impendere, suas vices abbati S. Angeli Constantinopol. eiusdem ordinis tam in visitatione quam in ordinatione quam in aliis committat. v id. Sept. aº 8º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 495, *ubi perperam* Gregorio IX *tribuitur; cf.* Garampi B. Chiara 367. — »Sedes apostolica pia.« •

» 10 » (7079) (Conrado) episcopo Portuensi apostolicae sedis legato committit, an propter casum inopinatum et ad reditum festinare compellentem (*i. e.* propter Raimundum iuvenem filium comitis Tolosani pacem respuentem) adhuc morari vel redire debeat. iv id. Sept. aº 8º. ‖ Bouquet Rec. XIX. 737. — »Significasti nobis casum.«

( » 14-Sept. 10) » (7080) (Vitali) Pisano archiepiscopo scribit terribilem zeloque plenam epistolam, quod eius favore consiliove Pisani cives Ubaldum »filium Belial, in iniquitate patentem, perfidum et Dei ecclesiae inimicum« in potestatem elegerunt. (xix kal.—iv id.) Sept. aº 8º. Ughelli Ital. sacra III. 428. — »Si ad tribunal.«

Oct. 2 Anagniae (7081) Compositionem inter priorem et fratres Carthusienses ex parte una et conventum monasterii de Iugo Dei ex altera super domo Montis Merulae intercedente R(ainaldo) Lugdunensi archiepiscopo initam confirmat. vi non. Oct. aº 8º. ‖ Guichenon Hist. de Bresse, preuv. 121. — »Ea quae iudicio.«

» 4 » (7082) Potestati et populo Perusinis nunciat, se pacem reformatam inter milites et commune civitatis Perusinae auctore I(ohanne) S. Praxedis cardinale initam confirmare. [Instrumentum concordiae insertum est.] iv non. Oct. aº 8º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 76. nº 127. — »Ea que auctoritate.«

» 5 » (7083) (Waltero) archiepiscopo Eboracensi et suffraganeis eius mandat, ut sententias excommunicationis, quibus nobilis vir Lewellinus dictus princeps Norwalliae et fautores eius per Stephanum Cantuariensem archiepiscopum S. R. E. cardinalem metropolitanum loci et suffraganeos eius nuntiati sint subiacere, per omnes cathedrales et alias civitatum et diocesum suarum ecclesias pulsatis campanis et accensis candelis *etc.* innovent et terras ipsorum interdicto arctissimo concludant. iii non. Oct. aº 8º. ‖ Rymer Foedera I. i. 96. — »Frequens sicut intelleximus.«

» 6 » (7084) Abbati de Cremismunster, S. Nicolai et de domo S. Floriani praepositis Pataviens. dioc. mandat, ut in causa excommunicationis, quam abbas de Walrebach eiusque collegae ad instantiam (Ludovici) ducis Bavariae contra abbatem conventumque monasterii Priviningensis tulerant post appellationem interpositam, iuxta priorum litterarum continentiam procedant. ii non. Oct. aº 8º. ‖ Mon. Boica XIII. 201. — »Sua nobis abbas.«

» 7 » (7085) (Thomae) Strigoniensi archiepiscopo concedit, ut praebendas tenues canonicorum suorum e proventibus capellarum in perpetuum annectendarum augmentare possit. Non. Oct. aº 8º. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 419; Theiner Mon. Hungar. I. 42. nº 86. — »Ex parte tua.«

» 14 » • (7086) Friderico Romanorum imperatori nunciat ordinationem a sede apostolica factam inter ecclesiam Messanensem et monasterium s. Salvatoris de lingua Phari, eumque monet ut gratam accipiat, cum minime in hoc iuri eius derogetur. ii id. Oct. aº 8º. *Meminerunt huius bullae* Bzovius Ann. eccl. a. 1224 § 2; Pirrus Sicil. sacra I. 403 (*uterque omissa temporis nota*); Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 398.

» 23 Laterani (7087) Abbatem et conventum de Esrom cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem possessiones de Husbii, de Haerluffe et de Wethleue ac alia bona eis confirmat. x kal. Nov. aº 8º. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 99. — »Iustis petentium desideriis.«

**1223.**

Oct. 23 Laterani (7088) Abbati et conventui S. Dionysii Parisiensis indulget, ut, si qui priores vel alii monachi in eorum domibus exterioribus existentes mutuum sine maioris et sanioris partis fratrum assensu contraxerint, exinde creditoribus respondere cogi minime possint. x kal. Nov. a° 8°. || Doublet Hist. de l'abb. de St. Denis 556. — »Quia melius est.«

» 25 » (7089) Ludovico regi Francorum, qui Ph(ilippi) regis patris sui obitum († d. 14. Iul. a. 1223) suamque in regnum promotionem nunciavit, rescribit patrem laudibus concelebrans et filio gratulans. Simul se pro Theobaldo de Ulliaco et consanguineis eius, quos rex commendaverat, se opem navaturum esse policetur. viii kal. Nov. a° 8°. || Raynaldi Ann. ad a. 1223 § 36. 37; Bouquet Rec. XIX. 737. — »Ineffabilis providentiae divinae.«

» 27 » (7090) Abbatem et conventum de Sora Cisterc. ord. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit eorumque possessiones confirmat. vi kal. Nov. a° 8°. || Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 99. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 30 » (7091) Abbati S. Vincentii Mediolanensis et priori S. Petri de Laude Veteri Laudens. dioc. causam vertentem inter abbatem conventumque S. Abundii Cumani et archipresbyterum clericosque S. Martini in Olza Placentin. dioc. super ecclesia s. Abundii de Bocarda committit diiudicandam. iii kal. Nov. a° 8°. || Tatti Annali di Como II. 931. — »Dilecti filii abbas.«

» 31 » (7092) Henrico comiti de Zwerin scribit, si, contempta excommunicationis poena, (Waldemarum) regem Daciae et filium eius praesumpserit detinere, se contra eum poenas alias excogitare curaturum esse »et specialiter imperialem dexteram« in eius exterminium concitaturum taliterque super eum gravaturum manum suam, »quod te ad ultimum poenitebit luctamen contra Deum et ecclesiam Romanam suscepisse, et erit sera poenitentia post ruinam.« ii kal. Nov. a° 8°. || Skand. Litterat. Selsk. Skrifter. XXI. 89; Meklenb. UB. I. 278. n° 292; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1223 § 29. — »Grandem et gravem.«

Nov. 1 » (7093) (Engelberto) Coloniensi archiepiscopo mandat, praecipiat Henrico comiti de Zwerin, ut infra mensem ex eo tempore, quo mandatum audiverit, (Waldemarum) regem Daciae et eius filium plenae libertati restituat et liberos abire permittat. Qui si his acquiescere monitis non curaverit, ipsum et omnes eius in hac iniquitate fautores excommunicet. Ad haec diocesim subiiciat interdicto. Denique »cum iam dictus comes fidelitatem in subditis suis invenire non debeat, quam in praefatum dominum suum tam dampnabiliter violavit«, quoslibet e vinculo fidelitatis astrictos ab illo denuntiet absolutos. Kal. Nov. a° 8°. || *Pars utraque prior* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1223 § 24—27; Gruber Orig. Livon. 263; *pars posterior* ap. Suhm Hist. af Danmark IX. 757; *integra ex utroque* Meklenb. UB. I. 280. n° 293; *cf.* Suhm l. c. IX. 448; Dahlmann Gesch. v. Dänemark I. 380. nota 1. — »Immanitas detestandi facinoris.«

» 1 » (7094) Fredericum Romanorum imperatorem monet et rogat, faciat ut dictus rex et filius eius plenae restituantur libertati, »imperialia super hoc scripta ita expressa dirigendo, quod eorum liberatio non possit diutius protelari.« Kal. Nov. a° 8°. || *Nonnisi pars ultima* ap. Suhm l. c. IX. 757; Meklenb. UB. I. 282. n° 294. — »Immanitas detestandi facinoris.«

» 2 » (7095) (Bertoldo) episcopo Lubicensi mandat, ut, nisi dictus comes infra mensem ipsum regem ac filium eius reddiderit libertati, ipsum et omnes eius in hac iniquitate fautores excommunicet. iv non. Nov. (a° 8°). || *Pars ultima* ap. Suhm l. c. IX. 757; Mekl. UB. l. c. n° 295. — »Immanitas detestandi facinoris.«

» 2 » (7096) Cives Lubicenses monet, ut fideles erga Waldemarum regem Daciae per Henricum comitem de Zwerin captum sese demonstrent. iv non. Nov. (a° 8°). || Suhm l. c. 758; Cod. dipl. Lubec. II. i. 4. n° 7; Meklenb. UB. l. c. n° 296. — »... Sicut vasa figuli.«

» 2 » (7097) Capitulo S. Martini Wormatiensis annuum 16 librarum Wormat. monetae redditum ab H(enrico) imperatore in recompensationem cuiusdam thelonei assignatum, et ecclesiam de Speiie a b. m. B(urchardo) Wormatiensi episcopo eis collatam confirmat. iv non. Nov. a° 8°. || Schannat Hist. episcop. Wormat. II. 105. — »Cum a nobis.«

» 4 » (7098) (Ottoni) episcopo Verdensi mandat, ut, nisi Henricus comes de Zwerin infra mensem Waldemarum regem Daciae ac filium eius reddiderit libertati, ipsum et omnes eius in hac iniquitate fautores excommunicatos publice nunciet et excommunicationem ipsam pulsatis campanis et candelis accensis solemniter publicet singulis diebus dominicis et festivis in sua diocesi, quamdiu rex ipse ac filius eius detenti fuerint in eadem. ii non. Nov. (a° 8°). || *Nonnisi pars ultima* ap. Suhm Hist. af Danemark IX. 758; *rep.* Meklenb. UB. I. 284. n° 297; *summatim* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1223. § 26. — ».... Cum igitur idem.«

» 15 » (7099) Lodovicum regem Francorum praemonet et rogat, ut, si forte ab (Aelide) regina Cypri vel nuntio eius vel quolibet alio super successione comitatus Campaniae fuerit requisitus, eorum precibus aures regias, donec causa natalium iamdictae reginae apostolico iudicio finem acceperit, non inclinet. xvii kal. Dec. a° 8°. || Innoc. III Ep. ed. Baluze II. 845; Opp. ed. Migne III. 985; Bouquet Rec. XIX. 739; *int.* Decret. H-i lib. 2. tit. 5

| | | |
|---|---|---|
| | | **1223.** |
| | | ed. Cironius 112; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 10 *de ord. cognit.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 252, *relata ad* a. 1219; ap. Richter II. 265; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 203. nº 1566. — »Tuam non credimus.« |
| Nov. 15 | Laterani | (7100) De Ripatorio Cisterc. ord. et Arremarensi abbatibus Trecens. dioc. mandat, ut de matrimonio Guidonis de Castellione cum (Agnete) filia (Hervei) quondam comitis Nivernensis matrimonio inquirant eisque iniungant, »ut se ad invicem abiurantes nullatenus cohabitare praesumant.« xvii kal. Dec. aº 8º. ‖ Bouquet l. c. 738. — »Ad aures nostras.« |
| » 15 | » | (7101) De Ripatorio Cisterc. ord. et Arremarensi abbatibus Trecens. dioc. et cantori Lingonensi scribit, Margaretam sororem (Iohannae) comitissae Flandrensis, quae olim cum Bochardo de Avennis matrimonium de facto contraxerit, cum de iure non posset, nunc simili modo contraxisse cum Willelmo de Donnapetra (Dampetra *Bal.*) proxima consanguinitatis linea sibi iuncto. Mandat eis, ut, si invenerint rem taliter se habere, iniungant utrique »ut se ad invicem abiurantes nullatenus cohabitare praesumant« *etc.* xvii kal. Dec. aº 8º. ‖ I-i III Ep. ed. Baluze II. 852; Opp. ed. Migne III. 533; Bouquet Rec. XIX. 738. — »Ad aures nostras.« |
| » 17 | » | (7102) (Laurentio) episcopo Wratislaviensi, abbati Lubensi et C. monacho quondam scolastico Wratislaviensi mandat, ut, cum (Vincentius) Cracoviensis episcopus non possit hoc tempore sine gravi Cracoviensis ecclesiae detrimento eiusdem regimen abdicare, ad recipiendam ipsius cessionem nullatenus procedant. xv kal. Dec. aº 8º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 482, *ubi male Gregorio IX tribuitur*; Theiner Mon. Polon. I. 14. nº 31; *cf.* Grünhagen Reg. I. 123. nº 275. — »Quondam nuntio venerabilis.« |
| » 17 | » | (7103) Decano et capitulo Cracoviensibus de superiore epistola significat eisque mandat, ut si (Vincentius) episcopus de novo regimen ecclesiae Cracoviensis suscipiat, eidem tamquam pastori animarum suarum intendant et obediant. xv kal. Dec. aº 8º. ‖ Theiner l. c. 15. nº 32. — »Quodam nuntio venerabilis.« |
| » 19 resp. 20 | » | (7104) Abbati et priori de Walkinrid et praeposito de Northusin Moguntin. dioc. causam conventus Ilseneburgensis et Rochmanni monachi eiusdem monasterii fine canonico terminandam committit. xiii (xii *(Eckst., Leuckf., UB.)*) kal. Dec. aº 8º. ‖ Chronic. Montis Sereni ed. Mader 183 (ed. Mencken *in* Scr. rer. Germ. II. 295; ed. Eckstein 167); Eckstorm Chron. Walkenrid. 89; Leuckfeld Antiqq. Walkenrid. II. 73; *cf.* UB. für Niedersachsen II. 101. — »Sua nobis abbas.« |
| » 22 | » | (7105) Archiepiscopo Cretensi mandat, ut abbati et conventui S. Thomae de Torcello ord. Cist. in Montana Nigra permittat aedificare domum super praedia de iure sui monasterii sita in ditione Cretensi. x kal. Dec. aº 8º. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. i. 229. — »Viros fovere religiosos.« |
| » 24 | » | (7106) Magistro Sdizlao archidiacono Zavikoztensi Cracoviens. dioc. indulget, ut in ecclesiis, a quibus beneficia obtinet, per vicarios idoneos deservire possit. viii kal. Dec. aº 8º. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 14. nº 30. — »Certantibus pro iustitia.« |
| » 27 | » | (7107) Mercatoribus Perusinis committit, ut, non obstante I(ohannis) card. S. Praxedis statuto, ex se rectores eligere possint, qui falsarios mensurae et ponderis puniant, pacis foedera ineant. v kal. Dec. aº 8º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 79. nº 128. — »Licet in civitate.« |
| » 29 | » | (7108) Fratri Francisco et aliis fratribus de ordine fratrum Minorum ordinis sui regulam ab Innocentio pp. praedecessore approbatam et praesentibus annotatam confirmat. iii kal. Dec. aº 8º. ‖ Cherubini Bullar. I. 80; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 394. nº 67; Waddingi Ann. Min. II. 70; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 15. nº 14; Fejér Cod. dipl. III. i. 462; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1223 § 55. — »Solet annuere sedes.« — »Eodem aº confirmavit b. Francisco regulam quam fecerat fratrum Minorum in Laterano iii kal. Dec. pontif. sui aº 8º«. ‖ Vita H-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Scr. r. Ital. III. i. 569. |
| Dec. 1 | » | (Yolen) reginam Hungariae: »Kal. Dec. aº 8º«. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 461, *vid.* 1224. Nov. 20. |
| » 4 | » | (7109) Pisano antistiti mandat, ut ecclesias suae diocesis diligenter visitans corrigat quae fuerint corrigenda, subditis suis iniungendo districte, ut corpus Christi cum omni honorificentia custodiant et tam vasa ministerii quam vestimenta ministrorum, pallas altaris et corporalia curent munda et nitida conservare. ii non. Dec. aº 8º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1223 § 22. — »Quia sicut dolentes.« |
| » 7 | » | (7110) (Obizoni) Terdonensi episcopo scribit de controversia inter abbatem S. Sixti Placentinum et communitatem Cremonensem super duabus partibus castri, curte Guastallae ac curte Luciariae vertentem eique mandat, ut appellatione remota in negotio procedat eodem iuxta litterarum tenorem ad episcopum Placentinum et eius coniudices directarum (*vid.* 1223. Mai. 17. nº 7021). vii id. Dec. aº 8º. ‖ Affò Ist. di Guastalla I. 364. nº 54. — »Orta dudum inter.« |
| » 11 | » | (7111) (Gualtero) archiepiscopo Senonensi mandat, ut ad relevationem negotii in partibus Albigensibus collapsi, ne dissolvatur penitus et Amalricus comes Tolosanus exire terram |

**1223.**

et ipsum deserere negotium compellatur, 5000 librarum mutuo absque dispendio morae recipiat easque dicto comiti transmittat. III id. Dec. a° 8°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 739. — »Sollicite intendentes ut.«

Dec. 12 | Laterani | (7112) (Simoni) archiepiscopo Bituricensi, (Hugoni) Lingonensi et (Garino) Silvanectensi episcopis praecipit, ut ad Ludovicum regem Francorum cum litteris, quas super facto Albigensium per eos illi praesentari velit, personaliter accedant regemque ad faciendum id, quod super hoc ab illo requirat, efficaciter inducant. II id. Dec. a° 8°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 858. n° 16; Bouquet l. c. 741. — »Fraternitati vestrae per.«

» 12 | » | (7113) (Mauricio) Cenomanensi et (Guillelmo) Andegavensi episcopis et abbati Burguliensi Andegav. dioc. mandat, ut, cum dissidium de iure primatiae Bituricensis ecclesiae in Burdegalensem provinciam recrudescat, causam instructam ad sedem apostolicam diiudicandam transmittant. II id. Dec. a° 8°. ‖ Bouquet l. c. 744. — »Cum felicis memoriae.«

» 12 | » | (7114) Dalonensi et de Palatio s. Mariae abbatibus Cisterc. ord. Lemovicens. dioc. mandat, iniungant (Giraldo) Burdegalensi archiepiscopo, qui b. mem. G(uillelmo) Bituricensi archiepiscopo provinciam eiusdem auctoritate primatiae visitare volenti se irreverenter opposuerit eique et eius sociis graves iniurias irrogaverit, ut ab instanti festo dominicae nativitatis ad annum coram conspectu apostolico compareat. II id. Dec. a° 8°. ‖ Bouquet l. c. 745. — »Venerabilis frater noster.«

* *In eundem modum* (Giraldo) Burdegalensi archiepiscopo.

» 12 | » | (7115) (Raynaldo) episcopo Ultrasylvano ad preces magistri et fratrum domus s. Mariae Teutonicorum, qui nullum praeter Romanum pontificem habent episcopum, mandat ut, si quas forte de facto in clericos vel alios habitatores terrae Bozae sententias protulerit, eas de facto revocet et ab illorum gravamine conquiescat. II id. Dec. a° 8°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 420; Schuller Archiv I. 232; Schlözer Krit. Samml. 323; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV). 22. n° 21; Theiner Mon. Hungar. I. 43. n° 87. — »Quod dilecti filii.«

» 13 | » | (7116) (Thomae) archiepiscopo Strigoniensi de superiore ad (Raynaldum) episcopum epistola significat eique mandat, ut, nisi dictus episcopus curaverit revocare sententias, si quas in saepedictos incolas promulgaverit, nullas esse denunciet. Id. Dec. a° 8°. ‖ Fejér l. c. 422; Schuller l. c. 234; Teutsch u. Firnhaber l. c. 23. n° 22; Theiner l. c. 43. n° 88. — »Quod dilecti filii.«

» 13 | » | (7117) Amalricum comitem Tolosanum certiorem facit, se a Ludovico rege Francorum studiosius flagitasse auxilium ad inimicos pacis et fidei debellandos, se etiam scribere de collectione vicesimae *etc.* Id. Dec. a° 8°. ‖ Bouquet Rec. XIX 740. — »Ecce super negotio.«

» 13 | » | (7118) Ludovico regi Francorum gratiarum actiones refert, quod super facto Albigensium christianissimi principis ostendit affectum, praelatis aliisque, qui se occasione facti regis ab ipsius subventione negotii retrahebant, facilem tribuit licentiam eidem negotio personaliter intendendi, et ad affectum producendum ei quidquid 10,000 marcarum argenti de elemosyna Philippi patris sui ad negotii eiusdem subsidium transmisit. Id. Dec. a° 8°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 860. n° 18; Bouquet l. c. 740. — »Dignas Deo laudes.«

» 13 | » | (7119) Fanensi et Feretranensi episcopis et abbati S. Mariae foris Portam Faventinam mandat, ut iudicium faciant inter potestatem ac commune Cervienses ex parte una et archiepiscopum Ravennatem ex altera, qui procedens hostiliter contra illos vineas, arbores et alia quae extra civitatem suam habebant, incidi fecerat nequiter et cremari. Id. Dec. a° 8°. ‖ Amiani Mem. di Fano 186. — »Sua nobis potestas.«

» 14 | » | (7120) Ludovicum regem Franciae rogat et obsecrat, ut, cum intra terminos regni sui, videlicet in partibus Albigensium, haeretici impugnent ecclesiam et fidem christianam evacuent, impiis eorum conatibus celeriter obviet, »ne illud modicum terrae quod adhuc tenent catholici, amittatur et pestis huiusmodi regnum Franciae maculet«, praesertim, cum Amalricus comes Tholosanus ad offerendum ei quidquid iuris in Tholosano comitatu habeat, paratus sit et Raymundus comes iam diu sit anathemate defixus atque in eo contumaciter obfirmatus. XIX kal. Ianr. a° 8°. ‖ Baluze Miscell. II. 255 (ed. Mansi III. 22), *ubi falso ad* a. 1225; Raynaldi Ann. ad a. 1223 § 42; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 857. n° 15; Percin Monum. convent. Tolos. fratr. Praedic. III. 70; Bouquet Rec. XIX. 741; Bullarium magn. Luxemb. IX. addend. p. 3. — »Cum reges et.«

» 15 | » | (7121) (Simoni) archiepiscopo Bituricensi mandat, ut ad relevationem negotii pacis et fidei in partibus Albigensium vicesimam huius anni et si quid restet de proxime praeteriti anni vicesima colligendum per suam diocesim et Turonensem provinciam sine morae dispendio colligere studeat. XVIII kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bouquet l. c. 739. — »Volentes ut negotium.«

* *In eundem modum* Remensi archiepiscopo — Senonensi archiepiscopo.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1223.** |
| Dec. 15 | Laterani | (7122) S. Victoris Parisiensis, S. Mariae de Vallibus Cisterc. ord. Carnotens. dioc. mandat, ut ad relevationem negotii pacis et fidei in partibus Albigensibus cogant exemptos in Senonensi provincia constitutos ad solutionem vicesimae anni proxime praeteriti et praesentis. xviii kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bouquet l. c. 742. — »Sollicite intendentes ad.« |
| » 18 resp. 19 | » | (7123) Archiepiscopos, episcopos et ecclesiarum praelatos, ad quos litterae istae pervenient, monet, ut discedentes ordinem fratrum Minorum post factam professionem, praesertim excommunicatione innodatos ab ipsis, evitent omnino, etiam, cum ab illorum prioribus et custodibus fuerint requisiti, excommunicatos illos nuncient, ut ad ordinem suum revertantur. xiv (xv *Sbar.*) kal. Ianr. a° 8°. ‖ Waddingi Ann. Min. II. 71; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 19. n° 15. — »Fratrum Minorum continent.« |
| » 21 | » | (7124) (Gerhardo) archiepiscopo et capitulo Bremensibus, qui ecclesiam Livoniensem Bremensi ecclesiae subiicere iure metropolitico gestientes (Albertum) Livoniensem episcopum multipliciter aggravabant, quamquam »iam secundario super hoc« receperant scripta apostolica, mandat, ut »cum praefatam ecclesiam Livoniensem .... ad manus nostras specialiter teneamus,« ab ipsius molestatione penitus desistant. xii kal. Ianr. a° 8°. ‖ Gruber Orig. Livon. 266; Scr. rer. Livon. I. 395. n° 45; Lappenberg Hamb. UB. I. 408. n° 467; Bunge Livl. UB. I. 60. n° 57; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1224 § 38. — »Grave gerimus et.« |
| » 21 | » | (7125) Monasterium s. Benigni Divionensis patrocinandum suscipit eiusque bona, iura ac privilegia confirmat. xii kal. Ianr. a° 8°. ‖ Pérard Recueil 406. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 23 | » | (7126) (Bernardo) episcopo Magalonensi concedit, ut sententiae excommunicationis et interdicti in Raimundum filium Raimundi quondam comitis Tolosani prolatae nullatenus relaxentur, donec castrum Melgorii, quod furtive subripuerat, restituerit. x kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 743. — »Cum sicut in.« |
| » 23 | » | (7127) Milites et populum de Melgorio obiurgat, quod a dominio Magalonensis episcopi ad partes Raimundi Tolosani desciverint, et poenam ab eis severiorem se repetiturum minatur, nisi in legitimam ditionem rursus concedere festinent. x kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bouquet l. c. 743. — »Quod de libertatis.« |
| » 29 | » | (7128) (Guilelmo) archiepiscopo Remensi mandat, ut de vicesima provideat P. archidiaconi Narbonensis expensis, qui apostolicas ad L(udovicum) regem Francorum litteras pro negotio pacis et fidei perferat. iv kal. Ianr. a° 8°. ‖ Bouquet l. c. 744. — »Cum dilectum filium.« |
| — | — | (7129) Abbati et conventui Cisterciensi sermones, quos diversis temporibus habuit ad clerum populumque Romanum, in unum volumen ordinatos transmittit. *Sine signo chronol.* ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 240. — »Aquas nostras iubemur.« |
| — | — | (7130) Archiepiscopo Narbonae significat, se a R(aimundo) filio quondam R(aimundi) comitis Tolosae recepisse litteras continentes, »quod est solemnes nuntios ad nostram praesentiam transmissurus.« Hortatur eum, det operam ut terra ita purgetur ab haereticis et ita ecclesiis fiat restitutio ablatorum et cum A(malrico) comite Tolosano taliter componatur, »quod ad audiendos iam dicti nobilis nuntios aures apostolicas inclinare merito debeamus.« *Sine signo chronol.* ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 282. — »Recepimus litteras nobilis.« |
| — | — | (7131) Andream regem Ungariae hortatur et obsecrat, ut exurgat in adiutorium Terrae sanctae: »exurgas et liberes terram illam, in qua salutem humani generis operatus est personaliter ipse Salvator. Exurgas ad contritionem nationis pravae atque perversae, quae ubi sit Deus christianorum improperat et multis insultat opprobriis nomini christiano« *etc. Sine signo chronol.* ‖ Theiner Vet. mon. hist. Hungar. illustr. 40; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 191. — »Iustus Dominus in.« |
| — | — | (7132) Universis Christi fidelibus per Flandriam et Brabantiam constitutis notificat, Fridericum imperatorem Romanorum et regem Siciliae venisse »ad nos Campaniam nobiscum de Terrae sanctae subsidio tractaturus, ibique .... idem imperator ad nostrum beneplacitum transfretandi terminum in festo s. Iohannis baptistae post biennium proxime secuturo suscepit.... Exurgat nunc qui dormit!« Iuxta statuta generalis concilii personas et bona eorum, qui crucis charactere insigniti laborem istum subierint, sub sua protectione suscipit, eis indulgentias concedit *etc. Sine signo chronol.* ‖ Hugo Sacrae antiq. monum. I. 122. — »Iustus Dominus in.« |
| — | — | Corisopitensi et Trecorensi episcopis: »A° 1223.« *Sine die et mense.* ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 242, *vid.* 1225. Sept. 1. n° 7469. |
| | | **(1221—1223.** Dec.) |
| — | — | (7133) (Nicolaum) Tusculanum episcopum, quem in terram comitis S. Aegidii ad praedicandum contra haeresin ibi pullulantem eamque extirpandam miserat e latere suo, qui |

**(1221—1223. Dec.)**
autem laboravit »potius pro denariis colligendis« et scandalizavit plurimos in regno Franciae, revocat, mandans ei, ne de cetero legationis officio ingerere se praesumat. *Sine nota chronol.* ‖ Schannat Vindem. I. 190. — »Divulgata est satis.«

**1224.**

Ianr. 5 — Laterani — (7134) Magdeburgensi, Maguntino et Coloniensi archiepiscopis et eorum suffraganeis et abbatibus, prioribus *etc.* per istorum provincias constitutis praecipit, ut illos, qui possessiones vel res monasterii Montis Sereni ord. s. Aug., quod ad Romanam ecclesiam nullo pertineat mediante, irreverenter invaserint *etc.*, si laici fuerint, publice excommunicent, si vero clerici vel canonici regulares aut monachi, ab officio et beneficio suspendant. Non. Ianr. a° 8°. ‖ Chronic. Montis Sereni ed. Mader 165 (ed. Mencken *in* Scr. rer. Germ. II. 283; ed. Eckstein 151). — »Non absque dolore.«

» 11 — » — (7135) Magistro A(ndreae) archiepiscopo quondam Lundensi et P(etro) episcopo Roskildensi mandat, ut (Petro) Lundensi electo, cum munus consecrationis acceperit, pallium tribuant et fidelitatis recipiant ab ipso iuramentum. III id. Ianr. a° 8°. ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 760; Liljegren Svenskt dipl. I. 232. n° 220; *cf.* Porthan Bullar. access. 15. n° 32. — »Dilecto filio Lundensi.«

» 11 — » — (7136) (Petro) electo Lundensi scribit, se eius electionem post (Andreae) quondam Lundensis archiepiscopi cessionem cassavisse, quia illa post publicationem consensuum et collationis tractatum aliquandiu fuerit protracta, sed, ne gregi dominico diu desit cura pastoris, ipsum Lundensi ecclesiae praeficiendum sese intellexisse. Eidem nunciat, se per magistrum Alberum et Andream presbyterum ei pallium mittere. III id. Ianr. a° 8°. ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 760; Liljegren l. c. 233. n° 221; Ep. decr. H-i lib. 1. tit. 5 *de elect.* c. 1 *cum inscript.:* »Electo Lugdunensi« ed. Cironius 32; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 46 *cum eadem inscript.* ap. Boehmer Corp. II. 73 *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 86; *epit.* ap. Neumann Hist. primat. Lundens. 169; *cf.* Porthan l. c. 16. n° 33. — »Cum post petitam.«

» 11 — » — (7137) Suffraganeos Lundensis ecclesiae monet, ut (Petro) electo tanquam patri et pastori animarum intendant eius monita suscipiendo ac inviolabiliter observando. III id. Ianr. a° 8°. ‖ Suhm l. c. 761; Liljegren l. c. 234. n° 222; *cf.* Porthan l. c. n° 34. — »Cum post petitam.«

* *In eundem modum eodemque die* Capitulo Lundensi.

» 13 — » — (7138) Gerardo Cremonensi episcopo indulget, ut cum metropolitani et capituli consensu de possessionibus minus utilibus episcopalibus, si necessitas exegerit, infeudare obligare vendere possit et locare. Id. Ianr. a° 8°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 604. — »De providentia tua.«

» 15 — » — (7139) Ecclesiam s. Mariae de Aquilar ordinis canon. s. Aug. tuendam suscipit omnesque eius possessiones nominatim recensitas confirmat. XVIII kal. Febr. indict. XI (!). incarn. dom. a° 1218 (!). pont. a° 8°. ‖ Yepes Coronica III. app. 26. — »Quoniam a nobis.«

» 15 — » — (7140) (Theobaldo) Rothomagensi archiepiscopo concedit, ut cum nonnullis suae diocesis clericis, qui ab aliis indebite ordinati sint, sed ob conversationis honestatem misericordia non indigni, dispenset et ad celebranda divina admittat. XVIII kal. Febr. a° 8°. ‖ Bessin Conc. Rothomag. II. 46. — »Cum sicut ex.«

» 16 — » — (7141) Abbatem et conventum Vallis Gaudii Praemonstr. ord. Carnotens. dioc. cum omnibus bonis adeptis et adipiscendis, specialiter autem possessionibus a regibus Franciae et a Bartholomaeo de Roya earum fundatore eis concessas sub b. Petri et sua protectione suscipit. XVII kal. Febr. a° 8°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. 576. — »Cum a nobis.«

» 19 — » — (7142) Potestati et populo Firmanis mandat, ut Firmano episcopo in omnibus temporalibus ut temporali domino suo, et in spiritualibus ut pastori animarum suarum plenarie respondeant eidemque fidelitatis iuramenta praestent. XIV kal. Febr. a° 8°. ‖ Cronache della città di Fermo 348. n° 74. — »Cum omnis a.«

» 20 — » — * (7143) Declarat se investivisse per vexillum Rainaldum Firmanum episcopum de comitatu Firmi *etc.* XIII kal. Febr. a° 8°. ‖ Cronache di Fermo n° 75.

» 20 — » — (7144) Fratres et sorores domus leprosorum de Banco [Terbanck] ord. s. Aug. Leodiens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit et, cum eorum domus novella sit et numquam habuerit priorem vel praelatum, abbati Villariensi Cisterc. ord. eiusd. dioc. indulget, ut eis tam in spiritualibus quam in temporalibus possit praeesse et praecipere. XIII kal. Febr. a° 8°. ‖ Analectes p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique VII. 321. — »Iustis petentium desideriis.«

» 20 — » — (7145) (Simoni) Bituricensi archiepiscopo mandat, ut vicesimam suae ac Claromontensis et Lemovicensis diocesium collectam et colligendam ad subsidium Terrae sanctae necnon et quod datum sit in eisdem diocesibus pro redemptione votorum penes ecclesiam s. Victoris Parisiensis deponat. XIII kal. Febr. a° 8°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 745. — »Fraternitati tuae de.«

**1224.**

Ianr. 21 Laterani (7146) Universis Christi fidelibus per regnum Datiae constitutis nunciat, se Willelmum abbatem monasterii s. Thomae quod dicitur de Paraclito in sanctorum numero retulisse. xii kal. Febr. a° 8°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 151. n° 17; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 399; Liljegren Svenskt dipl. I. 234. n° 223; *non integra in* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1224 § 30—32; *et* ap. Langebek l. c. VI. 150. n° 16; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 762; Porthan Bullar. access. 17. n° 36. — »Sacrosancta ecclesia divina.«

» 22 » * (7147) (Rudigero episcopo Chiemensi *add. Meiller*), abbati de Milstat et scolastico Frisingensi mandat, ut inquirant authentiam documentorum, quae abbas S. Lamberti contra archiepiscopum Salzburgensem pro exemptione monasterii sui a iure diocesano praedicti archiepiscopi praetulerat. xi kal. Febr. a° 8°. ‖ v. Ankershofen Urk.-Regest. *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXII. 362. n° 798; *cf.* Meiller Reg. d. Salzb. Erzb. 536. n° 102.

» 22 » * (7147 a) Praeposito, scolastico et thesaurario Naumburgensibus mandat, ut Q. militem, C. M. et quosdam alios laicos Misnensis dioc., qui in fratres monasterii Cellae s. Mariae manus violentas iniecerant, illos equis *etc.* privaverant, tamdiu excommunicatos publice nuntient, donec illis congrue satisfecerint. xi kal. Febr. a° 8°. ‖ Beyer Alt-Zelle 783. n° 923.

» 23 » (7148) Praeposito et capitulo Loensibus (ord. s. Aug.) Morinens. dioc. custodiam capellae Loensis confirmat. x kal. Febr. a° 8°. ‖ Hollebeke Cartul. de l'abb. St. Pierre de Loo 48. n° 41. — »Iustis petentium desideriis.«

» 23 » (7149) Abbatem et conventum monasterii de Passelet Cluniac. ord. Glasguens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terram quae dicitur Petglassy, possessiones et alia bona eis confirmat. x kal. Febr. a° 8°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 421. — »Iustis petentium desideriis.«

» 25 » (7150) Andreae abbati S. Mariae Aquilarensis annuit et praefatam ecclesiam de Aquilar ord. Praemonstr. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. viii kal. Febr. indict. XI(!). incarn. dom. a° 1223. pont. a° 8°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 108. — »Quoties a nobis.«

» 27 » (7151) (Otacarum) regem Boemiae rogat et hortatur, ut ecclesiae Wratislaviensis possessiones a cl. mem. (Wladislao Henrico) marchione Moraviensi per violentiam detentas, in quibus auri fodinae consistant, cum fructibus perceptis ex eis (Laurentio) Wratislaviensi episcopo et ecclesiae restituat, »cum, sicut nostris est auribus intimatum, ad manus tuas tam possessiones iam dictae, quam omnia bona marchionis praefati devenisse dicantur.« vi kal. Febr. a° 8°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 154; Theiner Mon. Polon. I. 15. n° 33; Erben Reg. Bohem. I. 313; *cf.* Palacky Reise 23. n° 94 bis. — »Olim (Cum *Erb.*) venerabile fratre.«

» 27 (») * (7152) Eidem Belam primogenitum (Andreae) regis Hungariae a patre persecutionem passum propter uxorem iussu pontificio receptam commendat. ‖ Fejér Cod. dipl. VII. v. 234. *Cf.* n° 7179.

» 28 » (7153) Abbati monasterii de Reiddathgthusen Cisterc. ord. scribit, se priori praefati monasterii, qui evangelizaverat in partibus Livoniae, sed ad claustrum illectus dulcedine contemplativae quietis reversus non erat, dedisse in mandatis, ut praedicationis officium resumat. Mandat abbati, ut illi super hoc non solum licentiam largiatur, immo praecipiat. v kal. Febr. a° 8°. ‖ Turgenevii Russ. Monim. I. 13. n° 13; Bunge Livl. UB. I. 60. n° 58. — »Cum dilectus filius.«

» 29 » (7154) Universos Christi fideles per regnum Datiae et Svetiae constitutos hortatur, ut, cum W(illelmum) in ecclesia s. Thomae de Paraclito quiescentem abbatem sanctorum catalogo adscripserit, ad dicti Thomae ecclesiam devote accedant; visitantibus illam 40 dierum indulgentiam concedit. iv kal. Febr. a° 8°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 153; Liljegren Svenskt dipl. I. 236. n° 224; *cf.* Porthan Bullar. access. 17. n° 37. — »Cum sensus hominis.«

» 29 » (Benedicto) episcopo Scarensi et (Petro) electo Lundensi: »iv kal. Febr. a° 8°«. ‖ Celse Appar. 60. n° 22, *vid.* 1224. Febr. 10. n° 7162.

» 30 » (7155) Episcopo, abbati S. Stephani et archipresbytero Bononiensibus mandat, ut ea quae de bonis episcopatus Mutinensis retroactis temporibus infeudata, vendita et donata invenerint, ad ius et proprietatem ipsius legitime revocent. iii kal. Febr. a° 8°. ‖ Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 78. n° 749. — »Venerabilem fratrem nostrum.«

» 31 » (7156) Priori et fratribus de Panzano dioc. Mutinens., qui suis abutebantur privilegiis in Mutinensis episcopi praeiudicium, mandat ut infra mensem responsales idoneos ad sedem apostolicam mittant »exhibituri et recepturi quod ordo postulat rationis.« ii kal. Febr. a° 8°. ‖ Tiraboschi l. c. 79. n° 750. — »Sicut venerabili fratre.«

» 31 » (7157) R(aimundum) filium R(aimundi) quondam comitis Tolosani certiorem facit, se benigne recepisse G. vicecomitem Cavellicensem, B. d'Avinione, P. Martin et magistrum G. eius nuntios illosque diligenter audivisse; simul ei significat, se in Franciae regnum

1224.

et in Provinciam R(omanum) S. Angeli diac. Cardinalem ad reparanda damna legatum mittere, eumque hortatur, ut mandatis legati et monitis ad Dei et sedis apostolicae gratiam promerendam obtemperet. II kal. Febr. a° 8°. || Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 283; Bouquet Rec. XIX. 745. — »Venientes ad apostolicam.«

Ianr. 31 | Laterani | * (7158) Baumburgensis monasterii privilegia et bona roborat. II kal. Febr. *Sine a°.* || Lang Regesta II. 140.

Febr. 3 | » | (7159) (Thomae) archiepiscopo Strigoniensi mandat, iniungat iudicibus quibus sint causae inter abbatem conventumque S. Martini in Pannonia et Abrigiensem (*legas* Zagrabiensem) episcopum capitulum necnon Albensem et Vesprimiensem praepositos et capitula super ecclesiis, decimis et rebus aliis vertentes commissae, ut infra festum assumptionis b. Mariae proximo venturum finaliter in eisdem causis procedant. III non. Febr. a° 8°. || Theiner Mon. Hungar. I. 43. n° 89; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 198. — »Dilecti filii...«

» 6 | » | (7160) (Norandino) episcopo Veronensi mandat, ut quibusdam clericis concubinariis suae diocesis, qui sententiam excommunicationis incurrerint ab episcopo Hostiensi tunc apostolicae sedis legato promulgatam, audita confessione illorum et iniuncta poenitentia salutari absolvat. VIII id. Febr. a° 8°. || Biancolini Serie dei vescovi di Verona 86. n° 11. — »Ex parte cleri.«

» 9 | » | (7161) Universos praelatos et clericos civitatis et diocesis Veronensis rogat et monet, ut (Norandino) Veronensi episcopo, qui pro commodo et honore ecclesiae suae ac specialiter pro facto monasterii s. Zenonis Veronensis labores plurimos subiit et expensas, ad supportandum onus huiusmodi subveniant. V id. Febr. a° 8°. || Biancolini l. c. 85. n° 10. — »Venerabilis frater noster.«

» 10 | » | (7162) (Benedicto) episcopo Scarensi et (Petro) electo Lundensi mandat, ut (Olaum) Strangensem episcopum Upsalensi ecclesiae praeficiant, solventes ipsum a vinculo, quo Strangensi ecclesiae teneatur. IV id. (kal. *Celse*) Febr. a° 8°. || Vastovii Vitis aquilon. 174; Liljegren Svenskt dipl. I. 237. n° 225; *cf.* Celse Appar. 60. n° 22. — »Intelleximus quod Vbsalensi.«

» 10 | » | * (7163) Rectori S. Iohannis de hospitali Mutinensi scribit de conquestione Mutinensis episcopi, quod praetextu exemptionis animarum parochianorum in civitate Mutinensi eodem irrequisito episcopo curam gerat eique obedientiam debitam deneget. IV id. Febr. a° 8°. || Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 79.

» 12 resp. 13 | » | (7164) Raynaldo Firmano episcopo repetit n° 6591 d. d. 1221. Mart. 15: »(II *add. Cr.*) id. Febr. indict. XII. incarn. dom. a° 1224 (!). pont. a° 8°« — »Etsi universis ecclesiis.« || Ughelli Ital. sacra II. 706; *cf.* Cronache della città di Fermo 348. n° 76.

» 14 | » | (7165) (Petro) archiepiscopo Lundensi regni Sueciae primatum ac ius pallia ab apostolica sede missa tradendi confirmat. XVI kal. Mart. ind. XII. incarn. dom. a° 1223. pont. a° 8°. || Liljegren Svenskt dipl. I. 194. n° 172. — »In eminenti apostolice.«

» 15 | » | (7166) A(ndreae) quondam Lundensi archiepiscopo concedit potestatem absolvendi eos, qui sunt de eius speciali familia et qui fundos Lundensis ecclesiae pro eius provisione assignatos inhabitant, si forte inciderint in canonem sententiae promulgatae. XV kal. Mart. a° 8°. || Liljegren l. c. 238. n° 226; *cf.* Porthan Bullar. access. 17. n° 38. — »Merita tue probitatis.«

» 16 | » | (7167) Priorem Camaldulensem monet, ut, cum nuper conventus monasterii Albarensis abbatem monasterii de Berardingis, quod ad prioris dicti coenobium pertineat, in abbatem suum elegerint, eidem tribuat libertatem ad Albarense monasterium transeundi. XIV kal. Mart. a° 8°. || Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 430. — »Cum nuper monasterio.«

» 18 | » | * (7168) Episcopis et capitulis Nicosiensis provinciae concedit, ut numerum clericorum augeant, cum ex compositione inita inter ipsos et (Alicem) reginam et barones Cypri proventus ecclesiarum sint augmentati. XII kal. Mart. a° 8°. || MasLatrie Hist. de Chypre II. 46.

* Archiepiscopo Nicosiensi *scriptum est super eo.*

» 20 | » | (7169) Ludovicum regem Francorum, ne quid Frederici Romanorum imperatoris et regis Siciliae profectio in Terram sanctam obsit quieti Occidentis, inducit, ut interim pacem cum Henrico rege Anglorum conciliet vel cum eodem inducias proroget saltem usque ad quadriennium: »Philippus pater tuus promissionem suam hoc faciendi morte praeventus adimplere nequivit.« X kal. Mart. a° 8°. || Bouquet Rec. XIX. 746. — »Cum cogitamus apud.«

» 20 | » | (Guilelmo) Rhemensi archiepiscopo et (Garino) episcopo Sylvanectensi: »X kal. Mart. a° 8°. || Duchesne Hist. Franc. scr. V. 860. n° 19, *vid.* 1224. Apr. 22. n° 7224.

» 20 | » | (7170) (Ericum) regem Svetiae hortatur, ut quiescat presbiteros et clericos regni sui expeditionum angariis et aliis saecularibus exactionibus aggravare et molestare. X kal. Mart. a° 8°. || Liljegren Svenskt dipl. I. 238. n° 227; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1224 § 37; *cf.* Porthan Bullar. access. 17. n° 39. — »Remittere consueverunt reges.«

* *In eundem modum eodemque die* Duci ac principibus regni Svetiae.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1224.** |
| Febr. 20 | Laterani | (7171) Eundem* monet et rogat, ut quiescat, vacantibus episcoporum regni sui ecclesiis bona earum violenter usurpare et diripere. x kal. Mart. a° 8°. ‖ Liljegren l. c. II. 239. n° 228; *cf.* Porthan l. c. n° 41. — »Qui paravit in.« |
| » 21 | » | (7172) B(uzad) comitem Posoniensem laudat, quod pro B(ela) rege primogenito (Andreae) regis Hungariae intrepide et pecuniam et res suas exposuit periculis illi fideliter adhaerens; monet eum, ut in fide et devotione ipsius persistat immobilis. ix kal. Mart. a° 8°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. i. 430; Theiner Mon. Hungar. I. 44. n° 91. — »Eo fidei tuae.« <br> * *In eundem modum* I. et M. comitibus et militibus cum B(ela) rege primogenito regis Hungariae commorantibus. |
| » 21 | » | (7173) (Andream) regem Hungariae monet, ut B(uzad) comiti de Poson et aliis cum B(ela) rege in terra (Leopoldi) ducis Austriae pro eius honore et custodia commorantibus favorem suum ostendat et gratiam per effectum. ix kal. Mart. a° 8°. ‖ Fejér l. c. 430; Theiner l. c. 44. n° 92. — »Cum nobilis vir.« |
| » 21 | » | (7174) Eundem hortatur, ut B(elam) regem primogenitum suum, »qui pro eo quod uxorem suam ad mandatum nostrum recepit, coactus est in terram (Leopoldi) ducis Austriae se transferre,« commendatum habeat et ad eius et suorum provisionem honestam de regno suo ei certos redditus assignet. ix kal. Mart. a° 8°. ‖ Fejér l. c. 431; Theiner l. c. 45. n° 93. — »Ventri a nobis.« |
| » 22 | » | (7175) (Robertum) episcopum Vesprimiensem, qui B(elae) regi eiusque uxori semper fideliter adstitit, hortatur, ut adhuc ei consilium et auxilium liberaliter et libenter impendat. viii kal. Mart. a° 8°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 12; Katona Hist. crit. V. 429; Fejér l. c. 432. — »Fraternitatem tuam dignis.« |
| » 22 | » | (7176) (Ugrino) archiepiscopo Colocensi et suffraganeis eius scribit de eodem argumento. viii kal. Mart. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1224 § 33; Katona l. c. 428; Fejér l. c. 433; Theiner l. c. 44. n° 90. — »Cum carissimus in.« |
| » 22 | » | (7177) (Leopoldum) Austriae ducem laudat, quod B(elam) regem benigne et honeste pertractat eumque hortatur, ut illum pro ecclesiae Romanae reverentia habeat propensius commendatum. viii kal. Mart. a° 8°. ‖ Dobner Monum. II. 364; Katona l. c. 430; Fejér l. c. 434; Theiner l. c. 45. n° 94; *cf.* Raynald. l. c. § 34; Rauch Oesterr. Geschichte II. 263. Anm. 2; Meiller Reg. der Babenberger 133. n° 186. — »Devotionem tuam in.« |
| » 22 | » | (7178) Episcopum Waciensem rogat et hortatur, ut, cum B(ela) rex gravem pro matrimonio suo persecutionem sustineat et propter hoc in terram ducis Austriae se transferre coactus sit, ei in hac adversitate consilium et auxilium impendat. viii kal. Mart. a° 8°. ‖ Theiner l. c. 45. n° 95; Fejér l. c. 432; Mon. Hung. hist. Dipl. VI. 199. — »Fraternitatem tuam dignis.« |
| » 22 | » | (7179) Otakarum regem Boemiae rogat et hortatur, ne regem B(elam) primogenitum A(ndreae) regis Ungariae, qui gravem pro eo quod uxorem suam ad mandatum apostolicum receperit, persecutionem sustineat et coactus sit ex hoc in terram (Leopoldi) ducis Austriae se transferre, ad patrem redire compellat, sed ei redditus certos assignet, ut in regno Boemiae cum uxore et suis honeste valeat commorari. viii kal. Mart. a° 8°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 314. n° 681; *cf.* Palacky Reise 23. n° 95; *supra* n° 7152. — »Cum carissimus in.« |
| » 23 | » | (7180) Praeposito, scholastico et cantori Mersburgensis ecclesiae causam plebani ecclesiae s. Georgii iuxta muros Hallis contra Burcardum, Ludolfum et Ruthmarum fratres laicos Magdeburg. dioc., qui quendam hortum ipsius ecclesiae contra iustitiam detinebant, cognoscendam et terminandam committit. vii kal. Mart. a° 8°. ‖ Dreyhaupt Beschr. des Saal-Creyses II. 785. — »Dilectus filius plebanus.« |
| » 23 | » | (7181) Episcopo Regino Bundenum de Buncillis et Bundenum de Arduino, castra ex terris comitissae Matildis, ad triginta annos sub annuo censu triginta librarum proveniensium concedit. vii kal. Mart. a° 8°. ‖ Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. 79. n° 129; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 401. n° 69. — »Cum Bundenum de.« |
| » 27 | » | (7182) P. subdiacono et notario suo apostolicae sedis legato mandat, ut comitatum Firmanum cum suis iuribus libere (Rainaldo) Firmano episcopo »qui de familia nostra extitit et quem nos creavimus in Firmanum episcopum,« sine qualibet dilatione dimittat et ipsum episcopum diligat et honoret. iv kal. Mart. a° 8°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 79. n° 130; Cronache della città di Fermo 349. n° 77. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 28 | » | (7183) (Nicolao) episcopo Roeskildensi praedicandae crucis officium in provincia Lundensi committit. iii kal. Mart. a° 8°. ‖ Skand. Literat. Selsk. Skrift. XXI. 11. — »Quum praedicandae crucis.« |
| Mart. 1 | » | (7184) G(erardo) archiepiscopo Bisuntino pauperes clericos convenientes ad scholas S. Stephani Bisuntini protegendos commendat. Kal. Mart. a° 8°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 64. — »Peccatis communicat alienis.« |

**1224.**

Mart. 2 — Laterani — (7185) (Simoni) archiepiscopo Bituricensi notum facit, se electionem (Stephani) sacristae Brivatensis in episcopum Mimatensem, impedimento originis, quod per I(nnocentium) pp. praedecessorem sublatum fuerat, non obstante, confirmare, eique mandat, ut illi consecrationis munus impendat. vi non. Mart. a° 8°. || Gallia christ. (ed. 1716.) I. 91. — »Cum optimum reparandi.«

» 7 — » — (7186) (Conrado) episcopo Ildesemensi et magistro Salomoni canonico Herbipolensi committit praedicandae crucis officium in provincia Maguntina et recenset privilegia quae eis attribuit, ut eorum sermones et labor fructum uberiorem afferant. Non. Mart. a° 8°. || Würdtwein Nova subs. IV. 120. — »Cum praedicandae crucis.«

» 9 — » — (7187) Capitulo Hamburgensi licentiam concedit, lectiones »*Te Deum laudamus*« et »*Gloria in excelsis Deo*« a septuagesima usque ad pascha et ab adventu Domini usque ad nativitatem in festivitatibus novem cantandi. vii id. Mart. a° 8°. || Lappenberg Hamburg. UB. I. 414. n° 475. — »Ex parte vestra.«

» 10 — » — (Andreae) regi Hungariae significat: »vi id. Mart. a° 8°.« || Raynaldi Ann. ad a. 1224 § 35, *vid.* 1224. Mart. 12. n° 7189.

» 11 — » — (7188) (Gregorio) episcopo, praeposito et decano Iaurinensibus iniurias abbati et conventui de Monte s. Mariae Cisterc. ord. illatas a nobili viro Borsonensi et quibusdam aliis super quadam pecuniae summa, praediis *etc.* diiudicandas committit. v id. Mart. a° 8°. || Fejér Cod. dipl. III. i. 439. — »Dilecti filii abbas.«

» 12 — » — (7189) (Andreae) regi Hungariae significat, se eius litteras per D. archidiaconum de Sirmia recepisse illumque commendat. Addit, se B(elae) regi eius filio scribere, »ut se tibi filium devotum exhibeat, provisurus attente, ne occasione sua vel eorum qui cum ipso morantur, regnum contingat Ungariae perturbari.« Quocirca regem monet, ut filium »sicut tanti regis decet filium et heredem,« honeste pertractet. iv (vi *Rayn.*) id. Mart. a° 8°. || Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 12; Katona Hist. crit. V. 431; Theiner Mon. Hungar. I. 48. n° 97; Fejér l. c. 435; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1224 § 35. — »Per dilectum filium.«

» 13 — » — (7190) Nobiles viros et alios cum B(ela) rege nato (Andreae) regis Hungariae commorantes (in Austria) a seminandis inter patrem et filium discordiis dehortatur eosque monet, ut praedictum principem ad patris reverentiam animent. iii id. Mart. a° 8°. || Fejér l. c. 436; Theiner l. c. 48. n° 98. — »Nec charissimo in.«

» 13 — » — (7191) B(elam) regem a ciendis turbis ac irreverentia contra patrem dehortatur. iii id. Mart. a° 8°. || Fejér l. c. 437; Theiner l. c. 48. n° 99. — »Licet devotioni tuae.«

» 13 — » — (7192) (Thomam) Strigoniensem archiepiscopum provocat, ut ad sopiendas inter (Andream) regem patrem et B(elam) regem filium discordias operam conferat. iii id. Mart. a° 8°. || Fejér l. c. 438; Theiner l. c. 49. n° 101. — »Fraternitati tuae sicut.«

* *In eundem modum* (Ugrinum) Colocensem archiepiscopum.

» 13 — » — (7193) (Leopoldum) ducem Austriae rogat, ut B(elam) regem ad A(ndreae) regis et patris sui devotionem et reverentiam moneat. iii id. Mart. a° 8°. || Dobner Monum. II. 364; Katona Hist. crit. V. 433; Theiner l. c. 49. n° 100; Fejér l. c. 438; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1224 § 35; Meiller Reg. der Babenberger 133. n° 187. — »Sic habere te.«

» 14 — » — (7193a) Henrico regi Anglorum suggerit et consulit bona fide, ut cum vassallis suis nullatenus ponat hoc tempore rationem nec super restitutione suorum reddituum scandalizet, sed haec et alia prudenter in tempus differat opportunum. ii id. Mart. a° 8°. || Rymer Foedera I. i. 94. — »Gaudemus in domino.«

» 15 — (») — * (7194) (Conrado) episcopo, abbati S. Emmerami et thesaurario Ratisbonensibus committit causam vertentem inter quosdam canonicos Salesburgenses et (Eberhardum) archiepiscopum, qui illos excommunicaverat, quia appellaverant ad sedem apostolicam ab iniusta confirmatione praepositi Salesburgensis ab ipso archiepiscopo facta. Id. Mart. a° 8°. || Deutinger Beyträge II. 158. n° 72.

» 16 — » — (7195) (Conrado) episcopo Hildesemensi mandat, provideat ne de cetero in diocesi sua clerici ab aliis clericis vel laicis primam coronam indiscrete recipiant »quod est prorsus contra canonicas sanctiones.« xvii kal. Apr. a° 8°. || Sudendorf Registr. III. 54. n° 36. — »Mirari cogimur et.«

» 18 — » — (7196) Bremensis provinciae incolas monet et hortatur, ut ad reparationem ecclesiae Bremensis prae vetustate ruinam minantis subsidia caritatis erogent et omnibus, qui ad praedicti operis consummationem manum porrexerint, indulgentiam 20 dierum promittit. xv kal. Apr. a° 8°. || Lünig Spicil. eccles. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI.) 948; Lappenberg Hamburg. UB. I. 414. n° 476; Ehmck Bremisches UB. I. 152. n° 129. — »Quoniam ut ait.«

» 18 — » — (7197) Abbatem et conventum in Homburgk (ord. s. Ben. Maguntin. dioc.) cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem terras, vineas et alia bona sicut ea possi-

| | | |
|---|---|---|
| | | **1224.** |
| | | dent ipsis confirmat. xv kal. Apr. a° 8°. ‖ Förstemann Urk. des Bened.-Klosters Homburg 33. — »Iustis petencium desideriis.« |
| Mai. 19 | Laterani | (7198) C. rectore postulante eius personam et hospitale Misnense cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. xiv kal. Apr. a° 8°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. iv. 3. n° 5. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 21 | » | (7199) Claustrum s. Crucis sanctimonialium ord. Cisterc., quod Theodericus marchio quondam Misnensis et Orientalis prope Misnam supra ripam Albiae in decursu ipsius fluminis construxit et dotavit, auctoritate apostolica confirmat. xii kal. Apr. a° 8°. ‖ Gersdorf l. c. 295. n° 392. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 21 | » | (7200) (Gregorio) episcopo Brechinensi, Germano priori de Restinot et Dyonisio decano de Angusio S. Andreae dioc. mandat, ut controversiam vertentem inter Willelmum rectorem ecclesiae de Golyn et Walterum militem de Congilton super iure parochiali eiusdem ecclesiae disceptent. xii kal. Apr. a° 8°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 32 in n° 42. — »Willelmus rector ecclesie.« |
| » 26 | » | (7201) (Guilelmo) Catalaunensi episcopo indulget, ut conveniri nullatenus possit per litteras contra eum suppresso pontificalis nomine dignitatis a sede apostolica impetratas. vii kal. Apr. a° 8°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 747. — »Tua nobis fraternitas.« |
| » 29 | » | (7202) (Ludovico) regi Franciae indulget, ut in locis interdicto suppositis divina audire valeat. iv kal. Apr. a° 8°. ‖ Teulet Layettes II. 26. n° 1638. — »Quia serenitatis tue.« |
| » 29 | — | Abbati, priori et fratr. ord. s. Ben. monasterii s. Martini in Monte Pannoniae: »Reate iv kal. Apr. a° 8°«. ‖ Dobner Mon. II. 365 *et al., vid.* 1225. Iul. 29. |
| (Mart.) | Laterani | (7203) Henricum regem Angliae obiurgat, quod contra Fulchesium de Breante, »qui pro patre tuo ac pro te ipso se ac sua tempore necessitatis exposuit«, arma movit castrum de Belford hostiliter obsidendo *etc.* *Absque nota temporis.* ‖ *Nonnisi prima pars* ap. Raynald. Ann. ad a. 1224 § 45. — »Ecce sicut dolentes.« |
| ( » ) | ( » ) | (7204) (Bertoldo) patriarchae Aquilegensi, (Sigfrido) Maguntino, (Theodorico) Treverensi, (Engelberto) Coloniensi, (Alberto) Magdeburgensi, (Eberhardo) Saltzburgensi, (Gernando) Bremensi et (Girardo?) Bisuntino archiepiscopis et eorum suffraganeis necnon abbatibus, prioribus, praepositis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per eorum provincias et dioceses constitutis nunciat, se, ut negotium Terrae sanctae feliciter dirigatur, praesertim cum F(ridericus) Romanorum imperator et rex Siciliae devote susceperit Dei signum, in omnem terram praedicatores deputasse speciales, in Teutoniam autem (Conradum) Portuensem episcopum. Rogat eos, ut eundem legatum hilariter recipiant ac eidem in omnibus obediant. *Sine die et anno.* ‖ Würdtwein Nova subs. IV. 125, *finis deest;* Raynaldi Ann. ad a. 1224 § 2 *fragm.* — »Cum is qui.« |
| (Mart. Apr. cca.) | ( » ) | (7205) Frederico Romanorum imperatori et regi Siciliae gratias agit, quod ad interventum suum (Rogerium) comitem Fundanum dimiserit, eumque rogat ut superaddita gratia filium eiusdem quoque dimittat, cum pro eodem comite se obligaverit quod nihil contra ipsum attentaturus sit. *Absque nota chronol.* ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 427. — »Imperiali mansuetudini gratiarum.« |
| Apr. 1 | » | (7206) Compromissum a capitulis et Bremensi et Hamburgensi receptum super iure eligendi pastorem in Bremensi ecclesia et aliis rebus confirmat. Kal. Apr. a° 8°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI.) 947; Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. 651; Lappenberg Hamburg. UB. I. 416. n° 478. — »Ea que pro.« |
| » 1 | » | (7207) Abbatem conventumque Clingenses cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem de Glinzencellen, Bliswilre et de Licgelingen ecclesias eis a b. mem. A(rnoldo) archiepiscopo Maguntino et C(onrado) Spirensi episcopo collatas confirmat. Kal. Apr. a° 8°. ‖ Würdtwein Nova subs. IV. 123. — »Cum a nobis.« |
| » 2 | » | (7208) (Roberto) Vesprimiensi episcopo mandat, ut, cum monasterium Thaliqui [Thelki] ord. s. Ben. propter dissolutionem et malitiam hactenus habitantium in eodem sit adeo immutatum »quod vix unus in eo remanserit, qui valeat in ipso celebrare divina«, illud antequam omnino depereat, monasterio s. Crucis Cist. ord. subiiciat. iv non. Apr. a° 8° (4° *Fuxh.*). ‖ Katona Hist. crit. V. 450; Fejér Cod. dipl. III. i. 450; Theiner Mon. Hungar. I. 49. n° 103; Fuxhoffer Monast. (ed. 2ª). I. 278. — »Dilectus filius nobilis.« |
| » 2 | » | (7209) (Andream) regem Hungariae monet et hortatur, ut abbatem conventumque de Egris Cisterc. ord. commendatos habeat eosque a perversorum molestiis tueatur. iv non. Apr. a° 8°. ‖ Fejér l. c. 451; Theiner l. c. 49. n° 102; *cf.* Fuxhoffer l. c. 91. — »Impii sicut mare.« <br>• *In eundem modum* (Thomam) archiepiscopum Strigoniensem. |
| » 2 | » | (7210) Commutationem inter abbatem conventumque de Egres (Egris *Thein.*) Cisterc. ord. ex parte una et A(ndream) regem Hungariae ex altera super quibusdam possessionibus et rebus aliis ab eodem rege in eleemosynam ipsis datis factam confirmat. iv non. Apr. a° 8°. ‖ Fejér l. c. 452; Theiner l. c. 50. n° 104. — »Cum a nobis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1224.** |
| Apr. 2 | Laterani | (7211) Archipresbytero terrae Bozae et ultra Montes nivium concedit potestatem exercendi iurisdictionem ecclesiasticam in clerum populumque dictae terrae. IV non. Apr. (II kal. Mai. *Thein.*) a° 8°. ‖ Fejér l. c. 453; Schuller Archiv I. 234; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 25; Theiner l. c. 51. n° 107. — »Gerentes de clero.« |
| » 4 | » | (7212) Ludovicum regem Francorum monet et obsecrat per aspersionem sanguinis Iesu Christi, ut »cum pro certo credatur, quod R(aymundus) filius quondam R(aymundi) comitis Tholosani magnitudinis tuae potentiam adeo reformidat, quod si cognoverit te contra eum ex animo velle totis viribus tuis uti, eas expectare aliquatenus non audebit, sed mandatis ecclesiae parebit iuxta tuae beneplacitum voluntatis«, ipsum regiis commonitionibus efficaciter inducere studeat cum Deo ad illa veraciter faciendum. Praeterea deposcit eum precibus cumulatis, ut C(onradum) Portuensem episcopum apostolicae sedis legatum digna devotione recipiat. II non. Apr. a° 8°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 859. n° 17; Bouquet Rec. XIX. 750; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1224 § 40. — »Petitionibus quas per.« |
| » 4 | » | (7213) Archiepiscopos et episcopos per regnum Franciae constitutos rogat et hortatur, ut C(onrado) Portuensi episcopo sedis apostolicae legato efficaciter assistant et Ludovicum regem Francorum ad apostolica praecepta complenda cum ipso legato inducant. II non. Apr. a° 8°. ‖ Bouquet l. c. 751. — »Etsi credamus firmiter.« |
| » 4 | » | (7214) Ludovico Francorum regi transmittit litteras imperiales de succursu Terrae sanctae procurando et de treugis cum rege Angliae innovandis. II non. Apr. a° 8°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 429. — »Petitionibus quas per.« |
| » 4 resp. 5 | » | (7215) (Arnaldo) archiepiscopo Narbonensi significat, se ad Ludovicum Francorum regem C(onradum) Portuensem episcopum apostolicae sedis legatum mittere, ut res Tolosanas inter R(aimundum) filium R(aimundi) comitis Tolosae et A(malricum) Tolosanum comitem coram dicto rege componat. (II *add. Bouq.*) Non. Apr. a° 8°. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. preuv. 283; Bouquet Rec. XIX. 748. — »Etsi negotium pacis.« |
| » 5 | » | (7216) Rectorem et fratres domus hospitalis in Vriberch cum omnibus bonis patrocinandos suscipit. Non. Apr. a° 8°. ‖ Chrn. G. Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freiberg (Leipzig 1737. 4°). Cod. dipl. 1. — »Solet annuere sedes.« |
| » 5 | » | (7217) Abbatem conventumque monasterii Camberonis Cisterc. ord. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem terras de Hulste, possessiones et nemora a cl. m. Eustatio domino de Rodio eorum monasterio collata, necnon alia bona eis confirmat. Non. Apr. a° 8°. ‖ Mon. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 25. n° 17. — »Cum a nobis.« |
| ( » 8) | » | (7218) (Ludolfo) Monasteriensi episcopo mandat, ut infra dies octo sententiam excommunicationis, quam in (Emonem) praepositum et conventum Floridi Orti [Wittewierum in Frisia] sine causa rationabili contra statuta concilii generalis auctoritate propria promulgaverit, sine qualibet difficultate relaxet. Alioquin.... (VI id. Apr. a° 8°). ‖ Emonis Chronic. *in* Matthaei Vet. aevi anal. II. 73; ed. Feith (Utr. 1866) 97; *cf.* Wilmans Westfäl. UB. III. 108. n° 199. — »Dilecti filii praepositus.« |
| » 8 | » | (7219) De Orto s. Mariae et de Dokkum prioribus et magistro I. de Nova ecclesia plebano se superiore epistola significat eisque mandat, ut si praefatus episcopus mandatum apostolicum adimplere neglexerit, dictam sententiam relaxent et, si quid fuerit quaestionis, fine debito terminent. VI id. Apr. a° 8°. ‖ Emonis Chronic. l. c. 74; ed. Feith 98. — »Ex parte praepositi.« |
| » 8 | » | * (7220) Personas et villam Montispessulani ad exemplar fel. mem. Innocentii praedecessoris sui cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, mediantibus duabus marchis auri (centum massamutinis pro marcha computandis) sedi apostolicae quolibet anno in festo resurrectionis dominicae persolvendis. VI id. Apr. a° 8°. ‖ Teulet Layettes II. 647. n° 1643[1]. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 8 | » | * (7221) Monasterio de Burrun ecclesiam in Burbach, a (Sigfrido) Augustensi episcopo eidem concessam confirmat. VI id. Apr. a° 8°. ‖ Lang Regesta II. 144. |
| » 10 | » | (7222) Episcopo Cathanensi, abbati de Kinlos Morav. dioc. et decano Rosmarchinensi mandat, ut, si id expedire viderint, sedem Moraviensis episcopi, scilicet ecclesiam s. Trinitatis iuxta Elgin ad locum transferant habiliorem. IV id. Apr. a° 8°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 22. n° 52. — »Veniens ad praesentiam.« |
| » 11 | » | (7223) (Iohanni) episcopo Elyensi, de Fontibus et de Rievalle abbatibus Eboracens. dioc. scribit, se eorum relationem super miraculis b. Guillelmi diligenter perspexisse. Sed cum in ea nequaquam dicta testium sint expressa »per quos nobis veritatis posset fieri certitudo,« mandat eis ad emendandum hoc negligenter omissum, ut vel dicta testium receptorum sub suis sigillis ad sedem apostolicam destinent, vel inquisitionem sollempnem iterum faciant et rescribant quod singuli testes deposuerint. III id. Apr. a° 8°. ‖ Walbran |

**1224.**

Memor. of Fountains 174; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1224 § 47. — »Etsi non immerito.«

* *In eundem fere modum* (Waltero) archiepiscopo Eboracensi.
» » » » Decano et capitulo Eboracensibus.

Apr. 14 — »Eodem anno consecrantur in episcopos magister Alexander de Stanenesby in Cestrensem *Romae* a domino papa Honorio die paschae, Willelmus....« || Matth. Paris Hist. Angl. ad a. 1224 (ap. Raynald. Ann. ad eundem a. § 48). — »Magister Alexander de Stanebi clericus de camera domini papae consecratur ab eodem Romae in episcopum Coventrensem die sancto paschae id est xvIII kal. Maii.« || Ann. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 299.

» 22 Laterani — (7224) (Guilelmo) archiepiscopo Remensi et (Garino) episcopo Silvanectensi significat, se regem Ludovicum (Franciae) exhortatum esse, ut ad liberationem (Fernandi) comitis Flandrensis cor suum inflectat et ipsum pro certa pecuniae quantitate praestanda eidem de terra Flandriae, quae ad dominium regis spectet, redimi patiatur. Praecipit eis, ut si forte comes vel (Iohanna) comitissa Flandriae contra conventiones, quae ipsius regis et eiusdem comitis ac comitissae sigillis apparuerint sigillatae, venire praesumpserint, in eos ac coadiutorum personas excommunicationis et in terras eorum interdicti sententias promulgent. x kal. Mai. (Mart. *Duch.*) a° 8°. || Duchesne Hist. Franc. scr. V. 860. n° 19; Baluze Misc. VII. 254; Bouquet Rec. XIX. 752; Teulet Layettes II. 28. n° 1644; *deficientibus initio et fine* ap. Raynald. Ann. ad a. 1224 § 42; *gallice, sed directa ad* Archiepiscopum Senonensem et episcopum Sylvanectensem ap. Galland Mém. p. s. à l'hist. de Navarre 201. — »Pro captivis et.«

» 23 » — (7225) Compositionem inter praepositum capitulumque Honaugienses ex parte una et W. marschalcum (Henrici) Argentinensis episcopi advocatum ecclesiae Honaugiensis ex altera super dampnis illatis de cetero non inferendis factam et ab utraque parte sponte receptam confirmat. IX kal. Mai. a° 8°. || Würdtwein Nova subs. XIII. 269. — »Hiis que iudicio.«

» 26 » — (7226) Aretino, Florentino, Fesulano, Castellano episcopis et abbatibus, prioribus, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum praelatis per Aretinam *etc.* dioceses constitutis praecipit, ut tam fratres Camaldulenses Aretinae diocesis quam eorum possessiones *etc.* a molestatoribus per excommunicationem defendant. vI kal. Mai. a° 8°. || Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 431. — »Non absque dolore.«

» 26 » — (7227) Clero Yberniensi significat, suis iam frequenter auribus esse intimatum, quosdam Anglicos statuisse, ut nullus clericus de Ybernia ad aliquam dignitatem ecclesiasticam assumatur. Decernit hoc statutum esse irritum et inane. vI kal. Mai. a° 8°. || Theiner Mon. Hibern. 23. n° 55. — »Sicut ea que.«

» 27 » — (7228) Abbatem et conventum monasterii de Mulenbrunne (Cisterc. ord.) tuendum suscipit, specialiter autem ecclesiam de Winresheim cum pertinentiis suis a Spirensi episcopo loci diocesano dicto monasterio pleno iure concessam ac alia bona confirmat. v kal. Mai. a° 8°. || Wirtemberg. UB. III. 149. n° 673. — »Solet annuere sedes.«

27 resp. 30 » — (7229) Clerum ac populum terrae Bozae et ultra Montes nivium monet, ut inter se servent vinculum mutuae charitatis et pacis, et archipresbyteri, cui potestas corrigendi excessus eorum omnium concessa sit, monitis et mandatis intendant. II (v *Fejér etc.*) kal. Mai. a° 8°. || Fejér Cod. dipl. III. I. 453; Schuller Archiv I. 235; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 25. n° 25; Theiner Mon. Hungar. I. 51. n° 108. — »Quantam de vobis.«

» 30 » — (7230) Archiepiscopo Dublinensi mandat, ut in causa inter monasterium s. Thomae Dublinensis et Nicolaum de Felda vertente super quadam terra, quae fuit quondam R. patris dicti N(icolai), canonice procedat sine praeiudicio pupillarum. II kal. Mai. a° 8°. || Theiner Mon. Hibern. 22. n° 53. — »Ex parte dilectorum.«

» 30 » — (7231) Archiepiscopis et episcopis per Ungariam constitutis mandat, ut fratres hospitalis s. Mariae Teotonicorum Ierosolimitani vel terrae de Boza et ultra Montes nivium incolas nullatenus molestent. II kal. Mai. a° 8°. || Teutsch u. Firnhaber l. c. 27; Schuller l. c. 238; Theiner Mon. Hungar. I. 51. n° 106; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 200. — »Dilectorum filiorum...«

» 30 » — (7232) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Teuton. Ierosolymitani petentibus terram Bozae et ultra Montes nivium in ius et proprietatem b. Petri suscipit, eam sub speciali apostolicae sedis protectione ac defensione perpetuo permanere sancit, vetatque quemquam archiepiscopum vel episcopum ibi iurisdictionem exercere, reservatam terrae archipresbytero quem per (Thomam) Strigoniensem archiepiscopum, tunc Agriensem episcopum praeficiendum curaverat. II kal. Mai. a° 8°. || Katona Hist. crit. V. 460; Fejér Cod. dipl. III. I. 459; Schlözer Krit. Samml. 321; Bethlen Deutsch. Orden 91; Schuller l. c. 226; Bardosy Suppl. ann. Scep. 413; Theiner l. c. 50. n° 105; Teutsch u. Firnhaber l. c. 26. n° 26; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1224 § 36; ap. Watterich Deutsch. Ordensstaat 107. n° 216; *cf.* Strehlke Tab. 157. n° 164. — »Grata Deo et.«

1224.

Apr. 30 | Laterani | Archipresbytero terrae Bozae et ultra Montes nivium: »II kal. Mai. a° 8°«. || Theiner Mon. Hungar. I. 51. n° 107, *vid.* 1224. Apr. 2. n° 7211.

Mai. 2 | » | (7233) Capitulo Cassellensi, qui duodenarium canonicorum numerum in ecclesia sua statuerant, hoc statutum confirmat. VI non. Mai. a° 8°. || Theiner Mon. Hibern. 22. n° 54. — »Ecclesiarum utilitati ac.«

» 4 | » | (7234) (Conrado) episcopo Portuensi apostolicae sedis legato mandat, ut A(malrico) comiti Tolosano eiusque patruo comiti Guidoni alieno aere pro fidei negotio gravatis provideat ex vicesima trium praeteritorum annorum in Senonensi et quibusdam aliis provinciis nondum collecta. IV non. Mai. a° 8°. || Bouquet Rec. XIX. 753. — »Ex parte dilecti.«

» 6 | » | (7235) (Henrico) abbati et (Henrico) priori Pigaviensibus et (Alberto) praeposito de Brandeburg mandat, ut, cum dictus abbas praedecessori suo succedere debeat in huiusmodi onere et litterae commissionis non expressis personarum sed locorum nominibus fuerint impetratae, iuxta mandati d. d. 1223. Ianr. 20. (*vid.* n° 6942) tenorem procedant in negotio eodem. II non. Mai. a° 8°. || Chronic. Montis Sereni ed. Mader 183 (ed. Mencken *in* Scr. rer. Germ. II. 295; ed. Eckstein 168). — »Dilectus filius Rochmannus.«

» 6 | » | (7236) In quaestione monasterii s. Georgii Venetiarum contra patriarcham Gradensem et episcopum Castellanum decernit, ut monasterium ipsum ab omni sit iurisdictione exemptum et sedi apostolicae immediate subiectum. II non. Mai. a° 8°. || Cornelius Eccles. Venet. VIII. 234. — »In causa quae.«

» 7 | » | (7237) Sororibus S. Nicolai seu B. Mariae de Bello-Loco concedit licentiam assumendi regularem habitum et institutiones S. Victoris Parisiensis. Non. Mai. a° 8°. || Gallia christ. III. instr. 90. — »Dilectae in Christo.«

» 7 | » | (7238) Abbati et priori S. Auberti et cantori Cameracensi mandat, moneant episcopum Atrebatensem, ut sororibus hospitalis s. Nicolai de Ditiaco licentiam concedat eligendi sibi priorissam vel abbatissam ac libere recipiendi sorores, conversos atque conversas, et, si dictus episcopus noluerit, rationes ipsis ab illo assignatas sedi apostolicae intiment. Non. Mai. a° 8°. || Miraeus Opp. dipl. III. 387. — »Dilectae in Christo.«

» 7 | » | (7239) Abbati S. Cypriani Torcellanae dioc. et S. Mariae Novae de Venetiis et S. Mariae de Avanziis (Avariae *Ugh.*) Paduanis prioribus significat, se monasterium s. Georgii de Venetiis ab omni patriarchae Gradensis et episcopi Castellani iurisdictione exemisse sedique apostolicae immediate subiecisse; eis mandat, ut »quod a nobis super hoc est sententialiter diffinitum,« firmiter observari faciant. Non. Mai. a° 8°. || Ughelli Ital. sacra V. 1207; Cornelius Eccles. Venet. VIII. 235; *int.* Ep. decret. Honorii III lib. 2. tit. 6 *de causa possess.* c. 1 ed. Cironius 115; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 12 *de caus. poss.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 257, *male ad* 1220; ap. Richter Corp. II. 269. — »In causa que.«

» 9 | » | (7240) Abbatissam et sorores Rubei Monasterii [Rotenmünster] Cisterc. ord. protegendas suscipit eisque omnes possessiones et bona confirmat, iura ac privilegia concedit. VII id. Mai. indict. XII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 8°. || Wirtemberg. UB. III. 152. n° 676; *non integra* ap. Lünig Reichs-Arch. XVIII. Aebtiss. 297. n° 1. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 10 | » | (7241) Abbatissam et moniales de Villenna Burgens. dioc. tuendas suscipit, specialiter autem eis villas quae Lavid et Provedo vocantur, homines, domos *etc.* confirmat. VI id. Mai. a° 8°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 233. — »Solet annuere sedes.«

» 12 | » | (7242) Russutanae reginae de Aneguia (Avognia) fidem ac studium erga Romanam ecclesiam eiusque pium desiderium quod habet pro liberatione Terrae sanctae, laudibus extollit; significat, obitum eius fratris regis Georianorum magnum sibi dolorem attulisse, ac gratulatur reginae, quod regnum pacatum ac tranquillum sit. Ipsam de proxima Friderici imperatoris profectione ad dictae terrae succursum deque amplissima delictorum indulgentia eidem terrae opem ferentibus concessa certiorem facit. IV id. Mai. a° 8°. || Raynaldi Ann. ad a. 1224 § 21. — »Multum gavisi sumus.«

» 12 | » | (7243) (Venturae) episcopo Ariminensi mandat, ut civibus Ariminensibus, qui propter servata quaedam statuta et consuetudines introductas contra ecclesiasticam libertatem excommunicati erant, beneficium absolutionis impendat. IV id. Mai. a° 8°. || Tonini Rimini 435. — »Conquerentibus dilectis filiis.«

» 13 | » | (7244) S. Mariae foris portam Lucan. et S. Iacobi de Certaldo Florent. dioc. prioribus mandat, ut causam inter abbatem conventumque S. Savini ord. Camaldul. et quosdam cives Lucanos super possessionibus et rebus aliis agitatam terminent. III id. Mai. a° 8°. || Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 432. — »Dilecti filii abbas.«

» 13 | » | (7245) Heremi Fontis Avellanae quae b. Petri iuris existit tutelam suscipit omnesque eius possessiones, iura ac privilegia confirmat. III id. Mai. ind. XII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 8°. || Mittarelli l. c. 433. — »Superne miserationis respectu.«

» 13 | » | (7246) Abbati et conventui monasterii Novientensis capellas de Sulza, de Sarmerzo et de Sigoltesheim et in Baldenheim cum allodiis et pertinentiis earundem, quas ab Henrico II

**1224.**

Romanorum imperatore dicto monasterio concessas auctoritate apostolica confirmat. III id. Mai. a° 8°. || Würdtwein Nova subs. XIII. 270. — »Cum a nobis.«

Mai. 13 Laterani (7247) Praeposito et capitulo Faventinis petentibus districtius inhibet, ne quis durante tempore quo ad eos spectat ipsorum canonicorum electio, instituere in ecclesia ipsa canonicos sine eorum consensu et voluntate praesumat. III id. Mai. a° 8°. || G. Ces. Tonduzzi Historie di Faenza (Faenza 1675. fol.) 256. — »Cum a nobis.«

» 14 » (7248) Symeone archiepiscopo Ravennate postulante »nobilem ac famosam et orthodoxam« Ravennatem ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. II id. Mai. indict. XII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 8. || Vesi Stor. di Romagna II. 344; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 401. n° 70. — »Etsi universis sanctae.«

» 14 » (7249) Priorissae ac sororibus hospitalis s. Nicolai de Ditiaco statutum P. Atrebatensis episcopi loci diocesani, quo ordinavit, ut hospitalis praefati sorores nullum ordinem tunc professae secundum b. Augustini regulam et institutionem ac observationem ecclesiae s. Victoris Parisiensis Domino deserviant, confirmat. II id. Mai. a° 8°. || Gallia christ. III. instr. 91; Miraei Opp. dipl. III. 387. — »Solet annuere sedes.«

» 14 » (7250) Praepositum et capitulum de Bergerdorpe eorumque ecclesiam cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem eius possessiones, terras et alia bona confirmat. II id. Mai. a° 8°. || Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 21. n° 16; Lappenberg Hamb. UB. I. 417. n° 479. — »Iustis petentium desideriis.«

» 14 » (7251) Episcopo et archidiacono Aretinis mandat, ut causam inter fratres Heremi Camaldulensis et vicecomitem de Campilio, laicos clericosque Senens. et Clusinae dioc. super reformatione monasterii de Vivo existentem decidant. II id. Mai. a° 8°. || Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 435. — »Dilecti filii prior.«

» 15 » (7252) S. Savini Pisani et S. Yppoliti Faventini abbatibus et priori S. Michaelis Aretii mandat, moneant praelatos et subditos ecclesiarum Heremo Camaldulensi subiectos, ut eidem heremo in alpibus et loco arido constitutae atque gravi onere debitorum gravatae, matri suae, super suis necessitatibus auxilium liberaliter largiantur. Id. Mai. a° 8°. Mittarelli l. c. 437. — »Exhibita nobis prioris.«

» 15 » (7253) Priori et conventui Camaldulensibus notificat, se inhibere, ne contra eos a regulari correctione abbates vel priores ordini eorum subiecti appellationis obstaculum temere interponant. Id. Mai. a° 8°. || Mittarelli l. c. 438; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 404. n° 71. — »Ex parte vestra.«

» 17 » (7254) Monasterium s. Georgii quod est situm iuxta Venetias tuendum suscipit, eius bona confirmat atque ut ille in abbatem praeficiatur, quem monachi duxerint, perpetuo decernit. XVI kal. Iun. indict. XII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 8°. || Cornelius Eccles. Venet. VIII. 236. — »Pie postulatio voluntatis.«

» 19 » (7255) Monaldo Forosemproniensi episcopo annuit et Forosemproniensem ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. XIV kal. Iun. indict. XII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 8°. || Ughelli Ital. sacra II. 828; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 405. n° 72. — »In eminenti (eminentis *Ugh.*) apostolicae.«

» 20 » (7256) Abbati et conventui Lucensibus privilegium (Roberti) Olomucensis episcopi super iure patronatus in ecclesiis quibusdam, et super ecclesiis de Chatoui (Chatomi *Pal.*), de Diacouic, de Chobze *etc.* quas cum decimis receperant de manibus laicorum minime requisito eiusdem episcopi assensu, eis datum confirmat. XIII kal. Iun. a° 8°. || Boczek Cod. dipl. Morav. II. 157. n° 154; *non integra* ap. Erben Reg. Bohem. I. 314. n° 682; *cf.* Palacky Reise 23. n° 96. — »Cum a nobis.«

» 20 » (7257) (Henricum) episcopum Autissiodorensem rogat et hortatur, ut, cum Philippus comes Namurcensis iure suo Altisiodorum et Tornodorum cum eorum pertinentiis iniuste ab H(erveo) comite Nivernensi ac (Mathilde) comitissa Nivernensi occupata reposcat, praefatam comitissam ad easdem terras restituendas, nondum comperto P(etri) imperatoris Constantinopolitani obitu, inducat; »alioquin Ferrariarum et S. Severini Castrinantonis abbatibus et camerario Ferrariarum Senon. dioc. damus in mandatis, ut dictam comitissam ad id compellant.« XIII kal. Iun. a° 8°. || Bouquet Rec. XIX. 754. — »Si non debet.«

» 20 » (7258) (Blancham) reginam Franciae monet et hortatur, animet et inducat Ludovicum regem, ut (Roberto) Constantinopolitano imperatori a Graecis ad angustias redacto festinum et opportunum destinet succursum. XIII kal. Iun. a° 8°. || Raynaldi Ann. ad a. 1224 § 23; Bouquet l. c. 754. — »Novit regia celsitudo.«

» 21 » (7259) Abbati et priori de Camberone Cisterc. ord. concedit, ut de cetero per litteras apostolicae sedis de causis cognoscere minime teneantur, nisi forte de huiusmodi facerent indulgentia mentionem. XII kal. Iun. a° 8°. || Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 26. n° 18. — »Ut observantie ordinis.«

**1224.**

| | | |
|---|---|---|
| Mai. 23 | Laterani | (7260) (Conrado) episcopo Hildesemensi mandat, ut (Henricum Minnike) praepositum S. Mariae in Goslaria, quem propter haereticam pravitatem carcerali detineat custodia mancipatum, ad Portuensis episcopi apostolicae sedis legati adducat praesentiam et coram eo, praelatis instructis in sacra pagina ad hoc specialiter convocatis, diligenter examinet ad absolutionem vel condemnationem ipsius processurus. x kal. Iun. a° 8°. ‖ Sudendorf Registr. II. 164. n° 76. — »Ex parte praepositi.« |
| „ 23 | „ | (7261) Henrico abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium ss. Petri et Pauli atque Mauritii sociorumque eius de Ebersheim situm in pago Alsatiensi super fluvium qui dicitur Ylla tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. x kal. Iun. indict. XII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 8°. ‖ Würdtwein Nova subs. XIII. 273. — »Quoties a nobis.« |
| „ 25 | „ | (7262) Decano et capitulo Legionensibus reformationem per Pelagium episcopum Albanensem auctoritate apostolica factam confirmat. VIII kal. Iun. a° 8°. ‖ España sagr. XXXV. 424. — »Cum dilectis filiis.« |
| „ 27 | „ | (7263) Abbati et conventui de Camberone Cisterc. ord., quibus episcopus et capitulum Morinenses indulserunt, ut ratione grangiarum, domorum seu aliorum bonorum, quae in eorum diocesi obtinent, nullatenus teneantur suae synodo interesse, hanc concessionem confirmat. VI kal. Iun. a° 8°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 26. n° 19. — »Solet annuere sedes.« |
| (Mai. fin.) | („) | * (7264) (Alicem) reginam et nobiles Cypri monet, ut servent initam concordiam inter ipsos et archiepiscopum Nicosiensem super quibusdam decimis. A° 8°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 47. |
| Iun. 5 | „ | (7265) Abbatem conventumque Flabonis Montis Praemonstr. ord. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem ecclesiam de Fresnis et grangias de Sandicort, de Hadonis Villa, de Boenes *etc.* eis confirmat. Non. Iun. a° 8°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 557. — »Cum a nobis.« |
| „ 5 | „ | (7266) Confirmat ordinationem, qua Pelagius episcopus Lamecensis monialibus S. Petri de Arouca nigri ordinis concessit, ut de cetero vivant mutato habitu sub observatione et districtione Cisterciensis ordinis. Non. Iun. a° 8°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 231. — »Litterae vestrae nobis.« |
| „ 8 | „ | (7267) Episcopo Faventino, abbati Nonantulae Mutinensis seu nullius diocesis et magistro Tancredo canonico Bononiensi mandat, ut potestatem, consiliarios et populum Florentinae civitatis inducant ad satisfaciendum de notoriis damnis et iniuriis irrogatis (Ildeprandino) episcopo et ecclesiis Fesulanis. VI id. Iun. a° 8°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 249. — »Scribentibus nobis olim.« |
| „ 10 | „ | (7268) Priori et canonicis S. Mariae Novae de Urbe donationem quorundam bonorum per Robertum et Deodatum Fraiapanos factam confirmat. IV id. Iun. a° 8°. ‖ Georgii Histor. Setiae 239. — »Vestrae religionis honestas.« |
| „ 10 | „ | * (7269) Abbatibus de Walderbach et S. Emmeramo revocationem bonorum a monasterio Altahensi [Niederaltaich] distractorum committit. IV id. Iun. a° 8°. ‖ Lang Regesta II. 144. |
| „ 10 | „ | (7270) Monasterium s. Petri de superiori Altah sub b. Petri protectione suscipit. IV id. Iun. a° 8°. ‖ Mon. Boic. XII. 120. — »Cum a nobis.« |
| „ 20 | „ | (7271) S. Feliculae Parmens. dioc. et S. Prosperi praepositis et magistro Matthaeo canonico Regiensi mandat, ut disceptent controversiam inter capitulum Parmense et quosdam qui vicedomini appellantur ad se custodiam episcopii pertinere vacante ecclesia asserentes, *etc.* XII kal. Iul. a° 8°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 343. n° 45. — »Dilecti filii capitulum.« |
| „ 20 | „ | (7272) Episcopo quondam Corcagiensi in archiepiscopum Cassellensem electo significat, se providisse eum ad Cassellensis ecclesiae curam et sollicitudinem assumendum. Mandat ei, ut ad I(ohannem) regem Angliae pro eius assensu cum litteris apostolicis accedat »venturus ad nostram praesentiam palleum ... recepturus.« XII kal. Iul. a° 8°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 23. n° 56. — »Cum olim fuisses.« <br> * *In eundem modum* Archiepiscopo Cantuariensi — et (Iohanni) regi Angliae, *ut eundem electum Cassellensem accipiant.* |
| „ 21 | „ | * (7273) Capitulo S. Stephani Bambergae decimam in Isensheim, quam eis praepositus ecclesiae Bambergens. pro quotidiani panis administratione ab ipso eis praestanda concesserat, auctoritate apostolica confirmat. XI kal. Iul. a° 8°. ‖ C. A. Schweitzer Copialbuch des Colleg.-Stiftes St. Stephan zu Bamberg *in* 19. Bericht üb. d. Wirken des histor. Vereins zu Bamberg 1856. p. 1. |
| „ 22 | „ | (7274) Patriarchis, archiepiscopis, episcopis *etc.* mandat et praecipit, prohibeant omnibus parochianis suis, ne a fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. de novalibus vel |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1224.** |
| | | aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, vel de nutrimentis animalium eorum ullatenus decimas exigere praesumant *etc.* x kal. Iul. a° 8°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 63. n° 60; Strehlke Tab. 330. n° 393. *Hic textus pluribus locis ab illo ad 1221. Ianr. 18. abhorret; cf.* Napiersky Index I. 6. n° 17. — »Quia plerumque veritatis.« |
| Iun. 25 | Laterani | (7275) Abbati S. Proculi, magistro Lamberto et Guidocto de Corrigia canonicis Bononiensibus mandat, ut controversiam inter abbatem conventumque Nonantulanos ex parte una et priorem S. Fridiani Florentini et S. Miniati infra turres et S. Michaelis in horto presbyteros et quosdam alios clericos et laicos Florentinae dioc. ex altera super iure patronatus earundem ecclesiarum et rebus aliis vertentem disceptent. vii kal. Iul. a° 8°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 364. n° 432. — »Suam ad nos.« |
| » 27 | » | (7276) (Norandinum) Veronensem episcopum monet, faciat ut statutum potestatis et populi Paduani, quo statuerant, »ne quis super decimis respondeat coram iudicibus a sede apostolica delegatis, ac deinde adiecerant, ut, nisi episcopus et clerus civitatis eorum infra 15 dies, postquam is, quem contigerit in illorum rectorem assumi regimen ipsius civitatis iuraverit, se eorum obligaverint constitutis, ex tunc eis ipsa statuta non prosint, nec eos banna publica tueantur excogitata malitia id agere satagentes, ut si se statutis huiusmodi obligaverint ecclesiae libertatis expertes publicis oneribus mancipentur ut laici,« infra 15 dies post susceptionem praesentium de capitularibus eorum penitus abradatur, eique mandat, ut, nisi potestas et populus Paduanus mandatum apostolicum adimpleant, eos ad id per censuram ecclesiasticam compellat. v kal. Iul. a° 8° (2° *Feder.*). ‖ Biancolini Serie dei vescovi di Verona 86. n° 12; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 34. n° 31, *ubi falso ad* a. 1223; Federici Istoria de caval. Gaudenti II. docum. 221. n° 189; *et* Dondi Orlogio l. c. VIII. docum. 30. n° 13, *qui uterque praeterea male* Honorio IV *tribuit.* — »Recolentibus nobis quod.« |
| ( » 27) | ( » ) | (7276a) Potestati et populo Paduanis scribit de eodem argumento. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i ed. Cironius 15. — »Sicut est nostris.« |
| » 29 | » | * (7277) Cluniacensibus indulget, quod non solvant procurationes pro grangiis, in quibus nec clerici nec monachi commorantur. iii kal. Iul. a° 8°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 106. |
| Iul. 1 | » | (7278) Capitulo Anconitano duodenarium canonicorum numerum, quem Anconitanus episcopus in eorum ecclesia statuit, confirmat. »Prima Iulii« (?) a° 8°. ‖ Saracini Notitie d'Ancona 193. — »Ecclesiarum utilitati, tranquillitati.« |
| » 4 | » | (7279) Universis abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis repetit n° 5944 d. d. 1218. Dec. 19: »iv non. Iul. a° 8°« — »Cum preter pauperem.« ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. 237. n° 247. |
| » 4 | » | (7280) Abbati Cisterciensi et universis coabbatibus repetit n° 5941 d. d. 1218. Dec. 18: »iv non. Iul. a° 8°« — »Contingit interdum quod.« ‖ Merlet l. c. I. 238. n° 248. |
| » 4 | » | (7281) Eisdem repetit n° 5951 d. d. 1218. Dec. 13: »iv non. Iul. a° 8°« — »Constituti iuxta verbum.« ‖ Merlet l. c. I. 239. n° 249. |
| » 4 | » | (7282) Eisdem repetit n° 5950 d. d. 1218. Dec. 13: »iv non. Iul. a° 8°« — »Cum ordinis vestri.« ‖ Merlet l. c. I. 239. n° 250. |
| » 5 | — | Rectori et fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia: »Signiae iii non. Iul. a° 8°«. ‖ Bzovius Annal. XIII. 235, *vid.* 1223. Iul. 5. n° 7046. |
| » 5 | Laterani | * (7283) Compositionem inter abbatem conventumque Cluniacenses ex parte una et abbatem conventumque monasterii s. Iohannis Angeliacensis ex altera mediante Xantonensi episcopo super statu eiusdem monasterii amicabiliter initam confirmat. iii non. Iul. a° 8°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 106. |
| » 11 | » | (7284) Episcopo Waciensi, abbati de Peles et archidiacono Pestiensi Vesprimiens. et Waciens. diocc. mandat, ut quaestiones diutius agitatas, quas abbas et conventus contra Vesprimiense capitulum super ecclesia s. Salvatoris de Tord et quibusdam decimis de Simigiensi comitatu plene ipsis provenientibus moverunt, fine debito terminent. v id. Iul. a° 8°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 202. — »Cum olim abbas.« |
| » 11 | » | (7285) (Arnaldo) archiepiscopo Narbonensi mandat, inducat R(aimundum) filium quondam R(aimundi) comitis Tolosani, ut castrum Melgorii cum pertinentiis Magalonensi ecclesiae ab ipso spoliatum eidem restituat. v id. Iul. (*om. Vais.*) a° 8°. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 282; Bouquet Rec. XIX. 755. — »Angit nos communiter.« |
| » 12 | » | (7286) (Bernardum) episcopum Magalonensem certum reddit, »quod non sit nostri propositi R(aimundum) filium R(aimundi) quondam comitis Tolosani absolvere, nisi debita satisfactione impensa ecclesiae tuae ac aliis.« iv id. Iul. a° 8°. ‖ Bouquet l. c. 755. — »Quia metuis ne.« |
| » 13 | » | * (7287) (Thuoni) Ripensi et (Gunnero) Wibergensi episcopis mandat, ut a (Petro) episcopo Arusiensi, qui frequentibus gravatus infirmitatibus amiserat usum unius oculi, cessionem pontificalis officii recipiant, de redditibus episcopii provisionem congruam ei assignantes. iii id. Iul. a° 8°. ‖ Porthan Bullar. access. 18. n° 42. |

**1224.**

Iul. 19 | Laterani | (7288) Fidelibus per Anconitanam marchiam constitutis mandat, ut magistro Pandulfo subdiacono et sedis apostolicae legato obediant ac compositionem inter episcopum Firmanum et marchionem Estensem initam observent. xiv kal. Aug. a° 8°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 79. n° 131. — »Cum dilectum filium.«

» 19 | » | (7289) Episcopo Firmano scribit de eadem compositione. || Theiner l. c. I. 80. n° 132. — »Cum ecclesiae Firmanae.«

**1223.** Iul. 23 — **1224.** Iul. 23.

— | » | (7290) (Gualtero) Senonensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut episcopum Laudunensem, decanum de Guinicurte et curatos de Prouvay et de Novocastello iussu Remensis archiepiscopi sine rationabili causa per abbatem Vallis regiae excommunicatos a censura absolvant. A° 8°. || *Nonnisi fragm.* ap. Marlot Metrop. Remens. II. 471. — »Intellectis quae supra.«

— | — | * (7291) (Aimoni) Gebennensi episcopo concedit, ut de quibusdam censibus ad eius donationem spectantibus ei liceat, sibi retinere centum libras in annuis redditibus. A° 8°. || Mém. de la soc. d'hist. de Genève XVI. 129.

— | — | »Istos dominus papa consecravit hoc anno: Conventrensem (Cestrensem? *vid.* Apr. 14. 1224, Conversanum *Ugh.*) episcopum, Viterbiensem episcopum, Esculanum episcopum, Parisiensem episcopum, Mimatensem episcopum, Forosemproniensem episcopum, Tridentinum episcopum, Firmanum episcopum, Lunensem episcopum.« || Regest. H-i *ad calcem* a¹ 1224 ap. Raynald. Ann. ad eund. a. § 48; Ughelli Ital. sacra I. 463.

**1224.**

Iul. 25 | — | (Geroldo) episcopo Frisingensi, (Eberhardo) de Salem et (Wernhero) Sanctae Crucis abbatibus: »Reate viii kal. Aug. a° 9°«. || Mezger Hist. Salisb. 997; Meichelbeck Hist. Frising. II. i. 2 *etc., vid.* 1225. Iul. 25.

» 31 | Laterani | (7292) (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi opprobrat invasionem per ipsum, vasallos ipsius et nefandum apostatam Waldemarum (quondam episcopum Slesvicensem) in regnum Waldemari (regis Daciae) factam. ii kal. Aug. (a° 9°). || Suhm Hist. af Danmark IX. 759; Meklenb. UB. I. 294. n° 306. — »Grave gerimus et.«

Aug. 2 | » | (7293) (Michaeli?) Xanctonensi et (Bernardo) Lemovicensi episcopis et decano Burdegalensi mandat, ut, dissidentibus H(enrico) rege Anglorum et Hugone de Leziniaco comite Marchiae, quia (Iohannam) sororem regis olim sponsam neque postea ductam uxorem cum dote detinebat, dictum Hugonem per excommunicationem compellant ad dotem et sororem restituendas. iv non. Aug. a° 9°. || Bouquet Rec. XIX. 757; *int.* Decr. H-i III lib. 4. tit. 3 *de dote p. divort.* c. 1 ed. Cironius 261. — »Carissimus (Reverendissimus *Cir.*) in Christo.«

» 3 | » | (7294) Ludovicum regem Francorum rogat et obsecrat, ut ab impugnatione terrae, quam (Henricus) rex Angliae adhuc citra mare obtineat, abstineat et suos subditos faciat abstinere: »nos interim resumi faciemus treugarum tractatum et ad bonum finem perduci.« iii non. Aug. a° 9°. || Bouquet l. c. 757; *initio deficiente* ap. Raynald. Ann. ad a. 1224 § 14. — »Longe prosperitatis qua.«

» 3 | » | (7295) Henrico regi Anglorum nunciat, se de negotio terrae Pictaviae scripsisse (Ludovico) regi Francorum, prout viderit expedire; nihilominus de negotio comitis Marchiae litteras eidem negotio congruas destinasse. Suggerit ei, ut omni modo cum Ludovico rege pacem reconciliare conetur. iii non. Aug. a° 9°. || Bouquet l. c. 759. — »Venientes ad praesentiam.«

» 3 | » | (7296) Abbati de Altacumba Cisterc. ord. mandat, accedat cum (Galtero) Senonensi archiepiscopo et (Guarino) episcopo Silvanectensi ad Ludovicum regem Francorum eique litteras apostolicas repraesentet, quibus rogatur, ut ab impugnatione terrae Pictaviae consideratione negotii Terrae sanctae abstineat. iii non. Aug. a° 9°. || Bouquet l. c. 759. — »Gerentes de tua.«

» 3 | » | (7297) (Galtero) Senonensi archiepiscopo et (Guarino) episcopo Silvanectensi mandat, ut ascito sibi abbate de Altacumba Cisterc. ord. accedant ad Ludovicum regem Francorum eique praesentent litteras apostolicas, quibus rogatur ut ab impugnatione terrae Pictaviae consideratione negotii Terrae sanctae desistat; atque ipsum inducant ad treugas cum (Henrico) rege Angliae innovandas. iii non. Aug. a° 9°. || Bouquet l. c. 759. — »Gerentes de vestra.«

» 25 | » | (7298) Decano et cantori Valentinensibus et sacristae Romanensi Vivariens. dioc. mandat, ut Raimundum filium quondam R(aimundi) comitis Tolosani, cum tempore, quo Romanae ecclesiae reconciliari cuperet aut cupere crederetur, villam Argentariae Vivariensi ecclesiae propriam occupasset, nova censura fortius ligent, si a persecutione ecclesiae praedictae non desistat. viii kal. Sept. a° 9°. || Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 284; Bouquet l. c. 756. — »Ex parte nobilis.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1224.** |
| (cca. Aug.) | — | (7299) (Arnaldum) archiepiscopum Narbonensem certiorem facit, se eius litteras super responsione ei a Raimundo filio quondam Raimundi comitis Tolosani data recepisse, eique mandat, enitatur omni ope atque opera, ut maxime proficiat ecclesiae colloquium, quod in octavis assumptionis b. Mariae (apud Montem pessulanum) dicti nobilis cum ecclesia conciliandi causa sit habendum. *Absque ulla temporis nota.* ‖ Vaissète l. c. 284; Bouquet l. c. 755. — »Recepimus litteras quas.« |
| Sept. 20 | Laterani | (7300) Universis fidelibus per Campaniam et Maritimam constitutis mandat, ut ecclesiae et rectoribus sibi datis stricte obediant. xII kal. Oct. a° 9°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 80. n° 133. — »Quantum publice utilitatis.« |
| Oct. 2 | » | (7301) (Mauritio) episcopo, decano et magistro scholarum Cenomanensibus mandat, ut Rotonensi monasterio visitationis officium impendant. vI non. Oct. a° 9°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 216. — »Auditos subditorum graves.« |
| » 4 | » | (7302) De Nepomuch Cisterc. ord. et de Ostrov abbates Pragens. dioc. et praepositum Olomucensem consiliarios mittit capitulo Pragensi eisque nota fecit quae eidem capitulo de eligendo episcopo mandavit. Mandat eis, studeant ut talis eligatur, »quod eum apostolica sedes debeat merito approbare.« Iv non. Oct. a° 9°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 158. n° 156; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 318. n° 688; *cf.* Palacky Reise 24. n° 98. — »Attendentes multum expedire.« |
| » 4 | » | * (7303) Capitulo Pragensi ad eligendum novum episcopum deputat consiliarios Nepomucensem et Ostrovensem abbates et praepositum Olomucensem iubetque, ut electum ad suam praesentiam examinandum et confirmandum destinent. Iv non. Oct. a° 9°. ‖ Erben l. c. 317. n° 687; *cf.* Palacky l. c. 24. n° 97; Boczek l. c. 159. n° 157. — »Novit vestra discretio.« |
| » 4 | » | (7304) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino scribit de mentis constantia b. mem. A(ndreae) Pragensis episcopi et addit, se capitulo Pragensi mandasse, ut cum consilio abbatum de Nepomuck Cisterc. ord. et de Ostrou et praepositi Olomucensis personam scientia, vita et fama praeclaram eligant in episcopum et pastorem. Mandat ei, ut, cum ipse hoc sine eius iuris praeiudicio fecerit, factum huiusmodi eius caritas patienter sustineat. Iv non. Oct. a° 9°. ‖ Würdtwein Nova sub. IV. 130. — »Novit fraternitas tua.« |
| » 5 | » | (7305) Potestatem et populum Bononienses monet et hortatur, ut statutum editum contra scholares revocent et omnino bannum, cui rectores et consiliarios subiecerunt, penitus relaxent nec impediant eos, quominus sicut hactenus habeant consiliarios et rectores, et ipsorum rationabilibus statutis nullatenus se opponant; alioquin abbati S. Prosperi Reginensis *etc.* mandabitur, ut »vos ad ea quae mandamus per censuras ecclesiasticas compellant.« III non. Oct. a° 9°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 56. — »Quantum honoris et.« |
| » 7 | » | (7306) Otakaro regi Boemiae nota facit quae capitulo Pragensi de eligendo novo episcopo mandavit eumque hortatur, ut in hoc negotio eis, si opus fuerit, regium favorem impendat. Non. Oct. a° 9° ‖ Erben Reg. Bohem. I. 318. n° 689; *cf.* Palacky Reise 24. n° 99. — »Quod super ecclesiastica.« |
| (Sept. 28, Oct. 4 aut Oct. 12) | » | (7307) (Alberto) archiepiscopo et capitulo Magdeburgensibus libertates et immunitates tum super advocatiis quam alias a regibus et principibus ecclesiae eorum concessas confirmat. Iv (kal., non., id.?) Oct. a° 9°. ‖ Boysen Histor. Magazin II. 302. — »Cum a nobis.« |
| Oct. 24 | » | (7308) Ducem Venetiarum, in quem (Philippus) Feltrensis et Bellunensis episcopus ex parte una et populus Tarvisinus ex altera super guerra, discordia et omnibus quaestionibus temporalibus, quas ad invicem habebant, compromiserant, hortatur faciat ut per sollicitudinem suam illi ad pacis redeant unitatem. Ix kal. Nov. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 373. — »Quod vir sis.« |
| » 25 | » | (7309) Abbati S. Pauli, P. Amelii archidiacono et praecentori Narbonensibus mandat, faciant ut sententia excommunicationis in homines Capitis Stagni et quorundam aliorum locorum Narbonensis et Biterrens. diocesum a C(onrado) Portuensi episcopo apostolicae sedis legato prolata inviolabiliter usque ad satisfactionem condignam observetur. vIII kal. Nov. a° 9°. ‖ Vaissète Mém. à l'hist. de Languedoc III. pr. 275. — »Dilecti filii cives.« |
| » 30 | » | (7310) Hellino archidiacono et magistris G. de Chambli et Gotofrido S. Petri Laudunensis canonicis mandat, faciant ut sententia pro capitulo S. Quintini contra (Gerardum) episcopum Noviomensem super quibusdam ecclesiis ab officiali Remensi, non ex delegatione apostolica, sed appellatione remota lata observetur. III kal. Nov. (a° 9°). ‖ Hemeraeus Augusta Virom. 210. — »Postularunt a nobis.« |
| Nov. 4 | » | (7311) (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi, (Geroldo) episcopo Frisingensi (Kimensi *Hueb.*) et praeposito Salzburgensi mandat, ut possessiones et bona monasterio Mellicensi illicite alienata ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocent. II non. Nov. a° 9°. ‖ Schramb Chron. Mell. 121; Hueber Austria 16, *uterque falso ad* a. 1225; *cf.* Kaiblinger Gesch. von Melk 315. — »Dilecti filii abbatis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1224.** |
| Nov. 4 | Laterani | (7312) Abbatem et conventum monasterii de Medlich cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam de Drâskirchen, possessiones, libertates *etc.* eis confirmat. II non. Nov. a° 9°. ‖ Schramb l. c. 121. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 9 | » | (7313) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, officialibus et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat, ut abbates et fratres Cisterciensis ordinis a praestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante generale concilium et de novalibus sive ante sive post idem concilium acquisitis, quae propriis manibus aut sumptibus excolunt, quam de hortis, virgultis piscationibusque suis ac de animalium suorum nutrimentis omnino servent immunes. V id. Nov. a° 9°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 13; Meschet Privil. 30; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 408. n° 73; Cherubini Bullar. I. 82; Manrique Ann. Cisterc. IV. 269; Fejér Cod. dipl. V. I. 302; Mone Zeitschr. I. 117. — »Cum abbates Cisterciensis.« |
| » 9 | » | (7314) Abbatibus et fratribus Cisterciensis ordinis scribit de eodem argumento. V id. Nov. a° 9°. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 218. n° 259. — »Cum aliquando cogente.« |
| » 9 | (») | * (7315) Monasterii in Walkenreden Cisterc. ord. tutelam suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat. V id. Nov. a° 9°. ‖ Leuckfeld Antiquitt. Walckenred. 347. nota m. — »Cum abbates.« |
| » 13 | » | (7316) (Cunoni) praeposito maioris ecclesiae, priori S. Marii et magistro Ioseph canonico Lausannensibus mandat, ut litem inter praepositum conventumque ecclesiae Interlacensis et Ulricum presbyterum Lausannensis dioc. super ecclesia de Steiga ortam componant. Id. Nov. a° 9°. ‖ Zeerleder Urk. d. Stadt Bern I. 223. n° 141. — »Prepositus et conventus.« |
| » 14 | » | (7317) (Lamberto) episcopo Seloviensi (Seloniensi *Bunge*) designationem finium diocesis Seloviensis (Selon. *B.*) factam ab (Alberto) Livoniensi episcopo, cui ordinandi cathedrales ecclesias et distinguendi dioceses in illis partibus plenariam concesserat facultatem, confirmat. XVIII kal. Dec. a° 9°. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 10 (*male ad* 1225); Scr. rer. Livon. I. 412. n° 65; Bunge Livl. UB. I. 70. n° 65; *cf.* Invent. privil. in archiv. Cracov. 109 (*falso ad* a. 1225). — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 16 | » | (7318) Universos Christi fideles per Russiam constitutos monet et hortatur, ut (Alberto) Livoniensi, (Lamberto) Seloniensi et (Hermanno) Lealensi episcopis et aliis, qui in partibus Livoniae evangelizant, et eis qui per baptismum Christum iam induerunt eandem defendere satagunt ab incursibus paganorum, de bonis suis pias elemosinas erogent. XVI kal. Dec. a° 9°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 14. n° 14; Bunge l. c. 70. n° 66. — »Legistis ut credimus.« |
| » 20 | » | (7319) (Yolen) reginam Hungariae, quae capituli Orodiensis ecclesiam fecerat consecrari, rogat et hortatur, ut dotem eidem ecclesiae conferat et assignet. XII kal. Dec. a° 9° (Kal. Dec. a° 8° *Fej.*). ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 461; Theiner Mon. Hungar. I. 52. n° 109; Honorii Decret. lib. 3. tit. 23 *de consecr. eccl.* c. 1 ed. Cironius 236; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 40 *de consecr. eccl.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 596 *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 609. — »Cum sicut ex.« |
| » 25 resp. 26 | » | (7320) Abbatibus et fratribus Cisterciensis ordinis significat, se inhibere, ut nullus ab eis de terris ante concilium generale acquisitis, sed aliis concessis ad excolendum, quae ad ipsos redierint, si illas manibus propriis aut sumptibus colant, occasione concilii memorati decimas exigere vel extorquere praesumat. VII (VI *Frast*) kal. Dec. a° 9°. ‖ Cherubini Bullar. I. 82; Privil. ord. Cisterc. fol. 11 b; Meschet Privil. 32; Fejér Cod. dipl. V. I. 304; Spicil. Liber. 729. n° 26; Manrique Annal. Cisterc. IV. 269; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 408. n° 74; Frast Stiftungen-Buch (Font. rer. Austr. 2. Abth. III.) 92. — »Cum aliquando (aliqua *Spic. Lib.*) cogente.« |
| » 28 | » | (7321) Archiepiscopis, episcopis, clericis ac religiosis viris Constantinopolitani imperii Graecis ac Latinis citra Macram scribit, se Guillelmum marchionem Montisferrati in proposito suo prosequendi suam et Demetrii regis Thessalonicensis fratris sui iustitiam studiosissime corroborasse. Addit, illum in instanti Martio transiturum esse, ad quod »sibi exercitum et se invicem exercitui iuramento constrinxit.« Pergit, se propter urgentem necessitatem duxisse statuendum, »ut omnium vestrorum proventuum huius anni omniumque aliorum mobilium, .... exceptis dumtaxat ecclesiarum thesauris« *etc.* medietatem marchioni praedicto integre conferant. »Simileque auxilium a consistentibus ultra Macram .. imperatori Constantinopolitano statuimus conferendum,« *etc.* IV kal. Dec. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1224 § 24—26. — »Dilectum filium nobilem.« |
| » 28 | » | (7322) Abbatem S. Martini de Monte Viterbiensi a commissionum sedis apostolicae sollicitudine eximit. IV kal. Dec. a° 9°. ‖ Bullar. Vatic. I. 111. — »A nobis humiliter.« |
| Dec. 1 | — | Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per Italiam constitutis: »Reate Kal. Dec. a° 9°«. ‖ Sbaraleae Bull. Franc. I. 19. n° 16, *vid.* 1225. Dec. 1. |

**1224.**

Dec. 3 Laterani (7323) Capitulo et civibus Alexandrinis mandat, ut ecclesias de Quargnento, de Ouiliis cum capellis et de Soleriis et burgum Quargnenti cum pertinentiis de iure ad Astensem ecclesiam pertinentes episcopo Astensi restituant. III non. Dec. a° 9°. ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 181. — »Venerabilis frater noster.«

» 3 » (7324) Roberto abbate eiusque fratribus petentibus ecclesiam b. Volusiani Fuxensis ord. s. Aug. ad exemplar Urbani et Alexandri praedecessorum suorum tuendam suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. III non. Dec. indict. XIII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 9°. ‖ Gallia christ. (ed. 1656.) IV. 452 (ed. 2. XIII. instr. 91). *Initium deest.*

» 3 (») (7325) Fratribus Minorum ordinis concedit, ut in locis et oratoriis suis cum viatico altari possint missarum solemnia et alia divina officia celebrare, omni parochiali iure parochialibus ecclesiis reservato. (»Reate« *Sbar.*) III non. Dec. a° 9°. ‖ Waddingi Ann. Min. II. 599; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 20. n° 17. — »Quia populares tumultus.«

» 4 » (7326) (Alexandro) episcopo Varadinensi *etc.* mandat, ut in facinus, quod praepositus Strigoniensis contra (Andream) regem Ungariae commisit, inquirant et quod invenerint sedi apostolicae fideliter exponant. II non. Dec. a° 9°. ‖ Pray Hierarch. II. 163; Katona Hist. crit. V. 453; Fejér Cod. dipl. III. I. 463; Theiner Mon. Hungar. I. 52. n° 110. — »Altiora se quaerere.«

» 4 » (7327) Magistris I. et R. archidiaconis et Richero canonico Catalaunensibus mandat, ut, cum (Odo de Sorcy) episcopus Tullensis apostolicae sedi exposuerit graviter conquerendo, (Theodoricum) archiepiscopum Trevirensem metropolitanum suum iuris ordine praetermisso excommunicationis sententiam in eum fulminasse, partibus convocatis et auditis causam remittant ad papam sufficienter instructam. II non. Dec. a° 9°. ‖ Notices et extraits XXI. II. 196. — »Etsi non sit.«

» 7 » (7328) Eisdem mandat (Odone) Tullensi episcopo graviter conquerente, ut excessum G(arini) abbatis S. Apri et monachorum eius Tullensium in plena synodo, ubi coram Portuensi episcopo apostolicae sedis legato Odonem ipsum a sede propria expulerant, explorent et, si de eo constiterit, illos excommunicatos publice nuncient. VII id. Dec. a° 9°. ‖ Notices et extr. XXI. II. 198. — »Qualis in eis.«

» 7 » (7329) Abbati et conventui monasterii s. Petri Perusini indulget, ut, cum generale interdictum terrae fuerit, liceat eis clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. VII id. Dec. a° 9°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 257. — »Eo libentius petitionibus.«

» 9 » (7330) Monasterium s. Stephani de Bosco Cisterc. ord. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima verbis propriis exhibet, iura ac privilegia confirmat. V id. Dec. indict. XIII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 9°. ‖ Tromby Storia V. app. 107. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 15 » (7331) Priori de Kirkham et aliis mandat, ut in causa prioris et fratrum hospitalis s. Petri Eboracensis contra de Fontibus, de Melsa, de Beilandia, de Girevalle et de Kirkestal abbates eorumque conventus Cisterc. ord. super Garbis et rebus aliis vertente utramque partem peremptorie ad sedem apostolicam citent. XVIII kal. Ianr. a° 9°. ‖ Walbran Memor. of Fountains 176. — »Significarunt nobis prior.«

» 17 » (7332) Suffraganeis Hierosolymitani patriarchae mandat, moneant tam Armenorum catholicum quam ceteros qui dominium tenent Armeniae, ut Tarsensi et Mamistano archiepiscopis et capitulis eorundem restituant in integrum suas ecclesias. XVI kal. Ianr. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1224 § 27, *sine initio.*

» 18 » (7333) Conventui Casinensi viginti uncias auri de Castellone et quinque alias de ecclesia de Cinglis, quae a Petro quondam abbate fratrum usibus deputatae sunt, confirmat. XV kal. Ianr. a° 9°. ‖ Gattula Hist. abbatiae Cassin. II. 443. — »Cum monasterium Casinense.«

» 18 » (7334) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut generalis tempore interdicti liceat eis in ecclesiis suis non pulsatis campanis *etc.* divina officia celebrare. XV kal. Ianr. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 16. n° 31, *omisso initio.*

» 19 » (7335) Sanctimoniales Cisterciensis ordinis, quas Engelbertus archiepiscopus Coloniensis a Monte Salvatoris propter brumalem saevitiam et ventorum turbidinem in monasterium quod dicitur Porcetum [Burtscheid] civitati Aquisgrani conterminum transportaverat, sub sua protectione suscipit, omnesque earum possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. XIV kal. Ianr. indict. XIII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 9°. ‖ *Ex origin.* Quix Burtscheid 417; Miraei Opp. dipl. IV. 34; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. von Aebtiss. 306; *cf.* Lacomblet UB. II. 53. n° 98. not. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 23 » (7336) Monasterium Fontisvivi in episcopatu Parmensi situm Cist. ord. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura

**1224.**

| | | |
|---|---|---|
| | | ac privilegia confirmat. x kal. Ianr. ind. XIII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 9°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 347. n° 47. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| Dec. 31 | Laterani | (7337) Universis archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, archipresbyteris et universis aliis ecclesiarum praelatis significat, se ad evangelizandum in partibus Livoniae ac Prusciae Guillelmum Mutinensem episcopum elegisse eumque illuc mittere, commisso ei plenae legationis officio tam in praedictis regionibus, quam in Holzseten, Hestonia, Semigallia, Samblandia, Curllandia, Wirllandia et in insulis Culandiae (Gulandiae *Rayn.*), Burgundomlinae [Bornholm], Rivae (Ruiae?) et Gothlandiae; et rogat eos, ut eundem apostolicae sedis legatum humiliter recipiant eique debita praestent officia. II kal. Ianr. a° 9°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 15; Bunge Livl. UB. I. 73. n° 69; *non integra* ap. Raynald. Ann. a° 1224 § 38; Gruber Orig. Livon. 265; Tromby Storia V. app. 109; Scr. rer. Livon. I. 394. n° 43; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 361. n° 152. — »Cum is qui.« |
| (Mai.-Dec.) | — | (7338) De Orto s. Mariae et de Doccum abbatibus Praemonstrat. ord. scribit de querela (Emonis) praepositi conventusque monasterii Floridi Orti [WitteWierum] Praem. ord., quos (Theodoricus) Monasteriensis episcopus indebitis exactionibus aggravet et molestet, eisque mandat, ut convocatis partibus causam fine debito terminent. *Sine nota chronol.* ‖ Emonis Chronic. *in* Matthaei Vet. aevi anal. II. 74; ed. Feith (Utr. 1866.) 98; Hugo sacrae antiq. mon. I. 479 *ad* a. 1225. — »Ex parte praepositi.« |
| — | — | (7339) Universis abbatibus et fratribus Cisterciensis ordinis significat, se districtius inhibere, ne quis archiepiscopus, episcopus, archidiaconus vel officiales eorum a quoquam in abbatem electo pro benedictione, installatione aut recipienda professione ab eis sub consuetudinis praetextu palafredum vel aliquid quicquam exigere vel extorquere praesumat. *Absque nota chronol.* ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 268; Ep. decr. H-i ed. Cironius 263; *partim in* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 3 *de simon.* c. 43 ap. Boehmer Corp. II. 730; ap. Richter Corp. II. 737. — »Ne Dei ecclesiam.« |

**1225.**

| | | |
|---|---|---|
| Ianr. 2 | Laterani | (7340) Hugoni Arelatensi episcopo eiusque capitulo inhibet, ne castrum Salonis ad ius et proprietatem Arelatensis ecclesiae pertinens distrahere, permutare vel modo alio alienare aliquatenus sustineant. IV non. Ianr. a° 9°. ‖ Gallia christ. (ed. 1656) I. 57. — »Cum ex susceptae.« |
| » 2 | » | (7341) (Rainaldo) archiepiscopo Lugdunensi et eius successoribus petente comite Forensi [Forez] mandat, ut libertates ab hoc ipso comite hominibus castri sui Montisbrisonis concessas tueantur et si dictus nobilis vel eius successores venire contra illas libertates attentarint, in personam et terram eius censuram ecclesiasticam exerceant. IV non. Ianr. a° 9°. ‖ Mure Hist. des ducs de Bourbon III. Pièces suppl. 62; *cf.* Huillard-Bréholles Titres I. 26. n° 111. — »Dilectus filius nobilis.« |
| » 3 | » | (7342) Episcopo Nemausensi mandat, ut B(enedictum d'Alignan) sacristam monasterii Villae Magnae, quem conventus monasterii de Grassa canonice elegerit in abbatem, vice sua confirmet et munus benedictionis electo impendat. III non. Ianr. a° 9°. ‖ Notices et extraits XXI. II. 200. — »Dilecti filii conventus.« |
| » 3 | » | (7343) Livonienses et Prutenos ad fidem Christi conversos sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut in libertate sua manentes nulli alii sint quam soli Christo et obedientiae ecclesiae Romanae subiecti. III non. Ianr. a° 9°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 16. n° 16; Turgenevii Russ. monim. I. 16; Bunge Livl. UB. I. 76. n° 71. — »Ecclesie Romane que.« |
| » 8 | » | (7344) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum concedit, ut generalis tempore interdicti liceat eis, in ecclesiis suis, non pulsatis campanis *etc.* divina officia celebrare. VI id. Ianr. a° 9°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 240. n° 230. — »Fauorabilibus precibus uestris.« |
| » 9 | » | (7345) (Guillelmo) Mutinensi episcopo apostolicae sedis legato concedit facultatem ordinandi ecclesiam, quam sibi Dominus acquiret per eius ministerium servitutis, et novos in ea creandi episcopos, et creatos accersitis sibi duobus vel tribus episcopis iuxta sanctiones canonicas consecrandi. V id. Ianr. a° 9°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 17. n° 17; Turgenevii Russ. monim. I. 17; Bunge Livl. UB. I. 77. n° 72. — »Sperantes quod aperiente.« |
| » 9 | » | (7346) (Ottoni) episcopo Ariminensi scribit, se eum (Alberto) Brixiensi episcopo duxisse associandum in cura extirpandi pravitatem haereticam de partibus Lombardiae, cum (Willelmum) Mutinensem episcopum, cui cum praefato Brixiensi curam commiserat, destinet ad Prutenorum barbaras nationes. Mandat ei, ut per Bononiensem et Parmensem transiens civitates earum potestatibus praecipiat, ut sine dilatione dimittant ipsarum regimen contra inhibitionem ipsis factam susceptum; quod nisi fecerint, in potestatem et consiliarios excommunicationis et in civitates ipsas interdicti sententias promulget. V id. Ianr. a° 9°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 57; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1225 § 47. — »Gerentes de zelo.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1225.** |
| Ianr. 16 resp. 18 | Laterani | (7347) (Roberto) episcopo Wesprimiensi definitivam sententiam, quam abbas et prior S. Gothardi et praepositus Geuriensis pro eo contra Obuse (Obusc *Th.*) de Vrustin Omnium Sanctorum et Vitris de Horváth (Widum de Hruat *Thein.*) S. Martini et alios ecclesiarum de Zala presbyteros super obedientia ab illis dicto episcopo exhibenda promulgarunt, confirmat. xvii (xv *Thein.*) kal. Febr. a° 9°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. ii. 15; Theiner Mon. Hungar. I. 52. n° 111. — »Ea quae iudicio.« |
| » 23 | » | (7348) Archiepiscopis et episcopis *etc.* mandat, ut libellum (a Iohanne Scoto Erigena) scriptum qui *Perifisis* titulatur et inventus est scatens vermibus haereticae pravitatis, sollicite perquirant et, ubicumque ipsum vel partem eius inveniri contigerit, ad sedem apostolicam si secure fieri possit mittant solemniter comburendum, »alioquin vos ipsi publice comburatis eundem.« x kal. Febr. (a° 9°). ‖ Alberici Trium Font. Chron. ad a. 1225 ap. Leibnit. Access. II. 514, *non integra; repetita* ap. Mansi Concil. XXII. 1211. — »Inimicus homo zizania.« |
| » 28 | » | (7349) Archiepiscopos, episcopos et universos ecclesiarum praelatos per regnum Franciae constitutos rogat, ut ad opus sedis apostolicae in singulis cathedralibus ecclesiis et aliis praebendalibus singulas praebendas reservent et interim, donec id fiat, competentes in eis redditus assignent. v kal. Febr. a° 9°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 929; Mansi Conc. XXII. 1217 *et* Suppl. II. 922; Bouquet Rec. XIX. 763; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 409. n° 75. — »Super muros Ierusalem.« |
| » 28 | » | (7350) Archiepiscopos et episcopos et universos ecclesiarum praelatos per regnum Angliae constitutos rogat et hortatur, ut ad opus sedis apostolicae in singulis cathedralibus ecclesiis et aliis praebendalibus praebendas singulas reservent et interim, donec id fiat, competentes in eisdem redditus assignent. v kal. Febr. a° 9°. ‖ Wilkins Concil. I. 558. — »Super muros Jerusalem.« |
| » 29 | » | (7351) (Roberto) episcopo Wesprimiensi concedit, ut praebendas canonicorum suae ecclesiae de redditibus capellarum augmentare possit. iv kal. Febr. a° 9°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. ii. 16; Theiner Mon. Hungar. I. 53. n° 112; *int.* H-i Decr. lib. 3. tit. 4 *de praeb.* c. 3 ed. Cironius 188; *mutila int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 33 ap. Boehmer Corp. II. 444 (*ad a.* 1222); ap. Richter Corp. II. 463. — »Exposuisti nobis in.« |
| Febr. 1 | » | (7352) A(ndream) regem Ungariae ad preces abbatis et conventus monasterii s. Martini de Pannonia rogat et hortatur, faciat ut mons Quisin (Quizin *Th.*) [Gissing] cum ecclesia, quam Walfer comes dicto monasterio concesserat et Bela rex pater eius, remotis inde personis, cum eodem monte sibi pro munitione receperat, restituatur praefatis monachis a Demetrio comite, qui eundem montem cum ecclesia ex regia, ut dicat, donatione nunc detineat. Kal. Febr. a° 9°. ‖ Fejér l. c. 17; Theiner l. c. 53. n° 113; *non integra* ap. Fuxhoffer Monast. (ed. 2ᵃ). I. 244. — »Etsi debeas ut.« |
| » 3 | » | (7353) Archiepiscopis, episcopis et praepositis ac aliis ecclesiarum praelatis ac rectoribus per regnum Angliae constitutis mandat, ut, cum Henricus rex Anglorum eorum subventionis auxilio dicatur quam plurimum indigere, iuxta facultates ecclesiarum competens ei subsidium impendant. iii non. Febr. a° 9°. ‖ Mansi Conc. XXIII. 15. — »Cum ecclesia secularium.« |
| » 4 | » | (7354) (Briccio) episcopo Vaciensi et Varadiensi et de Felduar abbatibus Quinqueeccles. dioc. mandat, moneant Demetrium comitem et Fabianum militem, ut ea quae monasterio s. Martini de Pannonia abstulerint, restituant. ii non. Febr. a° 9°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. ii. 19; Theiner Mon. Hungar. I. 54. n° 114. — »Etsi debeat charissimus.« |
| » 4 | » | (7355) Ecclesiam s. Laurentii Florentinam priore eiusque fratribus petentibus sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. ii non. Febr. indict. XLV(!). incarn. dom. a° 1225. pont. a° 9°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 936. — »Piae postulatio voluntatis.« |
| » 5 | » | (7356) Monasterium s. Ilarii [Saint-Hilaire de Carcassonne] cum omnibus suis pertinentiis protegendum suscipit eique plura iura tribuit. Non. Febr. indict. XIII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 9°. ‖ Mahul Cartul. V. 71. — »Vestris iustis postulationibus.« |
| » 11 | » | (7357) Priori et conventui ecclesiae s. Georgii in Braida Veronensibus regulam ecclesiae s. Mariae in Portu Ravennatensi ab ipsis susceptam, sed in eo correctam quod sagimen nulla sexta feria et carnes nulla quarta feria vel sabbato comedant *etc.*, auctoritate apostolica confirmat. iii id. Febr. a° 9°. ‖ Biancolini Chiese di Verona V. ii. 157. — »Cum a nobis.« |
| » 13 | » | (7358) Ducibus, comitibus, baronibus necnon rectoribus et communitatibus civitatum et castrorum in regno Franciae ac in Provincia et in Tarentasiensi, Bisuntinensi, Ebredunensi, Aquensi, Arelatensi et Viennensi provinciis constitutis significat, se R(omano) S. Angeli diacono cardinali pro negotiis in regno Franciae ac in Provincia pertractandis plenae legationis officium concessisse, eisque mandat, ut eundem honorifice recipiant. Id. Febr. a° 9°. ‖ Teulet Layettes II. 47. n° 1693. — »Cum negocia que.« |

**1225.**

Febr. 13 Laterani (7359) (Thomae?) Strigoniensi et (Ugrino) Colocensi archiepiscopis, postquam mores Benedictinorum in Hungaria commorantium ab instituto suo degeneres allegorice perstrinxit, significat, se curationis causa abbatibus de Warad et de Wulch Quinqueeccles. et Chanadiens. diocc. dedisse in mandatis, ut apud monasterium de Moducha Colocens. dioc. convocent capitulum, abbates prioresque Strigoniensis et Colocensis provinciarum venire ad illud per censuram ecclesiasticam compellant et, advocatis charitative duobus Cisterciensis ordinis vicinis abbatibus, procedant in celebratione capituli *etc.* Mandat eis, ut monasteriorum suorum rectores, quos visitatores praedicti denunciaverint removendos, sublato cuiuslibet contradictionis obstaculo amoveant. Id. Febr. a° 9°. || Fejér Cod. dipl. III. II. 19. — »Sapientia quae ex.«

» 14 resp. 15 » (7360) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis in regno Franciae ac in Provincia constitutis, et Tarentasiensi, Bisuntinensi, Ebredunensi, Aquensi, Arelatensi, Viennensi archiepiscopis et eorum suffraganeis necnon abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis consistentibus in eorum diocesibus nunciat, se, ut fidei rebus in Narbonensi provincia graviter afflictis succurrat, illuc R(omanum) S. Angeli diaconum cardinalem destinare cum amplissima potestate, eisque praecipit, ut ipsum sicut apostolicae sedis legatum devote recipiant ac ipsius salubria monita et mandata irrefragibiliter observent. xv (xvi *Teul.*) kal. Mart. a° 9°. || Bouquet Rec. XIX. 764; Teulet Layettes II. 47. n° 1694; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1225 § 28. 29. — »Mirabiles elationes maris.«

» 15 » (7361) Ludovico regi Francorum scribit de eodem argumento eique R(omanum) sedis apostolicae legatum impense commendat. xv kal. Mart. a° 9°. || Bouquet l. c. 766. — »Inter caeteros fratres.«

» 15 » (7362) (Andreae) regi Hungariae significat, se eius petitiones exauditurum esse, eique magistrum F., custodem Orodiensem, clericum et procuratorem regium commendat. xv kal. Mart. a° 9°. || Fejér Cod. dipl. III. II. 27; Theiner Mon. Hungar. I. 54. n° 115. — »Dilectum filium magistrum.«

» 15 » * (7363) S. Andreae Frisingae capitulo terras et possessiones suas confirmat. xv kal. Mart. a° 9°. || Lang Regesta II. 150.

» 17 » (7364) Berardo praeposito ac cunctis canonicis ecclesiae s. Iuvenalis Narniensis petentibus eorum ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim enumerata, iura ac privilegia confirmat. XIII kal. Mart. ind. XIII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 9°. || Bucciarellus Cathedr. Narniens. eccles. 18. — »Clerici qui in.«

» 18 » * (7365) Archiepiscopis, in quorum diocesibus monasteria et prioratus monasterio Fontis Ebraudi subiecta consistunt, mandat, ut minime excommunicationis et interdicti sententias de cetero promulgent in eos, qui molunt in molendinis vel coquunt in furnis abbatissae et conventus dictae abbatiae eo, quod super hoc illae sint privilegiis apostolicae sedis munitae. XII kal. Mart. a° 9°. || La Mainferme Clypeus Fontebrald. ord. III. 39; Niquet Hist. de l'ordre de Fontevraud 279.

» 20 » (7366) Abbati et conventui S. Dionysii Parisiensis notum facit, se archiepiscopis, episcopis ac aliis ecclesiarum praelatis districtius inhibere, ne quis eorum ad prioratus dicti monasterii causa visitationis accedat ac procurationes ab illis exigere vel extorquere praesumat. X kal. Mart. a° 9°. || Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 556. — »Ex parte vestra.«

» 25 » (7367) R(omano) S. Angeli diacono card. apostolicae sedis legato, cum (Guilelmus) Burdegalensis archiepiscopus super turbatione possessionis primatiae, quam Bituricensis ecclesia in ipso ac in eius provincia obtineat, citatus nec venerit responsurus nec miserit idoneum responsalem ad sedem apostolicam, hanc causam committit, ut debitum finem celerius sortiatur. V kal. Mart. a° 9°. || Bouquet Rec. XIX. 766. — »Citatus venerabilis frater.«

» 25 » (7368) (Engelberto) archiepiscopo Coloniensi et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Coloniensem provinciam constitutis mandat, ut illos qui possessiones, res, domus abbatis et conventus de Camberone Cisterc. ord. vel eorum hominum irreverenter invaserint *etc.*, excommunicationis sententia percellant aut, si clerici *etc.* fuerint, ab officio et beneficio suspendant. V kal. Mart. a° 9°. || Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 27. n° 20. — »Non absque dolore.«

» 25 » (7369) E. episcopo quondam Artfertensi, qui episcopatum Artfertensem in manibus papae cedendo loco, non ordini resignaverat, concedit ut de diocesanorum licentia pontificale possit officium exercere. V kal. Mart. a° 9°. || Theiner Mon. Hibern. 23. n° 57. — »Cum episcopatum Artfertensem.«

» 26 » * (7370) Magistris et fratribus militiae Templi concedit facultatem percipiendi decimas novalium in parochiis, in quibus veteres decimas percipere solent. IV kal. Mart. a° 9°. || Escluseaux Priviléges 88.

## 1225.

| | | |
|---|---|---|
| Febr. 26 | Laterani | (7371) (Romano) S. Angeli diacono card. apostolicae sedis legato scribit, se C(onrado) Portuensi episcopo ap. sedis leg. dedisse in mandatis, ut ex vicesima trium tunc praeteritorum annorum in Senonensi et aliis provinciis colligenda consuleret necessitatibus A(malrici) comitis Tolosani. »Sed eodem episcopo interim ad alia loca translato, quod mandavimus non fuit effectui mancipatum.« Ideoque ei mandat, ut iuxta praedicti mandati tenorem ex vicesima nobili supradicto provideat. IV kal. Mart. a° 9°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 767. — »Dilecto filio nobili.« |
| » 27 | » | (7372) Eidem mandat, ut (Ludovicum) regem Francorum ad ea »super quibus ipsum rogamus per litteras supradictas« (*vid.* n° 7294) inducat; si forte ad ea facienda induci nequiverit, sic studeat pro iure (Henrici) regis Anglorum conservando, ut »idem rex debitum et speratum in apostolica sede praesidium se gaudeat invenisse.« III kal. Mart. a° 9°. ‖ Bouquet l. c. 767. — »Tua novit prudentia.« |
| Mart. 1 | » | (7373) Episcopo Pennensi (Parmensi *Ciron.*) respondet in causa A. presbyteri — quem absolvit ab accusatione quorundam fratrum Minorum non iuratorum — »quod nullius testimonio, quantumcunque religiosus existat, nisi iuratus deposuerit, in alterius praeiudicium debet credi.« Kal. Mart. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 21. n° 18; *int.* Ep. decr. H-i lib. 2. tit. 12 *de testib.* c. 4 ed. Cironius 132; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de testib.* c. 51 ap. Boehmer Corp. II. 313, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 327. — »Nuper nobis A.« |
| » 3 | » | (7374) Abbati et conventui S. Petri Gandensis (ord. s. Ben. Tornacens. dioc.) diffinitivam sententiam, quam officialis Tornacensis pro eis in causa orta olim super sepultura quorundam hominum inter ipsos et canonicos S. Phareildis Tornac. dioc. promulgavit, confirmat. V non. Mart. a° 9°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre I. 252. n° 479. — »Cum a nobis.« |
| » 3 | » | (7375) Magistro et fratribus domus s. Mariae Theotonicorum decimas de Merenkeim [Mergentheim], quas (Theodoricus) episcopus Erbipolensis pia liberalitate eis contulerat, confirmat. V non. Mart. a° 9°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 168. n° 688. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 4 | » | (7376) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, officialibus et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint repetit n° 7314 d. d. 1224. Nov. 9: »IV non. Mart. a° 9°«. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 27. n° 21. — »Cum abbates Cisterciensis.« |
| » 5 | » | * (7377) (Alicem) reginam, nobiles viros *etc.* Cypri monet et hortatur, ut servent initam concordiam inter ipsos et archiepiscopum Nicosiensem et suffraganeos alias a papa confirmatam. III non. Mart. a° 9°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 47; *meminerunt huius bullae sine addito temporis signo* Raynaldi Ann. eccl. a. 1225 § 9. |
| » 7 | » | (7378) Abbatem et conventum monasterii Laureacensis [Lorch] cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem possessiones, terras ac alia bona, sicut ea omnia canonice possident, eis confirmat. Non. Mart. a° 9°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 168. n° 689. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 7 | » | (7379) Decanum et capitulum ecclesiae s. Willehadi (Bremensis) sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem possessiones et alia bona eidem ecclesiae confirmat. Non. Mart. a° 9°. ‖ Ehmck Bremisches UB. I. 156. n° 135. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 7 | » | (7380) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut commissiones a sede apostolica vel delegatis eius aut quibuslibet aliis ipsis factas minime teneantur recipere. Non. Mart. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 16. n° 32, *omisso initio.* |
| » 13 | | »P(etrus) abbas Theokesberiae Romam proficiscens in crastino s. Gregorii papae absolutus est a papa Honorio III ab his quibus falso accusabatur per episcopum Wigorniae.« Ann. de Theokesberia *in* Annal. monast. I. 68. |
| » 15 | » | (7381) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. indulget, ne auctoritate apostolicarum litterarum de causis compellantur cognoscere litigantium vel extra duas dietas extra diocesim trahi possint in causam. Id. Mart. a° 9°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 28. n° 22. — »Cum contemplationi vacantibus.« |
| » 17 | » | (7382) (Briccio) Vaciensi et (Cleto) Agriensi episcopis scribit, se postulationes duas in Strigoniensi ecclesia de (Desiderio) Cenadensi et (Iacobo) Nitriensi episcopis celebratas, cum nullam earum invenerit esse canonicam, non admittendas duxisse. Monet eos, inducant capitulum Strigoniense, ut infra mensem post susceptionem litterarum papalium in personam idoneam per electionem vel postulationem conveniant. XVI kal. Apr. a° 9°. ‖ Schmitth Episc. Agriens. I. 137; Katona Hist. crit. V. 481; Fejér Cod. dipl. III. II. 27; Theiner Mon. Hungar. I. 54. n° 116; *pars prima int.* H-i Decr. lib. 1. tit. 4 *de postul. prael.* c. 2 ed. Cironius 31. — »Duabus postulationibus, una.« |
| » 20 | » | (7383) (Sigfridum) archiepiscopum Maguntinum graviter reprehendit, quod P(eregrinum) electum Pragensem contra mandatum apostolicum consecraverit. Poenam excessus |

**1225.**

huiusmodi suo tempori reservans mandat, ut dictum P. in festo s. Michaelis proximo faciat personaliter venire ad sedem apostolicam. xiii kal. Apr. a° 9°. || Boczek Cod. dipl. Morav. II. 160; *non integra* ap. Erben Reg. Bohem. I. 319. n° 691; *cf.* Palacky Reise 24. n° 100. — »Nimis grave dispendium.«

Mart. 20 | Laterani | (7384) Ebredunensi archiepiscopo et eius suffraganeis latam ab eis sententiam excommunicationis in quendam filium Belial Salvagnum nomine suosque conscios, qui Glandentensem episcopum obtruncaverant, confirmat. xiii kal. Apr. (a° 9°). || Raynaldi Ann. ad a. 1225 § 24. — »Accepimus quod cum.«

„ 22 | „ | (7385) Priori et collegio canonicorum S. Radegundis reginae concedit, ut reliquias huius sanctae de tumba levantes eas in altari honorifice recondant. xi kal. Apr. (a° 9°). || Raynald. l. c. § 27, *nonnisi fragm.*

„ 23 | „ | (7386) Abbatem totumque conventum in Homburgk (ord. s. Ben. Magunt. dioc.) cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem advocatiam ecclesiae suae, quam dux Saxoniae una cum consensu coheredum suorum eis absolute contulit, insuper tres villas Korner, Swobhusen et Salcza eis confirmat. x kal. Apr. a° 9°. || (Krannichfeld) Hist. Nachrichten von d. erst. Stiftung ... des Kl. Homburg (Langensalza 1774. 4°) 46; Förstemann Urk. des Bened.-Klosters Homburg 34; *germanice* ap. C. F. Göschel Chron. der Stadt Langensalza (1818. 8°) I. 116. — »Iustis petencium desideriis.«

Apr. 4 | „ | (7387) (Hugoni) episcopo Dunkeldensi, (Iohanni) abbati et (?) priori de Lundors S. Andreae dioc. causam vertentem inter rectorem ecclesiae de Naythinthern et abbatem conventumque de Driburgh eiusd. dioc. super quibusdam decimis committit cognoscendam et terminandam. ii non. Apr. a° 9°. || Liber S. Marie de Dryburgh 145. in n° 202. — »Dilectus filius rector.«

„ 5 | „ | (7388) (Sibodoni) decano Aquensi ecclesiam in Iupille (prope Leodium) cum pertinentiis eius ad decanatum Aquensem spectantem confirmat. Non. Apr. a° 9°. || Quix Cod. dipl. Aquens. I. ii. 101. n° 141. — »Iustis petentium desideriis.«

(„ 7) | („) | (7389) (Conrado) Portuensi episcopo apostolicae sedis legato et (Engelberto) archiepiscopo Coloniensi significat, se electionem magistri Oliverii canonici Paderburnensis ecclesiae in episcopum Paderburnensem a maiori parte capituli celebratam confirmasse, eisque mandat, ut Henricum quondam praepositum ecclesiae ss. apostolorum Petri et Andreae Paderbornensis ad integram restitutionem quorumcunque bonorum Paderburnensis episcopatus, quae praetextu electionis suae hactenus tenebat occupata, compellant. *Absque nota chronol.* || Schaten Ann. Paderborn. I. 1001. — »Auditis et intellectis.«

„ 7 | „ | (7390) Oliverio electo Paderbornensi mandat, ut curam et regimen Paderbornensis ecclesiae assumens sic studeat commissam ipsi sollicitudinem exercere, »quod praedicta ecclesia sub regimine tuo proficiat.« vii id. Apr. a° 9°. || Schaten l. c. 1001. — (»Auditis et intellectis« (?))

„ 7 | „ | (7391) (Nobilibus et ministerialibus Paderbornensis ecclesiae) mandat, ut Oliverio electo plene et humiliter intendant et exhibeant ei iuramenta fidelitatis. vii id. Apr. a° 9°. || Schaten l. c. 1001, *deficiente initio.*

„ 8 | „ | (7392) De Horto S. Mariae et de Doccum prioribus ac magistro I. de Nova ecclesia plebano praescribit, quid de sententia excommunicationis contra (Theodoricum) episcopum Monasteriensem prolata fieri debeat. vi id. Apr. (a° 9°). || Hugo Sacrae antiq. monum. I. 478. — »Dilecti filii praepositus.«

„ 8 | „ | (7393) (Guidoni) Eduensi episcopo pallium concedit. vi id. Apr. a° 9°. || Gallia christ. IV. (ed. 1728.) 400. *Initium deest.*

„ 8 | „ | • (7394) Notum facit, magistrum hospitalis Monspeliensis ordinis s. Spiritus nemini subesse nisi sedi apostolicae. vi id. Apr. a° 9°. || Toussart Diplomata I. 17.

„ 9 | „ | (7395) (Andreae) de Capemberg, (Radolfo) de Holinchusen et (Thomae) de Susat praepositis Coloniens. et Monasteriens. diocc. mandat, ut causam inter decanum capitulumque Monasterienses ex parte una et (Iuttam) abbatissam conventumque monasterii de Frikenhorst Monast. dioc. ex altera super archidiaconatu ecclesiae s. Crucis eiusdem loci vertentem fine debito terminent. v id. Apr. a° 9°. || Wilmans Westfäl. UB. III. 116. n° 213. — »Dilecti filii decanus.«

„ 10 | „ | • (7396) Priori monasterii Fontis Ebraudi committit, ut regulares personas, sive mares sive mulieres, qui pro manuum violenta iniectione in canonem sententiae promulgatae inciderint, absolvere possit. iv id. Apr. a° 9°. || La Mainferme Clypeus Fontebrald. ord. III. 40.

„ 11 | „ | (7397) (Andreae) de Capemberge, (Radolfo) de Holinchusen et (Thomae) de Susat praepositis Coloniens. et Monaster. diocc. scribit, se decano maioris ecclesiae, praeposito S. Petri et Volquino canonico Patherbrunnensi causam inter B(ernardum) cantorem Monasteriensem ex parte una et (Iuttam) abbatissam et conventum monasterii in Frikenhorst Monaster. dioc. ex altera super archidiaconatu eiusdem loci vertentem ante biennium

| | | |
|---|---|---|
| | | **1225.** |
| | | et amplius terminandam commisisse. Mandat eis, ut si dicti iudices apostolicum praeceptum neglexerint adimplere, extunc eandem causam terminent. III id. Apr. a° 9°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 116. n° 214. — »Dilectus filius B(ernardus).« |
| Apr. 13 | Laterani | • (7398) Le pape approuve la convention arrêtée entre l'abbaye et Milon évêque de Térouanne, le 10 novembre 1167, au sujet du droit de gîte, qu'il pouvait réclamer à titre de patron des églises de Boeseghem et de Terdeghem, convention qui avait été observée loyalement jusqu' à ce jour. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 252. n° 480. |
| » 19 | » | (7399) Concordiam inter Conrardum abbatem Praemonstratensem ex parte una et S. Mariae Magdeburgensis, de Gratia Dei, de Liezeka, de Brandeburg, de Havelberg, de Rasceburg, de Iericow, de Colebeke, de Rohde, de Quedelingeburg, de Wida, de Poleke (*leg.* Polethe), de Gramozowe et de Themenis praepositos ex altera initam super eo, quod dictus abbas Praemonstr. asserebat praefatos praepositos debere annis singulis Praemonstratum convenire ad generale capitulum *etc.*, confirmat. XIII kal. Mai. a° 9°. ‖ Hugo Annal. Praem. I. prob. 25; Le Paige Bibl. Praem. 926; Klempin Pommersches UB. I. 172. n° 230. — »Ea quae pro.« |
| » 19 | » | (7400) Compositionem inter abbatem conventumque B. Mariae de Camberone ex parte una et abbatem conventumque S. Cornelii Indensis Coloniens. dioc. ex altera super decima de Wodeka factam confirmat. XIII kal. Mai. a° 9°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 29. n° 23. — »Solet annuere sedes.« |
| ( » 20-30) | apud Tyburem | »Honorius pape *Urbem* exiens propter seditiones et bella, quae in ea fiunt sub Parentio senatore, se contulit, ad quem pro dilatione passagii obtinenda imperator mittit (Iohannem Ierosolymitanum) regem et patriarcham, qui tamen apud Reate accepere responsum.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori, Scr. rer. Ital. VII. 998 (ap. Ughelli Ital. sacr. [ed. 1647] III. 985). |
| Mai. 1 | Tibure | (7401) A(zonem) Anconitanum et Estensem marchionem vocat ad se, ut marchiam Anconitanam tamquam suum feudum libere recipiat. Kal. Mai. a° 9°. ‖ Muratori Antiqq. Ital. I. 333; Scheid Origg. Guelf. II. 647; *fragm. mai.* Amiani Mem. di Fano I. 188. — »Benigne recepimus et.« |
| » 2 | » | (7402) (Canonicis S. Mariae Middelburgensis postulantibus) inhibet, ne quis eis pro benedictione abbatum suorum aliquod contra statuta concilii generalis extorquere praesumat. II (?) Mai. a° 9°. ‖ Hugo Annal. Praemonstr. II. prob. 129. — »Cum a nobis.« |
| » 7 | » | (7403) Decano et conventui Casinensibus ecclesiam s. Petri de Foresta cum pertinentiis suis confirmat. Non. Mai. a° 9°. ‖ Tosti Monte Cassino II. 305. — »Cum olim ....« |
| » 9 | » | (7404) Abbati de Bocon (Becon *Thein.*), praeposito et cantori Albensibus Vesprimiens. dioc. causam inter fratres hospitalis Ierosolymitani ex parte una et abbatem monachosque S. Spiritus dioc. Quinqueeccles. ex altera super ecclesia s. Spiritus et eius pertinentiis litigantes, per obitum Strigoniensis archiepiscopi indecisam committit decidendam. VII id. Mai. a° 9°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 30; Theiner Mon. Hungar. I. 55. n° 117. — »In litteris felicis.« |
| » 15 | » | (7405) (Uriae) abbati et conventui monasterii s. Martini de Pannonia, cum in privilegiis eis ab apostolica sede concessis (a. 1216. Iun. 13, *vid.* n° 5123) fiat mentio libertatis privilegii Casinensis ecclesiae, ipsum transscriptum (»Zacharias episc. servus servorum Dei omnibus ecclesiae catholicae filiis — A° pont. domini Zachariae summi pontificis et universalis papae in ss. sede b. Petri apostoli 1$^{mo}$ in mense Martio« *etc.*) mittit. Id. Mai. a° 9°. ‖ Novák Vindic. 114; *non integra* ap. Fejér l. c. 31. — »Cum in privilegiis.« |
| » 15 | » | (7406) Ugrino archiepiscopo Colocensi terras quasdam, videl. Bosnam, Soy (Sauum) et Wosora, infectas haeretica pravitate, quas ei purgandas committit eiusque ecclesiae in perpetuum donavit, confirmat. Id. Mai. a° 9°. ‖ Pray Hierarch. II. 405; Katona Hist. crit. V. 466; Fejér l. c. 32; Theiner l. c. 55. n° 119. — »Cum a nobis.« |
| » 15 | » | (7407) Eundem laudat, quod ad profligandos haereticos de Bozna, Soy et Wossora se viriliter accinxit, eique mandat, ut catholicae puritatis subversores potenter persequatur. Id. Mai. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1225 § 21; Farlati Illyr. sacr. IV. 48; Katona l. c. 467; Fejér l. c. 33; Theiner l. c. 55. n° 118. — »Gratum gerimus et.« |
| » 15 | » | • (7408) Capitulo S. Lamberti Leodiensis acquisitionem castellorum de Muisan [Moha] et de Waleve [Waleffe] confirmat. Id. Mai. a° 9°. ‖ Schoonbroodt Chartes de Saint-Lambert 17. n° 49. |
| » 15 | » | (7409) Abbati et conventui Westmonasteriensibus cellam monialium de Keleburn Londoniens. dioc. cum omni iurisdictione quam in illa habent confirmat. Id. Mai. a° 9°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. III. 427. n° 7. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 16 | » | (7410) B. rectori et clericis ecclesiae s. Secundi Eugubinens. dioc. senarium clericorum dictae ecclesiae numerum, quem (Vilanus) Eugubinus episcopus taxavit et instituit, |

**1225.**

auctoritate apostolica confirmat. xvII kal. Iun. a° 9°. || Sartius De episc. Eugubin. 132. — »Iustis petentium desideriis.«

| | | |
|---|---|---|
| Mai. 18 | Tibure | (7411) Abbatem et conventum monasterii in Schonendal Cisterc. ord. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem agros, vineas, prata *etc.* ab H. de Langenberc et C. de Crutheim et eorum filiis eidem monasterio collatas ac alia bona confirmat. xv kal. Iun. a° 9°. \|\| Wirtemberg. UB. III. 172. n° 692. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 19 | » | (7412) Universis episcopis regni Scotiae mandat, ut, cum metropolitanum non habeant, provincialia autem concilia omitti non debeant, in quibus de corrigendis excessibus et moribus reformandis sit adhibendus tractatus, provinciale concilium auctoritate apostolica celebrent. xIv kal. Iun. a° 9°. \|\| Wilkins Concil. I. 607; Mansi Conc. XXII. 1221; Registrum episcopat. Aberdon. II. 3. — »Quidam vestrum nuper.« |
| » 26 | » | (7413) Uria abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Martini super Pannoniam ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, libertates, iura et privilegia confirmat. vII kal. Iun. indict. XIII. incarn. domin. a° 1225. pont. a° 9°. \|\| Fejér Cod. dipl. III. II. 33; Theiner Mon. Hungar. I. 56. n° 120. — »Effectum iusta postulantibus.« |
| » 28 | » | (7414) Geuriensi et Albensi praepositis et abbati de Pelis Vesprimiens. dioc. causam inter fratres hospitalis Ierosolymitani ex parte una et (Uriam) abbatem S. Martini de Pannonia Geuriens. dioc. ex altera super quibusdam decimis diu pendentem committit definiendam. v kal. Iun. (a° 9°). \|\| Fejér l. c. 38; Theiner l. c. 57. n° 121. — »Olim dilecti fratres.« |
| » 30 | » | (7415) Repetit n° 6504 d. d. 1221. Ianr. 18: »III kal. Iun. a° 9°« — »Quia plerumque veritatis.« \|\| De Geer Archieven I. 51. n° 45. |
| » 30 | » | (7416) Repetit n° 6923 d. d. 1223. Ianr. 13: »III kal. Iun. a° 9°« — »Cum dilectis filiis.« \|\| De Geer l. c. 50. n° 44. |
| » 31 | » | (7417) Repetit n° 6914 de 1223. Ianr. 5: »II kal. Iun. a° 9°« — »Ad eripiendam de.« \|\| Strehlke Tab. 331. n° 394. |
| » 31 | » | (7418) Repetit n° 6486 de 1221. Ianr. 15: »II kal. Iun. a° 9°« — »Cum vos tanquam.« \|\| Strehlke l. c. 331. n° 395. |
| » 31 | » | (7419) Repetit n° 6497 de 1221. Ianr. 16: »II kal. Iun. a° 9°« — »Non absque dolore.« \|\| Strehlke l. c. 331. n° 396; de Geer Archieven I. 52. n° 46. |
| Iun. 2 | » | (7420) Patriarchis, archiepiscopis et episcopis et abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, praecipit, ut omnibus parochianis suis prohibeant, ne a fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani de novalibus vel aliis terris post concilium generale acquisitis, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, vel de nutrimentis animalium suorum ullatenus decimas exigere vel extorquere praesumant *etc.* iv non. Iun. a° (5°, *sed legendum*) 9°. \|\| Strehlke l. c. 320. n° 364. — »Quia plerumque veritatis.« |
| » 2 | » | (7421) Episcopum et capitulum Paduanos rogat et monet, ut Iohannem clericum filium Matthaei de Gratiano, cui praebendam, quam in eorum ecclesia T. episcopus Furconensis nuper consecratus obtinebat, contulerat, in fratrem et canonicum admittant. iv non. Iun. a° 9°. \|\| Biancolini Serie dei vescovi di Verona 88. n° 13. — »Celebrata olim electione.« |
| » 4 | » | (7422) Abbatissam et conventum (monasterii s. Iohannis bapt.) de Gerbestat (ord. s. Ben. Halberstad. dioc.) sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem omnes possessiones ac alia bona eis confirmat. II non. Iun. a° 9°. \|\| Thuringia sacra 9. n° 11; Schöttgen Diplom. Nachlese VII. 437. — »Cum a nobis.« |
| » 4 | » | (7423) R(omano) S. Angeli diacono card. apostolicae sedis legato mandat, det operam, ut, donec Fulchesius de Breante crucesignatus Henrico regi Anglorum reconciliatus sit, Ludovicus rex Francorum eundem nobilem in regno suo libere commorari permittat. II non. Iun. a° 9°. \|\| Bouquet Rec. XIX. 767. — »Cum ad reconciliandum.« |
| » 8 | » | (7424) Priorem et conventum monasterii de Vinchusen cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem libertates et immunitates ab archiepiscopo Coloniensi monasterio dicto concessas eis confirmat. vI id. Iun. a° 9°. \|\| Hugo Annal. Praemonstr. II. prob. 271. — »Cum a nobis.« |
| » 10 | » | (7425) Cantori S. Amati Duacensis et coniudicibus eius in causa, quae vertitur inter abbatem conventumque S. Petri Gandensis et abbatissam monasterii in villa de Harnes [Bravelle] Cisterc. ord., mandata dat. iv id. Iun. a° 9°. \|\| v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 252. n° 481. — »Dilecti filii abbas.« |
| 10 | » | (7426) (Petro) episcopo Meldensi, abbati Ermeriarum Paris. dioc. et cantori Meldensi mandat, ut, cum dudum R(obertus) de Cortenaio matrimonium G(uidonis) de Castellione cum A(gnete) accuset, veritatem plenius sedi apostolicae per litteras suas exponant. iv id. Iun. a° 9°. \|\| Bouquet Rec. XIX. 768. — »Cum causa matrimonii.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1225.** |
| Iun. 10 | Tibure | (7427) Praeceptoris et fratrum domus s. Mariae Theutonicorum in Borza consistentis constantiam virtutis laudat et terram dictam eis regia liberalitate donatam confirmat. iv id. Iun. a° 9°. ‖ Schuller Archiv I. 240; Fejér Cod. dipl. III. ii. 41; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV). 31. n° 29; Theiner Mon. Hungar. I. 58. n° 122. — »Recepimus litteras quas.« |
| » 10 | » | (7428) De Lineweld [Lilienfeld], de Kercz et de Egris [Egresch] abbatibus Pataviens., Ultrasylv. et Cenadiens. diocc. mandat, investigent, num fratres domus Theutonicorum limites ab Andrea rege Hungariae eis in terra Bozae concessos excesserint. iv id. Iun. a° 9°. ‖ Schuller l. c. 240; Fejér l. c. 42; Teutsch u. F. l. c. 31. n° 30; Theiner l. c. 59. n° 125. — »Dolemus quoties audimus (quotiens audivimus« *Thein.*) |
| » 10 | » | (7429) Dominico priori ordinis Praedicatorum et fratri Martino in regnum Marrochianum ad evangelizandum destinatis concedit, ut ibi ipsis liceat praedicare, baptizare ad fidem noviter venientes, iniungere poenitentias, excommunicationis sententiam promulgare *etc.*; praecipit autem eis, ut his nullatenus praesumant abuti. iv id. Iun. a° 9°. ‖ Waddingi Ann. Min. II. 124; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1225 § 44. — »Vineae domini custodes.« |
| » 11 | » | (7430) Episcopo Furconensi, abbati S. Mariae de Nocor et praeposito S. Iohannis Celamensis Trivet. et Marsic. diocc. causam vertentem inter praepositum capitulumque S. Pamphili Sulmonensis Valvens. dioc. ex parte una et capitulum S. Pelini Valvensis ex altera super iure eligendi Valvensem episcopum committit terminandam. iii id. Iun. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1371. — »Sua nobis praepositus.« |
| » 12 | » | (7431) (Andream) regem Hungariae rogat et monet, ut terram Bozae, quam fratribus domus Theutonicorum donavit, postmodum autem grandi et gravi equitum multitudine intravit gravans fratres ipsos et eorum homines exactionibus et expensis ac proponens, quod ipsi fratres non contenti egressi fines possessionum eis concessarum quasdam regias possessiones occupassent, relinquat illosque super hac terra de cetero non molestet. ii id. Iun. a° 9°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. ii. 43 *et* V. 58; Schuller Archiv I. 241; Katona Hist. crit. V. 463; Bardosy Suppl. ann. Scep. 415; Pray Annal. I. 229; Benkö Milkovia I. 101; Bethlen Deutsch. Orden 94; Schlözer Krit. Samml. 324, *cf.* 684. not.; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. XV). 32. n° 32; Theiner Mon. Hungar. I, 58. n° 124; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1225 § 19. 20. — »Dolemus quoties audimus.« |
| » 12 | » | (7432) (Cinthio) episcopo Portuensi apostolicae sedis legato de superiore ad (Andream) regem epistola significat eique mandat, faciat exponi litteras papales per fidelem nuncium ipsi regi ac ipsum inducat ad facienda ea, quae continentur in illis. ii id. Iun. a° 9°. ‖ Schuller l. c. I. 245; Fejér l. c. 47; Teutsch u. Firnhaber l. c. n° 31; Theiner l. c. 58. n° 123. — »Qualiter scribamus charissimo.« |
| » 13 | — | Abbati et conventui Glastoniae: »Reate id. Iun. a° 9°.« ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 29. n° 19, *vid.* 1225. Iul. 15. n° 7442. |
| » 14 | Tibure | (7433) Abbati Trenorchiensi concedit, ut abbates et priores monasterio Trenorchiensi subiectos annis singulis ad capitulum apud idem monasterium celebrandum convocet et cum eis de correctione ac reformatione ordinis secundum b. Benedicti regulam salubriter tractet. xviii kal. Iul. a° 9°. ‖ Juénin Hist. de l'abbaye de Tournus, preuv. 189. — »Cum a nobis.« |
| » 23 resp. 24 » 26 | Reate | (7434) Priori et fratribus dominici Sepulchri (in Zderas *add. Erb.*) indulget, ut in collegiatis ecclesiis, quas habent in Gnesnensi (Gnezdnensi *Rz.*) provincia (in Boemia *Erb.*), liceat eis generalis tempore interdicti, non pulsatis campanis, clausis ianuis *etc.*, divina officia celebrare. ix (viii *Nak.*, vi *Erb.*) kal. Iul. a° 9°. ‖ Nakielski Miechovia 146; Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. III. 67 in n° 71; *cf. argum.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 322. n° 698. — »Precibus vestris (nostris *male Rz.*) benignum.« |
| » 28 | » | (7435) Priorissae ac conventui monasterii de Arnesse [Arendsee] ord. s. Ben. Verdens. dioc. indulget, ut, cum generale interdictum terrae fuerit, liceat eis clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. iv kal. Iul. a° 9°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Hauptth. XXII. 14. n° 23, *ubi male* Honorio IV *et* a. 1293. Iun. 28 *attribuitur.* — »Solet annuere sedes.« |
| Iul. 3 | » | (7436) Abbatem et conventum de Trapa Cisterc. ord. protegendos suscipit et decernit ut nulli omnino hominum liceat, praefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere *etc.* v non. Iul. indict. XIII. incarn. dom. a° 1224. pont. a° 9°. ‖ *Fragm. maius* ap. Du Bois Hist. de la Trappe 310. |
| » 8 | » | (7437) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino scribit, se ei dedisse in mandatis, ut omnes omnino proventus et redditus Wormaciensis ecclesiae colligi faciat eosque in Franciam mittat apud Trecas, ut exinde Matthaeo Guidonis Marron et eius sociis civibus Romanis satisfieret de pecunia, in qua sit eis Wormaciensis ecclesia obligata. Mandat ei nunc, ut proventus eosdem studeat obligare, ita ut usque ad proximum festum resurrectionis dominicae 1620 marcas colligat et eas in tuto loco deponat *etc.* viii id. Iul. a° 9°. Würdtwein Nova subs. IV. 128. — »Cum olim tibi.« |

**1225.**

Iul. 10 — Reate — (7438) Abbatissam et conventum monasterii in Porceto [Burtscheid] Cisterc. ord. tuendas suscipit, specialiter autem eis terras, possessiones et redditus, quos habent apud S. Andream, in Vilen, in Steinstrazen *etc.* confirmat. vi id. Iul. a° 9°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. von Aebtiss. 305. n° 10; Quix Königl. Kapelle 110. — »Iustis petentium desideriis.«

» 10 — » — * (7439) Le pape Honorius accorde aux habitants d'Anvers, à cause du grand nombre de bateliers et marchands y exerçant leur commerce, que la publication des bans de leurs mariages pourra se faire pendant trois jours consécutifs, pourvu qu'un de ces jours soit un dimanche ou un jour de fête. vi id. Iul. a° 9°. ‖ Fréd. Verachter Inventaire des chartes ... d'Anvers (1860. 4°) 4. n° 9.

» 11 — » — (7440) Capitulo Hamburgensi concedit, ut cum generale interdictum terrae fuerit, ei liceat, clausis ianuis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. v id. Iul. a° 9°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 420. n° 484. — »Solet sedes Romana.«

» 13 — » — (7441) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolymitani decimam in Mergentem [Mergentheim], quam Gotfridus et Conradus de Honloch [Hohenlohe] in feudum ab ecclesia Herbipolensi tenuerant, sed eis contulerant, confirmat. iii id. Iul. a° 9°. ‖ Strehlke Tab. 161. n° 177; Wirtemberg. UB. III. 180. n° 699. — »Iustis petentium desideriis.«

» 15 — » — (7442) Abbati et conventui Glastoniae ecclesiam s. Iohannis Glastoniae, quam eis b. m. Savaricus Bathoniensis episcopus ad opus fabricae monasterii concesserat, auctoritate apostolica confirmat. Id. (Iun., *sed legas*) Iul. a° 9°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 29. n° 19. — »Iustis petentium desideriis.«

» 15 — » — (7443) Belam iuvenem regem monet et hortatur, ut alienationes ab (Andrea) rege Ungariae patre eius in praeiudicium regni et contra regis honorem factas in ea regni parte, quam ex ordinatione patris sui habeat, revocet. Id. Iul. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1225 § 22; Katona Hist. crit. V. 469; Fejér Cod. dipl. III. ii. 47; Pray Annal. I. 230; Schuller Archiv I. 245; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 35. n° 33; Theiner Mon. Hungar. I. 60. n° 126. — »Intellecto iam dudum.«

» 15 — » — (7444) (Ugrino) archiepiscopo Colocensi scribit de epistola antecedenti eique mandat, interponat partes suas super hoc taliter, ut diligentiae suae studium per effectum appareat. Id. Iul. a° 9°. ‖ Fejér l. c. 48; Theiner l. c. 60. — »Intellecto iam dudum.«

» 18 — » — (7445) Friderico Romanorum imperatori, qui expeditionem ducturum se in Orientem iureiurando sposponderat et imminente die papam petiverat ut profectionis tempus prorogaret, suspensam ferendi ab ipso Terrae sanctae auxilii omnium exspectationem, delusas spes, iactatas in ipsum atque apostolicam sedem ob graviores moras voces improbas exponit. »Ut (autem) ea quae in rescripto nobis exhibito continentur, efficaciter compleantur« destinat ad eum P(elagium) Albanensem episcopum et G(ualam) tit. S. Martini presbyterum cardinalem apostolicae sedis legatos, eumque hortatur, ut illos humaniter excipiat. xv kal. Aug. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1225 § 2, *nonnisi fragm.*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 498; *cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 329. n° 63. — »Inter alias.«

» 18 — » — (7446) Abbati de Scona indulget, ne per commissiones apostolicas quas de cetero ad eum contigerit impetrari, nonnisi de indulgentia huiusmodi mentionem fecerint, procedere teneatur. xv kal. Aug. a° 9°. ‖ Liber ecclesie de Scon 65. n° 101. — »A nobis humiliter.«

» 19 — » — (7447) Monasterium s. Dei genitricis et virginis Mariae de Argenceolis patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim designata, iura ac privilegia confirmat. xiv kal. Aug. indict. XIII. incarn. dom. a° 1225. pont. a° 9°. ‖ Gallia christ. X. instr. 134. — »Prudentibus virginibus quae.«

» 24 — » — (7448) Universis archiepiscopis et episcopis, in quorum diocesibus grangiae fratrum Praemonstratensis ordinis sunt sitae, praecipit, ne in illorum grangiis decimas colligant et procurationes exigant. ix kal. Aug. a° 10°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 654. — »Si veri christianae.«

» 25 — » — (7449) (Geroldo) episcopo Frisingensi, (Eberhardo) de Salem et (Wernhero) Sanctae Crucis abbatibus Constantiens. et Passaviens. diocc. mandat, ut Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi, qui paratus sit futuro episcopo unam dietam et dimidiam in diocesi assignare eique 300 marcas in annuis redditibus deputare post obtentam a sede apostolica super hoc licentiam assignandas, re diligenter inquisita concedant libertatem instituendi sedem cathedralem in ecclesia s. Andreae de Lavent, »reservatis per omnia privilegiis et honoribus archiepiscopo et ecclesiae Salzeburgensi, sicut in duobus aliis episcopatibus (*i. e.* Chiemensi et Seccoviensi) sunt servata.« viii kal. Aug. a° (9°, *sed legas*) 10°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. i. 2; Mezger Hist. Salisb. 997; *summatim* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quell. XXII. 363. n° 805, *ubi erranter* a° 1224 *tributa*; Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 235. n° 291. — »Venerabilis frater noster.«

**1225.**

Iul. 29 | Reate | (7450) Abbati, priori et fratribus ordinis s. Benedicti monasterii s. Martini in Monte Pannoniae concedit et indulget, ut in omnibus ecclesiis suis et cellis, quas per regnum Hungariae tenent, generalis interdicti tempore, non pulsatis campanis clausis ianuis *etc.* divina officia celebrent. (IV kal. Apr. a° 8°, *correxerim in*) IV kal. Aug. a° 10°. ‖ Dobner Mon. II. 365; Katona Hist. crit. V. 447; Fejér Cod. dipl. III. I. 449. — »Precibus vestris benignum.«

» 31 | » | (7451) Universos Christi fideles per Moguntinam provinciam constitutos monet et hortatur, ut, cum praepositus in Arnesse [Arendsee] Verdens. dioc. et sanctimoniales in eodem loco Deo consecratae ad promotionem ecclesiae suae diligenter intendant nec ad hoc eis propriae suppetant facultates, eidem ecclesiae pias elemosynas et grata subsidia erogent; omnibus vere poenitentibus, qui praedictam ecclesiam in nativitate b. virginis Mariae aut in anniversario dedicationis die visitaverint, indulgentiam 25 dierum promittit. II kal. Aug. (a° 9°, *sed correxerim in*) a° 10°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XXII. 14. n° 24, *ubi perperam* Honorio IV *adscribitur et ad* d. 2. Aug. 1293 *refertur*). — »Quoniam ut ait.«

Aug. 6 | » | (7452) Abbatissa ac monialibus de Alto Castro [Hohenburg] petentibus inhibet, ne nobiles illius regionis suas intrudant in earum monasterium filias et cognatas, cum vix ad ipsarum sustentationem propriae sufficiant facultates. VIII id. Aug. a° 10°. ‖ Würdtwein Nova subs. XIII. 285. — »Ex vestra insinuatione.«

» 8 | » | (7453) Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi, cum »privilegium, super episcopatu in Seccoviensi ecclesia tunc tuae diocesis a te de nostra permissione creato tibi concessum (d. 22. Iun. 1218) a nobis, per incautelam sit a muribus tineisque corrosum,« hoc privilegium renovat. VI id. Aug. a° 10°. ‖ Mezger Hist. Salisb. 994; *cf.* Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 236. n° 293. — »Tua nobis fraternitas.«

» 9 | » | (7454) Universo clero per regnum Boemiae constituto mandat atque praecipit, ut illos qui possessiones fratrum dominici Sepulchri in Boemia infestaverint, excommunicent aut, si clerici vel monachi fuerint, ab officio et beneficio suspendant. V id. Aug. a° 10°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 322. n° 699. — »Prior et fratres« *incipit, sed non est initium.*

» 10 | » | (7455) (Petro) archiepiscopo Lundensi (Lugdunensi *Decret.*) respondet ad eius consultationes: 1. De missae celebratione secundum ritum ecclesiae Romanae ad latores epistolae eum allegat; 2. Porro »quod monachus aliquem sacrum ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo fuerit reconciliatus abbati et receperit poenitentiam, absque tamen dispensatione Romani pontificis ministrare non potest in ordine sic suscepto;« 3. Posse archiepiscopum et in sua et in aliena diocesi »absque pallio et sandaliis celebrare,« neque domi cum pallio celebrare debere nisi diebus, qui in privilegiis ecclesiae eius sint expressi. IV (III *Rayn.*) id. Aug. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1225 § 17; Liljegren Svenskt dipl. I. 243. n° 234; *pars 2 et 3 int.* Decr. H-i III lib. 5. tit. 5 *de apostat.* c. 3 *et* lib. 1. tit. 6 *de auctor. pallii* c. 6 ed. Cironius 275, 40; *int.* Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 9 *de apostat.* c. 6 *et* lib. 1. tit. 8 *de auctor. pallii* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 755, *ad* a. 1224 *et* 86, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 762 *et* 98. — »Tua (Quia *Decr.*) nos duxit.«

» 11 | » | (7456) Abbati et priori Stivagiensibus Tullens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis Inferioris Monasterii (in Hohenburg) alienata invenerint illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius legitime revocent. III id. Aug. a° 10°. ‖ Würdtwein Nova subs. XIII. 288. — »Dilectarum in Christo.«

11 | » | (7457) Ecclesiam Spirensem cum omnibus personis et possessionibus tuendam suscipit, specialiter autem eidem ecclesiam de Ezzelingin [Esslingen] cum pertinentiis confirmat. III id. Aug. a° 10°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe von Speyer I. 180. n° 169; Wirtemberg. UB. III. 196. n° 714, *uterque perperam ad* a. 1226. — »Cum a nobis.«

» 11 | » | • (7458) Archiepiscopo Nicosiensi committit inquisitionem circa matrimonium inter (Alicem) reginam Cypri et Boemundum filium comitis Tripolitani in quarto affinitatis gradu sibi attinentes. III id. Aug. a° 10°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 47.

» 12 | » | (7459) (Ericum) regem Sveciae cum regno et omnibus suis honoribus ac iusticiis protegendum suscipit. II id. Aug. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1225 § 18, *finis deest;* Vastovius Vitis aquil. 174; Liljegren Svenskt dipl. I. 244. n° 235; *cf.* Celse Appar. 61. n° 23. — »Tuae sublimitatis deuotio.«

» 12 | » | (7460) (Olaum) archiepiscopum Upsalensem rogat et monet, ut I. diacono capellano suo, »qui diu Parisius scholasticis institit disciplinis,« ecclesiasticum beneficium conferat. II id. Aug. a° 10°. ‖ Liljegren l. c. 244. n° 236; *cf.* Porthan Bullar. access. 19. n° 44. — »Dilectus filius I.«

» 12 | » | (7461) (Petro) archiepiscopo Lundensi concedit usque ad quinquennium potestatem absolvendi incendiarios provinciae suae et manuum in personas ecclesiasticas iniectores. II id. Aug. a° 10°. ‖ Liljegren l. c. 245. n° 237; *cf.* Porthan l. c. n° 45. — »Ut tuam honoremus.«

» 13 | » | (7462) Ducem et magnates Svetiae hortatur, ut quiescant personas ecclesiasticas ad iudicium saeculare protrahere, bona propria ipsorum occupare ac eos exactionibus indebitis

**1225.**

opprimere. Id. Aug. a° 10°. ‖ Vastovius l. c. 174; Liljegren l. c. 245. n° 238; *cf.* Celse l. c. n° 24. — »Ad audientiam nostram.«

Aug. 13 Reate (7463) Praelatos et clericos Upsalensis diocesis hortatur, ut (Olao) Upsalensi archiepiscopo suam diocesim visitanti procurationes debitas hilariter exhibeant. Id. Aug. a° 10°. ‖ Liljegren l. c. 246. n° 239; *cf.* Celse l. c. n° 25. — »Cum omnibus debita.«

» 13 » (7464) Priori et fratribus S. Mariae de Vincareto concedit licentiam assumendi regulam fratrum s. Marci de Mantua apostolicae sedis iudicio approbatam. Id. Aug. a° 10°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 641. n° 18. — »Vestra nobis devotio.«

» 16 » (7465) Mediolanensi archiepiscopo mandat, petentibus Saonensi episcopo, (Alberto) praeposito et quibusdam aliis canonicis Novariensibus, ut, eis non obstantibus quae per (Oldebertum Tornielli) Novariensem episcopum sint praesumpta, faciat ad praebendam bonae memoriae A(imerici) cantoris Novariensis per eos ad quos ius eligendi spectare dinoscatur idoneum eligi in diaconatus vel sacerdotii ordine constitutum. xvii kal. Sept. a° 10°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1290. — »Ex parte venerabilis.«

» 23 » (7466) (Ugrino) archiepiscopo Colocensi et suffraganeis eius mandat, moneant (Andream) Hungariae regem, ut alienationes ab ipso factas in praeiudicium regni, non obstante iuramento si quod fecerit de non revocandis eisdem, studeat revocare; porro expostulat, officiis publicis paganos et Iudaeos contra synodalem ac regni constitutionem praefici, per Saracenos christiana coemi mancipia, in suamque ab his trahi superstitionem. x kal. Sept. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. ii. 48; Theiner Mon. Hungar. I. 60. n° 127. — »Intellecto iam dudum.«

» 28 » (7467) (Bartholomaeo) episcopo Parisiensi iniungit, ut sinistram apostolicae concessionis — »ut fratres Minores ubicumque fuerint, sine parochialis iuris praeiudicio cum altari valeant viatico celebrare« — interpretationem a nonnullis adinventam compescat et dictos fratres in exercitio privilegii conservet. v kal. Sept. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 21. n° 19; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 99; Ep. decr. H-i lib. 5. tit. 12 *de privileg.* c. 6 ed. Cironius 295; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *de privil.* 30 ap. Boehmer Corp. II. 821, *ad* a. 1223; ap. Richter Corp. II. 833. — »In hiis quae.«

» 30 » (7468) (Guillelmo) archiepiscopo Rhemensi mandat, reprobet sinistram quorundam interpretationem decretalis illius, qua fratribus Minoribus concessum sit, ut, ubicumque fuerint, sine parochialis iuris praeiudicio cum altari possint viatico celebrare; et datam hanc eis licentiam celebrandi publicet. iii kal. Sept. a° 10°. ‖ Waddingi Ann. Min. II. 600; Sbaralea l. c. 22. n° 20. — »In his quae.«

Sept. 1 » (7469) Corisopitensi (Crisopitensi *Rayn.*) et Trecorensi episcopis (et abbati S. Crucis Camparell. ((Remperelensi *Rayn.*)) Corisop. dioc. *om. Manr.*) notum facit, se episcopo Leonicensi et abbati S. Lupi (abbati S. Gigalcei de Landevenech *Decret.*) Corisop. dioc. mandasse, ut de Mauricii abbatis monasterii s. Mauricii Cisterc. ord. Corisop. dioc. vita et miraculis veritatem per testes inquirerent; sed per eorum paginam transmissam non apparere »quod testes ipsos examinaverint sigillatim« *etc.* Mandat eis, ut testes quos et abbas et monachi dicti loci super vita dicti viri duxerint producendos, prudenter ac diligenter examinent et depositiones eorum sedi apostolicae fideliter transmittant. Kal. Sept. a° 10°. (A° 1223. *Manr.*) ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 242; *int.* Decret. H-i lib. 2. tit. 12 *de testib.* c. 5 ed. Cironius 133; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de testib.* c. 52 ap. Boehmer Corp. II. 313, *male ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 327; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1225 § 49, *fragm.* — »Venerabili fratre nostro.«

» 1 » (7470) (Alexandro) Varadiensi et (Gregorio) Geuriensi episcopis scribit de excessibus Hospitalariorum S. Mariae Theutonicorum, quos contra A(ndream) regem Hungariae commiserunt, eisque mandat, ut summatim super his veritatem inquirant. Kal. Sept. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. ii. 53; Schuller Archiv I. 246; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 35. n° 34; Theiner Mon. Hungar. I. 61. n° 128. — »Detestabile semper est.«

» 3 » (7471) Orodiense capitulum monet, ut, cum Iohannem Capuc(ium) subdiaconum et capellanum suum ipsis concesserit in praepositum, illi plene de cetero intendant. iii non. Sept. a° 10°. ‖ Fejér l. c. 50. — »Iam pridem praepositura.«

» 4 » (7472) (Andreae) regi Hungariae notificat, se Orodiensem praepositaram, cum regalis existat ac per hoc ad sedem apostolicam eius collatio, ad eum vero praesentatio praepositi pertineat, Iohanni subdiacono et capellano suo concessisse, regemque sicut iterum, sic attentius exhortatur, ut dicto capellano gratificetur. ii non. Sept. a° 10°. ‖ Katona Hist. crit. V. 485; Fejér l. c. 51; Theiner Mon. Hungar. I. 62. n° 130. — »Iam pridem Orodiensi.«

» 6 » (7473) (Alberto) electo, abbati S. Zenonis et Constantino canonico Veronensibus mandat, ut quicquid per ducem Venetorum contra Hostiensis episcopi tunc apostolicae sedis legati sententiam — quam ille in causa vertente inter antecessorem O. Feltrensis et Bellunensis electi ex parte una et cives Tervisinos ex altera super districtu et iurisdictione promulgaverat, contra quam autem praefatus dux iniquum arbitrium tulerat —

| | | |
|---|---|---|
| | | **1225.** |
| | | invenerint esse factum, in irritum revocent. VIII id. Sept. a° 10°. ‖ Biancolini Serie dei vescovi di Verona 88. n° 14; Decr. H-i lib. 1. tit. 24. c. 2 ed. Cironius 90; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 43 *de arbitr.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 216; ap. Richter Corp. II. 228. — »Exposita nobis dilecti.« |
| Sept. 8 | Reate | (7474) Capitulo Paduano vicenarium quartum numerum praebendarum, quem b. mem. Gerardus Paduanus episcopus in eorum ecclesia pensatis eius facultatibus statuerat, confirmat. VI id. Sept. a° 10°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 46. n° 37. — »Ecclesiarum utilitati et.« |
| » 9 | » | (7475) R(omani) S. Angeli diaconi card. apostolicae sedis legati discretioni causam (Iacobi) regis Aragonum, qui comitatum Amelianensem, quo eum (Amalricus) comes Montisfortis et episcopus diocesanus privaverant, reposcebat, committit. V id. Sept. a° 10°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 776. — »Ex parte carissimi.« |
| » 9 | » | »In nomine Domini amen. Anno eiusdem 1225. indict. XIII. v id. Sept. tempore Honorii III pp. pontificatus anno eius 10° consecrata est maior ecclesia Reatina ab ipso domino Honorio ....« ‖ *Tabula vetusta relata* ap. Raynald. Ann. ad a. 1225 § 55. |
| » 10 | » | (7476) (Gregorio) episcopo et praeposito Geuriensibus mandat, faciant ut Iohannes Capuc(ius) subdiaconus et capellanus suus, cui Orodiensem praeposituram concesserit, plena eius possessione gaudeat. IV id. Sept. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 52; Theiner Mon. Hungar. I. 62. n° 131. — »Cum Orodiensis praepositura.« |
| » 16 | » | (7477) Abbati S. Godardi, praeposito Albensi Geuriensis et Vesprim. diocesum et magistro Enoc archidiacono Nitriensi mandat, ut causam inter Vesprimiensem episcopum et fratres Ierosolimitani hospitalis s. Stephani Albensis super quibusdam decimis vertentem sufficienter instructam ad sedis apostolicae examen remittant. »Romae« (*sic Mon. Hung. hist.*) XVI kal. Oct. a° 10°. ‖ Theiner l. c. 61. n° 129; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 211. — »Venerabili fratri nostro.« |
| » 18 | » | (7478) Archipresbytero et canonicis ecclesiae Paduanae petentibus ad exemplar Urbani (III a. 1186) et Innocentii (III a. 1200. Apr. 13) praefatam ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, confirmat. XIV kal. Oct. indict. XIII. incarn. dom. a° 1226(!). pont. a° 10°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 49. n° 41. — »Pie postulatio voluntatis.« |
| » 18 | » | (7479) Abbati et conventui Glastoniae indulget, ut talibus minime cogantur solvere pensiones, qui ab eis oblata congrua beneficia nolunt recipere vel non valent. XIV kal. Oct. a° 10°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 38. n° 47. — »Ex parte vestra.« |
| » 18 | » | (7480) (Bartholomaeo) episcopo Parisiensi mandat, ut inhibeat generaliter praelatis Galliae, ne de cetero fratres ordinis Minorum, qui secundum apostolicam indulgentiam ubique cum altari viatico solemnia celebrare missarum possunt, propter hoc excommunicent et hospites eorundem nullo modo impediant. XIV kal. Oct. a° 10°. ‖ Waddingi Ann. Min. II. 600; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 22. n° 21; *int.* Decr. H-i III lib. 3. tit. 24 *de celebr. miss.* c. 7 ed. Cironius 245. — »Non deberent (debent *Cir.*) ecclesiarum.« |
| ante » 25 | — | »Eodem mense (*i. e.* Septembri) quinque vacantibus in regno ecclesiis quinque dominus papa Honorius praefecit motu propriae voluntatis, inscio et irrequisito imperatore, vid. quendam Casinensem monachum Iohannem cognomento de S. Liberatore ecclesiae s. Vincentii de Vulturno, Consanae priorem quendam S. Mariae Novae de Urbe, Salernitanae Famagustanum quondam episcopum, Aversanae cantorem Amalphitanum et Capuanae Pavensem quondam episcopum, quos ... recipi imperator in ipsis ecclesiis non permisit.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 998 (ap. Ughelli Ital. sacr. [ed. 1647] III. 985). |
| » 25 | Reate | (7481) Friderico Romanorum imperatori et regi Siciliae nunciat, se ecclesiis Capuanae, Salernitanae, Brundusinae, Consanae et Aversanae diu vacantibus tandem providisse personas idoneas ordinando de regno oriundas et fideles, ipsumque hortatur, ut novos praelatos accipiat et honoret iuraque eis conservet integra, archiepiscopum autem Salernitanum exhibitorem praesentium vultu sereno recipiat. VII (v *Ugh.*) kal. Oct. a° 10°. Ughelli Ital. sacra I. 490; *partim* ap. Raynald. Ann. a° 1225 § 45; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 522; *cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 330. n° 64; v. Raumer Hohenstaufen III. (1857.) 170. — »Certam nobis.« |
| » 25 | » | (7482) (Cleto) Agriensi episcopo concedit, ut provisionem canonicorum ecclesiae suae, cum ipsorum provisio diminuta sit, ex redditibus capellarum ad sustentationem eorum concessarum augmentare possit. VII kal. Oct. a° 10°. ‖ Schmitth Episc. Agriens. I. 139; Katona Hist. crit. V. 482; Fejér Cod. dipl. III. II. 55, *cf.* 16; Theiner Mon. Hungar. I. 63. n° 133. — »Significasti nobis quod.« |
| » 25 | » | Abbati monasterii Clusiensis de Ultrasilvanis partibus: »VII kal. Oct. a° 10°«. ‖ Theiner l. c. 63. n° 132, *vid.* 1225. Oct. 1. n° 7488. |
| » 26 | » | (7483) Potestati et populo Reatinis significat, se eos eorumque civitatem cum districtu, iurisdictione et aliis bonis ad manus suas et per se ecclesiae Romanae in posterum duxisse retinendos in plena libertate »qua tenemus ipsas Campaniae civitates, quae |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1225.** |
| | | ecclesiae Romanae nullo medio sunt subiectae.« VI kal. Oct. indict. XIV. incarn. dom. a° 1226 (!). pont. a° 10°. ‖ Galletti Chiese di Rieti 159. — »Etsi singuli ad.« |
| Sept. 26 | Reate | (7484) Ferdinando Castellae regi gratulatur, quod per se ipsum crucis inimicos viriliter expugnare coepit, eumque monet et obsecrat, ut in tam laudabili proposito firmiter perseveret. VI kal. Oct. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1225 § 43. — »Sane sicut relatum.« |
| » 26 | » | (7485) Capitulo Strigoniensi mandat, ut, cum iam bis eorum postulationes iustitia exigente repulerit, quatuor canonicos, quos ad hoc reputent idoneos, mandatum universorum habentes usque ad proximum festum epiphaniae ad sedem apostolicam transmittant, quorum consilio de persona ipse provideat idonea ecclesiae Strigoniensi. VI kal. Oct. a° 10°. ‖ Katona Hist. crit. V. 484; Fejér Cod. dipl. III. II. 56; Theiner Mon. Hungar. I. 63. n° 134. — »Cum olim duas.« |
| » 27 | » | (7486) Capitulo ecclesiae Paderbornensis notum facit, se Oliverium tunc electum eiusdem ecclesiae et apud sedem apostolicam munere consecrationis accepto aliquamdiu post commorantem in consortium suum admisisse et transtulisse in episcop(at)um Sabinensem. Monet eos et hortatur, ut canonice eligant sibi aliam personam idoneam in pastorem, qui tanto congruat oneri et honori. V kal. Oct. a° 10°. ‖ Ughelli l. c. I. 168; Schaten Ann. Paderborn. I. 1009; Lünig Spicil. eccles. II. (Reichs-Arch. XVII.) 741. n° 74. — »Cum apostolica sedes.« |
| » 27 | » | Federicum Romanorum imperatorem hortatur: »V kal. Oct. a° 10°«. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 490, *vid.* n° 7481. |
| Oct. 1 | » | (7487) Abbati monasterii Clausiensis (Clusiensis *Th.*) [Kolos] de Ultrasylvanis partibus ad instantiam (Andreae) regis Hungariae mitrae ac annuli usum de speciali gratia concedit. (VII *add. Thein.*) kal. Oct. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 57; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 36. n° 35; Theiner Mon. Hungar. I. 63. n° 132. — »Licet sedes apostolica.« |
| » 1 | (») | * (7488) Liberas esse in S. Petro Viennensi sepulturas, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus assumuntur corpora mortuorum, decernit. »Romae« kal. Oct. a° 10°. ‖ I. a Bosco Bibl. Floriac. Laev. xyst. 103. |
| » 4 | » | (7489) (Vitali) archiepiscopo et abbati S. Pauli Pisanis mandat, ut potestatem et consiliarios Pisanos censuris ecclesiasticis coerceant, ni quendam fratrem ordinis Minorum de civitate Lucana oriundum e carcere liberent. IV non. Oct. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 23. n° 22. — »In eo quod.« |
| » 7 | » | (7490) Fratribus Praedicatoribus et Minoribus in regno Miramolini a sede apostolica destinatis concedit, ut in praedicta regione eis liceat praedicare, baptizare Saracenos ad fidem noviter venientes, et reconciliare apostatas *etc.* Non. Oct. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. I. 338, II. 124; Ripolli Bullar. Praed. I. 16. n° 33; Sbaralea l. c. 24. n° 23. — »Vineae Domini custodes.« |
| » 11 | » | (7491) Archiepiscopo Viennensi et decano Gratianopolitano mandat, ut, cum nonnulli canonicorum se a Maurianensi ecclesia pro necessariorum defectu absentare cogantur, eorum numerum imminuant. V id. Oct. a° 10°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 306. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 11 | » | (7492) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino mandat, ut (Ottonem) episcopum Herbipolensem ad praesentiam ipsius accedere minime contra tenorem indulgentiae a sede apostolica ei concessae compellat, »contentus quod se tibi praesentet, cum eum a te vocari contigerit, per idoneos nuntios et sollempnes.« V id. Oct. a° 10°. ‖ Würdtwein Nova subs. IV. 131. — »Pro diversitate causarum.« |
| » 14 | » | (7493) Universis Christi fidelibus per Bremensem provinciam et totam terram Frisiae constitutis mandat, ut Domino caput et caudam hostiae immolent navalem praeparando exercitum ad restitutionem rerum in Terra sancta. II id. Oct. a° 10°. ‖ Mieris Charter-Boek I. 200; Schotanus Chron. van Vriesland in Tabl. 12; Schwartzenberg Groot Placaat-Boek I. 91; *hollandice* ed. P. Winsemius Chron. van Vriesland 161; ap. Schwartzenberg l. c. 92. — »Scimus quod multi.« |
| » 27 | » | (7494) (Andream) regem Hungariae, qui fratres domus s. Mariae Theutonicorum super terra Boza molestare non solum non destiterat, verum etiam ipsos de regno suo eiecerat, rogat et obsecrat in domino Iesu Christo, ut fratres dictos in regnum revocet eisque omnia bona restituat. VI kal. Nov. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 58; Schuller Archiv I. 248; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 37. n° 36; Theiner Mon. Hungar. I. 64. n° 135; *cf.* Strehlke Tab. 158. n° 166. — »Iam meminisse vix.« |
| Nov. 6 | » | (7495) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis repetit n° 6235 d. d. 1220. Apr. 17: »VIII id. Nov. a° 10°« — »Benefaciens Dominus bonis.« ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 247. n° 241; *cf.* Celse Appar. 61. n° 26. |
| » 13 | » | (7496) R(omanum) S. Angeli diaconum card. apostolicae sedis legatum rogat et monet, ut resarcienda quae (Arnaldo) Agennensi episcopo a Raimundo Tolosano intulerit damna |

**1225.**

procuret, si inter dictum comitem et ecclesiam pacem reformari contingat. Id. Nov. a° 10°. || Bouquet Rec. XIX. 777. — »Cum venerabilis frater.«

Nov. 13 Reate (7497) Abbati et priori S. Praeiecti et thesaurario S. Quintini Noviomens. dioc. mandat, cogant homines monasterii s. Petri Gandensis gravi onere debitorum suppressi, ut per communis collectae subsidium moderatum ad solutionem huiusmodi debitorum (Arnoldo) abbati et conventui dicti monasterii liberaliter subveniant. Id. Nov. a° 10. || v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 255. n° 489, *perperam ad* a. 1226. — »Ex parte dilectorum.«

» 13 » (7498) (Arnoldo) abbati et conventui S. Petri Gandensis concedit, ut in bonis parentum illorum quos dictum monasterium de cetero intrare contigerit, sive ex testamento sive ab intestato ipsis provenerint, succedere possint. Id. Nov. a° 10°. || v. Lokeren l. c. n° 490, *male ad* a. 1226. — »Ex parte vestra.«

» 20 » (7499) Constitutionem sancit, ut »si quis in hoc sacrilegii genus irrepserit, quod sanctae Romanae ecclesiae cardinalem fuerit hostiliter insecutus vel percusserit aut ceperit *etc.*, sicut reus laesae criminis maiestatis perpetuo sit infamis, diffidatus nihilominus et banditus *etc.* Nullus ei debita reddere, nullus respondere in iudicio teneatur *etc.* XII kal. Dec. a° 10°. || Raynaldi Ann. ad a. 1225 § 50—54; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 410. n° 76. — »Summi providentia principis.«

» 21 » * (7500) (Roberto) episcopo Arosiensi, licet in iuventute vovisset ab esu carnium perpetuo abstinere, permittit, ut vescatur carne pro viribus corporis reparandis. Significat praeterea, sese accepisse 20 marcas argenti de censu b. Petri ab episcopo sibi missas. XI kal. Dec. a° 10°. || Porthan Bullar. access. 19. n° 46.

» 22 » (7501) (Arnoldum) abbatem et conventum monasterii s. Petri Gandensis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Estgrenewiz et de Liueshem eis confirmat. X kal. Dec. a° 10°. || v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 256. n° 491, *male ad* a. 1226. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 26 » (7502) Priorem capitulumque S. Mariae ad Carceres ord. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Michaelis Paduanam ab episcopo Paduano eis collatam eisdem confirmat. VI kal. Dec. a° 10°. || Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 445; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 46. n° 38. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

Dec. 1 » (7503) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per Italiam constitutis mandat, ut fratres de Poenitentia in ecclesiis suis, in quibus a sede apostolica sit concessum generaliter tempore interdicti, ad divina officia, ecclesiastica sacramenta necnon sepulturam admittant. Kal. Dec. a° (9°, *sed legas*) 10°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 19. n° 26. — »Cum illorum qui.«

» 5 » (7504) Compositionem inter (Beringerum) episcopum et capitulum Spirenses ex una parte ac (Conradum) episcopum et capitulum Constancienses ex altera de ecclesia de Ezzelingen [Esslingen] factam confirmat. Non. Dec. a° 10°. || Remling UB. d. Bischöfe von Speyer I. 181. n° 171; Wirtemberg. UB. III. 208. n° 723 (*uterque falso ad* a. 1226). — »Ea quae iudicio.«

» 11 » (7505) Universis Christi fidelibus in Rothomagensi provincia constitutis nunciat, b. Laurentium Dublinensem archiepiscopum, cuius corpus in ecclesia s. Mariae de Augo Rothomag. dioc. feliciter requiescat, catalogo sanctorum adscriptum esse et annumerandum sanctorum collegio confessorum. Etiam statuit, ut eius festivitas annis singulis XVIII kal. Dec. (*i. e.* 14. Nov.) solemniter celebretur. III id. Dec. a° 10°. || Cherubini Bullar. I. 82; Wilkins Concil. I. 619; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 413. n° 77; Bzovius Annal. eccl. XIII. 322; *non integra* ap. Raynald. Annal. ad a. 1225 § 39, 40. — »Ineffabilis providentia Dei.«

» 22 (») * (7506) Confirmat quaedam statuta facta per cardinalem Gualam auctoritate pontificia super regimine ecclesiae Vercellensis, scilicet super distributionibus et praebendis ac decimis locorum Prarolii, Larizate, Decianae, Lignanae, Casalis rubei, Montonarii et Carexanae. Item quod nemo possit obtinere capellaniam aeque in ecclesia s. Eusebii et in ecclesia s. Mariae, et quod praebendae omni decennio accomunentur, *etc.* (Statuta cardinalis sunt data Vercellis 16. Decbr. 1224 a° pont. d. Honorii pp. nono.) || Caccianottius Summar. 154.

» 23 » (7507) Abbati et priori Haffligemensibus et abbati Ninivensi Cameracens. dioc. mandat, cogant abbatissam et sorores de Harnes Cisterc. ord., ut concessione olim Adae fundatrici domus earum facta contentae nihil prorsus contra condictum ab illa cum abbate et conventu S. Petri Gandensis initum attemptent. X kal. Ianr. a° 10°. || v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 256. n° 492, *male ad* a. 1226. — »Dilecti filii abbas.«

» 23 » (7508) Consulibus Terracinensibus mandat, ut, cum imperator petat ab eis res balistariorum quae apud Terracinam existant, tale super hoc habeant consilium, »quod inde difficultatem incurrere non possitis.« X kal. Ianr. a° 10°. || Contator Hist. Terracin. 183. — »Cum sicut intelleximus.«

| Date | Place | Entry |
|---|---|---|
| | | **1225.** |
| Dec. 29 | Reate | (7509) Abbati et conventui de Scona ord. s. Aug. (S. Andreae dioc.) confirmat ecclesiam de Cherintun, quam eis b. m. I(ohannes) tit. S. Stephani in Coelio monte presbyter card., dum in partibus illis legationis officio fungeretur, in proprios usus reparationi ecclesiae suae et aedificiorum suorum deputaverat. IV kal. Ianr. a° 10°. ‖ Liber ecclesie de Scon 65. n° 102. — »Cum a nobis.« |
| — | — | (7510) Ludovico Francorum regi opprobrat, quod aurem suis precibus monitionibusque non praebuerit de prorogandis treugis cum (Henrico) rege Angliae et de bello contra eum cessando; rogat eum et obsecrat, ut praedicto regi terram eius (cismarinam) contra tot preces sedis apostolicae et contra statutum de pace reformanda invasam restituat, ab eius iniuria quiescat, ius, quod contra dictum (Henricum) habere proponat, legitime prosequatur tempore competenti, quo Terrae sanctae succursum non disturbet; et ut tandem audire velit quae ei propositurus sit R(omanus) S. Angeli diaconus cardinalis apostolicae sedis legatus, ne ex eo bello auxilia Terrae sanctae avertantur. *Temporis nota deest.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1225 § 30—34, *non integra;* Bouquet Rec. XIX. 761. — »Utinam fili carissime.« |
| — | — | (7511) Sarisberiensi et Eliensi episcopis scribit de Dunelmensi episcopo reo sanguinis, simoniae, adulterii, sacrilegii, rapinae, periurii ac dilapidationis *etc. Absque nota chronol.* ‖ Matthaeus Paris Hist. Angl. ad a. 1225; Manrique Ann. Cisterc. IV. 290. — »Ita nobis in.« |
| — | — | De Horto s. Mariae et de Doccum abbatibus Praemonstrat. ord.: A° D[i] 1225. *Sine die et mense.* ‖ Hugo Sacrae antiq. monum. I. 479, *vid.* n° 7338. |
| | | **1224. 1225.** |
| — | — | (7512) Abbati S. Martini, archidiacono Remensi et decano Buniensi (Brimensi *Decr. Gr.*) Coloniens. dioc. super facto electionis R(udolfi) Virdunensis electi mandata dat statuens, ut, si iudices de principali et exceptionibus praeiudicialibus simul cognoscunt vel super principali lite non contestata testes recipiunt, licite ab eis appelletur. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 1 ed. Cironius 92; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 19 ap. Boehmer Corp. II. 226, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 238. — »Exhibita nobis dilecti.« |
| | | **1223—1225.** |
| — | — | (7512a) (Hugonem) regem, H(enricum) natum et ballivos eius necnon comestabulum, barones, milites et omnes universos Cypri exhortatur, ut compositionem inter ipsos ex parte una et archiepiscopum Nicosiensem eiusque suffraganeos ex parte altera super quibusdam decimis, possessionibus *etc.* mediante (Pelagio) Albanensi episcopo tunc fungente legationis officio in partibus Orientis (a° 1223. Ianr. 21., *vid.* n° 6947) amicabiliter initam adimpleant et observent. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 2. tit. 20 *de confirm. ut.* c. 1 ed. Cironius 169; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 30 *de confirm.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 413, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 430. — »Venerabilis frater noster.« |
| | | **1216—1225.** |
| — | — | (7512b) (Nicolao) episcopo Regino indulget, ut, si qui clerici de alienis episcopatibus in ecclesiis suae iurisdictionis sine conscientia et assensu suo sint vel fuerint in posterum instituti, eos ex auctoritate apostolica removeat. *Sine nota chronol.* ‖ Decret. H-i lib. 1. tit. 12 *de cler. peregr.* c. 1 ed. Cironius 52; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 22 *de cler. peregr.* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 132, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 144. — »Te nobis proponente.« |
| | | **1226.** |
| Ianr. 5 | Reate | (7513) (Venturae) episcopo Ariminensi mandat, ut mandata, quae ipsi olim pro praeposito et capitulo Ariminensibus fecit, sine difficultate exequatur et de dampnis et iniuriis a potestatibus vel civibus Ariminensibus capitulo irrogatis in rebus aut personis, propter quae excommunicati sint, priusquam ad absolutionem procedat ipsorum, satisfieri faciat competenter. Non. Ianr. a° 10°. ‖ Tonini Rimini 439. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 7 | » | (7514) Abbati et conventui S. Arnulphi Metensis, qui statuerant, ut, cum per impressionem laicalem plures laicos in suo monasterio recepissent inviti, nulli de cetero in tonsura vel habitu laicali recipiantur ibidem nec infra monasterium vel extra talibus ministrentur stipendia monachorum, hoc statutum confirmat. VII id. Ianr. a° 10°. ‖ Tabouillot Hist. de Metz IV. I. 186. — »Quia providendum est.« |
| » 8 | » | (7515) (Hugonem de Leziniaco) comitem Marchiae vituperat, quod fidelitatem qua H(enrico) regi Anglorum tenebatur adstrictus et adhuc quoque tenetur, nulla famis nullave obsidionis coactus angustia violavit contra iuramentum, quo se ad illam servandam astrinxerat. Sollicitat eum et monet, ut famae suae providens ad fidelitatem ipsius regis redeat. Addit, se Aquensi et Vasatensi episcopis et archidiacono Vasatensi man- |

**1226.**

dasse, ut, nisi infra mensem mandatum apostolicum adimpleverit, eum ad id per censuram ecclesiasticam compellant. VI id. Ianr. a° 10°. || Bouquet Rec. XIX. 769. — »Fidelitatis vinculum quo.«

* *In eundem modum* Galfrido de Leziniaco (Rymer Foed. I. I. 97) — Vicecomiti Lemovicensi — Savarico de Maloleone — Americo de Rupe Engolismens. dioc. — Hugoni de Thoarcio — Willelmo Maingot Xanctonens. dioc. — Galfrido de Rancon, eiusd. dioc. — Reginaldo de Pontibus eiusd. dioc. — Comiti Petragoricensi — Galfrido Rudel — Willelmo archiepiscopo.

* * * Aquensi et Vasatensi episcopis et archidiacono Vasatensi, *quibus de superioribus epistolis significat.*

Ianr. 13 Reate (7516) Episcopo Glasguensi ad supplicationem decani et capituli Glasguensium concedit facultatem retinendi ecclesiam de Driuesdale in usus proprios, ut visitare possit gentes barbaras in quadam parte suae diocesis existentes easque divinis quarum ignarae sint institutionibus informare. Id. Ianr. a° 10°. || Registrum episc. Glasguens. I. 128. n° 151. — »Substancia ecclesiastica prout.«

» 13 » (7517) Episcopo Glasguensi et abbati ac conventui monasterii s. Trinitatis de Dunfermelyn indulget, ut ea occasione quod b. m. magister Acuncius subdiaconus et capellanus apostolicus molendina (de Muxilburg) et illi redditum ipsum concesserunt in eis Stephano clerico Iohannis Mancini civis Romani, non teneantur post decessum eiusdem molendina ipsa in beneficium unquam concedere. Id. Ianr. a° 10°. || Registrum de Dunfermelyn 166. n° 256. — »Cum in molendinis.«

» 13 » (7518) Abbati et conventui de Dunfermelyn ad hospitalitatem praecipue conservandam ecclesias de Halis et de Kinglassin in proprios usus concedit. Id. Ianr. a° 10°. || Registr. de Dunf. 167. n° 257; Theiner Mon. Hibern. 23. n° 58. — »Ex relatione vestra.«

» 15 » (7519) Compositionem inter abbatem conventumque de Dunfermelyn et abbatem canonicosque de Scona S. Andreae dioc. super quibusdam decimis initam confirmat. XVIII kal. Febr. a° 10°. || Registrum de Dunfermelyn 167. n° 258. — »Cum a nobis.«

» 23 » (7520) Willelmo abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Iacobi apostoli et s. Mirini confessoris de Passelet Cluniac. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. X kal. Febr. indict. XIV. incarn. dom. a° 1225. pont. a° 10°. || Theiner Mon. Hibern. 23. n° 59. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 24 » (7521) Frederico Romanorum imperatori et regi Siciliae nunciat, quomodo preces eius super absolutione comitis Tripolitani admittere non potuit, cum nuntii eiusdem comitis conditiones a cardinalibus oblatas recipere noluerint. IX kal. Febr. a° 10°. || *Non integra* ap. Raynald. Ann. a° 1226 § 56; ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 538. *Initium desideratur.*

» 24 » (7522) Abbate et conventu monasterii de Passelet Cluniac. ord. petentibus inhibet, ne episcopi vel officiales eorum subditas monasterio ecclesias audeant in recipiendis procurationibus ultra taxatum in Lateranensi concilio personarum et evectionum numerum aggravare. IX kal. Febr. a° 10°. || Registrum monasterii de Passelet 343. — »Cum membrorum gravamini.«

» 28 resp. 29 (») (7523) Archiepiscopos et episcopos, abbates ... et alios praelatos ac rectores ecclesiarum in Hibernia constitutos hortatur, ut, cum regnum Hiberniae ad Henricum regem Angliae pertineat ac per hoc eidem incumbat defendere eorum ecclesiarum libertates et iura, eidem regi subveniant et collectam faciant ad expensarum eiusdem onera supportanda. IV (V *Thein.*) kal. Febr. a° 10°. || Rymer Foedera I. I. 97; Theiner Mon. Hibern. 25. n° 60. — »Non laeditur libertas.«

» 30 » (7524) Priori et fratribus eremitis de Monte Carmelo iniungit, ut vivendi normam ab (Alberto) Hierosolymitano patriarcha (ex Achon, Id. Ianr. a° 1171) editam ab eisque ante generale concilium susceptam in posterum observent. III kal. Febr. a° 10°. || Cherubini Bullar. I. 83; Bullar. Carmel. I. 1; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 415. n° 78. — »Ut vivendi normam.«

» 30 » (7524a) Nicosiensi et Caesariensi archiepiscopis et abbati Montis Oliveti narrat diversos et varios comitis Tripolitani excessus eisque mandat, ut illum diebus festis solemni ritu fidelium communione depellant ac principatum sacris interdicant. III kal. Febr. a° 10°. Raynaldi Ann. ad a. 1226 § 57. — »Comes Tripolitanus qui.«

» 31 » (7525) Magistro Severino Ariminensi canonico Bononiae commoranti intimat, se episcopo, archipresbytero et capitulo Bononiensibus praecipisse, ut magistro Tancredo ipsorum concanonico archidiaconatum Bononiensis ecclesiae libere conferant et assignent; mandat ei, ut, si praefati neglexerint adimplere apostolicum mandatum, ipsum eidem magistro conferat. II kal. Febr. a° 10°. || (Sartius) De archigymn. Bonon. professor. II. 181; Savioli Ann. Bologn. III. II. 59. — »Non facimus iniuriam.«

» 31 » * (7526) Henricum regem Cypri recipit in protectionem. II kal. Febr. a° 10°. || MasLatrie Hist. de Chypre II. 47; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1226 § 58.

**1226.**

Ianr. — | »1226. mense Ianuario Honorius papa Oliverium natione ...... ad ecclesiam s. Vincentii assumptum electum ad imperatorem in Apulia mittit.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 999 (ap. Ughelli Ital. sacr. [ed. 1647] III. 986).

Febr. 15 | Laterani | * (7527) Magistro et fratribus militiae Templi mandat, ut (Henricum) regem Cypri habeant commendatum. xv kal. Mart. a° 10°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 47; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1226 § 58.

» 16 | » | (7528) I(ngeburgi) quondam reginae Francorum, relictae Philippi regis Franciae, cui Guarinus de Monte acuto magister hospitalis Hierosolymitani apud Terasas mense Iunio a. 1225 concesserat, ut in ecclesia hospitalis de Corbolio 13 fratres presbyteri in perpetuum pro anima dicti regis *etc.* officia divina celebrent, ac quae eidem domui pro sustentatione dictorum fratrum, scil. pro quolibet eorundem, annuum 12 librarum redditum contulerat, hanc concessionem confirmat. xiv kal. Mart. a° 10°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 770; *sine die et mense* Langebek Scr. rer. Dan. VI. 128. — »Solet annuere sedes.«

» 16 | » | (7529) Eandem cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. xiv kal. Mart. a° 10°. ‖ Bouquet l. c. 771. — »Licet apostolicae sedis.«

( » 16) | » | * (7530) Ph(ilippum) de Ybelin baiulum regni Cypri monet et hortatur, ut (Henrici) regis et regni Cypri utilitatibus in baiulationis officio incumbat. A° 10°. *Sine die et mense.* ‖ MasLatrie l. c. 48.

» 17 | » | (7531) (Andream) regem Hungariae, qui fratres domus hospitalis s. Mariae Theutonicorum e regno suo eiecerat iterum monet ac obsecrat, ut, spretis pravis suggestionibus malignorum, »qui videntes terram Bozae per immensum fratrum dictorum studium profecisse, ad eius cupidinem venenosis suasionibus te accendunt«, illos in regnum suum revocet ac eis restituat integre omnia bona sua. xiii kal. Mart. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. ii. 74; Schuller Archiv I. 250; Teutsch u. Firnhaber UB. 1. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 38. n° 37; Theiner Mon. Hungar. I. 64. n° 136. — »Sicut serenitati tuae.« *Cf.* 1225. Oct. 27. n° 7494.

» 17 | » | (7532) (Robertum) episcopum Wesprimiensem et praepositum Albensem Wesprim. dioc. de superiore ad (Andream) regem epistola certiores reddit eisque mandat, ut regem ipsum, archiepiscopis et episcopis regni praesentibus, ad ea quae praemissa sunt facienda inducant. xiii kal. Mart. a° 10°. ‖ Fejér l. c. 78; Schuller l. c. 253; Teutsch u. F. l. c. 41. n° 39; Theiner l. c. 66. n° 137. — »Sicut charissimo in.«

» 17 | » | (7533) (Yolanthae) reginae Hungariae scribit de eodem argumento. xiii kal. Mart. a° 10°. ‖ Fejér l. c. 254; Schuller l. c. 254; Teutsch u. F. l. c. 41. n° 38; Theiner l. c. 66. n° 138. — »Sperantes quod preces.«

» 17 | » | * (7534) Fridericum Romanorum imperatorem rogat et hortatur, ut regem Cypri Henricum aetate minorem recommendatum habeat. xiii kal. Mart. a° 10°. ‖ *Meminerunt huius epistolae* Laporte Dutheil in Bibl. Paris.; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 541; MasLatrie Hist. de Chypre II. 48; *cf.* Raynaldi Ann. a° 1226 § 58.

» 20 | » | (7535) Priori S. Trinitatis Londoniensis indulget, ut terminatis causis ab apostolica sede ipsi commissis per commissiones eiusdem, quas de cetero ad ipsum impetrari contigerit, nullatenus teneatur procedere. x kal. Mart. a° 10°. ‖ Rymer Foedera I. i. 100. — »A nobis humiliter.«

» 20 | » | (7536) Abbate et conventu de Dunfermelyn supplicantibus inhibet, ne quis episcopus aut officialis ipsius eos vel eorum ecclesias audeat super procurationibus ultra taxatum in Lateranensi concilio personarum et evectionum numerum aggravare. x kal. Mart. a° 10°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 168. n° 259. — »Cum ex indebitis.«

» 20 | » | (7537) (Roderico) archiepiscopo Toletano mandat, ut fratres ordinis Praedicatorum et Minorum ad regnum Miramolini pro fide Christi servanda et dilatanda destinet et, si viderit expedire, etiam ex illis episcopum vel duos ibi constituat. x kal. Mart. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 24. n° 24. — »Urgente officii nostri.«

» 25 | » | * (7538) Archiepiscopo Nicosiensi *etc.* mandat, ut (Henricum) regem Cypri habeant commendatum. v kal. Mart. a° 10°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 48; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1226 § 58.

» 26 | » | * (7539) Monasterio Rorensi concessam a (Conrado) episcopo Ratisponensi ecclesiam in Koetsdingen [Kötzting] confirmat. iv kal. Mart. a° 10°. ‖ Lang Regesta II. 154.

» 27 | » | (7540) Monasterium Beyhartingen sub b. Petri et sua protectione suscipit et donationem ecclesiae in Tuntenhausen eis ab episcopo Frisingensi factam confirmat. iii kal. Mart. a° 10°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. ii. 1; Mon. Boic. V. 462. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 27 | » | (7541) Henrico abbate eiusque fratribus petentibus monasterium s. Mariae V. in Ettenheim tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. iii kal. (Maii, *sed legerim*) Mart. indict. XIV. incarn. dom. a° 1225. pont. a° 10°. ‖ Würdtwein Nova subsid. XIII. 282. — »Religiosam vitam eligentibus.«

**1226.**

(Febr. Mart.) (Laterani) (7542) R(omano) S. Angeli diacono card. apostolicae sedis legato scribit, se gaudere, quod Dominus Ludovici regis Francorum, praelatorum ac magnatum regni eiusdem animos sic accenderit, »ut plenam spem et fiduciam conceperimus, quod ipse Dominus per eorum ministerium confundet haereticorum Albigensium perniciosissimam pravitatem.« Ceterum eum monet, inducat regem aliosque, ut abstineant crucesignati ab occupandis catholicorum, maxime regis Angliae terris in ea regione constitutis. *Absque signo chronol.* ‖ Bouquet Rec. XIX. 771. — »Nuncios tuos et.«

Mart. 2 » (7543) (Iohannem) S. Georgii Numburgensis, (Bruning) de Buch [Buchau prope Leisnig] abbates Misnensis dioc. et (Petrum) decanum Misnensem constituit iudices inter (Laurentium) Wratislaviensem episcopum et (Henricum) ducem Zlesiae de decimis litigantes. VI non. Mart. a° 10°. ‖ Stenzel Urkunden z. Gesch. d. Bisth. Breslau 1; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. I. 93. n° 100; *cf.* Grünhagen Reg. I. 135. n° 304; Grünhagen et Korn Reg. episc. Vratisl. I. 25. — »Dilectus filius nobilis.«

» 7 » (7544) Rectorem et fratres domus s. Iohannis evangelistae extra Blidam tuendos suscipit, specialiter autem libertates et immunitates eis a nobili viro W. de Cressi fundatore domus dictae collatas confirmat. Non. Mart. a° 10°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. IV. 624. n° 7. — »Cum a nobis.«

» 13 » (7545) Capitulo Strigoniensi notificat, se R(obertum) Wesprimiensem episcopum, »de quo certi sumus, quod A(ndreae) regis Hungariae et regni sui exaltationem diligit et augmentum«, Strigoniensi ecclesiae providisse in pastorem. Mandat eis, ut ipsi humiliter intendant et exhibeant obedientiam et reverentiam debitam. III id. Mart. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 80; Theiner Mon. Hungar. I. 66. n° 139; *cf.* Schmitth Episc. Agriens. I. 138. — »In gravamen ecclesiarum.«

» 13 » (7546) (Andreae) regi Hungarorum nunciat, se R(obertum) Wesprimiensem episcopum ad Strigoniensem metropolin transtulisse, eumque rogat ut dictum archiepiscopum acceptum et gratum habeat. III id. Mart. a° 10°. ‖ Fejér l. c. 82; Theiner l. c. 67. n° 140. — »Dudum Strigoniensis (Strigoniensi *Thein.*) ecclesia.«

» 13 » (7547) (Roberto) episcopo Wesprimiensi significat, se eum Strigoniensi ecclesiae providisse in pastorem, eique mandat ut eiusdem curam suscipiat et ad illam transeat. III id. Mart. a° 10°. ‖ Fejér l. c. 83; Theiner l. c. 67. n° 141. — »In gravamen ecclesiarum.«

» 16 » (7548) Abbati et conventui S. Petri Gandensis ecclesias de Estgrenewiz et de Lievesham a b. m. episcopo Roffensi eis liberaliter collatas auctoritate apostolica confirmat. XVII kal. Apr. a° 10°. ‖ v. Lokeren Chart. de l'abb. de St. Pierre 254. n° 486. — »Cum a nobis.«

» 17 » (7549) (Alberto) episcopo, abbati S. Nazarii et archipresbytero Veronensibus mandat, ut Avantium Veronensem, qui R. abbatem monasterii s. Zenonis Veronensis germanum suum occiderat, postea ad poenitentiam peragendam ad quandam ecclesiam Camaldulensis ordinis sitam prope Veronam se contulerat, sed in bonis ipsius monasterii pro suae voluntatis arbitrio debachabatur *etc.*, a praefato monasterio s. Zenonis perpetuo penitus amoveant et eum in heremo maioris monasterii Camaldul. ad peragendam poenitentiam retrudi faciant. XVI kal. Apr. a° 10°. ‖ Biancolini Serie dei vescovi di Verona 89. n° 15. — »Credebamus quod diabolus.«

* *De eodem argumento* Potestati, consulibus et communi Veronensibus, eisque mandat, ut si ab illis requisiti fuerint ad eiiciendum de ipso monasterio Avantium supradictum, illis auxilium impendant. *Datum ut supra.*

» 17 » (7550) Fratribus Praedicatoribus et Minoribus in regno Marochitano commorantibus concedit, ut interdum mutent habitum, barbam nutriant et comam, ut liberius visitare christianos in carceribus possint ad exhibendum ecclesiastica sacramenta; et, cum in terra illa gratis non possint victualia invenire, ut recipiant denarios ad expendendum tantummodo propter cibum et vestes. XVI kal. Apr. a° 10°. ‖ Waddingi Ann. Min. I. 464, II. 161; Ripolli Bullar. Praed. I. 16. n° 34; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 26. n° 25; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 418. n° 79; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1226 § 60. — »Ex parte vestra.«

» 18 » (7551) Universis archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, clericis ac laicis per Angliam constitutis significat, se Willelmum quondam archiepiscopum Eboracensem sanctorum catalogo confessorum adscripsisse *etc.* XV kal. Apr. a° 10°. ‖ Fontanini Codex canonizat. 57; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 418. n° 80; *fragm. mai.* ap. Raynald. l. c. § 49. — »Qui statuit terminos.«

» 20 » (7552) Alatrino subdiacono et capellano suo mandat, ut controversias inter commune Boniae et Albertum comitem de Mangon contendentes de castro Cassi et Barci decidat. XIII kal. Apr. a° 10°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. professor. II. 75; Savioli Ann. Bologn. III. II. 60. — »Conquerenti olim dilecto.«

» 22 » (7553) Decano et capitulo ecclesiae B. Mariae Tornacensis confirmat licentiam a Stephano quondam episcopo Tornacensi datam, ut fructus cuiusdam praebendae in communes

**1226.**

eiusdem ecclesiae expensas convertere possint. xi kal. Apr. a° 10°. || Miraei Opp. dipl. IV. 24. — »Cum a nobis.«

Mart. 27 | Laterani | (7554) Compositionem inter abbatem conventumque monasterii s. Blasii de Nigra Silva et Henricum plebanum de Nalling super decimis mediante b. m. Diethelmo Constantiensi episcopo loci diocesano factam confirmat. vi kal. Apr. a° 10°. || Wirtemberg. UB. III. 192. n° 710. — »Ea que iudicio.«

Apr. 2 | » | (7555) Praepositum et conventum monasterii in Reichersperg ord. s. Aug. tuendos suscipit, specialiter autem advocatiam ecclesiae eorum necnon libertates et immunitates ab Eberhardo Salzburgensi archiepiscopo eis concessas confirmat. iv non. Apr. a° 10°. || Mon. Boica IV. 431. — »Iustis petencium desideriis.«

» 5 | » | (7556) Abbati et conventui monasterii s. Petri Gandensis concedit, ut ecclesias de Ysendika et de Gandavo cum vacaverint in eiusdem coenobii utilitatem convertere possint. Non. Apr. a° 10°. || v. Lokeren Chart. de l'abb. de St. Pierre 254. n° 487. — »Utilitati monasterii vestri.«

» 5 | » | (7557) Hostiensi episcopo postulante civitatem Hostiensem a debito mille librarum, quas pro ea solverat, liberat et possessiones ipsius Hostiensis ecclesiae, quae pro octingentis libris erant comiti Ricardo locatae, redimit. Non. Apr. a° 10°. || Dissert. della pont. accad. Rom. di archeol. XV. 240. n° 56. — »Cum prerogativa dignitatis.«

» 9 | » | (7558) Episcopo, praeposito et R. canonico Faventinis mandat, ut sententiam excommunicationis, quam contra consules et commune castri de Vergareto non monitos vel citatos nec se contumaciter adversantes promulgaverant, infra octo dies relaxent. v id. Apr. a° 10°. || Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 446. — »Consules et commune.«

» 9 | » | (7559) Abbati et conventui S. Augustini Cantuariae ord. s. Ben. indulget, ut liceat eis in propriis parochiis capellas construere ac in eis habere proprios capellanos. v id. Apr. a° 10°. || Dugdale Monast. Anglican. I. 131. n° 10. — »Ut gratia sedis.«

» 27 | » | * (7560) (Laurentio) episcopo Wratislaviensi mandat, ut ecclesias suae diocesis a ducis et baronum Silesiae vexationibus defenset neque eorum appellationes ad sedem apostolicam, quibus censuram ecclesiasticam evitare studeant, observet. v kal. Mai. a° 10°. || Grünhagen Regesten I. 136. n° 307; Grünhagen et Korn Reg. episcopatus Vratislav. I. 25.

» 27 | » | (7561) (Henricum) regem Anglorum hortatur, ut nullo modo assistat excommunicato R(aimundo) filio quondam comitis Tolosani, et per se ipsum supersedeat litteris apostolicis super facto baronum obtentis »quod ad fidelitatem tuam redeant, ut tenentur; nec per te vel fratrem tuum aut alios guerram moveas (Ludovico) regi Francorum, quamdiu institerit negotio fidei (in terra Albigensium).« v kal. Mai. a° 10°. || Raynaldi Annal. ad a. 1226 § 35—38; Bouquet Rec. XIX. 772. — »Cum sit semper.«

» 29 | » | Henrico abbate ... de Ettenheim: »Laterani iii kal. Mai. ind. XIV. incarn. dom. 1225. pont. a° 10°«. || Würdtwein Nov. subs. XIII. 282, *vid.* 1226. Febr. 27. n° 7541.

( » cca.) | (») | (7562) Fridericum Romanorum imperatorem increpat super eo, quod non contentus finibus quibus contenti fuerunt hi qui ipsum in imperio praecesserunt, patrimonium b. Petri invadere praesumpsit. Monet eum sub poena excommunicationis, ut apostolicae sedis iura de cetero per se vel per alios nullatenus inquietet et quae sibi iuravit, servare studeat sine fraude.*) *Sine nota chronol.* || Hahn Collect. I. 148. n° 25; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 552. — »Quamvis ad regimen.«

*) »Licet haec epistola in impresso tribuatur papae Innocentio, non dubium est quin hoc nomen in codice perperam pro Honorius irrepserit.« H.-Bréh.

Mai. 4 | » | (7563) Magistro et fratribus militiae Templi in regno Hungariae constitutis terras et alia bona eis ab Andrea rege Hungariae (a. 1219) collata, prout in ipsius litteris insertis plenius continetur (*vid.* ap. Fejér Cod. dipl. III. i. 269 sq.), confirmat. iv non. Mai. a° 10°. || Fejér Cod. dipl. III. ii. 29; Theiner Mon. Hungar. I. 68. n° 143. — »Iustis petentium desideriis.«

» 4 | » | (7564) Eisdem libertates et immunitates a cl. mem. Henrico rege Hungariae concessas confirmat. iv non. Mai. a° 10°. || Fejér l. c. 84; Theiner l. c. 67. n° 142. — »Iustis petentium desideriis.«

» 7 | » | (7565) Decanum et capitulum S. Victoris Maguntinensis cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem libertates et immunitates, terras et possessiones, quas b. m. Willegisus archiepiscopus Maguntinus et successores ipsius ecclesiae eorum donarunt, confirmat. Non. Mai. a° 10°. || Baur Hessische Urkunden II. 67. n° 59. *Initium est omissum.*

» 7 | » | (7566) (Henricum) regem Angliae monet et hortatur, ut archiepiscopo Cassellensi, Limiricensi et Clonensi episcopis assistat, ut Robertus Travers intrusus in Laoniensi ecclesia propter dilapidationis vitium pendente negotio ab administratione eiusdem ecclesiae removeatur et interim administratio alii idoneae personae committatur. Non. Mai. a° 10°. || Theiner Mon. Hibern. 25. n° 61. — »Quia iudicium tenetur.«

| | | 1226. |
|---|---|---|
| Mai. 9 | Laterani | (7567) Archiepiscopo Cassellensi, Limiricensi et Clonensi episcopis mandat, ut Robertum Travers presbyterum, qui se in Laoniensem ecclesiam pro pastore ipsius per laicalem impressionem procuraverat intrudi et demum in pontificem consecrari, ab administratione eiusdem ecclesiae amoveant et interim fideli personae potenti ac idoneae administrationem huiusmodi committant. vii id. Mai. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 25. n° 62. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 9 | » | (7568) Monasterium ecclesiae s. Mariae Syloensis [Selau] Praemonstr. ord. Pragensis dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. vii id. Mai. indict. XIV. incarn. dom. a° 1226. pont. a° 10°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 504; Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 719. n° 56. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 9 | » | (7569) Ecclesiae s. Germani de Thenis protectionem suscipit eiusque possessiones et bona confirmat. vii id. Mai. a° 10°. ‖ Bets Histoire de Tirlemont II. 219. — »Cum a nobis.« |
| » 9 | » | (7570) Repetit Innocentii III n° 3097 de 1207. Mai. 9: »Autenticum piae memoriae.« vii id. Mai. a° 10°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 47. n° 39. |
| » 10 | » | • (7571) Personas et villam Montispessulani cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, mediantibus duabus marchis auri (centum massamutinis pro marcha computandis) sedi apostolicae quolibet anno in festo resurrectionis dominicae persolvendis. vi id. Mai. a° 10°. ‖ Teulet Layettes II. 648. n° 1776ª. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 14 | » | (7572) Archiepiscopo Dublinensi mandat, moneat illicitos detentores quorundam castrorum Hiberniae ad demanium (Henrici) regis Angliae pertinentium, ut ea ipsi regi vel eius nuntiis sine difficultate resignent. ii id. Mai. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 26. n° 63. — »Cum castra quaedam.« |
| » 15 | » | (7573) Henricum regem Angliae certiorem facit, se Romano S. Angeli diacono cardinali apostolicae sedis legato mandavisse, ne contra eum vel Ricardum Pictaviae comitem fratrem eius excommunicationis sententiam absque speciali sedis apostolicae mandato promulget. Id. Mai. a° 10°. ‖ Rymer Foedera I. i. 100. — »Volentes in quibus.« |
| » 15 | » | (7574) Romano S. Angeli diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut contra (Henricum) regem Angliae vel Ricardum comitem Pictaviae fratrem eius ad denunciationem vel prolationem generalis vel specialis sententiae excommunicationis non procedat, nisi super hoc mandatum speciale apostolicum susceperit. Id. Mai. a° 10°. ‖ Rymer l. c. 101; Bouquet Rec. XIX. 773. — »Discretioni tuae auctoritate.« |
| » 15 | » | (7575) Monasterium Richersberge cum omnibus bonis protegendum suscipit, specialiter autem ecclesiam Monesture ei a b. m. C(onrado) Pataviensi episcopo concessam confirmat. Id. Mai. a° 10°. ‖ UB. ob der Enns II. 657. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 20 | » | (7576) Patriarcham Gradensem et capitulum Castellanum, qui usque ad tempus quo declaratum fuit, monasterium s. Georgii maioris de Venetiis ecclesiae Romanae immediate fore subiectum (*vid.* n° 7239), consueverunt ad illud accedere ad exequias morientium invitati, postmodum autem ex rancore neque illuc pro exequiis defunctorum accedebant, nec ire alios sustinebant contra consuetudinem antiquam, monet ut ab huiusmodi praesumptuosis conatibus desistant. xiii kal. Iun. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1208; Cornelius Eccles. Venet. VIII. 237. — »Debetis loca religiosa.« |
| » 22 | » | (7577) (Ludovicum) regem Francorum, qui occasione discordiae, quae inter ipsum ex parte una et H(enricum) regem Angliae et R(icardum) fratrem eius ex altera erat suborta, (Guilelmo) Burdegalensi archiepiscopo ne terram suam intraret per suas litteras mandaverat, rogat ut easdem revocet ac archiepiscopo litteras de intrando libere terram suam et in ea licite commorando concedat. xi kal. Iun. a° 10°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 774. — »Novit ille qui.« |
| » 25 | » | (7578) (Iacobo) Suessionensi episcopo et magistro P. de Collemedio capellano suo Parisius commoranti et N. archidiacono Bugonensi (Lingonensi?) mandat, ut in causa matrimonii inter Willelmum de Dampetra et M. sororem comitissae Flandriae iuxta priorum litterarum continentiam procedant. viii kal. Iun. a° 10°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 936; Bouquet l. c. 775. — »Cum causam matrimonii.« |
| » 30 | » | (7579) Abbati de Begham indulget, ne per commissiones sedis apostolicae, quas de cetero ad ipsum impetrari contigerit, procedere teneatur. iii kal. Iun. a° 10°. ‖ Rymer Foedera I. i. 101. — »A nobis humiliter.« |
| » — | » | (7580) Monasterii in Wülzburg protectionem suscipit. Mense Maii. a° 10°. ‖ Jung Antiq. monast. in Wülzburg 4; Schütz Corp. historiae Brandenb. dipl. IV. Abh. 65. n° 28; Falckenstein Urkunden 47. n° 30; Falckenstein Antiq. Nordgav. Eichst. II. 47. n° 3. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| ( » —) | » | (7581) Friderico Romanorum imperatori et regi Siciliae scribens vehementer de ipso conqueritur, quod ecclesiam Romanam diffamare nitatur, cuius beneficia erga ipsum diffuse |

**1226.**

enumerat; contra autem violentias erga episcopos regni, perfidiam erga Thomasium de Celano ceterosque comites, ingratum in socerum ipsius animum, patrimonii b. Petri iniquam aggressionem exprobrat, monens ne illum prospera seducant et a debita devotione removeant. *Absque signo chronol.* ‖ Raynaldi Ann. a. 1226 § 3; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 867; Hahn Collect. I. 294; *correctius* ed. La Porte du Theil *in* Notices et extr. II. 258; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 589; *male tribuunt* Gregorio IX Tengnagel Vet. monum. 440; Mansi Conc. XXIII. 91; *germanice* v. Raumer Hohenstaufen III. (1857.) 170. — »Miranda tuis sensibus.«

Iun. 4 Laterani (7582) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino, qui ad mandatum papale ecclesiarum praelatos, canonicos et alios clericos civitatis et diocesis Warmaciensis necnon cives, vasallos et Iudaeos etiam monuerat, ut usque ad festum resurrectionis dominicae proxime praeteritum 1620 marcis colligendis Warmaciensi ecclesiae subvenirent pro solutione debitorum, et, cum illi hoc facere contempnentes in vocem appellationis frustatorie proruperint, in eos excommunicationis sententiam promulgaverat, mandat, ut dictam sententiam faciat usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. II non. Iun. a° 10°. ‖ Würdtwein Nova subs. IV. 133. — »Ex parte tua.«

» 5 » (7583) Maioris ecclesiae et S. Mariae ad gradus praepositis et decano S. Mariae ad gradus Coloniensibus scribit, se (Ottoni) episcopo Herbipolensi indulsisse, ut vocatus a (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino metropolitano suo ad concilium vel ad alia venire personaliter minime cogatur, cum quidam successorem C(onradi) episcopi Herbipolensis occisi patruum occidere attemptarint. »Verum idem archiepiscopus et capitulum Maguntinum querulas ad nos litteras destinarunt, quod dictus episcopus occasionibus non veris, sed frivolibus mendicatis se subtrahere nititur ab obedientia ecclesiae Maguntinensis« *etc.* Mandat eis, ut inquirant veritatem et, si cognoverint, dictum episcopum secure posse ad ecclesiam Maguntinam accedere, praedictam indulgentiam revocent. Non. Iun. a° 10°. ‖ Würdtwein l. c. 135. — »Significante olim nobis.«

» 9 » (7584) Friderico Romanorum imperatori scribit de duro casu, in quem Waldemarus rex Daciae per Henrici comitis de Zuerin vasalli sui perfidiam inciderit, eumque rogat et hortatur, ut tradita sibi coelitus potestate eundem comitem compellat, ut ipsi regi restituat obsides et pecuniam, quam ab ipso pro libertate receperit nec eum super solutione residui molestet. V id. Iun. a° 10°. ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 763; Meklenb. UB. I. 319. n° 326; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 608. — »... Tria sunt quae.«

* *In eundem modum* Portuensi episcopo apostolicae sedis legato, *verbis competenter mutatis,* ut imperatorem ad id efficaciter moneat et inducat. ‖ Suhm l. c. 765; Mekl. UB. l. c. 320. n° 327.

» 9 » (7585) Henrico comiti Zverinensi praecipit, ut obsides et pecuniam, quas pro libertate a (Waldemaro) Daciae rege extorserit, sine omni retardatione eidem restituat. V id. Iun. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1226 § 53; Meursii Opp. IX. 390 not. Gramm.; Gruber Orig. Livon. 264; Meklenb. UB. I. 318. n° 325; *non integra* ap. Scheid Orig. Guelf. IV. 18; *fragm.* ap. Suhm l. c. 765. — »Olim credidimus quod.«

» 11 » (7586) Capitulo Roskildensi indulget, ut ad recipiendum in ecclesiae Roskildensis canonicos personas defectum natalium patientes nemo eos cogere possit. III id. Iun. (a° 10°). ‖ Suhm l. c. 766. — »Cum a nobis.«

» 11 » (7587) Archiepiscopum Spalatensem et suffraganeos eius monet, inducant Caceclos et Almesianos piratas, qui promiserant se piraticam tyrannidem de cetero omissuros, dummodo ecclesiae Romanae gratiam valeant rehabere, ut cessantes a malo benefacere incipiant et persistant: »mater ecclesia nunquam ad se redeuntibus claudit gremium pietatis.« III id. Iun. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 84; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 73. n° 87. — »Fraternitatis vestrae litteras.«

» 17 » (7588) Ricardum comitem Pictaviae fratrem Henrici regis Angliae certiorem facit, se amborum utilitati et honori provisurum esse, cum res postulare videatur. XV kal. Iul. a° 10°. ‖ Bouquet Rec. XIX. 774. — »Satagentes iura carissimi.«

» 18 » (7589) R(omano) S. Angeli diacono card. apostolicae sedis legato causam inter (Giraldum) Bituricensem et (Guilelmum) Burdegalensem archiepiscopos super turbatione possessionis primatiae ac quibusdam aliis vertentem iterum committit. XIV kal. Iul. a° 10°. ‖ Bouquet l. c. 774. — »Licet a cognitione.«

» 19 » (7590) Abbati et priori monasterii s. Remigii Remensis indulget, ne per commissiones sedis apostolicae, quas de cetero ad eos impetrari contigerit, procedere teneantur, nisi fecerint de indulgentia huiusmodi mentionem. XIII kal. Iul. a° 10°. ‖ Varin Arch. admin. de Reims I. II. 538. n° 104. — »A nobis humiliter.«

» 19 » (7591) Abbati et conventui de Passelet Cluniac. ord. concedit, ut redditus quosdam monasterio ad sustentationem fratrum et hospitum deputatos, quos quibusdam familiaribus suis quoad viverent concesserant, ad usus huiusmodi revocare possint. XIV kal. Iun. a° 10°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 415. — »A nobis humiliter.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1226.** |
| Iun. 19 | Laterani | (7592) Decano et canonicis Wetslariensibus parochialem ecclesiam Wetslariensem ad eos eorumque ecclesiam pertinentem confirmat. XIII kal. Iul. a° 10°. ‖ Gudenus Cod. dipl. V. 4. — »Cum a nobis.« |
| » 25 | » | (7593) (Isoni) episcopo Verdensi et abbati de Lima (Lüne?) Verdens. dioc. mandat, moneant Henricum comitem de Zuerin, ut vasallis Waldemari regis Daniae remittat iuramenta. VII kal. Iul. (a° 10°). ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 766, *deficiente exordio*; Meklenb. UB. I. 320. n° 328. |
| » 26 | » | (7594) Waldemarum regem Daniae, a quo Henricus comes de Zuerin eius vasallus, cum eum cepisset et teneret carceri mancipatum, iuramentum extorserat, quod ipsi solveret quandam non modicam pecuniae quantitatem ac interim filios suos obsides ei daret, ab hoc iuramento et omni quod ex ipso noscitur esse secutum, absolvit. VI kal. Iul. (a° 10°). ‖ Suhm l. c. 765; Meklenb. UB. I. 321. n° 329. — »Petitio tua nobis.« |
| » 27 | » | (7595) Repetit n° 6371 de 1220. Oct. 1: »V kal. Iul. a° 10°« — »Cum dilecti filii.« ‖ Strehlke Tab. 331. n° 397. |
| Iul. 1 | » | (7596) Repetit n° 6473 de 1221. Ian. 9: »Kal. Iul. a° 10° — »Vestra religio cuius.« ‖ Strehlke l. c. 231. n° 398. |
| » 2 | » | (7597) Repetit n° 6489 de 1221. Ianr. 16: »VI non. Iul. a° 10°« — »Cum dilectis filiis.« ‖ Strehlke l. c. 332. n° 399. |
| » 4 | » | (7598) De Bel, de Wertes (Wertus *Thein.*) abbatibus et archidiacono de S. Andrea Wesprim. dioc. executionem sententiae contra (Stephanum) episcopum et capitulum Zagrabienses in causa decimarum pro abbate et conventu monasterii s. Martini de Pannonia de novo committit. IV non. Iul. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 85; Theiner Mon. Hungar. I. 69. n° 144. — »Petentibus dudum dilectis.« |
| » 10 | » | (7599) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis et clericis universis per regnum Thessalonicae ac per Achaiam constitutis mandat, ut Nicolaum Reginum episcopum, quem ad partes ipsorum pro communi utilitate Terrae sanctae, officio legationis ei commisso, sedes apostolica transmittat, honorifice recipiant ac eiusdem mandatis obediant. VI id. Iul. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 304; Affarosi Monast. di S. Prospero I. 180. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 20 | » | (7600) Abbati S. Pontiani, S. Michaelis et S. Reparatae prioribus Lucanis causam abbatis conventusque S. Petri de Pozeulis contra commune de Vivinaria *etc.* super divisione cuiusdam nemoris vertentem diiudicandam committit. XIII kal. Aug. a° 10°. ‖ Mittarelli Annal. Cisterc. IV. app. 443. — »Querelam dilectorum filiorum.« |
| » 21 | » | (7601) Friderico Romanorum imperatori et regi Siciliae conquerendo scribit, quod Tancredus de Campelio una cum Bertholdo imperiali (in Tuscia) nuntio viros ad sedem apostolicam venientes vel redeuntes in stratis ceperit et ipsorum litteras a se impetratas publice legi fecerit; quod non sine ipsius conniventia fieri potuisset. Unde eum monet et rogat, ne a gentibus suis securitatem viarum publicarum in dominio Romanae ecclesiae violari sinat. XII kal. Aug. a° 10°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 81. n° 135; *absque temporis nota in* Raynaldi Ann. ad a. 1226 § 15; *et* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 633. — »Cum omnibus iniuriam.« |
| » 21 | » | (7602) Praeposito et capitulo Pragensibus mandat, ut mittant aliquot de capitulo Romam, qui cum consilio et assensu apostolico eligant B(udilow) episcopo Pragensi d. 10. Iul. mortuo successorem idoneum. XII kal. Aug. a° 10°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 324. n° 703; *cf.* Palacky Reise 24. n° 101. — »Cum nuper bonae.« |
| Aug. 20 | » | * (7603) Fridericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae rogat et monet, ut fidem adhibeat eis quae ipsi fideliter frater Leonardus proponet. XIII kal. Sept. a° 11°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 675. |
| Oct. 27 | » | Praepositum et conventum Raceburgenses: »VI kal. Nov. a° 11°«. ‖ Schröder Papist. Mecklenburg I. 554, *vid.* 1226. Nov. 6. n° 7606. |
| Nov. 3 | » | (7604) Nicolao archidiacono Ihatlandensi mandat, ut vicesimam ecclesiasticorum proventuum per (Petri) Nidrosiensis archiepiscopi eiusque suffraganeorum dioceses Terrae sanctae subsidio deputatam et (Skuloni) duci Norwagiae aspiranti ad hoc subsidium concessam colligat eique assignet. III non. Nov. a° 11°. ‖ Lange Diplom. Norveg. I. I. 8. — »Cum dilectus filius.« |
| » 4 | » | (7605) (Thorero) Nidrosiensi archiepiscopo mandat, ut, cum (Skulo) dux Norwegiae crucesignatus ad Terrae sanctae subsidium cum numerosa crucesignatorum multitudine se accingat offerens omnibus secum transfretare volentibus gratis navigium sine naulo, in provincia sua evangelizari faciat verbum crucis et, qui crucem assumere voluerint, eos absolvat iuxta formam ecclesiae. II non. Nov. a° 11° (10° *male Rayn.*). ‖ Lange l. c. 8; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1226 § 54. — »Cum sicut ex.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1226.** |
| Nov. 6 | Laterani | (7606) Praepositum et conventum Raceburgenses cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras, possessiones *etc.*, sicut ea omnia iuste possident, eis confirmat. VIII id. (VI kal. *Schröd.*) Nov. aº 11º. ‖ Schröder Papist. Meklenburg I. 554; Meklenb. UB. I. 324. nº 333. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 13 | » | (7607) Universos crucesignatos Lubicenses, eorum familias et bona sub b. Petri et sua protectione suscipit. Id. Nov. aº 11º. ‖ Meklenb. UB. IV. 198. nº 2662. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 13 | » | (7608) (Brunwardo) Zurinensi et (Henrico) Racheburgensi episcopis mandat, ne permittant ut universi crucesignati Lubicenses, qui proposuerunt in Terrae sanctae subsidium proficisci, contra protectionis sedis apostolicae tenorem ab aliquibus molestentur. Id. Nov. aº 11º. ‖ Meklenb. UB. IV. 198. nº 2661. — »Cum dilectos filios.« |
| » 14 | » | (7609) Scabinis et universo populo Coloniensibus libertates, immunitates consuetudinesque ab imperatoribus et principibus civitati eorum concessas confirmat. XVIII kal. Dec. aº 11º. ‖ Ennen Quellen II. 108. nº 99. — »Prone devotionis promptus.« |
| » 14 | » | (7610) Monasterium b. Mariae sanctorumque Canuti et Albani (Othiniense) protegendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, confirmat. XVIII kal. Dec. indict. I(!). incarn. dom. aº 1226. pont. aº 11º. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 101; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 526. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 17 | (») | (7611) (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut inopiae capituli Cenadiensis e capellis diocesanis succurrat. XV kal. Dec. aº 11º. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 98; Theiner Mon. Hungar. I. 70. nº 145. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 19 | » | (7612) Compositionem inter communitatem civitatis Rigensis ex parte una et (Albertum) episcopum Livoniensem, praepositum Rigensem et fratres militiae Christi Livoniensis diocesis ex altera super iurisdictionibus et libertatibus civitatis praefatae, mediante G(uillelmo) Mutinensi episcopo apostolicae sedis legato mense Decembri 1225 praesentibus Lamberto episcopo Semigalliae, Guidone episcopo Renelensi *etc.* amicabiliter initam confirmat, tenore litterarum ipsarum adiecto. XIII kal. Dec. aº 11º. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 18; *cf.* Strehlke Tab. 229. nº 236. — »Ea que iudicio.« |
| » 22 | » | (7613) Abbati et conventui monasterii de Olyva in Prucia Cisterc. ord. Wladislaviens. dioc. indulget, »ne legati sedis apostolicae sine speciali mandato nostro in vos excommunicationis vel suspensionis et in monasterium vestrum interdicti sententias contra ea, quae vobis sunt ab apostolica sede concessa, promulgent.« X kal. Dec. aº 11º. ‖ Hasselbach Cod. Pomeran. I. 373. nº 158; *cf.* v. Ledebur Neues Archiv II. 201. — »Cum ordinis vestri.« |
| » 22 | » | (7614) Friderico Romanorum imperatori et regi Siciliae roganti ut ea quae quondam Raymundus comes Tolosanus ab imperio tenuerit sibi restituantur, respondet, se R(omano) S. Angeli diacono cardinali apostolicae sedis legato dedisse in mandatis, ut iura imperii servarentur illaesa et terrae per episcopos custodirentur diligenter, donec inquisitione a legato facta restitutio sine incommodo fieri possit. X kal. Dec. aº 11º. ‖ Raynaldi Ann. aº 1226 § 31; Bouquet Rec. XIX. 777; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 693. — »Tue sublimitatis sollicitudo.« |
| | | • *In eundem modum* R(omano) S. Angeli diacono cardinali. |
| » 22 | » | (7615) N. subdiacono et capellano suo, rectori Massae, apostolicae sedis legato mandat, ne a populo Massae castra, quae ad fideles imperii pertineant, eripi et infestari permittat. X kal. Dec. aº 11º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 82. nº 136. — »Carissimus in Christo.« |
| » 26 | » | (7616) Priorem et fratres Eremi de Brictinis tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Blasii cum pertinentiis, possessiones et alia bona eis confirmat. VI kal. Dec. aº 11º. ‖ Empoli Bullar. 122. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 27 | » | (7617) Magistro et fratribus militiae Christi in Livonia constitutis indulget, ut, si qui peregrinorum in Livoniam venientium pro fide catholica defendenda in illis partibus aut dilatanda cum eis pro castrorum custodia vel pro aliis servitiis sponte remanere voluerint, eis liceat libere retinere. V kal. Dec. aº 11º. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 19; Bunge Livl. UB. I. 109. nº 91. — »Vestra Deo et.« |
| » 28 | » | (7618) Civibus Lubecensibus mandat, ut crucesignatos quos ad portum Lubicensem venire contigerit, sive in Terrae sanctae subsidium, sive contra paganos Livoniae ac Prusciae profecturos habeant propensius commendatos et personas atque res ipsorum conservare studeant illaesas, »scientes nos (Brunwardo) Sverinensi, (Henrico) Ratceburgensi et (Bertoldo) Lubecensi episcopis ... mandavisse, ut si qui eosdem crucesignatos ... molestare praesumpserint, ipsi eos ... per censuram ecclesiasticam compescant.« IV kal. Dec. aº 11º. ‖ Michelsen US. f. Schleswig-Holstein I. 30. nº 23, *male ad* a. 1227; Cod. dipl. Lubec. I. 48. nº 36; Bunge Livl. UB. I. 110. nº 92; Meklenb. UB. I. 325. nº 334. — »Etsi omnes crucesignati.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1226.** |
| Dec. 3 | Laterani | * (7619) Priori monasterii de Capella indulget, ut salvis commissionibus hactenus impetratis per litteras sedis apostolicae, quas de cetero impetrari contigerit, de causis cognoscere non teneatur invitus. III non. Dec. a° 11°. ‖ Meyer v. Knonau Regest. v. Cappel 2. n° 10. |
| » 4 | » | (7620) Abbati et conventui monasterii Zvildensis [Zwiefalten] ius patronatus ecclesiae s. Mariae Cladrubrudensis [Kladrau], possessiones et alia bona, necnon libertates et immunitates confirmat. II non. Dec. a° 11°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 207. n° 722. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 4 | » | (7621) Abbati et priori monasterii Ursicampi Cisterc. ord. concedit, ut de causis cognoscere et esse iudices in posterum minime teneantur. II non. Dec. a° 11°. ‖ Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 301. n° 480. — »Cum propter rerum.« |
| » 4 | » | * (7622) Monasterium de Capella Cisterc. ord. Constantiens. dioc. protegendum suscipit, specialiter autem bona in Uerzlinkon, Sparren et Zürich ei confirmat. II non. Dec. a° 11°. ‖ Meyer v. Knonau Regest. v. Cappel 2. n° 11. |
| » 5 | » | (7623) Monasterii eiusdem tutelam suscipit et specialiter de Hoiptinchon, de Rossowe et de Herembrettynchon possessiones ac alia bona eidem confirmat. Non. Dec. a° 11°. ‖ Der Geschichtsfreund XIX. 250; *cf.* Meyer v. Knonau l. c. n° 12. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 8 | » | * (7624) Monasterio de Capella Cisterc. ord. Constantiens. dioc. domum Turegi in ripa fluvii sitam confirmat. VI id. Dec. a° 11°. ‖ Meyer von Knonau l. c. n° 13. |
| » 10 | » | (7625) Hermanni Lealensis episcopi ordinationem, qua fratribus militiae Christi tradit dimidiam fere partem episcopatus sui, terram scilicet Sackele, Normigunde, Mocke, dimidiam partem terrae Waigele salvo sibi iure spirituali (d. d. 23. Iul. 1224), confirmat. IV id. Dec. a° 11°. ‖ Strehlke Tab. 229. n° 237. — »Ea que iudicio.« |
| » 10 | » | (7626) Fratribus militiae Christi in Livonia confirmat sententiam, quam tulerat Wilhelmus episcopus Mutinensis sedis apostolicae legatus inter magistrum eorum et Albertum episcopum Rigensem de iurisdictione utriusque, respectu tertiae partis Livoniae et Lettiae, quam Albertus Lyvoniensis episcopus magistro et fratribus eiusdem militiae donaverat (*data est sententia* Rigae a. 1225. mense Aug. indict. XIII). IV id. Dec. a° 11°. *Absque signo chronol. in* Mitth. a. d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands VIII. 126 *dedit* v. Goetze; Bunge Livländ. UB. III. 15. n° 92a; Strehlke l. c. 229. n° 238; *sine signo chronol.* ap. Porthan Bullar. access. 20. n° 48. — »Ea quae iudicio.« |
| » 10 | » | (7627) (Alberto) episcopo Rigensi tribuit potestatem excommunicationis vel interdicti sententias relaxandi, quas in magistrum et fratres militiae Christi in Livonia vel eorum possessiones in Semigallia sitas a (Lamberto) episcopo Semigalliae contigerit promulgari. IV id. Dec. a° 11°. ‖ Strehlke l. c. 230. n° 240; *cf.* Porthan l. c. 20. n° 49; Bunge l. c. III. Regest. 6. n° 104a. — »Magister et fratres.« |
| » 10 resp. 11 | » | (7628) Compositionem inter magistrum fratresque militiae Christi in Livonia ex parte una et Hermannum episcopum Lealensem ex altera super quibusdam terris factam datamque Rigae 1224, x kal. Aug. confirmat. IV (III *Bunge*) id. Dec. a° 11°. ‖ Mitth. a. d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands VIII. 131. n° 6; Bunge l. c. III. 15. n° 93a; *cf.* Porthan l. c. 20. n° 47. — »Ea quae iudicio.« |
| » 11 | » | (7629) Communi civitatis Rigensis ordinationem (Willelmi) Mutinensis episcopi apostolicae sedis legati d. d. 1226. Mart. 15, qua statuit ut marchia dictae civitatis citra Dunam incipiat a Rumula in angulo lapideae ripae fluminis *etc. etc.*, confirmat. III id. Dec. a° 11°. W. Arndt Livländ. Chronik II. 21. Anm. o; *melius* ap. Bunge l. c. I. 111. n° 93; *cf.* Napiersky Index I. 9. n° 29. — »Ea quae iudicio.« |
| » 11 | — | Universis Christi fidelibus in Rothomagensi provincia, »Reate«. *Sine signo chronol.* ‖ Bzovius Annal. eccl. XIII. 322, *vid.* 1225. Dec. 11. n° 7505. |
| » 13 | Laterani | * (7630) Literae binae ad Humiliatos Braidenses, quarum alteris ieiunii et silentii leges molliores reddit, alteris vetat, ne peculiares quasdam leges, quibus se voto obstrinxerant, servent. Id. Dec. a° 11° (*Bianc.*). ‖ Tiraboschi Vet. Humiliatorum mon. II. 158; *cf.* Biancolini Chiese di Verona VI. 194. |
| » 15 | » | (7631) Abbati et conventui B. Mariae Blesensis ord. s. Aug. mandat, ne quem canonicorum illorum, qui propter mortem H. monasterii praefati quondam abbatis per Carnotensem, Cenomanensem et Aurelianensem episcopos ab ipsa ecclesia amoti sint, in eandem de cetero admittere praesumant. XVIII kal. Ianr. a° 11°. ‖ Gallia christ. VIII. instr. 429. — »Cum ex iniuncto.« |
| » 15 | » | * (7632) Repetit n° 5950 de 1218. Dec. 22: »XVIII kal. Ianr. a° 11°«. ‖ v. Ledebur Neues Archiv II. 201. not. 22; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 373. n° 158. not. |
| » 17 | » | (7633) Monasterium s. Trinitatis de Scona ord. s. Aug. patrocinandum suscipit, omnesque eius possessiones ac bona nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. XVI kal. |

**1226.**

Ianr. ind. XV. incarn. dom. a° 1226. pont. a° 11°. ‖ Liber ecclesie de Scon 66. n° 103. — »Quotiens a nobis.«

Dec. 18 | Laterani | (7634) (Iohanni) archiepiscopo Bisuntinensi concedit, ut, nisi clerici et laici, qui decimas et alios proventus sexaginta ecclesiarum parochialium percipiunt, ita ut nulli clerici velint in eis vicariam vel curam suscipere animarum, congruam assignaverint ad opus clericorum deservientium in eisdem ecclesiis de ipsorum proventibus portionem, super hoc auctoritate apostolica providere possit. xv kal. Ianr. a° 11°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 66. — »Ex tua insinuatione.«

» 22 | » | (7635) De Fontibus et de Rievallis abbatibus Cisterc. ord. Eboracens. dioc. mandat, ut, cum secundum eorum inquisitionem nonnulla monasteria monialium Eboracensi archiepiscopo diocesana lege subiecta usque adeo exiles habeant possessiones et redditus, quod vix modica parte anni sustentationi sufficiant ibidem degentium personarum *etc.*, super hoc habito archiepiscopi memorati consilio, quod regulare honestum et salubre fuerit, statuant. xi kal. Ianr. (a° 11°). ‖ Walbran Memor. of Fountains 175. — »Exponente nobis olim.«

» 23 | » | (7636) (Iohanni Halgrin de Abbatis Villa) archiepiscopo Bisuntino significat, se eum ad Constantinopolitanam ecclesiam providisse transferendum. x kal. Ianr. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1226 § 59; Notices et extraits XXI. II. 172. — »Cum nuper nobili.«

» 23 | » | (7637) Episcopo Florentino mandat, iniungat potestati, consiliariis et populo Florentinae civitatis, ut in kalendis Februarii proximis, quas eis terminum peremptorium assignat, per procuratores idoneos compareant Romae (Ildeprandino) episcopo Fesulano super invasione, destructione ac detentione bonorum episcopii sui et ecclesiarum eius exhibituri quod ordo poposcerit rationis. x kal. Ianr. a° 11°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 249. — »Grave valde gerimus.«

— | — | (7638) (Gallardo) Aquensi ac (Arnaldo) Vasatensi episcopis mandat, ut, cum agatur de dirimendis Hugonis de Leziniaco comitis Marchiae cum Henrico rege Angliae litigiis circa uxoris suae et matris eiusdem regis dotalitia iura, litteris ad ipsos contra barones impetratis a sede apostolica supersedeant, donec eiusdem receperint beneplacitum. *Finis deest.* ‖ Bouquet Rec. XIX. 769. — »Quia quae de.«

— | — | (7639) Episcopis Astensi et Albensi concedit, ut possint commutare poenitentiam iniunctam Wilielmo marchioni de Ceva in annuum redditum viginti modiorum frumenti domui de Casotulis Carthusiens. ord. assignandum. *Absque nota chronol.* ‖ Moriondus Mon. Aquens. II. 422. — »Dilecti filii nobiles.«

Ante **1227.**

— | — | Universis Christifidelibus nobilibus et aliis per Angliam.
— | — | Stephano Cantuariensi archiepiscopo.
} *Sine nota chronol.* ‖ Martene Thes. Anecd. I. 938, *vid.* 1221. Ianr. 25. 26. n° 6528 et 6529.

**1227.**

Ianr. 5 | Laterani | (7640) (Friderico) Romanorum imperatori et regi Siciliae scribit: »Cum nuper inter te ac societatem Lombardiae, Romaniolae atque Marchiae discordia orta esset, nos attendentes, quod res nisi obsisteretur principiis afferebat impedimentum negotio Terrae sanctae, dignum duximus interponere partes nostras.« Statuit, ut imperator eis qui sint de hac societate remittat omnem rancorem, malevolentiam et offensas, omniaque banna, constitutiones et sententias quae imposuit alicui e societate praedicta revocet *etc.* Rogat eum, ut supradicta omnia pro parte sua servet ac super hoc sedi apostolicae iuxta tenorem quem ei transmittit, suas patentes curet usque ad proximam dominicam instantis quadragesimae transmittere litteras suae maiestatis typario insignitas. Non. Ianr. a° 11°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. professor. II. 74. — »Eius locum licet.«

» 5 | » | (7641) Rectoribus societatis Lombardiae, Marchiae ac Romaniolae mittit compromissi formam, quod ipsi et Romanorum imperator in providentia sua et fratrum suorum posuerunt: scilicet quod imperator omnem in eos rancorem remittet bannaque et constitutiones editas relaxabit; ipsi autem dabunt imperatori pro subsidio Terrae sanctae per biennium 400 milites et in adhaerentes imperatori omnem rancorem dimittent, mandans eis ut patentes litteras sigillis munitas usque ad proximam dominicam instantis quadragesimae sibi transmittant. Non. Ianr. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1226 § 26; Sartius l. c. II. 72; Savioli Ann. Bologn. III. II. 68; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 703. — »Eius locum licet.«

» 8 | » | (7642) Abbati et conventui S. Mariae montis Mirteti, qui, cum Hugolinus Ostiensis et Velletrensis episcopus et clerici Nymphae decimas ab eis exigerent de possessionibus acquisitis post concilium generale, illis quasdam possessiones contulerant, de quibus in futurum perciperent decimas supradictas, hoc pactum confirmat. vi id. Ianr. a° 11°. Spicil. Liber. 717. n° 6. — »Cum a nobis.«

## 1227.

Ianr. 9 — Laterani — (7643) Abbati et conventui Sanctae Crucis Pataviens. dioc. ius patronatus ecclesiae de Sulz inferiori a L(eopoldo) duce Austriae monasterio eorum collatum apostolica auctoritate confirmat. v id. Ianr. a° 11°. || Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 65. — »Iustis petentium desideriis.«

» 11 — » — (7644) Praeposito maioris ecclesiae et eiusdem ecclesiae et S. Stephani decanis Maguntinis nunciat, se providisse E(ngelberto) Osemburgensi electo, qui ab administratione fuerat ecclesiae Osemburgensis amotus, eisque mandat ut super beneficia eidem ad sustentationem concessa episcopos Osemburgensem, Traiectensem, Monasteriensem et abbates Herveldensem, Werdensem et Corbeiensem compellant. iii id. Ianr. a° 11°. || Würdtwein Nov. subs. IV. 141; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 903. — »Quia indignum erat.«

» 11 — » — (7645) (Ugrino) archiepiscopo et capitulo Colocensibus castrum de Posega, quod archiepiscopus ad opus ecclesiae Colocensis, specialiter pro haereticis de finibus illis profligandis pro certa summa pecuniae, dato etiam praedio de Erdesumulua, comparaverat, confirmat. iii id. Ianr. a° 11°. | Koller Episc. Quinqueeccl. II. 63; Fejér Cod. dipl. III. i. 100; Tkalčič Mon. episc. Zagrab. I. 57. n° 46. — »Quanto propensius ecclesiarum.«

» 11 — » — (7646) Archiepiscopis et episcopis ac comitibus et baronibus per Ungariam constitutis mandat, praeparent se ita ad Terrae sanctae subsidium, ut illi qui iam crucis susceperunt signaculum, in instanti Augusto, quo generale passagium sit indictum, una cum F(riderico) Romanorum imperatore et rege Siciliae valeant transfretare. iii id. Ianr. a° 11°. | Theiner Mon. Hungar. I. 71. n° 147; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 224; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1227 § 7. — »Pridem vobis significasse.«

* *In eundem modum* A(ndreae) regi Ungariae, *verbis competenter mutatis.*
» » » Lantgravio Thuringiae, » » » . || Raynald. l. c.

» 11 — » — (7647) (Ugrinum) archiepiscopum Colocensem hortatur, exerceat iniunctae sibi praedicationis officium studiose, magnos et parvulos sedulis exhortationibus inducendo, ut in instanti Augusto quo generale passagium sit indictum, impendant suum Terrae sanctae subsidium modis omnibus quibus possint; crucesignatos autem moneat, ut in ipso passagio transeant. iii id. Ianr. a° 11°. | Theiner l. c. 70. n° 146; Mon. Hungar. hist. l. c. 226. — »Benedictus Deus qui.«

* *In eundem modum* (Robertum) archiepiscopum Strigoniensem — (Gregorium) episcopum Geuriensem — Episcopum Hildesemensem (?).

» 13 — » — (7648) Episcopum Wintoniensem *in eundem modum.* Id. Ianr. a° 11°. || Wilkins Concil. I. 559. — »Benedictus Deus qui.«

» 13 — » — (7649) (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi et abbati Stadensi notificat, se Fridericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae et eius filii personam cum imperio, regno, iuribus et honoribus suis sub b. Petri protectionem suscipere, districtius inhibens ne quis interim ea invadere, minuere vel modo quolibet perturbare praesumat. Mandat eis, ut, si quis contra hanc prohibitionem ipsius imperatoris honores et iura quae infra fines eius metropolis obtinet, invadere vel minuere praesumpserit, illum per excommunicationem in personas et interdictum in eius terras ad desistendum a sua praesumptione cogant. Id. Ianr. a° 11°. || Cod. dipl. Lubec. I. 52. n° 40; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 707. — »Sincera devotio quam.«

* *In eundem modum* (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et (Ecberto) episcopo Bambergensi. | Würdtwein Nov. subsid. IV. 138.
» » » (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi. | Theiner Mon. Hungar. I. 71. n° 148; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 227.

» 15 — (») — (7650) Iohannem natum Margaritae quondam imperatricis Constantinopolitanae rogat et monet, ut promissionem suam fideliter prosequens contra haereticos de Bosnia una cum (Ugrino) archiepiscopo Colocensi viriliter procedat. »Alioquin praeposito et magistro Ypolito canonicis Albensibus Vesprim. dioc. damus in mandatis, ut te ad complendum promissum per censuram ecclesiasticam compellant.« xviii kal. Febr. a° 11°. | Pray Hierarch. II. 407; Katona Hist. crit. V. 501; Fejér Cod. dipl. III. i. 101; Theiner l. c. 72. n° 149. — »Significavit nobis venerabilis.«

» 17 — » — (7651) Teutonicos cives de Visbu [Wisby] inhabitatores Gotlandiae, cum noviter conversos ad fidem in partibus Livoniae et Estoniae a persecutoribus sollicite defendant tam paganis quam Rutenis viriliter obsistendo, tuendos suscipit, inhibens ne quis pro eo, quod ad Osilianorum et aliarum gentium conversionem intendant, ipsis molestiam inferat vel gravamen. xvi kal. Febr. a° 11°. | Turgenevii Russ. monim. I. 20. n° 20; Bunge Livl. UB. I. 114. n° 94. — »Etsi cunctos Christi.«

» 17 — » — (7652) Universos reges Russiae, qui (Guillelmum) Mutinensem episcopum apostolicae sedis legatum a latere rogaverant, ut ipsorum partes personaliter visitet, cum parati sint omnes errores penitus abnegare, quos propter defectum praedicatorum incurrerint, monet et hortatur, ut super hoc voluntatem suam curiae Romanae per litteras et nuntios in-

1227.

timent. »Interim autem pacem cum christianis de Livonia et Estonia firmam habentes non impediatis profectum fidei christianae.« xvi kal. Febr. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1227 § 8—11; Gruber Orig. Livon. 266; Scr. rer. Livon. I. 394. n° 44; Bunge l. c. 114. n° 95; Turgenevius l. c. 20. n° 21. — »(G)audemus in Domino.«

Ianr. 17 — Laterani — (7653) Episcopo Esculano praecipit, ne extraneum ad potestariam vel rectoriam civitatis eligi permittat, ac Bertholdum potestatem Esculanum eam ob causam destituat. xvi kal. Febr. a° 11°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 82. n° 137. — »Iam dudum ecclesia.«

» 18 — » — (7654) Potestatem et populum Urbevetanos aliosque fideles per Tusciam constitutos monet et hortatur, ut Iohanni Ierosolimitano regi Tusciae rectori obediant. xv kal. Febr. a° 11°. ‖ Theiner l. c. 82. n° 138. — »Volentes carissimi in.«

» 18 — » — (7655) Abbati et priori de Los Cisterc. ord. Tornacens. dioc. indulget, ne de cetero ex causis aliquibus auctoritate apostolica cognoscere inviti cogantur, nisi litterae apostolicae aliter ordinantes expresse declaraverint ita ordinatum fuisse, non obstante praesente immunitatis charta. xv kal. Febr. a° 11°. ‖ Miraei Opp. dipl. II. 851; Buzelinus Gallo-Flandria 384. — »Cum saepe contingat.«

» 18 — » — (7656) Episcopo, decano et cantori Zamorensibus scribit de excessibus regis Lusitaniae, qui ecclesiae Portugalensis iura invadebat, recenset alia eiusdem regis graviora facinora, quibus ecclesiasticam libertatem labefactabat, eisque mandat, ut regem censuris, si emendare commissa detractarit, devinciant. xv kal. Febr. (a° 11°). ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1227 § 10. — »Charissimus in Christo.«

» 26 — » — (7657) Abbati monasterii de Sancta Cruce indulget, ut salvis commissionibus hactenus impetratis per litteras sedis apostolicae, quas de cetero impetrari contigerit, de causis cognoscere minime teneatur invitus, nisi plenam de hac indulgentia fecerint mentionem. vii kal. Febr. a° 11°. ‖ Pez Thesaur. VI. ii. (Cod. epistol. II.) 78. n° 132; Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 65. — »Cum sepe contingat.«

» 27 — » — (7658) Patrimonium quod habet Romana ecclesia a Radicofano usque Romam, excepta marchia Anconitana, ducatu Spoleti, Reate ac Sabinia, curae regimini et custodiae Iohannis Hierosolymitani regis committit, omnesque populos ibidem habitantes monet et exhortatur, ut dictum regem hilariter recipiant eique tamquam vicario et procuratori apostolico humiliter intendant. vi kal. Febr. a° 11°. ‖ Raynald. l. c. ad a. 1227 § 5, *non integra*. — »Charissimi in Christo.«

»Honorius pp. Iohanni regi quondam Ierosolymitano pro vitae suae sustentatione terram committit ecclesiae a Viterbio usque ad Montem Flasconem.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ad a. 1226 ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1001 (ap. Ughelli Ital. sacr. [ed. 1647] III. 989.

» 27 — » — (7659) Fredericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae hortatur, ut Iohannem regem Hierosolymitanum socerum suum ex ipsa affinitate depressum, unde multi honoribus eum promovendum sperabant, in imperialis gratiae plenitudinem reassumat, mittens ad ipsum super hoc tractando negotio abbatem S. Martini Viterbiensis. vi kal. Febr. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1227 § 2; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 708. — »Non dubitat sicut.«

» 28 — » — (7660) Consulibus et populo Tiburtinis mandat, ut ab infestatione Sublacensis monasterii penitus desistant. v kal. Febr. a° 11°. ‖ Spicil. Liber. 718. n° 7. — »Experimento in vobis.«

(Ianr. exeunte) — (») — (7661) In eos invehens qui frumentum malitiose occultant, Fridericum Romanorum imperatorem rogat, ut mittat frumentum ad Urbem tempore famis, exemplumque memorat paparum Alexandri et Lucii, qui in simili casu ad reges Siciliae habuere recursum et benignum responsum acceperunt. *Absque nota chronol.* ‖ Huillard-Bréholles l. c. II. 710; *non integra* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. 171. — »Celestis altitudo consilii.«

Ianr. (exe.) — »Mense Ianuario Honorius papa suos ad imperatorem in Siciliam nuncios mittit, ut sibi et Romanae curiae in victualibus [nam carestia frumenti tanta in urbe Roma facta est, ut rubus tritici pro 20 solidis denariorum senatus habere vix posset] subveniret, qui per Henricum de Morra magistrum iustitiarium hoc fieri mandat.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1002 (ap. Ughelli Ital. sac. [ed. 1647] III. 989).

Febr. 4 — » — (7662) (Petro) archiepiscopo Lundensi mandat, ut tam clericis quam laicis, qui »ad nefarios coitus prolabantur, non solum personis sibi consanguinitate coniunctis, verum etiam brutis animalibus se nefarie commiscendo«, iniungat poenitentiam salutarem, »eo adhibito moderamine, quod nec facilitas nimia peccandi audaciam tribuat, nec immoderata severitas desperationem inducat.« ii non. Febr. a° 11°. ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 767; Liljegren Svenskt dipl. I. 248. n° 242; *cf.* Porthan Bullar. access. 21. n° 50. — »Petitio tua nobis.«

» 4 — » — (7663) Eidem concedit licentiam dispensandi cum eis, qui sacros ordines excommunicati susceperunt et divina officia celebrarunt, ita tamen, »quod ad casus futuros eandem

1227.

licentiam non extendat.« II non. Febr. a° 11°. ‖ Suhm l. c. IX. 766; Liljegren l. c. 249. n° 243; *cf.* Porthan l. c. n° 51. — »De subditorum tuorum.«

Febr. 5 Laterani * (7664) Brixinensi, de Nova Cella et de Wilten praepositis causam abbatissae conventusque S. Georgii contra Henricum de Welfesberc bona illarum quaedam iniuste detinentem et occupantem committit inquirendam et terminandam. Non. Febr. a° 11°. ‖ Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXVII. 171. n° 826.

» 12 » (7665) Compositionem inter A. praepositum Orodiensem et Iohannem Caputium subdiaconum et capellanum papalem, qui aliquamdiu de praepositura Orodiensi disceptaverant, amicabiliter initam confirmat. II id. Febr. a° 11°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 102; Theiner Mon. Hungar. I. 72. n° 150. — »Cum nuper ad.«

» 19 (») (7666) Abbati et conventui monasterii Cassinensis annuit et ex eo, quod ecclesiam s. Pauli de Foresta ad idem monasterium pertinentem magistro Maximo subdiacono et notario suo contulit, nolens praeiudicium generari, statuit ut, cum dictam ecclesiam vacare contigerit, libere ad praefatum monasterium revertatur. XI kal. Mart. a° 11°. ‖ Gattula Hist. abbatiae Cassin. 295. — »Sedis apostolicae circumspectio.«

» 21 » (7667) F(redericum) Romanorum imperatorem et regem Siciliae hortatur ad relaxandum bannum imperiale, cui civitas Massilia subiecta fuit, cum cives excommunicationis vinculo, quo propter iniurias episcopo ipsorum illatas tenebantur, fuerint absoluti, et ad dimittendos Petrum de S. Iacobo et Guillelmum Vivaldum concives eorum crucesignatos, quos ob eandem rem cepit et detinebat. IX kal. Mart. a° 11°. ‖ Méry et Guindon Hist. de la municipalité de Marseille I. 433; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 714. — »Dilectus filius noster.«

» 23 » (7668) Monasterio Ursicampi concedit, ne a cellariis vel grangiis eius indebitae procurationes exigantur. VII kal. Mart. a° 11°. ‖ Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 301. n° 481. — »Monasterii Ursicampi profectibus.«

» 24 » (7669) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino concedit facultatem, illis qui in sua diocesi pro violenta manuum iniectione in clericos vel alios religiosos necnon pro incendio excommunicationis sententiam incurrerint, absolutionis beneficium impendendi. VI kal. Mart. a° 11°. ‖ Würdtwein Nova subs. IV. 143. — »Super hiis que.«

» 25 » (7670) Universos Christi fideles per Maguntinam provinciam constitutos monet et hortatur, ut de bonis suis ad reparationem ecclesiae in Northusen, quae minetur prae nimia vetustate ruinam, pietatis subsidia conferant. V kal. Mart. a° 11°. ‖ Würdtwein l. c. 140. — »Quoniam ut ait.«

» 26 » (7671) Potestati et populo Camerinensibus interdicit, ne Hugolinum Hugolini illum famosum immo seditionarium virum in civem vel potestatem recipiant. IV kal. Mart. a° 11°. ‖ Turchius De eccles. Camerin. pontificibus, app. 64. n° 34; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 83. n° 139. — »Intelleximus quod ille.«

* *In eundem modum eodemque die* Fulginatibus.

» 27 » (7672) Potestatem et commune Ariminenses monet et hortatur, ut I(nghiramo) de Macerata civi Mutinensi ipsorum quondam rectori, cui cives quidam Ariminenses iniurias intulissent pro eo quod quasdam eorum filias sorores et consanguineas haereticas manifestas cepisset et imperatori tradidisset comburendas, ac imperialem legem contra haereticos voluisset in statuario eiusdem ponere civitatis, iustitiam faciant, nisi censuras ecclesiasticas subituri sint. III kal. Mart. a° 11°. ‖ Tonini Rimini 442; Theiner l. c. 83. n° 140. — »Gravem dilecti filii.«

Mart. 1 » (7673) Episcopo, Berardo subdicano suo et Signedulpho canonicis Reatinis significat, capitulum Narniense taxasse in ecclesia sua sexdenarium numerum canonicorum et statuisse, ut nullus recipiatur ibidem, donec deveniant ad numerum praetaxatum; F. autem clericum ad eos super receptione sua in eorum ecclesia apostolicas impetravisse litteras. Attamen, cum illi petitione monstrarint, se nondum ad praetaxatum numerum esse reductos, mandat eis, ut praedictum capitulum ab impetitione dicti clerici absolvant. Kal. Mart. a° 11°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1016; Bucciarellus Cathedr. Narniens. eccles. 22. — »Dilecti filii capitulum.«

» 2 » (7674) C(hristiano) decano Maguntino concedit, ut praepositūram S. Victoris et de Undenheim et de Gensen ecclesias una cum decanatu possit retinere. VI non. Mart. a° 11°. ‖ Würdtwein Nova subs. IV. 144. — »Qui bene meritos.«

» 5 » * (7675) Nicosiensi archiepiscopo mandat, ut se subducat a prosecutione negotii circa (Isabellam) filiam (Alicis) regis Cypri et (Henricum) eius maritum de consanguinitate suspectos. III non. Mart. a° 11°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 48.

» 5 » * (7676) Patriarchae Hierosolymitano et episcopo Acconensi committit negocium filiae reginae Cypri et filii comitis Tripolitani de consanguinitate inter eos. III non. Mart. a° 11°. MasLatrie l. c. 48.

## 1227.

Mart. 10 Laterani (7677) Abbati et conventui S. Prosperi Reginensibus indulget, ut tempore generalis interdicti liceat eis clausis ianuis *etc.* divina officia celebrare. VI id. Mart. a° 11°. || Affarosi Monast. di S. Prospero I. 188. — »Ut eo libentius.«

» 10 » (7678) Compositionem inter abbatissam et conventum in Ramosa [Ramsen] ex parte una et abbatem de Nigra Silva Constantiensis dioc. ex altera super iure proprietatis monasterii illarum, mediantibus W(ernero) praeposito S. Andreae ac eius collegis, factam confirmat. VI id. Mart. a° 11°. || Remling Gesch. d. ehem. Abteien I. 335. — »Iustis petentium desideriis.«

» 10 » (7679) Rectoribus societatis Lombardiae mandat, ut celeriter litteras de accipiendo compromisso transmittant et interim, quae pro Terrae sanctae succursu facere tenentur praeparent, ita ut Friderico Romanorum imperatori notitia non veniat quod tam diu litterarum missionem distulerint neque eidem occasio praebeatur eundem succursum differendi. VI id. Mart. a° 11°. || Savioli Ann. Bologn. III. II. 72; *absque signo chronol. et non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1227 § 6; ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 715. — »Miramur nec satis.«

» 17 » (7680) Fratri Guallae ord. Praedicatorum mandat, sollicitet rectores societatis Lombardorum incessanter, ut litteras imperiali celsitudini dirigendas per manum publicam scribi faciant iterato ac ad faciendum inter se divisionem militum in Terrae sanctae subsidium mittendorum cessante dilatione procedant. XVI kal. Apr. (a° 11°). || Savioli l. c. 73. — »Recepimus litteras quas.«

— — (7681) Portuensi episcopo apostolicae sedis legato mandat, ut, cum monachi S. Mansueti Tullensis regulares observantias non professi quendam ipsius loci monachum similiter non professum in abbatem elegerint, hanc electionem decernat irritam et inanem. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 5 *de elect.* c. 3 ed. Cironius 34. — »Per litteras tuas.«

— — (7682) Abbati et conventui de Dunemunde Cisterc. ord. Rigens. dioc. indulget, ut, »cum Cisterciensis ordinis titulus ... adeo sit insignis, quod vix credatur ab hiis, qui contra vos litteras impetraverint, sine malitia subticeri«, nequeant per litteras apostolicas conveniri, quae de Cisterciensi ordine non fecerint mentionem. *Absque nota chronol.* || Bunge Livl. UB. III. 17. n° 97a; *mutila ibid.* I. n° 428; *cf. ibid.* III. Regest. 7. n° 110a. — »Cum Cisterciensis ordinis.«

## 1226. 1227.

— — (7683) (Theodorico) archiepiscopo Treverensi, qui, cum abbas S. Apri Tullensis in gravi aegritudine constitutus ad cuiusdam aemuli sui consilium monachos suos ab obedientia absolvisset, apostolicum consilium, an idem abbas ex hoc resignaverit, requisiverat, respondet: »Nos ex tali facto duntaxat eundem abbatem resignasse suo regimini non videmus.« *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 7 *de renunc.* c. 3 ed. Cironius 44; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 9 *de renunc.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 97, *ad a.* 1220; ap. Richter Corp. II. 109. — »Lectae coram nobis.«

— — (7684) Magistro Tancredo archidiacono Bononiensi epistolas decretales, quas compilari fecit, sub bulla sua transmittit eique mandat, ut eis solemniter publicatis absque ullo scrupulo utatur et ab aliis recipi faciat tam in iudiciis quam in scholis. *Sine signo chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 1 *de constitut.* c. 1 ed. Cironius 7. — »Novae causarum emergentium.«

## 1224—1227.

— — (7685) Abbati S. Dionysii, decano et magistro Coll. in causa magistri I. Silvanecten. Rothomagensis canonici, qui pro assequenda in ecclesia Beluacensi praebenda apostolicas ad b. m. (Guilelmum) episcopum Parisiensem et eius collegas litteras executorias impetraverat, mandata dat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 19 *de appellat.* c. 6 ed. Cironius 168. — »Significaverunt nobis venerabilis.«

## 1221—1227.

— — (7685a) Ambianensi et Tornacensi episcopis ac abbati S. Vedasti Atrebatensis scribit, canonicos Atrebatenses, licet episcopi Atrebatenses a longis retro temporibus canonici esse consueverint ecclesiae Atrebatensis, statuisse post mortem R(adulfi) Atrebat. episcopi per iuramentum »quod quicunque de gremio ipsius ecclesiae assumeretur in episcopum, de cetero non esset canonicus in eadem.« Mandat eis, ut, cum ex hoc dignitas et episcopales redditus minorentur, omnia in statum debitum reducant. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 15 *de iureiur.* c. 2 ed. Cironius 142. — »Ad nostram noveritis.«

## 1220—1227.

— — (7686) Episcopum Attrebatensem, cui quidam audax super provisione sua in Attrebatensi ecclesia litteras monitorias per veri suppressionem a sede apostolica impetratas prae-

**1220—1227.**

sentaverat, de admonitione reddit absolutum, ita quod ab illo audace ulterius non vexetur. *Sine signo chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 2 *de rescript.* c. 3 ed. Cironius 23. — »Qui nostras per.«

**1218—1227.**

(7687) Archiepiscopo decano et archidiacono Bituricensibus scribit, defectum litterae non vitiare rescriptum apostolicum, eisque mandat, ut in negotio B(erengariae) quondam Anglorum reginae contra nobilem virum W. de Guerchia, qui eam castro de Segreio spoliaverat, iuxta priorum continentiam litterarum procedant. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 15 *de officio iud. deleg.* c. 1 ed. Cironius 58, *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 22 *de fide instr.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 226, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 340. — »Ex parte carissimae.«

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

(7688) Repetit nº 6171 d. d. 1219. Dec. 2: »*Sine signo chronol.*« — »Cum ordinis vestri.« || Dugdale Monast. Anglic. V. 234. nº 14.

(7689) Repetit nº 6234 d. d. 1220. Apr. 27: »*Sine signo chronol.*« — »Constituti iuxta verbum.« || Dugdale l. c. 235. nº 15.

(7690) Abbati et conventui de Holmcoltram Cisterc. ord. libertates et immunitates et usum (?) in foresta de Englewode a cl. mem. H(enrico), R(icardo), Iohanne regibus Angliae eorum domui concessas confirmat. *Sine nota chronol.* || Dugdale l. c. 602. nº 31. — »Iustis petentium desideriis.«

(7691) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani indulget, ut ob minora delicta ante susceptum religionis habitum commissa intra ipsum ordinem absolutionem possint adipisci. *Sine nota chronol.* || Strehlke Tab. 332. nº 400. — »A sede apostolica.«

(7692) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus *etc.* districte praecipit, ut homines fratrum domus hospitalis s. Mariae Theoton. Ierosol. ad certamina communia ire de cetero minime cogant nec ab eis propter hoc aliquid exigere praesumant. *Absque signo chronol.* || Strehlke l. c. 332. nº 401. — »Cum de viris.«

(7693) Eosdem admonet, ut fratres domus hospitalis s. Mariae Theoton. Ierosol. procurationibus et aliis exactionibus nullatenus aggravent neque bona eorum, »quae ad defensionem orientalis ecclesiae necessaria plurimum esse noscuntur,« pro suae voluntatis arbitrio minuant. *Absque nota chronol.* || Strehlke l. c. 333. nº 402. — »Cum ex suscepte.«

(7694) Eisdem praecipit, ut parochianis suis sub interminatione anathematis prohibeant, ne fratribus domus hospitalis s. Mariae Theot. Ieros. in domibus, animalibus aut aliis possessionibus suis aliquam iniuriam inferant vel gravamen. *Absque nota chronol.* || Strehlke l. c. 333. nº 403. — »Cum fratres domus.«

(7695) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theot. Ieros. concedit, ut de decimis et pluribus aliis non sint astricti respondere apostolicis litteris, si non ordinis expressam faciant mentionem. *Sine dato.* || Strehlke l. c. 334. nº 404. — »Cum inter vos.«

(7696) Eisdem indulget, ut nemini liceat sine mandato Romani pontificis speciali in eos, presbyteros et laicos eorum excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare. *Sine nota chronol.* || Strehlke l. c. 334. nº 405. — »Cum vos tamquam.«

(7697) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus *etc.* mandat atque praecipit, ut a capellanis ecclesiarum, quae pleno iure fratribus hospitalis s. Mariae Theot. Ieros. sint concessae, nec fidelitatem nec obedientiam exigant. *Sine dato.* || Strehlke l. c. 335. nº 406. — »Dilecti filii...«

(7698) Eisdem mandat, ut ab extorsione decimarum et primitiarum laborum ab ordine Teutonico penitus desistant. *Sine dato.* || Strehlke l. c. 335. nº 407. — »Ex parte dilectorum.«

(7699) Magistro et fratribus hospitalis *etc.* concedit, ut in ecclesiis, quae ipsis ad sustentationem eorum, qui in transmarinis partibus pro defensione christianitatis animas suas ponere non formidant, sunt concessae, assignato vicariis, unde honeste vivant et debita praestent, cetera ad usus suos retinere possint salva moderatione concilii generalis. *Sine nota chronol.* || Strehlke l. c. 336. nº 408. — »Iustis petentium desideriis.«

(7700) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus *etc.* mandat, ut fratrum s. Mariae Theot. Ieros. possessiones et iura integra et illibata servent, iustitiam quaerentibus non denegent neque sepulturam parochianorum apud fratres praedictos impediant. *Sine dato.* || Strehlke l. c. 336. nº 409. — »Licet omnibus Dei.«

(7701) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theot. Ieros. indulget, ut in locis de Saracenorum manibus ereptis ecclesias soli Romanae ecclesiae subiiciendas construant. *Sine dato.* || Strehlke l. c. 337. nº 410. — »Quanto maiora pro.«

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

(7702) Fratrum hospitalis s. Mariae Theot. Ieros. domos et omnes alias possessiones sub b. Petri et sua protectione suscipit. *Sine dato.* || Strehlke l. c. 337. nº 411. — »Quociens a sede.«

(7703) Archiepiscopis et episcopis *etc.* mandat atque praecipit, ut apostatarum fratrum hospitalis s. Mariae Theot. Ieros. fautores censura ecclesiastica cohibeant. *Sine nota chronol.* || Strehlke l. c. 338. nº 412. — »Res quidem ad.«

(7704) Eosdem iubet favere fratribus hospitalis s. Mariae Theot. Ieros. nec de donatis eis sibi quicquam vindicare, quarta parte testamenti parochianorum apud illos sepeliri cupientium esse contentos, exceptis armis et equis. Fratribus sacerdotibus licere confessionem recipere apud ordinem sepeliri eligentium. *Sine dato.* || Strehlke l. c. 338. nº 413. — »Si diligenter attenditis.«

(7705) Eosdem iubet, ne fratres hospitalis s. Mariae Theot. Ieros. violati prorsus testimonio destituantur de violentia a susceptis parochianis censura ecclesiastica proposita purgatorium exigere iuramentum. *Sine dato.* || Strehlke l. c. 339. nº 414. — »Significarunt nobis dilecti.«

(7706) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theut. Ieros. indulget, ut in terris de Saracenorum manibus aut per ipsos ereptis aut ipsis donatis liceat villas, castra, oratoria, cimiteria fabricare ad opus hominum morantium in eisdem. *Sine nota chronol.* || Strehlke l. c. 340. nº 415. — »Vestris piis postulationibus.«

(7707) Capitulo Constantinopolitano notum facit, se statuere, ut expensae necessariae, quas illi vel eorum nuntii vacante sede pro electionis negotio fecerint, de bonis patriarchatus fiant totaliter vel reddantur. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 1 *de constitut.* c. 4 ed. Cironius 11; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 45 ap. Boehmer Corp. II. 73, *ad* a. 1219; ap. Richter Corp. II. 86. — »Ut praeteritae contentionis.«

(7708) Episcopo et cantori Cabilonensibus (et abbati de Firmitate Cabilon. dioc. *om. Decr. Gr.*) mandat, ut in ecclesia Eduensi antiquum canonicorum numerum servent et praebendas, quas a tempore ultimi statuti, quod canonici Eduenses propriis commodis inhiantes fecerant, invenerint vacantes personis idoneis cum consilio episcopi Eduensis conferant. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 1 *de constitut.* c. 5 ed. Cironius 12; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 2 *de constit.* c. 12 ap. Boehmer Corp. II. 11, *ad* a. 1221; ap. Richter Corp. II. 15. — »Ex parte venerabilis.«

(7709) Abbati et conventui monasterii Dolensis notum facit, se inhibere, ne capellani ecclesiarum, in quibus dictum monasterium ius patronatus obtineat, occasione statuti concilii generalis »quo dicitur ut provisio congrua per parochialium ecclesiarum presbyteros non obstante patroni consuetudine assignetur,« provisionem ab Innocentio pp. olim statutam infringant. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 1 *de constit.* c. 6 ed. Cironius 13. — »Cum olim super.«

(7710) Archiepiscopo Mediolanensi mandat, ut, non obstantibus quae per Novariensem episcopum sint praesumpta, faciat ad praebendam b. mem. A. cantoris Novariensis per eos ad quos ius eligendi spectet, idoneum eligi in diaconatus vel sacerdotii ordine constitutum. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 1 *de constit.* c. 8 ed. Cironius 16. — »Ex parte venerabilis.«

(7711) Abbati et priori S. Proiecti et I. de villa Vuade canonico S. Quintini Noviomensibus (Episcopo et archidiacono Legionensibus *Decr. Gr.*) mandat, ut Raevardo clerico Noviomensi in ecclesia s. Crucis Cameracensi beneficium praebendale assignent et sententias suspensionis, quas I. archidiaconus Tornacensis et eius collegae in capitulum dictae ecclesiae promulgaverunt, relaxent. *Sine signo chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 2 *de rescript.* c. 1 ed. Cironius 18; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 3 *de rescript.* c. 30 ap. Boehmer Corp. II. 24, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 31. — »Capituli (Capitulum *Decr. Gr.*) s. Crucis.«

(7712) R. de Porta et magistris I. de Mand. maioris ecclesiae et R. S. Mariae Magdalenae canonicis Morinensibus mandat, ut litteras commissionis, quas nuper magister W. de Brimot Lingonensis canonicus super scholastica (?) Metensi ad priorem de Claromonte et coniudices eius Tullens. et Lingon. dioec. pro magistro G. de Burmet Metensi canonico nunc cantore Tullensis ecclesiae impetravit, nuntient nullius esse valoris et revocent in statum debitum, quidquid forte occasione ipsarum invenerint factum. *Sine signo chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 2 *de rescript.* c. 2 ed. Cironius 21. — »Referente dilecto F.«

(7713) Capitulo Laudunensi inhibet, ne a singulis, quos in eorum ecclesia canonicari contingat, unum scyphum argenteum exigant et etiam extorqueant. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 1. tit. 3 *de consuet.* c. 2 ed. Cironius 25. — »Ad audientiam nostram.«

(7714) Capitulo (archiepiscopo *male Cir.*) Calaritano significat, se factam electionem de Suellensi episcopo — quem illi in ecclesiae Calaritanae archiepiscopum unanimiter elegerant — duxisse irritandam »cum eligi nullo iure potuerit, sed potius postulari.« *Sine nota chronol.* | Decr. H-i lib. 1. tit. 4 *de postul. prael.* c. 1 ed. Cironius 30; *int.* Decr.

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

Greg. IX. lib. 1. tit. 5 *de postul. prael.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 38, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 46. — »Etsi unanimiter vota.«

— — (7715) Abbati Stirpensi et eiusdem loci et de Exidolio prioribus Lemovicens. dioc. notum facit, se »ne quis forte causetur capitulum S. Iuliani Lemovicens. dioc. ius eligendi praepositum per decursum temporis amisisse,« statuere »quod tempus lapsum ante concessam sibi eligendi licentiam eis currat.« *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 5 *de elect.* c. 2 ed. Cironius 33. — »Cum bonae memoriae.«

— — (7716) Abbati S. Galgani Cisterc. ord. et priori Camaldulensi Vulteran. et Aretin. diocc. significat, se electionem R. monachi in abbatem monasterii s. Florae Aretin. dioc. cassavisse, quod corpore praedefuncti abbatis nondum tradito sepulturae monachi eiusdem loci, relicto ipso corpore in ecclesia et matutinali officio omisso, in abbatis curiam secedentes eligendi potestatem in unum ex ipsis monachis contulerant. *Absque nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 5 *de elect.* c. 4 ed. Cironius 35. — »Coram dilecto filio.«

— — (7717) P. Bolcen. priori S. Barbarae Lexoviensis dioc. et magistro V. de Capella cancellario Rothomagensi (*inscriptio in Decr. Greg. sonat:* Eboracensi priori et magistro Guidoni de Canopo) intimat, se abbatibus S. Taurin. Ebroicens. et S. Leofredi de Cruce — qui petiverant electionem H. abbatis S. Iudoci in abbatem monasterii Fiscanensis penitus irritari, quod eius electioni non interfuissent — perpetuum silentium imposuisse, cum haec ratio frivola sit. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 5 *de elect.* c. 5 ed. Cironius 37; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 47 ap. Boehmer Corp. II. 74, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 87. — »Constitutis in praesentia.«

— — (7718) Maioris ecclesiae (S. Iohannis *om. Decr. Gr.*) decano et magistro C. canonico (R. cantori *Decr. Gr.*) S. Dionysii Leodiensibus mandat, ut Iohanni pauperi subdiacono praebendam in ecclesia s. Florentii in Confluentia, quam Iacobus decanus ipsius ecclesiae in I(nnocentii) pp. praedecessoris manibus resignaverit, conferant, nisi aliud canonicum obiectum fuerit et probatum, quare id non debeat adimpleri. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 7 *de renunc.* c. 1 ed. Cironius 41; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 9 *de renunc.* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 96, *ad* a. 1217; ap. Richter Corp. II. 109. — »Veniens ad sedem.«

— — (7719) Agathensi et Nicensi (Uticensi *Decr. Gr.*) episcopis et archidiacono Agathensi mandat, ut abbatem monasterii s. W(ilhelmi) de Desertis, qui se sentiens insufficientem oneri regiminis abbatiae cesserat in manibus conventus, loco suo restituant, cum ille cedere sine licentia apostolica nequiverit. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 7 *de renunc.* c. 2 ed. Cironius 43; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 9 *de renunc.* c. 15, *ubi male tribuitur* Gregorio IX, ap. Boehmer Corp. II. 98, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 110. — »Dilecti filii conventus.«

— — (7720) Episcopo et archidiacono Legionensibus mandat, ut episcopum Ovetensem, qui M. puerum 13 annorum inordinate in subdiaconum ordinaverat in ludibrium clericalis ordinis, a collatione ordinum suspendant eumque compellant, ut eidem M. »quem ab executione officii diaconatus usque ad aetatem legitimam suspendimus«, provideat de beneficio competenti. *Absque nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 8 *de aetate... praeficiend.* c. 2 ed. Cironius 47; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 11 *de temp. ordinat.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 105, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 117. — »Vel non est.«

— — (7721) Episcopo Engolismensi mandat, ut Thomam monachum S. Amantii de Brixia, qui in annis puerilibus super dextrae suae pollicem cadens ungulam evulserat ab eo, ad ordinem promoveat sacerdotis, si ad frangendum eucharistiam sit in pollice illo potens. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 10 *de corp. vitiat.* c. 2 ed. Cironius 50; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 20 *de corp. vitiat.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 129, *ad* a. 1218; ap. Richter Corp. II. 140. — »Thomas monachus sancti.«

— — (7722) Decano Furnensi Morin. dioc. et magistro Giliberto Morin. et L. S. Donatoris in Brugis Tornacens. diocc. mandat, ut — cum Virgilius presbyter Tornac. dioc. quandam praebendam eiusdem ecclesiae, quam nullo medio habuerit pater eius, resignare nolit, quamquam cum eo non fuerit per Romanum pontificem dispensatum — statuant quod canonicum fuerit. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 11 *de fil. presbyt.* c. 1 ed. Cironius 51; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 17 *de fil. presb.* c. 17 ap. Boehmer Corp. II. 123, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 135. — »Dilectus filius G.«

— — (7723) Abbati Arremarensi (Ariminensi *Decr. Gr.*) Trecens. dioc. et archidiacono et decano S. Stephani Trecensis causam archidiaconi Senonensis, cui abbas et conventus monasterii s. Petri Vivi Senonensis procurationem annuam et quaedam alia ratione sui archidiaconatus ad ipsum spectantia exhibere denegabant, committit cognoscendam et diiudicandum. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 13 *de offic. archidiac.* c. 1 ed. Cironius 53; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 23 *de offic. archidiac.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 136, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 147. — »Dilecto filio.«

— — (7724) Episcopo Vulterano mandat, ut procuratores magistri Widonis archidiaconi ecclesiae Vulteranae in eis, quae iure scripto vel approbata consuetudine ad eius archidiaconatus

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

officium spectant, benivolo favore foveat. ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 13 *de offic. archidiac.* c. 2 ed. Cironius 56. — »Quid ad archidiaconi.«

— — (7725) Episcopo Wigorniensi (Vigorensi *Decr. Gr.*) mandat, compellat perpetuos vicarios, ut in ecclesiis in quibus vicarias obtinent resideant et se in presbyteros faciant promoveri. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 14 *de offic. vicar.* c. 1 ed. Cironius 57; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 28 *de offic. vicar.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 141, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 152. — »Ex parte tua.«

— — (7726) Messanensi et Regiensi archiepiscopis significat, se archiepiscopo Cusentino dedisse in mandatis, ut Cephaludensem episcopum restitueret ad episcopatum et alia, quibus fuerit indebite spoliatus, et, si eo plenarie restituto videret »quod idem episcopus merito esset de dilapidatione suspectus, virum providum et honestum provideret coadiutorem eidem«; sed eundem archiepiscopum infirmitate corporis gravatum commisisse in hoc negotio vices suas primo abbati S. Spiritus de Panormo, ac demum thesaurario Cusentino, quorum processus sibi exhibitos se cassavisse »quod abbas ... ad inquirendum ... eo non restituto processit, et archiepiscopus ipse, cum iam suo functus esset officio, dicto abbati committendo in integrum vices suas, huiusmodi negotium dicto thesaurario non potuit demandare.« *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 15 *de offic. iud. deleg.* c. 2 ed. Cironius 60. — »Rogatus olim a.«

— — (7727) (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo S. R. E. cardinali et coniudicibus eius in negotio Iordani clerici, qui Dunelmensem episcopum super ecclesia s. Nicolai Dunelmensis coram istis auctoritate litterarum apostolicarum traxerat in causam, declarat: si occasione duorum rescriptorum, unius scilicet in causa principali, alterius in causa appellationis, contenditur, non iudex super principali, sed deputatus super appellatione cognoscere debet de validitate appellationis. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 15 *de offic. iudic. deleg.* c. 3 ed. Cironius 62; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 3 *de rescript.* c. 29 ap. Boehmer Corp. II. 24, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 31. — »Dilectus filius I.«

— — (7728) Episcopo Assisiensi, qui a quibusdam ecclesiis et capellis monasterii s. Benedicti montis Sublasii (Subasii *Decr. Gr.*) ad dandam procurationem minime sufficientibus procurationem exigebat, notum facit, se decernere, ut episcopus in ecclesiis aut capellis ad dictum monasterium in diocesi Assisiensi spectantibus habeat canonicam obedientiam, subiectionem, censuram ecclesiasticam *etc.* Mandat ei, ut his iuribus contentus non amplius ab illis exigat praeter moderatum auxilium. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 16 *de offic. iud. ordin.* c. 1 ed. Cironius 63; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 31 *de offic. iud. ord.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 175, *ad* a. 1218; ap. Richter Corp. II. 186. — »Conquerente oeconomo monasterii.«

— — (7729) Episcopo Sulciensi indulget, ut nullatenus teneatur in die Coenae Domini »quo debent in ecclesiis suis episcopi chrisma conficere, lavare iuxta exemplum Domini pedes pauperum et reconciliare publice poenitentes«, ad metropolitanam ecclesiam, quae per 40 miliaria et amplius ab ecclesia Sulciensi distat, chrisma ibidem cum metropolitano suo confecturus accedere. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 16 *de off. iud. ord.* c. 3 ed. Cironius 66. — »Non videtur metropolitano.«

— — (7730) Episcopo Briocensi, abbati de Sagenio et archidiacono Recomensi (*inscriptio in Decr. Gr. sonat:* Episcopo Baiocensi et archidiacono Rothomagensi) mandat, ut procedant in negotio abbatis monasterii Rothonensis Venet. dioc., qui exposuit, quod tertia pars emendarum, quas homines quinque parochiarum, quae sui conventus sunt usibus deputatae, pro suis excessibus solvere compelluntur, ad suum spectat monasterium ab antiquo, et quod inter ipsos homines orta ecclesiastica quaestione citatio ad eundem, sed examinatio et decisio quaestionis ad Venetum episcopum et ipsum abbatem pertinent in communi. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 16 *de off. iud. ord.* c. 4 ed. Cironius 67; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 31 *de off. iud. ord.* c. 18 ap. Boehmer Corp. II. 176, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 187. — »Dilectus filius abbas.«

— — (7731) Abbati Stadensi et Ildesemensi episcopo (?), duci Saxoniae, comiti palatino Rheni, comiti Ascaniae et ministerialibus Magdeburgensis ecclesiae, qui se ad conservandam et procurandam pacem in terris suis mutuum sibi conferre auxilium iuramento interposito astrinxerunt, mandat, ut hoc iuramentum licitum et honestum observent. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 17 *de treuga* c. 2 ed. Cironius 71. — »Gratum gerimus et.«

— — (7732) Widoni presbytero cardinali et capitulo ecclesiae s. Laurentii in Damaso notum facit, se decrevisse, ut capellarum dictae ecclesiae subiectarum presbyteri et clerici cardinali, qui nunc est in ipsa ecclesia et qui pro tempore fuerit, manualem obedientiam et reverentiam exhibeant et ad ecclesiam ipsam pro scrutinio, baptismo et capitulo celebrandis conveniant temporibus consuetis, correctionem ipsius cardinalis humiliter recipientes *etc.* *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 18 *de maior. et obed.* c. 1 ed. Cironius 73; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 33 *de mai. et obed.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 183, *ad* a. 1216; ap. Richter Corp. II. 193. — »His quae pro.«

**1216.** Iul. 21 — **1227.** Mart. 18.

— — (7733) Declarat, coenobium s. Iuliani de Pyrario immediate esse subiectum sedi apostolicae, unde etiam abbatem ab eadem illi praefici posse. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 18 *de mai. et obed.* c. 2 ed. Cironius 74. — »Accepimus autem (?) quibusdam.«

— — (7734) Atrebatensi episcopo mandat, ut priorissae et sororibus S. Nicolai de Ditiaco liberam tribuat potestatem eligendi sibi priorissam aut abbatissam ac recipiendi libere sorores, conversos atque conversas. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 19 *de pactis* c. 1 ed. Cironius 77. — »Dilecte in Christo.« *Cf.* n° 7249.

— — (7735) Archiepiscopo, S. Leonardi et S. Benedicti abbatibus Salernitanis mandat, ut in causa, quae inter abbatem conventumque Fossae Novae ex parte una et abbatem conventumque monasterii Cavensis Salernit. dioc. ex altera super quibusdam possessionibus monasterii s. Petri de Amalphia vertatur, iuxta priorum continentiam litterarum procedant. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 21 *de postul.* c. 1 ed. Cironius 81; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 32 *de off. iud.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 177, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 187. — »Ex litteris vestris.«

— — (7736) Episcopo Egitanensi nunciat, se processus procuratorum et quaecunque secuta sint ex eis in causa, quae inter dictum episcopum et Colobriensem episcopum super limitatione diocesum ac rebus aliis vertatur, iudicasse irrita et condemnasse Colobriensem antistitem in expensis *etc. Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 22 *de procurat.* c. 1 ed. Cironius 83; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 38 *de procur.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 197, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 208. — »Auditis et intellectis.«

— — (7737) M. et R. canonicis Mutinensibus, quos (Willelmus) Mutinensis episcopus in Livoniam profecturus vicarios suos et procuratores constituerat generales, qui autem agere non poterant »quod in instrumento vicariae non exprimitur quod episcopus ipse constituerit vos syndicos et actores«, significat, se hanc exceptionem penitus reprobare »quod intentio fuit ipsius episcopi dare vobis agendi et respondendi pro ipso episcopo liberam potestatem.« *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 22 *de procur.* c. 2 ed. Cironius 85; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 38 *de procur.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 198, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 208. — »Petitio vestra nobis.«

— — (7738) Maioris ecclesiae et s. Mariae ad Gradus praepositis et decano Coloniensibus mandat, ut, si invenerint monasterium Neuuernbergense Halberstad. dioc. per quandam compositionem bullae apostolicae munimine roboratam multum laesum esse, illud in integrum restituant. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. 23 *de in integr. restit.* c. 2 ed. Cironius 87. — »A procuratore monasterii.«

— — (7740) Archidiacono et magistro G. canonico Tullensibus mandat, ut in causa usurarum G. de Rossuel militis contra E. de Espinal militem Tullens. dioc. partes ad praestandum de dicenda veritate iuramentum per censuras ecclesiasticas cogant. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 1. tit. *de iuram. cal.* c. 1 ed. Cironius 91; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *de iureiur.* c. 32 ap. Boehmer Corp. II. 348, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 360. — »Ex litteris vestris.«

— — (7741) Magistro Tancredo canonico Bononiensi mandat, ut, cum decisio causae, quae inter archiepiscopum Ravennatem ex parte una et communitatem Cerviensem ex altera super iurisdictione civitatis Cerviae et quibusdam aliis articulis vertatur, sit per subterfugia et cavillationes eorum per triennium prorogata *etc.*, in negotio ipso procedat iuxta traditam formam. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 2. tit. 1 *de iudiciis* c. 3 ed. Cironius 95; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 20 ap. Boehmer Corp. II. 227, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 239. — »Venerabilis frater noster.«

— — (7742) Abbati S. Stephani, priori S. Andreae Civitatis novae et archipresbytero S. Eusebii Vercellensis mandat, ut sententiam consulum Papiensium, quam illi contra abbatissam et moniales monasterii Iesu Christi Cisterc. ord., quas Albricus medicus Papiensis coram eis super quadam summa pecuniae traxerat in causam, consuetâ malitiâ promulgaverunt, invalidam penitus denuntient, cum a non suo iudice promulgata sit. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 4 ed. Cironius 97. — »Significarunt nobis abbatissa.«

— — (7743) Episcopo, magistris Tancredo Bononiensibus et Bondi Pratensi Bononiae commoranti canonicis in causa abbatis et conventus S. Mariae de Florentia contra communitatem Castri de Signa vertente super possessione vel quaestione iuris ibidem eligendi sibi rectorem mandata dat. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 5 ed. Cironius 98; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 21 ap. Boehmer Corp. II. 227, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 239. — »Significarunt nobis olim.«

— — (7744) Archiepiscopo, decano et archidiacono Turonensibus in causa (Berengariae) quondam Angliae reginae contra nobilem virum W. de Wertia detentorem castri Segreie ratione dotalitii pertinentis ad ipsam, quo per eum fuerat spoliata, mandata dat. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 2. tit. 2 *de foro comp.* c. 1 ed. Cironius 100; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 2 *de foro comp.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 232, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 244. — »Ex parte (B) charissimae.«

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

— — (7745) Episcopo et abbati S. Proculi et priori S. Iohannis in Monte Bononiensibus mandat ut, si eis constiterit, quod magister Balduinus clericus Laud(un?)ensis ad respondendum Iohanni Bono se adstrinxerit iuramento, ipsum ad illud observandum cogant, constitutione de duabus diaetis in generali concilio edita non obstante. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 2 *de foro comp.* c. 3 ed. Cironius 103. — »Discretioni vestrae mandamus.«

— — (7746) Priori S. Mariae de Spello Spoletan. dioc., Assimat. et Bonoscent. subd. nostro Fulginat. canonicis in causa, quae inter episcopum Assimat. (?) ex parte una et priorem ac fratres hospitalis de Pariete Assimat. dioc. ex altera vertitur, mandata dat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 3 *de mut. petition.* c. 1 ed. Cironius 104. — »Cum semper causam.«

— — (7747) Episcopo Ferentinati significat, se appellationem nobilium virorum Andreae Alatrini et G. ac fratrum et filiorum eorundem, quam illi in causa inter ipsos et archipresbyterum SS. Priscae et Aquilae super quibusdam possessionibus *etc.* vertente fecerint, frivolam reputare, eique mandat, ut in negotio ipso procedat iuxta priorum continentiam litterarum. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 4 *de dilat.* c. 1 ed. Cironius 106; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 8 *de dilat.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 247, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 260. — »Litterae tuae ac.«

— — (7748) Abbati S. Augustini Cantuariensis, qui tunc electus asserebat se ab archiepiscopo Cantuariensi sine professionis exactione benedici debere, intimat, se attendentem »quod aequius est parti ad deliberandum largiorem terminum indulgere quam litem breviandi praetextu procedere minus clare«, dicto archiepiscopo terminum adhuc duxisse indulgendum pro sufficienter ostendendo, quod abbas ei professionem facere debeat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 4 *de dilat.* c. 2 ed. Cironius 107. — »Cum olim inter.« *Hanc bullam quae data est* Laterani XVI kal. Apr. a° 1° *inter* Addenda *suo loco reperies.*

— — (7749) Decano, cantori et custodi S. Severini Coloniensibus mandata dat in causa O. pauperi sacerdotis contra L. presbyterum de Novo Ponte Coloniens. dioc. vertente super ecclesia de Hisbiche. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 5 *de ord. cognit.* c. 2 ed. Cironius 114. — »Significavit nobis O.«

— — (7750) Burgensi archiepiscopo mandat, ut magistrum B. Segobiensem electum, quem rex Castellae post electionem et confirmationem episcopatu Segobiensi exire coegit, plenarie restituat, pendente tamen restitutionis articulo omnes proventus integre colligat et electo assignet eidem. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 7 *de restit. spoliat.* c. 1 ed. Cironius 118. — »Ex parte venerabilis.«

— — (7751) Archiepiscopo Tyrensi (Turonensi *Decr. Gr.*) scribit de I(acobo) Barbo (Barba *Richt.*) procuratore ecclesiae s. Marci de Venetiis, qui supplicaverat, ut, cum paratus esset dicto archiepiscopo iustitiae plenitudinem exhibere super ecclesia s. Marci de Tyro, possessio ipsius ecclesiae, quae per I(nnocentium) pp. praedecessorem dicto archiepiscopo fuit causa custodiae assignata, sibi restitueretur. »Quia te pro causa necessaria tunc absente ei assignari non poterat possessio postulata, nos eidem indulsimus, ut sibi lapsus temporis non obsisteret, quominus possessionem ipsam recuperare valeret.« Declarat quod suae intentionis non fuit per ipsam indulgentiam ius perimere, quod dicto archiepiscopo competebat ex possessione praeterita. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 8 *de eo qui mitt. in possess.* c. 1 ed. Cironius 119; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 40 *de verb. signif.* c. 28 ap. Boehmer Corp. II. 876; ap. Richter Corp. II. 887. — »Dilecto filio Iacobo.«

— — (7752) Archidiacono B. Salisberiensis diocesis mandat, ut, cum I. rector ecclesiae de Vuitam, qui abbatem et conventum Abendon. Salisber. dioc. coram dicto archidiacono super quibusdam decimis non ex delegatione sedis apostolicae convenerat, lite pendente super eisdem decimis indulgentiam apostolicam impetraverit nullam facientem de mota super hoc controversia mentionem, negotio finem imponat indulgentia huiusmodi non obstante. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 8 *de eo qui mitt. in possess.* c. 2 ed. Cironius 121. — »Significavit nobis I.«

— — (7753) Cancellario, cantori et A. (dicto marescallo *om. Decr. Gr.*) canonico Parisiensibus mandat, iniungant iudicibus quibus commissa fuit quaestio vertens inter A. personam(?) ecclesiae de Bassevilla ex parte una et priorem monachosque de Bassevilla Carnotens. dioc. ex altera super decimis novalium intra fines istius parochiae consistentium, ut in negotio procedant iuxta traditam formam. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 9 *ut lite pend. n. innov.* c. 1 ed. Cironius 122; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 16 *ut lite p. n. i.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. 279 *ad* a. 1221; ap. Richter Corp. II. 291. — »Dilectus filius magister.«

— — (7754) Priori de Beham (Deben *Decr. Gr.*), decano de Dalit. (Calin. *D. G.*) et F. canonico S. Mariae de Hastinges Cicestrens. dioc. mandat, ut, cum iudices parti alteri favorabiliores in quaestione inter R. rectorem ecclesiae de Bertucia (Bethusia *D. G.*) ex parte una et abbatem conventumque de Cestria (Cisteria *D. G.*) Lond. dioc. ex altera super

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

eadem ecclesia vertente post appellationem a dicto R. interpositam praedictos abbatem et conventum in possessionem ipsius ecclesiae causa custodiae induxerint, fructus ipsius ecclesiae usque ad decisionem negotii sequestrari faciant. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 10 *de sequestr. poss.* c. 1 ed. Cironius 123; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 17 *de seq. p.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 281 *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 294. — »Dilectus filius R.«

(7755) Auriensi (Aurel. *Decr. Gr.*) et Lamecensi (Lametensi *D. G.*) episcopis et abbati de Palumbario Bracarens. dioc. mandat, ut in causa vertente inter Colobriensem et Egitanensem episcopos super suarum limitatione diocesum secundum divisiones, quae per libros antiquos vel alio modo probabuntur, in commisso negotio procedant. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 11 *de probat.* c. 2 ed. Cironius 126; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 19 *de probat.* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 290, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 303. — »Cum causam quae.«

(7756) Episcopo et archidiacono Senensibus (Senon. *Decr. Gr.*) causam matrimonii, quae inter V. iuvenem et G. puellam Senensem, quae se virginem et monacham profitetur, noscitur agitari, remittit plenius instruendam. *Sine nota chron.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 11 *de probat.* c. 3 ed. Cironius 127; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 19 *de probat.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 290, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 303. — »Caussam matrimonii quae.«

(7757) Praeposito Malisu (Molisii *Decr. Gr.*) Firman. dioc. in causa, quae super quibusdam terris vertitur inter canonicos S. Petri Veteris ex parte una et G. Simonis Widonis Firmanum ex altera, respondet. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 12 *de testib.* c. 1 ed. Cironius 128; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de testib.* c. 48 ap. Boehmer Corp. II. 311, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 326. — »Per tuas nobis.«

(7758) Vallis Oleti et S. Meniae (Sacramentae *Decr. Gr.*) abbatibus Palent. et Segobiens. diocc. et R. archidiacono Oxomensi mandat, ut recipiant testes, quos procuratores Burgensis episcopi et clericorum S. Mariae de Castro Sorit contra personas productorum testium super principali negotio duxerint producendos. *Sine nota chronol.* | Decr. H-i lib. 2. tit. 12 *de testib.* c. 2 ed. Cironius 129; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de testib.* c. 49 ap. Boehmer Corp. II. 312, *ad* a. 1223; ap. Richter Corp. II. 326. — »Licet dilectus filius.«

(7759) Praeposito et magistro Galfrido et Ricardo de Lauduno canonicis Remensibus mandat, ut quaestionem quae inter quondam Ricardum, nunc Garaudum Suessionenses archidiaconos ex parte una et capitulum S. Petri Suessionensis ex altera super iurisdictione in dicta ecclesia ratione archidiaconatus vertatur, fine debito terminent. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 12 *de testib.* c. 3 ed. Cironius 130; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *de testib.* c. 50 ap. Boehmer Corp. II. 312, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 326. — »Praesentata nobis Garaudi.«

(7760) Priori Montis Rivi Massiliens. dioc. et sacristae Massiliensi mandat, ut, cum Tholonensis civitas bis a Sarracenis capta fuerit et destructa et multa instrumenta Tholonensis ecclesiae sint amissa, cogant illos, qui plene noverint de possessionibus et rebus aliis ecclesiae veritatem, ad perhibendum veritati testimonium, ne processu temporis probationis copia subtrahatur. *Absque nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 13 *de testib. cog.* c. 1 ed. Cironius 135. — »Sua nobis venerabilis.«

(7761) Abbati S. Eugenii, archidiacono et magistro Bono subdiacono suo canonico Senensibus in causa capituli ex parte una et episcopi Vulterani ex altera mandata dat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 13 *de testib. cog.* c. 2 ed. Cironius 136; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 21 *de test. cog.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 318, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 332. — »Dilectorum filiorum capituli.«

(7762) Episcopo Bononiensi, Andreae et magistro B. Pratensi Bononiae commoranti canonicis mandat, cogant cives Cervienses, qui cum M. et I. quondam clericis ecclesiae Ravennatis coniurationem fecerunt contra archiepiscopum Ravennatem et ad haec celanda se adstrinxerunt vinculo iuramenti, ut absolvant ab huiusmodi iuramento illos, quos idem archiepiscopus ad testimonium duxerit producendos. *Sine nota chronol.* Decr. H-i lib. 2. tit. 13 *de test. cog.* c. 3 ed. Cironius 137; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 21 *de test. cog.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 318, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 232. — »Venerabilis frater noster.«

(7763) Nicolao scriniario concedit, ut, cum Lando pater eius, qui tabellionatus fungebatur officio, morte praeventus nequiverit quaedam instrumenta conficere, instrumenta eadem in scripturam publicam manu publica redigat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 14 *de fide instr.* c. 1 ed. Cironius 138. — »Cum Lando pater.«

(7764) Decano et capitulo S. Stephani Bisuntinis, quibus privilegium Calixti pp. innovaverat, declarat, per innovationem huiusmodi non acquiri ius novum, sed antiquum solummodo conservari. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 14 *de fide instr.* c. 2 ed. Cironius 139. — »Licet olim innovaverimus.«

(7765) Priori S. Mariae et presbytero Severino canonico S. Petri Tuscan. mandat, ut quaedam instrumenta monasterii s. Iusti Cisterc. ord. consumpta nimia vetustate faciant per

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

manus tabellionis publici exemplari. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 14 *de fide instr.* c. 3 ed. Cironius 140. — »Dilecti filii abbas.«

(7766) Magistro Anselmo et Gerardo canonicis Antiochenis, a quibus, ecclesia Antiochena vacante, R. princeps Antiochenus timens conspirationes aliquas fieri contra ipsum iuramentum extorsit quod contra eum de cetero non essent, declarat »vos iuramento huiusmodi non teneri, quin pro iuribus et honoribus ipsius ecclesiae ac etiam specialibus vestris legitime defendendis, contra ipsum principem stare libere valeatis.« *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 15 *de iureiur.* c. 1 ed. Cironius 141; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *de iureiur.* c. 31 ap. Boehmer Corp. II. 347, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 360. — »Petitio vestra nobis.«

(7767) Episcopo, abbati S. Savini et praeposito S. Eufemiae Placentinis scribit, in causa abbatis S. Sixti Placentini, cuius monasterium fuerit a communitate Cremonae duabus partibus castri et curtis Vuastallae per violentiam exspoliatum *etc.*, exceptionem fori ecclesiastici admittendam non esse. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 16 *de except.* c. 2 ed. Cironius 152. — »Conquerente olim abbate.«

(7768) Episcopo Ebroicensi mandat, ut G. de Haia, quem L. praedecessor eius pro eo, quod post susceptum subdiaconatus officium de facto cum quadam muliere contraxit et sicut laicus cohabitabat eidem, vinculo excommunicationis astrinxit, vitari faciat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 16 *de except.* c. 3 ed. Cironius 153. — »Innotuit nobis P.«

(7769) Archidiacono trans Ligerim, officiali et I. Borelli canonico Turonensibus mandat, ut causam S. P. ac G. canonicorum ecclesiae S. Mariae de Graciaco contra M. canonicum eiusdem ecclesiae Bituricens. dioc., qui ipsos coram decano et magistro Hervaeo canonico Altissiodorensibus delegatis a sede apostolica traxerat in causam super eo quod se opponebant electioni a quibusdam canonicis Graciac. factae de ipso in priorem ecclesiae supradictae *etc.*, audiant et quod canonicum fuerit statuant. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 16 *de except.* c. 4 ed. Cironius 154; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 25 *de except.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 354, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 366. — »Dilecti filii S.«

(7770) Petro Leonis de Corneto notum facit, se sententiam, quam O(ctavianus) SS. Sergii et Bacchi diaconus cardinalis in causa, quae inter eum ex parte una et Benedictum syndicum communitatis Cornetanae nomine ipsius ex altera verteretur, promulgaverit, auctoritate apostolica confirmare. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 18 *de sent. et re iud.* c. 1 ed. Cironius 157. — »Cum causam quae.«

(7771) (Episcopo Brixiensi) mandat, compellat S. quondam abbatem monasterii Aquae nigrae Brixiens. dioc., qui ab eius regimine culpis exigentibus sententialiter sit amotus, nihilominus autem monasterium ipsum per violentiam detentare praesumat *etc.*, ut idem omnino dimittat et a qualibet eiusdem monachorum molestatione desistat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 18 *de sent. et r. i.* c. 2 ed. Cironius 158. — »Dilecti filii A.«

(7772) Decano, cancellario et cantori Lincolniensibus (Linconiensibus *Decr. Gr.*) de causa quae inter abbatem et fratres de Valle s. Iohannis de Croston Praemonstr. ord. ex parte una et priorem canonicosque de Novo Loco Eborac. dioc. ex altera super ecclesia de Hechemale vertitur, mandata dat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 19 *de appellat.* c. 1 ed. Cironius 160; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *de appellat.* c. 62 ap. Boehmer Corp. II. 404, *ad* a. 1214; ap. Richter Corp. II. 421. — »Cum caussam quae.«

(7773) Decano, thesaurario et P. Petri canonico Zamorensibus super receptione D. presbyteri in Salamantina ecclesia praecepta dat. *Sine signo chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 2 ed. Cironius 162; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 63 ap. Boehmer Corp. II. 405, *ad* a. 1224; ap. Richter Corp. II. 422. — »Dilecto filio G.«

(7774) S. Andreae et Diuichesd. (Dunkeldensi?) archidiaconis et magistro Iohanni canonico Diuichesd. (*inscript. Decr. Gr.:* S. Andreae archidiacono et magistro canonico de Melten.) mandat, ut, si eis constiterit abbatem et conventum S. Mariae de Drundann Cisterc. ord. dioc. Candidae Casae appellationi suae ad sedem apostolicam terminum praefixisse, cum ad prosequendum eandem sufficientem procuratorem non miserint, Nicolao milite ipsam personaliter prosequente, istos ad restituendas expensas a tempore appellationis factas eidem militi condemnent. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 3 ed. Cironius 164; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 64 ap. Boehmer Corp. II. 406, *ad* a. 1214; ap. Richter Corp. II. 423. — »Nicolao militi ac.«

(7775) Episcopo Mantin. et P. canonico Tuscanensi scribit de quaestione inter Reinerium tutorem filiorum quondam B. civis Tuscanensis ex parte una et F. pro se ac Petrum Campumallum tutorem V. concives suos ex altera, quae super quadam pecuniae summa et rebus aliis coram R. tunc iudice comitatus Tuscanensis non ex delegatione apostolica vertebatur. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 4 ed. Cironius 165; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 65 ap. Boehmer Corp. II. 406, *ad* a. 1214; ap. Richter Corp. II. 423. — »Sua nobis Reinerius.«

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

— — (7776) Magistro G. archidiacono et officiali Lemovicensibus et archipresbytero de Nontron Lemovic. dioc. de quaestione, quae inter priorem et conventum de Lacu Rubro ex parte una et F. de Hambaro militem Claromont. dioc. ex altera super quodam nemore et rebus aliis coram magistro A. canonico Claromontensi non ex delegatione apostolica vertebatur, mandata dat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 19 *de appell.* c. 5 ed. Cironius 167; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *de appell.* c. 66 ap. Boehmer Corp. II. 407, *ad* a. 1224; ap. Richter Corp. II. 424. — »Dilecti filii prior.«

— — (7777) Universis abbatibus et praelatis (aliis *om. Decr. Gr.*) ac conventibus et clericis in Constantinopolitana (et Chalcedonensi *om. D. G.*) diocesi(bus *om. D. G.*) constitutis mandat, ut patriarchae Constantinopolitano reverentiam et obedientiam debitam humiliter exhibeant eique de suis iustitiis integre et de spiritualibus respondeant, nisi forsan aliqui per expressum exceptionis privilegium ostenderint se munitos. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 20 *de confirm. ut.* c. 2 ed. Cironius 171; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 30 *de conf. ut.* c. 9 ap. Boehmer Corp. II. 414, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 430. — »Sua nobis venerabilis.«

— — (7778) Archiepiscopo Tarraconensi, qui supplicaverat ut, cum nonnulli clerici suae diocesis plures obtineant parochiales ecclesias, data his clericis optione retinendi unam ipsarum ecclesiarum reliquas possit idoneis assignare personis, mandat ut super his libere faciat quod ad pontificale officium viderit pertinere. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 20 *de conf. ut.* c. 3 ed. Cironius 172. — »Ex parte tua.«

— — (7779) Episcopo Morinensi — qui quosdam diocesis suae uxuratos clericos suis de mandato apostolico beneficiis spoliaverat et a quibusdam illorum per obtentas a sede apostolica contra eum super eisdem beneficiis commissionis litteras in quibus de spoliationis causa mentio non habetur, molestatur — significat se decernere, eum non teneri ad respondendum per commissiones easdem et ei super hoc tales confirmationis litteras non obstare. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 2. tit. 20 *de conf. ut.* c. 4 ed. Cironius 173. — »Te didicimus intimante.«

— — (7780) Episcopo Pictaviensi concedit, ut presbyteros suae diocesis, qui sine delectu aliquo in quibuslibet causis assumunt officium advocati *etc.*, a talibus cohibeat, cum inconveniens sit presbyteris ad mysterium corporis et sanguinis Domini deputatis iudiciorum strepitum et litem amare. *Sine signo chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 1 *de vita cler.* c. 1 ed. Cironius 175. — »Non decet Domini.«

— — (7781) Episcopo Morinensi mandat, ut contra clericos, qui in sacris ordinibus constituti receperunt uxores, nisi eas post commonitionem dimiserint, iuxta canonica instituta procedat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 2 *de cler. coni.* c. 2 ed. Cironius 180. — »Ad aures nostras.«

— — (7782) Episcopo Clugiensi mandata dat de Viviano quondam ecclesiae de Trilin. Paduan. dioc. clerico, qui ordine clericali et eadem ecclesia relictis sibi mulierem matrimonialiter copularat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 2 *de cler. coni.* c. 3 ed. Cironius 181. — »Dilectus filius magister.«

— — (7783) (Lingonensi episcopo) respondet »quod R. miles suae diocesis, qui ... olim in minori constitutus aetate ... tonsuram et coronam clericalem assumpsit, ... non est cogendus deferre habitum clericalem.« *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 2 *de cler. coni.* c. 4 ed. Cironius 183; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 3 *de cler. coni.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 426, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 444. — »Ut consultationi tuae.«

— — (7784) V. praeposito de Valeriis, qui tempore quo praeposituram suam recepit, praestitit de facienda residentia quae Ligia nuncupatur, in ecclesia s. Martini Turonensis, in qua praeposituram eandem obtinet, iuramentum et residere interdum in ecclesia memorata non poterat, scribit »quod, si te non absentando in fraudem praepositurae tuae iura fideliter prosequeris, cum ex hoc censeri debeas residens, periurium non incurris.« *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 3 *de cler. non resid.* c. 1 ed. Cironius 183; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 4 *de cl. n. res.* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 430, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 447. — »Ex parte tua.«

— — (7785) Capitulo Metensi mandat, ut magistro Ottoni scriptori suo canonico ecclesiae Metensis in apostolico servitio commoranti annuatim fructus praebendae suae integraliter assignent, »cum familiares nostri, qui circa nos se obsequiales exhibent universis, minori non debeant praerogativa gaudere quam vestrum singuli, quorum negotia per ipsos saepius promoventur.« *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 3 *de cler. non resid.* c. 2 ed. Cironius 184; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 4 *de cl. n. res.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 430, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 447. — »Cum dilectus filius.«

— — (7786) Meldensi episcopo notum facit, se decernere »ut duo ex canonicis ecclesiae Meldensis in tuo servitio existentes suarum fructus integre percipiant praebendarum, cum absentes dici non debeant sed praesentes, qui tecum ... commorantur.« *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 3 *de cler. non resid.* c. 3 ed. Cironius 185; *int.* Decr. Greg. IX.

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

lib. 3. tit. 4 *de cl. n. res.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 430, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 448. — »Ad audientiam nostram.«

(7787) Abbati et priori S. Genovefae intimat, se non velle ut magistro Ricco Ebroicensi archidiacono in sacra pagina cupienti studere tribuant quotidianas illas retributiones, quae tantum residentibus in ecclesiis exhibentur. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 4 *de praeb.* c. 1 ed. Cironius 186; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 32 ap. Boehmer Corp. II. 444, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 463. — »Licet vobis direxerimus.«

(7788) Priori Norvicensi electo camerario suo apostolicae sedis legato, qui quaesivit »utrum clericus obtinens beneficium, quod curam habet animarum annexam, recipiendi archidiaconatus officium et utrumque retinendi liberam obtineat absque dispensatione sedis apostolicae facultatem«, respondet. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 4 *de praeb.* c. 2 ed. Cironius 187. — »Quaesivisti a nobis.«

(7789) Bituricensi archiepiscopo apostolicae sedis legato mandat, ut, si habens litteras apostolicas ad beneficium eis propter annuam pensionem renunciet, decernat litteras beneficiales per eum hoc tacito impetratas non valere. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 4 *de praeb.* c. 4 ed. Cironius 189; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 3 *de rescript.* c. 31 ap. Boehmer Corp. II. 25, *ad* a. 1223; ap. Richter Corp. II. 32. — »Ad audientiam nostram.«

(7790) Episcopo, priori et archidiacono Macloviensibus (Herfordensibus *Decr. Gr.*), quos G. pauperi clerico, cui in ecclesia b. Martini Andegavensis canonicatum contulit, super hoc executores dedit, mandat, ut mandatum apostolicum sine difficultate exsequantur. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 4 *de praeb.* c. 5 ed. Cironius 191; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 5 *de praeb.* c. 34 ap. Boehmer Corp. II. 445, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 463. — »Dilectus filius G.«

(7791) Episcopo Aversano concedit, ut archidiacono, quem morbo paralytico laborantem officium linguae asserat amisisse, coadiutorem det. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 5 *de cler. aegr.* c. 1 ed. Cironius 192; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 6 *de cler. aegr.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 448, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 466. — »Consultationibus.«

(7792) Episcopo, praeposito et cantori Cameracensibus mandat, ut, cum Iohanna comitissa Flandriae fecerit promissiones illicitas de non vacantibus beneficiis ecclesiarum in quibus ius obtineat patronatus et donationes eorum in manibus posuerit alienis, irritum decernant, quidquid super hoc ab eadem invenerint esse factum contra instituta canonica. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 6 *de concess. praeb.* c. 1 ed. Cironius 193; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *de conc. pr.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 462, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 482. — »Cum dilecta in.«

(7793) Archiepiscopo Bituricensi indulget, ut praebendas Bituricensis ecclesiae, quas in eadem ultra sex menses vacare contigerit, libere conferat personis idoneis. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 6 *de conc. praeb.* c. 2 ed. Cironius 194. — »Ex parte tua.«

(7794) Episcopo Calmensi (Caluen. *Cir.*) et magistris V. et I. canonicis Suessanensibus (Suessen. *Cir.*) mandat, ut magistrum R. decanum Teanensem in corporalem ecclesiae s. Leucini (Leutii *Cir.*) de Capua possessionem inducant et defendant inductum. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 7 *ne sede vac.* c. 1 ed. Cironius 195; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 9 *ne s. vac.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 463, *ad* a. 1223; ap. Richter Corp. II. 483. — »Illa devotionis sinceritas.«

(7795) Maurino episcopo Burg(inensi *add. B., Richt.*) notum facit, se sententialiter absolvisse eius procuratorem, qui existens procurator ecclesiae s. Mariae de Castro Sororum vacante Burgen(si) ecclesia et carente legitimo defensore petiverat restitutionem super libertate libere sibi eligendi praelatum *etc.*, ab impetitione alterius partis. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 7 *ne sede vac.* c. 2 ed. Cironius 196; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 9 *ne s. vac.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 463, *ad* a. 1223; ap. Richter Corp. II. 483. — »Constitutis olim coram.«

(7796) Archiepiscopo Senonensi et eius suffraganeis ad querimoniam provinciae Senonensis capitulorum cathedralium notum facit, sibi visum esse »ut capitula ipsa ad provincialia concilia invitari debeant et eorum nuntii ad tractatus admitti, maxime super illis quae ipsa contingere capitula dignoscuntur.« *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 8 *de his quae fiunt* c. 1 ed. Cironius 197; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 10 *de h. q. f.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 468, *ad* a. 1212; ap. Richter Corp. II. 487. — »Etsi membra corporis.« *Decr. Gr. vulgaris editio hanc bullam male tribuit* Innocentio III, *sed* Honorii *nostri est, ut omnes codd. mss. fidem faciunt.*

(7797) Marturanensi et Crotonensi episcopis et abbati de Frigido Geneo (Cisterc. ord.) Castrens. dioc. mandat, ut compositionem, quam monachi quidam monasterii s. Mariae de Carra cum episcopo et capitulo Neocastrensibus super eo quod monasterium ipsum ad eundem episcopum et capitulum pertineat, irrequisito Rufo suo abbate, inierint,

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

irritam et inanem decernant. *Sine nota chronol.* Decr. H-i lib. 3. tit. 8 *de his quae fiunt* c. 2 ed. Cironius 199. — »Dilecto filio Rufo.«

(7798) Episcopo, archidiacono et cantori Trecensibus mandat, curent ne abbas et conventus Pultraien. (*leg.* Pultheriensis) super debitis per dilapidationem R. quondam abbatis ipsius contractis post eius amotionem per litteras molestentur. *Sine nota chron.* Decr. H-i lib. 3. tit. 8 *de his quae fiunt* c. 3 ed. Cironius 200. — »Dilecti filii abbas.«

(7799) Archiepiscopo Viennensi mandat, ut, si I. decanum Maurianensis ecclesiae invenerit ad onus pontificalis officii idoneum et maior et sanior pars capituli consenserit in eundem, illum praeficiat in episcopum ecclesiae memoratae. *Sine nota chronol.* Decr. H-i lib. 3. tit. 9 *de his quae fiunt a mai. parte* c. 1 ed. Cironius 201. — »Dilecti filii canonici.«

(7800) Conventui S. Thomae de S. Amato Pistoriens. dioc. intimat, se abbati et conventui S. Antonini postulantibus concedisse, ut aliquas de possessionibus suis minus utilibus venderent ad solvenda ecclesiae suae debita, illos autem non eiusdem ecclesiae »sed vestri monasterii licet illi subiecti et res alias idem monasterium contingentes« Pistoriensi episcopo vendidisse. Rescindit hunc contractum, conventum S. Thomae eiusque fideiussores et homines a iuramenti et cuiuslibet obligationibus alterius ac excommunicationis vinculo quo tenebantur eiusdem occasione contractus absolvit, et monasterium in statum ante contractum praedictum reducit. *Sine nota chronol.* Decr. H-i lib. 3. tit. 10 *de reb. eccles. alien.* c. 1 ed. Cironius 203. — »Proponentibus olim abbate.«

(7801) Pragensi episcopo edoceri volenti, utrum quasdam decimas, quas antecessores sui pro quibusdam villis religiosis concessere quibusdam, auctoritate propria revocare possit, respondet. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 10 *de reb. e. al.* c. 2 ed. Cironius 204. — »Postulasti per sedem.«

(7802) Abbati et conventui S. Petri de Pratellis Lexoviens. (London. *Decr. Gr.*) dioc. indulget, ut suarum decimarum proventus libere locare possint, ita tamen quod huiusmodi locatio ad feudum vel alienationem non valeat extendi. *Sine nota chronol.* | Decr. H-i lib. 3. tit. 11 *de locato* c. 1 ed. Cironius 204; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 18 *de loc.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 481; ap. Richter Corp. II. 502. — »Vestra nobis relatio.« *Male dicitur* Innocentius III *autor huius bullae in* Decr. Greg.

(7803) Archiepiscopo Narbonensi concedit facultatem, ut quasdam possessiones ecclesiae suae in emphyteusin perpetuam concedat ad vineas plantandas in eis. *Sine nota chron.* | Decr. H-i lib. 3. tit. 11 *de locato* c. 2 ed. Cironius 205. — »Ex parte tua.«

(7804) Magalonensi episcopo mandat, eradicet abominabilem corruptelam apud Montem Pessulanum inolitam, ut videlicet decedentibus non prius permittatur effodi sepultura, quam pro terra, in qua sepeliendi sint, certum pretium ecclesiae persolvatur. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 15 *de sepult.* c. 1 ed. Cironius 209; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 28 *de sepult.* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 515, *ad* a. 1208; ap. Richter Corp. II, 533. — »Abolendae consuetudinis nec.« *In vulgatis editt.* Decr. Gr. *haec bulla* Innocentio III *perperam tribuitur.*

(7805) Abbati et conventui S. Pontii intimat, se inhibere, ne decimae, quae in monasterii sui ecclesiarum parochiis a laicis per violentiam detinentur, cum eas iidem laici dimiserint, ad alios quam ad easdem ecclesias devolvantur. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 16 *de decimis* c. 1 ed. Cironius 210. — »Cum sicut ex.«

(7806) Decanum et capitulum Compostellanos docet, quomodo et quo tempore vicesima omnium ecclesiasticorum redditum statuta in concilio Lateranensi pro expeditione in Terram sanctam solvenda sit. *Absque signo chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 16 *de decim.* c. 2 ed. Cironius 211. — »Si diligenti voluissetis.«

(7807) Rectori ecclesiae s. Mariae de Rubiol. indulget — cum perceptio decimarum ad parochiales ecclesias de iure communi pertineat, per quod decimae novalium quae fuerint in parochiis earundem ad ipsas spectare noscuntur — decimas novalium in parochia ecclesiae suae, ita quod ex hoc R. canonico Novariensi, cui episcopus Novariensis huiusmodi novalium decimas concesserat, quoad vixerit praeiudicium nullum fiat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 16 *de decim.* c. 3 ed. Cironius 213. — »Ex parte tua.«

(7808) Nobiles viros Palentinae diocesis monet, ut decimas ecclesiis quibus debentur integre persolvant. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 16 *de decim.* c. 4 ed. Cironius 214. — »Cum decimae sint.«

(7809) Magistris R. et W. de S. Laudo doctoribus decretorum et W. de Castaneto canonico Aquensi Bononiae commorantibus mandat, ut, si eis constiterit, Iohannem scholarem Bononiensem nulla facta professione ab ordine Praedicatorum infra tempus probationis exisse, denuncient ipsum ad observationem eiusdem vel alterius ordinis non teneri. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 17 *de regular.* c. 1 ed. Cironius 215. — »Litteras quas super.«

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

— — (7810) S. Mauritii et de Martiniaco prioribus Sedunens. dioc. et sacristae Sedunensi mandat, ut, si eis constiterit I. canonicum Sedunensem ex monasterio de Senterio Cisterc. ord. infra tempus probationi praefixum propter asperitatem ordinis exisse, ipsum denuncient ad eius observantiam vel alterius non teneri. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 17 *de regular.* c. 3 ed. Cironius 218. — »Dilectus filius I.«

— — (7811) Episcopo Venetensi mandat, compellat quoslibet sibi lege diocesana subiectos, ut, postquam per annum gestaverint habitum monachalem, regulam quoque secundum formam ordinis profiteantur et servent. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 17 *de regular.* c. 4 ed. Cironius 218; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 31 *de regular.* c. 22 ap. Boehmer Corp. II. 593, *ad* a. 1224; ap. Richter Corp. II. 556. — »Ex parte tua.«

— — (7812) Episcopo, decano et thesaurario Lingonensibus (Linconiensibus *Decr. Gr.*) mandat, ne permittant ut A. mulier, quae R. militi viro suo coram decano S. Quiriaci Pruvinensis (Pruinensis *Cir.*) dederat licentiam religionem intrandi, compellatur intrare monasterium, si continens sit et non suspecta. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 18 *de convers. coniugat.* c. 1 ed. Cironius 219; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 32 *de conv. coni.* c. 18 ap. Boehmer Corp. II. 547; ap. Richter Corp. II. 564. — »Significavit nobis A.« *Haec bulla in* Decr. Gr. *male tribuitur* Innocentio III.

— — (7813) (Henrico) electo Mediolanensi mandat, ut votum A. ecclesiae Mediolanensis canonici, ex quo b. Iacobi limina visitare teneatur, in satisfactionem aliam competentem commutet. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 19 *de voto* c. 1 ed. Cironius 221. — »A. ecclesiae Mediolanensis.«

— — (7814) Salisberiensi (Haresben. *Decr. Gr.*) et Bregadensi (Bengad. *D. G.*) praepositis edoceri volentibus »an sibi professis ordinem regularem, quorum alter cruce signatus est et reliquus crucis charactere desiderat insigniri, liceat vicesimam proventuum ecclesiarum vestrarum deputatam succursui Terrae sanctae deferre vobiscum«, respondet. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 20 *de statu mon.* c. 1 ed. Cironius 222; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 34 *de voto* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 557, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 573. — »Postulastis per nostras.«

— — (7815) Abbati et priori S. Victoris Parisiensis (Andegavens. et Rothomagens. dioec.?) mandat, ut convocatis abbatibus et prioribus abbates proprios non habentibus ordinis sui monasterio s. Victoris subiectis celebrent apud S. Victorem commune capitulum more solito, et praecipit ut huiusmodi capitulum annis singulis celebretur. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 20 *de statu mon.* c. 2 ed. Cironius 223. — »Habentes lumbos praecinctos.«

— — (7816) Praeposito et canonicis Viterbi (?) Cenadiens. dioc., quorum ecclesiam, quae nigrorum fuerat monachorum, in spiritualibus et temporalibus destitutam Cenadiensis episcopus de saecularibus duxit canonicis ordinandam, hanc ordinationem confirmat. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 20 *de statu mon.* c. 3 ed. Cironius 225. — »Sicut venerabilis frater.«

— — (7817) Abbatibus et monachis in Lombardia et marchia Tervisina constitutis praecepta dat de correctione monachorum, de correctione abbatum, de correctione visitatorum, de saecularibus in monasteriis beneficiatis, et extendit hanc constitutionem ad moniales. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 20 *de statu mon.* c. 4 ed. Cironius 227; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 35 *de st. mon.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 563; ap. Richter Corp. II. 578. — »Ea quae pro.«

— — (7818) Abbate et conventu Aquinatensibus postulantibus inhibet, ne quis pro eo, quod quandoque in grangiis suis ponunt suos monachos sacerdotes, qui celebrent in capellis ibidem consistentibus curam non habentibus animarum, audeat ab eis procurationes pro ipsis grangiis extorquere. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 21 *de capell. monach.* c. 1 ed. Cironius 230. — »Quanto sincerius diligimus.«

— — (7819) Episcopo Venetensi interroganti respondet, in prioratibus monachorum non posse singulos monachos commorari, etiamsi super hoc habeant rescriptum apostolicum, nisi in illo fiat mentio de Lateranensi concilio. »Tenoris huiusmodi litteras non credimus a sede apostolica emanasse.« *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 21 *de cap. monach.* c. 2 ed. Cironius 231; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 37 *de cap. mon.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 570, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 585. — »Ex parte tua.«

— — (7820) Burdegalensi archiepiscopo mandat, compellat abbates aut priores lege sibi diocesana subiectos, ut monachos qui in prioratibus habitant solitarii, ad claustrum revocent vel alios monachos eisdem associent. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 21 *de cap. monach.* c. 3 ed. Cironius 232; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 37 *de cap. monach.* c. 4 ap. Boehmer Corp. II. 570, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 586. — »Ad audientiam nostram.«

— — (7821) M(argaretae) quondam imperatrici Constantinopolitanae indulget, ut super patronatus monasterii Pacinaciensis Graecarum monialium, quod de propriis bonis reaedificavit et dotavit, nemo eam audeat molestare. *Sine nota chronol.* || Decr. H-i lib. 3. tit. 22 *de iure patr.* c. 1 ed. Cironius 233. — »Audito per te.«

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

— — (7822) Archiepiscopis et episcopis et universis aliis ecclesiarum praelatis et clericis per Franciam constitutis (Universis ecclesiarum praelatis *inscr. Decr. Gr.*) mandat, ut pro anniversariis defunctorum et pro festo vel feria secundum temporum congruentiam missarum solemnia conventualiter celebrent et faciant celebrari. *Sine nota chronol.* Decr. H-i lib. 3. tit. 24 *de celebr. miss.* c. 2 ed. Cironius 239; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 41 *de cel. miss.* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 604, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 617. — »Cum creatura non.«

— — (7823) Capitulo Brivatensi, in cuius ecclesia in altari maiore imagine s. Iuliani praesente nullus de capitulo audebat nisi fuerit de militari genere celebrare, mandat ut, non obstante huiusmodi corruptela, in eodem altari praesente imagine supradicta quoslibet de suo capitulo presbyteros celebrare permittant. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 3. tit. 24 *de celebr. miss.* c. 4 ed. Cironius 240. — »Nec vestrae saluti.«

— — (7824) Archiepiscopo Sipontino, quem clerus et populus in die Coenae Domini celebrare missam in ecclesia Garganica priusquam ad Sipotinam, in qua tenebatur chrisma conficere, rediret, compellebant, auctoritate apostolica mandat, ut die praedicto in ecclesia Sipontina duntaxat missarum solemnia celebret. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 3. tit. 24 *de celebr. miss.* c. 5 ed. Cironius 242; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 41 *de cel. miss.* c. 12 ap. Boehmer Corp. II. 605, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 618. — »Te referente didicimus.«

— — (7825) Episcopo Brixiensi mandat, ut magistrum Maurum presbyterum ecclesiae s. Brigidae Brixiensis, qui, cum quadam die hostiam et calicem non haberet, in pane fermentato et in scypho ligneo solemnia celebrarat, officio et beneficio propter hunc excessum perpetuo privet. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 3. tit. 24 *de cel. miss.* c. 6 ed. Cironius 244; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 41 *de cel. miss.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 605, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 618. — »Litteras tuas recepimus.«

— — (7826) De Tiro et de Iosaphat abbatibus in causa, quae inter Cenomanensem episcopum ex parte una et abbatem conventumque de Cultura Cenoman. dioc. ex altera super procurationibus agitatur, mandata dat. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 3. tit. 26 *de censib.* c. 1 ed. Cironius 248; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 39 *de censib.* c. 24 ap. Boehmer Corp. II. 593, *ad* a. 1224; ap. Richter Corp. II. 607. — »Venerabili fratre nostro.«

— — (7827) Abbati et conventui Aquicinctinis indulget, ne de curiis aut grangiis aut mansis, in quibus non inhabitant monachi, Remensi archiepiscopo et aliis diocesanis procurationes solvere teneantur. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 3. tit. 26 *de censib.* c. 2 ed. Cironius 249. — »Etsi superfluum videatur.«

— — (7828) Priori Segobricensi et archidiacono Seguntino mandat, cogant fratres militiae Calatravensis et alios religiosos Toletanae et Conchensis diocesium per censuram ecclesiasticam, ne clericos ad praestanda pro suis possessionibus servitia et tributa cogant. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 3. tit. 26 *de censib.* c. 4 ed. Cironius 251. — »Significavit nobis venerabilis.«

— — (7829) Astoricensi et Tudensi episcopis mandat, cogant (Alphonsum) regem Portugallensem per censuram ecclesiasticam, ut ab omni gravamine clericorum et aliorum religiosorum, quos in criminalibus et civilibus causis respondere compellebat coram iudice saeculari *etc.*, conquiescat. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 3. tit. 26 *de censib.* c. 5 ed. Cironius 252. — »Gravi nobis venerabilis.«

— — (7830) Amalphitano archiepiscopo et episcopo Ravellensi mandat, denuncient Sergio laico Scalen. civi et Tarae mulieri, quam G. germanus istius quondam per verba desponsaverat in uxorem de futuro, non esse matrimonium inter eos. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 4. tit. 1 *de sponsal.* c. 1 ed. Cironius 256. — »Insinuante Sergio laico.«

— — (7831) Episcopo Esculano respondet ad intimationem »quod P. civis Esculanus matrem cuiusdam puellae, quae desponsata et traducta etiam ab eodem ante novem annos ab ipso incognita debitum carnis exsolvit, iam secundo iuravit ducere in uxorem, dummodo id posset legitime adimpleri.« *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 4. tit. 1 *de sponsal.* c. 3 ed. Cironius 258. — »Tuis nobis litteris.«

— — (7832) (Episcopo et magistro B. canonico Ambianensibus *om. Decr. Gr.*) in causa matrimonii, quae inter Matildam mulierem et Albericum virum eius Atrebat. dioc. vertitur, mandata dat. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 4. tit. 2 *de frigid.* c. 1 ed. Cironius 259; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 4. tit. 15 *de frigid.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 673, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 682. — »Litterae vestrae nobis.«

— — (7833) S. Petri Vivi Senonensis abbati et conventui notum facit, se firmiter inhibere, ne quis pro benedictione sive installatione abbatum, qui ad monasterii eorum regimen fuerint assumendi, praesumat aliquid ab eis exigere aut extorquere. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 1 *de simonia* c. 2 ed. Cironius 265. — »Cupiditati quorundam qui.«

— — (7834) Pistoriensi episcopo intimat, se sicut venditionem S. Thomae Pistoriensis, sic et istam monasterii s. Bartholomaei Pistoriensis irritare. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 1 *de simonia* c. 3 ed. Cironius 266. — »Ad nostram noveris.«

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

(7835) Contra omnes archiepiscopos et episcopos per regnum Hungariae constitutos causam admirationis habet ex eo, quod in eodem regno Iudaei et pagani publica officia administrant et Saraceni mancipia christiana habent. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 3 *de Iudaeis* c. 1 ed. Cironius 269. — »Intellecto.«

(7836) Nicomediensi archiepiscopo edoceri postulanti »quid fieri debeat de monachis Graecis, qui post obedientiam sacros. ecclesiae Romanae promissam ... Graeco qui se vocat patriarcham Niceno obedientiam promiserunt« respondet. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 5 *de apostatis* c. 1 ed. Cironius 273. — »Tua fraternitas postulavit.«

(7837) Ebroicensi (Eboracensi *Decr. Gr.*) episcopo mandat, ut Iohannem clericum, qui in puerili aetate homicidium casuale patraverat, propter hoc a receptione ordinum nullatenus repellat. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 6 *de homicid.* c. 1 ed. Cironius 276; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 12 *de homicid.* c. 22 ap. Boehmer Corp. II. 766, *ad* a. 1214; ap. Richter Corp. II. 773. — »Exhibita nobis humilis.«

(7838) Episcopo et capitulo Virdunensibus mandat, ut R. canonico Virdunensi, qui inconsulto hominem interfecerat, fructus suae praebendae tribuant *etc.* *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 6 *de homicid.* c. 2 ed. Cironius 277. — »Significavit nobis R.«

(7839) Episcopo et capitulo Venetensibus mandat, ut Iohannem sacerdotem, qui, cum die quadam pulsaret campanas, cadente tintinnabulo puerum mori fecerat, sacerdotale officium exequi permittant. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 6 *de homic.* c. 3 ed. Cironius 278; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 12 *de homic.* c. 23 ap. Boehmer Corp. II. 767, *ad* a. 1212; ap. Richter Corp. II. 774. — »Iohannes sacerdos humili.«

(7840) Pelagio dicto Serotino presbytero mandat, ut si de interfectione cuiusquam in illo conflictu, quo inimici crucis castrum quoddam graviter invaserant, conscientia eum remordeat, a ministerio altaris reverenter abstineat. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 6 *de homic.* c. 4 ed. Cironius 279; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 12 *de homic.* c. 24 ap. Boehmer Corp. II. 767, *ad* a. 1206; ap. Richter Corp. II. 774. — »Petitio tua nobis.«

(7841) Potestatem et populum Florentinos, qui ecclesiam ss. Apostolorum Florentinam cogere nituntur ad duellum pro causa, quam super coemeterio et rebus aliis habet cum filiis Longobardi civibus Florentinis, rogat et obsecrat, ut a re tam insolita tamque detestabili penitus desistant. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 7 *de cleric. pugnant.* c. 1 ed. Cironius 279. — »Rem audivimus hactenus.«

(7842) Maiori et burgensibus de Rupella declarat, consuetudinem non valere, per quam quis inducatur ad peccandum vel bona propria dissipandum. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 8 *de adulter.* c. 1 ed. Cironius 281; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 4 *de consuet.* c. 10 ap. Boehmer Corp. II. 31, *ad* a. 1223; ap. Richter Corp. II. 40. — »Ex parte vestra.«

(7843) Capitulo Lucanensi significat, se electionem celebratam de magistro Ricardo eorum concanonico ad gratiam confirmationis admittere, sed sortis usum in talibus perpetua prohibitione damnare. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 9 *de sortileg.* c. 1 ed. Cironius 283; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 21 *de sortil.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 786, *ad* a. 1212; ap. Richter Corp. II. 794. — »Ecclesia vestra nuper.« *Haec bulla referenda est ad* a. 1225. Sept.; *Ricardus confirmatur* Non. Oct. *eiusdem anni.*

(7844) P(etro) tit. S. Pudentianae presbytero cardinali vicario suo mandat, iniungat rectoribus fraternitatis Urbis, qui Iohannem S. Thomae de Partitione (Parione *recte Decr. Gr.*) presbyterum ad revelandum fures et id quod super quodam furto ei tanquam sacerdoti fuerat revelatum arctare nitebantur, ut a memorati presbyteri super hoc gravamine penitus conquiescant. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 10 *de excess. praelat.* c. 1 ed. Cironius 284; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 31 *de exc. prael.* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 802, *ad* a. 1229; ap. Richter Corp. II. 810. — »Dilectus filius Iohannes.«

(7845) Praeposito R. et I. archidiacono Suessionensibus mandat, ut presbyteris et clericis Iotrensis ecclesiae Meldens. dioc. expresse inhibeant, ne praesumant vel de novo fabricare sigillum, vel uti eo si forte noviter fabricarint. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 10 *de excess. praelat.* c. 2 ed. Cironius 285; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 31 *de exc. prael.* c. 14 ap. Boehmer Corp. II. 802, *ad* a. 1225; ap. Richter Corp. II. 810. — »Dilecta in Christo.«

(7846) Decano, praeposito maioris ecclesiae et magistro Michaeli canonico S. Nicolai Ambianensibus mandata dat in causa canonicorum S. Opportunae Parisiensis contra Nicolaum Rufum civem Parisiensem, qui in quadam platea ecclesiae dictorum canonicorum infra claustrum ipsorum sita eis prohibentibus aedificabat. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 11 *de novi op. nuntiat.* c. 1 ed. Cironius 287; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 32 *de n. o. nun.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 807; ap. Richter Corp. II. 817. — »Significantibus canonicis Sanctae.«

(7847) Archiepiscopis et episcopis, in quorum diocesibus monasteria et prioratus Cluniacensi (Duniacensi *Cir.*) monasterio subiecta consistunt mandat, ut in eos qui molunt in molendinis vel coquunt in furnis Cluniacensium quique vendendo aut emendo aut alias

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

eis communicant sententias excommunicationis et interdicti in fraudem privilegiorum apostolicorum, quibus illi sint muniti, de cetero nullatenus ferant. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 12 *de privil. et exc. privil.* c. 1 ed. Cironius 288; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *de priv. et exc. pr.* c. 26 ap. Boehmer Corp. II. 820, *ad* a. 1216; ap. Richter Corp. II. 832. — »Quanto amplius.«

— — (7848) B(erengariae) quondam Anglorum reginae concedit, ut suam iurisdictionem exerceat in litteratos delinquentes, cum sine tonsura et habitu in delicto fuerint deprehensi. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 12 *de privil. et exc. pr.* c. 2 ed. Cironius 290; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *de pr. et exc. pr.* c. 27 ap. Boehmer Corp. II. 820, *ad* a. 1226; ap. Richter Corp. II. 832. — »Ex parte tua.«

— — (7849) Episcopo Baiocensi significat, se, cum nolit ut per innovationem cuiusdam scripti monasterii s. Stephani Cadomensis in registro Alexandri pp. contenti derogetur iuri ecclesiae Baiocensis, cum innovatio nec ius novum conferat nec etiam tollat vetus, velle ut totum in eo statu sit, in quo tempore innovationis impetratae exstiterit. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 12 *de privil. et exc. priv.* c. 5 ed. Cironius 294; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *de pr. et exc. pr.* c. 29 ap. Boehmer Corp. II. 821, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 833. — »Cum intentionis nostrae.«

— — (7850) Abbati S. Auberti, archidiacono de Annonia et praeposito Cameracensibus mandat, ut si eis constiterit, archidiaconum Ambianensem semel et secundo contra fidem homagii praestiti ac debitam reverentiam episcopo suo denegasse *etc.*, eundem ab Ambianensi ecclesia perpetuo abscindant et omnino removeant. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 13 *de purgat. can.* c. 1 ed. Cironius 296; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 31 *de excess. praelat.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 803, *ad* a. 1226; ap. Richter Corp. II. 810. — »Gravem et dolore.«

— — (7851) Episcopo Bononiensi significat, se potestatem consiliarios et populum civitatis Florentinae, quia bannivissent episcopum Fesulanum, propter iniuriam banni *etc.* in 1000 libris usualis monetae sententialiter condemnasse. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 15 *de iniur.* c. 1 ed. Cironius 299; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 36 *de iniur.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 831, *ad* a. 1224; ap. Richter Corp. II. 843. — »Olim scribentibus nobis.«

— — (7852) Praeposito, archidiacono et H. (de Parisius *om. Decr. Gr.*) canonico Suessionensibus mandat, ut, si comes Registretensis (Registrensis *D. G.*), qui capitulo Laudunensi multas irrogavit iniurias, infra 15 dies post commonitionem non plene paruerit iuri, excommunicationis sententiam in eum latam usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari faciant. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 16 *de poenis* c. 2 ed. Cironius 302; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 37 *de poenis* c. 13 ap. Boehmer Corp. II. 835, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 848. — »Gravem dilectorum filiorum.«

— — (7853) (Abbati et conventui S. Petri de Praxellis Lexoviens. dioc., *epigraphe falsa, om. Decr. Gr.*) N. N. archiepiscopo certificari postulanti, utrum per suam provinciam possit concedere remissionis litteras generales, respondet. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 17 *de remiss.* c. 1 ed. Cironius 304; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 38 *de poen. et rem.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 841, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 853. — »Nostro postulasti.«

— — (7854) Magistro et fratribus hospitalis Hierosolymitani concedit, ut per priorem suum »qui sicut audivimus presbyter esse debet« fratribus qui se percusserint absolutionis beneficium impendatur. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 18 *de sent. exc.* c. 1 ed. Cironius 305; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. exc.* c. 50 ap. Boehmer Corp. II. 862, *ad* a. 1224; ap. Richter Corp. II. 874. — »Canonica constitutione cavetur.«

— — (7855) (Iohanni) tit. S. Praxedis presb. cardinali apost. sedis legato super eo, quod monachi Graeci et Eremitae propter inobedientiam excommunicati nolunt ad mandatum ecclesiae nisi per manualem promissionem redire, respondet. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 18 *de sent. exc.* c. 2 ed. Cironius 306; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. exc.* c. 51 ap. Boehmer Corp. II. 862, *ad* a. 1224; ap. Richter Corp. II. 875. — »Super eo quod«.

— — (7856) Bituricensi et Carnotensi decanis et (subdecano Aurel. *Cir.*) subdiacono (?) Arelatensi intimat, se suspensionis sententiam, quam Turonensis archiepiscopus in Cenomanensem episcopum promulgaverit, relaxasse ad cautelam »quia partes dissentiebant in facto ita, quod de illo plene constare non potuit.« *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 18 *de sent. exc.* c. 4 ed. Cironius 307; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. exc.* c. 52 ap. Boehmer Corp. II. 863, *ad* a. 1225; ap. Richter Corp. II. 875. — »Venerabili fratre nostro.«

— — (7857) Episcopo Senensi mandat, ut in consiliarios et officiales civitatis Pisanae, nisi statuta ab eis in derogationem apostolicae sedis et subversionem ecclesiasticae libertatis edita de capitularibus suis deleri fecerint, excommunicationis sententiam promulget. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 18 *de sent. exc.* c. 5 ed. Cironius 309; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *de sent. exc.* c. 53 ap. Boehmer Corp. II. 863, *ad* a. 1225; ap. Richter Corp. II. 875. — »Gravem venerabilis fratris.«

**1216.** Iul. 24 — **1227.** Mart. 18.

— — (7858) Priori et clericis SS. Iohannis et Pauli Tudertinis, inter quos ex parte una et abbatem S. P(etri) de Monte Spolet. dioc. ex altera super tertia parte oblationum et possessionum capellae s. Hilarii et cellarum ipsius et quibusdam aliis quaestio vertebatur, super his mandata dat. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 19 *de verb. sign.* c. 1 ed. Cironius 313; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 40 *de verb. sign.* c. 29 ap. Boehmer Corp. II. 876, *ad* a. 1221; ap. Richter Corp. II. 887. — »Cum inter vos.«

— — (7859) Episcopo, F. et P. Bertrandi archidiaconis Caesaraugustanis (?) (*cf.* nº 5602); *vera inscriptio* Abbati et conventui monasterii s. Florae Aretinae declarat sinistram interpretationem sententiae, quam I(nnocentius) pp. praedecessor super ecclesia s. Gregorii, quibusdam terris et parte molendinorum Cupreve ac Castri Saxi et molendino posito supra montem de Caliano *etc.* inter eos et canonicos Aretinos promulgavit. *Sine signo chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 19 *de verb. signif.* c. 2 ed. Cironius 315; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 40 *de verb. sign.* c. 30 ap. Boehmer Corp. II. 877, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 888. — »Ex parte vestra.«

— — (7860) Praelatis et capitulis universitatis (Francigenarum *add. Decr. Gr.*) Constantinopolitanae notum facit, se interpretationem constitutionis, quam Albanensis episcopus tunc apost. sedis legatus in partibus Romaniae super legatis ediderit defunctorum et I. tit. S. Praxedis presb. cardinalis, dum ibidem legationis fungeretur officio, innovaverit, ratam habere. *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 19 *de verb. sign.* c. 3 ed. Cironius 316; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 40 *de verb. sign.* c. 31 ap. Boehmer Corp. II. 878, *ad* a. 1222; ap. Richter Corp. II. 889. — »Ex parte vestra.«

— — (7861) Episcopo Tullensi (Tolonensi *Decr. Gr.*), cui pro relevatione oneris debitorum indulsit, ut fructus beneficiorum quae in diocesi sua vacare contigerit biennio retinere possit, declarat »quod praebendae ac alia beneficia generali beneficiorum nomine continentur.« *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5. tit. 19 *de verb. sign.* c. 4 ed. Cironius 317; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 40 *de verb. sign.* c. 32 ap. Boehmer Corp. II. 878, *ad* a. 1223; ap. Richter Corp. II. 889. — »Tua nobis fraternitas.«

**1227.**

Mart. 18 MORITUR. »Honorio pp. praedecessore nostro xv kal. April. soluto debito carnis de presenti seculo nequam erepto, et in crastino (crastinum *Hugo*) iuxta morem eius celebratis exsequiis et ipsius corpore ad tumulum deportato, una cum fratribus nostris ad eligendum convenimus successorem.« ‖ Gregorii IX Epist. ad Frideric. imp. d. d. 23. Mart. 1227 ap. Raynald. Ann. ad a. 1227 § 17; ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 1 (*ead. ep. ad* Archiepiscopum Remensem *sine nota chron.* ap. Hugo Sacrae antiq. monum. I. 118). — »xv kal. April., hoc est quinta feria ante *Laetare Ierusalem* dominus papa Honorius decessit.« ‖ Alberici Trium Font. Chron. ap. Leibnit. Access. II. 523. — »1227 mense Martio Honorius pp. obiit xv kal. April.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1002 (ap. Ughelli Ital. sacr. [ed. 1647] III. 989; ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 347). — »Moritur xv kal. Apr.« ‖ Guil. de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 176. — »Aº 1227 xv kal. Apr. migravit Honorius pp. III.« ‖ Emonis Chron. ed. Feith (1866.) 117.

»Die Iovis xiv (*falso! legas* xv) kal. Apr. obiit.« ‖ Annal. Placent. Guelf. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 443 (Chronica tria Placent. 78. 80). — »xiv kal. Aprilis aº Di 1226 obiit Honorius pp. III.« ‖ Annal. Senens. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 228.

»Hobiit Rome xii kal. Apr. Sepultus est in ecclesia s. Mariae maioris in concha porphiretica.« ‖ Catal. pontif. Roman. Viterb. ap. Pertz l. c. XXII. 352.

»xvii kal. April. obiit.« ‖ Cartul. de Lausanne *in* Mém. de la Suisse rom. VI. 541. — »Quinta feria post *Laetare Ierusalem* (*i. e.* Mart. 26) obiit.« ‖ Ann. de Dunstaplia *in* Annal. monast. III. 102.

»iv kal. Mart. (*i. e.* 26. Febr.) moritur sepultusque fuit Romae in ecclesia s. Mariae maioris.« ‖ (Petrus Lodovens.) Tractat. pro extirpat. haeres. Albigens. ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 775. — »Anno Di 1226. iv kal. Mart. — in Speculo vero Vincentii scribitur xvi kal. April. — Honorius pp. III moritur pontificatus sui aº 11º, sepultusque est Romae in ecclesia s. Mariae maioris.« ‖ Vita H-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. i. 570. B. — »Moritur et in s. Mariae maioris ecclesia sepelitur.« ‖ Nic. Triveti Chron. ap. Achery Spicil. III. 189 (ed. Hog 215); Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 707.

Sententia Honorii III est: **Perfice gressus meos in semitis tuis.** (Psalm. 16, 5.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5340. 5355. 5367. 5386. 5403. 5508. 5522. 5526. 5739 — **1222**. Apr. 3. nº 6812.

Bullis Honorii III subscripserunt:

**Pelagius** episcopus Albanensis. (*Cf.* p. 462.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5355. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5508 (*ubi* Peregrinus *legitur*). 5522. 5526. 5545. 5550 (*ubi* Felicius *legitur*). 5558. 5605. 5629. 5690. 5695. 5739. 5747. 6029. 6078. 7164. 7245. 7254. 7255. 7261. 7330. 7335. 7355. 7364. 7478. 7483 — **1226**. Mai. 9. nº 7568.

**Hugo** episcopus Hostiensis et Velletrensis. (*Cf.* p. 462.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 (*ubi* Hugolinus *scribitur*) — nº 5340. 5341. 5343. 5355. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5629. 5695. 5739 (*ubi* Hugolinus). 5747. 6078. 6124 (*ubi* Hugolinus). 6444. 6576. 6634. 6807 (*ubi* Hugolinus). 6812. 6849. 7245. 7254. 7255. 7330. 7335. 7336. 7355. 7364. 7478. 7483 (*ubi* Augustinus *legitur*). 7541 — **1226**. Mai. 9. nº 7568.

**Cinthius** episcopus Portuensis et S. Rufinae. **1217**. ante Apr. nº 5508 — nº 5526 — **1217**. Iul. 24. nº 5583.

**Conradus** episcopus Portuensis et S. Rufinae. **1219**. Aug. 7. nº 6112 — nº 6591 — **1224**. Febr. 13. nº 7164.

**Guido** episcopus Praenestinus. (*Cf.* p. 462.) **1216**. Oct. 11. nº 5340 — nº 5341. 5343. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5522. 5526. 5545. 5548. 5583. 5605. 5608. 5629. 5690. 5695. 5739. 5747. 5862. 5986. 6029. 6078. 6444. 6591. 6812. 7245. 7254. 7330. 7335. 7336. 7364. 7478 — **1225**. Sept. 26. nº 7483 (*ubi* Lando *legitur*).

**Petrus** episcopus Sabinensis. **1217**. Apr. 19. nº 5526 — nº 5558. 5583. 5605. 5629. 5695. 5739. 5747. 5986. 6029 — **1219**. Aug. 7. nº 6112.

**Aldobrandinus** episcopus Sabinensis. **1221**. Apr. 27. nº 6634.

**Oliverius** episcopus Sabinensis. **1225**. Sept. 18. nº 7478 — nº 7483. 7541. — **1226**. Mai. 9. nº 7568.

**Nicolaus** episcopus Tusculanus. **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5340. 5341. 5343. 5355. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5508. 5522. 5526. 5545. 5548. 5550. 5558. 5608. 5629. 5690. 5695. 5739. 5747. 5862. 5986. 6029. 6078. 6112. 6124. 6444. 6576. 6591. 6634. 6840. 6849. 7164. 7245. 7254. 7255. 7261. 7330. 7335. 7336. 7355. 7364. 7478. 7483. 7541 — **1226**. Mai. 9. nº 7568.

**Gregorius** presbyter cardinalis tit. S. Anastasiae. (*Cf.* p. 463.) **1216**. Oct. 11. nº 5340 — nº 5341. 5343. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5508. 5526. 5545. 5548. 5550. 5583. 5605. 5608. 5629. 5690. 5695. 5739. 5747. 5862. 5986. 6078. 6444. 6576. 6591. 6840. 6849. 7164. 7255 — **1224**. Mai. 23. nº 7261.

**Stephanus** presbyter cardinalis basilicae XII apostolorum. (*Cf.* p. 463.) **1216**. Aug. 12 nº 5327 — nº 5355. 5376. 5403. 5420. 5508 (*ubi* Sixtus *legitur*). 5522. 5526. 5558. 5605. 5629. 5690. 5695. 5739. 5747. 5862. 5986. 6029. 6078. 6112. 6124. 6576. 6591. 6807. 6812. 6840. 6849. 7164. 7245. 7254. 7255. 7261. 7330. 7335. 7336. 7355. 7478. 7483 — **1226**. Febr. 27. nº 7541.

**Leo** presbyter cardinalis tit. S. Crucis Iherosolym. **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5355. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5508. 5522. 5526. 5583. 5629. 5690. 5695. 5739. 5747. 5986. 6029. 6078. 6112. 6124. 6444. 6576. 6591. 6634. 6807. 6849. 7245. 7254. 7255 — **1224**. Mai. 23. nº 7261.

**Iohannes** presbyter cardinalis tit. SS. Iohannis et Pauli. **1217**. Ianr. 18. nº 5420.

**Petrus** presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso. (*Cf.* p. 463.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5340. 5341. 5343. 5355. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482 — **1217**. Oct. 10. nº 5608.

**Cynthius** presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina. (*Cf.* p. 463.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5340. 5341. 5343. 5355. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482 — **1217**. Oct. 10. nº 5608.

**Leo** presbyter cardinalis tit. S. Marcelli. **1222**. Apr. 3. nº 6812.

**Guala** presbyter cardinalis S. Martini tit. S. Equitii. (*Cf.* p. 464.) **1219**. Sept. 14. nº 6124 — nº 6444. 6576. 6634. 6840. 6849. 7254. 7255. 7261. 7355. 7364. 7483. 7541 — **1226**. Mai. 9. nº 7568.

**Iohannes** presbyter cardinalis tit. S. Praxedis. (*Cf.* p. 464.) **1217**. Mart. 4. nº 5482 — nº 5522. 5526. 6812. 6840. 6849. 7164. 7254. 7255. 7330 — **1226**. Febr. 27. nº 7541.

**Petrus** presbyter cardinalis tit. S. Pudentianae tit. S. Pastoris. (*Cf.* p. 464.) **1217**. Ianr. 18. nº 5420 — nº 5482. 5508. 5522. 5526. 5545. 5548. 5550. 5629. 5690. 5695. 5739. 5747. 5862. 6029 — **1219**. Mai. 31. nº 6078.

**Thomas** presbyter cardinalis tit. S. Sabinae. (*Cf.* p. 464.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 — 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5508. 5522. 5545. 5550. 5558. 5583. 5690. 5695. 5739. 5747. 5986. 6078. 6112. 6444. 6576. 6591. 6807. 6812. 6840. 6849. 7254. 7255. 7261. 7336. 7364. 7541 — **1226**. Mai. 9. nº 7568.

**Robertus** presbyter cardinalis tit. S. Stephani in Coelio Monte. (*Cf.* p. 465.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5355. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5508. 5522. 5526. 5545. 5548. 5550. 5558. 5583. 5605. 5629. 5690. 5695. 5739. 5862. 6029 — **1219**. Mai. 31. nº 6078.

**Alebrandinus** presbyter cardinalis tit. S. Susannae. **1221**. Mart. 3. nº 6576.

**Stephanus** diaconus cardinalis tit. S. Adriani. (*Cf.* p. 465.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5340. 5341. 5343. 5355. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5522. 5526. 5545. 5558. 5583. 5605. 5608. 5629. 5690. 5695. 5739. 5747. 6029. 6078. 6444. 6576. 6591. 6634. 6807. 7164. 7245. 7254. 7255. 7261. 7336. 7355. 7458. 7483 — **1226**. Febr. 27. nº 7541.

**Romanus** diaconus cardinalis tit. S. Angeli (in Foro piscinula *add.* nº 5376). **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5340. 5341. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5508. 5522. 5526. 5545. 5548. 5550. 5629. 5690. 5695. 5739. 6078. 6112. 6576. 6591. 6634. 6812. 6840. 6849. 7245. 7254. 7255. 7261. 7330. 7335. 7336 — **1225**. Febr. 4. nº 7355.

**Iohannes** diaconus cardinalis tit. SS. Cosmae et Damiani. **1216**. Oct. 11. nº 5340 — nº 5341. 5343. 5367. 5376. 5386. 5403 — **1217**. Oct. 10. nº 5608.

**Aegidius** diaconus cardinalis tit. SS. Cosmae et Damiani. **1217**. Apr. 17. nº 5522 — nº 5526. 5545. 5548. 5550. 5558. 5629. 5690. 5695. 5739. 6029. 6078. 6124. 6576. 6591. 6807. 6812. 6849. 7483 — **1226**. Febr. 27. nº 7541.

**Aldebrandinus** diaconus cardinalis tit. S. Eustachii. **1217**. Ianr. 18. nº 5420 — nº 5482. 5508. 5526. 5583. 5605. 5695 (*ubi* Alexandrinus *legitur*). 5739 (*ubi* Allebrandinus). 6112. 6124 (*ubi* Aleprandus) — **1221**. Mart. 15. nº 6591.

**Petrus** diaconus cardinalis tit. S. Georgii ad velum aureum. **1220**. Dec. 15. nº 6444 — nº 6576. 6807. 6812. 6840. 7164. 7245. 7255. 7261. 7483 — **1226**. Febr. 27. nº 7541.

**Rainerius** diaconus cardinalis tit. S. Mariae in Cosmidin. (*Cf.* p. 466.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5508. 5522. 5545. 5548. 5550. 5629. 5690. 5695. 5739. 5747. 5986. 6029. 6078. 6112. 6444. 6591. 6634. 6807. 6812. 6840. 6849. 7541. 7483 — **1226**. Mai. 9. nº 7568.

**Guido** diaconus cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliano. (*Cf.* p. 466.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5340. 5341. 5343. 5355. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5508. 5522. 5526. 5545. 5548. 5550. 5583. 5605. 5608. 5690. 5695. 5747. 5862. 5986. 6029. 6078. 6112. 6124. 6444. 6576. 6591 — **1221**. Apr. 27. nº 6634.

**Octavianus** diaconus cardinalis tit. SS. Sergii et Bachi. (*Cf.* p. 467.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5340. 5341. 5343. 5355. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5508. 5522. 5545. 5548. 5550. 5558. 5583. 5608. 5629. 5690. 5695. 5739. 5747. 5862. 5986. 6029. 6078. 6112. 6444 (*ubi* Otto *legitur*). 6576. 6591. 6634 (*ubi* Otto). 6812. 7164. 7245. 7254 (*ubi* Otto). 7255. 7261. 7330 (*ubi* Occasus *legitur*). 7335. 7336. 7355. 7364. 7478. 7483. 7541 (*ubi* Otto *audit*) — **1226**. Mai. 9. nº 7568.

**Gregorius** diaconus cardinalis tit. S. Theodori. (*Cf.* p. 467.) **1216**. Aug. 12. nº 5327 — nº 5341. 5343. 5355. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5482. 5508. 5522. 5526. 5583. 5608. 5690. 5695. 5739. 5747. 5862. 5986. 6078. 6112. 6444. 6591. 7164. 7245. 7254. 7255. 7261. 7355. 7364. 7478. 7483 — **1226**. Mai. 9. nº 7568.

Datae sunt bullae per manum

**Ranerii (Raynerii)** prioris S. Fridiani Lucani S. R. E. vicecancellarii. **1216**. Oct. 11. nº 5340 — nº 5341. 5343. 5355. 5357. 5367. 5376. 5386. 5403. 5420. 5608 — **1217**. Nov. 16. nº 5621.

**Raynerii (Renerii, Ranerii)** S. R. E. vicecancellarii. **1217**. Mart. 4. nº 4582 — nº 5522. 5523. 5526. 5532. 5545. 5550. 5558 (*ubi* Faverii *legitur*). 5564. 5572 (*ubi* Faveti *legitur*). 5583. 5605. 5629. 5681. 5683. 5690. 5695. 5739. 5747. 5764. 5799. 5843. 5862. 5945. 5986. 5998. 6029. 6078. 6112. 6124 — **1221**. Mart. 15. nº 6591.

**Raynerii** patriarchae Antiocheni cancellarii vicem agentis. **1219**. Dec. 20. nº 6185.

**Wilhelmi** S. R. E. vicecancellarii. **1220**. Apr. 9. nº 6222 — nº 6330. 6444. 6576. 6634. 6807 — **1222**. Apr. 3. nº 6812 (*ubi* Willi *legitur*).

**Wilhelmi** S. R. E. cancellarii. **1221**. Iun. 11. nº 6680 — nº 6778 — **1222**. Febr. 27. nº 6795 (*ubi* Iulii *legitur*).

**Wilhelmi** S. R. E. notarii. **1216**. Aug. 12. nº 5327.

Magistri **Guidonis** papae capellani et notarii. **1222**. Mai. 24. nº 6840 — nº 6849. 6940. 7032. 7150. 7164. 7165. 7240. 7245. 7248. 7254. 7255. 7261. 7324. 7330. 7335. 7336. 7355. 7364. 7413. 7436. 7478. 7483. 7541 — **1226**. Mai. 9. nº 7568.

Magistri **Sinibaldi** auditoris contradictarum litterarum domini papae. **1226**. Nov. 14. nº 7610.

Gregorius IX, natione Campanus de Anagnia, patre de Comitibus Signiae, matre vero de potentioribus Anagninis cc. a. 1147 exortus est. Eum fuisse patruelis fratris Innocentii III filium, *i. e.* dictum papam consanguinitatis tertio gradu attigisse testimoniis probari nondum potuit. Nominabatur antea Hugo, cognomine Hugolinus. De capellania sua et de archipresbyteratu basilicae Principis apostolorum Innocentius III a° 1198 in prima cardinalium creatione eum in S. Eustachii diaconum cardinalem promovit, a° autem 1206 ineunte mense Maio in episcopum Hostiensem et Velletrensem ordinavit.

Pro ecclesia constans contra Marcualdum tyrannum Siciliae a° 1199, licet in vitae discrimine positus, fines mandati diligenter custodivit. A° 1217 Honorius III Hugoni cardinali adiecit discutiendae electionis Pisani archiepiscopi provinciam illum his encomiis decorans: »Ecce enim ad vos ... Hugonem ep. Ost. ... transmittimus, qui utique coelum est enarrans gloriam Dei et tamquam stellarum fulgoribus, morum venustate praefulgens, in cuius profecto sunt pectore velut in firmamento luminaria duo magna, quibus diei praesit et nocti, doctrina videlicet Novi et Veteris Testamenti ...« *etc.* (Raynaldi Ann. ad a. 1217 § 88). A° 1218 pacem fecit dictus cardinalis inter Mediolanenses ac Placentinos et Cremonenses ac Parmenses (*cf.* Ann. Cremon. ap. Pertz Mon. Germ. h. scr. XVIII. 806.) Praeterea plurimas ante pontificatum legationes in Italiam, Germaniam *etc.* obivit. Acta legationis quam annis 1221 et 1222 peregit. Parisiis in bibliotheca nationali (n° 5152. A. Colb. 1660. reg. 4252. mbr. fol.) originaliter extant. — Libri quindecim regestorum Gregorii IX Romae in Vaticano archivo asservatorum continent cca. 4550 epistolas. *Cf.* Pertz' Archiv V. 349.

Cardinalis Hugo erat ordinis fratrum Minorum gubernator, protector et corrector (Salimbene Parmens. Chron. 8). S. Claram virginem in Christo ferventissime diligebat eiusque orationibus multum fidebat. Litteras plurimas in minoribus constitutus et ad pontificatum assumptus ei scripsit. Monasterium Montis Mirteti de Nympha a fundamentis Hugo episcopus erexit eique 1216 molendinum super Nympham, ecclesiam b. Virginis suis sumptibus fundatam, ecclesiam s. Angeli necnon capellam s. Clementis donavit (*cf.* Regest. n° 5345. 5347). Ad honorem b. Francisci fecit hymnum »Proles de coelo prodiit«, responsorium »De paupertatis horreo« et prosam »Caput draconis ultimum«, et aliam prosam de passione Christi »Flete fideles animae« (Salimbene l. c. 192).

## 1227.

Mart. 19 — Romae ap. Septisolium — Eligitur. »Honorio pp. praedecessore nostro xv kal. Apr. (*i. e.* 18. Mart.) soluto debito carnis de presenti seculo nequam erepto et in crastino (*i. e.* d. 19. Mart.) iuxta morem eius celebratis exsequiis et ipsius corpore ad tumulum deportato una cum fratribus nostris ad eligendum convenimus successorem ... et ... conati sunt humeris nostris imponere onus istud.« ‖ G-i Epist. ad Frider. imp. d. d. 23. Mart. 1227 ap. Raynald. Ann. ad a. 1227 § 17; ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 1. — »Tandem defuncto Honorio III, sexta feria (*i. e.* d. 19. Mart.), hebdomada vero maioris quadragesimae (quinta, *sed, cum a° 1227 pascha celebratum sit d. 11. Aprilis, legi debet*) tertia de communi fratrum concordia, non minus electione canonica ... in domo b. Gregorii Gregorius eius imitator assumitur apud Septem solia, summi pontificis solium fratrum instantia devictus ascendens. Demum vero ... in Lateranensi palatio magnifice cathedratur.« ‖ Vita G-i ex cardinali Aragonio ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. I. 575; *eadem vita ad calcem antiqui cod. Vatic. qui* Liber censuum *inscribitur* ap. Raynald. Ann. ad a. 1227 § 15.

»Successit xv kal. Apr.« ‖ Matth. Paris Hist. maior 336; Rogeri de Wendover Flores IV. 140. — »Mense Martii die nono post festum S. Gregorii (*i. e.* d. 20. Martii) aput Septisolium electus fuit.« ‖ Otto Frising. Contin. Sanblas. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XX. 334. — »Electus est Romae apud Septisolium nona die post festum b. Gregorii in vigilia s. Benedicti xiii kal. Apr. (*i. e.* d. 20. Mart.; xiv kal. Apr. *male* Vita G-i ex ms. Bern. Guid.) a° D<sup></sup>i 1226, secundum illos qui annos dominicae incarnationis incipiunt in Annunciatione Domini computare, quam ego in praesenti opere semper servo; secundum illos vero, qui in natale Domini incipiunt computare, dicitur a° Di 1227.« ‖ Vita G-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. I. 571; (Petrus Lodovens.) Tractat. pro extirpat. haeresis Albigens. ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 775. — »Gregorius IX nacione Campanus mense Marcii die nono (8° *Cat. Casin.*) post festum s. Gregorii apud Septemsolium electus fuit.« ‖ Martini Pol. Chron. ap. Pertz l. c. XXII. 439; Cat. imp. et pont. Roman. Casinensis ap. Pertz l. c. 363. — »Successit Hugolinus Ostiensis episcopus, apud Septisolium electus et Gregorius IX vocatus.« ‖ Nicol. Triveti Annal. ed. Hog 215.

» 21 — (Romae ap. S. Petrum) ad palatium Lateranense — Consecratur. »Sequenti vero dominica die scilicet b. Benedicti benedictus pater praelatorum comitatus obsequiis .... in Principis apostolorum basilica .... ex apostolicae sedis more suscepit pallium plenae potestatis insigne .... Sicque missarum peractis solemniis summus pontifex gemmis circumtectus et auro procedit.« ‖ Vita Gr-i l. c. 575 (ap. Raynald. l. c. § 16). — »Hugelinus Hostiensis episcopus canonice electus consecratur in quadragesima in summum pontificem Romae.« ‖ Ann. de Theokesberia in Annal. monast. I. 69.

1227.

Mart. 21 | Laterani | (7862) Abbati et capitulo generali Cistercii mandat, ut supplices orationes faciant, ut Deus per gratiam suam in manu Romani S. Angeli diaconi cardinalis sedis apostolicae legati, quem denuo mittat pro negotio pacis et fidei, salubriter dirigat idem negotium, ita ut optatum et laudabilem finem ad honorem Dei et ecclesiae sortiatur. xII kal. Apr. a° 1°. || Manrique Annal. Cisterc. IV. 351. — »Etsi armis materialibus.«

» 22 | » | (7863) Decano, cantori et magistro Iohanni canonico Osnaburgensibus mandat, ut perquirant quamobrem (Albertus) episcopus suffraganeus suo metropolitano (Gerhardo) Bremensi archiepiscopo obedientiam et reverentiam debitam deneget, et ut partibus convocatis causam fine debito terminent. xI kal. Apr. a° 1°. || Lappenberg Hamb. UB. I. 422. n° 488; Bunge Livl. UB. I. 115. n° 96; Scr. rer. Livon. I. 373. not. a. — »Venerabilis frater noster.«

» 23 | » | (7864) Friderico Romanorum imperatori et regi Siciliae nunciat, Honorium pp. praedecessorem xv kal. Apr. mortuum et se ipsum, in crastino eius celebratis exequiis et corpore ad tumulum deportato, electum esse successorem. »Sublimitati tuae primitias litterarum nostrarum duximus destinandas.« Monet eum, ut efficaci studio negotium Terrae sanctae peragere satagat; timeat alioquin ne in illa necessitate incidat, unde forsan de facili expediri non potuerit. x kal. Apr. a° 1°. || Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 1; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1227 § 18. — »Alto illius qui.«

( » 23) | ( » ) | (7865) (Henrico) archiepiscopo Remensi et episcopis ac abbatibus, prioribus, decanis et aliis ecclesiarum praelatis et eorum capitulis in Remensi provincia constitutis obitum Honorii III pp. praedecessoris et promotionem suam in papatum nunciat. Hortatur eos, ut insufficientiam suam apud Deum orationibus adiuvent. Ad hoc eis mandat, ut singuli cruce signatos suarum diocesum efficaciter moneant, ut se ad iter peregrinationis transfretantes ad Terrae sanctae subsidium in instanti passagio disponant. *Sine signo chronol.* || Hugo Sacrae antiq. monum. I. 118. — »Alto illius qui.«

* *In eundem modum* Christiani orbis praesulibus: »Laterani x kal. Apr. a° 1°«. || Raynaldi Ann. ad a. 1227 § 17, *non integra.*

» 28 | » | (7866) Priorem et fratres Eremi Camaldulensis sollicitat et rogat, ut, cum nuper assumptus, immo verius raptus sit ad summi pontificatus officium, in ara cordis sui pro ipso orationum suarum sacrificium crebrius offerant, ut in illo officio gerendo veniat sibi auxilium a Deo. v kal. Apr. a° 1°. || Gregorii pp. IX Gesta, *initio*; Yepes Coronica V. 458; Augustini Florent. Histor. Camaldul. I. 193; Mittarelli Ann. Camald. IV. 295. — »Assumpti nuper immo.«

» 29 | » | (7867) Decano, thesaurario et Theoderico de Malchon canonico Herbipolensibus mandat, ut, cum et alii tutores haeredum quondam A. dicti Lupi Ratisponensis diocesis quasdam possessiones et alias res ad monasterium s. Emmerami Ratisp. pertinentes contra iustitiam detineant et reddere contradicant, partibus convocatis causam audiant et fine debito terminent. IV kal. Apr. a° 1°. || Ratisb. monast. Lib. probat. 164. n° 66. — »Querellam dilectorum filiorum.«

» 30 | » | (7868) Rectoribus societatis Lombardiae transmittit formam concordiae, quae inter eos ac F(ridericum) Romanorum imperatorem per sedem apostolicam ordinata est. Mandat eis, ut secundum formam eandem litteras faciant scribi per manum publicam et marchionis Montisferrati et quamplurium civitatum sigillorum appensione muniri easque celeriter destinent ad curiam Romanam, ne illarum dilatio occasionem imperatori tribuere videatur retardandi Terrae sanctae subsidium. »Provideatis etiam quod milites, quos in ipsius terrae subsidium destinare tenemini, paratos habeatis in instanti passagio.« III kal. Apr. a° 1°. || Savioli Ann. Bologn. III. II. 76. — »Recepimus litteras quas.«

» 30 | » | (7869) Friderico Romanorum imperatori et regi Siciliae transmittit formam concordiae, quae inter eum ac rectores societatis Lombardiae per sedem apostolicam est ordinata. Rogat eum et obsecrat, ut se ad Terram sanctam liberandam in instanti passagio potenter accingat. III kal. Apr. a° 1°. || Savioli l. c. 77; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 6. — »Noverit tua serenitas.«

» 31 | » | (7870) Abbati et priori de Prules et praeposito Ripensi (ad S. Magnum) Ratisponens. dioc. mandat, cogant Iudaeos Ratisponae, qui quasdam terras monasterii s. Emmerami contra iustitiam occupantes in eisdem synagogam construxerant et mortuos suos sepeliunt, ut terras ipsas abbati et conventui dicti monasterii restituant et eisdem satisfaciant. II kal. Apr. a° 1°. || Ratisb. monast. Liber probat. 163. — »Querelam dilectorum filiorum.«

» 31 | » | * (7871) Abbatibus de Waltesassen et de Lubech (*num* Lubes?) (atque magistro H. praeposito de Spainsart Ratispon. et Wratislaviens. dioc. *om. Manr.*) committit litem (Roberti) episcopi Olomucensis cum decano et quibusdam canonicis, quod contra iuramentum ab ipsis praestitum cum rege Bohemiae in eundem episcopum atque Olomucensem ecclesiam conspirassent, investigandam et diffiniendam. II kal. Apr. a° 1°. || Erben Reg. Bohem. I. 330. n° 711; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 177; *fragm. et incorrecte* ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 343; *cf.* Palacky Reise 24. n° 102. — »Venerabilis frater noster.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** |
| Apr. 3 | Laterani | (7872) (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi mandat, ut iniuncta poenitentia competente Henrico de Cunring ministeriali ducis Austriae et sociis eiusdem, qui terram Boemiae iniustissime provocati fuerant depopulati, eis absolutionis beneficium impendat, cum se licite vindicantes nil iniuste egerint. III non. Apr. a° 1°. ‖ Boczek l. c. 178. n° 173; Erben l. c. 331. n° 712; Meiller Regest. der Babenberger 138. n° 211 *summatim; eiusd.* Regest. der Salzburger Erzbisch. 239. n° 307 *summatim; cf.* Palacky l. c. n° 103. — »Dilectus filius nobilis.« |
| » 5 | » | * (7873) Archiepiscopo Nycosiensi mandat, ut in negotio (Alicis) reginae Cypri cum (Boemundo) viro suo super consanguinitate ulterius minime procedat, cum patriarchae Hierosolymitano et episcopo Acconensi negotium idem sit commissum. Non. Apr. a° 1°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 48. |
| | | * *Ipsis* Patriarchae *et* Reginae Cypri *in eundem modum, verbis competenter mutatis.* ‖ MasLatrie l. c. 49. |
| » 5 | — | Priori eremitarum S. Mariae de Monte Carmelo: »Perusii Non. Apr. a° 1°.« ‖ Bullar. Carmel. I. 4, *vid.* 1229. Apr. 5. |
| » 6 | Laterani | * (7874) Episcopo Concordiensi, abbati Moracensi et praeposito de Garnech Aquileg. dioc. mandat, ut causam (Ulrici) Gurcensis episcopi contra (Eberhardum) archiepiscopum Salzburgensem regalia sibi vendicantem audiant et, si fieri poterit, terminent; alioquin rem ad sedem apostolicam remittant. VIII id. Apr. a° 1°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 20. not. 2; Hirn Kirchenrechtl. Verhältn. von Gurk 50. |
| | | * (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi *de superiore epistola significat.* |
| » 6 | ( » ) | * (7875) Ratam habet Honorii bullam d. d. 1227. Febr. 19 (*vid.* n° 7666). VIII id. Apr. a° 1°. ‖ Gattula Hist. abbatiae Casin. 295. |
| » 11 | (Romae) in Virginis gloriosae basilica | Coronatur. »Die vero resurrectionis dominicae subsequentis missarum mysteriis solemniter celebratis revertitur cum tripudio coronatus.« ‖ Vita Gr-i ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. I. 575 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1227 § 16). |
| » 16 | Laterani | (7876) (Iustitiarium imperii supremum) rogat et monet, ut S. apostatam et alios Soranos cives, qui in quosdam conventus Casaemarii conversos et fratres usque ad effusionem sanguinis manus violentas iniecerunt, animalia occiderunt et alia eis damna gravia irrogarunt, castiget. XVI kal. Mai. a° 1°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 343; Rondinini Monast. de Casaemario 56. — »Dilecti filii prior.« |
| » 16 | » | (7877) R. de Supino praecipit, ut contractum inter ipsum et I(ohannem) de Ceccano circa castrum de Morolo, feudum ecclesiae Romanae, in praeiudicium eiusdem ecclesiae initum rescindat. XVI kal. Mai. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 82. n° 141. — »Sicut rite acta.« |
| » 19 | Lateranum.« | »Feria secunda in Albis in praedicta Petri basilica missarum officiis reverenter expletis, duplici diademate coronatus ... inter purpuratam ... cardinalium ... comitivam ... equo in phaleris pretiosis evectus per almae Urbis miranda moenia pater Urbis et Orbis deducitur admirandus. ... Sicque ... perducitur ‖ Vita Gr-i l. c. 575 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1227 § 16). |
| » 19 | Laterani | (7878) Abbati et conventui S. Dionysii in Francia Parisiens. dioc. domum de Calvomonte, quam cl. mem. Ludovicus rex Franciae monasterio eorum concessit, confirmat. XIII kal. Mai. (a° 1°). ‖ Doublet Hist. de St. Denys 562; Félibien Hist. de l'abb. de S. Denis, preuv. 119 (*male ad* a. 1228). — »Cum a nobis.« |
| » 19 | » | (7879) Abbati Witovensi Praemonstr. ord. et praeposito de Caminz Gnesnens. et Vratislav. diocc. et decano Mazoviensi scribit, (Vincentium) Gnesnensem archiepiscopum post appellationem ad sedem apostolicam factam per Cracoviensem episcopum, qui locum primum ad dexteram ipsius archiepiscopi sedentis in concilio provinciali secundum antiquam consuetudinem postulaverit, locum ipsum (Laurentio) episcopo Vratislaviensi concessisse. Mandat eis, ut litem ex hac re ortam canonice dirimant. XIII kal. Mai. *sine* a°. ‖ Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. III. 12. n° 9; *cf.* Grünhagen Regest. I. 140. n° 319. — »Significavit nobis venerabilis.« |
| » 21 | » | (7880) (Robertum) episcopum Olomucensem, abbates, priores, praepositos et alios ecclesiarum praelatos per Olomucensem diocesin constitutos exhortatur, ut fratres Praedicatores ad officium praedicandi benigne recipiant eisque in suis necessitatibus liberaliter assistant. XI kal. Mai. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 18. n° 1; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 179. n° 174; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 332. n° 714. — »Quoniam abundavit iniquitas.« |
| » 22 | » | (7881) Moniales monasterii de Ribnik (Rebenik *Cod. d. S.*) patrocinandas suscipit eisque possessiones confirmat. X kal. Mai. a° 1°. ‖ Hugo Annal. Praemonstr. I. prob. 480; Cod. dipl. Silesiae I. 3. n° 3. — »Cum a nobis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** |
| Apr. 22 | Laterani | * (7882) Dispensat cum duobus canonicis Pragensibus, qui ignari sententiarum suspensionis suae a beneficiis divina celebraverant. x kal. Mai. (a° 1°). ‖ Palacky Reise 24. n° 104; Erben l. c. n° 715. |
| » 23 | » | (7883) (Henrico) archiepiscopo et capitulo Mediolanensibus notum facit, se statuere, ut Cremonensis episcopus et successores ipsius et ecclesia Cremonensis Mediolanensi et archiepiscopo et ecclesiae illam reverentiam et obedientiam exhibeant de cetero, quam alii eiusdem ecclesiae suffraganei istis exhibent et exhibere sunt soliti ab antiquo. ix kal. Mai. a° 1°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 420. n° 1. — »Licet Mediolanensis ecclesia.« |
| » 24 | » | (7884) Enachdunensi et Cloanfertensi episcopis et abbati de Parvacella Enachdunensi causam Limiricensis episcopi, »de quo inter cetera dicitur, quod de illegitimo est matrimonio procreatus« ..., quod praeterea per symoniacam pravitatem intravit, quod munere caret scientiae *etc.*, committit inquirendam et referendam. viii kal. Mai. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 27. n° 64. — »Nuper ab olim.« |
| » 25 | » | (7885) G(erbodoni) praeposito Maguntino concedit, ut praepositoram S. Petri cum praepositura maioris ecclesiae Maguntinensis ac aliis beneficiis, quae ante concilium Lateranense sit adeptus, retinere possit. vii kal. Mai. a° 1°. ‖ Würdtwein Nova subs. VI. 1. — »Qui bene meritos.« |
| » 25 | » | * (7886) In ecclesia Rigensi ordinem Praemonstratensem fundat, ecclesias et praedia illius quae enumerat iuri ipsius adscribit ac praeterea privilegia et praerogativas certas concedit. vii kal. Mai. a° 1°. ‖ Invent. privil. in archivo Cracov. *in* Mittheil. aus d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands III. 64. n° 15; *cf.* Bunge Livl. UB. I. Regest. 26. n° 109. |
| » 27 | » | (7887) (Henrico) episcopo Eistetensi (Cister. *Decr.*), (Nicolao) de Aldesparc [Aldersbach] et (Eberhardo) de Salem abbatibus Pataviens. et Constantiens. diocc. scribit, se comperisse »quod (Geroldus) Frisingensis episcopus bona sui episcopatus graviter dilapidat et consumit« *etc.* Mandat eis, ut inquirant veritatem, eam fideliter conscriptam transmittant et eundem episcopum citent, ut infra quatuor menses se apostolico conspectui personaliter repraesentet. v kal. Mai. a° 1°. ‖ Deutinger Beyträge II. 9; *sine signo chronol. int.* Decr. Greg. IX lib. 5. tit. 1 *de accusat.* c. 27 ap. Boehmer Corp. II. 710; ap. Richter Corp. II. 719; Meichelbeck Hist. Frising. II. I. 6; *cf.* Manrique Ann. Cisterc. IV. 343. — »Prelatorum excessus tanto.« |
| » 28 | » | (7888) (Stephanum) archiepiscopum Cantuariensem S. R. E. cardinalem rogat, ut monitum praedecessoris b. m. H(onorii) papae exequens magistro Michaeli Scoto »qui doctus in singulis grata diversarum varietate nitescit«, in provincia sua ecclesiasticum beneficium conferat. iv kal. Mai. a° 1°. ‖ Bulletin du comité historique II. (1850.) 255. — »Qui scientiae thesaurum.« |
| » 28 | » | (7889) Universos barones per Carsoli constitutos hortatur, ut nullus eorum potestati et populo Tiburtinis contra monasterium Sublacense ex eo, quod arcem s. Stephani sui iuris recuperaverat, exercitum congregantibus in hoc praestet auxilium vel favorem, quinimo praefato monasterio succurrant viriliter. iv kal. Mai. a° 1°. ‖ Spicil. Liber. 647. — »Cum bonae memoriae.« |
| Mai. 4 | » | (7890) Fratribus Minoribus indulget, ut in locis et oratoriis suis cum viatico altari possint missarum solemnia et alia divina officia celebrare, omni parochiali iure parochialibus ecclesiis reservato. iv non. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 27. n° 1. — »Quia populares tumultus.« |
| » 5 | » | (7891) (Laurentio) episcopo et abbati S. Vincentii Wratislaviensis et decano Gnesnensi mandat, compellant per censuram ecclesiasticam principes Poloniae, qui contra Sventopelk principem de Gdansk [Danzig] et fratres eius, a quibus locus in terra sua pro paganorum conversione fratribus ordinis Praedicatorum datus sit, adducunt paganos ad spoliandum, exurandum ac fideles captivandum, ut ab huiusmodi praesumptione conquiescant. iii non. Mai. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 16. n° 34; Łętowski Katal. biskup. Krakowsk. I. 143 (*male ad* a. 1243); *cf.* Raynaldi Ann. a. 1227 § 50. — »Letati sumus in.« |
| » 5 | » | (7892) (Michaeli) episcopo Cuiaviensi concedit, ut omnes qui in partibus Prutenorum pro fide propaganda laborant, absolvere possit, si in canonem sententiae promulgatae inciderint. iii non. Mai. a° 1°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 17. n° 18; Theiner l. c. 16. n° 35; *cf.* Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. II. I. 8. n° 6. — »Cum benigne (benignius *Voigt*) sit.« |
| » 5 | » | (7893) Potestatem et populum Mutinenses monet et hortatur, ut monialibus S. Catharinae, quibus ad construendum molendinum partem cuiusdam aquae concesserant, adiiciant tantum aquae praedictae, quantum ad dictum molendinum plene sufficiat. iii non. Mai. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 18. n° 2. — »Cum sicut ex.« |
| » 5 | » | (7894) Conversos ad fidem christianam (in partibus Livoniae?) sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut in libertate sua manentes nulli alii sint quam soli Christo. iii non. Mai. a° 1°. ‖ Cocquelinus Bullar. III. 247. n° 2; Bunge Livl. UB. I. 116. n° 97; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 422. n° 2. — »Ecclesia Romana quae.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** |
| Mai. 7 | Laterani | (7895) Thadaeo abbati eiusque fratribus annuens monasterium s. Mariae de Ferraria Cisterc. ord. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. Non. Mai. indict. XV. incarn. dom. a° 1227. pont. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra VI. 566. — »Religiosam vitam eligentibus«. |
| » 7 | — | Abbati Praemonstratensi, eius coabbatibus *etc.*: »Viterbii non. Mai. a° 1°«. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 655, *vid.* 1236. Mai. 7. |
| » 10 | Laterani | (7896) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat ut fratres ordinis Praedicatorum bene recipiant ad officium praedicandi et populos suos sedulo admoneant, ut ex ore illorum verbum Dei devote suscipiant. vi id. Mai. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 19. n° 3; *cf.* Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 721. n° 57. — »Quoniam habundavit iniquitas.« |
| » 10 | » | (7897) Ludovicum regem Francorum ac B(lancam) matrem et fratres eius cum ipso regno Franciae, familiis et omnibus eorum bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. vi id. Mai. a° 1°. ‖ Stilting Acta s. Ludovici 21; Martene Ampl. coll. I. 1210. — »A memoria nostra.« |
| » 10 | » | (7898) R(omano) S. Angeli diacono cardinali apostolicae sedis legato de superiore ad Ludovicum regem Francorum epistola significat et addit, »quod cum praedicti, donec revertaris, alio conservatore non egeant, eis ad praesens conservatores alios non duximus deputandos.« vi id. Mai. a° 1°. ‖ Martene l. c. 1211. — »Carissimum in Christo.« |
| (Apr. 19- Mai. 11) | » | (7899) Monasterium de Oldisleibe ord. s. Ben. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. xiii xi (*num legendum* xiii kal.?) Mai. indict. XV. incarn. dom. a° 1227. pont. a° 1°. ‖ Mencken Scr. rer. Germ. I. 617; J. M. Schamelius Hist. Beschreib. des alt. Bened.-Klosters zu Oldisleben a. d. Unstrut (Naumburg 1730. 4°) 18. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 13 | » | (7900) Prioribus et custodibus Minorum fratrum repetit Honorii III n° 6361 d. d. 1220. Sept. 22: »iii id. Mai. a° 1°.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 27. n° 2. — »Cum secundum consilium.« |
| » 13 | » | (7901) Ministris fratrum Minorum indulget, ut illis fratribus, qui in canonem inciderint sententiae promulgatae, ne forsan ex hoc vagari cogantur, absolutionis beneficium impendant. iii id. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 28. n° 3. — »A nobis humiliter.« |
| » 15 | » | (7902) Abbati et conventui monasterii de Eberbach Cisterc. ord. Magunt. dioc. omnes libertates et immunitates a Romanis pontificibus per privilegia vel alias indulgentias eorum monasterio concessas necnon libertates et exemptiones saecularium exactionum a regibus *etc.* indultas, terras quoque, decimas, possessiones *etc.* confirmat. Id. Mai. a° 1°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach I. 260, *falso ad* a. 1228. — »Cum a nobis.« |
| » 15 | » | (7903) Repetit Honorii III n° 7123 d. d. 1223. Dec. 18: »Id. Mai. a° 1°« — »Fratrum Minorum continent.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 28. n° 4. |
| » 15 | » | (7904) Abbati S. Zenonis Pisarum mandat, ut ea quae de bonis conventus S. Mariae de Morteto Cisterc. ord. Pisan. dioc. per personas ecclesiae s. Mariae de Fine ad illum specialiter pertinentis alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Id. Mai. a° 1°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 452. — »Exposuerunt nobis dilecti.« |
| » 15 | » | (7905) Potestati et populo Mutinensibus Carpi et Montis Baranzonis castra similiter ut Honorius pp. (*vid.* 1216. Dec. 23. n° 5404) tempore suo custodienda committit *etc.* et mandat, ut camerae apostolicae census nomine 60 libras provenensium senatus in festo b. Michaelis mense Sept. annuatim solvant. Id. Mai. a° 1°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola I. 473. not. E; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 422. n° 3. — »Sedis apostolicae providentia.« |
| » 16 | » | (7906) Iordano magistro ordinis Praedicatorum concedit potestatem ubique praedicandi, confessiones poenitentium audiendi et, cum in Alemania personaliter fuerit, elargiendi indulgentiam 20 dierum. xvii kal. Iun. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 19. n° 4. — »Descendentes olim mare.« |
| » 20 | » | (7907) Abbati de Bowoch [Buch] Cisterc. ord. Misnens. dioc., praeposito S. Afrae et decano Misnensibus mandat, ut illos qui possessiones vel res sororum monasterii s. Crucis Cisterc. ord. Misnens. dioc. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicationis sententia percellant. xiii kal. Iun. a° 1°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. iv. 298. n° 396; *cf.* Beyer Alt-Zelle 548. not. — »Non absque dolore.« |
| » 22 | » | (7908) (Alberto) archiepiscopo Magdeburgensi, qui pro sua voluntate in monasterio Nienburgensi advocatum contra eiusdem privilegia ingesserat ac innitens cuidam illicitae permutationi, per quam (Ludolfus) archiepiscopus praedecessor monasterium ipsum a Friderico Romanorum imperatore, dato ei pro illo in concambium quodam castro, recepit, idem villis, mansis *etc.* spoliaverat *etc.*, inhibet ne pendente ipso negotio aliquid novum in eodem statuat. xi kal. Iun. a° 1°. ‖ Beckmann Historie des Fürstenth. Anhalt I. 437. — »Quanto maiorem obtines.« |

**1227.**

| | | |
|---|---|---|
| Mai. 22 | Laterani | (7909) Abbati et conventui in Wessinsbrunnen ecclesiam in Rott, quam Augustensis episcopus monasterio eorum donaverat, confirmat. XI kal. Iun. a° 1°. ‖ Leutner Histor. Wessofont. I. 242; Mon. Boica VII. 395. — »Cum a nobis.« |
| » 23 | » | (7910) Ludovicum Francorum regem certiorem reddit, nihil esse dubii, quin Melgorensis sive Montisferrandi comitatus ecclesiae Romanae, cuius antiquum feodum sit pertineat; rogat eum, ut Magalonensem episcopum in eiusdem comitatus possessione nec turbet nec turbari permittat. X kal. Iun. a° 1°. ‖ *Nonnisi gallice* ap. P. Gariel Idée de la ville de Montpelier I. (1665. fol.) 186. — »Il est hors de doute.« |
| » 23 | » | (7911) Priori et conventui S. Marci de Mantua indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. X kal. Iun. a° 1°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 641. n° 19. — »Quia indignum est.« |
| » 23 | » | * (7912) (Laurentio) episcopo Vratislaviensi et praeposito Camencensi mandat, moneant L(esconem) ducem Poloniae, ut supersedeat a vi et iniuria, qua ecclesiasticos vexet. X kal. Iun. a° 1°. ‖ Grünhagen Regesten I. 295. n° 735. |
| » 25 | » | (7913) (Ludovico) regi Franciae consulit bona fide, ut totam terram, quam citra mare reges Angliae tenuerunt et quam (Philippus) pater eius contra ecclesiae interdictum occupavit, (Henrico) regi Anglorum restituat. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1227 § 54. 55; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 28. n° 5. — »Pro praerogativa devotionis.« |
| » 25 | » | (7914) (Simoni) archiepiscopo Bituricensi mandat, moneat Lodovicum regem Francorum, ut Magalonensem episcopum super comitatu Melgoriensi eidem ab Innocentio pp. praedecessore in feudum concesso vel pertinentiis eius nec ipse molestet nec a suis permittat subditis molestari. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 939. — »Comitatum Melgoriensem seu.« |
| » 25 | » | (7915) Archiepiscopo Narbonensi scribit, comitatum Melgorii seu Montisferrandi esse antiquum Romanae ecclesiae feudum *etc.* Cum comitatus ipse in domanium apostolicae sedis recidisset, Innocentius pp. praedecessor b. m. Magalonensi episcopo et successoribus eius eundem comitatum in feudum concessit, *etc.* Ne igitur aliqui super ipso comitatu Magalonensem episcopum et Romanam ecclesiam se per ignorantiam valeant excusare, mandat archiepiscopo, ut praedicta publicet per provinciam Narbonensem neque permittat, ut dictus episcopus super comitatu a quoquam indebite molestetur. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 554. n° 30. — »Comitatum Melgorii seu.« |
| » 25 | » | (7916) Fratribus et sororibus ordinis Humiliatorum concedit licentiam utendi condimento saginiminis diebus, quibus alii utuntur carnibus, praesertim cum pleraque locorum in quibus consistunt oleo non abundent. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 158; *cf.* Biancolini Chiese di Verona VI. 194. — »Ex parte vestra.« |
| » 25 | » | (7917) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum significat, se inhibere, ne quis post ordinis praefati professionem ab ordine ipso sine prioris sui discedat licentia, discedentem vero auctoritate alicuius privilegii ab apostolica sede indulti nullus audeat retinere. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 19. n° 5. — »Cum paupertatem et.« |
| » 25 | » | * (7918) Grégoire prie Thibaut comte de Champagne de faire payer avec les arrérages une pension de vingt livres, donnée par Blanche à P., chanoine de Saint-Pierre de Rome, et qui à cessé d'être payée quand Thibaut a été armé chevalier. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 237. n° 1752. |
| » 26 | » | (7919) Archiepiscopis et episcopis per Italiam constitutis mandat, ne permittant, ut fratres de Poenitentia ad recipienda et exequenda publica officia compellantur aut ipsis alia onera et exactiones imponantur. VII kal. Iun. a° 1°. ‖ Waddingi Ann. Min. II. 601; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 30. n° 7. — »Nimis patenter patientiae.« |
| » 27 | » | (7920) Henrico regi Anglorum declarat, se sub protectione sua (Ludovicum) Franciae regem adversus haereticos Albigenses bellum gerentem suscipiendo minime concessisse, ut dictus rex manus suas in possessiones Angliae regis, cuius iura conservare intacta ipse intendat, extendere possit. VI kal. Iun. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. I. 105. — »Licet carissimum in.« |
| » 29 | » | (7921) Fratribus et sororibus ordinis Humiliatorum concedit, ut eis tempore generalis interdicti liceat divinis officiis interesse et ad confessiones admitti ac sine solemnitate aliqua in cimiterio ecclesiae sepeliri. IV kal. Iun. a° 1°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 159. — »Ex parte vestra.« |
| » 29 | » | (7922) Ministris domorum ordinis Humiliatorum significat, se fratribus et sororibus eiusdem ordinis, cum vivant pro magna parte de manuum suarum laboribus, indulgere licentiam utendi culcitris et linteaminibus *etc.* IV kal. Iun. a° 1°. ‖ Tiraboschius I. c. 160 — »Nobis fuit humiliter.« |
| » 30 | » | (7923) Repetit Innocentii III bullam d. d. 1201. Iun. 12 (*vid.* Addenda): »III kal. Iun. a° 1°.« — »Diligentiam pii patris.« ‖ Tiraboschius I. c. 161. |

| | | |
|---|---|---|
| | | 1227. |
| Mai. 30 | Laterani | (7924) Thoma abbate eiusque fratribus postulantibus ecclesiam s. Andreae Vercellensis ord. s. Aug. tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. III kal. Iun. indict. XV. incarn. dom. aº 1227. pont. aº 1º. ‖ Pennottus Cleric. canon. historia 674. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 31 | — | Archiepiscopos, episcopos, abbates *etc.* in regno Legionensi: »Anagniae II kal. Iun. aº 1º«. Manrique Ann. Cisterc. IV. 570, *vid.* 1227. Iun. 30. nº 7952. |
| Iun. — | Anagniam | »Mense Iunio papa *Urbem* exiens venit et suos tunc ad imperatorem nuncios dirigit, ut sibi fodrum faciat ab hominibus regni deferri. Qui Henrico de Morra magistro iustitiario hoc faciendum delegat. .... Tunc in Anagnia ducentae ferme domus, papa ibidem praesente, combustae sunt.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1002 (ap. Ughelli Ital. sacr. [1647] III. 989; ap. Raynald. Ann. ad a. 1227 § 24). — »Primo sui praesulatus anno aestate media venit *Anagniam,* fratrum venerando collegio cômitatus.« ‖ Vita Gr-i ex card. Arag. ap. Muratori l. c. III. I. 576 (ap. Raynald. l. c. § 24). |
| Iun. 7 | Anagniae | (7925) Ministris, fratribus et sororibus ordinis Humiliatorum regulam ab Innocentio pp. III studiose correctam hicque insertam confirmat. VII id. Iun. aº 1º. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 163. — »Cum felicis memoriae.« |
| » 8 | » | (7926) R. presbytero canonico S. Mauritii Hildesemensis gratulatur, quod »illas miserrimas mulieres, quae humani generis hostis suggestione seductae in lutum ceciderunt fece libidinis involutae, de lacu miseriae« eduxit et sic factum est, »quod multis ex ipsis nuptui traditis, aliae factae de meretricibus moniales et de prostibulo fugientes ad claustrum servare foverunt Domino castitatem« Monet eum, ut sumens tam pium praedicationis officium ad conversionem mulierum talium prudenter intendat et conversas in castitate et religione corroboret, et concedit ei potestatem, ut confessiones huiusmodi mulierum audiat *etc.* VI id. Iun. aº 1º. ‖ Würdtwein Nova subs. VI. 3. — »Gaudemus in Domino.« |
| » 10 | » | (7927) Ministerialibus Ratisponensis ecclesiae mandat, ut, electione quae de Gotfrido Ratisponensi praeposito in episcopum Ratisponensis ecclesiae per impressionem praesumpta fuerat laicalem a sede apostolica cassata, cantorem Moguntinum (Syfridum) noviter electum hilariter recipiant eique sicut episcopo suo reverentiam et obedientiam exhibeant. IV id. Iun. aº 1º. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 349. nº 367. — »Electione quae de.« |
| » 10 | » | * (7928) Priorissae S. Magdalenae in Alemannia et sororibus poenitentibus Herbipoli regulam s. Benedicti secundum institutionem Cisterciensium professis possessiones suas confirmat. IV id. Iun. indict. XV. (aº 1º). ‖ Lang Regesta II. 165. |
| » 11 | » | (7929) Iohanni Bello de Calvenzano, Manariae de Modoetia, Petro de Falcano de Carate, Guillermo de Cerliano aliisque ministris ordinis Humiliatorum eorumque fratribus et sororibus regulam ab Innocentio pp. III approbatam confirmat. III id. Iun. aº 1º. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 164; *cf.* Caccianottius Summar. 156. — »Propositum vestrum approbatum.« |
| » 12 | » | (7930) Magistro Conrado de Marburg praedicatori verbi Dei procurationem a (Ludovico) lantgravio Thuringiae ad ecclesiastica beneficia conferenda demandatam confirmat. II id. Iun. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 20. nº 6. — »Solet sedes apostolica.« |
| » 12 | » | (7931) Eidem mandat, ut in societatem advocet quos noverit expedire ad investigandum in partibus Teutoniae pravitatis haereticae sectatores. II id. Iun. aº 1º. ‖ Ripoll l. c. nº 7; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 30. nº 6. — »Solicitudinem tuam qua.« |
| » 12 | » | (7932) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani omnes libertates, immunitates ac indulgentias domibus fratrum Hospitalis Ierosolimitani et fratrum militiae Templi ab apostolica sede concessas confirmat. II id. Iun. aº 1º. O. Kienitz Vierundzwanzig Bücher livländischer Gesch. (Dorpat 1847. 8º.) I. 313; Script. rer. Livon. I. 366. not. 1; Strehlke Tab. 340. nº 416; *cf.* Napiersky Index I. 9. nº 30. — »Vestra religio cuius.« |
| » 12 | » | * (7933) Monasterium s. Mariae, s. Petri et s. martyris Cyriaci in Geronrod tuendum suscipit. II id. Iun. aº 1227. ‖ Beckmann Historie des Fürstenth. Anhalt III. 177. |
| » 12 | » | (7934) Priori Camaldulensi indulget, ut ordinem profitentibus, qui dum essent in saeculo manus violentas in clericos iniecerunt, absolutionis beneficium impendat. II id. Iun. aº 1º. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 453. nº 274. — »Ex parte tua.« |
| » 13 | — | Abbati de Prüle, praeposito S. Magni *etc.*: »Laterani id. Iun. aº 1º«. ‖ Ratisb. monast. Liber probat. 165. nº 67, *vid.* 1230. Iun. 13. |
| » 13 | Anagniae | (7935) Praelatis et subditis ecclesiarum heremo Camaldulensi subiectarum repetit Honorii III nº 7253 d. d. 1224. Mai. 15: »Id. Iun. aº 1º« — »Exhibita nobis prioris.« ‖ Mittarelli l. c. 454. nº 275. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** |
| Iun. 14 | Anagniae | (7936) Priori et conventui Camaldulensibus confirmat bullam Innocentii III d. d. 1213. Sept. 25 (nº 4814). xviii kal. Iul. aº 1º. ‖ Mittarelli l. c. 454. nº 276. — »In litteris felicis.« |
| » 14 | » | (7937) Eisdem postulantibus locum qui Camaldula vulgariter nuncupatur apud Veronam et ecclesiam s. Viti iuxta Vincentiam, ecclesiam quoque s. Mariae prope Forumlivium sitam in loco qui Casale vocatur, et ecclesiam s. Eustachii iuxta civitatem Imolensem in braita de Borsiola constructam *etc.* confirmat. xviii kal. Iul. aº 1º. ‖ Mittarelli l. c. 455. nº 277. — »Annuere consuevit sedes.« |
| » 15 | » | (7938) Abbatissae monasterii s. Mariae de s. Cruce in Misna eiusque sororibus annuit et praefatum monasterium tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. xvii kal. Iul. indict. XV. incarn. dom. aº 1227. pont. aº 1º. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. iv. 299. nº 397; *cf.* Beyer Alt-Zelle 548. not. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 15 | » | (7939) Priori et heremitis Camaldulensibus in episcopatu Aretino monasterium s. Laurentini situm prope civitatem Aretii, ecclesiam s. Michaelis sitam in palude iuxta canalem de Muriano apud Venetias; in episcopatu Perusino monasterium s. Trinitatis iuxta Perusium, monasterium Salenben. situm in monte Teuzo *etc.* confirmat. xvii kal. Iul. aº 1º. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 455 in nº 277. — »Annuere consuevit sedes.« |
| » 15 | » | (7940) Priori et fratribus Camaldulensibus ius parochiale, quod in ecclesia s. Margaritae per 40 annos inconcusse tenuerunt, *etc.* confirmat. xvii kal. Iul. aº 1º. ‖ Mittarelli l. c. 456. nº 278. — »Cum a nobis.« |
| » 15 | » | (7941) Monasterium s. Virginis Mariae de Lubens patrocinandum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum perpetuis ibidem temporibus observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. xvii kal. Iul. indict. XV. incarn. dom. aº 1227. pont. aº 1º. ‖ (Büsching) Urk. d. Klosters Leubus 94, *sed lacunis mutila quas supplere conatus est* Grünhagen Regest. I. 141. nº 323. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 17 | » | (7942) (Gualae) episcopo Brixiensi mandat, ut de beneficiis ecclesiae ss. Faustini et Iovittae, canonicis eius decedentibus vel cedentibus, qui eadem beneficia obtinent, statuat prout utilitati eiusdem ecclesiae viderit expedire. xv kal. Iul. aº 1º. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 165. — »Proposuisti nuper in.« |
| » 18 | » | (7943) Magistro et prioribus ordinis Praedicatorum indulget, ut si contigerit aliquos dicti ordinis religionem intrare volentes in canonem latae sententiae incidisse, eis absolutionis beneficium impendant. xiv kal. Iul. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 20. nº 8, *omisso initio.* |
| » 19 | » | (7944) Archiepiscopo Ravennati, Aretino et Faesulano episcopis mandat, ut mulieribus districte inhibeant per plebanos, ne terminos circa heremum heremitarum de Camaldula transgredi praesumant. xiii kal. Iul. aº 1º. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 457. nº 280. — »Cum dilecti filii.« |
| » 20 | » | (7945) Priori et universis fratribus Camaldulensibus significat, se districtius inhibere, ne aliqua laicalis persona occasione iuris patronatus seu alia causa electionibus abbatum vel priorum Camaldulensis ordinis se ingerat. xii kal. Iul. aº 1º. ‖ Mittarelli l. c. 458. nº 281. — »Quae canonicis sanctionibus.« |
| » 20 | » | (7946) Magistro Conrado de Marburg praedicatori verbi Dei mandat, ut parochiales presbyteros et alios in sacris ordinibus per Teutoniam constitutos ad abiiciendas a se penitus concubinas iuxta ea, quae statuit Portuensis episcopus contra tales dum in Teutonia legationis officio fungeretur, per censuras ecclesiasticas compellat. xii kal. Iul. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 21. nº 9. — »Super montem eminentissimum.« |
| » 21 | » | (7947) Archidiacono, archipresbytero et praeposito S. Salvatoris Brixiensis mandat, ut, cum occasione cuiusdam electionis factae in monasterio de Leno Brixiens. dioc. gravis sit orta discordia »ita quod non solum alia bona ipsius monasterii sed etiam libri et alia divinis cultibus specialiter deputata distracta sunt«, taliter alienata ad coenobium revocantes litis expensas de bonis ipsius fieri nullatenus permittant. xi kal. Iul. aº 1º. ‖ Zaccaria Badia di Leno 197. nº 34. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 22 | » | (7948) Abbati S. Martini de Pannonia, qui possessiones et redditus quarundam villarum eius studio monasterio acquisitarum communi mensae conventus et usibus infirmorum et pauperum necnon eiusdem monasterii luminaribus deputaverat, quod super hoc fecit confirmat. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 228. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 23 | » | (7949) Priori et fratribus Camaldulensis ordinis concedit, ut eos qui de aliis congregationibus venientes promiserint sub ordine et habitu Camaldulensi in eremo perpetuo deservire, libere retinere possint. ix kal. Iul. aº 1º. ‖ Cherubini Bullar. I. 84; Hastiville |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** Romualdina 6 *ante praefat.*; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 423. nº 4. — »Fervor et integritas.« |
| Iun. 25 | Anagniae | Praeposito et capitulo Zagrabiensibus: »vII kal. Iul. aº 1º«. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 229, *vid.* 1227. Iul. 9. nº 7959. |
| » 28 | » | (7950) Priori Camaldulensi eiusque fratribus notum facit, se praecipere et sancire, ne cuiquam omnino personae clerico, monacho, laico liceat congregationes illas et loca illa, quae Camaldulensis eremi sive coenobii disciplinam et ordinem susceperunt, ab eius ullo modo subiectione et unitate dividere. (*Annotat congregationes nominatim.*) Confirmat eis iura, privilegia ac consuetudines. IV kal. Iul. indict. XV. incarn. dom. aº 1227. pont. aº 1º. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 460. nº 283; Cod. dipl. Sardin. I. 339. nº 46. — »Offitii nostri nos.« |
| » 30 | (») | (7951) Berardo praeposito ac ceteris canonicis S. Iuvenalis Narniensis postulantibus eorum ecclesiam protegendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. »Laterani« II kal. Iul. indict. XV. incarn. dom. aº 1227. pont. aº 1º. ‖ Bucciarellus Cathedr. Narniens. eccles. 23. — »Clerici qui in.« |
| » 30 | » | * (7952) Archiepiscopos, episcopos, abbates *etc.*, in regno Legionensi constitutos hortatur, ut magistrum et fratres Militiae del Pereyro Cisterc. ord. ab infestantibus defendant. II kal. (Iun., *sed legerim*) Iul. aº 1º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 570. |
| Iul. 1 | » | (7953) Abbati de Buch Misnens. dioc., praeposito S. Affrae et Lamberto canonico Misnensi mandat, ut causam inter praepositum S. Thomae apostoli in Lipzc [Leipzig] et nobiles viros Ulricum et Hogerum Alverstadens. dioc. super villa de Papindorf vertentem fine debito terminent. Kal. Iul. aº 1º. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. II. Hauptth. IX. 7. nº 9. — »Praepositus S. Thomae.« |
| » 2 | » | (7954) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani indulget, ut libere utantur mantellis et aliis vestibus secundum statutum ordinis sui. VI non. Iul. aº 1º. ‖ Strehlke Tab. 341. nº 417; *cf.* Napiersky Index I. 10. nº 31. — »Ea que statuta.« |
| » 2 | » | (7955) Rectoribus et universis civibus Ratisponensibus supplicantibus sibi et ecclesiae suae de episcopo celerius provideri significat, se eorum supplicationem praevenisse, »talem personam vobis in episcopum providendo quae vos doctrinae verbo et vitae informabit exemplo secundum debitum officii pastoralis. .... Vos ergo eidem episcopo (*i. e.* Sifrido), qui expeditus ab imperiali curia ad vos celeriter veniet, tamquam patri et pastori vestro devotionem exhibere curetis.« VI non. Iul. aº 1º. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 350. nº 368. — »Recepimus litteras quas.« |
| » 3 | » | (7956) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus *etc.* mandat, ut in fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani, clericos aut ecclesias eorum excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare nullatenus praesumant. V non. Iul. aº 1º. ‖ Strehlke Tab. 341. nº 418. — »Cum dilecti filii.« |
| » 3 | » | (7957) Eisdem mandat atque praecipit, ut a capellanis ecclesiarum, quae pleno iure fratribus hospitalis *etc.* sunt concessae, nec fidelitatem nec obedientiam exigant. V non. Iul. aº 1º. ‖ Strehlke l. c. 341. nº 419. — »Dilecti filii ...« |
| » 3 | » | (7958) Repetit bullam Innocentii III d. d. 1201. Iun. 16 (*vid.* Addenda): »V non. Iul. indict. XV. incarn. dom. aº 1227. pont. aº 1º« — »Non omni spiritui.« ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 162. |
| » 5 | — | Duci et communi de Veneciis: »Ap. Urbem veterem III non. Iul. aº 1º«. ‖ Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. 264, *vid.* 1272. Iul. 5. |
| » 9 | Anagniae | (7959) Praeposito et capitulo Zagrabiensibus libertates et immunitates, quas Hemericus rex Hungariae populis Zagrabiensis ecclesiae indulsit; libertates et immunitates quas eisdem populis A(ndreas) rex Ungarorum indulsit; proventus decimarum, cu(l)telli scilicet Zagrabiensis parochiae, ac decimas de Gercha necnon ducentos porcos et ducentos cubulos vini ac etiam quandam curtem cum omnibus domibus existentibus in eadem, quae omnia Stephanus Zagrabiensis episcopus ad augmentationem mensae ipsius ecclesiae concessit, auctoritate apostolica confirmat, ad maiorem cautelam tenores privilegiorum ipsorum de verbo ad verbum litteris suis inserens. VII id. (kal. *male Mon. H. hist.*) Iul. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 73. nº 151; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 229; Tkalčič Mon. episc. Zagrab. I. 59. nº 49. — »Dignum est et.« |
| » 10 | » | (7960) (Stephano) episcopo Zagrabiensi libertates et immunitates. quas cl. mem. H(emericus) rex Ungariae populis Zagrabiensis ecclesiae, et redditus quos dicto episcopo (a. 1201) contulit; libertatas et immunitates quas A(ndreas) rex Ungarorum eisdem populis (a. 1222) indulsit, auctoritate apostolica confirmat, ad maiorem cautelam tenores privilegiorum ipsorum verbotenus suis litteris inserens. VI id. Iul. aº 1º. ‖ Theiner l. c. 79. nº 152; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 231; Tkalčič l. c. 60. nº 50. — »Dignum est et.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** |
| Iul. 10 | Anagniae | (7961) (Henrico) archiepiscopo Mediolanensi mandat, ne permittat, ut fratres et sorores ordinis Humiliatorum pro minimis saepe rebus iurare cogantur. vi id. Iul. a° 1°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 166. — »Dilecti filii fratres.« |
| » 13 | » | (7962) Archiepiscopo Cassellensi eiusque coniudicibus causam electionis in Imilicensi ecclesia de magistro Iohanne cancellario eiusdem ecclesiae celebratae examinandam committit. iii id. Iul. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 27. n° 65. — »Cum causam electionis.« |
| » 13 | — | Regi Anglorum: »Ap. Urbem veterem iii id. Iul. a° 1°«. ‖ Rymer Foedera I. i. 105, *vid.* 1272. Iul. 13. |
| » 14 | Anagniae | (7963) N. N. episcopo Insubriae mandat, ut a se ipso incipiens viriliter arma spiritualia, gladium et ignem assumens incipiat parietem fodere, ut appareant genimina viperarum et radius lucis vibretur interius, ut non ad vindictam exigat animam umbra mortis; moniales, monachos, canonicos regulares et saeculares et alios clericos suae diocesis efficaciter corrigat tam in capite quam in membris, ac secum aliquot clericos associet, qui coadiutores et cooperatores existentes tam verbo praedicationis quam visitacionis officio ei suffragium convenienter impendant. ii id. Iul. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1227 § 63, *fragm.; et* ap. Würdtwein Nova subsid. VI. 3 not.; *sine inscript. et signo chronol.* ap. Bodmann Cod. epist. 225; ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2 Abth. XXV.) 134. — »Ecce venit Deus.« |
| » 14 | » | (7964) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus *etc.* mandat atque praecipit, ut illos qui possessiones vel res vel domos fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani vel hominum eorum irreverenter invaserint aut ea iniuste detinuerint, quae praedictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur *etc.*, excommunicationis sententia percellant. ii id. Iul. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 342. n° 420. — »Non absque dolore.« |
| » 15 | » | (7965) Archipresbytero Teobaldo et Villelmo de Montemerlo canonicis Terdonensibus mandat, ut definitivam sententiam, quam archiepiscopus Mediolanensis in causa vertente super iure parochiali inter capitulum Aquensis ecclesiae et monasterium s. Petri Aquensis pro ipso capitulo promulgaverit, per censuram ecclesiasticam firmiter observari faciant. Id. Iul. a° 1°. ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 185. — »Dilecti filii capitulum.« |
| » 15 | » | (7966) Dominis de Sompnino sententiam per Stephanum presb. card. latam super discordia, quae inter ipsos et Pipernenses super derivatione fluminis vertebatur, inserto sententiae instrumento confirmat. Id. Iul. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 84. n° 142. — »Cum a nobis.« |
| » 18 | » | (7967) (Stephano) episcopo Zagabriensi populum de Dumbroa quem cum terra et silva Zagabriensi ecclesiae Ladisclavus rex Ungariae contulit, confirmat. xv kal. Aug. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 85. n° 153; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 242. — »Te sane venerabilis.« |
| » 20 | » | (7968) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus *etc.* inhibet, ne homines fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani contra libertatem eis indultam poena pecuniaria multent nec ecclesiis eorum aut presbyteris exactiones indebitas imponant. xiii kal. Aug. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 342. n° 421. — »Querela dilectorum filiorum.« |
| » 21 | » | (7969) Eosdem iubet favere fratribus hospitalis s. Mariae Theut. Ieros. nec de donatis eis sibi quicquam vindicare, quarta parte testamenti parochianorum apud illos sepeliri cupientium esse contentos, exceptis armis et equis. Fratribus sacerdotibus licere confessionem recipere apud ordinem sepeliri eligentium. xii kal. Aug. a° 1°. ‖ Strehlke l. c. 342. n° 422. — »Si diligenter attenditis.« |
| » 21 | » | (7970) (Galtero) archiepiscopo Senonensi, cantori Meldensi et magistro Ardengo Parisiis commoranti mandat, ut, Catalaunensi ecclesia dudum pastore vacante ac votis eligentium in diversa divisis, quibusdam in magistrum Bartholomaeum eiusdem ecclesiae canonicum, quibusdam vero in R(obertum) de Torota Remensem canonicum dirigentibus vota sua, personaliter ad Catalaunensem ecclesiam accedentes per iuramenta capituli et aliis modis legitimis inquirant de modo eligendi, eligentium studiis et meritis electorum. xii kal. Aug. a° 1°. ‖ Notices et extr. XXI. ii. 213. — »Cum finem litibus.« |
| » 21 | » | (7971) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus *etc.* mandat, ut litteras, quas sedes apostolica pro fratribus hospitalis s. Mariae Theut. Ieros. dirigat, sive generales fuerint sive speciales, humiliter recipiant et fideliter exponant, subiectos suos ad elemosynas et beneficia inducant, fratres autem honeste tractent. xii kal. Aug. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 343. n° 423. — »Si discrimina que.« |
| » 22 | » | (7972) Fridericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae monet, ut ad coelestia animum erigat, amorem ad mentis delicias traducat neque se voluptatibus terrenis detineri permittat; ei quinque insignia imperialis celsitudinis culmini deputata, crucem videlicet, lanceam, coronam, sceptrum et pomum, cum eorum mysteriis stylo ferreo describit, ut se eorum cogitatione ad tuendos populos, exercitandam iustitiam virtutesque sectandas |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** |
| | | accendat. Denique ei latorem harum litterarum fratrem Gualonem (Guallam *Rip.*) de ordine Praedicatorum commendat, »cui tanquam nobis fidem indubitatam super eis, quae ex parte nostra duxerit proponenda, velis habere.« XI kal. Aug. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 21. n° 10; *absque nota chronol.* Schardius Praefat. ad Epist. Petri de Vineis 77; Raynaldi Ann. ad a. 1227 § 21—23; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 7. — »Ad ostendendam viam.« |
| Iul. 24 | Anagniae | (7973) Aringerio archiepiscopo Ragusino annuit et ecclesiam Ragusinam tuendam suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. IX kal. Aug. indict. XV. incarn. dom. a° 1227. pont. a° 1°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 96, *non integra.* — »In eminenti apostolicae.« |
| » 24 | » | (Robertum) archiepiscopum Strigoniensem *etc.*: »IX kal. Aug. a° 1°«, *vid.* 1227. Iul. 31. n° 7984. |
| » 26 | » | (7974) Ministro et fratribus ordinis Minorum indulget, ut in locis in quibus degunt habeant liberam sepulturam. VII kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 31. n° 8. — »Ita vobis et.« |
| » 26 | » | (7975) Eisdem petentibus inhibet, ne quis delegatus iudex vel ordinarius in causis, quae coram ipsis pertractantur, eos compellere sine speciali mandato apostolicae sedis audeat »ut sive in citationibus personalibus, sive in aliis causis contingentibus faciatis, quod vobis super eis duxerint iniungendum.« VII kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 31. n° 9. — »Cum non deceat.« |
| » 27 | » | • (7976) Valsellensi et Camberonensi abbatibus mandat, moneant ducem Brabantiae cruce signatum, ut votum si possit per seipsum adimpleat aut, si non possit, 40 milites cum sumptibus necessariis in proximo passagio Martii mensis mittat in subsidium Terrae sanctae per annum integrum ibidem militaturos. VI kal. Aug. a° 1°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 343. |
| » 28 | » | (7977) Magistrum et fratres hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani protegendos suscipit, confirmat et auget eiusdem ordinis privilegia. V kal. Aug. indict. XV. incarn. dom. a° 1227. pont. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 343. n° 424; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 423. n° 5; de Geer Archieven I. 54. n° 48. — »Etsi neque qui.« |
| » 29 | » | (7978) Nato comitis Iacobi marescalci curiae pontificiae ad vitam fructus castri Nymphae concedit. IV kal. Aug. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 85. n° 143. — »Cum nobilis vir.« |
| » 30 | · | • (7979) Petrum praepositum et capitulum Regiensis ecclesiae sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura et privilegia confirmat. III kal. Aug. indict. XV. incarn. dom. a° 1227. pont. a° 1°. ‖ Bartel Histor. praesulum Regiens. 202. |
| » 30 | — | Bartholomaeo episcopo, praeposito Quinqueecclesiensibus *etc.*: »Reate III kal. Aug. a° 1°«. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 112, *vid.* 1231. Iul. 30. |
| » 30 | Anagniae | (7980) Archiepiscopos et episcopos, abbates *etc.* vetat de bonis fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani collatis pro expeditionibus et excubiis faciendis vicesimam vel alias exactiones extorquere. III kal. Aug. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 345. n° 425. — »Cum de viris.« |
| » 30 | » | (7981) Eisdem praecipit ut excommunicent, quicumque fratres hospitalis s. Mariae Theot. Ieros. capiendo, de equitaturis deiiciendo, alias inhoneste tractando violaverint. III kal. Aug. a° 1°. ‖ Strehlke l. c. 345. n° 426. — »Paci et quieti.« |
| » 31 | » | (7982) Eisdem mandat, ut universis parochianis suis prohibeant, ne a praefatis fratribus vel eorum hominibus de victualibus, vestimentis *etc.* caucagium extorquere praesumant. II kal. Aug. a° 1°. ‖ Strehlke l. c. 345. n° 427. — »Religiosos viros fratres.« |
| » 31 | » | (7983) (Gerhardo) Bremensi archiepiscopo committit ut, cum in civitate Bremensi una tantum ecclesia parochialis existat quae parochiam habeat amplam plurimum et diffusam et parochiani a sede apostolica postulaverint ut parochia memorata in tres dividatur, statuat quod eorum saluti viderit expedire. II kal. Aug. a° 1°. ‖ Cassel Nachr. von U. L. Frauen-Kirche 11; Ehmck Bremisches UB. I. 166. n° 144. — »Ex parte communitatis.« |
| » 31 | » | (7984) (Robertum) archiepiscopum Strigoniensem apostolicae sedis legatum in gratiam Cumanorum convertendorum et baptizandorum a voto peregrinationis in subsidium Terrae sanctae absolvit eique in Cumania et Brodinia (*al.* Brodnik) legationis officium committit. II (*al.* IX) kal. Aug. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1227. § 50 *non integra*; Ripolli Bullar. ord. Praedic. I. 22; Katona Hist. dipl. V. 509; Fejér Cod. dipl. III. II. 109; Theiner Mon. Hungar. I. 86. n° 154. — »Gaudemus in Domino.« |
| ( » 15-31) | ( » ) | • (7985) Romanum S. Angeli diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum gravibus verbis perstringit, decreto duriori Gallicanum clerum oppressisse, praecipitque litteris |

**1227.**

ut imposito onere illum levet ac facta revocet. *Sine nota chronol.* || Raynaldi Ann. ad a. 1227 § 59.

(Iul. 15-31) (Anagniae) (7986) Rhemensi, Parisiensi aliisque canonicorum capitulis intimat, Senonensis et Parisiensis capitulorum litteras »amarissimae myrrhae fasciculum nobis de novo« exhibuisse, deflet immaturam Ludovici (VIII) regis mortem et fatetur »quod ecclesia Gallicana post apostolicam sedem quoddam totius christianitatis est speculum et immotum fidei firmamentum.« Intellectis gravaminibus eis a Romano S. Angeli diacono card. A. S. L. per ordinationem quandam Senonis editam irrogatis, »eundem legatum literarum asperitate nostrarum .. redarguimus et ei continuo dedimus .. firmiter in praeceptis, ut ordinationem ipsam... omnino revocet sine mora.« *Sine signo chronol.* || Raynald. l. c. § 59. 60. — »Praesentatae paginae Senonensis.«

Aug. 1 » (7987) Benedictae abbatissae, virginibus atque mulieribus sororum inclusarum monasterii s. Mariae Vallis Gloriae de Spello ord. s. Dam. Spoletan. dioc. gratias agit quod eis »nata est in mea promotione iucunditas«, easque rogat et obsecrat »ut sit ad Dominum iugiter clamor vestrae mentis, ut servum servorum Christi non absorbeat pelagus tempestatis *etc.* ... Positus in patibulo crucis, frementibus Iudaeorum turmis et crucifixoribus undique circumfusus ad vos venire nequeo, sed fellis et myrrhae poculo inebriatus anxior« *etc.* Kal. Aug. a° 1°. || Mittarelli Ann. Camald. IV. 296. — »Magna sicuti dicitur.«

» 2 » (7989) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus *etc.* mandat, ut desertores fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani censura ecclesiastica coerceant. IV non. Aug. a° 1°. || Strehlke Tab. 345. n° 428. — »Fratrum hospitalis sanctae.«

» 3 » (7990) Capitulo Sublacensi postulante statuit, ut mortuaria et decimationes ad monasterium deferantur, et tam molendina quam piscationes et cetera, quae illicite data esse noscuntur, ad usum eius et utilitatem monasterii revocentur. III non. Aug. a° 1°. || Spicil. Liber. 647. — »Iustis petentium desideriis.«

» 3 » (7991) Landoni abbati significat, se compositionem inter Romanum quondam eius praedecessorem et conventum Sublacensem ex parte una et b. mem. N(icolaum) episcopum capitulumque Tiburtinos ex altera, super episcopali iurisdictione litigantes, consilio Innocentii pp. III factam confirmare. III non. Aug. a° 1°. || Spicil. Liber. 648. — »Cum inter Romanum.«

» 3 » (7992) Priori et fratribus eorumque successoribus iuxta Specum s. Benedicti constitutis concessionem 6 librarum usualis monetae, quas de annuo censu Castri Portiani secundum privilegium Innocentii III d. d. 26. Febr. 1203 annuatim percipere debent, confirmat. III non. Aug. a° 1°. || Spicil. Liber. 649. — »Ea quae piis.«

» 3 » (7993) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis et aliis ecclesiarum praelatis significat, se inhibuisse, ne quis post professionem ordini fratrum Praedicatorum factam ab ordine ipso sine prioris sui discedat licentia; mandat eis, ut quoslibet a dicto ordine discedentes et propter hoc excommunicatos usque ad satisfactionem evitent et faciant ab omnibus evitari. III non. Aug. a° 1°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 23. n° 12. — »Cum dilectorum filiorum.«

» 4 » (7994) Priorem et fratres S. Nicolai de Oingnies sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat, et insuper prohibet, ne cuilibet fratrum absque prioris assensu de eodem loco, nisi arctioris religionis obtentu, discedere liceat. II non. Aug. indict. XV. a° incarn. dom. 1227. pont. a° 1°. || Miraeus Opp. diplom. II. 1213. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 4 » (7995) Abbatissae et monialibus monasterii s. Pauli Spoletani significat, se statuere, ut sine speciali mandato apostolicae sedis nullatenus possit Spoletanus episcopus in monasterium et personas consistentes in ipso interdicti vel excommunicationis sententiam promulgare. II non. Aug. a° 1°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 32. n° 10. — »Inter venerabilem fratrem.«

» 4 » (7996) Repetit Honorii III n° 6086 d. d. 1219. Iun. 15: »II non. Aug. a° 1°« — »Hiis que a.« || Trombelli Mem. di S. Maria di Reno 439. n° 60.

» 4 » (7997) Archiepiscopos et episcopos, abbates *etc.* iubet fratres hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosolimitani manu tenere in quaerendis per ecclesias elemosynis et legatis plenarie recipiendis. II non. Aug. a° 1°. || Strehlke Tab. 345. n° 429. — »Querelam gravem recepimus.«

» 4 » (7998) Repetit n° 7982 de 1227. Iul. 31: »Religiosos viros fratres.« II non. Aug. a° 1°. || Strehlke Tab. 346. n° 430.

» 5 » (7999) Repetit n° 7982 de 1227. Iul. 31: »Religiosos viros fratres.« Non. Aug. a° 1°. || Strehlke l. c. 346. n° 431; de Geer Archieven I. 54. n° 49.

» 6 » (8000) Priori et fratribus ecclesiae s. Mariae de Rheno (Bononiens. dioc.) constitutionem Honorii pp. III (*vid.* n° 5516) privilegium Gerardi Bononiensis episcopi confirmantem

1227.

approbat et confirmat, tenore et constitutionis et privilegii inserto. VIII id. Aug. a° 1°. ‖ Bullar. canon. regular. I. 27; Trombelli Mem. di S. Maria di Reno 385. n° 18. — »In litteris bonae.«

Aug. 6 Anagniae (8001) (Roberto) episcopo et capitulo Sarum significat, se praebendam, si qua in eorum ecclesia vacet ad praesens, alioquin primo vacaturam ibidem, donationi suae duxisse reservandam; mandat eis, ut de praebenda huiusmodi nihil disponere praesumant. VI die Aug. a° 1°. ‖ Wilkins Concil. I. 560. — »Non est novum.«

» 7 » (8002) Repetit Honorii III n° 7701: »Quanto maiora pro.« VII id. Aug. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 346. n° 432.

» 9 » (8003) Ecclesiam s. Mariae de Carcere priore eiusque fratribus postulantibus sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. V id. Aug. ind. XV. incarn. dom. a° 1227. pont. a° 1°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 465. n° 284. — »Effectum iusta postulantibus.«

» 9 » (8004) Monasterium s. Mariae de Wienna ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. V id. Aug. indict. XV. incarn. dom. a° 1227. pont. a° 1°. ‖ Pez Thesaur. VI. II. 78. n° 133; Hauswirth Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XVIII.) 28. n° 21. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 11 » (8005) Repetit n° 7981 de 1227. Iul. 30: »Paci et quieti.« III id. Aug. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 346. n° 433.

» 12 » (8006) Repetit n° 8002 de 1227. Aug. 7: »Quanto maiora pro.« II id. Aug. a° 1°. ‖ Strehlke l. c. 346. n° 434.

» 12 » (8007) Benedictae abbatissae monasterii s. Mariae Senensis totique conventui de sua ad apostolatus officium exaltatione congratulantibus rescribit easque rogat et obsecrat, ut sit ad Dominum clamor iugiter mentis suae, »ut servum servorum Christi et specialiter servum vestrum et ancillarum Christi omnium non absorbeat pelagus tempestatis. ... Positus in patibulo crucis, frementibus Iudaeorum turmis et crucifixoribus undique circumfusus ad vos venire nequeo; sed fellis et myrrhae poculo inebriatus anxior, et vos iuxta matrem Domini lamentantes a longe videre compellor. .... Rogate ut servi victimam Dominus non contemnat« *etc.* II id. Aug. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1227 § 64. 65; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 33. n° 11. — »Magna sicut dicitur.«

» 13 » (8008) Alberto Anagnino episcopo eiusque successoribus ecclesiam s. Theodori de Trebis cum aliis eiusdem loci et castrorum Filectini et Vallispetrarum quoad iura episcopalia perpetuo subiicit. Id. Aug. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 310; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 426. n° 6. — »Licet generalis sollicitudinis.«

» 13 » (8009) Priori, fratribus et sororibus S. Catharinae Mutinensis de Mundaria Ronchis et Collegarola aquaeductum, quem Mutinense commune eis donarunt, confirmat. Id. Aug. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 23. n° 13. — »Iustis petentium desideriis.«

» 13 » (8010) Repetit Honorii III n° 6958 de 1223. Febr. 1: »Graviter oculos divine.« Id. Aug. a° 1°. ‖ Strehlke l. c. 346. n° 435; de Geer Archieven I. 55. n° 50.

» 18 » (8011) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani indulget, ut, si contra ipsos supra his quae ipsorum ordini a sede apostolica sunt indulta, contra tenorem privilegiorum apostolicas litteras impetrari contigerit, quae de eorum ordine non fecerint mentionem, per eas non teneantur respondere. XV kal. Sept. a° 1°. ‖ Strehlke l. c. 346. n° 436. — »Quieti vestre providere.«

» 20 » (8012) Waciensi et Nitriensi episcopis et abbti Waradiensi Quinqueecclesiens. dioc. mandat, ut praepositum et canonicos Albenses dioc. Vesprimiens. ad observationem arbitrii per poenam in compromisso expressam in causa abbatis et conventus S. Martini de Pannonia contra eos vertente cogant. XIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 243. — »Dilecti filii ...«

» 21 » (8013) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani indulget, ut in causis suis fratres suos possint ad testimonium ferendum producere. XII kal. Sept. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 347. n° 437. — »Iustis petentium desideriis.«

» 21 » (8014) Geuriensi et Nitriensi episcopis et praeposito Geuriensi mandat, ut abbatem et conventum S. Martini de Pannonia in possessionem monasterii s. Mariae de monte Guizin ac insulae Obda inducant et inductos defendant. XII kal. Sept. a° 1°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 244. — »Dilecti filii ...«

» 26 » (8015) Simoni abbati et capitulo Sublacensibus confirmat castrum Roiatem et Roccam Siccam, quae eorum praedecessoribus Lando abbati et capitulo Alexander pp. III 1178. 30. Ianr. salvo iure Petri de Raone donaverat. VII kal. Sept. indict. XV. incarn. dom. a° 1227. pont. a° 1°. ‖ Spicil. Liber. 650. n° 11. — »In litteris bonae.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** |
| Aug. 26 | Anagniae | (8016) Clericis ecclesiae s. Mariae de Monte Corano ternarium clericorum numerum, qui statutus est in eorum ecclesia ad monasterium s. Trinitatis loci eiusdem in temporalibus pertinente, confirmat. vii kal. Sept. a° 1°. ‖ Spicil. Liber. 648. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 26 | » | (8017) Repetit n° 7981 d. d. 1227. Iul. 30: »Paci et quieti« — »vii kal. Sept. a° 1°«. ‖ Revue d'Alsace. Nouv. série. I. (Colmar 1870. gr. 8°) 56, *nonnisi gallice.* |
| » 28 | » | (8018) Archiepiscopis et episcopis universis indulget, ut per litteras, quas quidam citra appellationem in forma communi a sede apostolica obtinent, nequaquam conveniri possint nec etiam teneantur a correctione clericorum cessare, nisi seriem facti contineant et plenam de ipso fecerint mentionem. v kal. Sept. a° 1°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 428. n° 7. — »Desiderantes plurimum ut.« |
| » 28 | » | (8019) Populo Setino mandat, ut Landulfo de Ceccano domino castri Setini solitum fidelitatis iuramentum praestent. v kal. Sept. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 85. n° 144. — »Cum iura que.« |
| » 28 | » | (8020) Abbati et conventui S. Martini de Pannonia concedit praesentes litteras ad cautelam, ut eorum monasterio per factam confirmationem apostolicam quorundam privilegiorum regum et principum Ungariae Zagrabiensi ecclesiae concessorum nullum praeiudicium generetur. v kal. Sept. a° 1°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 245. — »Cum quedam privilegia.« |
| » 30 | » | (8021) Lodowicum regem Francorum rogat et monet, ut causam successionis comitatus Campaniae in suspenso teneat, donec causa natalium (Aalidis) reginae Cypri apostolico iudicio finem acceperit. iii kal. Sept. a° 1°. ‖ Teulet Layettes II. 130. n° 1940; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 242. n° 1777. — »In litteris bone.« |
| » 30 | » | * (8022) B(lancham) comitissam et Theobaldum eius natum Campaniae comitem ad exemplar Innocentii III cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, ita ut nemini liceat, sine iusta et rationabili causa in eorum personas excommunicationis vel in eorum bona interdicti sententias promulgare *etc.* iii kal. Sept. a° 1°. ‖ Teulet l. c. n° 1939; Jubainville l. c. 241. n° 1776. — »Quamvis apostolica sedes.« |
| » 31 | » | (8023) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis mandat atque praecipit, ut, cum a fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani acceperint de suis parochianis querelam, eos ad exhibendam iustitiam ecclesiastica districtione cogant. ii kal. Sept. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 347. n° 438. — »Cum a religiosorum.« |
| » 31 | » | (8024) Eisdem mandat, ut, si quis dictorum fratrum post factam professionem crucem dominicam et habitum ipsius abicere vel alium locum vel etiam monasterium maioris aut minoris religionis in eorum parochiis vel locis eis commissis transmigrare praesumpserit, tam ipsum quam qui eum retinere temptaverit, excommunicationis vinculo astringant. ii kal. Sept. a° 1°. ‖ Lünig Reichsarchiv XVI. 82. n° 80; Strehlke l. c. 347. n° 439; de Geer Archieven I. 56. n° 51. — »Dilectorum filiorum fratrum.« |
| Sept. 2 | » | (8025) (Simoni) archiepiscopo Bituricensi mandat, ut moniales et canonicos regulares et saeculares ac alios clericos suae diocesis efficaciter corrigat tam in capite quam in membris. iv non. Sept. a° 1°. ‖ Gallia christ. II. instr. 21. — »Ecce venit Deus.« |
| » 3 | » | (8026) Abbatibus et canonicis Praemonstratensibus ordinis constitutiones et statuta confirmat eisque praecipit, ut illa secundum s. Augustini regulam et s. Norberti dispositionem in candido habitu cum similibus cantu et observantiis uniformiter teneantur. iii non. Sept. indict. XV. incarn. dom. a° 1227. pont. a° 1°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 655. — »In eminenti apostolicae.« |
| » 4 | » | (8027) Fratri Ioachim S. Mariae et Iordano ordinis fratrum Praedicatorum prioribus et Gandulfo fratri eiusdem ordinis Paduanis monasteria exempta ordinis s. Benedicti et canonicos regulares cuiuscumque professionis vel ordinis, Humiliatos quoque et hospitalia Paduanae, Venetiarum et Tarvisinae civitatum et diocesum, monasteriis Cisterciensis ordinis et monialium pauperum inclusarum dumtaxat exceptis, omni anno semel vel pluries committit visitanda. ii non. Sept. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 23. n° 14; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 55. n° 48; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 34. n° 12. — »Succensa est quasi.« |
| » 4 | » | (8028) Rogerio subpriori Bononiensi, fratri Meliorato de ordine Praedic. et presbytero Iohanni de Gambara monasteria exempta ordinis s. Benedicti et canonicos regulares cuiuscumque professionis vel ordinis, Humiliatos quoque et hospitalia Cremonensis, Brixiensis et Pergamensis civitatum et diocesum, monasteriis Cisterc. ordinis et monialium pauperum inclusarum dumtaxat exceptis, omni anno semel committit visitanda. ii non. Sept. a° 1°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 167. — »Succensa est quasi.« |
| » 5 | » | (8029) Magistro Martino canonico Parmensi mandat, ut, cum multae factae sint a retroactis temporibus venditiones, donationes et infeudationes bonorum Mutinensis episco- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** patus a praedecessoribus Mutinensis episcopi sine sui consensu capituli, ea quae de bonis praefati episcopatus sic infeudata, vendita et donata constiterit, ad ius et proprietatem ipsius studeat legitime revocare. Non. Sept. a° 1°. ‖ Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 87. n° 768. — »Venerabilem fratrem nostrum.« |
| Sept. 5 | Anagniae | (8030) Episcopo Bononiensi mandat, ut fratres ordinis Praedicatorum Bononiae commorantes priorem in ecclesia s. Nicolai libere instituere, destituere ac etiam confirmare permittat iuxta ordinis observantiam regularem. Non. Sept. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 24. n° 15. — »Cum fratres ordinis.« |
| » 7 | » | (8031) Populo Setinensi Paulum Iudicis civem Romanum concedit in rectorem. vii id. Sept. a° 1°. ‖ Georgii Histor. Setiae 240. — »Recepto nuper a.« |
| » 7 | » | (8032) Cisterciensi, de Bethania [Bitaine] et de Altocolle [Haut-Crêt] Cisterc. ord. abbatibus Cabilon., Bisunt. et Lausan. dioec., inter quos abbatem de Altocolle loco (Geraldi) quondam episcopi Valentinensis, tum patriarchae Ierosolymitani ad faciendam inquisitionem contra (Aimonem) Gebennensem episcopum subrogaverat, mandat ut in huius inquisitionis negotio iuxta H(onorii) praedecessoris sui continentiam litterarum procedant. vii id. Sept. a° 1°. ‖ Spon Hist. de Genève (Genève 1730. 8°) IV. 275. — »Cum bone memorie.« |
| » 13 | » | (8033) Alberto episcopo Anagnino annuens ecclesiam s. Mariae Anagninam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Id. Sept. indict. XV. incarn. dom. a° 1227. pont. a° (1°). ‖ Ughelli Ital. sacra I. 311. — »In eminenti apostolicae.« |
| » 15 | » | (8034) Episcopo, praeposito et cantori Georiensibus mandat, ut causam inter abbatem conventumque S. Martini de Pannonia et archiepiscopum Vesprimiensem super quadam eorum capella vertentem, quam hic cum suis aedificiis incendi et monachos existentes ibidem bonis omnibus spoliari fecerat, ad priores iudices remittant. xvii kal. Oct. a° 1°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 246. — »Dilecti filii ....« |
| » 16 | » | (8035) Monasterio s. Martini de Pannonia villas Mouam et duas quae Clericorum dicuntur, et Sataram, ac eam quae Nova dicitur, et de Odwori, de Precha, de s. Cruce, de Elben *etc.*, terras, praedia, molendina et decimas, quae iuste possidet, necnon quod ab abbate canonice factum est circa redditus et proventus mensae fratrum ac luminaribus monasterii assignatos confirmat. xvi kal. Oct. a° 1°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 247. — »In nostra proposuisti.« |
| » 17 | » | (8036) Priori et capitulo ecclesiae s. Ursi Augustensis ord. s. Aug. ius, quod in electionibus episcopi, praepositi et archidiaconi Augustensis legitime habent, confirmat. xv kal. Oct. a° 1°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1294. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 18 | » | (8037) Consulibus Alatrinis mandat, inhibeant, ne monasterium s. Bartholomaei de Trisulto ab hominibus Collepardi vel aliis temere molestetur. xiv kal. Oct. a° 1°. ‖ Spicil. Liber. 662. n° 21. — »Cum monasterium sancti.« |
| » 19 | — | Ecclesiam s. Mariae de Flumine de Ceccano tuendam suscipit. »Laterani« xiii kal. Oct. a° 1°. ‖ *Hoc privilegium editiones* Chronici Fossae Novae ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 894 (ap. Ughelli Ital. sacr. X. app. 33) *perperam tribuunt* Gregorio IX; Honorii III *est; vid.* n° 5334. |
| » 20 | Anagniae | * (8038) Grégoire prie Thibaut de donner aide et conseil pour la réformation de l'hôpital de Mormant. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 243. n° 1784. |
| » 23 | » | (8039) Monasterium s. Bartholomaei de Trisulto Cartus. ord. tuendum suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. ix kal. Oct. indict. XV. incarn. dom. a° 1227. pont. a° 1°. ‖ Spicil. Liber. 667. n° 29. — »Vinea culturae coelestis.« |
| » 27 | » | * (8040) (Hugoni) Longi Pontis, (?) Vallis Secretae et (Radulfo) S. Iohannis in Vineis Suession. dioc. abbatibus vel duobus eorum bullam pro Blancha comitissa et Theobaldo Campaniae comite eius filio iii kal. Sept. datam (*vid.* n° 8022) et ad triennium dumtaxat valituram committit exsequendam. v kal. Oct. a° 1°. ‖ Teulet Layettes II. 133. n° 1943; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 243. n° 1785. — »Quamvis apostolica sedes.« |
| » 27 | » | * (8041) I(ohanni) archidiacono Cathalaunensi et Hugoni Cathalaunensi et G. Lingonensi cantoribus mandat, ut iuxta litteras Honorii pp. III praedecessoris sui (Aalidim) reginam Cypri Romam curent citandam de natalibus responsuram, antequam causa successionis Campaniae diiudicetur. v kal. Oct. a° 1°. ‖ Teulet l. c. n° 1944; *cf.* Jubainville l. c. n° 1786. — »In litteris bone.« |
| » 27 | » | (8042) Omnibus et singulis presbyteris ordinis fratrum Praedicatorum concedit facultatem ubique terrarum praedicandi verbum Dei, confessiones audiendi et poenitentias iniungendi. v kal. Oct. a° 1°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 123. — »Quoniam abundavit iniquitas.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | 1227. |
| Sept. 28 | Anagniae | (8043) Universis ecclesiarum praelatis mandat, ut fratres ordinis Praedicatorum ad officium praedicandi, ad quod deputati sint, benigne recipiant ac populos commissos admoneant, ut ex ore dictorum fratrum Dei semen devote suscipiant. iv kal. Oct. a° 1°. ‖ Launoius Opp. l. 247; Matth. Paris Hist. maior 693. — »Quoniam abundavit iniquitas.« |
| | | »Imperator cum (Lodovico) lantgravio (Thuringiae) et reliquis crucesignatis se parat ad transitum ita, quod in die nativitatis b. Virginis (*i. e.* d. 8. Sept.) a Brundusio transfretans venit Hydruntum ..., ubi casu accidente dictus lantgravius obiit (d. 11. Sept.), et ipse tunc etiam imperator, sicut disposuerat, superveniente aegritudine non transivit. Quamobrem papa motus contra eum |
| » 29 | apud Anagniam | penultimo mensis Septembris in festo dedicationis archangeli denunciavit ipsum imperatorem in latam dudum apud S. Germanum excommunicationis sententiam incidisse.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1003 (ap. Ughelli Ital. sacr. [1647] III. 990; ap. Raynald. Ann. ad a. 1227 § 29). — »Ibi (*i. e.* Anagniae) sequente proximo festo s. Michaelis archangeli in maiori ecclesia pontificalibus indutus .... sermonem exorsus huiusmodi *Necesse est, ut veniant scandala,* et — Fredericum imperatorem ... excommunicatum publice nunciavit.« ‖ Vita Gr-i ex card. Arag. ap. Muratori l. c. III. i. 576. B (ap. Raynald. l. c. § 29). |
| » — | »Anagniae | proximo mense Septembris ordinationem faciens .... (Iohannem) Sabinensem creavit episcopum.« ‖ Vita Gr-i ap. Muratori l. c. III. i. 576. B. |
| Oct. 10 | Anagniae | (8044) Marsicano, Valvensi, Theatino, Pennensi, Aprutino ceterisque per has regiones constitutis episcopis significat, quomodo Fridericus Romanorum imperator promissiones pro liberatione Terrae sanctae toties factas eluserit. »Fridericum qui nec transfretavit in termino, nec illuc in taxatis passagiis praescriptam pecuniam destinavit, nec duxit mille milites per biennium tenendos ibidem ad suum pro subsidio Terrae sanctae, sed in his tribus articulis manifeste deficiens in excommunicationis descriptae laqueum ultroneus se ingessit, excommunicatum quamquam inviti publice (d. 29. Sept.) nuntiavimus, et mandamus ab omnibus arctius evitari.« vi id. Oct. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. a. 1227 § 30—39, *deficiente initio*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 24. — »In maris amplitudine.« *Cf.* Böhmer Regest. 1198—1254. p. 333. n° 9: »*Dieses schon durch den Inhalt so wichtige Aktenstück ist in Bezug auf die Abfassung wohl eins der ausgezeichnetsten, die überhaupt existiren. Warum doch sind so grossartige Denkmäler der Gesinnung und des Talentes so wenig bekannt, selbst bei den Freunden der Kirche, deren Hoheit darin so herrlich hervortritt?*« De eadem encyclica ait (*cf.* Böhmers Leben von Janssen. 1869. p. 289): »*Dies Rundschreiben sollte keinem katholischen Studenten der Theologie unbekannt bleiben!*« |
| | | * *In eundem modum, sed deficiente mensis nota et mendose:* »Data Laterani pontif. a° 2°« *directa* Stephano archiepiscopo Cantuariensi, *cum longiore prooemio* ad a. 1228 ap. Matth. Paris Hist. maior 345; Rogeri de Wendover Flores IV. 157; ap. Mansi Conc. XXIII. 41. |
| » 20 | Velletri | (8045) Ministrum et fratres ordinis Minorum ecclesiae s. Donati de Angarono (Agarano *Dondi*) sitae in capite pontis de Bassiano (Baxano *Dondi*) cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem praefatam ecclesiam eis confirmat. xiii kal. Nov. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 34. n° 13; Verci Stor. degli Ecel. III. 215. — »Licet sacrosancta Romana.« |
| » 21 | » | (8046) (Angelo) patriarchae Gradensi et (Iordano) episcopo Paduano de superiore ad ministrum *etc.* epistola significat eisque mandat, ne permittant, ut illi a quoquam contra protectionis et confirmationis apostolicarum tenorem molestentur. xii kal. Nov. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 35. n° 14; Verci l. c. 216; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 57. n° 49. — »Cum dilectos filios.« |
| ( » 20. 21) | » | * (8047) Austriae ducem ob ardentem sacrae expeditionis obeundae zelum collaudat atque in fidem suam et clientelam admittit. *Sine temporis nota.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1227 § 40. |
| » 26 | Laterani | (8048) Decano et thesaurario Salzburgensibus et priori de Ratenhaslach Salzb. dioc. causam vertentem inter praepositum capitulumque de Persgaden ex parte una et H. militem de Ramsaue Frising. dioc. ex altera super villa de Windepach et aliis possessionibus committit decidendam. vii kal. Nov. a° 1°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold II. 168. n° 15; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 17. n° 29. — »Praepositus et capitulum.« |
| (Oct. exeunte) | » | (8049) Frederico Romanorum imperatori et regi Siciliae scribit, se, licet ipsum sententia percellerit, maxima tamen qua potuerit dulcedine erga eum egisse; memorat oppressiones ecclesiarum in regno Siciliae et persecutionem comitum Celanensis et Raynaldi de Aversa pro quibus se ecclesia Romana obligavit, eumque monet, ut haec omnia emendet et ad gremium fidei catholicae satisfaciendo Deo et hominibus recurrat. *Sine signo chronol.* ‖ Raynaldi Ann. a. 1227 § 41; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 32. — »Utinam imperialem celsitudinem.« |
| Nov. 8 | » | (8050) Abbatem conventumque monasterii de Camberon Cisterc. ord. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem grangiam quae Stopeldic dicitur et ab I(ohanna) |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** |
| | | comitissa Flandrensi monasterio donata est, eis confirmat. vi id. Nov. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 33. n° 25. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| Nov. 9 | Laterani | (8051) Archiepiscopos et episcopos ac abbates, priores et alios ecclesiarum praelatos per Angliam constitutos monet, ut s. Edwardi gloriosi quondam regis Anglorum festum annua celebritate colant. v id. Nov. a° 1°. ‖ Wilkins Concil. I. 622; Rymer Foedera I. i. 102. — »Ut notam faciat.« |
| „ 13 | „ | (8052) (Henrico) Coloniensi, (Theodorico) Treverensi et (Sigfrido) Maguntino archiepiscopis et eorum suffraganeis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Coloniensem, Treverensem et Maguntinam provincias constitutis praecipit, ut illos, qui possessiones, res aut domos monialium in Porchet [Burtscheid] Cisterc. ord. Colon. dioc. vel earum hominum irreverenter invaserint *etc.*, si laici fuerint publice excommunicationis sententia percellant, si vero clerici *etc.* eos ab officio et beneficio suspendant. Id. Nov. a° 1°. ‖ Quix Burtscheid 225. — »Non absque dolore.« |
| „ 13 | „ | (8053) (Ludovico) regi Franciae promissionem decimae in concilio Bituricensi (Philippo) patri eius impertitam confirmat, statuitque ut decima ei sit integre persolvenda. Id. Nov. a° 1°. ‖ Acta s. Ludovici ed. Stilting 25; Raynaldi Ann. ad a. 1227 § 61; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 35. n° 15. — »Cum dilectus filius.« |
| „ 13 | „ | (8054) Herberto S. Genovefae Parisiensis abbati usum mitrae, chirothecarum et annuli personaliter concedit. Id. Nov. a° 1°. ‖ Dubois Hist. eccles. Paris. II. 378. |
| „ 16 | „ | (8055) Priori et conventui ecclesiae s. Marci Mantuanae indulget, ut tempore generalis interdicti duodecim fideles, qui divinis sunt obsequiis mancipati, interdicto durante ad divina recipiant. xvi kal. Dec. a° 1°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 642. n° 20. — »Solet annuere sedes.« |
| „ 17 | „ | (8056) Lugdunensi et (Iohanni) Bisuntinensi archiepiscopis mandat, ne abbatem et fratres Altaeripae [Hauterive] Cisterc. ord. Lausann. dioc. a malefactoribus suis iniurias sustinere et rapinas sinant. xv kal. Dec. a° 1°. ‖ Mémorial de Fribourg. IV. (1857). 109. — »Non absque dolore.« |
| „ 22 | „ | (8057) (Philippo) cancellario Parisiensi significat, se permittere, ut theologiae et decretorum liberaliumque artium doctores, qui in parochia et terra monasterii s. Genovefae Parisiensis infra Parisiensium murorum ambitum constituta docere voluerint, id absque ulla contradictione facere possint. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. I. 274. — »Dilecti filii abbas.« |
| „ 22 | „ | (8058) Abbati et priori S. Iohannis in Vineis et M. Radulfo de Coudun Suessionensi archidiacono de superiore bulla significat eisque praecipit, ut, si dictus Parisiensis cancellarius apostolicum mandatum adimplere neglexerit, ipsi partibus convocatis causam audiant faciantque quod decreverint per censuram ecclesiasticam firmiter observari. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Bulaeus l. c. III. 125. — »Dilecti filii abbas.« |
| „ 22 | „ | (8059) (Philippum) cancellarium Parisiensem de superiore epistola ad abbatem et priorem S. Iohannis *etc.* certiorem reddit. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Bulaeus l. c. III. 124. — »Dilecti filii abbas.« |
| „ 22 | „ | * (8060) Monasterium Cellae s. Mariae Cisterc. ord. Misnens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona confirmat. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Beyer Alt-Zelle 537. n° 72. |
| „ 22 | „ | * (8061) (Sigfrido) Maguntino, (Henrico) Coloniensi et (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, abbatibus, prioribus .... et aliis ecclesiarum praelatis per eorum provincias constitutis mandat, ut illos qui res, domos *etc.* fratrum Cellae s. Mariae irreverenter invaserint *etc.*, excommunicent *etc.* x kal. Dec. a° 1°. Beyer l. c. n° 73. — (»Non absque dolore.«) |
| „ 25 | „ | (8062) Praeposito Ariminensi causam archiepiscopi Ravennatis contra abbatem et conventum S. Gaudentii, A. Dominicum Iohannis et alios civitatum et diocesium Fanensis et Senogalliensis, qui quasdam possessiones ad Ravennatem ecclesiam pertinentes contra iustitiam detinebant et reddere nolebant, committit decidendam. vii kal. Dec. a° 1°. ‖ Amiani Mem. di Fano I. 191. — »Venerabilis frater noster.« |
| „ 25 | „ | (8063) Repetit n° 7969 de 1227. Iul. 21: »vii kal. Dec. a° 1°« — »Si diligenter attenditis.« ‖ Strehlke Tab. 348. n° 440. |
| „ 26 | „ | (8064) Priore et fratribus ordinis Praedicatorum S. Nicolai Bononiensis postulantibus decernit sepulturam in ecclesiis eorum liberam. vi kal. Dec. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 24. n° 17. — »Cum a nobis.« |
| 26 | „ | (8065) Alberto episcopo Anagnino intimat, se propter communis mensae episcopalis et canonicorum tenuitatem concedere eidem mensae ecclesiam s. Salvatoris cum omnibus pertinentiis positam in territorio Anagnino. vi kal. Dec. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 312. — »Anagninam ecclesiam cuius.« |

1227.

Nov. 27 | Laterani | * (8066) Compositionem inter (Brunonem) episcopum et capitulum Misnenses ex parte una et abbatem conventumque Cellae s. Mariae Cisterc. ord. Misnens. dioc. mediante (Gernando) episcopo Brandeburgensi super quibusdam decimis initam confirmat. v kal. Dec. aº 1º. || Beyer Alt-Zelle 538. nº 74.

» 30 | » | (8067) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum postulantibus sepulturam in eorum ecclesiis liberam esse decernit. II kal. Dec. aº 1º. || Ripolli Bullar. Praed. I. 25. nº 18. — »Cum a nobis.«

Dec. 1 | » | (8068) Abbati Stadensi et praeposito de Chevena [Zeven] Bremens. dioc. et decano Bremensi mandat, ut causam vertentem inter (Bertoldum) episcopum capitulumque Lubicenses et Alexandrum H. Nigrum ac quosdam alios cives Lubicenses, qui infra limites parochiae ipsorum s. Nicolai Lubicensis quandam ecclesiam construere praesumpserunt, fine debito terminent. Kal. Dec. aº 1º. || Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 59. nº 56. — »Venerabilis frater noster.«

» 1 | » | (8069) Eisdem mandat, ut causam dictorum episcopi et capituli contra H. de Parke, H. de Bocholt et quosdam alios cives Lubicenses, qui ea quae pro fabrica Lubicensis ecclesiae a Christi fidelibus offeruntur violenter accipiunt, et de ipsis pro sua voluntate disponunt, fine debito terminent. Kal. Dec. aº 1º. || Leverkus l. c. 60. nº 57. — »Venerabilis frater noster.«

» 2 | » | (8070) Priori et capitulo S. Martini ad Avesam Veronensis ord. s. Aug. concedit, ut, cum civitas Veronensis generali supposita fuerit interdicto, liceat eis non pulsatis campanis *etc.* divina officia celebrare. IV non. Dec. aº 1º. || Biancolini Chiese di Verona II. 613. — »Cum a nobis.«

» 2 | » | (8071) Priori et fratribus heremi Camaldulensis inhibet, ne praelati ecclesiarum suarum possessiones sine eorum assensu vendere, infeudare aut alienare praesumant. IV non. Dec. aº 1º. || Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 467. nº 286. — »Providere volentes ecclesiis.«

» 5 | » | (8072) (Galterio) archiepiscopo Senonensi mandat, ut vota, quae (Blancha) regina Francorum spiritu fervens leviter emiserit et vix aut nunquam poterit adimplere, examinet, commutet aut annullet. Non. Dec. aº 1º. || Teulet Layettes II. 136. nº 1953. — »Quia non semper.«

» 5 | » | * (8073) Grégoire invite Thibaut comte de Champagne à exclure des foires de Champagne les marchands de Toulouse, excommuniés pour leurs fautes énormes et manifestes, et à les empêcher d'habiter sa terre. || Jubainville Comtes de Champagne V. 246. nº 1803.

» 7 | » | (8074) Abbatem et conventum monasterii in Thincia cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem villam de Grodzecz eis confirmat. VII id. Dec. aº 1º. || Cod. dipl. Tinecens. 7. nº 4. — »Iustis petentium desideriis.«

» 7 | » | (8075) Eisdem villam quae dicitur Orlowa cum omnibus iuribus et pertinentiis confirmat. VII id. (*om. Bierm.*) Dec. aº 1º. || G. Biermann Das ehem. Ben.-Stift Orlau im Teschnischen (Progr. des ev. Gymn. in Teschen. 1862. 4º) 24; Cod. dipl. Tinec. 8. nº 5. — »Iustis (Cunctis *B.*) petentium desideriis.«

» 7 | » | (8076) Abbati Stadensi, praeposito de Chevena [Zeven] Bremens. dioc. et scolastico Bremensi mandat, cogant per censuram ecclesiasticam Hermannum de Greven, Th. et G. de Aringen et quosdam alios cives Lubicenses, qui clericos et alios viros religiosos ausu sacrilego capiunt et detinent carcerali custodiae mancipatos, ut ab huiusmodi praesumptione omnino desistant. VII id. Dec. aº 1º. || Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 60. nº 58. — »Quanto gravius contra.«

» 9 | » | (8077) Aretino episcopo concedit, ut priori et fratribus heremi Camaldulensis monasterium de Fellonica in spiritualibus et temporalibus dissolutum conferat et sic ad reformationem ipsius per ordinem Camaldulensem regulariter procedatur. V id. Dec. aº 1º. || Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 468. nº 287. — »Supplicarunt nobis dilecti.«

» 9 | » | (8078) Capitulo Aretino de superiore epistola significat eosque rogat, ut assensum suum super hoc sine difficultate impendant. V id. Dec. aº 1º. || Mittarelli l. c. 468 in nº 287. — »Cum venerabilis frater.«

» 9 | » | (8079) Abbati de Monte Armato Bononiens. dioc. litem inter abbatem conventumque monasterii s. Michaelis de Castro Brittorum Camaldul. ord. et archiepiscopum Ravennatem super ecclesia s. Apollinaris et quibusdam aliis possessionibus vertentem committit terminandam. V id. Dec. aº 1º. || Mittarelli l. c. 469. nº 288. — »Abbas et conventus.«

» 9 | » | (8080) Ulrico praeposito eiusque fratribus postulantibus ecclesiam s. Nicolai Pataviensis ord. s. Aug. tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia quibus aliquot nova addit, confirmat. V id. Dec. indict. XV. (VI. *Kuen*) incarn. dom. aº 1227. pont. aº 1º. || Kuen Collect. script. V. I. 111; Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold II. 540; Mon. Boica IV. 324. — »Religiosam vitam eligentibus.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** |
| Dec. 13 | Laterani | (8081) (Theobaldo) archiepiscopo Rothomagensi mandat ut, non obstantibus dispensationibus, ecclesiarum rectores ad personalem in eisdem residentiam cogat. Id. Dec. a° 1°. ‖ Bessin Concil. Rothomag. II. 48. — »Ex parte tua.« |
| » 14 | » | (8082) Ministro fratrum Minorum eiusque successoribus curam committit pauperum monialium inclusarum. xix kal. Ianr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 36. n° 16. — »Quoties cordis oculus.« |
| » 15 | | »Mense Decembri Landulfus Senebal(dus) in abbatem Casinensem electus ad papam vadit et in quatuor temporibus natalis Domini ab eo sacerdotis munus accepit.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1004 (ap. Ughelli Ital. sacr. [1647] III. 991). |
| » 16 | » | (8083) (Henrico) archiepiscopo Mediolanensi mandat, ut usque ad primo (*leg.* proximo) venturum festum resurrectionis dominicae omnes qui in Lombardia ac Marchia Humiliatos se dicunt, ad observationem regulae seu vivendi formam ab Innocentio pp. III traditam compellat. xvii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 169. — »Dilecti filii prepositi.« |
| » 18 | » | (8084) Abbati S. Dionysii Parisiens. dioc. benedicendi ecclesiae suae pallas altaris et sacerdotalia indumenta concedit facultatem. xv kal. Ianr. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 563. — »Religiosa loca in.« |
| » 18 | » | (8085) Abbati Stadensi, praeposito de Cheuena Bremens. dioc. et scolastico Bremensi significat, se comperisse, consules Lubicenses quaedam iniqua statuta edidisse, videl. ut nullus civis Lubicensis aliquas res immobiles ecclesiis vendere aut donare audeat vel legare *etc.*, seque praefatis consulibus dare firmiter in praeceptis, ut statuta huiusmodi destruant. Mandat eis, ut, si illi mandatum apostolicum neglexerint adimplere, ipsos ad ea per censuram ecclesiasticam cogant. xv kal. Ianr. a° 1°. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 61. n° 59. — »Hominem contra hominem.« |
| » 20 | » | (8086) Capitulo Albiensi mandat, ut infra 15 dies post praesentium litterarum receptionem Bituricensis archiepiscopi consilio in loco defuncti Guilelmi novum episcopum canonice eligant. xiii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Baluze Histor. Tutelens. 529. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 20 | » | (8087) (Simoni) archiepiscopo Bituricensi de superiore ad capitulum Albiense epistola significat eique mandat, ut, si illi infra terminum praefixum electionem adimplere neglexerint, auctoritate apostolica praefatae ecclesiae pastorem praeficiat. xiii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Baluze I. c. 529. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 22 | — | Fratres Militiae Iesu Christi per Italiam constitutos: »Perusii xi kal. Ianr. a° 1°« — »Egrediens haeret. ab.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 25. n° 19, *vid.* 1228. Dec. 22. n° 8300. |
| » 25 | » | (8216) R(omano) S. Angeli diacono card. apostolicae sedis legato concedit, ut auctoritate apostolica valeat dispensare, quod (Alphonsus) frater (Ludovici) regis Francorum (Iohannam) filiam R(aimundi) filii quondam comitis Tolosani ducere possit in uxorem, si ex hoc pacem inter illos provenire contigerit. vii kal. Iul. aº 2º. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. preuv. 338; Teulet Layettes II. 140. nº 1969. — »Credentes esse consultius.« |
| » 25 | » | (8217) Benedicto abbati Crassensis monasterii chartam Caroli Calvi ad Heliam abbatem S. Mariae Urbionis d. 25. Oct. 876 directam confirmat, qua praefatus rex coenobii protectionem suscipit eique privilegia diversa tribuit. vii kal. Iul. aº 2º. ‖ Mahul Cartul. II. 266; Teulet l. c. 142. nº 1971. — »Quia loca sancta.« |
| » 26 | » | • (8218) Eidem chartam Caroli Simplicis confirmat, qua hic petente Wititza abbate S. Mariae Vrbionis a. 908. Nov. 3. cellas aliasque res dicto monasterio confirmaverat. vi kal. Iul. aº 2º. ‖ Mahul l. c. 266. |
| » 26 | » | • (8219) Eidem chartam Caroli Calvi hîc insertam et ad Suniarium abbatem s. Mariae monasterii quod est situm super fluvium Orbionis directam confirmat, qua cellae aliaeque res isti coenobio collatae confirmantur ab illo rege. vi kal. Iul. aº 2º. ‖ Mahul l. c. 266. |
| » 26 | » | • (8220) Grégoire remercie Thibaut comte de Champagne des honneurs qu'il a rendus à Romain de Saint-Ange cardinal-diacre. Il a le projet d'envoyer Romain comme légat en France; il prie Thibaut comte de Champagne de lui donner assistance. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 253. nº 1841. |
| » 26 | » | • (8221) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut magistrum et fratres militiae Templi a praestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante concilium Lateranense, quam de novalibus ante aut post concilium dictum acquisitis omnino servent immunes. vi kal. Iul. aº 2º. ‖ Escluseaux Privil. des papes 88. |
| » 28 | » | (8222) Agnete abbatissa eiusque sororibus postulantibus monasterium s. Hillari in episcopatu Fesulano situm sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. iv kal. Iul. indict. I. incarn. dom. aº 1228. pont. aº 2º. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. I. 199. — »Prudentibus virginibus quae.« *Cf.* nº 8241. |
| » 30 | » | (8223) (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopo et (Gernando) episcopo Brandenburgensi mandat, ut (Brunonem) Misnensem episcopum »qui adeo in diebus suis processisse dicatur, quod propter aetatis senescentis in ipso defectum Misnensis ecclesia iam graviter est collapsa«, ad cedendum diligenter inducant. ii kal. Iul. aº 2º. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. i. 98. nº 107. — »Cum venerabilis frater.« |
| Iul. 1 | » | (8224) (Conrado) episcopo et capitulo Caminensibus mandat, ut, cum secundum scriptum Honorii III d. d. 1223. Apr. 8 (*cf.* nº 6987) et praestitum iuramentum Magdeburgensi ecclesiae ac eius archiepiscopo in omnibus obedire teneantur, eisdem devote obediant, salvis aliis Caminensis ecclesiae privilegiis. Kal. Iul. aº 2º. ‖ Hasselbach Cod. Pomeran. I. 387. nº 166; Klempin Pommersches UB. I. 198. nº 245. — »Cum tu frater.« |
| » 1 | » | (8225) Abbatibus tam exemptis quam non exemptis monachorum nigrorum provinciae Narbonensis confirmat statuta, quae apud monasterium s. Tiberii Agathens. dioc. secundum mandatum apostolicum pro reformatione et correctione ordinis in provinciali capitulo a. 1226. Dec. 7 fecerant, tenore eorum inserto. Kal. Iul. aº 2º. ‖ Achery Spicil. I. 707 (VI. 30); Bullar. Roman. ed. Taur. III. 434. — »Cum pro reformatione.« |
| » 1 | » | (8226) (Geroldo) episcopo Frisingensi indulget facultatem absolvendi eos, qui de civitate ac diocesi Frisingensi incendium commiserunt, ac convertendi mulctas in reparationem ecclesiae et civitatis per ignem devastatae. Kal. Iul. aº (11º, *sed legas*) 2º. ‖ Meichelbeck Histor. Frising. II. i. 3. — »Ex parte tua.« |
| » 1 | » | • (8227) Chartam Pipini Aquitanorum regis hîc insertam et a. 838 datam confirmat, qua ille Agilae abbati s. Mariae monasterii, quod est situm super fluvium Orobione in confinio Narbonensi et Carcassensi aliquot cellulas privilegiaque concesserat. Kal. Iul. aº 2º. ‖ Mahul Cartul. II. 269. |
| » 1 | » | • (8228) Monasterium s. Mariae de Horst tuendum suscipit eiusque bona confirmat. Kal. Iul. aº 2º. Tijdrekenk. Register op het oud provinc. Archief van Overijssel (Zwolle 1857) I. 8. |

**1228.**

Iul. 4 Perusii * (8229) Crassensis monasterii b. Mariae patrocinium suscipit, ei ecclesias ab imperatore Karolo vel ab aliis catholicis principibus collatas confirmat ac diversa Urbani pp. praecepta iterat. IV non. (Iun., *sed legatur*) Iul. a° 2°. ‖ Mahul Cartul. II. 266.

„ 5 „ * (8230) Abbati et priori Dervensis monasterii scribit de confirmatione iuris patronatus Cluniacensium fratrum in quibusdam ecclesiis Remensis provinciae. III non. Iul. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 107.

„ 7 „ (8231) Universos doctores et magistros theologiae Parisienses graviter increpat, quod elatiori spiritu ostendendae philosophiae causa Scripturarum difficultates et inexplicabilia dogmata enodare contendebant, atque qui nimis ratiocinationi humanae addicti fidem evacuabant, naturae tribuentes quod soli gratiae tribuendum sit. Praecipit, ut deinceps in explicandis aperiundisque Scripturarum oraculis sanctissimorum patrum doctrinam, non philosophorum fucatas rationes adhibere studeant. Non. Iul. a° 2°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 129; d'Argentré Coll. iudic. I. 137; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1228 § 29. — »Tacti dolore cordis.«

„ 8 „ (8232) Abbati et conventui S. Dionysii in Francia indulget, ut, cum abbas eiusdem monasterii mitrae, annuli, cirothecarum et sandaliorum usum habeat, idem tunica et dalmatica de cetero utatur et benedictionem dare solemnem possit. VIII id. Iul. a° 2°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 563; Félibien Hist. de l'abb. de S. Denis, preuv. 119. — »Cum monasterium vestrum.«

„ 8 „ (8233) Georiensi et Nitriensi episcopis et praeposito Georiensi mandat, ut in causa inter abbatem conventumque monasterii s. Martini de Pannonia et Demetriam comitem et Favianum militem super monasterio s. Mariae de monte Guizin, capella de s. Spiritu et insula de Obda vertente, quam eis commisit, iuxta primi mandati tenorem infra duos menses procedant. VIII id. Iul. a° 2°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 254. — »Ex parte dilectorum.«

„ 8 „ (8234) Aegidio subdiacono et capellano suo de superiore ad Georiensem et Nitriensem episcopos *etc.* epistola significat eique mandat, ut, si illi papale praeceptum neglexerint adimplere, ipse ex tunc mandatum super hoc apostolicum exequatur. VIII id. Iul. a° 2°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 255. — »Ex parte dilectorum.«

„ 8 „ * (8235) Monasterium s. Galli de Motio ord. s. Ben. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quae distincte enumerat, confirmat ac varia ei concedit privilegia. ‖ Bianchi Docum. 37. n° 95.

„ 9 „ (8236) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Franciae constitutis significat, se b. Franciscum institutorem et rectorem ordinis fratrum Minorum catalogo sanctorum adscripsisse, eosque rogat et monet, ut devotionem fidelium ad venerationem istius excitantes festivitatem eius IV non. Oct. annis singulis excolant et pronuncient constituto die specialiter excolendam. VII id. Iul.*) a° 2°. ‖ Gr-i pp. IX Gesta 77; *non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1228 § 36; *argum. in* Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 44. n° 26. — »Sicut phialae aureae.«

* *Num potius legendum* VII id. Aug.? *Cf. infra* Iul. 16. 19 *etc.*

„ 11 („) * (8237) Renouvelle la défense déja faite à plusieurs reprises aux chanoines de Maguelone, de quitter leur église sans la permission du prévôt, pour aller suivre l'enseignement des écoles publiques ou pour se mêler d'affaires mondaines. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 406.

„ 11 „ * (8238) Benedicto abbati et conventui monasterii Crassensis concedit, ut, cum in provincia Narbonensi et partibus adiacentibus compellantur laici relinquere decimas, quas antiquitus retinere solerent, percipiant eas integre a suis ecclesiis quibus debentur. V id. Iul. a° 2°. ‖ Mahul Cartul. II. 269.

„ 12 „ (8239) Iohanni de Montelauro praeposito S. Petri Magalonensis eiusque fratribus annuit et praefatam ecclesiam s. Petri ord. can. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. IV id. Iul. indict. I. incarn. dom. a° 1228. pont. a° 2°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 554. n° 31; *cf.* 408. — »Quotiens a nobis.«

„ 13 „ (8240) (Homobonum) episcopum Cremonensem admonet, ut archiepiscopo Mediolanensi obedientiam et reverentiam »sicut ipsius suffraganeus« exhibeat. III id. Iul. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 607; Zacharias Cremonens. episc. 134. — »Cum olim duxerimus.«

„ (14 aut 15) Assisium, »Gregorius pp. mense Iulio de *Perusio* vadit ubi fratrem Franciscum Minorum fratrum ordinis inventorem propter duo quae fecerat miracula in aperto, .... canonizavit, et *Perusium* rediens ibi anniversarium magnifice celebrat Innocentii pp. praedecessoris sui.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. It. VII. 1006 (ap. Ughelli Ital. sacr. [1647] III. 993. — »Sanctissimus pp. Gregorius de fratrum consilio perrexit *Assisium*, ubi IV non. Oct. a° sui pontificatus 2°*) ... b. Franciscum crucifixi magistrum .... decrevit in sanctorum catalogo adnotandum, ac

**1228.**

post triduum *Perusium* est reversus.« || Vita Gr-i ex card. Aragon. ap. Muratori Scr. rer. It. III. I. 577 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1228 § 33). — »Eodem a° XVII kal. Aug. b. Franciscus in catalogo sanctorum ascriptus et canonizatus fuit per supradictum papam.« || Salimbene Parmens. Chron. 8.

* Hic menda irrepserunt.

Iul. 16 — Assisii — »Hoc a° canonizatus est b. Franciscus, episcopis cardinalibus aliisque ecclesiarum praelatis numerosisque plebibus astantibus, a domino papa Gregorio altisona voce, protensis ad coelum manibus ita dicente: »»Ad laudem et gloriam omnipotentis Dei patris et filii et spiritus sancti et gloriosae virginis Mariae et b. apostolorum Petri et Pauli et ad honorem ecclesiae Romanae beatissimum Franciscum, quem Dominus glorificavit in coelis, venerantes in terris de consilio fratrum nostrorum et aliorum praelatorum in catalogo sanctorum decrevimus adnotandum, et festum eius die obitus sui celebrari.«« Facta sunt autem haec in civitate Assisii 2° a° pont. domini papae Gregorii XVII die kal. mensis Augusti.« || Ann. de Waverleia *in* Ann. monast. II. 304.

» 19 — Perusii — (8241) Agnete abbatissa eiusque sororibus petentibus monasterium s. Yllari (ord. s. Ben.) in episcopatu Fesulano situm ad instar Alexandri, Coelestini, Eugenii *etc.* pp. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. XIV kal. Iul. indict. I. incarn. dom. a° 1228. pont. a° 2°. || Soldani Hist. de Passiniano 132. — »Prudentibus virginibus que.« *Cf.* n° 8222.

» 19 — » — (8242) Archiepiscopis, episcopis *etc.* (Universis Christi fidelibus *Gr-i Gesta*) nunciat, se b. Franciscum adscribi decrevisse sanctorum catalogo venerandum et statuisse, ut IV non. Oct. »die videlicet quo a carnis ergastulo absolutus ad aetherea regna pervenit«, ab universali ecclesia natalitia eius celebrentur. XIV kal. Aug. a° 2°. || G-i pp. IX Gesta 71; Cherubini Bullar. I. 84; Wadding Ann. Min. II. 201; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 42. n° 25; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1228. § 1. XIII. 334; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 438. n° 12; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1228. § 35. — »Mira circa nos.«

» 26 — » — (8243) R(omano) S. Angeli diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut G(uillelmum Gellonis) monachum Massiliensem, monasterii s. Guilelmi de Desertis per laicalem potentiam abbatem intrusum, deponat et eidem monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideri faciat. VII kal. Aug. a° 2°. || Gallia christ. VI. instr. 285. — »Dilectus filius Petrus.«

» 27 — » — (8244) Ecclesiam et hospitale s. Crucis de Fan, quae (Arno) episcopus Bergensis de novo fundavit, eius precibus inclinatus cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. VI kal. Aug. a° 2°. || Thorkelin Dipl. Arna-Magn. II. 25; Lange Dipl. Norveg. II. I. 7. n° 6. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 28 — » — (8245) (Simoni) Bituricensi archiepiscopo declarat, se nolle, ut ex eo quod factum sit per se vel mandatum suum de examinatione ac confirmatione electionis G(eraldi) Burdegalensis electi vel consecratione ipsius, praeiudicium eidem archiepiscopo vel eius ecclesiae generetur. V kal. Aug. a° 2°. || Gallia christ. III., animadvers. (2dae) in Tom. II, *sine pag.* — »Iuri tuo si.«

» 28 — » — * (8246) Eidem archiepiscopo mandat, ut sententias ab ipso adversus molentes et coquentes in molendinis et furnis fratrum Cluniacensium latas relaxet. V kal. Aug. a° 2°. || Bullar. ord. Cluniac. 107.

» 29 — » — * (8247) Abbati et priori monasterii Dolensis mandat, ut fratres Cluniacenses contra molestatores in provincia Bituricensi defendat. IV kal. Aug. a° 2°. || Bullar. ord. Cluniac. 108.

Aug. 3 — » — (8248) De Sichem, de Husborg et de Hildesleue abbatibus Halberstadens. dioc. significat, b. mem. (Sigwinum) Caminensem episcopum tempore Innocentii pp. (III) iurasse »quod devotus et obediens esset Magdeburgensi ecclesiae ac eius archiepiscopo Alberto et successoribus eius in omnibus«, et capitulum Caminense plenum adhibuisse huic promissioni consensum, eamque ob rem dictum papam ipsis dedisse in mandatis, ut Magdeburgensi ecclesiae *etc.* iuxta promissionem praedictam obediant. »Quia id efficere denegarunt, p. mem. Honorius praedecessor .... episcopo Caminensi et capitulo memorato mandavit, ut supradictum sui praedecessoris mandatum firmiter .... servarent. Sed cum nec sic velint Magdeburgensi ecclesiae obedire, nos utriusque praedecessoris nostri mandati viso tenore ... saepedictis episcopo et capitulo per nostra scripta mandavimus, ut Magdeburgensi ecclesiae ... parere procurent.« Quocirca eis mandat, ut, si episcopus et capitulum mandatum apostolicum neglexerint adimplere, eos ad id cogant. III non. Aug. a° 2°. || Boysen Histor. Magazin II. 131; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 388. n° 167; Klempin Pommersches UB. I. 199. n° 246. — »Cum bonae (beatae *Hass.*) memoriae.«

» 4 — » — (8249) (Conrado) episcopo et capitulo Caminensibus iterum mandat, et Magdeburgensi ecclesiae et eius antistiti sine difficultate aliqua pareant. »Alioquin ... de Sichem, de Housborch et de Hildesleue abbatibus Halberstad. dioc. nostris damus litteris in man-

1228.

datis, ut vos ad id .... compellant.« II non. Aug. aº 2º. || Boysen l. c. 132; Hasselbach l. c. 389. nº 168; Klempin l. c. nº 247. — »Cum bonae (beatae *Hass., Kl.*) memoriae.«

Aug. 4 Perusii (8250) (Geroldo) patriarchae Ierosolymitano apostolicae sedis legato mandat, faciat ut compositio inter (Eustorgium) archiepiscopum Nicosiensem et suffraganeos eius ex parte una et regem et reginam matrem eius, quondam Philippum de Ybellino balium eius necnon nobiles viros, comestabulum barones, milites ac alios homines universos Cypri ex altera super quibusdam decimis, possessionibus et rebus aliis facta (Famagustae d. 14. Sept. 1222) mediante (Pelagio) Albanensi episcopo tunc fungente legatione in partibus Orientis firmiter observetur. II non. Aug. aº 2º. || MasLatrie Hist. de Chypre III. 625. — »Venerabiles fratres nostri.«

» 5 » (8251) Romano (S. Angeli presb. card.) Francorum (sic! *i. e.* in Francia) legato scribit, quomodo Templarios a Saracenis (Apuliae) provocatos, cum vim vi repulissent, Thomas Acerrarum comes imperatoris baiulus spoliavit et praedam restituit Saracenis. »Ad haec pro certo scias, quod licet dictus imperator cum paucis militibus mare dicitur intrasse, contra patrimonium ecclesiae magnum exercitum christianorum et Saracenorum multitudinem destinavit.« Mandat ei, praedicet haec per terram legationis suae Christi fidelibus, ut pro statu fidei et religionis observantia stent. (»Laterani« *male Matth. Par., Mansi, Lün.*) Non. Aug. aº 2º. || Matth. Paris Hist. maior 348 (240), *sed minus recte*; Rogeri de Wendover Flores IV. 166; Mansi Conc. XXIII. 45; Labbe Conc. XI. 1. p. 316; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 875; *correctior* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 73; *finis* ap. Raynald. Ann. ad a. 1228 § 15. — »Attende (attendite *Lün.*) quesumus et.«

» 19 » (8252) Compositionem inter praepositum Miechoviensem ex parte una et electum capitulumque Plocenses ex altera super villis de Gora et Suchodol et de Crampsco mediantibus abbate de Andreow Cisterc. ord., magistro Iohanne archidiacono et Andrea praeposito S. Michaelis Cracoviens. dioc. factam confirmat. XIV kal. Sept. aº 2º. || Nakielski Miechovia 149. — »Cum a nobis.«

» 26 » (8253) Universis Christi fidelibus ad ecclesiam s. Mariae de Petraficta in alpibus de Casentino, quae est priori Camaldulensi subiecta, accedentibus in festivitatibus b. Virginis indulgentiam 20 annorum concedit. VII kal. Sept. aº 2º. || Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 473. nº 292. — »Quoniam ut ait.«

» 30 » (8254) Potestati et populo Senensibus significat, se in colloquio apud Perusium pro variis ecclesiae negotiis celebrato omnes, qui Friderico imperatori sint iuramento fidelitatis adstricti et specialiter homines regni ab hoc iuramento absolvisse, et omnes, qui eidem contra ecclesiam Romanam vel impugnando patrimonium eius *etc.* auxilium praestiterint, excommunicasse. »Haec autem ideo vobis breviter nuntiamus, ne apud vos eius mendacia obumbrent.« Rogat et obsecrat eos, ut pro ecclesia matre sua stent fideliter et constanter. Addit: Fridericus »portum Brundusii latenter egrediens, quo pro certo iverit ignoratur.« III kal. Sept. aº 2º. || Saint-Priest Hist. de la conq. de Naples IV. append. 254 (*ubi perperam Gregorio X tribuitur*); Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. I. 494. — »Ad vestram et.«

Sept. 9 » (8255) Episcopo, priori S. Benedicti Paduanis et abbati de Carraria Paduan. dioc. controversiam inter archipresbyterum capitulumque Paduanos et priorem conventumque S. Mariae de Porcilia Paduanos super decimis molendinorum vertentem committit cognoscendam et terminandam. V id. Sept. aº 2º. || Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 475. nº 294. — »Postularunt a nobis.«

» 12 » (8256) Ravennatensi, Mediolanensi et Ianuensi archiepiscopis et eorum suffraganeis ac aliis ecclesiarum praelatis per eorum provincias constitutis repetit nº 8236 d. d. 1228. Iul. 9: »II id. Sept. aº 2º« — »Sicut phialae aureae.« || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 45. nº 27.

» 14 » (8257) Fratribus Minoribus postulantibus ecclesiam s. Crucis Florentinam, in qua divino sunt obsequio mancipati, sub b. Petri et sua protectione suscipit. XVIII kal. Oct. aº 2º. || Sbaralea l. c. 28. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 18 » (8258) S. Benedicti et S. Mariae de Vancio Paduae et S. Iacobi de Montis Silicis Paduanae dioc. prioribus mandat, ut ecclesiam s. Mariae de Plavi Cenetens. dioc. deformatam et diminutam fratribus Cisterciensis vel alterius ordinis tradant. XIV kal. Oct. aº 2º. || Cornelius Eccl. Venet. X. III. 302. — »Dilectum filium G.«

» 19 » (8259) Compositionem, quae inter abbatem conventumque Sanctae Crucis in Austria ex parte una et abbatem conventumque de Medelich [Melk] ex altera super quibusdam decimis intercessit, confirmat. XIII kal. Oct. aº 2º. || Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 70. — »Ea que iudicio.«

» 20 » (8260) Episcopo S. Andreae et abbati de Driburgh Praemonstr. ord. de fratribus monasterii Driburghensis, qui in se ipsos et alias personas religiosas *etc.* manus violenter iniecerunt, eorumque absolutione mandata dat. XII kal. Oct. aº 2º. || Liber S. Marie de Dryburgh 228. nº 281. — »Ex parte tua.«

**1228.**

Sept. 23 | Perusii | (8261) A. marchioni Anconitano et Estensi mandat, ut in Marchiam celeriter revertatur in quam »inimici ecclesiae nuncios destinarunt, qui nunc sedentes in insidiis in occulto, nunc publice discurrentes quotcunque possunt corrumpere moliuntur.« IX kal. Oct. a° 2°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 87. n° 148; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 73. not. 2. — »Memorari te credimus.«

» 23 | » | (8262) Abbati et conventui Sanctae Crucis in Austria decimas, quas in parochia de Alhait [Aland] de concessione b. mem. R(egenmari) Pataviensis episcopi (a. 1136; *cf.* Weis l. c. 3) canonice adepti sunt, confirmat. IX kal. Oct. a° 2°. || Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 70. n° 58. — »Iustis petentium desideriis.«

» 27 | » | (8263) Magistro Pelagotto canonico Faventino mandat, ut disceptet controversiam inter (Theodoricum) archiepiscopum Ravennatem ex parte una et Anselmum et C. fratres, Guidonem Bonacampanum et quosdam alios Ferrariensis et Ravennatis diocesium ex altera super temporali iurisdictione in Portus et Materii plebatibus exortam. V kal. Oct. a° 2°. || Amadesii Antist. Ravenn. III. 184. n° 44. — »Conquestus est nobis.«

Oct. 1 | » | (8264) Compositionem, quae inter abbatem conventumque Sanctae Crucis in Austria ex parte una et abbatem conventumque de Medelich [Melk] ex altera super quibusdam decimis amicabiliter intercessit, confirmat. Kal. Oct. a° 2°. || Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 71. — »Ea que iudicio.«

» 1 | » | (8265) Priorem de Durhust eiusque fratres ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque huius monasterii possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Kal. Oct. indict. I (!). incarn. dom. a° 1228. pont. a° 2°. || Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 564. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 12 | » | (8266) Ducem Venetorum rogat, ut societatibus cum Auximanis et Recanatibus initis omnino renuntiet. IV id. Oct. a° 2°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 87. n° 149. — »Solite dilectionis affectu.«

» 21 | » | (8267) Remensi, Senonensi, Rothomagensi, Turonensi, Bituricensi .... et Viennensi archiepiscopis et eorum suffraganeis, abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis in eorundem diocesibus constitutis notum facit, se ad purgandum terram Albigensium ab haeretica foeditate indulgentias olim ab apostolica sede concessas crucesignatis innovare, et Romanum S. Angeli diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum scientem huiusmodi naturam negotii et circumstantias ad eorum partes de latere suo destinare *etc.* XII kal. Nov. a° 2°. || Bullar. Roman. ed. Taur. III. 441. n° 13. — »Ardenti desiderio aspirantes.«

» 21 | » | • (8268) Monasterio Cluniacensi concedit privilegium, quo quaedam instrumenta super alienatione bonorum eiusdem confecta et furtive sigillata irrita facit. XII kal. Nov. a° 2°. || Bullar. ord. Cluniac. 108.

» 21 | » | • (8269) Abbati Cluniacensi concedit, ut subditorum suorum excessus non obstante appellatione corrigere possit. XII kal. Nov. a° 2°. || Bullar. ord. Cluniac. 108.

» 21 | » | • (8270) Conventui Cluniacensi electionem Bartholomaei abbatis confirmat. XII kal. Nov. a° 2°. || Bullar. ord. Cluniac. 108.

» 22 | — | Ecclesiam »in qua recondendum est corpus« s. patris Francisci, Assisii construendum *etc.*: »Reate XI kal. Nov. a° 2°. || Wadding Ann. Min. II. 604, *vid.* 1231. Oct. 22.

» 28 | Perusii | (8271) Militiam Christi contra Prutenos in Mazovia ad exemplar militiae Christi de Livonia a (Christiano) primo episcopo Prutenorum ordinatam confirmat et communit. V kal. Nov. a° 2°. || Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 19. n° 20. — »Solet annuere sedes.«

» 28 | » | (8272) Magistrum et fratres militiae Christi contra Prutenos in Mazovia cum bonis omnibus tuendos suscipit, specialiter autem villam et insulam ante Dobrin ab episcopo Mazoviae tunc electo, castrum et ecclesias de Dobrin cum terris, quae inter rivulos Camenicam et Celimenicam usque in Prusciam, partem villae, quae Quercus ultra villam (Vislam *Voigt*), et villam ante viveñ (? iuven. *Voigt*) Wlodizlau, que Sedlce (Sedlie *V.*) vulgariter appellantur, libertates quoque et immunitates a Conrado duce Mazoviae et Cuiaviensi *etc.* eis concessa confirmat. V kal. Nov. a° 2°. || Voigt l. c. 20. n° 21; Watterich Deutsch. Ordensstaat 239. n° 14; Theiner Monum. Polon. I. 17. n° 36. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 30 | » | (8273) Potestatem et populum Ravennae monet, ne monasterium s. Mariae Rotundae Ravennatis super insula Palazoli de cetero molestent, cum quaestio de ea ventilata coram Innocentio pp. praedecessore sententialiter definita sit. III kal. Nov. a° 2°. || Margarini Bull. Casin. II. 263. — »Indecens est et.«

» 31 | » | (8274) Mortarienses fratres et omnium ecclesiarum ad Mortariensem ecclesiam immediate spectantium priores et canonicos ordinis s. Augustini rogat et monet, ut abbati monasterii s. Petri in Coelo aureo de Papia »ubi corpus b. Augustini noscitur requiescere«, humiliter et devote obediant, cum in idem caput Mortariensis ordinis translatum sit.

**1228.**

ii kal. Nov. a° 2°. ‖ Pennottus Cleric. canon. histor. 207; *cf.* Robolini Notizie III. i. 113 not. — »Olim nobis in.«

Nov. 3 Perusii (8275) Prioribus ordinis Cartusiensis significat, se indulgentiam, qua abbatibus indultum sit ut possint absolvere de saeculo fugientes, ad ipsos extendere. iii non. Nov. a° 2°. ‖ Tromby Storia V. app. 114. n° 6. — »Pro reverentia religionis.«

» 7 » (8276) R(aynaldo) nato quondam C(onradi) ducis Spoletani opprobrat vehementer: »non enim contentus quod castrum Stipizi occupasti et turrem de Arnata obsidens invadisti eam in nostram contumeliam comburendo, quod construxisti castrum Leonis et homines nostros de Arrone ac quosdam de Cassia tibi fecisti iurare *etc.*; nunc marchiam Anchonitanam ingressus hostiliter ad occupandam eandem fraudes et vires exerces.« Monet eum, ut protinus marchiam exeat et dimittat et infra octo dies ablata restituat universa. vii id. Nov. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 87. n° 150; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 80. — »Satis domino tuo.«

» 8 » (8277) (Engilhardo) episcopo et capitulo de Nuemburch renovat privilegium Iohannis pp. (xix) d. d. »in mense Decb. 1° indict. xii« (*i. e.* 1029) prae nimia vetustate consumtum, quo Ildewardo episcopo Ziticensi licentiam dat episcopatum Siticensem (Cicensem *Leps.*) in Neuenburgum (Numburgum *Leps.*) locum munitum transferendi. vi id. Nov. a° 2°. ‖ Casp. Sagittarius Hist. Eccardi II marchionis Misniae (Ienae 1680. 4°) 17; Lepsius Bischöfe des Hochstifts Naumburg I. 277; *sine signo chronol.* Lünig Spicil. eccl. II. (Reichs-Arch. XVII.) Anh. 148. n° 6 *et* Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 886. n° 2. — »Destinati ad nos.« *Cf.* Jaffé Regest. n° 3117.

» 17 » (8278) Priorem, conventum et monasterium Vallis s. Iohannis (in Seitz) Carthus. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones, iura ac privilegia confirmat. xv kal. Dec. indict. I(!). incarn. dom. a° 1228. pont. a° 2°. ‖ Pez Thesaur. VI. ii. (Cod. epist. II.) 80. n° 134; *cf.* Pusch Dipl. Styriae II. 88. n° 23. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 17 » • (8279) Priorem et conventum monasterii de Valle s. Mauritii (in Gyrio Carthus. ord. Aquileg. dioc.) tuendos suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. xv kal. Dec. indict. I(!). incarn. dom. a° 1228. pont. a° 2°. ‖ Pusch l. c. 157. n° 51.

» 17 » • (8280) Monasterium Ebracense sub b. Petri et sua protectione suscipit. xv kal. Dec. a° 2°. ‖ Lang Regesta II. 175.

» 22 » • (8281) (Henrico) archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis eius mandat, ut subsidia stipendiario exercitui suo ministrent. x kal. Dec. a° 2°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 83. not. 1.

» 25 » • (8282) (Theodoricum) archiepiscopum Ravennatensem eiusque suffraganeos arguit, quod nondum excommunicationem contra Fridericum Romanorum imperatorem publicaverunt, eosque firmiter monet, ut in hoc negotio sine mora procedant. vii kal. Dec. a° 2°. ‖ *Meminerunt huius bullae* Montfaucon Bibl. manuscr. I. 437; Huillard-Bréholles l. c. 84. not.

» 28 » (8283) Engilhardo episcopo et capitulo Nuenburgensibus concessionem Innocentii pp. (a. 1138. m. Ianr. datam), ut episcopalis sedes Citicensis transferatur in Nuenburc, roborat, eundem locum Nuenburc episcopalem sedem constituit ipsumque cum omnibus bonis et possessionibus confirmat. iv kal. Dec. ind. I(!). pont. a° 2°. ‖ Lepsius Bischöfe des Hochstifts Naumburg I. 278. — »Licet hijs que.«

» 30 » (8284) Potestati et populo Ianuensibus scribit, F(ridericum) imperatorem christianis potius quam Sarracenis in Hierusalem studere officere, cum viros sceleratos loco sui dimiserit in partibus cismarinis, qui, ut eius iniquis iussionibus obsecundent, timorem divinum et humanum pudorem penitus abiecerint. Raynaldus enim natus quondam Conradi ducis Spoleti eius vicarius et minister patrimonium b. Petri invasit, presbyteros et alios clericos per manus Sarracenorum mutilavit, marchiam Anconitanam et ducatum Spoleti aggredi attentavit *etc.* »Quare in eundem Raynaldum et complices ac fautores suos excommunicationis sententiam« publicavimus. Addit, Fridericum non sine fraudis excogitatae commento Barensem archiepiscopum et Henricum comitem Maltensem ad sedem apostolicam de tractanda concordia misisse; cum autem imperator voluerit, ut praedictus Raynaldus procurator sit in hac re, se respondisse, tractatum reconciliationis cum eo haberi non posse nec debere. »Hoc autem vobis scribimus, ne falsa pro veris vobis a maliloquis suggerantur.« ii kal. Dec. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1228 § 16 *omisso initio*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 82. — »Illorum superbia qui.«

Dec. 3 » (8285) Viduae Henrici comitis de Sverin mandat, ut filios (Waldemari) regis Daniae et nepotem eius Ottonem de Brunsvich libertati restituat. iii non. Dec. a° 2°. ‖ Scheid Orig. Guelf. IV. praefat. 90; Meklenb. UB. I. 347. n° 361; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 767; Lisch Meklenb. Jahrb. XXVII. 139. — »Cum sit mulieribus.«

» 3 » (8286) Universis episcopis per Tusciam constitutis significat, se excommunicasse Fridericum dictum imperatorem, Raynaldum et Bertholdum filios quondam Conradi ducis

| | | |
|---|---|---|
| | | **1228.** Spoleti, patrimonii b. Petri invasores et fautores eorum *etc. In fine legitur:* »Verendum est omnibus, qui eisdem consilium, auxilium vel favorem impenderint, ne contra eos tanquam contra inimicos negotii Terrae sanctae, paganos videlicet et Christi blasphemos, procedere compellamur.« III non. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 88. n° 151; *cf.* Raynald. l. c. § 18; Huillard-Bréholles l. c. 84 not. — »Ad vestram credimus.« |
| Dec. 5 | Perusii | (8287) (Henrico) episcopo, decano et cantori ecclesiae Basiliensis mandat, ut compositionem inter abbatem de Beinwiler ex parte una et R. de Thierstein et R. filium eius ex altera super quibusdam hominibus et rebus aliis factam ab utraque parte per censuram ecclesiasticam firmiter observari faciant. Non. Dec. a° 2°. ‖ Solothurn. Wochenbl. f. 1824. p. 278. — »Dilectus filius abbas.« |
| » 8 | » | (8288) Fratribus Eremi de Brictinis Fanens. dioc. et aliis fratribus Eremo ipsi subiectis concedit regulam b. Augustini. VI id. Dec. a° 2°. ‖ Empoli Bullar. 123. — »Cum olim sicut.« |
| » 8 | » | * (8289) Abbati et priori Resbacensis monasterii et thesaurario Oyensi mandat, ut assignationes prioratuum, grangiarum et cellarum ordini Cluniacensi pertinentium et quibusdam abbatibus ad vitam concessorum revocent. VI id. Dec. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 109. |
| » 9 | » | (8290) Priori provinciali et fratribus Lombardiae ordinis Praedicatorum mandat, ut, si quid Cluniacensis abbas proponere voluerit in defensionem processus praedecessoris sui, admittant eundem et quae audierint sedi apostolicae fideliter referant. V id. Dec. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 29. n° 30. — »Licet super quibusdam.« |
| » 9 | » | (8291) Eisdem mandat, ut, cum ipsis super excessibus quibusdam in monasterio de Charitate commissis inquisitio sit commissa, expensas ad eiusdem prosecutionem necessarias exsolvant. V id. Dec. a° 2°. ‖ Ripolli l. c. n° 31. — »Cum super quibusdam.« |
| » 9 | » | (8292) Theodorico Ravennate archiepiscopo postulante nobilem ac famosam Ravennatem ecclesiam ad exemplar fel. rec. Calixti, Gregorii, Honorii, Gelasii et Honorii III Rom. pont. sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut quascumque possessiones et quaecumque eius bona, quorum plurima nominatim recenset, firma ei eiusque successoribus et illibata permaneant. V id. Dec. indict. 1(!). incarn. dom. a° 1228. pont. a° 2°. Amadesii Antist. Ravenn. III. 180. n° 43. — »Etsi universis sancte.« *Cf.* n° 8295. |
| » 11 | » | * (8293) Episcopo Seloniensi (Seloviensi *al.*) dat potestatem accipiendi unum canonicum ad evangelizandum verbum Dei et conversum Praemonstratensis ordinis ad obsequium suum ex quocunque monasterio Germaniae, non obstante contradictione praelati. III id. Dec. a° 2°. ‖ Invent. privil. in arch. Cracoviensi *in* Mittheil. a. d. Geb. d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands III. 64; Invent. privil. in arch. Cracov. 109 (*falso ad* a. 1229.) |
| » 12 | » | (8294) (Henrico) episcopo Wormaciensi significat, praepositum et capitulum ecclesiae Neusensis Wormat. dioc. postulasse a sede apostolica, ut tricesimum canonicorum numerum in ipsa ecclesia ad vicesimum octavum reduceret. Mandat ei, ut faciat in hac parte, quod utilitati eiusdem ecclesiae viderit expedire. II id. Dec. a° 2°. ‖ Baur Hessische Urk. II. 16. n° 15, *perperam ad* Dec. 4. — »Exposuerunt nobis prepositus.« |
| » 13 | » | (8295) Theodorico Ravennati archiepiscopo annuens Ravennatem ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Id. Dec. indict. I(!). incarn. dom. a° 1228. pont. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 377. — »Etsi universis sanctae.« *Cf.* n° 8292. |
| » 15 | » | (8296) Priori et conventui S. Andreae de Scotia mandat, ne de cetero de redditibus ad ipsorum mensam spectantibus clericis saecularibus pensiones conferant. XVIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 27. n° 66. — »Cum sicut ex.« |
| » 16 | » | * (8297) Eugubinos cum Romana sede reconciliat. XVII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Spicil. Liber. 645. |
| » 19 | » | (8298) Praeposito et capitulo Placentinis arbitrium, quod Papiensis episcopus tunc praepositus S. Euphemiae et P. Capo canonicus Placentinus tempore Innocentii pp. III in causa, quae vertebatur inter illos ex parte una et b. m. episcopum Placentinum ex altera super quibusdam procurationibus, expensis et rebus aliis, protulerant, auctoritate apostolica confirmat. XIV kal. Ianr. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 390. n° 74. — »Cum a nobis.« |
| » 21 | » | (8299) Cum (Erico) regi Suetiae conqueritur de iniquitate imperatoris Friderici, qui patrimonium Petri hostili exercitu per Raynaldum filium quondam ducis Spoletani suum vicarium et ministrum aggressus est. Huic quidem tres exercitus opponendos se providisse: cum tamen necessarii sumptus non habeantur, se mittere magistrum Simonem scriptorem suum, ut de subsidiis Romanae sedi conferendis cum rege ipso transigat. XII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 175; *sine nota temporis* Raynaldi Ann. ad a. 1228 § 19; Liljegren Svenskt dipl. I. 250. n° 244; *cf.* Celse Appar. 62. n° 2. — »Regi regum reges.« |
| » 22 | » | (8300) Fratres militiae Iesu Christi per Italiam constitutos cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit et inhibet, ne quis aliquem eorum capere, rapinis, in- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1228.** |
| | | iustis collectis vel exactionibus fatigare vel ad illicita iuramenta cogere aut alias indebite molestare praesumat. xi kal. Ianr. a° (1°, *sed legas*) 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 25. n° 19. — »Egrediens haereticorum ab.« |
| Dec. 23 | Perusii | (8301) Compositionem quae inter abbatem conventumque monasterii s. Mariae de Monte Mirteto ex parte una et archipresbyteros clericosque Ninphanos ex altera intervenit, ut videlicet de cunctis acquisitis a tempore generalis concilii a° 1215 facti, et amodo acquirendis ad solutionem non teneantur decimarum, pro quibus quasdam terras eisdem presbyteris et clericis concesserint, confirmat. x kal. Ianr. a° 2°. ‖ Spicil. Liber. 650. — »Cum a nobis.« |
| » 23 | » | (8302) (Carolo) Secowensi episcopo libertates et immunitates, quas eius ecclesiae (Eberhardus) Salçeburgensis archiepiscopus rite concessit, confirmat. x kal. Ianr. a° 2°. Sickel Monum. graph. Fasc. VI. tab. 4; *eiusd.* Texte 93. — »Cum a nobis.« |
| » 23 | » | (8303) Regem Scociae rogat et hortatur, ne de cetero super terris, possessionibus et aliis in puram elemosinam ecclesiae Christi collatis necnon super causis dotalicii et ecclesiarum advocationibus (*sic!* advocatiis?) ecclesias et clericos gravet. x kal. Ianr. a° 2°. ‖ Liber ecclesie de Scona 86. n° 120, *ubi* Gregorio X *perperam adscribitur.* — »Quanto maiorem tibi.« |
| » 23 | » | • (8304) Abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Salzeburgensem provinciam constitutis mandat, ut illos qui possessiones vel res abbatis et conventus de Victoria irreverenter *etc.* invaserint, excommunicationis sententia *etc.* percellant. x kal. Ianr. a° 2°. ‖ Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXVII. 179. n° 850. — »Non absque dolore.« |
| » 23 | — | Berardo archiepiscopo Panormitano: »Viterbii x kal. Ianr. a° 2°«. ‖ Pirri Sicilia sacra I. 144, *vid.* 1235. Dec. 23. |
| » 30 | Perusii | (8305) (Ugrino) archiepiscopo Colocensi petente libertatem et immunitatem universis clericis a iure concessam, ne videlicet ad saeculare iudicium pertrahantur et ne exactiones aliquae vel collectae quacunque occasione imponantur eisdem, quam (Andreas) rex Ungariae specialiter concessit clericis regni sui, clericis provinciae Colocensis confirmat. iii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. ii. 314; Theiner Mon. Hungar. I. 113 in n° 191. — »Christiani principes nunquam.« |
| — | — | (8306) Episcopo Silvanectensi, Iohanni de Monte mirabili archidiacono et succentori Parisiensi significat, se decernere, sacerdotem plura beneficia possidentem non posse ad episcopatum promoveri. *Sine signo chronol.* ‖ *Int.* Decret Greg. IX lib. 1. tit. 6 *de elect. et electi potest.* c. 54 ap. Boehmer Corp. II. 77; ap. Richter Corp. II. 89. — »Dudum ecclesia Rothomagensis.« |
| — | — | (8307) Claram abbatissam et conventum monialium inclusarum S. Damiani Assisii in afflictione positas consolatur et se earum orationibus commendat. *Sine signo chronol.* ‖ Wadding Annal. ad a. 1251 § 17; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 37. n° 17. — »Deus pater cui.« |
| — | — | • (8308) Capitulo Burdigalensi indulget, ut in ecclesiis suis ministros idoneos instituat nec archiepiscopus Burdigalensis absque manifesta et rationabili causa hanc institutionem infringat. A° 1228. ‖ J. Lopez L'église métropolit. de Saint-André de Bordeaux (Bord. 1668. 4°) 352 et 380. |
| — | — | • (8309) Gregorio IX scrisse all' abate ed ai monaci dell' abbazia di s. Gallo di Moggio, che egli, siccome il suo predecessore papa Lucio, ricevava quest' abbazia ed i religiosi sotto la protezione di s. Pietro e de' pontefici *ecc.* ‖ Manzano Annali del Friuli II. 298. |
| — | — | • (8310) Gregor. IX bekrachtigt de stichting in 1226, gedaen door Margriete weduwe vam Lambrecht Voet, van het godshuis van Heilige Catharine voor de arme zieken. ‖ Lambin Tydrekenkundige Lyst. Nalez. 2. |
| — | — | (Lodovico) regi Francorum: *Sine nota chronol.* — »Negotium quod agitur.« ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1228 § 20; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 37. n° 18, *vid.* 1228. Mart. 21. n° 8150. |
| — | — | †(x)• Magistris militiae S. Iohannis et Templi necnon et soldano Babyloniae necem Friderici imperatoris suadet. *Sine signo chronol.* ‖ Bartholom. de Neocastro ap. Muratori SS. rer. Ital. XIII. 1161; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. i. 490. |
| | | **1229.** |
| Ianr. 3 | Perusii | (8311) Stephano capellano suo mandat, ut fratribus S. Bartholomaei de Trisulto Cartus. ord., qui propter loci ariditatem subsidio indigeant alieno, in certis redditibus et perpetuis ab aliquo praelatorum regni Angliae, qui ad hoc sit sufficiens, caritative faciat provideri. iii non. Ianr. a° 2°. ‖ Spicil. Liber. 666. n° 28. — »Sicut ad omnes.« |
| » 4 | » | • (8312) Bituricensi, Burdegalensi et Turonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, abbatibus, prioribus, praepositis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per dictas |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1229.** |
| | | provincias constitutis mandat, ut illos qui possessiones vel res aut domos fratrum ordinis Grandimontensis irreverenter invaserint, si laici fuerint, ab ecclesiastica communione repellant, si vero clerici, eos ab officio et beneficio suspendant. II non. Ianr. a° 2°. ‖ Levesque Annal. ord. Grandimont. 221. |
| Ianr. 7 | Perusii | * (8313) Blancham Franciae reginam monet et hortatur, ut priorem et fratres ordinis Grandimontensis propensius commendatos habeat et specialem eis protectionem concedat. VII id. Ianr. a° 2°. ‖ Levesque l. c. 220. |
| » 10 | » | * (8314) (Marcello) abbati S. Dionysii in Broqueroia, qui redditus de Naste pro elemosyna pauperum donaverat (d. 1. Mai. 1227), hanc donationem confirmat. IV id. Ianr. a° 2°. ‖ Devillers Descript. V. 145. n° 68. |
| » 19 | » | (8315) Priori et conventui ecclesiae Cantuariensis significat, se providisse proponendum eidem ecclesiae magistrum R(ichardum) cancellarium Lincolniensem, ut operetur et custodiat illam, plena ei tam in spiritualibus quam in temporalibus administratione commissa. XIV kal. Febr. a° 2°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 366, *omisso initio.* |
| ( » 19) | ( » ) | (8316) Suffraganeis ecclesiae Cantuariensis significat, se electionem Walteri monachi Cantuariensis a conventu Cantuariensi factam cassavisse et magistrum Richardum Lincolniae cancellarium eidem ecclesiae praefecisse in archiepiscopum. *Sine signo chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. maior 355; Rogeri de Wendover Flores IV. 186; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 136. — »Ex commissa nobis.« |
| » 20 | » | (8317) Monasterium s. Prosperi Reginum ord. s. Ben., »quod ad ecclesiam Romanam noscitur pertinere«, tuendum suscipit, eius bona ac possessiones confirmat eique plura privilegia tribuit. XIII kal. Febr. indict. I(!). incarn. dom. a° 1228. pont. a° 2°. ‖ Affarosi Monast. di S. Prospero I. 192; *sine signo chronol.* Margarini Bullar. Cassin. II. 259. — »Quoties a nobis.« |
| » 20 | » | (8318) Ugrino archiepiscopo Colocensi concedit facultatem novam sedem episcopalem in monasterio Cuchet [Kaet] (in provincia Sirmiensi) statuendi. XIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Pray Hierarch. II. 364; Farlati Illyr. sacr. VII. 544; Katona Hist. crit. V. 538; Fejér Cod. dipl. III. II. 155 *et* VII. V. 242; Theiner Mon. Hungar. I. 88. n° 158; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 442; *non integra* ap. Fuxhoffer Monast. (ed. 2ª). I. 243; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1229 § 60. — »Iam dudum provide.« |
| » 20 | » | (8319) (Bertholdo) episcopo Argentinensi mandat, ut omnes illos qui possessiones vel res monasterii Mulenbronnensis [Maulbronn] Cisterc. ord. Spirens. dioc. irreverenter invaserint aut iniuste detinuerint decimasve ab eo exegerint, si laici, censura ecclesiastica, si vero clerici fuerint, suspensione a beneficiis et officiis ad restitutionem in integrum faciendam compellat. XIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Besoldus Docum. 797 (ed. 1720. fol. 494); Petrus Suevia eccles. 573; Wirtemberg. UB. III. 220. n° 735. — »Non absque dolore.« |
| » 20 | » | (Benedicto) episcopo Lincopensi, abbati de Gutlandia *etc.*: »XIII kal. Febr. a° 2°«. ‖ Celse Appar. 62. n° 3, *vid.* 1229. Ianr. 23. n° 8322. |
| » 23 | » | (8320) (Alberto) episcopo et praeposito Rigensibus et abbati de Dunemunde Cisterc. ord. Rigens. dioc. mandat, ut mercatores suarum partium, ne mercimonia cum Ruthenis qui propinqui sint Finlandiae, exerceant, donec desinant persequi de novo conversos ad fidem in Finlandia et terris vicinis, per censuram ecclesiasticam cogant. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Porthan Bullar. access. 114 *summatim*; Henr. Hartwich (praes. H. G. Porthan) Sylloge monumentor. ad illustrandam histor. Fennicam (Aboae 1802) I. 22. n° 5; Mitth. a. d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands VIII. 133; Bunge Livl. UB. III. 20. n° 100a; *cf. ibid.* Regest. 7. n° 114a. — »Attendens ille evangelicus.« |
| » 23 | » | (8321) (Benedicto) Lincopensi episcopo, abbati de Guthlandia Cisterc. ord. et praeposito de Visby mandat, ut episcopum clerum et populum Finlandenses contra vim ipsis illatam defendant. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 251. n° 246; *cf.* Celse Appar. 62. n° 5. — »Cum venerabilem fratrem.« |
| » 23 | » | (8322) Eisdem mandat petente (Thoma) Finlandensi episcopo, ut de translatione sedis episcopalis (a Rænthamækj Aboam) inquirant, et si e re esse inveniant, ut transferatur hoc cum consilio episcopi illius et clericorum eius effici procurent. X (XIII *Celse*) kal. Febr. a° 2°. ‖ Liljegren l. c. 251. n° 247; *cf.* Celse l. c. 62. n° 3. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 23 | » | (8323) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum concedit, »ut commissiones causarum vel sententiarum exequutiones a sede apostolica vel delegatis eius vel a quibuslibet aliis eis factas non teneantur recipere, nisi in litteris apostolicis de concessione huiusmodi mentio habeatur. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Liljegren l. c. 252. n° 248. — »Quieti uestre prouidere.« |
| » 23 | » | (8324) Eisdem fratribus praecipit, ut diocesanis episcopis debitam obedientiam et reverentiam exhibeant. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Liljegren l. c. 252. n° 249. — »Ne pro eo.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1229.** |
| Ianr. 23 | Perusii | (8325) Abbati de Wingarten et praeposito S. Petri in Augia Praemonstrat. ord. Constantiensis dioc. mandat, ut litem inter priorem et conventum monasterii Montis Angelorum et abbatem eorum super collatione praebendae ecclesiae de Buochis versantem diiudicent. x kal. Febr. a° 2°. ‖ Der Geschichtsfreund XIV. 238. — »Significarunt nobis ...« |
| » 23 | » | (8326) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint mandat, ut »si qui de fratrum Praedicatorum ordine in ipsorum partibus praedicaverint ad questum se pecuniarum convertendo, per quod religionem eorum qui paupertatem professi sunt contigeret infamari«, tanquam falsarios capiant et condemnent eosdem. x kal. Febr. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 252. n° 250. — »Quoniam habundavit iniquitas.« |
| » 27 | » | (8327) (Benedicto) episcopo Lincopensi, abbati de Gutlandia Cisterc. ord. et praeposito de Vysbi Lincop. dioc. mandat, ut mercatores de partibus suis, ne mercimonia cum Rutenis exerceant, donec desinant persequi conversos ad fidem in Finlandia et terris vicinis, per censuram ecclesiasticam cogant. vi kal. Febr. a° 2°. ‖ Liljegren l. c. 253. n° 250. — »Attendens ewangelicus ille.« |
| » 29 | » | (8328) Bartholomaeo abbate S. Mariae de Florentia eiusque fratribus postulantibus eorum monasterium protegendum suscipit, statuens ut omnes illius possessiones ac bona firma eis ipsis ipsorumque successoribus et illibata permaneant. Bona, quae nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. iv kal. Febr. indict. II. incarn. dom. a° 1228 (1229 *male Lami*) pont. a° 2°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 261; Lami Eccles. Florent. mon. I. 114. — »Cum omnium ecclesiarum.« |
| » 31 | » | (8329) (Thomae) episcopo Finlandensi lucos et delubra deputata olim ritibus paganorum, a conversis autem ad fidem eius ecclesiae collata confirmat. ii kal. Febr. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 254. n° 251; *cf.* Celse Appar. 62. n° 6. — »Annuere consueuit sedes.« |
| » 31 | » | (8330) (Beringero) episcopo Spirensi scribit, abbatem et conventum Mulembrunensis monasterii Cisterc. ord. sedi apostolicae conquestione monstrasse, »quod cum te ad ipsorum grangias contingit accedere, familiares tui procuratione solita non contenti animalia occidentes eorum carnibus intra monasterii septa vescuntur contra Cisterciensis ordinis instituta.« Mandat ei, ut talia cerrigat. ii kal. Febr. a° 2°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 222. n° 736, *male ad* a. 1228. — »Quanto Cistertiensis ordinis.« |
| Febr. 1 | » | (8331) Universos Christi fideles ad quos litterae istae pervenerint, monet et hortatur, ut, cum abbas et conventus de Bebenhusen Cisterc. ord. monasterium suum ad honorem Dei et B. V. Mariae ac aliorum sanctorum cupiant consecrari, ad huiusmodi solennitatem accedant. Accedentibus indulgentiam 40 dierum elargitur. Kal. Febr. a° (1°, *sed legas*) 2°. Crusius Ann. Suev. III. lib. 1. c. 4. p. 17; Wirtemberg. UB. III. 491. n° 31. — »Quoniam ut apostolus.« |
| » 4 | » | (8332) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et suffraganeis eius praecipit, ut illos, qui possessiones vel res aut domus monasterii de Bebenhusen Cisterc. ord. Constantiens. dioc. vel hominum eorum invaserint, aut iniuste detinuerint, quae praedictis abbati et conventui relinquuntur ex testamento decedentium *etc.*, si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellant; si vero clerici vel canonici regulares aut monachi fuerint, eos ab officio et beneficio suspendant. ii non. Febr. a° 2°. ‖ Besoldus Docum. rediv. 372 (ed. 1720. fol. 226); Petrus Suevia eccles. 132; Wirtemb. UB. III. 247. n° 759; Mone Zeitschr. XIV. 364; *cf.* III. 218, *ubi* Gregorio X *male adscribitur.* — »Non absque dolore.« |
| » 5 | » | (8333) (Henrico) archiepiscopo Coloniensi petenti indulget, ut nullus praeter legatum a suo latere destinatum suspensionis vel excommunicationis sententiam sine speciali mandato sedis apostolicae valeat promulgare. Non. Febr. a° 2°. ‖ Ennen Quellen II. 112. n° 102, *falso ad* a. 1227. — »Etsi non sit.« |
| » 5 | » | (8334) Praeposito et conventui monialium monasterii s. Mariae de Osterholte curiam in Nygenstede, domum de Benebuttle, possessiones de Worpensethe et alia bona eis a cl. m. duce de Brunswigh et aliis fidelibus collata auctoritate apostolica confirmat. Non. Febr. a° 2°. ‖ (J. H. Pratje) Die Herzogthümer Bremen u. Verden V. (Bremen 1761. 8°) 426. n° 117. — »Iustis petencium desideriis.« |
| » 6 | (») | * (8335) Iohanni episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato (in Hispania) gratulatorias dat litteras, legatione pro dignitate gesta, nominis sui ac virtutis famam late circumtulisse, eumque ad coepta feliciter prosequenda incendit. viii id. Febr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1229 § 57. |
| ( » 6) | (») | * (8336) Eidem eam committit provinciam, ut matrimonium contra ecclesiae canones Aragoniae regem inter ac reginam initum dissolvat. (viii id. Febr. a° 2°). ‖ Raynaldus l. c. |
| (») | (») | * (8336a) Eidem mandat, ut, si in illis regionibus contra Mauros exercitum cogi contingat, indulgentiarum beneficium sacrae militiae nomen adscribentibus liberaliter effundat. (viii id. Febr. a° 2°). ‖ Raynaldus l. c. |

**1229.**

sident, eis confirmat. Non. Apr. a° 3°. Rymer Foedera I. I. 108; Dugdale Monast. Anglic. VI. 162. n° 18. — »Iustis petentium desideriis.«

Apr. 5 | Perusii | (8367) Priori eremitarum S. Mariae de Monte Carmelo concedit, ut dispensare possit, si ordines in apostasia celebrare divina praesumserint. Non. Apr. a° (1°, *sed legas*) 3°. Bullarium Carmel. I. 4. — »Providi more pastoris.«

» 6 | » | (8368) Priori et fratribus eremi Montis Carmeli prohibet, ne possessiones, domos aut alios redditus recipiant aut habere praesumant praeter asinos masculos, nec priorem instituant nisi de assensu maioris et sanioris partis fratrum. VIII id. Apr. a° 3°. Bullar. Carmel. I. 4. n° 2. — »Ex officii nostri.«

» 6 | » | (8369) Episcopo Glasguensi indulget, ut cedentibus vel decedentibus eis, quibus ecclesiastica beneficia ad mandatum apostolicum contulit, eadem beneficia ad eum libera, prout de iure competunt, revertantur. VIII id. Apr. a° 3°. Registrum episcop. Glasguens. I. 131. n° 156. — »Ne inde videaris.«

» 9 | » | (8370) Confirmat pactiones coniugales inter Balduinum Constantinopolitanum imperatorem et filiam Iohannis Briennensis regis Hierosolymitani, quibus statuitur, matrimonium inter eos tantummodo esse consummandum, si sponsati ad legitimam pervenerint aetatem, et propter debilem imperii statum praefatum regem Iohannem in imperatorem coronandum esse, ita ut Balduinus nonnisi post Iohannis obitum ad imperium perveniat. V id. Apr. a° 3°. Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1229 § 47; *gallice* ap. J. du Bouchet Hist. généal. de la maison roy. de Courtenay (Par. 1661. fol.) 66, *nonnisi excerpta.*

» 9 | » | (8371) Universis praesentes litteras inspecturis significat de ordinatione, quae inter (Iohannem) regem Ierosolymitanum ex parte una et Iohannem episcopum Manditensem nobilesque viros Villanum de Alneto et Pontium de Lugduno nuntios baronum imperii Constantinopolitani ex altera est provisa de statu et profectu imperii Romaniae, tenore harum conventionum inserto. V id. Apr. a° 3°. Buchon Éclaircissemens historiq. (Recherch. & matériaux I.) 21; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II (Font. rer. Austr. XIII). 265; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1229 § 47, *ubi nonnisi tenor conventionis.* — »Cum statum et.«

» 9 | » | (8372) Priori et fratribus eremi de Monte Carmelo indulget, ut tempore generalis interdicti ianuis clausis divina possint officia celebrare, dummodo causam non dederint interdicto. V id. Apr. a° 3°. Bullarium Carmel. I. 5. n° 3. — »Religionis vestrae meretur.«

» 10 | » | (8373) Abbati et conventui de Driburgh Praemonstr. ord. diffinitivam sententiam, quam abbas de Ieddeworth eiusque coniudices pro eis contra Willelmum de Herteford clericum Glasguens. dioc. super capella de Glegern promulgaverunt, confirmat. IV id. Apr. a° 3°. Liber S. Marie de Dryburgh 216. n° 271. — »Ea que iudicio.«

» 11 | » | (8374) Compositionem inter abbatem conventumque de Driburgh Praemonstr. ord. ex parte una et abbatem conventumque de Ieddeworth Glasguens. dioc. ex altera super ecclesia de Lessedewyn amicabiliter factam confirmat. III id. Apr. a° 3°. Liber S. Marie de Dryburgh 218. n° 273. — »Ea que iudicio.«

» 13 | — | Abbati de Tincia: »Lugduni id. Apr. a° 3°«. Cod. dipl. Tinecens. I. 11. n° 7, *vid.* 1274. Apr. 13.

(» cc. 15) | (Perusii) | (8375) »Cumque Cumani una cum suo duce, (Roberti) Strigoniensis archiepiscopi opera, christianam nuper religionem amplexi essent, pontifex ingenti perfusus gaudio ea de re exaratis ad eos litteris (Regest. A° II. epist. 58) ipsos in fidem ac patrocinium sedis apostolicae recepit; eiusque gentis episcopum soli Romano pontifici obnoxium esse iussit.« Gr-i Ep. lib. 3. n° 59 *in* Raynaldi Ann. ad a. 1229 § 60; Fejér Cod. dipl. III. II. 152.

» 16 | » | (8376) (Guilelmo) abbati Cisterciensi mandat, ut tamquam pacis mediator apud (Ludovicum) Franciae et (Henricum) Angliae reges ad sopiendam discordiam et concordiam reformandam partes suas efficaciter interponat. XVI kal. Mai. a° 3°. Manrique Annal. Cisterc. IV. 376. — »Illius regis licet.«

» 19 | » | (8377) Universis Christi fidelibus per Teutoniam accedentibus in solennitate b. Francisci conf. ad hospitale constructum ab Elisabeth relicta Ludovici lantgravii Thuringiae indulgentiam 40 dierum concedit. XIII kal. Mai. a° 3°. Retter Hessische Nachrichten II. 41; Hennes UB. d. deutschen Ordens II. 38. — »Quoniam ut ait.«

» 21 | » | (8378) Abbatissae et conventus monialium superioris monasterii Ratisponensis tutelam suscipit eisque possessiones, libertates ac immunitates confirmat. XI kal. Mai. a° 3°. Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 357. n° 375. — »Cum a nobis.«

» 21 | » | • (8379) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum prohibet, ne ullus huius ordinis ad habitum monasticum alium sine licentia summi pontificis vel magistri ordinis admittatur, datque mandatum, ut remittantur qui iam recepti sint. XI kal. Mai. a° 3°. Grünhagen Regesten I. 152. n° 347.

» 24 | » | (8380) Ecclesiam s. Mariae de Plavi Cisterc. ord. Cenetens. dioc. cum suis pertinentiis monasterio de Sana Valle Cisterc. ord. subesse confirmat. VIII kal. Mai. a° 3°. Cornelius Eccles. Venet. X. III. 302. — »Solet annuere sedes.«

**1229.**

Apr. 24 | — | Decanum et capitulum S. Marcelli Parisiensis: »Laterani viii kal. Mai. a° 3°«. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 144, *vid.* 1230. Apr. 24.

» 25 | Perusii. | (8381) Abbatem et conventum de Driburgh Praemonstr. ord. protegendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Mertoun, de Childinchirch, de Saultoun, de Kilrethny *etc.* eis confirmat. vii kal. Mai. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 206. n° 257. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 25 | » | (8382) (Bernardum) episcopum Magalonensem rogat et monet, ut (Iacobo) Aragoniae regi super iurisdictione, quam in terra et districtu Montispessulani habeat, prout cl. mem. Guillelmus dominus Montispessulani avus et M(aria) regina mater eius pacifice habuerint, nullam molestiam inferat vel gravamen, sed conferat potius gratiam et favorem. vii kal. Mai. a° 3°. ‖ Teulet Layettes II. 153. n° 1997. — »Quod karissimus in.«

» 27 | » | (8383) (Iacobum) regem Aragonum collaudat, quod ecclesiam et personas ecclesiasticas veneratur et apostolicis beneplacitis prompta fide desiderat complacere. Addit, se eius supplicationes, quas super suscipiendo »de manibus nostris« regio diademate per Iohannem Buchados nuntium destinaverit, benigne recepisse et eas iam ad exauditionis gratiam admisisse, sed commodius tempus tanto negotio esse expectandum. Monet eum, ut pro tali dilatione minime moveatur *etc.* v kal. Mai. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1229 § 58. — »Gratias agimus gratiarum.«

» 29 | » | (8384) Abbati et conventui de Driburgh Praemonstr. ord. decimas molendinorum de Valle de Lauder, quas de concessione b. m. Roberti Ricardi et Wilhelmi episcoporum S. Andreae adepti sunt, auctoritate apostolica confirmat. iii kal. Mai. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 211. n° 263. — »Iustis petentium desideriis.«

» 29 | » | (8385) Eisdem decimas molendinorum de Newtoun et de Naythanthirn, quas de concessione Villelmi episcopi S. Andreae adepti sunt, confirmat. iii kal. Mai. a° 3°. ‖ Liber S. Marie l. c. n° 264. — »Iustis petentium desideriis.«

» 29 | (») | * (8386) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut, si qui apud eos elegerint sepulturam, dummodo non sint excommunicati vel interdicti, liceat eis illos, salvo iure parochialis ecclesiae, sepulturae tradere ecclesiasticae. iii kal. Mai. a° 3°. ‖ Grünhagen Regesten I. 152. n° 348.

» 30 | » | (8387) Praeposituram S. Nicolai Pataviensis ord. s. Aug. cum omnibus personis et bonis in b. Petri protectionem suscipit eiusque possessiones confirmat. ii kal. Mai. a° 3°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold II. 542; Kuen Collect. script. V. i. 113. — »Cum a nobis.«

Mart. Apr. | (») | (8388) Rigensi ecclesiae post mortem A(lberti) episcopi N(icolaum) canonicum S. Mariae Virg. in Megdeburc rectorem providet. ‖ Gernand's von Magdeburg Formelbuch *in* Quellen u. Erört. zur deutschen Geschichte IX. i. 280; Winter Prämonstratenser 370; Beiträge z. Kunde Est-, Liv- u. Kurlands hrsggb. von E. Pabst. I. i. (1868.) 66. — »Ad apostolatus nostri.«

Mai. 2 | » | (8389) Potestatem et populum Tervisinos hortatur, ut fratres Cistercienses, quibus concessit ecclesiam s. Mariae de Plavi, commendatos habeant. vi non. Mai. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. iii. 303. — »Non poteritis creatori.«

» 2 | » | (8390) Episcopo Tarvisino mandat, ut abbatem et conventum S. Mariae de Plavi ab inquietis perturbatoribus per ecclesiasticas censuras defendat. vi non. Mai. a° 3°. ‖ Cornelius l. c. X. iii. 304. — »Cum sicut ex.«

» 4 | » | (8391) (Sigfrido) archiepiscopo Moguntino, cui abbas de Wernweiller ac eius collega, cum monasterio Laurissensi de mandato apostolico visitationis officium impendentes abbatem ipsius ab eius regimine amovissent, procurationem, defensionem et reformationem ipsius commiserant, mandat, ut sic illud monasterium foveat et manuteneat »quod per tuum studium ad statum debitum reducatur.« iv non. Mai. a° 3° (6° *Helw.*). ‖ Helwich Antiquitat. Laurish. 191 (*repet.* Ioannis Scr. hist. Mogunt. III. 100); Schunk Beytr. z. Mainzer Gesch. III. 369. n° 57. — »Insinuantibus nobis dilectis.«

» 7 | » | (8392) Priori S. Mariae de Vanzo Paduano mandat, ut in monasterio s. Mariae de Plavi ad observantiam monasticam ordinis Cisterciensis inducat priorem qui renuntiaverat, et alios olim eiusdem loci fratres. Non. Mai. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. iii. 304. — »Dilecte fili abbas.«

» 10 | » | (8393) S. Andreae, Glasguensi et Candidae Casae episcopis mandat, curent ne abbas et conventus de Driburgh Praemonstr. ord. super praestatione decimarum de novalibus sive ante sive post Lateranense concilium acquisitis, quae propriis manibus aut sumptibus excolunt, *etc.* indebite molestentur. vi id. Mai. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 219. n° 275. — »Significantibus dilectis filiis.«

» 11 | » | (8394) Abbati et conventui de Driburgh Praemonstr. ord. quosdam annuos redditus in parochia de Lauder, quos eis episcopus S. Andreae in usus proprios concesserat retinendos, confirmat. v id. Mai. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 212. n° 265. — »Iustis petentium desideriis.«

**1229.**

Mai. 15 Perusii (8395) Episcopo Roffensi, priori de Dunstaple et magistro Thomae rectori ecclesiae de Madestane Linc. et Roff. dioce. causam vertentem de spoliatione iurisdictionis Cellae monialium de Kylleburne committit inquirendam et exequendam. Id. Mai. a° 3°. || Dugdale Monast. Anglic. III. 427. n° 18. — »Dilecti filii abbas.«

» 15 » (8396) (Luitfrido) abbati et conventui monasterii Tincinensis (ord. s. Ben. Cracov. dioc.) ius patronatus capellarum ad ipsorum monasterium pertinentium confirmat. Id. Mai. a° 3°. || Cod. dipl. Tinecens. I. 11. n° 8. — »Cum a nobis.«

» 15 » (8397) Eisdem libertates et exemptiones saecularium exactionum, quae Slone vulgariter appellantur, a Grimizslava relicta cl. m. L(esconis) ducis Poloniae ad exemplar quondam Kasimiri ducis Poloniae soceri sui hominibus de Vizloca, Bala et Dunaies villarum monasterii dicti concessas confirmat. Id. Mai. a° 3°. || Cod. dipl. Tinecens. I. 12. n° 9. — »Solet annuere sedes.«

» 15 » (8398) Rectores societatis Lombardiae hortatur, procurent modis omnibus, ut promissus pro Terrae sanctae subsidio numerus militum compleatur, et provideant, ne prolixitas a venientibus facta ecclesiae servitiis imputetur nec propter expensarum vel redditus equorum defectum retro respicere compellantur, »quia melius fuerat nullum ecclesiae ac vestrae causae promittere subsidium, quam subtrahere imminente necessitate promissum.« Id. Mai. a° 3°. || Savioli Ann. Bologn. III. II. 83. — »Si consultius est.«

» 16 » (8399) (Bertholdo) Argentinensi episcopo respondet, filium Hebraeum a patre converso baptismo traditum in patris, non in matris Hebraeae potestate educandum esse. XVII kal. Iun. a° 3°. || Hartzheim Conc. Germ. III. 536; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 33 *de conv. infid.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 550, *ad* a. 1236; ap. Richter Corp. II. 566; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1229 § 60. — »Ex litteris tuis.«

» 17 » (8400) (Vincentio) archiepiscopo Gneznensi et suffraganeis eius ac abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Gneznensem provinciam constitutis mandat, ut abbatem et fratres monasterii de Tincia ord. s. Ben. Cracoviens. dioc. contra invasores *etc.* defendant. XVI kal. Iun. a° 3°. || Cod. dipl. Tinecens. I. 13. n° 10. — »Non absque dolore.«

» 18 » (8401) Monialium Vallis s. Georgii [Salzinnes] Cisterc. ord. protectionem suscipit earumque bona, specialiter ius patronatus et decimas quas in ecclesia de Spiers habent, confirmat. XV kal. Iun. a° 3°. || Analectes p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique III. 191. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 19 » (8402) Potestati et populo civitatis Castellanae de eorum submissione gratulatur, civitatem ipsam et personas suscipit tuendas confirmatque eisdem antiquas ipsorum consuetudines et libertates. XIV kal. Iun. a° 3°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 88. n° 152. — »Cum civitatem vestram.«

» 19 » (8403) Cives Suessanos cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut civitas Suessana in fidelitate apostolicae sedis persistens in eius demanio sicut Anagnia et aliae civitates Campaniae, salvis servitiis et redditibus curiae debitis, perpetuo retineatur. XIV kal. Iun. a° 3°. || Theiner l. c. 89. n° 153; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 443. n° 16. — »Sedes apostolica veluti.« *Cf.* n° 8408.

» 19 » (8404) Abbati et conventui monasterii de Columba Cisterc. ord. Placent. dioc., quibus G. de Monte Crucis et abbatiae de Monte Silicis priores Paduan. dioc. monasterium s. Trinitatis de Brondulo ord. s. Ben. tam in spiritualibus quam in temporalibus diu enormiter deformatum auctoritate apostolica concesserant, hanc concessionem confirmat. XIV kal. Iun. a° 3°. || Ughelli Ital. sacra V. 1350. — »Gratam gerimus et.«

» 19 » (8405) (Pelagium) Albanensem episcopum apostolicae sedis legatum rogat et hortatur, ut illos, quos in manus exercitus Iesu Christi de cetero dextera exaltantis concluserit, sine omni occisione, detruncatione vel mutilatione membrorum »quae penitus abhorremus« sic caute faciat custodiri, ut plus libertatis habere se gaudeant sic captivi quam sub Aegyptiaca servitute. XIV kal. Iun. a° 3°. || Raynaldi Ann. ad a. 1229 § 44. — »Magnus Dominus et.«

» 19 » (8406) (Sigfrido) Maguntino et (Theodorico) Treverensi archiepiscopis eorumque suffraganeis ac abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Moguntinam et Treverensem provincias constitutis contra raptores et invasores monasterii de Arnistein Praemonstr. ord. mandata dat. XIV kal. Iun. a° 3°. || Gudenus Cod. dipl. II. 59. n° 39. — »Non absque dolore.«

» 22 » * (8407) (Vincentio) archiepiscopo Gneznensi et suffraganeis eius fratres ordinis Praedicatorum commendat. XI kal. Iun. a° 3°. || Grünhagen Regesten I. 295. n° 737.

» 23 » * (8408) Civibus Suessanis scribit de civitate ipsorum in dominio ecclesiae perpetuo persistenda. X kal. Iun. a° 3°. || Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 144. not. *Cf.* n° 8403.

» 26 » (8409) Luitfrido abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Petri de Tynica (Thincia *Cod. d. T.*) ord. s. Ben. (Cracov. dioc.) protegendum suscipit omnesque eius pos-

1229.

sessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. vii kal. Iun. indict. II. incarn. dom. a° 1229. pont. a° 3°. ‖ Hormayr Archiv. 1820. n° 44 *mendose; integra* ap. Sczygielski Tinecia (Cracov. 1668) 142; Biermann Das ehem. Ben.-Stift Orlau. (Progr. des ev. Gymn. in Teschen 1862.) 24. n° 2; Cod. dipl. Tinecens. I. 14. n° 11; *argum.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 351. n° 746; *cf.* Grünhagen Regest. I. 153. n° 349. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Mai. 30 | Perusii | (8410) Universos Christifideles per Magdeburgensem provinciam constitutos rogat et adhortatur, ut ad consummationem hospitalis, quod in loco qui dicitur Vriberch per Everardum et quosdam alios noviter sit incoeptum, pias elemosynas erogent. iii kal. Iun. a° 3°. ‖ Andr. Moller Theatrum Freibergense (Freybergk 1653. 4°) II. 13; Chrn. G. Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freiberg (Leipzig 1737. 4°). Cod. dipl. 3. — »Quoniam ut ait.«

Iun. 4 | » | (8411) Petro infanti Portugaliae iniungit, »quatenus iuxta quod liberaliter obtulisti cum equitum multitudine ad sponsae Christi subsidium quantocius properes militaturus Domino sub b. Petro exercitus eius duce.« ii non. Iun. a° 3°. ‖ *Fragm., deficiente initio* ap. Raynald. Ann. ad a. 1229 § 34; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 165. not.

» 6 | » | (8412) Abbati et conventui de Driburgh Praemonstr. ord. (S. Andreae dioc.) ecclesias de Lassedewyn et de Lanark, quas eis episcopus Glasguensis concessit in usus proprios, confirmat. viii id. Iun. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 223. n° 278. — »Cum a nobis.«

» 7 | » | (8413) Episcopo Cracoviensi et Pragensi et S. Michaelis Cracoviensis praepositis controversiam inter (Robertum) Olomucensem et (Laurentium) Wratislaviensem episcopos super limitibus diocesum suarum de Golesisco vertentem dirimant aut sufficienter instructam ad sedis apostolicae examen remittant. vii id. Iun. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 215; Erben Regest. I. 351. n° 747; Theiner Mon. Polon. I. 17. n° 37; *cf.* Palacky Reise 24. n° 105; Grünhagen Reg. I. 153. n° 350. — »Venerabilis frater noster.«

» 7 | » | (8414) Abbati et conventui de Driburgh Praemonstr. ord., quibus episcopus S. Andreae ecclesias de Childinchirch, de Saultoun et de Kilrethny concesserat, hanc concessionem confirmat. vii id. Iun. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 210. n° 262. — »Cum a nobis.«

» 8 | » | (8415) Hugone abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium s. Mariae et s. Iohannis apostoli de Driburgh patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. vi id. Iun. indict. II. incarn. dom. a° 1228(!). pont. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 198. n° 251. — »Quociens a nobis.«

» 12 | » | (8416) Abbati et conventui de Driburgh Praemonstr. ord. ecclesiam de Sowrby, quam eis episcopus Candidae Casae in usus proprios concessit, auctoritate apostolica confirmat. ii id. Iun. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 217. n° 272. — »Cum a nobis.«

» 13 | » | (8417) Monasterium s. Apollinaris in Classe Camaldul. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. Id. Iun. ind. II. incarn. dom. a° 1229. pont. a° 3°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 479. n° 298. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 13 | » | (8418) Archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis eius refert, quae Fridericus dictus imperator et H(ermannus) magister domus Theutonicorum suis litteris sedi apostolicae intimarunt: »Fridericus enim cum soldano Babyloniae, qui Hierusalem nec de facto nec de iure tenebat, talem iniit pactionem, ut templum Domini Christo dicatum custodiant Sarraceni et servent observantias ritus sui ... sed patriarcha et magistri Templi et Hospitalis Ierosolymitani nullatenus consenserunt huiusmodi pactioni, quin potius idem patriarcha civitatem Hierusalem ecclesiastico supposuit interdicto. ... Quare patet expresse, quod idem Fridericus ... confudit enormiter causam Christi et populi christiani« *etc.* Ne igitur subditi eorum aliquo super his circumveniantur errore, eos monet, ut haec ipsis fideliter exponant. Id. Iun. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1229 § 2. — »Ea quae Fridericus.«

» 14 | » | * (8419) Monasterio superiori Ratisponae ord. s. Ben. pro defensione bullam impertitur. xviii kal. Iul. a° 3°. ‖ Lang Regesta II. 182.

» 19 | » | (8420) Rectoribus et populo Gaetanis significat, se nuntios eorum Iohannem dictum Cabotum et Petrum Bulgaminum cives benigne recepisse ipsorumque petitiones studuisse exaudire. »Verum baiulationem et plateaticum civitatis vestrae ac burgi Molarum cum omnibus iustitiis et redditibus curiae debitis ad manus nostras duximus retinenda.« Monet eos, ut in fidelitate sedis apostolicae proficere studeant. xiii kal. Iul. a° 3°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 142. — »Venientes ad nos.«

» 20 | » | (8421) (Bertoldum) patriarcham Aquilegensem graviter corripit, quod machinatus est personaliter in Ungariam accedendo, ut A(ndream) Ungariae regem seduceret et corrumperet, »ut ab ecclesiae Romanae devotione recedens baculo arundineo inhaereret, qui manum perforat innitentis.« Monet eum, ut nullum adversariis ecclesiae praestet vel a suis praestari permittat auxilium, et specialiter in Polae et aliarum terrarum portubus, quae eius iurisdictioni spiritualiter vel temporaliter subsint, omnibus transire

**1229.**

volentibus in Apuliam aditum penitus interdicat. »Alioquin contra te faciemus inquisitionem fieri diligentem, ut punitus agnoscas, quod pertinax commisisti.« xII kal. Iul. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 170; *cf.* Manzano Annali del Friuli II. 299. — »Cum nemo possit.«

Iun. 20 Perusii * (8422) Rectores et populum Gaietanos, eorum civitatem et bona sub protectione b. Petri et sua recipit eosque in suo demanio perpetuo retinendos declarat. — Item eisdem immunitatem per totum regnum a praestatione pedagii, passagii, falangatici et dationis concedit. xII kal. Iul. a° 3°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 142.

» 21 » (8423) Civibus Gaietanis ad fidelitatem et dominium Romanae ecclesiae reductis concedit in praeficiendo potestates, consules et rectores et in omnibus aliis libertatem, quam habet a sede apostolica civitas Anagnina; immunitatem quoque per totum regnum a praestatione passagii, pedagii, falangatici ac dationis quae directus vulgariter dicitur ad curiam pertinentium; cudendi etiam monetam argenteam, ubi ex una parte imago capitis b. Petri cum superscriptione civitatis eorum, ex alia vero in medio papae et in circulo superscriptio papalis nominis habeantur *etc. etc.* xI kal. Iul. a° 3°. Huillard-Bréholles I. c. 142; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 444. n° 17. — »Sedes apostolica veluti.«

» 25 » (8424) Episcopo et capitulo Magalonensibus antiquas et rationabiles ecclesiae suae consuetudines confirmat. vII kal. Iul. a° 3°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 557. n° 32. — »Cum a nobis.«

» 26 » (8425) Rectoribus societatis Lombardiae nunciat, I(ohannem) regem Hierosolymitanum et I. tit. S. Praxedis presbyterum cardinalem, »audito sed nondum plene scito quod Fridericus imperator redierit de partibus transmarinis«, contra eum proponere procedere; unde, cum sedis apostolicae et ipsorum causa contra communem hostem sit communis, monet eos et hortatur, faciant ut milites quos ad auxilium ecclesiae Romanae miserunt, qui autem se non teneri ultra servire dicunt, in ecclesiae servitio et ipsorum fideliter perseverent, ministrantes eis abunde stipendia et alia opportuna. vI kal. Iul. a° 3°. Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 145. — »Scitis et sicut.«

Iul. 12 » (8426) Abbati Nonantulano indulget, ut non obstante frustatoriae appellationis obiecto quosdam clericos et conversos monasterii s. Luciae de Rofeno ad Nonantulanum monasterium pleno iure spectantis ei obedientiam ac reverentiam denegantes secundum regularem possit corrigere disciplinam. Iv id. Iul. a° 3°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 367. n° 439. — »Ex parte tua.«

» 13 » (8427) Rectores societatis Lombardiae monet, mandent militibus quos in ecclesiae servitium destinaverunt, ut saltem tribus mensibus in eiusdem servitio fideliter perseverent stipendia eis et alia necessaria destinando, cum nunc sit potissime necessarium, ut, Friderico dicto imperatore reverso confuso de partibus transmarinis, exercitus ecclesiae confortetur. III id. Iul. a° 3°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 84. — »Si meditatione debita.«

» 17 » (8428) Universos vassallos monasterii Cassinensis monet, ut, cum Cassinensi abbati nondum exhibuerint pro consecratione auxilium consuetum, liberaliter illud exhibeant eidem. xvI kal. Aug. a° 3°. ‖ Gattula Ad histor. abbat. Cassinens. access. I. 296. — »Si ad personam.«

» 17 » (8429) Petragoricensi episcopo et abbati de Petrosa Cisterc. ord. mandat, ut quinquaginta et amplius canonicos in ecclesia Pictaviensi indebite ordinatos ad numerum vicesimum reducant. xvI kal. Aug. a° 3°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 390. — »Super inordinata ordinatione.«

» 18 » (8430) (Ludovico) regi Franciae nunciat, F(ridericum) dictum imperatorem fidem nominis christiani confudisse et prodidisse, et quatuor praecipue flagitia eius esse deploranda, quae in forma treugae initae cum paganis perpendantur; addit, quomodo imperator reversus a civitate Ierusalem se in Accon gesserit. Rogat eum et monet, ut ad vindicandam iniuriam salvatoris taliter assurgat, ut, cum a curia Romana fuerit requisitus, paratum eum inveniat ecclesia ad exprobrandum opprobrium inimicorum Christi et abolendam maculam tantae infamiae a gloria nominis christiani. xv kal. Aug. a° 3°. Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 147. — »Inter alia flagitia.«

* *In eundem modum* (Theobaldo) Rothomagensi archiepiscopo et suffraganeis eius — (Gualtero) Senonensi archiepiscopo et suffraganeis eius — (Henrico) Remensi archiepiscopo et suffraganeis eius — (Simoni) Bituricensi archiepiscopo et suffraganeis eius — (Geraldo) Burdegalensi archiepiscopo et suffraganeis eius — (Iuhello) Turonensi archiepiscopo et suffraganeis eius — Ebredunensi archiepiscopo et suffraganeis eius — (Andreae) regi Hungariae [ap. Fejér Cod. dipl. III. II. 165; ap. Theiner Mon. Hungar. I. 89. n° 160, *sed errore calami* »xv Aug. a° 3°.«] — Belae regi primogenito (Andreae) regis — (Roberto) Strigoniensi archiepiscopo — (Ugrino) Colocensi archiepiscopo.

» 18 » (8431) (Leopoldo) duci Austriae queritur, quod Fridericus dictus imperator arma christianae militiae, gladii potestatem de altari b. Petri sumti soldano Babyloniae cultori

1229.

perditi Mahometi resignavit. Per hoc »potestatis et dignitatis suae se spoliavit officio; privilegium enim meruit amittere dignitatis, qui concessa sibi abusus est potestate.« Rogat eum et monet, ut »ad vindicandam iniuriam salvatoris nostri Dei taliter assurgas, ut, cum a nobis fueris requisitus, paratum te inveniat ecclesia mater tua ad exprobrandum opprobrium inimicorum Christi.« xv kal. Aug. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1229 § 23—28; Bullar. Vatic. I. 117; *cf.* Meiller Reg. der Babenberger 145. n° 241. — »Inter alia flagitia.«

Iul. 18 | Perusii | * (8432) Archiepiscopis et episcopis, regibus et principibus (inter quos et »regi Boemiae« et »episcopo Pragensi«) flagitia, »quibus F(ridericus) dictus imperator fidem nominis christiani confudit et prodidit«, nota facit. xv kal. Aug. a° 3°. ‖ Palacky Reise 24. n° 106; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 218 n° 200; Erben Reg. Bohem. I. 353. n° 748.

» 18 | ( » ) | * (8433) Duci Bavariae aliisque nunciat flagitia in Terra sancta a Friderico imperatore commissa. xv kal. Aug. a° 3°. ‖ Deutinger Beyträge II. 153. n° 5.

» 18 | — | Universis Christi fidelibus: »Viterbii xv kal. Aug. a° 3°«. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 30. n° 33, *vid.* 1237. Iul. 18.

» 21 | Perusii | (8434) (Mauritio) episcopo Cenomanensi mandat, interdicat penitus, ne (Petrus) comes Britanniae (Alicem) reginam Cypri, quarto ei consanguinitatis gradu coniunctam, sibi matrimonio vel potius illicito contubernio copulet. xii kal. Aug. a° 3°. ‖ Teulet Layettes II. 160. n° 2014; *cf.* MasLatrie Hist. de Chypre II. 41; Jubainville Comtes de Champagne V. 267. n° 1923. — »Ad audientiam nostram.«

» 21 | » | * (8435) Grégoire donne le même ordre à (Giraud) patriarche de Jérusalem. ‖ Jubainville l. c. n° 1924.

» 23 | » | (8436) Abbatem et conventum S. Cosmae Transtiberini de Urbe rogat et hortatur, ut fratribus ordinis Minorum ecclesiam s. Blasii quasi derelictam et possessiones ipsius pignori obligatas liberaliter concedant. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 227. — »Cum deceat vos.«

» 23 | » | (8437) Episcopo Albanensi et I(ohanni) tit. S. Praxedis presb. cardinali apostolicae sedis legato mandat, faciant ut quae ablata sint de demaniis monasterii Cassinensis, etiam occasione muniendi castra vel arces, cum integritate eidem restituantur. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Gattula Histor. Cassin. 444. — »Cum loca religiosa.«

» 23 | » | (8438) Archiepiscopo Caesariensi mandat, faciat ut excommunicationis sententia, quam patriarcha Hierosolymitanus apostolicae sedis legatus pro Nycosiensi archiepiscopo in Fredericum imperatorem promulgaverit, usque ad satisfactionem firmiter observetur. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 150; MasLatrie Hist. de Chypre II. 49. — »Venerabilis frater noster.«

» 27 | » | (8439) Episcopo Furconensi mandat, ut, cum ei commiserit »ordinationem civitatis constituendae apud Acculam et ut damnum quod per hoc continget incurrere homines regionis illius per competens valeas excambium compensare«, ad neutrius facti consummationem procedat. vi kal. Aug. a° 3°. ‖ Huillard-Bréholles l. c. 160. not. 2. — »Cum tue discretionis.«

» 28 | » | (8440) Praepositum, capitulum et ecclesiam de Hunevelt cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. v kal. Aug. a° 3°. ‖ Schannat Diocesis Fuldens. 273. n° 51. — »Iustis petentium desideriis.«

» 29 | » | (8441) Monasterii s. Georgii quod est situm iuxta Venetias Paulo abbate eiusque fratribus postulantibus patrocinium suscipit eiusque immunitates et privilegia a Romanis pontificibus ipsi concessas ac bona nominatim exhibita confirmat. »Ad indicium autem percepte huius a Romana ecclesia libertatis aureos duos singulis annis nobis ... persolvetis.« iv kal. Aug. indict. II. incarn. dom. a° 1229. pont. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 238; v. Hormayr Gesch. von Tyrol I. ii. 268. — »Pie postulatio voluntatis.«

Aug. 4 | » | (8442) (Geroldo) episcopo Frisingensi mandat, ut Sifridum militem ab inimicis interfectum in cimiterio Undensdorfensi sepeliri faciat. ii non. Aug. a° 3°. ‖ Mon. Boic. X. 248. — »Ex insinuatione praepositi.«

» 7 | » | (8443) (Angelo) patriarchae Gradensi mandat, ut iuxta (Honorii III) praedecessoris sui mandatum invitatus accedat ad exequias morientium in monasterio s. Georgii maioris Venetiarum et alios libere illuc ire permittat. vii id. Aug. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 240. — »Dilecti filii abbas.«

» 15 | » | (Andreae) regi Hungariae: »xv Aug. a° 3°«. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 89. n° 160, *vid.* 1229. Iul. 18. n° 8430.

» 20 | » | (8444) Episcopo Lucano mandat, moneat cives Lucanos, ut ab infestatione fidelium de Carfannano desistant et in manibus C(encii) subdiaconi et capellani sui rectoris Carfannani super illatis praedictis fidelibus dampnis et iniuriis competenter satisfaciant; si obstinati ex tunc in sua pertinacia duxerint persistendum, se terram illam a iuris-

**1229.**

dictione Lucanae ecclesiae subtractarum esse. »Tu cum clero tuo civitatem Lucanam egredi compelleris, minime illuc ulterius, nisi praefati cives plenam satisfactionem exhibuerint, rediturus.« xiii kal. Sept. a° 3°. || (Garampi) Antico sigillo della Carfagnana 16. — »Credidimus quod cives.«

(cc. Aug. 20) (Perusii) (8445) Excommunicat et anathematizat omnes haereticos Catharos, Paterinos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas et Passaginos et omnes alios quocumque nomine censeantur. Excommunicat et anathematizat Fridericum dictum imperatorem, cuius iniurias ecclesiae Romanae illatas recenset, omnesque et praecipue regni a iuramento fidelitatis quo ei tenentur denunciat absolutos. Item excommunicat Raynaldum et Bertholdum filios quondam Conradi ducis Spoleti; necnon Aegidium de Palumbaria, Nicolaum de Arcione et Petrum Gregorii Pagurae cives Romanos pro eo quod Friderico dicto et Raynaldo ac Bertholdo praefatis contra ecclesiam Romanam praestiterunt et praestant auxilium; item castellanum de S. Miniato, quia multos venientes ad sedem apostolicam spoliavit; item Ubaldum civem Pisanum pro eo quod contra iuramentum praestitum ecclesiae Romanae hostiliter intravit Sardiniam ad Rom. eccl. pertinentem. *etc. Sine nota chronol.* | Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1229 § 37—41; Lami Monum. eccl. Florent. I. 471; Cod. dipl. Sardin. I. 344. n° 48; *fragm.* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 157. — »Excommunicamus et anathematizamus.« — *Est nonnisi forma anathematis.*

» 23 » (8446) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per Italiam constitutis mandat, ut fratres de Poenitentia tempore interdicti ad divina officia et ad alia ecclesiastica sacramenta nec non sepulturam ecclesiasticam admittant. x kal. Sept. a° 3°. || Wadding Ann. Min. II. 604. — »Cum illorum qui.«

» 24 » * (8447) Universis Christi fidelibus, qui ad consummationem ecclesiae et monasterii fratrum ordinis Praedicatorum Wormatiae manum porrexerint adiutricem, indulgentias pollicetur *etc.* ix kal. Sept. a° 3°. || Archiv f. Hessische Geschichte II. 323.

» 28 » * (8448) R. subdiacono et capellano suo scribit super custodia arcis Bandrae. — *In eundem modum* Abbati Cassinensi et eidem R. germano eius pro arce Cassinensi et arce Ianulae. v kal. Sept. a° 3°. || Huillard-Bréholles l. c. 144. not.

» 29 » (8449) Populum Soranum cum omnibus bonis sub protectione apostolicae sedis et sua suscipit concedens eis eam, quam habent civitates Campaniae libertatem, medietate servitiorum in frumento ac omnibus exeniis quae salutes vulgariter nuncupantur *etc.* salvis. iv kal. Sept. a° 3°. || Bullar. Roman. ed. Taur. III. 445. n° 18; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 144. not. — »Cum reducti sitis.«

(cca. Aug.) » (8450) (Vilano) episcopo, capitulo et clero Eugubinis praecipit, ut Raynaldum et Bertoldum filios quondam ducis Conradi invasores ecclesiae patrimonii eorumque consiliarios et fautores excommunicatos solemniter nuntient, et publicent inhibitionem, ne quis eorum ad potestariam vel aliud officium civitatum aut aliorum locorum de cetero assumatur. *Sine nota chronol.* || Sartius De episc. Eugub. 136. — »Ad vestram credimus.«

Sept. 3 » * (8451) (Henrico) episcopo Wormatiensi mandat, ut fratres ordinis Praedicatorum Wormatienses propensius commendatos habeat neque permittat, ut ab aliquibus indebite molestentur. iii non. Sept. a° 3°. || Archiv f. Hessische Geschichte II. 323.

» 7 » (8452) Universis populis per Amiternum et Furconem constitutis, quos F(ridericus) dictus imperator Dei et ecclesiae inimicus amaritudinibus infinitis afflixerat, mandat, ut promissa studeant fideliter observare (*i. e.* ut pro revocatione ad demanium ecclesiae et concessione loci Acculi ad construendam civitatem parati sint sedi apostolicae decem milia unciarum auri persolvere, et pro construenda munitione ac aedificandis palatiis ad opus papale mille auri uncias conferre et sufficienter ministrare calcem, lapides et arenam, *etc.*). vii id. Sept. a° 3°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 89. n° 154; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 160. — »Dilecti filii nobilis.«

» 8 » (8453) (Nicolao) episcopo Regino mandat, ut ad reformandam inter Mutinenses et Bononienses pacem interponat sollicite partes suas. vi id. Sept. a° 3°. || Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 99. n° 777. — »Illius vicarii licet.«

» 10 » (8453a) Universos Christifideles per regnum Franciae constitutos rogat, ut reparationi Trecensis ecclesiae, quae nuper tenebroso turbine convoluta ab imis corruerit fundamentis, subsidia impendant. iv id. Sept. a° 3°. || Biblioth. de l'éc. des chartes. Sér. V. Tome III. (1862). 221 n° 6. — »Si olim multitudo.«

» 13 » (8454) (Theodericum) episcopum Cumanorum eiusque successores a cuiuslibet subiectione, praeterquam Romani pontificis, liberos esse decernit et immediate ad iurisdictionem sedis apostolicae pertinere. Praeterea ei concedit, ut si qui Cumanorum ad fidem conversi iniiciendo forsan manus ad clericos vel per aliud sacrilegium in canonem inciderint sententiae promulgatae, eis beneficium absolutionis impendat. Id. Sept. a° 3°. Ripolli Bullar. Praedic. VII. 8. n° 207; Fejér Cod. dipl. III. ii. 203; Theiner Mon. Hungar. I. 90. n° 161. — »Cum pro fide.«

» 28 » (8455) (Robertum) archiepiscopum Lugdunensem hortatur, ut, cum Fredericus dictus imperator confuso negotio Terrae sanctae cum Sarracenis et aliis infidelibus ad concul-

| | | |
|---|---|---|
| | | **1229.** candam Romanam ecclesiam et subvertendam ecclesiasticam libertatem totis anhelet affectibus, sine mora cum congruo exfortio bellatorum ad papam ipsum personaliter venire festinet ecclesiae Romanae ex animo serviturus; addit, se alioquin abbati S. Victoris, decano et magistro Iohanni archidiacono Parisiensibus iniunxisse, ut eum ad hoc per censuram ecclesiasticam compellant. IV kal. Oct. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1229 § 35. — »Cum Fredericus dictus.« |
| Sept. 30 | Perusii | (8456) (Guillelmum) Parisiensem episcopum monet et hortatur, ut, cum F(ridericus) dictus imperator contra Deum et ecclesiam fraudes impie moliatur, ad sedem apostolicam personaliter veniat cum congruo exfortio bellatorum vel mittat sine dispendio morae, ecclesiae Romanae ita ex animo serviturus. II kal. Oct. a° 3°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 164; *cf.* Raynald. l. c. § 36. — »Cum caritas non.« |
| Oct. 1 | » | (8457) Duces et populos Cumanorum nuper ad fidem Christi conversos sub apostolicae sedis protectione suscipit *etc.* et ad haec libertatis et immunitatis et possessionis pacificae terrae suae concessionem ab A(ndrea) rege Ungariae iam pridem factam Cumanis, sicut in eiusdem regis litteris aurea bulla munitis plenius continetur, confirmat. Kal. Oct. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 216; Theiner Mon. Hungar. I. 90. n° 162. — »Ad evellendum inolitae.« |
| » 1 | » | (8458) Potestatem et populum Tudertinos, qui Andream comitem de Montemarte sine causa rationabili capientes ad assignandum ipsis castrum indebite compulerant, rogat et monet, ut ad diruendum castrum praefatum nullatenus procedant. Kal. Oct. a° 3°. ‖ Montemarte Cronaca d'Orvieto II. 253. — »Cum vos et.« |
| » 9 | » | (8459) (Henricum) archiepiscopum Mediolanensem et fratrem Guallam ord. Praedic. rogat et monet, excitent omnibus modis Lombardos, qui »dum refrenaremus impetum inimici aspirantis ad ipsorum exterminium, promissum auxilium distulerunt,« ut prosequentes proprium interesse sedi apostolicae sine qualibet mora succurrant cum exfortio bellatorum. VII id. Oct. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1229 § 33; Ripolli Bullar. Praed. I. 30. n° 34; Savioli Ann. Bologn. III. II. 85. — »Utinam numquam Lombardi.« |
| » 13 | » | (8460) (Nicolaum) episcopum Reginum monet, ut Mutinensem et Bononiensem adiens civitates ad reformandam pacem inter eas vel firmandas saltem longas treugas intendat. »Si forte altera partium acquiescere tibi noluerit, in civitatem interdicti et in potestatem et consiliarios excommunicationis sententiam appellatione remota promulges.« III id. Oct. a° 3°. ‖ Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 99. n° 778; *sententia eadem sed aliis verbis legitur in* Ughelli It. sacra II. 305. — »Videntes et dolentes (»Considerantes quam multa« *Ugh.*). |
| » 23 | » | (8461) S. Emerami Ratisponensis et de Alta Pataviens. dioc. abbatibus causam inter abbatem conventumque Breunovienses ord. s. Ben. et Pragensem episcopum super quadam summa pecuniae, decimis et rebus aliis vertentem committit decidendam. X kal. Nov. a° 3°. ‖ Dobner Mon. VI. 10; *non integra* ap. Erben Reg. Bohem. I. 353. n° 749. — »Ex parte dilecti.« |
| Nov. 2 | » | (Hermanno) episcopo Lealensi: »2do Novb. a° 3°«. ‖ Brandis Chronik, Anh. 140, *vid.* 1230. Ianr. 4. n° 8478. |
| » 5 | » | (8462) Manfredo canonico Mutinensi mandat, compellat per censuram ecclesiasticam abbatem et conventum S. Petri Mutinensis, qui monasterium s. Catharinae Mutinensis super usu aquae quae Mundaria vulgariter appelletur ac rebus aliis aggravent, ut ab eiusdem indebita molestatione desistant. Non. Nov. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 30. n° 35. — »Dilecti filii prior.« |
| » 5 | — | * Magistro et fratribus de Pereyro Cisterc. ord.: »Lugduni non. Nov. a° 3°«. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 570, *vid.* 1274. Nov. 5. |
| » 9 | Perusii | (8463) Abbatem et conventum monasterii s. Michaelis de Luneburch cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. V id. Nov. a° 3°. ‖ Hodenberg Lüneburg. UB. Abth. VII. I. 37. n° 46. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 10 | » | (8464) Rectoribus societatis Lombardiae scriptum quoddam a Friderico dicto imperatore ad mandatum ecclesiae redire parato de tractatu pacis ineundo sedi apostolicae oblatum transmittit, ut ipsorum intellecto consilio procedat, sicut viderit expedire. IV id. Nov. a° 3°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 86; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 169. — »Sepe a Friderico.« |
| » 14 | » | (8465) Potestatem, consiliarios et commune Eugubinos, qui, cum olim plebs S. Gervasii esset in summitate montis cuiusdam super Eugubinam civitatem positi in loco munitissimo constituta, timentes per locum illum civitati suae in posterum praeiudicium maximum generari et munitionem destruere volentes ipsius plebem destruxerant et promiserant, quod ipsam expensis propriis in loco alio constituturi sint, rogat et monet, ut plebem ipsam sine dilatione et difficultate qualibet construant. XVIII kal. Dec. a° 3°. ‖ Sartius De episc. Eugub. 136. — »Significante nobis dilecto.« |

**1229.**

Nov. 24 Perusii — (8466) (Mauricio) Cenomanensi et (Guarino) Silvanectensi episcopis et (Iohanni) archidiacono Catalaunensi mandat, ut inter (Ludovicum) regem Francorum et (Blancham) reginam ac magistros et scholares academiae Parisiensis sese interponant et procurent, ut eidem iura restituantur. VIII kal. Dec. a° 3°. Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1229 § 55, *omisso initio.*

» 26 » — (8467) Ludovico Francorum regi et Blanchae reginae matri eius significat, se episcopos (Mauricium) Cenomanensem et (Guarinum) Silvanectensem et Iohannem archidiaconum Catalaunensem ad eos destinare, ut inter ipsos ac magistros et scholares academiae Parisiensis se interponant, eosque rogat et hortatur, ut praefatos magistros et scholares in gratiam recipiant. VI kal. Dec. a° 3°. Raynald. l. c. § 52; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 135. — »In tribus quae.«

» 29 » — (8468) (Roberto) archiepiscopo Lugdunensi mandat, hortetur (Hugonem) ducem Burgundiae, ut fallaces suggestiones repellat et in regia fidelitate inflexibiliter perseveret. III kal. Dec. a° 3°. Raynald. l. c. § 56. — »Gravi sumus dolore.«

» 29 » — (8469) (Guillelmo) episcopo Parisiensi et abbatibus Cisterciensi et de Firmitate Cabilonens. dioc. mandat, ut sententiam excommunicationis contra auctores incarcerationis (Roberti) archiepiscopi Lugdunensis proferant. III kal. Dec. a° 3°. Manrique Annal. Cisterc. IV. 391. — »Intellecta praesumptione damnabili.«

» 29 » — (8470) De Melros et de Driburch abbatibus et priori de Melros mandat, ut in causa, quae inter abbatem et conventum de Dercongal et F. militem Glaswensis diocesis super possessione quarundam terrarum vertebatur, iuxta formam eis traditam procedant. III kal. Dec. a° 3°. Theiner Mon. Hibern. 27. n° 67. — »Dilecti filii abbas.«

» 29 » — (8471) Priori et fratri Raymundo ord. Praed. Barchinonensibus mandat, inducant tam clericos quam laicos per Arelatensem et Narbonensem provincias constitutos, ut Iacobo regi Aragonum, qui in manu forti se contra Mauros christiani nominis inimicos accinxit et ad insulas Maioricas prospere transiens civitatem Maioricensem et ipsius regem obsidione vallavit, tam in personis quam rebus subveniant. III kal. Dec. a° 3°. Villanueva Viage liter. XXI. 252. — »Sicut gratanter audivimus.«

Dec. 4 » — (8472) (Alberto?) praeposito et conventui monasterii s. Lucii Curiensis terras, villas, curtes, possessiones, redditus ac alia bona confirmat. II non. Dec. a° 3°. Mohr Cod. dipl. I. 314. n° 202. — »Iustis petentium desideriis.«

» 13 — — Regem Siciliae rogat et hortatur: »Lugduni id. Dec. a° 3°«. Pirri Sicil. sacra I. 403 (*ubi Gregorio IX perperam adscribitur*), *vid.* 1274. Dec. 13.

» 18 Perusii — • (8473) Abbati S. Stephani Divionensis prioribusque Cisterciensi et S. Stephani mandat, compellant quosdam abbates ordinis Cluniacensis provinciarum Senonensis, Bituricensis et Burdegalensis, ut ad capitulum generale apud Cluniacum singulis annis celebrandum conveniant. XV kal. Ianr. a° 3°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 109.

» 21 » — • (8474) Grégoire prie Thibaut comte de Champagne de protéger le prieuré de Gaye contre Eustache de Conflans, à qui ledit Th. a donné ses hommes de Pleurs, de Fère [Champenoise] et de Connantre, et qui en prend prétexte pour usurper les biens du prieuré. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 275. n° 1968.

» 23 (») — • (8475) Praeposito et capitulo Seccowensibus omnes libertates et immunitates confirmat eosque protegendos suscipit. ‖ A. v. Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark V. (1850.) 115.

— (») — (8476) N. N. episcopo mandat, ut, clero et populo suae dioecesis saltim bis in mense ad locum idoneum convocatis, contra Fridericum quondam imperatorem persecutorem ecclesiae in fervore zeli procuret proponere verbum crucis. *Sine signo chronol.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. 177. — »Qui presides in.«

— — — (8477) Episcopum Aretinum monet, ut renuntiationem indulgentiae ac permissionem de litigando in foro saeculari ab abbate et conventu monasterii Burgi s. Sepulcri violenter extortas nullius valoris esse denunciet et potestatem, consiliarios *etc.* praefati Burgi inducat, ut privilegia, quae ab imperatoribus Romanis et a sede apostolica dicto monasterio sint concessa, illibata servent. *Sine nota chronol.* ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 484. n° 300. — »Abbate monasterii Burgi.«

(ec.) — — — »Gregorius pontifex modis quibus poterat elaborabat imperatorem ab imperio perturbare filiumque suum Henricum regem, concitatis ad hoc principibus Alemanniae, quibusdam praecipuis ac maioribus episcopis, archiepiscopis ac baronibus in hoc assentientibus. Horum praecipue dux Bavariae praebuit assensum. Huius consilio et aliorum ut creditur . . . cardinalem misit ad machinationem discordiae . . . . qui excommunicationem imperatoris . . . . manifestaret, intendens quia levius ad electionem regis novi consentiretur.« ‖ Conrad. de Fabaria ap. Pertz Mon. Germ. II. 181. — »Otto cardinalis de carcere Tulliano legatione accepta in Teutoniam et Daciam mittitur, cuius intentio erat imperatoris gravamen procurare.« ‖ Godefr. mon. Colon. ap. Struve I. 397 *ad* a. 1228.

**1230.**

Ianr. 4 — Perusii — (8478) (Hermanno) episcopo Lealensi confirmat, »quod (Nicolaus) Livoniensis episcopus Sackele, Normegunde, Mogke, Vghenoys, Soboltz et Waygelle (*haec loca in* Mittheil. *etc. sic audiunt:* Saccala, Nurmigunde, Mocke, Ugenois, Sobotitz et Waigle) cum pertinentiis ei per diocesim assignaverit, et magister et fratres militiae Christi pro medietate praedictarum terrarum, quam ipsis cum omni integritate ecclesiis, decimis et omni temporali proventu pro defensione ipsarum concessisti, tibi et successoribus tuis obedientiam et subiectionem exhibituros se promiserint.« II non. (*omitt. Mittheil.*) Ianr. pont. a° 3°. ‖ Mittheil. aus der Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands IV. (1849.) 362; Schirren 25 Urkunden 4; Bunge Livl. UB. I. 133. n° 102 (*ad* a. 1229. Novb.); Brandis Chronik, Anh. n. 140 (*cum dato corrupto* 2$^{do}$ Novb. a° 3°). — »Cum a nobis.«

» 7 — » — (8479) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint mandat, ut abbatem et conventum de Holmcoltram Cisterc. ord. a praestatione decimarum servent immunes. VII id. Ianr. a° 3°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. V. 601. n° 27. — »Cum abbates Cisterciensis.«

» 12 — » — (8480) Fratribus domus s. Mariae Teutonicorum in Teutonia et Prutenorum partibus constitutis castrum Colme [Culm] et quaedam alia castra in Prutenorum confinio, quae eorum domui C(onradus) dux Poloniae concessit, confirmat eosque monet, ut fidem inter Prutenos sedulo dilatent. II id. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 18. n° 38; *sine signo chronol. in* Act. Boruss. I. 418. — »Circa fideles suos.«

» 18 — » — (8481) Repetit n° 8480 de 1230. Ianr. 12: »Perusii XV kal. Febr. a° 3°« — »Circa fideles suos«. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 21. n° 23; Watterich Deutsch. Ordensstaat 242. n° 17.

» 20 — » — * (8482) Eugubinae ecclesiae cathedralis possessiones confirmat. XIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Spicil. Liber. 645.

» 21 — » — (8483) Compositionem inter clerum et populum Guthlandiae ex parte una et (Benedictum) Lingacopensem episcopum ex altera de decimis initam confirmat. XII kal. Febr. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 257. n° 256; *cf.* Porthan Bullar. access. 21. n° 2. — »Cum ex antiqua.«

» 22 — » — (8484) Manfredo canonico Mutinensi mandat, ut sublato quovis impedimento de lite monasterio s. Catharinae Mutinensis intentata (*cf.* 1229. Nov. 5. n° 8462) statuat. XI kal. Febr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 31. n° 36. — »Exhibita nobis prioris.«

» 23 — » — (8485) Universo clero Guthlandiae confirmat, quae Andreas Lundensis archiepiscopus tunc legatus sedis apostolicae de decima ex feno et annona a presbyteris percipienda *etc.* statuerat. X kal. Febr. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 258. n° 257; *cf.* Porthan Bullar. access. 22. n° 3. — »In litteris venerabilis.«

» 25 — » — (8486) (Benedicto) episcopo Lingacopensi concedit veniam absolvendi ligatos, qui clericis violentas manus iniecerint, exceptis casibus gravioribus. VIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Liljegren l. c. 259. n° 258; *cf.* Celse Appar. 63. n° 8. — »Per tuas litteras.«

» 26 — » — (8487) Abbati et priori de Egris Cenadiens. dioc. mandat, iniungant (Alexandro) episcopo Varadiensi, ut S. presbytero, quondam archidiacono de Betis infra duos menses assignet beneficium competens non habens curam animarum annexam. VII kal. Febr. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. I. 201; Theiner Mon. Hungar. I. 91. n° 163. — »Constitutus in praesentia.«

» 27 — » — (8488) Nobiles dominos de Monte s. Iohannis, quorum homines nuper quendam conversum monasterii Casaemarii ausu sacrilego occiderant aliosque letaliter vulneraverant *etc.*, monet ut infra octo dies cum omnibus, qui praenotatis interfuere flagitiis, apostolico conspectui se praesentent. VI kal. Febr. a° (5°, *sed legas*) 3°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 405. — »Horrendum facinus et.«

(1228. Iun. 16-1230. Ianr. 27) — » — (8489) Eliensi et Londinensi episcopis de electione monachi Iohannis de Hertford in abbatem monasterii s. Albani Lincolniensis dioc. mandata dat. *Sine signo chronol.* ‖ Labbe Conc. XI. I. 317; Mansi Conc. XXIII. 47. — »Monasterio s. Albani.«

» 29 — — (8490) Potestatem, consilium et populum Sutrinenses: »Laterani IV kal. Febr. a° 3°«. ‖ Martene Thes. anecd. I. 960, *vid.* 1231. Ianr. 29.

Febr. 1 — Perusii — (8491) (Leopoldum) ducem Austriae monet et hortatur, ut, cum monasterium Medlicense fundatum dicatur ab ipsius progenitoribus et dotatum, abbati et conventui eiusdem super revocatione alienatorum bonorum consilium et auxilium largiatur et alias ipsum monasterium habeat propensius commendatum. Kal. Febr. a° 3°. ‖ Schramb Chron. Mellicense 123; Hueber Austria 17; *cf.* Meiller Reg. der Babenberger 146. n° 246. — »Antiqui hostis invidia.«

» 1 — » — (8492) (Carolo) Secounensi (*i. e.* Seccovensi) episcopo, abbati et priori de Runa Salisb. dioc. mandat, ut, cum ab abbate et conventu monasterii Mellicensis ord. s. Ben. fuerint requisiti, malefactores eorum indebitos in Salisburgensi provincia constitutos compellant, ut eis ablata restituant *etc.* Kal. Febr. a° 3°. ‖ Schramb l. c. 124. — »Quoniam nimis dispendiosum.«

**1230.**

Febr. 6 Perusii (8493) Compositionem inter decanum capitulumque S. Petri de Curia Cenomanenses ex parte una et episcopum, decanum capitulumque Cenomanenses ex altera super subiectione, obedientia et reverentia episcopo dicto *etc.* exhibendis amicabiliter initam confirmat. VIII id. Febr. a° 3°. Piolin Hist. de l'égl. du Mans IV. 582. n° 70. — »Ea quae iudicio.«

» 7 » * (8494) Commission donnée par le pape Grégoire IX au doyen, chantre et sous-chantre de Saint-Martin de Tours pour approuver un concordat passé entre les doyen et chapitre de Saint-Pierre-la-Cour du Mans d'une part et les évêque, doyen et chapitre du Mans d'autre part au sujet de la soumission, de l'obéissance et de la révérence que ces derniers exigeaient des chanoines de Saint-Pierre. VII id. Febr. a° 3°. Bilard Docum. historiq. 9. n° 48.

» 22 — Abbati et fratribus S. Mariae de Plani: »Perusii VIII kal. Mart. a° 3°«. Manrique Ann. Cisterc. IV. 413, *cid.* 1229. Febr. 22. n° 8346.

» 17-24 in Urbem »Benignus pater et dominus circa sui quarti (*legas* tertii) anni exitum mense Februarii hebdomadâ maioris quadragesimae primâ cum gloria et inaestimanda laetitia populi exultantis intravit.« Vita Gr-i ex card. Arag. ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. I. 578. C. — »Prima die Februarii Romae Tiberis fluvius per alluvionem usque adeo inundavit, quod occupavit de domibus Urbis usque ad S. Petrum et usque ad S. Paulum, quod tanti causa timoris Romanis omnibus extitit, ut mox de communi consilio metu mortis dominum *papam* ad Urbem *de Perusio revocarent*, qui rediens a senatu populoque Romano ingenti cum gaudio est receptus.« Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori l. c. VII. 1017 (ap. Ughelli Ital. sacr. [1647] III. 1005; ap. Raynald. Ann. ad a. 1230 § 2).

Mart. 7 Laterani (8495) Massiliensi et Regiensi episcopis mandat, ut inquirant et auditis testibus pronuntient de querela quam conventus S. Victoris Massiliensis adversus consules et cives Massilienses occasione cuiusdam turris et palatii a dictis civibus destructorum moverant. Non. Mart. a° 3°. Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 130. — »Dilecti filii abbas.«

» 14 » (8496) (Eberhardo) archiepiscopo Saltzpurgensi et suffraganeis eius et abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis per Saltzpurgensem provinciam constitutis praecipit, ut illos qui possessiones, res vel domos fratrum de Zwetel Cysterc. ord. invaserint irreverenter aut ea iniuste detinuerint, quae illis ex testamento decedentium relinquuntur, *etc.* publice excommunicationis sententia percellant. II id. Mart. a° 3°. Frast Stiftungen-Buch (Font. rer. Austr. 2. Abth. III.) 151 *et* 183. — »Non absque dolore.«

» 15 » (8497) Magistro Aegidio subdiacono et capellano suo mandat, ut in causa abbatis conventusque S. Martini de Pannonia et praepositi S. Thomae Strigoniensis super quadam summa pecuniae litigantium iuxta prioris apostolici mandati tenorem procedat. Id. Mart. a° 3°. Mon. Hung. hist. Dipl. VI. 264, *ubi falso ad* a. 1229. — »Ex parte dilectorum.«

» 15 » (8498) Abbatem et conventum monasterii de Iues Praemonstr. ord. (s. Martini Montis Dei) sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones, iura ac privilegia confirmat. Id. Mart. a° 3°. Hugo Annal. Praemonstr. II. prob. 190. — »Cum a nobis.«

» 15 » * (8499) Abbati S. Pauli et decanis de Solio [Maria Saal] et de Walkemarct causam vertentem inter abbatem conventumque de Victoria et militem quondam Aquilegiens. dioc. super quodam bono eis a cl. mem. marchione Istriae concesso terminandam committit. Id. Mart. a° 3°. Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXVII. 183. n° 858. — »Dilectis filiis.«

» 16 » (8500) Archiepiscopis, episcopis et abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis ordinem Praedicatorum commendat eisque mandat, ut illos ad officium praedicationis et confessiones audiendas benigne recipiant. XVII kal. Apr. a° 3°. Martene Thes. anecd. I. 951; Bullar. magn. IX. 46. — »Quoniam abundavit iniquitas.«

» 22 » (8501) (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi et suffraganeis eius, abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Strigoniensem provinciam constitutis praecipit, ut illos qui possessiones, res vel domos fratrum monasterii de Monte s. Mariae Cisterc. ord. vel eorum hominum irreverenter invaserint *etc.*, si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellant, si vero clerici vel canonici regulares vel monachi fuerint, eos ab officio et beneficio suspendant. XI kal. Apr. a° 4°. Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 285; *non integra* ap. Fuxhoffer Monast. II. 108 (ed. 2a). — »Non absque dolore.«

» 22 » * (8502) Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi, eius suffraganeis et universo clero per Salzburgensem provinciam constitutis mandat, ut invasores monasterii de Lilienvelde »tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cottidiano defectu iustitiae conquerentis« aut qui possessiones, res vel domos eius iniuste detinuerint *etc.*, si laici fuerint, excommunicent, si clerici, ab officio suspendant, donec laesis satisfecerint. XI kal. Apr. a° 4°. Hanthaler Recensus I. 8; Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 246. n° 336.

**1230.**

Mart. 23 Laterani (8503) Henrico praeposito et conventui monasterii de Osterhoven Praemonstr. ord. possessiones et alia bona, quae nobilis vir Chunradus de Horbach eorum monasterio concessit, auctoritate apostolica confirmat. x kal. Apr. a° 4°. || Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 51; Mon. Boic. XII. 385. — »Iustis petentium desideriis.«

» 23 » Cives Massilienses: »x kal. Apr. a° 4°«, *vid.* 1230. Apr. 22. n° 8535, *ubi me invito male irrepsit.*

» 24 » (8504) Episcopis per Anconitanam marchiam constitutis de forma vestium eremitarum fratris Iohannis Boni ord. s. Aug., ne fratribus Minoribus uniformes credantur, mandata dat. IX kal. Apr. a° 4°. || Pennottus Clericor. canon. historia 69. — »Dudum apparuit in.«

» 28 » (8505) Abbati de ChoteWico, praeposito S. Floriani et decano de Heregemburch Pataviens. dioc. mandat, ut causam vertentem inter praepositum capitulumque ecclesiae s. Georgii ex parte una et Erchengerum de Landsere, Heinricum de Chyu *etc.* ex altera, qui capellam in Husluten ad dictam ecclesiam de iure spectantem contra iustitiam detinent et eis reddere contradicunt, fine debito terminent. v kal. Apr. a° 4°. || Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen IX. 289. — »Praepositus et capitulum.«

» 28 » (8506) Henricum praepositum et conventum ecclesiae s. Margarethae de Osterhoven Praemonstr. ord. Patav. dioc. cum omnibus possessionibus sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem eis ecclesiam de Osterhoven cum capellis, decimas quoque et curtes de Gozzenbach, de Chremis, de Centingen *etc.* confirmat. v kal. Apr. a° 4°. || Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 51; Mon. Boic. XII. 383. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

Apr. 1 » (8507) Eisdem grangias de Aerging (Ebringe *Hund*), de Aeminge, de Entauue et de Scharten cum decimis et aliis earundem pertinentiis confirmat. Kal. Apr. a° 4°. || Hund l. c. III. 52; Mon. Boic. XII. 384. — »Iustis petentium desideriis.«

» 1 » (8508) Eisdem annuens ecclesiam s. Margaretae in Osterhoven ord. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones, iura ac privilegia confirmat. Kal. Apr. indict. II(!). incarn. dom. a° 1230. pont. a° 4°. || Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 292; Hund l. c. III. 23. — »Quoties a nobis.«

» 1 » (8509) (Alexandrum) regem Scotiae rogat et hortatur, ut eos qui excommunicationis in se latam sententiam pertinaciter aspernantes ad mandatum ecclesiae redire contemnunt, post quadraginta dies iuxta laudabilem consuetudinem vicinarum ecclesiarum redire ad ecclesiasticam unitatem compellat. Kal. Apr. a° 4°. || Registrum episc. Glasguens. I. 132. n° 157. — »Cum aliena sint.«

» 2 » (8510) Glasguensi episcopo indulget, ut nullus eum vel homines ecclesiae suae super tenimentis vel aliis ad ecclesiam Glasguensem spectantibus, nisi forte sint feodalia, in foro valeat convenire saeculari. IV non. Apr. a° 4°. || Reg. ep. Glasg. I. c. n° 158. — »Cum ecclesia Glasguensis.«

» 2 » (8511) Universos ecclesiarum praelatos et alios clericos Glasguensis diocesis rogat et monet, ut ad onera debitorum Glasguensis ecclesiae relevanda eidem subventionis subsidium porrigant. IV non. Apr. a° 4°. || Reg. ep. Glasg. l. c. n° 159. — »Etsi mandatum Domini.«

» 2 » (8512) Abbati et priori de Calchen et magistro scolarum de Berewic S. Andreae dioc. de superiore epistola significat eisque mandat, ut illos ad id inducant. IV non. Apr. a° 4°. | Reg. ep. Glasg. l. c. n° 160. — »Etsi mandatum Domini.«

» 2 » (8513) Episcopo Carnotensi et ... significat, se suscepisse sub b. Petri et sua protectione regem Francorum, reginam, filios, regnum et omnia eius bona. Quod autem quamplures magnates et alii regni praedicti regem et regnum variis molestiis turbare praesumunt, eis mandat ne permittant ut praedictae personae et regnum contra apostolicae protectionis tenorem a praedictis molestatoribus aliquatenus molestentur. IV non. Apr. a° 4°. || Raynaldi Ann. ad a. 1230 § 29; Sbaraleae Bull. Fr. I. 59. n° 47. — »Etsi iuxta verbum.«

» 3 » (8514) (Alexandro) regi Scottorum commendat, ut Glasguensem ecclesiam in suo iure foveat et defendat *etc.* III non. Apr. a° 4°. || Reg. ep. Glasg. l. c. 134. n° 161. — »Ut regie sublimitatis.«

» 3 » (8515) Cantori Monasteriensi, cuius cantoriae, cum eiusdem redditus adeo essent tenues et exiles, ut ex eis non posset commode sustentari, (Ludolfus) episcopus Monasteriensis ecclesiam in Alberteslon [Albersloh] perpetuo assignaverat, hanc annexionem confirmat. III non. Apr. a° 4°. || Niesert Beiträge I. I. 401. n° 142; Wilmans Westfäl. UB. III. 147 n° 270. — »Iustis petentium desideriis.«

» 3 » (8516) Decano Monasteriensi, cuius decanatui ex eisdem causis idem episcopus ecclesiam in Bocholte perpetuo assignaverat, hanc annexionem confirmat. III non. Apr. a° 4°. || Niesert l. c. 400. n° 141; Wilmans l. c. n° 269. — »Iustis petentium desideriis.«

» 3 » (8517) Abbati et conventui de Aberdono ord. s. Ben. indulget, ut ecclesiam de Culdedono in proprios usus ad hospitalitatem servandam convertere possint. III non. Apr. a° 4°. | Theiner Mon. Hibern. 28. n° 68. — »Ut hospitalitatem uberius.«

**1230.**

Apr. 4 Laterani (8518) Ecclesiae Cizensis protectionem suscipit eiusque bona ac possessiones confirmat. II non. Apr. incarn. dom. a° 1230. ind. II (!). pont. a° 4°. || Hecker Nachrichten von Meuselwitz (Leipz. 1741) 17; Lepsius Bischöfe des Hochstifts Naumburg I. 288. — *Omisso initio incipit* »Quapropter dilecti in.«

» 4 » (8519) Henrico praeposito eiusque fratribus postulantibus ecclesiam s. Margaretae in Osterhoven ord. s. Aug. patrocinandam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, libertates, immunitates et privilegia, quorum plura recenset, auctoritate apostolica confirmat. II non. Apr indict. II (!). incarn. dom. a° 1230. pont. a° 4°. | Mon. Boic. XII. 380. — »Quotiens a nobis.«

» 4 » (8520) Monasterium in Cremsmunster ord. s. Ben. cum omnibus bonis tuendum suscipit, specialiter autem ei ecclesiam de Petenbach cum decimis et aliis pertinentiis, quam Pataviensis episcopus loci diocesanus eidem concesserat, praedia de Monte s. Martini et de Mutarn [Mautern] et alia bona confirmat. II non. Apr. a° 4°. || UB. von Kremsmünster 78. n° 61; UB. ob der Enns II. 684. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 4 » * (8521) O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali apostolicae sedis legato scribit: Licet ipse et Honorius III praedecessor, volentes Livoniensem ecclesiam et alias in partibus illis de novo creandas ad manus sedis apostolicae specialiter retinere, pluries Bremensi et aliis archiepiscopis circumpositae regionis mandassent, ne in eis sibi iurisdictionem iure metropolitico vindicarent, tamen nuper vacante ecclesia Rigensi (Gerhardus) archiepiscopus Bremensis Albertum clericum in ea episcopum constituerat, capitulum vero Rigense Nicolaum canonicum S. Mariae Magdeburgensem Praemonstrat. ord. episcopum elegerat. Quare mandat ei, ut tentet candidatum utrumque ad spontaneam renuntiationem permovere; quod si non successerit et ipse electionem archiepiscopi Bremensis examinaverit, eam confirmet, si illam iustam repererit. II non. Apr. a° 4°. || Porthan Bullar. access. 23. n° 4; *germanice* ap. Bunge Livl. UB. III. Regest. 8. n° 120b.

» 4 »Gregorius pp. in die s. Iovis Rainaldum dictum ducem Spoleti excommunicat et Bertholdum fratrem eius.« || Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. It. VII. 1018 (ap. Ughelli Ital. sacr. [1647] III. 1006).

» 6 » (8522) Amanevo Auxitanensi archiepiscopo contra decimarum ecclesiasticarum in provincia Auxitana detentores mandata dat. VIII id. Apr. a° 4°. || J. Bajole Hist. sacrée d'Aquitaine (Cahors 1644. 4°) 184.

» 6 » (8523) Detentores decimarum in provincia Auxitana hortatur, ut ab hac damnabili usurpatione desistant. VI die Apr. (!) a° 4°. || Bajole l. c. 184.

» 6 » * (8524) Monasterio Victoriensi [Viktring] decimas, quas ei archiepiscopus Salzeburgensis donavit, auctoritate apostolica confirmat. VIII id. Apr. a° 4°. || Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXVII. 183. n° 859.

» 11 » * (8525) Repetit n° 8379 d. d. 1229. Apr. 21: »III id. Apr. a° 4°«. | Grünhagen Regesten I. 156. n° 356.

» 12 » * (8526) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum concedit, ut »commissiones causarum vel sententiarum executiones a sede apostolica vel delegatis eius seu a quibuslibet aliis factas« minime teneantur recipere, nisi in litteris apostolicis de concessione huiusmodi mentio habeatur. II id. Apr. a° 4°. || Grünhagen l. c. 156. n° 357.

» 15 » * (8527) Eisdem indulget, ut personis apud eos professionem facere volentibus, si in canonem latae sententiae inciderint, absolutionis beneficium impendant. XVII kal. Mai. a° 4°. || Grünhagen l. c. 156. n° 358.

» 15 » (8528) Abbati Cisterciensi mandat, ut ad submovendam discordiam et concordiam reformandam vel saltem treguas firmandas inter Franciae ac Angliae reges partes suas affectuose interponat. XVII kal. Mai. a° 4°. || Baluze Miscell. ed. Mansi III. 392. — »Illius regis licet.«

* *In eundem modum* »Angliae et Franciae regibus.«

» 16 » (8529) Compositionem inter abbatem conventumque de Dunfermelyn ex parte una et monachos de Culenros Cisterc. ord. Dumblanens. dioc. ex altera super quibusdam decimis ecclesiae de Abircrumbin et super ecclesia de Inuirketin inter eos ex parte una et Philippum de Mubrei *etc.* ex altera amicabiliter initam confirmat. XVI kal. Mai. a° 4°. Registrum de Dunfermelyn 168. n° 260. — »Solet annuere sedes.«

» 16 » (8530) Compositionem inter abbatem conventumque de Dunfermelyn ex parte una et rectorem ecclesiae de Disart S. Andreae dioc. ex altera super ecclesia de Karcaldin et decimis molendinorum de Perth initam confirmat. XVI kal. Mai. a° 4°. || Registrum de Dunfermelyn 169. n° 261. — »Solet annuere sedes.«

» 17 » (8531) Universis archiepiscopis et episcopis ac abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis per Angliam constitutis concedit, »ut beneficia, quae Italici in ecclesiis nostris (vestris?)

**1230.**

obtinent, cum ea vacare contigerit«, personis idoneis liberaliter conferant, eisque indulget, ut »si ad nos (vos?) literae apostolicae pro beneficiandis huiusmodi de cetero emanarint, ad provisionem ipsorum inviti non teneamini, nisi de hac indulgentia plenam fecerint mentionem.« xv kal. Mai. a° 4°. || Wilkins Concil. I. 629. — »Ecclesiarum indemnitatibus quarum.«

»Dominus papa concessit xv kal. Maii propria ductus liberalitate, ut cum Romani decedebant qui habent ecclesias in Anglia a viris religiosis, redeant ad eorum donationem sicut prius, non obstantibus Romanis in eis.« || Ann. de Theokesberia *in* Annal. monast. I. 75.

Apr. 19 | Laterani | (8532) Monasterii s. Mauricii ord. s. Ben. in Bocon silva Pannoniorum siti patrocinium suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura, privilegia, libertates et immunitates confirmat. xiii kal. Mai. indict. II (!). incarn. dom. a° 1230. pont. a° 4°. || Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 272. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 19 | » | (8533) Abbati et priori de Zwetl et decano de Chrems Pataviens. dioc. mandat, ut in causa inter H. plebanum ecclesiae Medlicensis et H. de Rauchenek, H. dictum ducem Medlicensem et quosdam alios eiusdem diocesis vertente iudicium faciant. xiii kal. Mai. a° 4°. || Hueber Austria 18. — »Conquestus est nobis.«

» 20 | » | (8534) Ordinem militarem s. Iacobi consilio Amanevi Auxitanensis archiepiscopi erectum confirmat. xii kal. Mai. indict. II (!). incarn. dom. a° 1231 (!). pont. a° 4°. || Gallia christ. (ed. nov.) I. instr. 165. — »Pia vota fidelium.«

» 22 | » | (8535) Cives Massilienses eorumque civitatem cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, ac eis nihilominus indulget, ut eorum universitas sine manifesta et rationabili causa non valeat excommunicationis vel interdicti sententia innodari. x kal. Mai. a° 4°. || Bullar. Roman. ed. Taur. III. 446. n° 19. — »Gaudentes in Domino.«

» 22 | » | (8536) Ecclesiam, quae apud Assisium in fundo Collis Paradisi dicto in honorem b. confessoris Francisci construitur et »in qua recondi debet tam pretiosus thesaurus, sanctum videlicet corpus ipsius,« protegendam suscipit statuens, ut ecclesia ipsa nulli nisi Romano pontifici sit subiecta et ordinis fratrum Minorum caput habeatur et mater *etc.* »Ad indicium autem huius libertatis ab apostolica sede perceptae unius librae cerae censum nobis et successoribus nostris annis singulis persolvetis.« x kal. Mai. a° 4°. Sbaraleae Bullar. Franc. I. 60. n° 49; *sine signo chronolog.* Wadding Ann. Min. II. 232. — »Is qui ecclesiam.«

» 24 | » | (8537) Priori et fratribus ecclesiae s. Stephani Pergamensis ord. Praed. statutum Goffredi tit. S. Marci presbyteri cardinalis tunc apostolicae sedis legati, quo ordinaverat ut clerici, qui beneficia in eorum ecclesia obtineant, ipsis de cetero sint contenti, ita quod ipsis clericis cedentibus vel decedentibus alii in huiusmodi beneficiis non succedant *etc.*, confirmat. viii kal. Mai. a° 4°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 31. n° 37. — »Cum a nobis.«

» 24 | » | (8538) Decanum et capitulum S. Marcelli Parisiensis monet, ut homines suos de S. Marcello pro pace ac securitate scholarium ad illa constringant, ad quae cives Parisienses per regale privilegium sint adstricti. viii kal. Mai. a° (3°, *corrupt. ex* IV; *legas*) 4°. || Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 144. — »Cum non deterioris.«

Mai. 2 | » | (8539) Otilia abbatissa eiusque sororibus postulantibus monasterium s. Mariae in Gössia (ord. s. Ben. Salzeburg. dioc.) ad exemplar Eugenii pp. III sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. vi non. Mai. indict. III. incarn. dom. a° 1230. pont. a° 4°. || Pusch Dipl. Styriae I. 126; *cf.* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXVII. 184. n° 866. — »Quotiens illud a.«

» 2 | » | * (8540) Confirmat bulla brevi omnia iura ac bona monasterii Campililiensis. vi non. Mai. a° 4°. || Hanthaler Recensus I. 8.

» 3 | » | (8541) Potestati et consilio Ferrariensibus mandat, ut Manfredino de Manfredis canonico Mutinensi annuum viginti marcarum censum, quem (pro Massa Fiscalia) ecclesiae Romanae solvere tenentur, assignent. v non. Mai. a° 4°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 90. n° 155. — »Universitati vestre presentium.«

» 4 | » | (8542) Abbati et priori Sanctae Crucis in Austria Cisterc. ord. petentibus annuit, ne auctoritate litterarum sedis apostolicae de causis eis ab ipsa delegandis cognoscere vel delegatorum sententias exequi compellantur, nisi litterae istae de hac indulgentia fecerint mentionem. iv non. Mai. a° 4°. || Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 74. — »Ne sacre contemplationi.«

» 7 | » | (8543) Priori ordinis fratrum Praedicatorum conventus Rotomagensis et .... mandat, ut in monasterio s. Audoeni Rotomagensis ord. s. Ben. corrigant et reforment tam in capite quam in membris, quae secundum b. Benedicti regulam ibidem correctionis et reformationis officio noverint indigere. Non. Mai. a° 4°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 31. n° 38. — »Ad audientiam nostram.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1230.** |
| Mai. 7 | Laterani | (8544) Episcopo et priori de Conventre se electionem, quam monachi monasterii de Evesham de persona Thomae prioris sui in abbatem fecerint, non admisisse significat eisque mandat, ut, si praefati monachi infra mensem post monitionem ad electionem processerint, eam, si fuerit canonica confirment *etc.* Non. Mai. a° 4°. ‖ Chron. abbatiae de Evesham 273. — »Quum dilecti filii.« |
| » 7 | » | (8545) Abbati de Bresk et de Zuerincia Praemonstr. ord. et S. Trinitatis ord. fratr. Praed. prioribus Cracoviens. dioc. mandat, ut scolares, qui Cracoviae commorantur et imitantes quandam pravam consuetudinem in monasterio Tinciensi et aliis festo nativitatis dominicae et per dies aliquot qui sequuntur comessationibus et ebrietatibus cantilenis ludibriis et abhominationibus aliis insistentes usque ad effusionem sanguinis rixantur ac alias ludificationes committunt horribiles et obscoenas, a talibus per censuram ecclesiasticam compescant. Non. Mai. a° 4°. ‖ Cod. dipl. Tinecens. I. 20. n° 12. — »Abbas et conventus.« |
| » 7 | » | * (8546) Concedit indulgentias unius anni pro die dedicationis ecclesiae monasterii Campililiensis, 40 vero dierum pro eiusdem anniversario. Non. Mai. a° 4°. Hanthaler Recensus I. 8. |
| » 8 | » | * (8547) Monasterio Campililiensi omnes possessiones atque iura distincte expressa solemni bulla confirmat. VIII id. Mai. indict. III. incarn. dom. a° 1230. pont. a° 4°. ‖ Hanthaler l. c. 8. |
| » 9 | » | (8548) Guilelmo episcopo Cadurcensi libertates et immunitates ipsi et ipsius ecclesiae a (Ludovico) rege Francorum concessas confirmat. VII id. Mai. a° 4°. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 87 *fragm.* |
| » 10 | » | (8549) Priori ordinis Praedicatorum in Polonia indulget, ut in altari portatili liceat eis celebrare divina. VI id. Mai. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 32. n° 39. — »Ne pro varietate.« |
| » 10 | » | (8550) Magistris et scholaribus Parisiis et Andegavis commorantibus mandat, ut, cum nuper exortâ discordiâ inter eos et cives Parisienses theologicae facultatis studia et cuiuslibet disciplinae scholasticae dogmata defecerint, ipse autem ad reformationem eorum intendere cupiat, aliquos nomine universitatis usque ad festum assumptionis b. Virginis proximo futurum ad praesentiam apostolicam destinent. VI id. Mai. a° 4°. Baluze Miscell. ed. Mansi III. 392. — »Fluminis impetus Parisiensis.«<br>* *In eundem modum* Episcopo et cancellario Parisiensibus, ut personaliter veniant. |
| » 11 | » | (8551) Rodolfo plebano ecclesiae de Porgeim concedit, ut ecclesiam de Pergeim(!) cum ecclesia s. Quintini de Maguntia nuper ei collata retinere possit, non obstante constitutione concilii generalis. V id. Mai. a° 4°. ‖ Würdtwein Nova subs. VI. 14. — »Qui proprie probitatis.« |
| » 11 | » | (8552) Regi Francorum scribit, Arelatensem archiepiscopum proposuisse »quod cl. m. Symon comes Montisfortis a quondam praedecessore suo castrum Bellicadri et totam arsentiam ... recepit in feudum .... Pro hoc etiam 1000 marcas pro emendis possessionibus ad usum mensae archiepiscopalis libidare debuit, quod tamen efficere praetermisit« *etc.* Cum autem rex feudum ipsum per triennium tenuerit et nihil pro eo fecerit archiepiscopo memorato, idem papalis interventionis suffragium imploravit. Rogat papa regem et hortatur, ut praefato archiepiscopo super hoc provideat. V id. Mai. a° 4°. ‖ Baluze l. c. 392. — »Illo devotionis affectu.« |
| » 13 | » | (8553) Magistro Petro capellano suo apostolicae sedis legato mandat, faciat ut castrum Mornacii concessum olim R(aimundo) comiti Tolosano in feudum, cum de iure spectet ad Arelatensem ecclesiam, Arelatensi archiepiscopo restituatur. III id. Mai. a° 4°. ‖ Baluze l. c. 393. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 14 | » | (8554) Aegidio subdiacono et capellano suo mandat, faciat ut P. subdiaconus quieta praepositurae Geuriensis cum fructibus medio tempore perceptis possessione gaudeat. II id. Mai. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 92. n° 164; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 276. — »Dilectus filius P.« |
| » 14 | (») | * (8555) Grégoire IX calma les inquiétudes de Durand évêque d'Alby en lui donnant une bulle qui le confirmait dans la possession de toutes les acquisitions faites par son prédécesseur. ‖ Auriac Hist. d'Alby 88. |
| » 16 | » | (8556) Ministro et fratribus ordinis (Minorum) in generali capitulo constitutis, qui gloriosum corpus s. Francisci ad ecclesiam ipsius nomini dedicandam translaturi erant, significat, se omnibus, qui ad translationis eius solemnia devote convenerint vel usque ad nativitatem Virginis gloriosae proxime venturam ipsius ecclesiam visitaverint, transfretantibus mare tres annos, transeuntibus alpes duos et ceteris unum annum de iniuncta eis poenitentia relaxare. XVII kal. Iun. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 231; Sbaraleae Bull. Fr. I. 64; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1230 § 21. — »Mirificans misericordias suas.« |

**1230.**

Mai. 17 Laterani. Perusino et Spoletano episcopis: »xvi kal. Iun. a° 4°«. ‖ Wadding l. c. 234, *vid.* 1230. Iun. 15. n° 8572.

» 20 » (8557) Abbati et conventui Cistercii indulget, ut, quoties peculiaris episcopi copiam non habeant, benedictiones vasorum et vestium, consecrationes altarium et ordinationes monachorum a quolibet episcopo in eorum monasterio Cistercii residentiam faciente recipere possint. xiii kal. Iun. a° 4°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 406. — »Reputantes vestrae religioni.«

» 23 » (8558) Universos Christi fideles per Senonensem provinciam constitutos rogat et hortatur ut hospitali pauperum b. Catharinae Parisiensis subsidia caritatis conferant, et pollicetur omnibus, qui dicti hospitalis fratribus manum adiutricem porrexerint, indulgentiam 20 dierum. x kal. Iun. a° 4°. ‖ Le Maire Paris ancien et nouveau III. 182; Malingre Antiq. de Paris 546; Félibien Hist. de Paris III. 67; J. du Breul Antiq. de Paris 713. — »Quoniam ut ait.«

» 29 » (8559) Magistro Simoni scriptori suo ad conquestiones fratrum domus hospitalis Ierosolimitani per Boemiam, Moraviam, Poloniam et Pomoraniam constitutorum districte mandat, ut a decimarum domus ipsius exactione desistens sententiam excommunicationis in fratres praedictos propter hoc latam sine qualibet difficultate relaxet. iv kal. Iun. a° 4°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 356. n° 759; Klempin Pommersches UB. I. 214. n° 267. — »Mirari cogimur et.«

» 30 » (8560) Magistro Iacobo de Castro Arquet et W. de S. Laudo ordinis fratrum Praedic. et Vernacio canonico Tarvisino Parisius commoranti mandat, ut (Petro) comiti Britanniae, in quem Redonensis, Macloviensis, Dolensis, Briocensis, Venet., Trecorensis et Leonensis episcopi excommunicationis et in terram eius interdicti sententias promulgaverant, restitutionibus factis et ab eodem comite de stando mandatis ecclesiae iuramento recepto, absolutionis beneficium impendant et per ecclesias et provincias in quibus excommunicatus denuntiatus extitit, absolutum publice nuntient. iii kal. Iun. a° 4°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 909. — »Cum venerabiles fratres.«

» 31 » (8561) Episcopo Glasguensi indulget, ut ultra mare Scociae per litteras apostolicas ad iudicium trahi nequeat. ii kal. Iun. a° 4°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 135. n° 162. — »In eminenti apostolice.«

» 31 » (8562) Eidem indulget, ut de cetero ad provisionem alicuius per litteras apostolicas nullatenus cogatur, nisi de hac indulgentia plenam fecerint mentionem. ii kal. Iun. a° 4°. Reg. ep. Glasg. l. c. n° 163. — »In eminenti sedis.«

» 31 » (8563) Eidem concedit, ut abbatem de Passeleht et alios religiosos et clericos saeculares suae diocesis, qui repraesentent ei vicarios in suis monasteriis et ecclesiis canonice instituendos, qui de spiritualibus ei respondeant, et vicarios ipsos coercere possit, ut ipso nolente vicarias huiusmodi non recipiant. ii kal. Iun. a° 4°. ‖ Reg. ep. Glasg. l. c. n° 164. — »In eminenti sedis.«

Iun. 3 » * (8564) Monasterium de Panthemont sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. iii non. Iun. indict. II (!). incarn. dom. a° 1230. pont. a° 4°. ‖ Louvet Hist. de Beauvaisis I. 585.

» 4 » (8565) Archiepiscopis et episcopis per Italiam constitutis mandat, curent ne fratres tertii ordinis s. Francisci super recipiendis et exequendis publicis officiis, pedagiis colligendis vel etiam mutuis communitatibus faciendis ab aliquibus molestentur. ii non. Iun. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 605. — »Cum dilecti filii.«

» 5 » (8566) Vicedominis episcopatus Florentini significat, se magistrum Ardinghum canonicum Papiensem ecclesiae Florentinae providisse in pastorem, eisque mandat, ut res et negotia ipsius ecclesiae sollicite ac fideliter sicut hactenus procurent. Non. Iun. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 108; *cf.* Robolini Notizie III. i. 116. — »Noverit devotio vestra.«

» 6 » * (8567) Abbatibus de Agemund et de Victoria et decano de Volkenforo mandat, ut venditionem castri de Werdenburch inter abbatem conventumque S. Pauli et ducem Carinthiae iniuste effectam irritam faciat. viii id. Iun. a° 4°. ‖ Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXVII. 185. n° 868. — »Exhibitis nobis.«

» 7 » (8568) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntinensi et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinam provinciam constitutis mandat, ut abbatissam et sorores monasterii in Ozlauan Cisterc. ord. Olomucens. dioc. contra malefactores tueantur. vii id. Iun. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 220. n° 204; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 357. n° 760. — »Non absque dolore.«

» 8 » (8569) De Lundors et de Scona abbatibus et priori de Scona S. Andreae dioc. mandat, compellant, quociens ab abbate et conventu S. Trinitatis de Dunfermelyn eiusd. dioc. fuerint requisiti, malefactores eorum in S. Andreae et Dunkeldensi diocesibus constitutos, ut eis ablata restituant. vi id. Iun. a° 4°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 169. n° 262. — »Quoniam nimis dispendiosum.«

**1230.**

Iun. 10 Roma — * (8570) Gregorio IX approva l'istituzione de' prebendati del Coro Aquilejese fatta dal patriarca Pertoldo. ‖ Manzano Annali del Friuli II. 303.

» 13 Laterani — (8571) Abbati de Prüle, praeposito S. Magni et decano veteris capellae Ratisponensibus mandat, cogant A. militem et quosdam alios Ratisponens. dioc., qui possessiones et res alias ad monasterium s. Emmerami Ratisponensis pertinentes titulo pignoris detinent obligatas, licet ex eis perceperint ultra sortem, ut quicquid sic perceperint, restituant conquerentibus per poenitentiam in Lateranensi concilio contra usurarios editam. Id. Iun. a° (1°, *sed legerim*) 4°. ‖ Ratisb. monast. Liber probat. 165. n° 67. — »Abbas et conventus.«

» 16 » — (8572) Perusino et Spoletano episcopis significat, se, quod potestas, consilium et populus Assisinates corpus s. Francisci ausu sacrilego rapientes translationis (d. 25. Mai. factae) mysterium prophanarint, ecclesiam in eiusdem sancti honorem Assisii constructam episcopi et capituli Assisinatis subiicere ditioni ac prohibere, ne ibi de cetero ullatenus generale capitulum celebretur, et locum supponere ecclesiastico interdicto »donec nobis de tanta iniuria satisfiat.« Mandat eis, ut, si potestas, consilium et populus praedicti infra 15 dies satisfactionem plenariam exhibere neglexerint, in potestatem et consilium excommunicationis, in terram interdicti sententias promulgent. xvi kal. (Iun., *legas potius cum Raynaldo*) Iul. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 234; Sbaraleae Bullar. Franc. I. 66. n° 54; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1230 § 22. — »Speravimus hactenus ut.«

» 16 (») — * (8573) Confirmat renunciationem magistri Ardingi electi Papiensis et Rodobaldum canonicum ecclesiae Papiensis praeficit in episcopum. xvi kal. Iul. a° 4°. ‖ Robolini Notizie III. i. 116.

» 26 » — (8574) Episcopo S. Andreae et abbati de Dunfermelyn mandat, ut illis qui pro inobedientia et aliis excessibus contra ordinis sui statuta commissis excommunicationis sententiam incurrerunt, dummodo se correxerint *etc.*, absolutionis beneficium impendant. vi kal. Iul. a° 4°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 170. n° 263. — »Ex parte tua.«

» 28 » — (8575) Praeposito et clericis S. Mariae Brixinensis, in quorum ecclesia b. mem. C(onradus) Brixinensis episcopus praepositum et quatuor presbyteros, qui quotidie ibi missarum solemnia et alia divina celebrent *etc.*, instituerat, hanc institutionem confirmat. iv kal. Iul. a° 4°. ‖ v. Hormayr Gesch. von Tyrol I. ii. 288. — »Iustis petentium desideriis.«

Iul. 2 » — (8576) Abbati Fontisvivi Cisterc. ord. Parmens. dioc. mandat, ut monachos monasterii de Leno (Brixiens. dioc.) pro eo, quod statuta regularia non servabant, abbas etiam et prior adeo inutiles negligentes et remissi a visitatore inveniebantur quod de reformatione ipsius monasterii sub eorum regimine nullatenus spe habetur, excommunicatos absolvat cautione iuratoria ab eis recepta, quod P(eregrinum) priorem de Urathe pro abbate suo recipiant et super his, pro quibus sint excommunicati, apostolicis debeant parere mandatis. vi non. Iul. a° 4°. ‖ (Luchi) Mon. monast. Leonens. 69; Zaccaria Badia di Leno 198. n° 35. — »Cum super multiplici.«

» 3 » — (8577) Abbati S. Iacobi Pruvinensis et S. Iacobi de Calestria parva priori Senonens. dioc. querelam abbatis et conventus monasterii de Cella Trecensis contra Stephanum de Campo Guidonis civem Trecensem committit decernendam. v non. Iul. a° 4°. ‖ Gallia christ. XII. instr. 289 in n° 60. — »Querelam dilectorum filiorum.«

» 3 » — (8578) Archiepiscopo Pisano scribit, se statuisse ut, nisi cives Lucani, sedis apostolicae patrimonium terram videlicet Garfagnani occupantes ad mandatum apostolicum usque ad proxime venturum festum assumptionis b. Virginis revertantur, super eis pro quibus excommunicati sint et interdicti satisfactionem plenariam impensuri, eos episcopali honore et ecclesiae cathedralis dignitate privet. Mandat ei, ut hoc statutum publicet. v non. Iul. a° 4°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 446. n° 20. — »Veremur ne cives.«

» 3 » — (8579) Magistro Pelagotto canonico Faventino mandat, ut inter Ravennatem archiepiscopum et abbatem conventumque S. Michaelis de Castro Britonis Camald. ord. Bonon. dioc. super Marmorta et quibusdam aliis aquis litigantes iudicium faciat. v non. Iul. a° 4°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 485. n° 301. — »Venerabilis frater noster.«

» 3 » — (8580) (Sifrido) Ratisponensi episcopo concedit, ut cum clericis concubinariis diocesis et civitatis suae, in quos excommunicationis sententiam promulgavit, dispenset sufficienti cautione recepta, quod non resumant dimissas focarias. v non. Iul. a° 4°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 364. n° 380. — »A nobis suppliciter.«

» 3 » — * (8581) Omnibus vere poenitentibus et confessis Gneznensis diocesis, qui in festo s. Barth(olomaei?) monasterii Trebnicensis ecclesiam venerabiliter visitaverint annuatim, indulgentiam 40 dierum elargitur. v non. Iul. a° 4°. ‖ Grünhagen Regesten I. 156. n° 360.

» 5 » — (8582) Monasterium monialium s. Mariae in Ozlawan Cisterc. ord. (Olomucens. dioc.) sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum complura propriis exprimit vocabulis, iura atque privilegia confirmat. iii non. Iul. indict.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1230.** |
| | | II(!). incarn. dom. aº 1230. pont. aº 4º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 221. nº 205; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 357. nº 761. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| Iul. 6 | Laterani | (8583) Abbati et conventui S. Anastasii de Urbe confirmat sententiam, quam B(artholomaeus) tit. S. Pudentianae presb. cardinalis in causa, quae inter illos ex parte una et priorem capitulumque S. Mariae de Orbitello ex altera super observandis sententiis excommunicationis et interdicti in praefatam ecclesiam eiusque clericos a dicto abbate prolatis *etc.* vertebatur, promulgavit. II non. Iul. aº 4º. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 737. — »Cum causam quae.« |
| » 9 | ( » ) | (8584) Magistro Petro de Collemedio capellano suo apostolicae sedis legato mandat, inquirat, num Raimundo comiti Tolosano tam super passagio suo et suorum in subsidium Terrae sanctae, quam super summa decem millium marcarum, in qua ecclesiis pro damnorum restitutione teneatur, terminus prorogandus sit, et quae invenerit sedi apostolicae intimet, »ut per tuam relationem instructi super hoc securius disponere valeremus.« »Anagniae« (*error scribae?*) VII id. Iul. aº 4º. ‖ Achery Spicil. III. 603; Mansi Conc. XXIII. 100; Percin Mon. convent. Tolos. Praed. III. 3. nº 16; Labbe Conc. XI. I. 359. nº 20. — »Venientes ad praesentiam.« |
| » 9 | » | (8585) (Raimundo) comiti Tolosano significat de superiore ad magistrum P(etrum) de Collemedio epistola eumque hortatur, ut sic se studeat Deo et ecclesiae exhibere devotum »quod sinistra suspicio, in quam apud multos incideras, cesset omnino.« VII id. Iul. aº 4º. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 393. — »Dilectos filios Rostagnum.« |
| » 9 | » | (8586) Praeposito et conventui de Lo ord. s. Aug. Morinens. dioc. ecclesiam de Veinkehem a b. mem. Morinensi episcopo eorum monasterio concessam auctoritate apostolica confirmat. VII id. Iul. aº 4º. ‖ Hollebeke Cartul. de l'abb. de St. Pierre de Loo 55. nº 51, *male ad* a. 1231. — »Cum a nobis.« |
| » 10 | » | (8587) Universos Christi fideles hortatur, ut fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Ierusalem succurrant ad aedificandum castrum Montfort iuxta territorum Acconense in terra, quam dux Austriae eisdem emit. VI id. Iul. aº 4º. ‖ Strehlke Tab. 56. nº 72. — »Dilecti filii fratres.« |
| » 10 | » | (8588) Repetit nº 7956 de 1227. Iul. 3: »VI id. Iul. aº 4º« — »Cum dilecti filii.« ‖ Strehlke l. c. 349. nº 447. |
| » 22 | ap. Cryptam ferratam | (8589) Archiepiscopo Arelatensi et episcopo Arausicensi mandat, moneant R(aimundum) comitem Tolosanum et S(anctiam) uxorem eius, ut cohabitent et sibi mutuo coniugales affectus exhibeant, eos ad id si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam compellendo. XI kal. Aug. aº 4º. ‖ Achery Spicil. III. 603; Mansi Conc. XXIII. 99. nº 18; Labbe Conc. XI. I. 358. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 23 | ap. S. Germanum | »Dominus papa et dominus imperator mediantibus principibus Alamanniae, videlicet Bertholdo patriarcha Aquilegiensi, Eberhardo archiepiscopo Salzpurgensi, (Sigfrido) episcopo Ratisponensi, (Leopoldo) Austriae, (Ottone) Meraniae et (Bernardo) Karinthiae ducibus, et quibusdam aliis ad concordiam redierunt.« ‖ Contin. Scotor. ap. Pertz Mon. Germ. scr. IX. 625; Cont. Sancrucens. 1a *ibid.* 627; Contin. Claustroneob. 3a *ibid.* 636; Annal. S. Rudberti *ibid.* 784; Annal. Scheftlar. *ibid.* XVII. 339; Hermanni Altah. Annal. *ibid.* XVII. 391 (ap. Boehmer Font. II. 501). |
| Aug. 6 | Anagniae | (8590) Repetit nº 7981 de 1227. Iul. 30: »VIII id. Aug. aº 4º« — »Paci et quieti.« ‖ Strehlke Tab. 349. nº 448. |
| » 26 | » | (8591) S. Pauli Pisanae et S. Michaelis de Guamo Lucanae dioec. abbatibus mandat, ut quam et cuiusmodi possessionem et in quibus rebus et iuribus tempore motae guerrae inter Pisanos et Lucenses habuerit Lucana ecclesia in castris et terris, quorum occasione inter eandem ecclesiam et dictos Pisanos quaestio agitatur, diligenter inquirant. VII kal. Sept. aº 4º. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 393. — »Presentium vobis auctoritate.« |
| » 26 | » | • (8592) Episcopo Firmano, abbati S. Crucis de Clento ac priori de Balegone Firman. dioc. causam vertentem inter Fildesmidum de Mogliano et Camerinense commune super castro Morici committit decidendam. VII kal. Sept. aº 4º. ‖ Cronache della città di Fermo 354. nº 95; *cf.* nº 97. |
| » 27 | » | (8593) Magistro et fratribus militiae Christi in Prussia possessiones et alia bona, quae (Guntherus) episcopus Pruziensis (Plozensis *al.*) et Conradus dux Masoviae et Cuiaviae eis donaverant, confirmat. VI kal. Sept. aº 4º. ‖ Acta Boruss. I. 414; Dogiel Cod. dipl. Polon. IV. 10. nº 14; Dreger Cod. dipl. Pomer. I. 145. nº 84. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 28 | » | (8594) Friderico Romanorum imperatori et regi Siciliae gratulatur, quod animae suae saluti, dignitatis honori et multorum quieti provide consulens ad piae matris ecclesiae gremium redierit; eum hortatur, ne de cetero patiatur se abduci vel seduci pravis consiliis perversorum, ac pro speciali munere postulat, ut hac ipsa die »quae specialis sit festivitas angelorum,« comitis Thomae et quondam Rainaldi de Aversa filios sibi liberaliter largiatur eos ad sedem papalem remittendo, »quia, licet secundum formam pacis |

**1230.**

a principibus acceptatam de ipsorum liberatione non fuerit dubitatum, si nunquam tamen tractatum fuisset, nequaquam eos ecclesiae negare te decet.« v kal. Sept. a° 4°. Raynaldi Ann. ad a. 1230 § 11; Pertz Mon. Germ. hist. leg. II. 274; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 224; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 448; *sine nota chronol.* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 173. — »Si Anna discessum.«

Aug. 31 — Anagniae — (8595) (Nicolao) Regino episcopo scribit, se foedus treugarum eo mediante inter Bononienses et Mutinenses cives initum confirmare, eique mandat, ut easdem inconcusse faciat observari. II kal. Sept. a° 4°. Savioli Ann. Bologn. III. II. 101; Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 104. n° 782. — »Cum te mediante.«

(Aug. Sept.) — ( - ) — (8596) (Theodoram) ducissam Austriae consolatur de obitu (Lupoldi) ducis Austriae viri eius († d. 28. Iul. 1230), de cuius »tantam gerebamus sinceritate fiduciam, ut in negociis pacis (apud S. Germanum?) eiusdem acquiesceremus consiliis..... Te et filium tuum (Fridericum), quantum cum Deo et honestate poterimus, gratia prosequi proponimus et favore, ut benivolentia, quam ad defunctum habuimus, transeat etiam ad haeredes.« *Sine signo chronol.* Hanthaler Fasti Campilil. II. 741; Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 139. — »Quod potati doloris.«

Sept. 1 — »Mense Septembri primo die mensis eiusdem qui fuit dies dominicus, caesar invitatus a papa, cum esset in castris in pede Anagniae, magnifice comitatus a cardinalibus et nobilioribus civitatis intravit

„ 2 — Anagniam, — et eo die cum papa sedit in mensa et solus cum solo, magistro tamen Theutonicorum praesenti; in papali camera consilio longo se tenuere diu, ac die Lunae sequenti cum gratia papae et cardinalium ad castra reversus est.... Tunc etiam abbas S. Vincentii et praelati qui imperatori adhaerentes excommunicati fuerant, ad preces imperatoris a papa absoluti sunt.« Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1024 (ap. Ughelli Ital. sacr. [1647] III. 1012; ap. Raynald. Ann. ad a. 1230 § 15). — »Ad quem (*scil.* papam) inter autumni primordia imperator ex insperato pervenit, circa Salam salientis aquae fontem irriguum castrametatus magnifice, cum honorabili comitiva. In crastino autem (*i. e.* d. 1. Sept.) ascendens Anagniam ad pedes venerandi pontificis reiecto pallio reverenter (veneranter *Rayn.*) accessit.... Sequenti vero die (*i. e.* d. 2. Sept.) in eiusdem patris paterno palatio simul uterque princeps in una mensa discubuit..... Quo die per longos tractatus et publicos, per secreta familiaritatis alloquia votive decurso Caesar ... properavit in regnum, summus autem pontifex propinqua iam hyeme ad Urbem rediit.« Vita Gr-i ex card. Arag. ap. Muratori l. c. III. I. 577. B. C. (ap. Raynald. l. c.)

„ 2 — Anagniae — (8597) Abbati S. Petri Salzburgensis concedit petente Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi mitrae usum in diebus sollempnibus. IV non. Sept. a° 4°. (Seeauer) Noviss. chron. S. Petri 265. — »Ut in spe.«

„ 5 — „ — (8598) P(etro) de Collemedio capellano suo apostolicae sedis legato mandat, ut litteris contrariis non obstantibus de quibuslibet causis contra (Raimundum) comitem Tolosanum motis occasione fori ecclesiastici iudicet. Non. Sept. a° 4°. Vaissète Hist. de Languedoc III. preuv. 352. — »Ex parte nobilis.«

„ 7 — „ — * (8599) Abbati Admontensi concedit petente Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi mitrae usum in diebus sollempnibus. VII id. Sept. a° 4°. Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 250. n° 361; *cf.* Muchar Gesch. v. Steiermark V. 123. — »Ad decus et.«

„ 10 — „ — Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theut.: »IV id. Sept. a° 4°«. Dogiel Cod. dipl Polon. IV. 11. n° 15, *vid.* 1230. Sept. 12. n° 8602.

„ 11 — „ — (8600) Abbati S. Bartholomaei Ferrariensi mandat, ut inter abbatem conventumque de Nonantula ac potestatem et commune de Crepacorio et quosdam alios Bononienses super iure parochiali ss. Silvestri et Iohannis de Crepacorio et quarundam aliarum ecclesiarum de Castro francho *etc.* litigantes iudicium faciat. III id. Sept. a° 4°. Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 368. n° 441. — »Dilecti filii abbas.«

„ 11 — „ — (8601) Brixianensi episcopo ac nonnullis Cisterciensis ordinis abbatibus Pataviens. (Passav.?) dioc. mandat, ut de miraculis s. Virgilii Salzeburgensis archiepiscopi inquirant. III id. Sept. a° 4°. Raynaldi Ann. ad a. 1230 § 26. — »Gratias agimus gratiarum.«

„ 12 — „ — (8602) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Ierusalem castrum Colme cum pertinentiis, quod eis (Conradus) dux Mazoviae ad paganorum Prutenorum saevitiam comprimendam (mense Iunio a. 1230) concessit, auctoritate apostolica confirmat. II (IV *Dog.*) id. Sept. a° 4°. Acta Boruss. I. 415; Dogiel Cod. dipl. Polon. IV. 11. n° 15; Dreger Cod. dipl. Pomer. I. 145. n° 85; Watterich Deutsch. Ordensstaat 248; Theiner Mon. Polon. I. 18. n° 39. — »Vestre devotionis sinceritas.«

„ 13 — „ — (8603) Universos Christi fideles per Magdeburgensem et Bremensem provincias, Poloniam, Pomeraniam (*om. Thein.*), Moraviam, Suraniam (Suraviam *Th.*), Holtsatiam (Holisantiam *Rayn.*) et Gothlandiam constitutos monet, ut se expediant ad pugnam contra paganos Prutenos, qui christianos ibidem existentes trucident et exterminare intendant quibusque fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum a (Conrado) duce Mazoviae ad auxilium

**1230.**

christianorum introducti per se resistere nequeant. Id. Sept. a° 4°. || Theiner Mon. Polon. I. 20. n° 41; *deficiente initio* Raynaldi Annal. ad a. 1230 § 23; Hennes UB. des deutschen Ordens II. 43; *cf.* Palacky Reise 24. n° 107; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 225. n° 206; Erben Reg. Bohem. I. 357. n° 762; Klempin Pommersches UB. I. 215. n° 269. — »Cum misericors et.«

Sept. 13 Anagniae (8604) Ministros et fratres ordinis Praedicatorum per praedictas provincias constitutos de eadem re certiores facit eosque monet et obsecrat, ut assumpto praedicationis officio ad id fideles praedictos monitis et exhortationibus diligenter inducant. Id. Sept. a° 4°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 32. n° 40; Theiner l. c. 21. n° 42; *cf.* Klempin l. c. n° 270. — »Cum misericors et.«

» 13 » (8605) P(etro) de Collemedio capellano suo apostolicae sedis legato mandat, ut secundum formam compositionis inter ecclesiam et (Ludovicum) regem Franciae ex parte una et (Raymundum) comitem Tolosanum ex altera initae gentes ecclesiasticas terrae dicti comitis cogat, ut eidem de pecunia ab eo persolvenda subveniant. Id. Sept. a° 4°. || Vaissète Hist. de Languedoc III. preuv. 352. — »Dilectus filius nobilis.«

» *15 » (8606) Magistro et fratribus domus militiae Templi inhibet, ne fratres domus hospitalis s. Mariae Theutonicorum de usu mantellorum alborum molestent. xvii kal. Oct. a° 4°. || Strehlke Tab. 349. n° 449. — »Cum ordinem vestrum.«

» 17 » (8607) Repetit n° 8604 de 1230. Sept. 13: »xv kal. Oct. a° 4°«. — »Cum misericors et.« || Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 23. n° 24; Hasselbach Cod. dipl. Pomeran. I. 416. n° 182; *cf.* Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 722. n° 59; Klempin l. c. n° 270.

» 18 » (8608) Magistro Petro de Collemedio capellano suo apostolicae sedis legato mandat, ut diligenter inquirat, an (Raimundi) comitis Tolosani pater, »qui ante reconciliationem terrae decessit«, ante obitum indicia poenitentiae exhibuerit. xiv kal. Oct. a° 4°. || Achery Spicil. III. 603; Mansi Conc. XXIII. 99. n° 19; Labbe Conc. XI. i. 359. n° 19. — »Exposuerunt nobis nuntii.« *Cf.* n° 8616.

» 22 » * (8609) (Galtero) Senonensi archiepiscopo ac (Guillelmo) Parisiensi ac (Galterio) Carnotensi episcopis mandat, inquirant num Raimundo comiti Tolosano tam super passagio suo et suorum in subsidium Terrae sanctae, quam super summa 10,000 marcarum, in qua ecclesiis pro damnorum restitutione teneatur, terminus prorogandus sit, et quae invenerint sedi apostolicae intiment, »ut per vestram relationem instructi super hoc securius disponere valeamus.« x kal. Oct. a° 4°. || Achery l. c. 603; Mansi l. c. 100; Labbe l. c. 359. — »Venientes ad praesentiam.«

» 24 » (8610) Potestati et populo Aesinis significat, se Gelvaen. (*leg.* Belvacensis) episcopi gubernationi commisisse Marchiam et Ducatum eosque rogat et hortatur, ut eidem de omnibus iuribus et rationibus apostolicae sedis plenarie respondeant. viii kal. Oct. a° 4°. || Baldassini Città di Jesi. Append. 13. — »Cupientes a subditis.«

» 24 » (8611) (Angelum) Gradensem patriarcham et suffraganeos eius hortatur et obsecrat, ut, »cum clerici qui deberent esse tamquam stellae fixae in ecclesiae firmamento lucendo sibi per vitae meritum et aliis per exemplum, pro maiori parte vitiorum tenebris involuti« sint, extirpandis vitiis et plantandis virtutibus intendant et specialiter incontinentiae vitium »quod enormiter Christi sponsae derogat honestati« cohibeant. viii kal. Oct. a° 4°. || Baluze Miscell. ed. Mansi III. 393. — »Utinam superveniente mansuetudine.«

» 25 » (8612) Perusinis, Tudertinis, Urbevetanis, Narniensibus et Ameliensibus potestatibus et populis repetit n° 8610 d. d. 1230. Sept. 24: »vii kal. Oct. a° 4°«. — »Cupientes a subditis«. || Baluze l. c. 394; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 93. n° 157.

» 25 » (8613) (Petro) archiepiscopo Narbonensi, (Fulconi) Tolosano et (Arnaldo) Nemausensi episcopis mandata dat pro comite Tolosano, cui occasione cuiusdam compositionis R(omanus) S. Angeli diaconus cardinalis apostolicae sedis legatus concesserat, ut hominibus ecclesiarum terrae suae tallias vel collectas imponere valeret. vii kal. Oct. a° 4°. || Teulet Layettes II. 184. n° 2073. — »Dilectus filius nobilis.«

» 25 » (8614) Decano, thesaurario et magistro Salomoni canonico Herbipolensibus mandat, cogant per censuram ecclesiasticam nobiles viros O. et L. de Owe Augustensis diocesis, ut a (Sifridi) Ratisponensis episcopi super advocatia in ecclesia de Broule et rebus aliis iniuria conquiescant. vii kal. Oct. a° 4°. || Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 364. n° 381. — »Venerabilis frater noster.«

» 25 » (8615) Episcopi Belluacensis regimini marchiam (Anconitanam) et ducatum (Spoletanum) Perusium et Tudertum, Urbem veterem, Narniam et Ameliam confidenter committit. vii kal. Oct. a° 4°. || Baluze Miscell. ed. Mansi III. 393; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. i. 271. not. — »Efficax tuae devotionis.«

» 25 » * (8616) (Fulconi) episcopo Tolosano et abbati Grandis Sylvae mandat, ut diligenter inquirant, an (Raimundi) comitis Tolosani pater »qui ante reconciliationem terrae decessit«, ante obitum indicia poenitentiae exhibuerit. vii kal. Oct. a° 4°. || Achery Spicil. III. 603; *cf.* Mansi Conc. XXIII. 100; Labbe Conc. XI. i. 359. — »Exposuerunt nobis nuntii.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1230.** |
| Sept. 27 | Anagniae | (8617) **Perusinis, Urbevetanis, Narniensibus, Ameliensibus et Tudertinis episcopis, ecclesiarum praelatis et aliis clericis per civitates et dioceses dictas constitutis notum facit, se Belvacensis episcopi gubernationi praedictas terras commisisse. Monet eos, ut eidem devote intendant et obediant. v kal. Oct. a° 4°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 394. — »Cum non mediocriter.«** |
| | | * *In eundem modum* Universis episcopis per Ducatum et Marchiam constitutis. |
| » 27 | » | (8618) Abbati S. Laurentii Aversan., archidiacono S. Iohannis et M. de Duce canonico Neapolitano mandat, ut in lite inter abbatem conventumque monasterii Casinensis, qui monasterio s. Iohannis in Capua ipsis subiecto C. monialem in abbatissam canonice praefecerant, et archidiaconum Capuanum, qui abbatissa praefata violenter eiecta in ipsum monasterium M. monialem intruserat, quae ibidem iam per biennium administrare praesumat, statuant quod canonicum fuerit. v kal. Oct. a° 4°. ‖ Tosti Monte-Cassino II. 307. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 28 | » | (8619) Sublacensis monasterii, quod b. Petri iuris existit, tutelam suscipit eiusque possessiones ac bona propriis vocabulis hic inserta confirmat. iv kal. Oct. indict. II (I). incarn. dom. a° 1230. pont. a° 4°. ‖ Spicil. Liber. 658. n° 19. — »Quamvis universarum ecclesiarum.« |
| » 28 | » | (8620) Generali et provincialibus ministris ac custodibus ceterisque fratribus ordinis Minorum respondet de locis aliquot dubiis, obscuris et quaedam intellectu difficilia continentibus regulae suae. iv kal. Oct. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 244; *cf.* Tabulae codd. mss. in bibl. Vindobon. II. 283. n° 3417.[8] — »Quo elongati a.« (»Quoniam elongati« *Tabul.*) |
| Oct. 7 | » | (6821) Abbati et conventui S. Petri in Augia [Weissenau] Praemonstr. ord. capellam (praebendam *W. UB.*) de Brigantia, quam eis Constantiensis episcopus concesserat, confirmat. Non. Oct. a° 4°. ‖ (Wiener) Jahrb. der Literat. CXVIII. Anzeigebl. 38; Wirtemberg. UB. III. 271. n° 781. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 7 | » | (8622) Eisdem redditus, quos in ecclesia Manniscellae Constantiensis episcopus eis concesserat, auctoritate apostolica confirmat. Non. Oct. a° 4°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 271. n° 780. — »Iustis petentium desideriis.« |
| ( » 1-10) | ( » ) | (8623) (Ludovico) regi Francorum scribit: Dominus »humiliavit cor principis Friderici Romanorum imperatoris semper augusti regis Siciliae, et ad matris gremium revocavit, dum mediantibus principibus Alamanniae tam ecclesiasticis quam secularibus, tractatu pacis prehabito et ab utraque parte communiter acceptato, idem ad mandatum ecclesiae rediens humiliter et devote, absolutionis beneficium meruit obtinere.« Eum hortatur, suppliciter postulet a Domino, ut pacem continuet et confirmet. *Sine signo chronol.* ‖ Pertz Mon. Germ. hist. leg. II. 276; *fragm. incip.* »Tandem magnificans« ap. Raynald. Ann. ad a. 1230 § 13; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 229. — »Ecclesiam suam Dominus.« |
| | | * *In eiusdem forma mandati scriptum est* Rectoribus fraternitatis Urbis. |
| ( » ) | ( » ) | (8624) Cuidam fideli notum facit, quomodo Fridericus Romanorum imperator ad sedem apostolicam veniens in participatione convivii et iocunda collocutione tam de rebus quae ad divina spectant, quam de eis quae ad ecclesiae patrimonium pertinent, paratum animum ostenderit, monetque eum, ut haec omnia fidelibus ecclesiae qui sint in Campania revelando ipsos in obsequio b. Petri et suo fortiter animet et informet. *Sine signo chronol.* ‖ Huillard-Bréholles l. c. 228. — »Quia de statu.« |
| » 10 | » | (8625) **Rectoribus societatis Lombardiae significat, Fridericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae a vinculo excommunicationis absolutum et pacem inter se et illum multiplici munimine roboratam esse. Eos monet et hortatur, ut in ecclesiae Romanae devotione persistant et beneplacitis sedis apostolicae obsequi studeant. vi id. Oct. a° 4°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 101; Baluze Miscell. ed. Mansi III. 395; Pertz Mon. Germ. hist. leg. II. 276; *signo absque chronol.* ap. Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 327. n° 1; Huillard-Bréholles l. c. 244; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1230 § 14. — »Magnifica vestre devotionis.«** |
| » 15 | » | (8626) Fridericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae rogat et monet, ut spretis improborum consiliis homines suos de Fogia, Civitate, Casali Novo, S. Severino (*leg.* Severo) et alios quosdam de Capitanata humane pertractet, ne animos post tam celebre festum pacis, »post opacae noctis tenebras et horridi fragoris angustias« contra utrumque, *i. e.* papam et imperatorem exasperet. Id. Oct. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. § 17; *completius* ap. Huillard-Bréholles l. c. 245. — »Non dubitamus quin.« |
| » 17 | » | (8627) Generali et provincialibus ministris ac custodibus ceterisque fratribus ordinis Minorum declarat regulam eis a s. Francisco ordinis institutore traditam, et respondet ad dubia per eos alligata. xvi kal. Nov. a° 4°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 449. n° 22. — »Quo elongati a.« *Cf.* n° 8620. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1230.** |
| Oct. 28 | Anagniae | (8628) Episcopo Faesulano mandat, ne priorem et fratres heremi Camaldulensis collectis et aliis exactionibus indebitis molestet. v kal. Nov. a° 4°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 488. n° 303. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 28 | » | (8629) Archiepiscopis et episcopis per regnum Siciliae constitutis praecipit, ut usque ad tres menses clericorum suorum tam incontinentiae vitium, quam excessus alios corrigentes praesertim super cohabitatione mulierum eos corrigere studeant. v kal. Nov. a° 4°. ‖ Ryccardus de S. Germano ap. Muratori Scr. rer. It. VII. 1024 (ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 363; ap. Raynald. Ann. ad a. 1230 § 19). — »Si cavendum est.« |
| » 31 | » | (8630) Gratulatur eis, qui in regno Legionensi crucesignatorum militiae iam nomen dederunt, eosque monet, ut in personis et rebus contra Sarracenos in Hispania succurrant. II kal. Nov. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. a. 1230 § 34. — »Gaudemus in Domino.« |
| Nov. 27 * | » | (8631) Consilium et populum Urbevetanos hortatur, ut terram Vallis Lacus ab eis per violentiam occupatam ecclesiae Romanae restituant. v kal. Dec. a° 4°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 396; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 93. n° 158. — »Non diffitemur, quin.« |
| » — | ad Urbem.« | »Mense Novembri Gregorius pp. revocatus a senatore redit Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1024 (ap. Ughelli Ital. sacr. [1647] III. 1012). |
| Dec. 1 | • Laterani | (8632) Praeposito et capitulo Rigensibus significat, se sententiam (Willelmi) Mutinensis episcopi apostolicae sedis legati, qua decreverit occasione quaestionis vertentis inter illos et clerum Rigensem super electione Rigensis episcopi, ut ad papam episcopi electio libere pertineret et ut episcopus Rigensis sine papali consensu non posset alienare, auctoritate apostolica confirmare. Kal. Dec. a° 4°. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 6; Bunge Livl. UB. I. 142. n° 107. — »Iustis petentium desideriis.« <br>• Cum Willelmus Mutinensis a. 1224. Dec. 31. (*vid.* n° 7337) legatus apostolicae sedis factus sit, Dogiel hanc bullam male *Honorio III* tribuit, nisi error in signis chronologicis; equidem cum Bungio (l. c. Regest. 29. causas affert pro hac translatione) eandem *Gregorio IX* adscripsi. |
| » 3 | » | (8633) Friderico Romanorum imperatori et regi Siciliae scribit, se eius nuntium G. iudicem Papiensem et litteras pro fideiussuris principibus et aliis ad sedem apostolicam destinatas recepisse, sed ipsas non duxisse publicandas, cum quaedam in eis omissa animadverterit; addenda vel immutanda imperatori remittit eumque monet, ut nuntium illum suum, qui papalem declinans aspectum in Theutoniam sit profectus, celeriter revocet. III non. Dec. a° 4°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 395; Hoefler Kaiser Friedrich II. Anhg. 328. n° 2; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 247. — »Dilectum filium G.« |
| » 10 | » | (8634) Eidem exponit, cur de petitione eius super iuribus imperii in Provincia et terris haeretica pravitate infectis ad tempus supersedendum duxerit, eique nuntiat, se esse ad exhibendam iustitiam paratum, si imperator super civitate de Castello ius quod intendat prosequi voluerit. IV id. Dec. a° 4°. ‖ Huillard-Bréholles l. c. 248. — »Venerabilem fratrem nostrum.« |
| » 10 | » | (8635) Abbate et conventu S. Dionysii Parisiensis petentibus inhibet, ne quis praelatus eorum prioratus, grangias vel alias domos causa visitationis accedat et procurationes ab illis exigere vel extorquere praesumat. IV id. Dec. a° 4°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 565. — »Ex parte vestra.« |
| » 18 | » | (8636) Capitulo Parmensi indulget, ut tempore generalis interdicti liceat eis clausis ianuis *etc.* divina officia celebrare. XV kal. Ianr. a° 4°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 362. n° 55. — »Ut eo libentius.« |
| » 18 | » | (8637) Episcopo Alatrino mandat, ut in omnes illos, qui possessiones vel alia iura monasterii s. Bartholomaei de Trisulto ord. Cartus. detinent occupata vel detineri sciunt, nisi ea infra terminum ab illo praefigendum reddiderint, promulget excommunicationis sententiam generalem. XV kal. Ianr. a° 4°. ‖ Spicil. Liber. 663. n° 23. — »Cum monasterium sancti.« |
| » 20 | » | (8638) Regem Aragonum, qui supplicaverat ut papa in Maioricana civitate institueret ecclesiam cathedralem et in ea episcopum ordinaret, monet et hortatur, ut in civitate praedicta ecclesiam ita dotet et ditet »quod postulationibus super hoc assensu hilari concurrere debeamus.« XIII kal. Ianr. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1230 § 36. — »Ex parte tua.« |
| » 20 | » | (8639) Abbati monasterii s. Dionysii in Francia concedit facultatem, praebendatos ecclesiae s. Pauli sitae in villa s. Dionysii ad praedictum monasterium pertinentis ad debitam in eadem ecclesia residentiam faciendam per subtractionem proventuum et beneficiorum cogendi. XIII kal. Ianr. a° 4°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 565; Félibien Hist. de l'abb. de St. Denis, preuv. 119. — »Quia nemo cogitur.« |
| » 20 | » | (8640) Exaquii et Caesarisburgi abbatibus et archidiacono Insularum Constantiensis dioc. causam committit terminandam R(adulfi) quondam abbatis monasterii s. Michaelis in |

## 1230.

periculo maris ord. s. Ben., cui propter infirmitatem corporis cedenti regimini abbatiae prior et conventus quoddam manerium et res alias nomine provisionis quoad viveret concesserant, quem autem abbas succedens redditibus contra iustitiam spoliavit. xiii kal. Ianr. aº 4º. ‖ Martene Thes. anecd. I. 959. — »Dilecto filio R.«

Dec. 23 | Laterani | (8641) Archiepiscopo Ebredunensi notum facit, se, cum Maioricae et aliae terrae diu a Sarracenis detentae cultui christiano restitutae sint, omnibus habitare volentibus terras noviter acquisitas eandem concedere indulgentiam, quam haberent si proficiscerentur in subsidium Terrae sanctae. Monet eum, ut praedictam indulgentiam in provincia sua praedicet. x kal. Ianr. aº 4º. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 396; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1230 § 37. — »Cooperatores Dei cupientes.«

» 23 | » | (8642) Magistro et fratribus militiae Templi Ierosolimitani insulas quasdam, terras, possessiones, homines et nemora et res alias a nobili Iula bano, necnon et partem terrae de Necha a nobili muliere Helena uxore ipsius Iulae eorum domui concessas auctoritate apostolica confirmat. x kal. Ianr. aº 4º. ‖ Pray Diplom. sacr. Hung. I. 13; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 277. — »Cum a nobis.«

## 1230. cca.

— | — | Doctoribus et scholaribus universis Bononiae commorantibus, *vid.* 1234. Sept. 5.

— | — | Priorissae et conventui monasterii s. Mariae de Pruliano. *Absque nota chronol.* ‖ Gallia christ. XIII. instr. 249, *vid.* 1231. Apr. 26. nº 8726.

— | — | (8643) Hominibus de Serrone consuetudines terrae suae ad tributa et census camerae apostolicae persolvendos spectantes confirmat easque, ne de ipsis valeat dubitari, privilegio praesenti inserit. *Sine nota chronol.* ‖ Muratori Antiq. Ital. II. 35. — »Iustis petentium desideriis.«

## 1231.

Ianr. 2 | Laterani | (8644) Belluacensi Marchiae et ducatus Spoleti rectori et universis episcopis per ducatum ipsum et Marchiam constitutis praecipit, ut usque ad tres menses clericos incontinentiae vitio laborantes praesertim super cohabitatione mulierum diligenter corrigant. iv non. Ianr. aº 4º. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 396. — »Si cavendum est.«

» 2 | » | (8645) (Raimundum) comitem Tolosanum monet, ut summam pecuniae, in qua Cistercio et quibusdam aliis monasteriis ordinis Cisterciensis teneatur, eisdem restituat. iv non. Ianr. aº 4º. ‖ Mansi Conc. XXIII. 100; Labbe Conc. XI. i. 360. nº 21; Achery Spicil. III. 603; Percin Mon. convent. Tolos. III. 3, *fragm.* — »Significante dilecto filio.«

» 3 | » | (8646) Episcopo Senensi mandat, ut fratribus Eremitarum de Monte speculo et de Silva lacus in eius diocesi commorantibus unam de regulis approbatis concedat ac locis eorundem officium visitationis impendat, illos quoque qui pro violenta manuum iniectione in canonem inciderint sententiae promulgatae, absolvat. iii non. Ianr. aº 4º. ‖ Empoli Bullar. 125. — »Dilecti filii de.«

» 4 | » | (8647) Abbati et conventui monasterii Brigantini [Bregenz] Praemonstr. ord. Constanc. dioc. sententiam, quam in causa inter eos ex parte una et plebanum ecclesiae Brigantinae ex altera super capella b. Nicolai loci eiusdem *etc.* vertente (Bertholdus) Constantiensis episcopus (aº 1172) pro eis promulgaverat, confirmat. ii non. Ianr. aº 4º. (Wiener) Jahrb. der Literat. CXVIII. Anzeigebl. 37, *omisso initio.*

» 7 | » | (8648) Abbati et conventui monasterii in Isina [Isny] ord. s. Ben. Constantiens. dioc. ecclesiam in Rordorf, quam Hermannus Constantiensis episcopus monasterio dicto donaverat, confirmat. vii id. Ianr. aº (5º, *sed legas*) 4º. ‖ Wirtemberg. UB. III. 491. nº 32. — »Cum a nobis.«

» 13 | » | (8649) Praeposito et capitulo ecclesiae Loensis ord. s. Aug. (Morinens. dioc.) ecclesiam de Veinchem, quam ex donatione Morinensis episcopi canonice adepti erant, confirmat. Id. Ianr. aº 4º. ‖ Hollebeke Cartul. de l'abb. St. Pierre de Loo 53. nº 48. — »Iustis petentium desideriis.«

» 15 | » | (8650) Praeposito et fratribus ecclesiae Omnium Sanctorum de Fossato alto Laudens. dioc., quibus (Gerardus) Albanensis tunc electus apostolicae sedis legatus considerans »quod 80 religiosae personae inter viros et mulieres in ecclesia vestra divinis sunt obsequiis mancipatae«, providerat, ne per episcopum Laudensem vel commune civitatis pro expensis exigatur ab eadem ecclesia *etc.*, hanc provisionem confirmat. xviii kal. Febr. aº 4º. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 180. — »Libertates ecclesiarum quas.«

» 16 | » | (8651) (Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo et (Sigfrido) episcopo Ratisponensi imperialis aulae cancellario mandat, ut, cum Fridericus Romanorum imperator et rex Siciliae super pace reformata (apud S. Germanum d. 23. Iul. 1230) inter ipsum et ecclesiam observanda se obligaverit ad certam cautionem praestandam ab ecclesia sibi

**1231.**

petitam, a praelatis et principibus quorum nomina †) eis in scriptis transmittit, cautionem istam recipiant. xvii kal. Febr. a° 4°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 253; *cf.* Palacky Reise 25. n° 108; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 229. n° 208; Erben Reg. Bohem. I. 361. n° 766. — »Cum carissimus in.« *Cf.* n° 8674.

* *In eundem modum* (Hugoni) Vercellensi episcopo et (Guillelmo) Mediolanensi electo ap. Savioli Ann. Bologn. III. ii. 108.

† *Haec sunt nomina:* Coloniensis, Maguntinensis, Magdeburgensis, Bremensis, Treverensis, Pataviensis, Babembergensis, Erbipolensis, Alberstadensis, Spirensis, Warmacensis, Argentinensis, Leodiensis, Traiectensis, Cameracensis, Metensis, Basiliensis, Constantiensis, Augustensis, Brixinensis, Curiensis, Tridentinus; rex Boemiae, dux Bavariae (*cf.* Deutinger Beyträge II. 153), dux Austriae, comes palatinus Reni, lantegravius, dux Saxoniae, comes de Hanalt, dux Brabantiae, dux Lothoringiae, comes Barri, dux de Liembuurg.

*Haec sunt nomina in Tuscia:* Pisa, Luca, Florentia, Aretium, Pistorium, Senae, comites palatini Guerrae, comes Willelmus Aldebrandini, comes Sabaudiae, Delfinus Ravennas (*sed legendum* Viennensis).

*Haec sunt nomina in Lombardia:* Cremonenses episcopus et communitas, Parmenses episcopus et communitas, Papienses episcopus et communitas, Regium, Mutina, Mediolanum, Pergamum, Cumae, Novaria, Alexandria, Vercellum, Taurinum, Padua, Tervisium, Vicentia, Verona, Mantua, Brixia.

*Haec sunt nomina in Romania:* Bononia, Faventia, Ravenna, Ariminum, marchio Estensis, marchio Montisferrati, comes S. Bonifacii, Ezolinus (Ycilinus *Sav.*), Salinguerra, marchiones Malespinae.

Ianr. 18 Laterani (8652) Compositionem inter abbatem conventumque de Luca Praemonstrat. ord. et Adam presbyterum ecclesiae s. Michaelis in Znoym Olomucens. dioc. super iure parochiali ecclesiae s. Nicolai ad illorum monasterium pertinente, sepulturis *etc.* litigantes amicabiliter factam confirmat. xv kal. Febr. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 229. n° 209; *cf.* Erben l. c. n° 767. — »Ea que iudicio.«

» 19 » (8653) Friderico Romanorum imperatori et regi Siciliae gratulatur, quod ad regni Hierosolymitani succursum operam efficacem dare velit, eumque hortatur, faciat ut fratribus domorum hospitalis et templi Hierosolymitani, qui reliquias terrarum suarum in regno Siciliae nunc amiserint, ablata restituantur. xiv kal. Febr. a° 4°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 255; *non integre* ap. Raynald. Ann. ad a. 1231 § 53; *meminit huius epist.* Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 329 n° 3°, *sed sub dato* iv kal. Febr. — »Imperialis magnificentie littere.«

» 20 » (8654) Fridericum Romanorum imperatorem hortatur, ut fideiussoriam cautionem, quam secundum tractatum pacis ex tunc ad octo menses praestare debuit, nunc offerat. xiii kal. Febr. a° 4°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 397; Huillard-Bréholles l. c. 257. — »Cum in forma.«

» 20 » (8655) (Henrico) regi Angliae indulget, ut nullus in eius personam excommunicationis vel in capellam ubicumque fuerit, interdicti sententias audeat promulgare sine mandato sedis apostolicae speciali. xiii kal. Febr. a° 4°. ‖ Rymer Foedera I. i. 109. — »Personam tuam speciali.«

» 25 » (8656) (Conrado) abbati et conventui Praemonstratensi eiusque successoribus monasterium s. Alexii de Urbe positum in Monte Aventino cum omnibus ecclesiis, iuribus *etc.* concedit, ut in melius reformetur. viii kal. Febr. a° 4°. ‖ Nerinius De templo ... ss. Bonifacii 212; Le Paige Bibl. Praemonstr. 656. — »Officii nostri credimus.«

» 29 » (8657) Potestatem, consilium et populum Sutrinenses rogat et obsecrat, ut F(riderici) imperatoris, »huius sathanae qui est antichristi praecursor, redemtoris nostri et sponsae suae matris ecclesiae hostis perfidus et crudelis«, nuntios nullatenus admittant nec ei aut eius fautoribus impendant auxilium vel consilium. iv kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 960. — »Semper prompta, fervens.« — *Hanc bullam corrupto loci signo* (»Laterani« *pro* »Perusii«) *seductus perperam transposui; referas eandem ad* 1230. Ianr. 29.

» 29 » Friderico Romanorum imperatori: »iv kal. Febr. a° 4°«. ‖ Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 329. n° 3, *vid.* 1231. Ianr. 19. n° 8653.

Febr. 7 » (8658) Archiepiscopis et episcopis, in quorum diocesibus grangiae fratrum Praemonstratensis ordinis sunt sitae, mandat ut nullae exactiones vel procurationes Praemonstratensibus imponantur. vii id. Febr. a° 4°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 656. n° 52. — »Si veri christianae.«

» 10 » (8659) Archiepiscopo Tarraconensi mandat, faciat ut, cum Iohannes Sabinensis episcopus tunc apostolicae sedis legatus occasione visitationis constituerit, »quod in ecclesia Barchinonensi quadragenarius canonicorum numerus observetur« *etc.*, haec constitutio firmiter observetur. iv id. Febr. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. IV. 599; Petr. de Marca Marca Hispan. 1420. — »Ea quae auctoritate.«

» 18 » (8660) Abbatem conventumque de Brigantia [Bregenz] ord. s. Ben. (Constantiens. dioc.) cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem de Lin-

**1231.**

diginowe et de Andolsbuoch ecclesias, de Albrichswendi, de Lutrah et s. Nicolai capellas, quas per 50 annos et amplius iuste possederunt, eis confirmat. xII kal. Mart. a° 4°. (Wiener) Jahrb. der Literat. CXVIII. Anzeigebl. 26. — »Cum a nobis.«

Febr. 19 Laterani (8661) (Galerino) episcopo Suanensi opprobrat, quod in s. Mariae de Orbetello et quasdam alias ecclesias existentes in ipsius diocesi sed spectantes ad monasterium s. Anastasii de Urbe, occasione litterarum apostolicarum super correctione clericorum ei directarum, interdicti ac in clericos earundem suspensionis sententias promulgavit, licet in eas nullum iurisdictionem habeat ordinariam vel delegatam. Mandat ei, ut praedictas sententias sine dilatione infra 8 dies relaxet. xI kal. Mart. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 737. — »Grave gerimus et.«

» 24 » (8662) Palmerio canonico S. Trinitatis de Campanolis ord. s. Aug. Regin. dioc. mandat, compellat potestatem et commune Bononienses, qui temporalem iurisdictionem in S. Iohannis in Persiceto, Unciolae, Maximatici *etc.* castris ecclesiae Bononiensi competentibus usurpaverant, de illatis damnis et iniuriis Bononiensi episcopo satisfaciant. vI kal. Febr. a° 4°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 397. — »Conquestus est nobis.«

» 26 » (8663) Fridericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae rogat et monet, faciat ut Hospitalariis et Templariis, »per quos Terra sancta est inter multas angustias hactenus gubernata et sine quibus nequaquam posse credatur gubernari«, ablata restituantur, cum indigentia laborantes non habeant, unde dictam terram possint more solito defensare. Iv kal. Mart. a° 4°. ‖ Pauli Cod. dipl. I. 320. n° 42; Manrique Ann. Cisterc. IV. 415; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1461. n° 8; Baluze l. c. 397; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 264; *gallice* ap. Vertot Hist. des cheval. de Saint-Jean-de-Jérusalem (Paris 1726. 4°) I. 445. — »Si vere desideras.«

» 26 » (8664) Eiusdem litteras per abbatem Casaemarii accepisse testatur, sed responsum dare ad tempus aliud remittit. Iv kal. (II non. *Manr.*) Mart. a° 4°. ‖ Manrique l. c. 415; Baluze l. c. 398; Huillard-Bréholles l. c. 265. — »Imperialis celsitudinis litteras.«

» 26 » (8665) Eundem monet et hortatur, ut ab intentione compellendi ad transfretandum illos de regno, qui ecclesiae adhaeserunt, desistat eosque minime inquietet. Iv kal. Mart. a° 4°. ‖ Baluze l. c. 398; Huillard-Bréholles l. c. 265. — »Quanto malivoli et.«

» 26 » (8666) Reginum archiepiscopum rogat et monet, interponat apud F(ridericum) Romanorum imperatorem et regem Siciliae partes suas, ut Hospitalariis et Templariis ablata restituantur. Iv kal. Mart. a° 4°. ‖ Baluze l. c. 398; Huillard-Bréholles l. c. 266. — »Speravimus ut sicut.« *Cf.* n° 8675.

* *In eundem modum* Archiepiscopum Capuanum.

» 26 » (8667) Magistrum domus Templi Hierosolymitani monet et hortatur, ne in regno Hierosolymitano contra pacis formam et imperialis ballivi prohibitionem guerram moveat, per quam possit Terrae sanctae vel visitantibus eam aliquod periculum eminere. Iv kal. Mart. a° 4°. ‖ Baluze l. c. 397; Hoefler Kaiser Friedr. II. Anh. 330. n° 4; Huillard-Bréholles l. c. 266. — »Tempora cum causis.«

» 26 » (8668) (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi privilegium reges Hungariae coronandi, regiae domus officialium praepositos vinculo anathematis alligando et in causis spiritualibus iudicandi confirmat *etc.* Iv kal. Mart. a° 4°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 240; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 45. n° 43; Theiner Mon. Hungar. I. 92. n° 165. — »Tuae devotionis fervore.«

» 27 » (8669) Eundem a voto pro Terrae sanctae subsidio emisso penitus absolvit, ei accedendi ad Cumanorum et Brodnicorum provincias, de quarum gentis conversione speratur, licentiam concedit ac in eisdem plenae legationis officium committit. III kal. Mart. a° 4°. Fejér l. c. 238; Theiner l. c. 93. n° 167. — »Gaudemus in Domino.«

» 28 » (8670) Eidem ius, videlicet ut Ungarici reges ab archiepiscopis Strigoniensibus semper debeant coronari; ius quoque, quod habet in conferendis ecclesiasticis sacramentis regibus et reginis Hungariae ac heredibus eorundem, et iurisdictionem ecclesiasticam quam in praepositos et officiales regiae domus habet; iurisdictionem etiam quam obtinet in abbatiis et praeposituris regalibus ecclesiae Strigoniensi per Ungariam ubicumque subiectis; decimas insuper, primitias et incensum, quae de camera regis ecclesiae memoratae debentur, auctoritate apostolica confirmat. II kal. Mart. a° 4°. ‖ Theiner l. c. 93. n° 166; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 284. — »Iustis petentium desideriis.«

Mart. 3 » (8671) Eidem mandat, ut Sarracenos et Iudaeos christiani nominis inimicos per subtractionem communionis fidelium et aliis modis, christianos vero per censuram ecclesiasticam, invocato ad hoc auxilio saecularis brachii, ab excessibus contra libertatem ecclesiasticam in regno Hungariae coerceat. v non. Mart. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1231 § 29; Fejér Cod. dipl. III. II. 241; Theiner l. c. 93. n° 168. — »Cum illius vices.«

» 4 » * (8672) Abbati Cavensi quosdam haereticos committit in arctissima fovea et sub vinculis ferreis separatim carcerandos. Iv non. Mart. a° 4°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. I. 269. not.

**1231.**

»Mense Februarii nonnulli Paterenorum in Urbe inventi sunt, quorum alii sunt igne cremati cum inconvertibiles essent, alii donec poeniteant sunt ad Casinensem ecclesiam et apud Cavas directi.« ‖ Riccardi de S. Germ. Chron. ad a. 1231 ap. Muratori SS. rer. Ital. VII. 1026.

Mart. 5 Laterani (8673) Archiepiscopo Nicosiensi mandat, ut B(alianum) filium domini Beritensis, qui cum E(chiva) filia quondam G(ualterii) de Montebeliardo, G(erardi) de Monteacuto relicta quae tertio et quarto gradu consanguinitatis attingebat eundem, matrimonium seu contubernium potius contra interdictum ecclesiae contraxerat, et monachos Graecos, qui male de fide catholica sentientes publice protestabantur »non esse in altari nostro eucharistiae sacramentum, nec de azymo, sed de fermentato potius debere confici corpus Christi,« per universam provinciam Nicosiensem et per totum etiam regnum Cypri singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis *etc.* excommunicatos publice nunciet. III non. Mart. a° 4°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre III. 629. — »Quod super hiis.«

» 6 » (8674) Brixiensi et Vercellensi episcopis mandat, ut, cum Fredericus Romanorum imperator et rex Siciliae super pace reformata inter ipsum et ecclesiam observanda se obligaverit ad certam cautionem, provinciam inter se dividentes a praelatis, marchionibus, comitibus *etc.*, quorum nomina transmittit, cautionem recipiant iuxta formam quam eis mittit interclusam. II non. Mart. (a° 4°). ‖ Böhmer Acta imper. II. 664. n° 958. — »Cum carissimus in.« *Cf.* n° 8651.

» 6 » (8675) Regiensem archiepiscopum rogat et monet, interponat partes suas, ut Fridericus Romanorum imperator semper augustus et rex Siciliae Hospitalariis et Templariis ablata restituat universa. II non. Mart. a° 4°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 416. — »Speravimus ut sicut.« *Cf.* n° 8666.

» 6 » Friderici Romanorum imperatoris litteras per abbatem Casaemarii accepisse testatur: »II non. Mart. a° 4°«. ‖ Manrique l. c. 415. *vid.* 1231. Febr. 26. n° 8664.

» 7 » (8676) Vicedominis Florentini episcopatus notum facit, se ecclesiae Florentinae magistrum Ardinghum canonicum Papiensem providisse in pastorem. Non. Mart. a° 4°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. III. 1715. — »Noverit devotio vestra.«

» 8 » (8677) Friderico Romanorum imperatori et regi Siciliae respondet, quod cum ipse conqueratur de communi Esculano fidelibus suis qui quaedam feuda regni eius detinere dicuntur, imperiales iustitiarii circa partes Aprutii clericis ecclesiae graves irrogant iniurias; unde, cum episcopo Belvacensi marchiae Anconitanae ac ducatus Spoletani rectori mandet ut quaecumque in praeiudicium imperatoris praesumpta sint emendentur, ipse quoque emendari faciat quae a praedictis iustitiariis contra ecclesiam sint praesumpta. VIII id. Mart. a° 4°. ‖ Hoefler Kaiser Friedr. II. Anh. 331. n° 5; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 94. n° 159; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. I. 269. — »Serenitatis tue litteras.«

» 11 » (8678) Fratribus hospitalis s. Francisci de Marburg, petente (Elisabetha) relicta lantcravii Thuringiae, ius patronatus quod in ecclesiis de Marburch H(enricus) lantgravius et C(onradus) frater eius hospitali contulerant, confirmat. V id. Mart. a° 4°. ‖ Gudenus Cod. dipl. III. 1097; Hennes UB. des deutschen Ordens II. 44. — »Cum a nobis.«

» 15 » (8679) Praeposito et conventu Loensibus ord. s. Aug. (Morinens. dioc.) petentibus districtius inhibet, ne quis de eorum hortis et virgultis, de quibus hactenus aliquis decimarum nomine aliquid non perceperit, aut de eorum animalium nutrimentis decimas ab eis exigere vel extorquere praesumat. Id. Mart. a° 4°. ‖ Hollebeke Cartul. de l'abb. de St. Pierre de Loo 53. n° 49. — »Solet annuere sedes.«

» 15 » (8680) (Henricum) archiepiscopum Remensem et suffraganeos eius hortatur et obsecrat, ut singuli extirpandis vitiis et plantandis virtutibus intendant et specialiter incontinentiae vitium studeant modis quibus possint in clericis cohibere. Id. Mart. a° 4°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 399; *sine directa inscript.* Baerwald Baumgartenb. Formelbuch (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 132. — »In vinea Domini.«

» 18 » (8681) Episcopo Brixiensi mandat, provideat ut commune Brixiense pro bono concordiae ad expensarum satisfactionem contribuat quas occasione multarum civilium discordiarum fecit. XV kal. Apr. a° 4°. ‖ Baluze l. c. 399; *sine inscript. int.* Decr. Greg. IX. lib. 5 tit. 36 *de iniur.* c. 8 ap. Boehmer Corp. II. 831, *ad* a. 1236; ap. Richter Corp. II. 844. — »In nostra et.«

» 18 » (8682) Statuit, novitios in probatione positos ante susceptum religionis habitum, qui dari confitentibus consuevit, vel ante professionem emissam ad priorem statum infra annum redire libere posse. XV kal. Apr. a° 4°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 452. n° 23. — »Quia nonnullos loca.«

» 18 » (8683) Monasterium Cassinense libenter apostolicae sedis communit praesidiis *etc.* XV kal. Apr. a° 4°. ‖ Gattula Histor. Cassin. 444. — »Pro reverentia sanctissimi.«

## 1231.

1230. Mart. 21–1231. Laterani. • (8684) Clero Maguntino commendat monasterii Coeliportae Cisterc. ord. defensionem contra invasores decimarum, quas ante concilium generale possidebant. A° 4°. ‖ Lang Regesta II. 207.

Mart. 24. » (8685) (Hugoni Vercellensi et Gualae Brixiensi episcopis) mandat, ut ad requisitionem Taddaei iudicis Suessani ab Romanorum imperatore Friderico in Lombardiam transmissi caute et circumspecte homines Lombardiae iuramenta praestare faciant. IX kal. Apr. a° 5°. ‖ Savioli Annal. Bologn. III. II. 109. n° 585; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 498. — »Cum formam cautionis.«

» 27. » (8686) Priori et conventui S. Bartholomaei de Trisulto ord. Cartus. concedit, ut pecuniae summam, quam ipsis quidam pater thesaurarius Cisterciensis in testamento reliquit, solutis eius debitis in usus proprios convertant. VI kal. Apr. a° 5°. ‖ Spicil. Liber. 662. n° 22. — »Cum sicut accepimus.«

» 28. » (8687) Decano et capitulo Leodiensibus iurisdictionem, quam in canonicos S. Materni et in clericos refectorii b. Lamberti ac in magistrum, capellanos et fratres novi hospitalis Leodiensis hactenus observaverunt, confirmat. V kal. Apr. a° 5°. ‖ Anal. p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique II. 479. — »Cum a nobis.«

» 28. » (8688) Archiepiscopo Pisano nunciat, se, quod Lucani ad bona ecclesiastica manus extendere rapaces praesumpserint, quasdam ecclesias funditus diruerint, everterint altaria et tanquam in profundum venerint peccatorum, a civitate Lucana Lucanum episcopum removisse; eique mandat, ut tam ecclesiis de Porta s. Donati Lucan. quam his de diocesi, quae sint ex parte Sarni usque ad curiam S. Miniati, ex parte Castri Martis et pontem s. Petri usque ad muros civitatis versus Pisas, recta linea usque ad abbatiam de Posseolis, usque ad S. Mariam ad Montem, et omnibus ecclesiis, quae sint in dictis partibus usque ad archiepiscopatum Pisanum, nec non clericis et parochianis ecclesiarum ipsarum exhibeat ecclesiastica sacramenta. »Ceterum Vallem de Lima et omnes ecclesias, quae intra confines commissos tibi et aliis vicinis episcopis non consistunt, et cunctas exemptas in ecclesiae Romanae manibus reservamus.« V kal. Apr. a° 5°. ‖ (Garampi) Antico sigillo della Garfagnana 18. — »Furiosam superbiam et.«

» 28. » (8689) Wulteranensi episcopo nunciat in eundem modum, se a civitate Lucana Lucanum episcopum removisse eique mandat, ut tam ecclesiis de Porta s. Gervasii Lucan., quam his de diocesi, quae sint in Curiam s. Miniati et curiam Ficetti, nec non clericis et parochianis ecclesiarum ipsarum exhibeat ecclesiastica sacramenta. V kal. Apr. a° 5°. (Garampi) l. c. 21. — »Furiosam superbiam et.«

» 28. » (8690) Episcopo Lunensi nunciat in eundem modum, se a civitate Lucana Lucanum episcopum removisse eique mandat, ut tam ecclesiis de porta s. Petri Lucan. quam his de diocesi, sicut ducatur flumen a cursu de Sexto usque ad Ripamfractam et Montem Castrensem, et usque ad Stathemem, et usque ad mare, et omnibus ecclesiis, quae sint in dictis partibus usque ad episcopatum Lunensem, necnon clericis et parochianis ecclesiarum ipsarum exhibeat ecclesiastica sacramenta. V kal. Apr. a° 5°. ‖ (Garampi) l. c. 21. — »Furiosam superbiam et.«

» 28. » (8691) Episcopo Pistoriensi nunciat in eundem modum, se a civitate Lucana Lucanum episcopum removisse, eique mandat, ut tam ecclesiis de porta s. Fridiani Lucan., quam his de diocesi, quae sint portae et burgi s. Fridiani, pontem monacharum, et ab eodem ponto usque ad Altopassum, »sicut a muris civitatis ad pontem Murianum venitur et sicut ducitur fluvius usque ad Brancalum, et usque ad villam maiorem, et omnibus ecclesiis, quae sint in dictis partibus usque ad episcopatum Pistoriensem, nec non clericis et parochianis ecclesiarum ipsarum exhibeat ecclesiastica sacramenta. V kal. Apr. a° 5°. ‖ (Garampi) l. c. 22. — »Furiosam superbiam et.«

» 29. » (8692) Repetit n° 8124 de 1228. Febr. 6: »IV kal. Apr. a° 5°« — »Dilecti filii fratres.« ‖ Strehlke Tab. 351. n° 450.

» 29. » (8693) Repetit n° 7964 de 1227. Iul. 14: »IV kal. Apr. a° 5°« — »Non absque dolore.« ‖ Strehlke l. c. 351. n° 451; de Geer Archieven I. 59. n° 56.

» 29. » (8693 a) Repetit n° 7969 de 1227. Iul. 21: »IV kal. Apr. a° 5°« — »Si diligenter attenditis.« Strehlke l. c. 351. n° 452.

Apr. 3. » (8694) Abbati et conventui de Aberdono ord. s. Ben. indulget, ut ecclesiam de Culdedono in proprios usus ad hospitalitatem servandam convertere possint. III non. Apr. a° 5°. Theiner Mon. Hibern. 28. n° 68. — »Ut hospitalitatem uberius.«

» 4. » (8695) Decano et capitulo Parisiensibus indulget, ut in parochia sua, ubi antiquas decimas percipiunt et habent, de novalibus, de quibus aliquis hactenus non percepit, decimas percipere libere possint. II non. Apr. a° 5°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris I. 229. *Initium desideratur.*

» 5. » (8696) Compositionem inter priorem fratresque S. Catharinae Mutinensis diocesis et abbatem conventumque S. Petri Mutinensis super aqua Mundaria ac eius alveo amica-

**1231.**

biliter initam confirmat. Non. Apr. a° 5°. || Ripolli Bull. Praed. I. 33. n° 41. — »Ea quo iudicio.«

Apr. 5 Laterani (8697) De Firmitate et Pruliacensi abbatibus Cisterc. ord. Senonens. et Cabilonens. dioec. et priori S. Iacobi ordinis fratr. Praedic. Parisiensis mandat, ut in domo Grandimontensi extirpent materiam iurgiorum ibique corrigant et reforment, quae correctionis et reformationis officio viderint indigere. Non. Apr. a° 5°. || Ripoll l. c. n° 42; *omisso initio* ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 427. — »Ad audientiam nostram.«

» 5 » (8697 a) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per Italiam constitutis mandat, ut fratres de Poenitentia tempore interdicti generalis admittant ad divina, ecclesiasticam sepulturam *etc.* Non. Apr. a° 5°. || Sbaraleae Bullar. Franc. I. 71. n° 58. — »Cum illorum qui.«

» 5 » (8697 b) Eisdem mandat, ut eosdem fratres tueantur, ne quis eos exactionibus publicisque officiis ac iuramentis gravet. Non. Apr. a° 5°. || Sbaralea l. c. n° 59. — »Nimis patenter patientiae.«

» 5 » (8697 c) Abbatissae et conventui monasterii s. Gratiae siti in strata publica de Zandua in termino Pampilonensi libertates et immunitates a b. mem. (Petro) Pampilonensi episcopo liberaliter concessas confirmat. Non. Apr. a° 5°. || Sbaralea l. c. 72. n° 60. — »Annuere consuevit sedes.«

» 8 » (8698) Praeposito et capitulo Rigensibus, qui N(icolaum) canonicum S. Mariae Magdenburgensis ord. Praemonstr. sibi in episcopum elegerant, confirmat hanc electionem, quam (Otto) S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis apostolicae sedis legatus, cum eam canonicam et celebratam de persona idonea reperisset, non obstante appellatione frivola Bremensis ecclesiae ad mandatum papale iam confirmaverat. vi id. Apr. a° 5°. || Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 12; Bunge Livl. UB. I. 143. n° 108. — »Cum ecclesia vestra.«

» 8 » (8699) Universis ecclesiarum praelatis et clericis Lucanis nunciat, se propter enormes civium Lucanorum culpas Lucanum episcopum a civitate Lucana duxisse removendum et Florentino episcopo in civitate ac diocesi Lucana vice sua iurisdictionem episcopalem tradidisse; eos monet, ut praedicto Florentino episcopo de iuribus episcopalibus plenarie respondeant et eidem alias humiliter et devote intendant. vi id. Apr. a° 5°. (Garampi) Antico sigillo della Garfagnana 22; Ughelli Ital. sacra I. 821. — »Cum exigentibus multis.«

» 9 » (8700) Abbati et conventui S. Victoris Parisiensis scribit: »Cum in constitutionibus ordinis vestri contineri dicatur, ut fratres in obedientiis commorantes a communi institutione in victu, vestitu et lectualibus non recedant, districtius inhibemus, ne fratres ipsius ordinis in obedientiis constituti aliis victualibus, lectualibus seu indumentis utantur, quam quibus in abbatiis propriis, si praesentes existerent, uterentur.« v id. Apr. a° 5°. Martene Ampl. collect. VI. 272. — »Quia nimis abusivum.«

» 9 » (8701) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, praepositis *etc.* praecipit, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theotonic. Ierosol. ad eorum loca pro eleemosynis accesserint colligendis, eos benigne recipiant et in ecclesiis ammonere populum et eleemosynas libere quaerere permittant. v id. Apr. a° 5°. || Strehlke Tab. 351. n° 453. — »Cum dilectis filiis.«

» 9 » (8702) Compositionem inter archipresbyterum et clericos ecclesiae s. Eustachii de Urbe ex parte una et priorem et clericos ecclesiae s. Laurentii in Damaso de Urbe ex altera super investitura sacerdotum, scrutinio, baptismate et capitulo quatuor capellarum, s. Pantaleonis vid., s. Sebastiani, s. Benedicti et s. Silvestri amicabiliter factam confirmat. v id. Apr. a° 5°. || Bullar. Roman. ed. Taur. III. 453. n° 24. — »Ea quae iudicio.«

» 9 » (8703) Abbati et conventui S. Nicolai in Pratis iuxta Tornacum [St. Nicolas-des-Prés] anniversaria et redditus, qui ab eorum praedecessoribus ad usus refectorii ab antiquo fuerunt tempore deputati, confirmat. v id. Apr. a° 5°. || Analectes p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique VII. 483. n° 5. — »Iustis petentium desideriis.«

» 9 (») * (8704) Capitulum ecclesiae Rigensis tuendum suscipit omniaque eius privilegia ac iura confirmat. || Mitth. a. d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands VIII. 432. n° 1; Bunge Livl. UB. VI. 7. n° 122 a.

» 10 » (8705) Constantiam reginam Boemiae et bona in Moravia ad eam ratione dotalitii pertinentia sub protectionem suscipit apostolicae sedis. iv id. Apr. a° 5°. || Boczek Cod. dipl. Morav. II. 230. n° 210; *cf.* Palacky Reise 25. n° 109; Erben Reg. Bohem. I. 361. n° 768. — »Etsi sedes apostolica.«

» 10 resp. 11 » (8706) Abbati et conventui monasterii Cassinensibus privilegium a Zacharia papa monasterio eorum concessum et propter vetustatem ipsius pro maiori parte confractum innovat. iv (iii *Rayn.*) id. Apr. a° 5°. || Gattula Histor. Cassin. 444; *omisso initio* Raynaldi Ann. ad a. 1231 § 25; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 455. n° 25; *cf.* Pertz' Archiv V. 319. — »Cum multa precum.«

**1231.**

Apr. 13 Laterani (8707) Magistris et scholaribus Parisiensibus mittit ordinationem circa statum scholarum et scholarium pro reformatione universitatis Parisiensis observandam et specialiter pro frenanda cupiditate magistrorum, qui a promotis in scholasticos gradus munera extorquebant. Id. Apr. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1231 § 46 *omisso initio*; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 140; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 455. n° 26. — »Parens scientiarum Parisius.«

» 13 » (8708) Iohanni cancellario Parisiensi scribit de eodem argumento et decernit, »quod quilibet cancellarius Parisiensis deinceps creandus coram episcopo vel in capitulo, vocatis ad hoc et praesentibus pro universitate scholarium duobus magistris, in sua institutione iurabit, quod ad regimen theologiae et decretorum bona fide secundum scientiam suam nonnisi dignis licentiam largietur nec admittet indignos«, *etc.* Id. Apr. a° 5°. ‖ Choppinus De sacra politia 713; *sine mense et die* Hemeraeus Academia Paris. 73. — »Parens scientiarum Parisius.«

» 13 » (8709) Abbati S. Germani de Pratis mandat, ut homines suos de burgo S Germani pro pace ac securitate scholarium ad illa restringat, ad quae cives Parisienses per regale privilegium sint adstricti. Id. Apr. a° 5°. ‖ Bulaeus l. c. III. 144. — »Cum non deterioris.«

» 14 » (8710) Ludovicum Francorum regem rogat et hortatur, ut progenitorum suorum exemplar sequens se scholaribus Parisiensibus favorabilem ac benignum exhibeat, et eis privilegium Philippi (Augusti) regis innovet et observet et ab aliis observari faciat. XVIII kal. Mai. a° 5°. ‖ Bulaeus l. c. III. 143. — »Parens scientiarum Parisius.«

» 15 (») * (8711) Le pape confirme aux religieux de l'abbaye de Champagne la rente de 10 livres mansaises qui leur était due chaque année sur l'église de Montaneio [Montenai]. XVII kal. Mai. a° 5°. ‖ Bilard Docum. historiq. 82. n° 399.

» 16 » (8712) Capitulo Lucano interdicit, ne, cum Lucanum episcopum a civitate Lucana duxerit removendum, de cetero mitris vel aliis dignitatibus ab ecclesia Romana ipsis indultis utantur. XVI kal. Mai. a° 5°. ‖ (Garampi) Antico sigillo della Garfagnana 23. — »Cum exigentibus multis.«

» 17 » (8713) S. Petri Amalphitani Cisterc. ord. et S. Petri de Ebulo Salernitan. dioc. abbatibus et magistro Angelo de Lando canonico Scalenensi mandat, curent ne archiepiscopus et capitulum Amalphitani ab episcopo Caputaquensi vel aliis super plateatico seu portulatico *etc.* contra interlocutoriam episcopi Sabinensis molestentur. XV kal. Mai. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 467; *cf.* Manrique Ann. Cisterc. IV. 428. — »Cum causa quae.«

» 17 » (8714) Praeposito et capitulo Placentinis, qui ad praebendam in ecclesia sua vacantem »quod eadem interdum patiebatur penuriam servitorum,« quatuor mansionarios elegerant unanimiter statuentes, ut praebenda ipsa cum omni iure suo semper de cetero conferatur quatuor mansionariis continue in ipsa ecclesia servituris, hoc statutum confirmat. XV kal. Mai. a° 5°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 391. n° 76. — »Ecclesiarum utilitati et.«

» 19 » (8715) Magistris Warnerio Tenusino Parisius commoranti et Simoni de Alteis canonicis mandat, ut super immani flagitio, quod decanus et quidam alii de Villa s. Marcelli Parisius in occisione scholarium perpetrasse dicantur, sollicite veritatem inquirant. XIII kal. Mai. a° 5°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 144. — »Cum intersit reipublicae.«

» 19 » * (8716) Le pape Grégoire IX mande au prieur de l'abbaye de Saint-Pierre à Gand, diocèse de Tournai, que Jean de Béthune chevalier et Elisabeth sa femme se sonts plaints à lui que noble homme Hugues seigneur de Chatillon, Guillaume son neveu *etc.* retiennent d'eux en gage quelques possessions, villae, revenues *etc.* Le pape ordonne audit prieur d'agir contre Hugues et les autres et de les forcer à rendre ce qu'ils ont pris de trop. XIII kal. Mai. a° 5°. ‖ Saint Genois Inventaire 15. n° 42.

» 19 » * (8717) Guifrido presbytero et aliis S. Iohannis in Pratis Abbatisvillae presbyteris petentibus dictam ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona confirmat. XIII kal. Mai. indict. IV. a° dom. incarn. 1231. pont. a° 5°. J. de Jésus-Maria Hist. ecclés. d'Abbeville 113; *cf.* Darsy Bénéfices II. 47. not. 6.

» 20 » (8718) Abbati S. Victoris et priori fratrum Praedicatorum Parisiensium mandat, ut magistros et scholares, qui in sententiam latam Parisius in provinciali concilio occasione librorum Naturalium*), qui in eodem concilio fuerint prohibiti, inciderint, absolvant et iniuncta eis poenitentia competenti provide dispensent. XII kal. Mai. a° 5°. ‖ Notices et extraits XXI. II. (1865.) 228. — »Cum salutem animarum.« *Cf.* n° 8725.

*) *i. e.* Aristotelis Physica et Parva naturalia, condemnata a° 1209.

» 23 » (8719) W(ilhelmo) (Autissiodorensi) archidiacono Belvacensi, Symoni de Auteis (Alteis?) Ambianensi et St(ephano) de Pruvino Remensi canonicis mandat, ut libros Naturalium Parisius in concilio provinciali prohibitos, cum quaedam utilia et inutilia continere dicantur et ne utile per inutile vitietur, subtiliter et prudenter examinent et, quae ibi

**1231.**

erronea vel scandali vel offendiculi legentibus invenerint illativa, penitus resecent. IX kal. Mai. a° 5°. || Notices et extraits XXI. II. (1865.) 222. — »Cum sapientiae sacrae.«

Apr. 23 Laterani (8720) Praeposito, decano et capitulo Frissariens. (*i. e.* Fritzlariensibus), in quorum ecclesia statutum et hactenus observatum erat, ut fructus praebendarum ipsius ecclesiae per biennium post obitum canonicorum, qui eas tenuerunt, converti debeant in fabricam et communes utilitates ipsius ecclesiae relevendas, hoc statutum confirmat. IX kal. Mai. a° 5°. || Würdtwein Nova subs. VI. 15. — »Hiis que pro.«

» 24 » (8721) Compositionem inter abbatem conventumque S. Martini de Pannonia ord. s. Ben. et episcopum Vesprimiensem super quibusdam decimis in comitatu Simigiensi existentibus amicabiliter initam confirmat. VIII kal. Mai. a° 5°. || Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 287. — »Ea que iudicio.«

» 24 » (8722) (Guillelmo) episcopo Parisiensi mandat, ut homines suos de burgo S. Germani pro pace et securitate scholarium ad illa restringat, ad quae cives Parisienses per regale privilegium sint adstricti. VIII kal. Mai. a° 5°. || Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 144. — »Cum non deterioris.« *Cf.* n° 8709.

» 24 » (8723) Decano et capitulo S. Marcelli Parisiensis mandat, provideant, ut homines sui de villa s. Marcelli iura et privilegia magistris et scholaribus Parisiensibus a rege concessa observent. VIII kal. Mai. a° 5°. || Bulaeus l. c. III. 144. — »Cum non deterioris.«

» 25 » (8724) (Henricum) regem Angliae monet et hortatur, ut seposito guerrarum proposito ad pacis foedera inter se et regem Francorum reformanda *etc.* inclinet. VII kal. Mai. a° 5°. || Raynaldi Ann. ad a. 1231 § 52. — »Licet guerrarum strepitus.«

» 25 » (8725) Priori (S. Iacobi Parisiensis) ord. Praed. mandat, ut magistros et scholares, qui in sententiam latam Parisius in provinciali concilio vel in sententiam b. mem. R(oberti) tit. S. Stephani in Coelio monte presbyteri cardinalis occasione librorum naturalium, qui in eodem concilio fuerint prohibiti, inciderint, iuxta formam ecclesiae absolvat. VII kal. Mai. a° 5°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 33. n° 43. — »Cum salutem animarum.«

» 26 » (8726) Priorissae et conventui monasterii s. Mariae de Pruliano ecclesiam b. Mariae Fani Iovis, quam Fulco episcopus Tolosanus earum monasterio, quod ipse construxerat, concessit, auctoritate apostolica confirmat. VI kal. Mai. a° 5°. || Ripoll l. c. 34. n° 44; *sine signo chronol.* Gallia christ. XIII. instr. 249; Martene Ampl. collect. VI. 450. n° 21. — »Inter alia quae.«

» 26 » (8727) Praeposito eiusque fratribus annuens monasterium in Clarholte ord. Praemonstr. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. VI kal. Mai. indict. IV. incarn. dom. a° 1231. pont. a° 5°. || Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 398. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 26 » (8728) A(ndreae) regi Hungariae privilegia transmittit, quae ille magistro et fratribus domus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolymitani de terra Bortzae concessit, »ne valeat dubitationis scrupulus suboriri,« ac prohibet, ut nullus praesumat de cetero dictos cruciferos molestare. VI kal. Mai. a° 5°. || Fejér Cod. dipl. III. II. 245; Schuller Archiv I. 255; Ungar. Magazin IV. 218; Schlözer Krit. Samml. 326; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 46; Theiner Mon. Hungar. I. 94. n° 169. — »Ne super privilegiis.«

» 26 » (8729) Belam primogenitum Andreae regis Ungariae rogat et hortatur, ut magistro et fratribus domus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Iherosolimitani terram Borcze restituat, de dampnis et irrogatis iniuriis satisfactionem congruam impendendo. VI kal. Mai. a° 5°. || Bethlen Deutsch. Orden 97; Schlözer l. c. 550; Dreger Cod. dipl. Pomeran. I. 154. n° 90; Teutsch u. Firnhaber l. c. 50. n° 50; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 297. — »Dilecti filii magister.«

» 28 » (8730) Iacobo archidiacono Morinensi et Warwatio Tenusino canonico Parisius commoranti mandat, ut, inquisitione super domo s. Thomae in Lupara diligenter facta, omnibus controversiis de legitima possessione dictae domus finem imponant debitum. IV kal. Mai. a° 5°. || Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 145. — »Cum sicut intelleximus.«

» 29 » (8731) F(ridericum) Romanorum imperatorem et regem Siciliae denuo hortatur, ut Hospitalariis et Templariis, quorum auxilio se Terra sancta potissime sustineat, ablata restitui faciat universa, nunciatque eidem, illos esse paratos ad ponenda feudalia, quae ab aliis quam a curia habuerunt, in manus magistri Theutonicorum, ita ut proventus eorum teneat et conservet quousque quid ad quem pertineat per arbitros declaretur. III kal. Mai. a° 5°. || Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. I. 281. — »Quanto plenius excellentia.«

» 30 » (8732) A(ndream) regem Hungariae rogat et monet, ut, cum fratres domus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolymitani de terra Bozae, quam eis donaverat et apostolica sedes confirmarat, per violentiam de novo expulerit; et cum eadem terra nullum praeter Romanum pontificem habeat episcopum vel praelatum, terram ipsam eisdem fratribus restituat. II kal. Mai. a° 5°. || Fejér Cod. dipl. III II. 246; Schuller Arch. I. 255; Teutsch

| | | |
|---|---|---|
| | | **1231.** |
| | | u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 46. n° 45; Theiner Mon. Hungar. I. 96. n° 170. — »Etsi nihil praestare.« |
| Apr. 30 | Laterani | (8733) Priorissam ac sorores monasterii s. Mariae de Werve ord. s. Ben. tuendas suscipit omnesque dicti coenobii possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. II kal. Mai. indict. IV. incarn. dom. a° 1231. pont. a° 5°. Varnhagen Grundlage, UB. 57. n° 20. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| Mai. 2*) | » | (8734) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Alemanniam constitutis mandat atque praecipit, ut abbati et fratribus Speciosae Vallis [Schönthal] Cisterc. ord. Herbipolens. dioc. in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta magnanimitate consurgant. VI non. Mai. a° 5°. Wirtemberg. UB. III. 283. n° 789. — »Non absque dolore.« |
| » 5 | » | (8735) Decano Suessionensi et magistro Simoni de Alteis (Auteis?) canonico mandat, ut artium et philosophicae facultatis magistros, qui in Andegavensi vel Aurelianensi civitate licentia obtenta rexerant, ad academiam Parisiensem, omnia illis restituendo, revocent. III non. Mai. a° 5°. Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 146. — »Cum sicut nobis.« |
| » 6 | » | (8736) Ludowicum Francorum regem monet et hortatur, ut Gaufridum Pictaviensem et Guilelmum Autissiodorensem egregios doctores, ab universitate Parisiensi Romam missos, sed nunc redeuntes benigne recipiat, suspicione quam contra eos concipere potuerit deposita. II non. Mai. a° 5°. Bulaeus l. c. III. 145. — »Cum debeatur gratia.« |
| » 6 | » | (8737) (Blancham) Franciae reginam rogat et hortatur, ut magistros Gaufridum Pictaviensem et Willielmum Autissiodorensem, qui vita scientia et doctrina praeclari tanquam stellae in ecclesiae firmamento micant, Parisius ad regendum redeuntes benigne recipiat et honeste pertractet. II non. Mai. a° 5°. Bulaeus l. c. 145. — »Cum debeatur gratia.« |
| » 8 | » | (8738) Patriarchae Constantinopolitano notum facit, Iohannem regem Hierosolymitanum in imperatorem Constantinopolitanum electum nunc, difficultatibus expeditis, cum honorabili exfortio in proximis kalendis Augusti ad transeundum navem intraturum esse, *etc.* Rogat et monet eum, ut alios studeat confortare, quaecumque regi tam cito profutura cognoverit, sollicite procurando *etc.* VIII id. Mai. a° 5°. Raynaldi Ann. ad a. 1231 § 57. — »Licet inopinatae difficultates.« |
| » 9 | » | (8739) (Robertum) archiepiscopum Strigoniensem monet, inducat (Gregorium) Geuriensem et (Cletum) Agriensem episcopos, necnon Dionysium camerarium (Andreae) regis Ungariae, M. comitem palatinum, Nicolaum fratrem eius *etc.*, ut cum I(ohanne) rege Ierosolymitano in imperatorem Constantinopolitanum electo imperio Romaniae potenter succurrant; porro ei mandat, ut, si forte ad succurrendum personaliter induci nequiverint, faciat eos vota sua pro subsidio Terrae sanctae facta redimere. VII id. Mai. a° 5°. Katona Hist. crit. V. 589; Fejér Cod. dipl. III. II. 248; Theiner Mon. Hungar. I. 97. n° 171; *non integra* ap. Schmitth Episc. Agriens. I. 143. — »Rem Deo placitam.« |
| » 10 | » | • (8740) Le pape mande à l'abbé d'Eekout [de Kehout], doyen et chantre de Saint-Donat à Bruges dioc. de Tournai, qu'il est parvenu à sa connaissance qu'André Vagons bourgeois d'Arras et quelques autres se sont livrés habituellement à l'usure, à l'égard de Guillaume Portre et de Daniel frère de R(obert) avoué d'Arras, dont ledit R(obert) est dévenu héritier, et qu'ils leur ont extorqué le serment qu'ils ne réclameraient point contre cet abus. Le pape ordonne à cet abbé de poursuivre ledit André et les autres par la censure ecclésiastique *etc.* VI id. Mai. a° 5°. Saint Genois Inventaire 16. n° 43. |
| » 10 | — | Electo Massanensi: »Reate VI id. Mai. a° 5°«. Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 501. n° 308, *vid.* 1228. Mai. 10. n° 8190. |
| » 11 | Laterani | (8741) Abbati S. Mariae, praeposito et magistro Thomae canonico Wratislaviensibus mandat, ut causam inter monasterium de Brevnov et (Iohannem) Pragensem episcopum ob detentas dicti monasterii decimas vertentem fine debito terminent. V id. Mai. a° 5°. Erben Reg. Bohem. I. 369. n° 783 *fragm., perperam ad* a. 1232; *cf.* Grünhagen Regest. I. 158. n° 370. |
| » 12 | » | (8742) Abbatissa eiusque sororibus postulantibus monasterium s. virginis Mariae de Valle Sanctae Crucis [Heiligkreuzthal] Cisterc. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona confirmat et plura privilegia ac iura addit. IV id. Mai. indict. III(!). incarn. dom. a° 1231. pont. a° 5°. Wirtemberg. UB. III. 284. n° 790. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 12 | » | (8743) Rectoribus Fraternitatis et universo clero Urbis significat, se statuere praesenti decreto, ut de cetero in qualibet ecclesia Urbis presbyteri primum locum, diaconi se- |

*) Litterae octo »Lugduni« datae, quas Mone Anzeiger. 1838. p. 347—352 ex cod. ms. Vatic. n° 7183 (non 7188 ut p. 347 dicitur; *cf.* p. 354) hausit et cum codice Gregorio IX adscripsit, ad Innocentium IV referendae sunt, in cuius registro istarum aliquot leguntur; sub annis qui signis respondent chronologicis illas reperies.

**1231.**

cundum, subdiaconi tertium, et sic de reliquis obtineant ordinatim, etiamsi posterius admittantur. iv id. Mai. a° 5°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 458. n° 27. — »Ut universalis ecclesiae.«

Mai. 13 Laterani (8744) Potestatem et populum Pistorienses monet et hortatur, ut mandatis Friderici Romanorum imperatoris et regis Siciliae obediant, cum ille ad reformandam pacem vel treugas firmandas saltem usque ad adventum suum a sede apostolica contra contradictores et rebelles auxilium et favorem imploraverit. iii id. Mai. a° 5°. ‖ Zaccaria Anecd. med. aevi 261; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 282. — »Cum illius regis.«

» 14 » (8745) G(uidotto) Mantuano electo mandat, faciat ut sententia quam Henricus canonicus Bononiensis et collegae ipsius pro abbate Nonantulano contra archipresbyterum et clericos plebis de Nogaria Veronens. dioc. iuramentum fidelitatis ac obedientiam ei exhibere recusantes protulerunt, firmiter observetur. ii id. Mai. a° 5°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 370. n° 445. — »Sua nobis abbas.«

» 15 — Priori Camaldulensi: »Reate id. Mai. a° 5°«. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 502. n° 309, *vid.* 1228. Mai. 10. n° 8191.

» 21 Laterani (8746) (Wilhelmo de Insula) abbati S. Pontii Thomariensis Narbon. dioc., P. archidiacono Narbonensi et praeposito Nemausensi mandat, ut electionem Iohannis Magalonensis praepositi in episcopum Magalonensem examini committant et, si ipsam minus canonice celebratam invenerint, ea rite cassata, faciant eidem ecclesiae per electionem canonicam de persona idonea provideri. xii kal. Iun. a° 5°. ‖ Notices et extraits XXI. ii. (1865) 229. — »Cum inter dilectos.«

» 25 » (8747) Compositionem inter priorissam conventumque monasterii de Pruliano ord. s. Aug. Tolosanae dioc. ex parte una et abbatem conventumque S. Hilarii ord. s. Ben. Carcassonens. dioc. super ecclesia de Limoso Narbonens. dioc. factam confirmat. viii kal. Iun. a° 5°. ‖ Bern. Guidonis Hist. fund. convent. Praed. ap. Martene Ampl. collect. VI. 443. — »Exhibita nobis vestra.«

» 26 » (8748) Reginae dominae Tarasiae donationem Villae bonae, quam ei, cum habitum Cisterciensis ordinis susceperit, A(lfonsus) Legionensis rex ad fundandum in eadem coenobium ordinis praedicti fecerat, apostolica auctoritate confirmat. vii kal. (Ianr., *sed equidem legerim*) Iun. a° 5°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 382. — »Laetantes suscipimus et.«

Iun. 1 Reate. »Ea die qua terrae motus ipse fuit, Gregorius papa *Urbem* exiens vadit Ad quem Barensis archiepiscopus et magister domus Alemannorum ex parte imperatoris vadunt, et Mutinensis episcopus a papa ad imperatorem nuncius destinatur.« ‖ Riccardi de S. Germ. Chron. ad a. 1231 ap. Muratori SS. rer. Ital. VII. 1027 (ap. Ughelli Ital. sacr. [1647] III. 1015). — »Quinto sui pontificatus anno ad civitatem se contulit Reatinam, ubi pro eminentia loci ... longi temporis spatium percurrit.« ‖ Vita Gr-i ap. Muratori l. c. III. i. 578.

» 7 » (8749) Fredericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae rogat et monet, ut Raynaldo nato cl. mem. Conradi ducis Spoletani, licet immerito, clementiae suae ianuam aperiat. vii id. Iun. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1231 § 5; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. i. 286. — »Non ignorat imperialis.«

» 9 » (8750) Eundem rogat et monet, ut (Rufinum) episcopum Saxenatensem et commissam ei ecclesiam habeat propensius commendatos. v id. Iun. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 659. — »Gratum Deo exhibes.«

» 18 » (8751) Abbatissam et sorores inclusas monasterii s. Francisci (Daubrawnicensis) in Moravia constitutas tuendas suscipit, specialiter autem possessiones et alia bona eis confirmat. xiv kal. Iul. a° 5°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 231. n° 211; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 362. n° 769. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 20 » * (8752) Monasterium Brewnoviense sub protectione b. Petri et sua suscipit omnesque eius possessiones ac bona, libertates, immunitates ac exemptiones saecularium exactionum a Romanis pontificibus, a cl. m. Bolezlao duce Boemiae fundatore eius, marchionibus *etc* eidem concessas et indultas confirmat. xii kal. Iul. a° 5°. ‖ Ziegelbauer Hist. monast. Brevnov. (Coloniae 1740. fol.) 256; Erben l. c. n° 770.

» 20 » * (8753) Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi eiusque suffraganeis mandat, ut statuta nova a sede apostolica promulgata contra haereticos, receptatores et fautores eorum in civitatibus ac diocesibus suis semel in mense singuli publicantes et facientes sollempniter publicari, advocatos et officiales moneant et inducant, ut constitutiones a senatore Urbis contra praedictos editas statuant et in capitulariis locorum suorum faciant annotari. xii kal. Iul. a° 5°. ‖ *Summatim* ap. Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 252. n° 372. — »Solent heretici ad.«

» 25 » (8754) (Theodorico) archiepiscopo Trevirensi et suffraganeis eius *scribit idem, quod legitur in* superiore n° 8753: »vii kal. Iul. a° 5°«. ‖ Böhmer Acta imper. II. 665. n° 959. — »Solent heretici ad.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1231.** |
| Iun. 25 | Reato | (8754a) Praepositum et capitulum conventus Novimonasterii ord. s. Aug. Bremens. dioc. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam de Brugge eis confirmat. VII kal. Iul. a° 5°. ‖ Westphalen Monum. ined. II. 33 n° 25. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 27 | » | (8755) Archidiaconum, decanum et magistrum Thomam canonicum Wratizlavienses iudices instituit litis inter abbatem de Breunow et (Iohannem) Pragensem episcopum, cuius antecessor A(ndreas) pro certa summa pecuniae nomine Pragensis ecclesiae emerat quandam villam a dicto abbate, ipse autem, illo ante pecuniam exsolutam sublato de medio, eidem abbati satisfacere contradicebat. V kal. Iul. a° 5°. ‖ Dobner Monum. VI. 11; Erben Reg. Bohem. I. 362. n° 771 *fragm.* — »Dilectus filius abbas.« |
| » 29 | (») | (8756) Decano et capitulo Bremensibus ordinationem O(ttonis) S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi card. tunc apostolicae sedis legati, qui, cum personaliter ad Bremensem ecclesiam accessisset, quatuor archidiaconatus statuerat in eadem, vicedominatum et cantoriam de novo creaverat decernens, ut eadem ecclesia 24 canonicorum numero »a nobis iuramento vallato« de cetero esset contenta, confirmat. »Romae« III kal. non. (*sic!*) Iul. a° 5°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI.) 950. n° 59; *cf.* v. Hodenberg Stad. Cop. 107, *ubi ad* Iul. 5 *teste* Ehmck Bremisch. UB. I. 681. n° 356. — »Hiis quae ad.« |
| Iul. 1 | » | (8757) Abbatissae et monialibus de Rinesburch [Rĳnsburg] concedit, ut cum generale interdictum fuerit terrae, liceat eis, non pulsatis campanis *etc.* submissa voce divina officia celebrare. Kal. Iul. a° 5°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 186. n° 330. — »Dilectis in Christo.« |
| » 4 | » | (8758) Abbatissae ac monialibus reclusis monasterii s. Mariae de Campo Martio Veronensis libertates et immunitates eis a (Iacobo) episcopo Veronensi indultas confirmat (tenor earum insertus est). IV non. Iul. a° 5°. ‖ Biancolini Chiese di Verona IV. 684. — »Solet annuere sedes.« |
| » 4 | » | (8759) Abbati et conventui Vallisumbrosae, quibus prior heremi Montis Calvelli attendens »quod in eadem heremo certa vivendi regula minime teneretur et nulla esset ibi observantia regularis« illam incorporandam submisit, hanc incorporationem confirmat. IV non. Iul. a° 5°. ‖ Soldani Hist. de Passiniano 262. — »Cum a nobis.« |
| » 5 | » | (8760) Fredericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae monet, ne seductus inconsultis consiliis perversorum novas edere constitutiones intendat, ex quibus necessario sequatur, ut dicatur ecclesiae persecutor et obrutor publicae libertatis. III non. Iul. a° 5°. ‖ *Non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1231 § 9; ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. I. 289. — »Intelleximus siquidem quod.« |
| » 5 | » | (8761) Archiepiscopum Capuanum monet, ne Friderico Romanorum imperatori constitutiones destitutivas salutis et institutivas enormium scandalorum edenti neque in distando neque in scribendo obsequatur. III non. Iul. a° 5°. ‖ Hoefler Kaiser Friedr. II. Anh. 333. n° 7; *cf.* Raynald. l. c. § 9. — »Sive qui condunt.« |
| » 8 | » | (8762) Compositionem inter fratres militiae Templi de Hungaria et Slavonia ex parte una et Colomanum regem Ruthenorum ex altera super quibusdam villis, domibus ... ac rebus aliis a dicto rege spoliatis initam, et libertates ac immunitates concessas eisdem fratribus ab eodem confirmat. VIII id. Iul. a° 5°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. II. 250; Turgenevii Russ. monim. II. 342; Theiner Mon. Hungar. I. 97. n° 172. — »Ea que iudicio.« |
| » 9 | » | (8763) Universos Christi fideles per Pomezaniam (Pomeraniam *Rayn.*) et Pozolucensem provincias constitutos laudat, quod fratres ordinis Praedicatorum suscipientes humiliter ac benigne tractantes ipsorum monitis et exhortationibus intimis affectibus intendant. Rogat eos et monet, ne deficiant dictorum fratrum sanam doctrinam desiderabiliter amplexari eorum monitis efficaciter obsequendo. VII id. Iul. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 34. n° 45; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1231 § 42; Watterich Deutsch. Ordensstaat 251; Theiner Mon. Polon. I. 21. n° 43; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 423. n° 185. — »Gratias agimus gratiarum.« |
| » 11 | » | (8764) F(ridericum) Romanorum imperatorem et regem Siciliae monet et hortatur, ut ausus temerarios Raynaldi quondam C(onradi) ducis Spoletani in ecclesiam Romanam ulciscatur. V id. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 94. n° 160; *omisso initio* ap. Raynald. l. c. § 7. — »Cum sacerdotium et.« |
| » 18 | » | (8765) Georgium regem Russiae, quem (Christiano) Prutenorum episcopo referente intellexit esse principem christianum, sed observantem Graecorum et Rutenorum mores et ritus ac facientem in regno suo ab aliis observari, monet et hortatur, ut, cum ad devotionem et obedientiam apostolicae sedis accessurus sit, ritus et mores christianorum Latinorum suscipiat. XV kal. Aug. a° 5°. ‖ Raynald. l. c. § 43; *omisso initio* Turgenevii Russ. monim. I. 30. — »Domino in evangelio.« |
| » 18 | » | (8766) (Ardingo) episcopo Florentino, qui priorem et monachos ac familiam ecclesiae s. Felicis in plaza Florentina ad Nonantulanum monasterium pertinentis indebitis exactio- |

**1231.**

nibus molestabat parochianis eiusdem ecclesiae ne ad ipsam pro divinis audiendis accederent interdicens, mandat ut ab huiusmodi molestationibus penitus conquiescens revocet, si quid in dicti monasterii praeiudicium attemptaverit. xv kal. Aug. a° 5°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 371. n° 446. — »Dilecti filii abbas.«

Iul. 18 | Reate | (8767) Ministros et fratres ordinis Praedicatorum per Pomeraniam et Gotlandiam constitutos monet et obsecrat, ut ad preces episcopi Prusciae instantes assumpto praedicationis officio in Pomerania et Gotlandia pauperum et debilium crucesignatorum vota peregrinationis in succursum fidelium in Pruscia commutent necnon praedictos moneant, ut saltem accedentes ad Prusciae partes iuxta consilium memorati episcopi ac praeceptoris et fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum negotium fidei ex animo prosequantur. xv kal. Aug. a° 5°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 25. n° 26; Hasselbach Cod. dipl. Pomeran. I. 423. n° 186; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 217. n° 274. — »Cum lux illa.«

» 18 | » | (8768) Abbatissae et conventui sororum inclusarum monasterii s. Mariae de Monte Lucio Perusin. dioc. molendinum, terras, vineas et alia »nostro nomine« apud Perusium comparata, iura et actiones inde competentia concedit et donat. xv kal. Aug. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 72. n° 61. — »Ad faciendam vobis.«

» 20 | » | (8769) Henrico regi Angliae concedit facultatem habendi consiliarios aliquot episcopos regni sui. xiii kal. Aug. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1231 § 51. — »Pia devotione progenitorum.«

» 20 | » | (8770) Archiepiscopis et episcopis per Angliam et Yberniam constitutis inhibet, ne in iusticiarios, vicecomites et ballivos (Henrici) regis Angliae dispondituros de castris, villis et aliis eius iuribus sine manifesta causa et monitione canonica non praemissa praesumant excommunicationis sententiam promulgare. xiii kal. Aug. a° 5°. ‖ Rymer Foedera I. i. 110. — »Cum excommunicationis sententia.«

» 20 | » | (8771) Eliensi episcopo et magistro Iohanni de Ferentino subdiacono suo archidiacono Norwicensi mandat, ut in laicos regni Angliae pacem ipsius turbantes excommunicationis sententiam proferant. xiii kal. Aug. a° 5°. ‖ Rymer l. c. 110. — »Ad instar illius.«

» 22 | » | (8772) (Angelo) patriarchae Gradensi et (Stephano) episcopo Torcellano mandat, ut priori et conventui monasterii s. Andreae de Amianis Torcell. dioc. permittant, ut praedia in agro Paduano et alibi emere possint. xi kal. Aug. a° 5°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. iv. 342. — »Dilecti filii . . .«

» 26 | » | (8773) (Iohanni) episcopo Lubicensi, priori S. Catarinae Bremensis et fratri Iohanni poenitentiario suo de ordine Praedicatorum mandat, ut, cum Stedingi, licet propter sua facinora fuerint per (Gerhardum) archiepiscopum Bremensem sententia excommunitationis astricti et praepositus Monasteriensis eiusque collegae auctoritate apostolica sententiam ipsam usque ad satisfactionem mandaverint observari, non solum redire contempnant ad ecclesiasticam unitatem, verum etiam adversus Bremensem ecclesiam committere peiora prioribus non vereantur, ad revocandos illos ab huiusmodi perversitatibus intendant, quibus modis viderint expedire. vii kal. Aug. a° 5°. ‖ Ehmck Bremisches UB. I. 196. n° 166. — »Si ea que.«

» 26 | » | (8774) Barensi et Rhegino archiepiscopis et fratri Iosepho monacho Florensi Cusent. dioc. mandat, ut de criminibus (Andreae) Acheruntini archiepiscopi diligenter inquirant ac sedem apostolicam de eis certiorem faciant. vii kal. Aug. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 42. — »In tantum clamor.«

» 27 | » | (8775) Fridericum Romanorum imperatorem et regem Siciliae rogat et monet, ut, cum aspera ipsius increpatio non fuerit publica, sed privata, non clamosis vocibus, sed litteris expressa secretis, omnem omnino suspicionem deponat, »quod id processerit nisi de merae spiritu charitatis.« vi kal. Aug. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. a° 1231 § 10; Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 499. — »Intelleximus quod ex.«

» 30 | » | (8776) Bartholomaeo episcopo ac praeposito Quinqueecclesiensibus et abbati . . . Cisterc. ord. Quinqueeccl. dioc. mandat, faciant ut compositio inter Colomanum regem Ruthenorum et ducem Sclavoniae ex parte una et magistrum fratresque militiae Templi in Hungaria et Sclavonia ex altera super quibusdam domibus, villis *etc.* litigantes amicabiliter initam firmiter observetur *etc.* iii kal. Aug. a° (1°, *sed legendum est*) 5°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. ii. 112. — »Etsi ex multo.«

» 31 | » | (8777) Iohanne abbate S. Michaelis de Monte Caveoso ord. s. Ben. eiusque fratribus postulantibus eorum monasterium patrocinandum suscipit, eius bona quae enumerat, iura ac privilegia confirmat. ii kal. Aug. indict. IV. incarn. dom. a° 1231. pont. a° 5°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 263. — »Si quando a.«

Aug. 4 | » | (8778) Universis Christifidelibus, qui de bonis sibi collatis a Deo pauperibus monialibus S. Salvatoris de Colpresseto s. Severini grata praestiterint subsidia charitatis, indulgentiam 40 dierum elargitur. ii non. Aug. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 73. n° 62. — »Quoniam ut ait.«

**1231.**

Aug. 6 Reate (8779) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino — qui supplicaverat ut, cum monasterium Laurissense fere ad nihilum sit redactum, sibi administrationem praefati monasterii committeret, ne quoddam castrum eius valde munitum (*i. e.* Starkenberg) ab aliquo magnatum occuparetur, per quod ipsi monasterio necnon Maguntinensi et aliis circumpositis ecclesiis enormia dispendia inevitabiliter imminerent — administrationem dicti monasterii de novo committit, Hildesemensi episcopo nihilominus mandans, ut inquisita super his diligentius veritate quae invenerit, sedi apostolicae per suas litteras fideliter intimet. VIII id. Aug. a° 5°. ‖ Schunk Beytr. z. Mainzer Gesch. III. 371. n° 58. — »Ex parte tua.«

( » 6) ( » ) (8780) Eidem mandat, ut, cum Laurissense monasterium malitia inhabitantium Benedictinorum totaliter collapsum sit ac omnino virtutibus destitutum, Cisterciensium ordinem in ipso plantet. *Absque nota chronol.* ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 443; Helwich Antiquitt. Laurishaim. 193 (*repet.* Ioannis Scr. rer. Mogunt. III. 101). — »Laurissensis monasterii vinea.«

» 7 ( » ) (8781) Decanum et capitulum Palentinae ecclesiae monet et exhortatur, ut, non impedientes quominus fratres ordinis Praedicatorum ecclesiam et cimiterium in Palentina civitate valeant obtinere, se erga eos favorabiliter gerant. »Romae« VII id. Aug. a° 5°. Ripolli Bullar. Praed. I. 35. n° 46. — »Dilectos filios fratres.«

» 8 ( » ) (8782) Episcopum Palentinum, qui contra mandatum apostolicum ecclesiam fratribus ordinis Praedicatorum in civitate morantibus Palentina concedere et cimiterium benedicere non curaverat, rogat et monet, ut illos habeat propensius commendatos neque eosdem indirecte molestet nec ab aliis molestari permittat. »Romae« VI id. Aug. a° 5°. Ripolli l. c. n° 47. — »Significante dilecto filio.«

» 11 » (8783) Ordinationem seu pacem pro sedandis discordiis inter rectores, milites et populum civitatis Anagninae subortis factam per (Landonem) archiepiscopum Rheginum et R(aynaldum) Ostiensem electum confirmat, inserto eiusdem concordiae instrumento. III id. Aug. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 313; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 95. n° 161. — »Ea quae iudicio.«

» 11 » (8784) Soldanum Babyloniae, qui mercatores Anconitanos apud Alexandriam capi fecerat eosque detinebat captivos, monet et rogat, ut illos cum omnibus bonis liberaliter restituat libertati. III id. Aug. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1231 § 56. — »Rem novam et.«

» 12 » (8785) Friderico Romanorum imperatori, cui nondum in scribendo titulum regis Hierosolymitani dederat, nunc primum »hilari novitate« attribuit, eumque hortatur, ut iuxta hunc titulum Terrae sanctae subveniat, laudans quod Riccardum Filangierum marescalcum imperialem ultra mare transmiserit. II id. Aug. a° 5°. ‖ *Non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1231 § 11; *huic complementum dedit* Hoefler Kaiser Friedr. II. Anh. 334. n° 8; *integra ex utroque* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. I. 298; E. Ricca Discorso geneal. della famigl. Filangieri (Napoli 1863. gr. 8°) 108. — »Quod de tribus.«

» 13 » * (8786) Praepositis de Völkermarkt et de Gurk ac decano de Solio [Maria Saal] committit inquirendam causam abbatis conventusque de Victoria contra quendam Wluingum aliosque laicos Salzeburgensis dioc. super castro quod Novum dicitur constructo in fundo praedicti monasterii. Id. Aug. a° 5°. ‖ Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 163. n° 887. — »Dilectis filiis.«

» 21 » (8786 a) Universis ecclesiarum praelatis mandat, ut a gravaminibus quae recenset nominatim fratrum Praedicatorum et Minorum in posterum desistant. *Sine signo chronol.* (XII kal. Sept. a° 5° *testatur* Wadding Ann. Min. ad a. 1324 § 7 *et* ad a. 1231 § 56). ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 147 *ad* a. 1232; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 74. n° 63; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 31 *de exces. prael.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 803, *ad* a. 1235; ap. Richter Corp. II. 811. — »Nimis iniqua.«

» 27 » (8787) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus … et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut a gravaminibus fratribus Minorum inferendis abstineant; alioquin per censuras ecclesiasticas compellendos se aliis praecipere. VI kal. Sept. a° 5°. Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 75. n° 65. — »Nimis iniqua vicissitudine.«

» 28 » * (8788) Turonensi et Rothomagensi archiepiscopis et episcopo Parisiensi de superiore epistola significat eisque iniungit, ut, nisi supradicti praelati obtemperaverint suis litteris, eos ecclesiasticis censuris coerceant. V kal. Sept. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 75.

» 28 » (8789) (Henrico) Coloniensi et (Alberto) Magdeburgensi et (Hermanno) episcopo Herbipolensi exponit varia gravamina fratribus Minoribus a nonnullis praelatis per regnum Alamanniae constitutis illata eisque mandat, ut, nisi illi a talibus abstineant, per censuram ecclesiasticam eos compellant. V kal. Sept. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 75. n° 66. — »Nimis iniqua vicissitudine.«

» 28 » (8790) (Bulchu) episcopo Cenadiensi, abbati de Siccodoro [Cikador] Cisterc. ord. Quinqueeccl. dioc. et magistro hospitalis s. Regis in Strigonia mandat, ut inquirant per iuratos

**1231.**

testes tam de vita et conversatione Lucae Strigoniensis archiepiscopi († c. 1179) quam de eius miraculis, et eorum dicta transmittant. v kal. Sept. a° 5°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 427; Fejér Cod. dipl. III. II. 251; Theiner Mon. Hungar. I. 99. n° 173; *partim* ap. Schmitth Episc. Agriens. I. 87. — »Inscrutabilis omnium sapientia.«

Sept. 1 Reate (8791) Prioribus et collegiis ecclesiarum ordinis s. Marci Mantuanis regulam s. Marci ab Innocentio III pp. eis dudum roboratam ante concilium generale confirmat, et prioribus eiusdem ordinis concedit, ut laicos litteratos, qui apud eos regularem habitum receperint, in clericos tonsurare possint. Kal. Sept. a° 5°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 458. n° 28. — »Piae postulatio voluntatis.«

» 1 » (8792) Ecelinum monet et hortatur, ut, relictis erroribus et a terra sua haereticis profligatis ad gremium matris ecclesiae redeat et infra duos menses ad apostolicam praesentiam personaliter accedat paratus praecise eius parere beneplacitis et mandatis. Kal. Sept. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1231 § 20; Verci Stor. degli Ecel. III. 234. — »Tentare volumus varias.«

» 2 » (8793) Potestatem, consilium et populum Paduanos rogat et monet, ut contra detestandam insaniam perfidi Exelini »qui sathanae satelles effectus .... abiecta catholicae fidei veritate pravitatem haereticam amplexatus« sit, procedant in eum potentiam suam magnanimiter exercentes. Addit, se omnibus qui ex animo processerint contra illum, indulgentiam trium annorum largiri. IV non. Sept. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 445; Verci l. c. 235; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 80. n° 72. — »Cum de summo.«

» 3 » (8794) (Guilelmo) episcopo Mutinensi monasterium s. Petri civitatis Mutinensis, quod, cum praefata civitas in poenam suorum civium episcopali dignitate privaretur, sibi sedes apostolica in ius et proprietatem reservavit, sub tribus conditionibus restituit. III non. Sept. a° 5°. ‖ Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 105. n° 784. — »In monasterio s.«

» 4 » (8795) Eidem concedit facultatem clericos lege ipsi diocesana subiectos dignitates ecclesiasticas vel ecclesias parochiales habentes ad accipiendum ordines per subtractionem beneficiorum cogendi. II non. Sept. a° 5°. ‖ Tiraboschi l. c. 106. n° 785. — »Ut pastoralis officii.«

» 4 » (8796) Regensi, Mutinensi et Brixiensi episcopis et electo Mantuano significat, se ad omnem suspicionis scrupulum inter F(ridericum) Romanorum imperatorem et societatem Lombardiae penitus amovendum partes suas interposuisse ex animo, et Fridericum praefatum pro concordiam revocando negotium Lombardiae arbitrio suo (*i. e.* papae) fiducialiter commisisse. Rogat eos et monet, ut, cum idem imperator colloquium pacificum celebrare intendat, rectores societatis Lombardiae ad plenam reconciliationem inducant. II non. Sept. a° 5°. ‖ Tiraboschi l. c. 106; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 935; *cf.* Savioli Ann. Bologn. III. II. 113. — »Ex iniuncte nobis.«

» 6 » (8797) Priori et fratribus hospitalis Ierosolymitani in Dacia ecclesiam b. Eskilli martyris et pontificis de Tuna, quam b. m. W(ilhelmus) Strengnensis episcopus eis concesserat, confirmat. VIII id. Sept. a° 5°. ‖ Lagerbring Svea Rikes Histor. II. 456; Liljegren Svenskt dipl. I. 694. n° 839; *non integra* ap. Celse Appar. 63. n° 10. — »Cum a nobis.«

» 8 » (8798) Prioribus ordinis fratrum Praedicatorum mandat, ut in negotio correctionis et reformationis Grandimontensis ordinis procedentes priori Grandimontensi purgationem canonicam indicant *etc.* VI id. Sept. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 36. n° 48. — »Transcriptum literarum quas.«

» 9 » (8799) (Arnoni) Bergensi et (Askello) Stauengrensi episcopis nec non abbati S. Mariae de Stanleia Cisterc. ord. mandat, ut super electione, conditione et statu personae (Haquini) regis Norwagiae et regni sui aliisque circumstantiis, quae ad ipsius promotionem vel persecutionem negotii necessaria esse videantur, inquirant veritatem, et quidquid invenerint, litteris suis papae intiment, ut per hanc relationem instructus super hoc securius procedere possit. V id. Sept. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1231 § 44; Liljegren Svenskt dipl. I. 260. n° 260; Lange Dipl. Norveg. I. I. 10. n° 12; Manrique Ann. Cisterc. IV. 426; *cf.* Porthan Bullar. access. 23. n° 5. — »Cum carissimus in.«

» 10 » (8800) Potestatem et consilium Bononienses rogat et obsecrat, libere permittant, ut fructus possessionum quas abbas et conventus Nonantulani monasterii habent in diocesi Bononiensi, ad eorum coenobium in diocesi Mutinensi constitutum portentur. IV id. Sept. a° 5°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 371. n° 447. — »Deferentibus dilectis filiis.«

» 10 » * (8801) Archiepiscopo Eboracensi et Sylvano Rievallensi monacho praecipit, mandent rectoribus omnibus parochialium ecclesiarum in Eboracensi provincia, ut a tribus mensibus post commonitionem in ecclesiis sibi commissis residentiam faciant personalem. IV id. Sept. a° 5°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 426, *deficiente initio.*

» 15 » (8802) Repetit n° 7981 de 1227. Iul. 30: »XVII kal. Oct. a° 5°« — »Paci et quieti.« ‖ Strehlke Tab. 352. n° 454.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1231.** |
| Sept. 17 | Reate | (8803) Episcopo, priori et archidiacono Coventrensibus mandat, compellant novicios prioratus de Spalding Linc. dioc., qui infra 40 dies elapso anno postquam recipiuntur ibidem, ad monasterium s. Nicholai Andegavensis ord. s. Ben. in manu abbatis professionem facturi personaliter accedere tenentur, id autem efficere praetermittunt, ut ad dictum monasterium accedant. xv kal. Oct. a° 5°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. III. 220. n° 16. — »Exposita nobis dilecti.« |
| » 17 | » | (8804) Episcopo, priori et archidiacono Coventrensibus mandat, compellant priores de Kirkeby et de Spalding Linc. et Conventr. diocc. monasterio s. Nicholai Andegavensis ord. s. Ben. subiectos, ut apud dictum monasterium de termino in terminum sicut debent conveniant. xv kal. Oct. a° 5°. ‖ Dugdale l. c. 221. n° 17. — »Significantibus dilectis filiis.« |
| » 17 | » | (8805) Repetit n° 7964 de 1227. Iul. 14: »xv kal. Oct. a° 5°« — »Non absque dolore.« Strehlke Tab. 352. n° 455. |
| » 18 | » | (8806) Repetit n° 7997 de 1227. Aug. 4: »Laterani (*est lapsus calami pro* Reate) xiv kal. Oct. a° 5°« — »Querelam gravem recepimus.« ‖ Strehlke l. c. 352. n° 456. |
| » 19 | » | (8807) Repetit n° 7981 de 1227. Iul. 30: »xiii kal. Oct. a° 5°« — »Paci et quieti.« De Geer Archieven I. 60. n° 57. |
| » 21 | » | (8808) Priorem et fratres de Insula b. Mariae ord. s. Aug. Leodiens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem eis redditus de Homale, de Fimale *etc.*, libertates et immunitates ab episcopo Leodiensi eis concessas confirmat. xi kal. Oct. a° 5°. Gallia christ. III. instr. 201. — »Cum a nobis.« |
| » 22 | » | (8809) Iacobo abbate S. Petri Perusini eiusque fratribus petentibus eorum monasterium sub protectione b. Petri suscipit omnesque eius possessiones ac bona, privilegia ac iura, quae enumerat, auctoritate apostolica confirmat. x kal. Oct. indict. V. incarn. dom. a° 1231. pont. a° 5°. ‖ Margarini Bullar. Casin. II. 265. — »Regularem vitam eligentibus.« |
| » 24 | » | (8810) (Vitali) archiepiscopo Pisano, cui partem episcopatus Lucani quoad sacramenta omnia commisit reservatis in ea episcopalibus iuribus episcopo Florentino, mandat ut in eadem parte pleno iure sacramenta omnia et episcopalia iura de cetero exerceat. viii kal. Oct. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 429. — »Meminimus olim partem.« |
| » 25 | » | (8811) Repetit n° 7981 de 1227. Iul. 30: »vii kal. Oct. a° 5°« — »Paci et quieti.« Strehlke Tab. 353. n° 457. |
| » 27 | » | (8812) Vercellensi et Brixiensi episcopis et electo Mantuano mandat, ut, cum Fridericus Romanorum imperator intendat habere generale colloquium cum filio suo aliisque principibus Alemanniae in partibus Lombardiae, rectores societatis Lombardicae moneant, ne quid eidem ad hoc impedimentum patiantur opponi. v kal. Oct. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1231 § 3, *deficiente initio*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. 268. — (»Intellecto quod.«?) |
| » 27 | » | (8813) (Nicolao) Reginensi et (Guilelmo) Mutinensi episcopis mandat, ut, cum F(ridericus) Romanorum imperator, qui disponebat generale colloquium celebrare, magistrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum ad auferendum melius de vacillantium cordibus scrupulum dubitationis ad partes Lombardiae transmittat, in his quae idem magister ex parte ipsius imperatoris rectoribus societatis Lombardorum expositurus sit, propter pacem et tranquillitatem provinciae Lombardiae assistant. v kal. Oct. a° 5°. ‖ Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 107. n° 787. — »Intellecto quod carissimus.« |
| » 27 | » | (8814) Rectoribus societatis Lombardiae de superiore epistola significat eosque rogat et monet, ut in eis quae H. magister domus hospitalis s. Mariae Theotonicorum ad partes Lombardiae pro dubitationis scrupulo auferendo ab imperatore ipso transmittendo ex parte illius exponet taliter intendant, »quod colloquium ipsum ad pacem et tranquillitatem provinciae Lombardiae debitum consequatur effectum.« v kal. Oct. a° 5°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 113. — »Intellecto quod carissimus.« |
| » 30 | » | (8815) Episcopo Geuriensi, de S. Gothardo et de Tata abbatibus mandat, faciant per censuram ecclesiasticam ut sententia firmiter observetur, qua E(gidius) subdiaconus et capellanus suus abbati et conventui monasterii s. Martini de Pannonia monasterium s. Mariae de monte Quizin et insulam Obdam de Danubio adiudicavit. ii kal. Oct. a° 5°. Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 288. — »Dilecti filii abbas.« |
| Oct. 3 | » | (8816) Abbati et conventui de Scondal [Schönthal] Cisterc. ord. Herbipolens. dioc. annuum redditum annonae in Biringen, quem Herbipolensis episcopus eis concesserat, auctoritate apostolica confirmat. v non. Oct. a° 5°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 299. n° 803. — »Cum a nobis.« |
| » 7 | » | (8817) Zamorensi episcopo et abbati Vallis Paradisi seu de Peleis mandat, moneant et inducant Sanctium Portugaliae regem, ut a gravaminibus ecclesiarum et clericorum de cetero conquiescens ecclesiis et personis ecclesiasticis, praecipue Ulyssiponensis diocesis, omnia restituat, quibus per ipsum ac suos fuerint hactenus spoliati. Non. Oct. a° 5°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 427, *omisso initio*. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1231.** |
| Oct. 10 | Reate | (8818) Repetit n° 8701 de 1231. Apr. 9: »vi id. Oct. a° 5°« — »Cum dilectis filiis.« ‖ Strehlke Tab. 353. n° 458; de Geer Archieven I. 61. n° 58; Liljegren Svenskt dipl. I. 261. n° 261; *cf.* Celse Appar. 64. n° 11. |
| » 10 | » | * (8819) Le pape mande au doyen et chantre de Saint-Donat à Bruges dioc. de Tournai, qu'il est parvenu à sa connaissance que Hugues fils de feu W(illaume) comte de Saint-Pôl, et W(illaume) son neveu et quelques autres.... ne cessent d'extorquer par des moyens usuraires des sommes considérables à Jean de Béthune chevalier et à Elisabeth sa femme *etc.* Le pape ordonne au doyen et chantre susmentionné d'agir contre Hugues de Saint-Pôl et les autres avec toute la sévérité des peines comminées par le concile de Latran contre les usuriers et de les forcer à rendre ce qu'ils ont pris. vi id. Oct. a° 5°. ‖ Saint Genois Inventaire 16. n° 45. |
| » 17 | » | * (8819a) Papst Gregors IX Mandat an mehre Bremer Domherren wegen der dem Domcapitel entfremdeten Güter. ‖ Hannov. Copiar. fol. 95. n° 146 *teste* Ehmck Bremisches UB. I. 681. n° 360. |
| » 19 resp. 20 | » | (8820) (Petro) archiepiscopo et capitulo Neapolitanis iniungit, ut in civitate Neapolitana locum provideant fratribus ordinis Praedicatorum, in quo suorum offerant Domino vitulos labiorum. xiii (xiv *Ugh.*) kal. Nov. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 36. n° 49; Ughelli Ital. sacra VI. 107. — »Quoniam crescit diei.« |
| » 20 | » | (8821) Populo Neapolitano fratres ordinis Praedicatorum commendat. xiii kal. Nov. a° 5°. ‖ Ughelli l. c. 107. — »Quoniam crescit diei.« *Cf.* n° 8826. |
| » 20 | » | (8822) De Boccon et Simigiensi abbatibus et priori de Boccon Wesprimiens. dioc. mandat, ut arbitrium in causa inter abbatem conventumque monasterii s. Martini de Pannonia et praepositum capitulumque Albensis ecclesiae super quibusdam decimationibus vertente latum irritum decernant, et postmodum super decimis, damnis et expensis, quae hac occasione monasterium ipsum sustinuit, quod iustum fuerit statuant. xiii kal. Nov. a° 5°. ‖ Fejér Cod. dipl. III. ii. 267; Theiner Mon. Hungar. I. 99. n° 174. — »Exhibita nobis dilectorum.« |
| » 22 | » | (8823) Ecclesiam, »in qua recondendum est corpus« s. patris Francisci, Assisii construendam in ius et proprietatem sedis apostolicae recipit statuens, ut illa »sit omnino libera, et nulli alii quam apostolicae sedi subsit.« xi kal. Nov. a° (2°, *sed legi debet*) 5°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 604. — »Recolentes qualiter sancta.« |
| » 23 | » | (8824) Abbati et conventui S. Dionysii in Francia ordinationem factam in ecclesia s. Pauli de S. Dionysio ad eos ratione iuris patronatus pertinente per abbatem prioremque Compendienses et magistrum P(etrum) de Collemedio capellanum apostolicum, qui statuerant ut canonicus eiusdem ecclesiae proventus suos non aliter deinceps cum integritate percipiat, nisi per mediam anni partem personaliter resideat in eadem, confirmat. x kal. Nov. a° 5°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 566. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 23 | » | (8825) (Raimundum) comitem Tolosanum rogat et monet, ut Bernardum Convenarum et quosdam alios suorum vassalorum, qui monachum subdiaconum Conchensem iuxta altare letaliter vulneraverant, castiget. x kal. Nov. a° 5°. ‖ Achery Spicil. III. 603; Mansi Conc. XXIII. 101; Labbe Conc. XI. i. 360. n° 22. — »Horrendum facinus quod.« |
| » 25 | » | (8826) Populo Neapolitano fratres ordinis Praedicatorum commendat eisque mandat, ut praedicationem eorum benigne audiant ac devote suscipiant. viii kal. Nov. a° 5°. Ripolli Bullar. Praed. I. 37. n° 50. — »Quoniam crescit in.« *Cf.* n° 8821. |
| Nov. 4 | » | (8827) (Berengario) episcopo et capitulo Barchinonensibus, qui ad mandatum Gabrielis episcopi apostolicae sedis legati, restaurato de quibusdam sacerdotibus et aliis in ecclesia Barchinonensi quadragenario canonicorum numero, statuerant »ut ex praedictis sacerdotibus undecim celebraturi in certis altaribus, quorum oblationes et redditus percipere debeant, et duo alii presbyteri qui statores dicantur; duodecim vero in diaconatus et totidem in subdiaconatus ac duo in acholytatus officio deserviant de cetero in eadem, quibus in canonicis officiis et beneficiis alii perpetuis temporibus subrogentur,« hoc statutum confirmat. ii non. Nov. a° 5°. ‖ P. de Marca Marca Hispan. 1420; Martene Thes. anecd. IV. 599. — »Ea quae ad.« |
| » 5 | » | (8828) Marcellino episcopo Esculano comitatum Esculanum cum iurisdictione et specialiter potestatem ibidem creandi tabelliones sub annuo censu 100 librarum Vulteranensis monetae committit. Non. Nov. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1231 § 8. — »Ecclesiam Esculanam tamquam.« |
| » 7 | » | (8829) Abbatissam et sorores monasterii de Consilio B. Mariae ord. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia nominatim recensita confirmat. vii id. Nov. indict. V. a° D<sup></sup>i 1231. pont. a° 5°. ‖ Miraeus Opp. diplom. II. 1216. — »Religiosam vitam eligentibus.« |

## 1231.

Nov. 8 | Reate | (8830) Praeposito et capitulo ecclesiae Brixinensis s. Mariae ecclesiam in Algunde eis a b. mem. (Conrado) Brixinensi episcopo donatam confirmat. vi id. Nov. a° 5°. || v. Hormayr Gesch. von Tyrol I. ii. 289. — »Iustis petentium desideriis.«

» 11 | » | (8831) Episcopo, praeposito et cantori Iauriensibus mandat, cogant abbatem et conventum Pellisienses Vesprimiens. dioc. ad observationem arbitrii, quod Egidius subdiaconus et capellanus suus inter eos et abbatem conventumque S. Martini de Pannonia super quibusdam decimis litigantes promulgavit. iii id. Nov. a° 5°. || Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 289. — »Dilecti filii....«

» 12 | » | (8832) Archiepiscopo Barensi (Baranensi *Decr. Gr.*) consulenti, an vetitis lege canonica diebus sacris ordinibus initiati charactere essent insigniti *etc.*, respondet. ii id. Nov. a° 5°. || Raynaldi Ann. ad a. 1231 § 30, *omisso initio; int.* Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 11 *de temp. ordin.* c. 16 ap. Boehmer Corp. II. 106, *ad* a. 1228; ap. Richter Corp. II. 119. — »Consultationi tuae.«

» 16 | — | Potestati et communi Florentinis: »Laterani xvi kal. Dec. a° 5°«. || Ughelli Ital. sacra III. 250, *vid.* 1233. Nov. 16.

» 22 | Reate | (8833) Compositionem inter monasterium Provinense et L(udovicum) ducem Bavariae cl. mem. super castro Ahbac amicabiliter initam confirmat. x kal. Dec. a° 5°. || Mon. Boic. XIII. 202. — »Ea quae iudicio.«

» 26 | » | (8834) (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi, et de Agemunde [Admont] et de Medelich [Melk] abbatibus mandat, ut (Ludovicum) ducem Bavariae castra, villas et bona ecclesiae Frisingensis indebite occupantem, clericos civitatis et diocesis annuis tributis censentem, ius ecclesiae Frisingensis in ipsa civitate Monacensi sibi usurpantem, et bona capituli ubique devastantem per ecclesiasticam censuram ad satisfaciendum compellant. vi kal. Dec. a° 5°. || Meichelbek Hist. Frising. II. 11; Quellen u. Erörterungen V. 52. n° 21; *cf.* Lang Regesta II. 200. — »Sincera devotio quam.«

» 29 | » | (8835) Monasterium Pruviniense sub b. Petri et sua protectione suscipit et villam in Chunigeswisen et curtes a L(udovico) quondam duce Bawariae et consentiente nato O(ttone) donatas eidem confirmat. iii kal. Dec. a° 5°. || Mon. Boic. XIII. 202. — »Cum a nobis.«

Dec. 15 | » | (8836) Episcopo et canonicis Alatrinis nunciat, se statuere »ut ecclesiae Alatrinae collegium decem et octo canonicorum numerum, cum ad eundem redactum fuerit, non excedat, ne patrimonium crucifixi per aliquorum impressionem de cetero laceretur et famulantes ibidem commodius valeant sustentari.« xviii kal. Ianr. a° 5°. || Spicil. Liber. 645. — »Multitudo in ecclesiis.«

» 16 | » | (8837) Reginae Tarasiae, cui habitum Cisterciensis ordinis assumenti cl. mem. Alphonsus rex Legionensis domum quae dicitur Villabona ad monasterium eiusdem ordinis ibidem construendum donaverat, hanc donationem confirmat. xvii kal. Ianr. a° 5°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 433. — »Ea quae divinitus.«

» 17 | » | (8837 a) (Alberto) archiepiscopo Magdeburgensi et (Friderico) episcopo Halberstadensi mandat atque praecipit, ut illos, qui possessiones, res aut domos abbatissae et conventus de Camera s. Mariae apud Hallis (!) Cisterc. ord. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicationis sententia percellant *etc.* xvi kal. Ianr. a° 5°. || Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 811. — »Non absque dolore.«

» 23 | » | (8838) Decano, scolastico et thesaurario Monasteriensibus mandat, ut causam praepositi, decani et capituli Bremensium contra decanum et capitulum S. Stephani Bremensis, qui in quibusdam sollempnitatibus venire ad eorum ecclesiam tenentur et divinis officiis interesse, sed id efficere indebite contradicunt, audiant et decidant. x kal. Ianr. a° 5°. || Lünig Spicil. eccl. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI.) 950; Ehmck Bremisches UB. I. 197. n° 167. — »Dilecti filii praepositus.«

» 26 | — | Reginae dominae Tarasiae: »Laterani vii kal. Ianr. a° 5°«. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 328, *vid.* 1231. Mai. 25. n° 8748.

(» 14-31) | — | (8838 a) Praeposito et capitulo ecclesiae Omnium Sanctorum de Fossato alto Laudens. dioc. ecclesiam s. Georgii, quam b. m. A(rdericus) Laudensis episcopus eis concesserat, auctoritate apostolica confirmat. *Sine loco, a°, et die*.... kal. Ianr. || Tiraboschi Vet. Humiliatorum mon. II. 181. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 » (9931) Potestati, consilio et populo Mantuanis notum facit, se propter crudelem necem (Guidotto) episcopo Mantuano apud monasterium s. Andreae adlatam huius criminis patratores tam advocatos quam alios nec non illos quorum ope sit commissum, publice candelis accensis denunciasse excommunicationis sententiae subiacere *etc.* Non. Iun. a° 9°. || Ughelli Ital. sacra I. 864; *omisso initio* Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 16. — »Rem his diebus.«

* *In eundem modum* Episcopo Mutinensi — Praesulibus Insubriae, marchiae Tarvisinae, Romandiolae — Duci Venetorum — Friderico Romanorum imperatori *ad comprimendam perditorum improbitatem.*

» 7 » (9932) Abbati Grandis Sylvae Cisterc. ord. Tholosan. dioc. et priori provinciali ordinis Praedicatorum per provinciam Tholosanam de R. et R. sororibus viduis Caturcensibus haeretica pravitate infamatis mandata dat. vii id. Iun. a° 9°. Manrique Ann. Cisterc. IV. 499. — »Venientes ad nostram.«

» 7 » (9933) Beatrici reginae Castellae, Toleti et Legionis scribit longis encomiis de s. Elisabetha Thuringiae lantgravia eique hanc »pretiosissimam margaritam« commendat et in exemplum affert Agnetem regis Boemiae sororem, quam laudibus ornat. vii id. Iun. a° 9°. Wadding Ann. Min. II. 394; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 164. n° 172; *fragm.* ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 496; ap. Fejér Cod. dipl. VII. i. 251; ap. Raynald. Ann. ad a. 1235 § 24; ap. Erben Reg. Bohem. I. 415. n° 880; *cf.* Palacky Reise 26. n° 130. — »Iesus filius Sirach.«

» 7 (») (9934) (Iohanni Teutonico) episcopo Bosnensi et ordinis fratrum Praedicatorum et Minorum prioribus Strigoniensibus prohibet, ne sententias (Iacobi) Praenestini episcopi tunc apostolicae sedis legati in Andream regem Ungariae latas sine speciali mandato papali promulgent. vii id. Iun. a° 9°. Wadding l. c. 628; Sbaralea l. c. 164. n° 171; Fejér l. c. III. ii. 451. — »Cum venerabilis frater.« *Cf.* n° 10013.

**1235.**

Iun. 9 Perusii (9935) Capitulum Mantuanum monet, ut cum consilio Parmensis et Regini episcoporum de tali persona provideant per electionem canonicam suae ecclesiae in pastorem, quae tanto congruat oneri. v id. Iun. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 866; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 19. — »Non fuit necesse.«

» 11 » (9936) Potestatem et consilium Urbevetanos rogat et hortatur, ut adimpleant liberaliter promissum suum dantes certum subsidium ad fratrum Praedicatorum domum in loco idoneo construendam. III id. Iun. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 76. n° 129. — »Cum paterfamilias in.«

» 15 » (9937) Potestati, consilio et populo Asisinatibus mandat, ut pacem inter se foveant et ordinationes quasdam eum in finem a sede apostolica praescriptas observent. XVII kal. Iul. a° 9°. Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 104. n° 158. — »Inter curas multiplices.«

» 18 » (9938) Praeposito Mantuano causam inter priorissam conventumque monasterii s. Agnetis Bononiensis et Ysnardum canonicum Veronensem ac quosdam alios super terris *etc.* vertentem committit decidendam. XIV kal. Iul. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 13. n° 217. — »Priorissa et conventus.«

» 18 » * (9939) Henrico duce Zlesiae et Cracoviae et Henrico iuniore eius filio petentibus compositionem inter ipsos et Conradum ducem Masoviae initam confirmat. XIV kal. Iul. a° 9°. ‖ Grünhagen Regesten I. 182. n° 473.

» 18 » (9940) Gilebertum marescallum comitem Pembroch, Walterum et Anselmum fratres cum terris quas in Ybernia habent et Wallia, sub b. Petri et sua protectione suscipit. XIV kal. Iul. a° 9°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 32. n° 81. — »Dignum est et.«

» 20 » (9941) Abbati de Vadacio et archidiacono de Passeio Cenomanens. dioc. et magistro Raherio canonico Cenomanensi electionem Ioscelini archidiaconi Nannetensis in episcopum Nannetensem committit inquirendam. XII kal. Iul. a° 9°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 179. — »Dilectus filius magister.«

» 21 » (9942) Procuratori ordinis fratrum Praedicatorum Tarvisino super Sclavoniae consuetudine, »iuxta quam sub ea conditione mulier coniungitur, si sibi placuerit in matrimonio retinenda, alioquin reddenda parentibus sine mutilatione vel fractione membrorum« consilium postulanti respondet. XI kal. Iul. a° 9°. Ripolli Bullar. Praed. I. 76. n° 130. — »Cum in Sclavoniae.«

» 21 » (9943) Universis abbatibus et conventibus ordinis Cisterciensis, qui fratres ordinis Praedicatorum ad suum ordinem admiserunt, mandat, ut eosdem ad reassumptionem sui habitus remittentes de cetero nullum ex ipsis praetextu indulgentiae alicuius recipere praesumant. XI kal. Iul. a° 9°. Ripoll l. c. 77. n° 131. — »Quo vos in.«

» 22 » (9944) Henricum natum Henrici ducis Zeleziae et Cracoviae iuniorem cum omnibus bonis sub protectione b. Petri et sua suscipit. X kal. Iul. a° 9°. Theiner Mon. Polon. I. 27. n° 61. — »Extimantes quod filius.«

» 22 » * (9945) Papst Gregor bestimmt, dass niemand ohne seine Bewilligung das Kloster Reinhardsbrunn mit dem Banne belegen dürfe. X kal. Iul. a° 9°. ‖ Möller Gesch. des Kl. Reinhardsbrunn 51.

» 24 » (9946) Abbati Beccensi, priori S. Barbarae Rotomag. et Lexov. dioec. et archidiacono Rothomagensi mandat, ut ad reformandos quam plurimos abusus capitulum convocent, ad quod abbates et priores abbatos proprios non habentes tam exemptos quam non exemptos Rothomagensis provinciae venire compellant; et statuit, ut capitulum huiusmodi singulis annis celebretur. VIII kal. Iul. a° 9°. Bessin Conc. Rothomag. I. 141. — »In medio ecclesiae.«

» 24 » (9947) Archiepiscopos et episcopos, abbates et alios ecclesiarum praelatos, ad quos litterae istae pervenerint, hortatur, ut fratres Minores ad praedicandum missos benigne recipiant. VIII kal. Iul. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 628; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 167. n° 173. — »Cum qui recipit.«

» 26 » (9948) Henrico duci Zlesiae et Cracoviae confirmat compositionem inter ipsum ex una parte et Wlodislavum Poloniae ducem ex altera mediantibus Fulcone Gneznensi archiepiscopo et Paulo Poznaniensi episcopo d. 22. Sept. a. 1234 factam propter terram »quae speciali nomine dicitur Polonia«, ut fluvius Wartha inter utrumque sit meta immutabilis. VI kal. Iul. a° 9°. ‖ Marini Diplom. pontific. 64; Theiner Mon. Polon. I. 27. n° 62. — »Ea que iudicio.«

» 26 » (9949) Eidem duci supradictam compositionem, insertis Wlodislavi Poloniae ducis litteris, iterum confirmat. VI kal. Iul. a° 9°. ‖ Theiner l. c. 28. n° 63. — »Ea que iudicio.«

» 26 » (9950) Archiepiscopo Ardmachano mandat, ut cessionem Midensis episcopi recipiat et ei de redditibus episcopalibus provideat, unde competenter valeat sustentari. VI kal. Iul. a° 9°. Theiner Mon. Hibern. 32. n° 82. — »Venerabilis frater noster.«

**1235.**

Iun. 28 Perusii (9951) (Guilelmum) archiepiscopum Rhemensem eiusque suffraganeos monet et hortatur, incitent populos ad opes pro sacra in Terram sanctam expeditione conflanda pie conferendas ita, ut unusquisque tam masculus quam femina, tam clericus quam laicus qualibet septimana saltem unum denarium in hoc opus convertat. IV kal. Iul. a° 9°. Raynaldi Ann. eccles. ad a. 1235 § 46. — »Exeamus ad Iesum.«

Iul. 1 » (9952) (Henricum) regem Angliae, cum in coronatione sua iuraverit, iura libertates et dignitates conservare regales ac postmodum quamplura ad ius et statum coronae spectantia in praeiudicium regni et contra honorem suum improvide alienarit seque contra id non facturum iuramento firmarit, ad observantiam posterioris iuramenti, quod priori repugnet, non teneri decernit. Kal. Iul. a° 9°. Rymer Foedera I. I. 128. — »Quanto maiori vinculo.«

» 1 » (9953) Eidem notum facit, se eius nuncios, de Boxeleya et de Ponte Roberti abbates Cisterciensis ordinis, consueta benignitate recepisse et super negotio terrae Pictaviae (Ludovico) regi Francorum scripsisse. Kal. Iul. a° 9°. Manrique Annal. Cisterc. IV. 505. — »Venientes ad praesentiam.«

» 1 » (9954) Abbati de Alta Cumba Cisterc. ord. mandat, ut una cum Senonensi archiepiscopo et episcopo Silvanectensi ad Ludovicum Francorum regem accedat eique litteras apostolicas repraesentet, quibus roget eundem, ut ab impugnatione terrae Pictaviae abstineat. Kal. Iul. a° 9°. Manrique l. c. 505. — »Gerentes de tua.«

» 4 » * (9955) Ekkeberto Babenbergensi episcopo usum pallii in certis diebus concedit, atque abbatiam Muonster [Münchmünster] a Lothario imperatore Babenbergensi ecclesiae traditam cum ecclesia b. Sixti ibidem, ecclesias s. Laurentii in Gamenare, item ss. Petri, Iacobi et Martini in Villaco [Villach] easque in Canali [Kanal in Carinthia], ecclesiam quoque in Vuerte [Fürth] cum capella s. Laurentii in Nuremberc ab ea dependente, necnon bona sita in Carinthia et Canalibus confirmat. IV non. Iul. ind. VIII. pont. a° 9°. Lang Regesta II. 243.

» 4 » * (9956) Monasterium b. Virginis Mariae in Babenberg tuendum suscipit. IV non. Iul. ind. VIII. pont. a° 9°. Lang l. c. 243.

» 4 resp. 5 » (9957) Monasterium s. Michaelis Bambergense (Babenbergensis *Schw.*) ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. IV (III *Schw.*) non. Iul. indict. VIII. incarn. dom. a° 1235. pont. a° 9°. v. Schultes Histor. Schriften II. 368; *omisso exordio* Schweitzer UB. des Abtes Andreas I. 67. — »Quotiens a nobis.«

» 5 » * (9958) Elargitur ecclesiae Babenbergensi indulgentias. III non. Iul. a° 9°. Lang l. c. 243.

» 5 » * (9959) Monasterium Trebnicense Cisterc. ord. Wratislav. dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. III non. Iul. indict. VIII. pont. a° 9°. Grünhagen Regesten I. 183. n° 478.

» 11 » (9960) Archiepiscopo Strigoniensi et suffraganeis eius, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis per Strigoniensem provinciam constitutis mandat, ut, cum a iudicibus a sede apostolica delegatis super observandis eorum sententiis fuerint requisiti, ipsi eas humiliter observent et faciant a subditis suis inviolabiliter observari. V id. Iul. a° 9°. Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 333. — »Dilecti filii ...«

* *In eundem modum* Archiepiscopo Colocensi.

» 11 » * (9961) (Iacobo) episcopo et capitulo Suessionensibus necnon archidiaconis, decanis ac aliarum ecclesiarum praelatis per Suessionensem diocesim constitutis mandat, ut excommunicationis vel interdicti sententias in servientes fratrum Longipontis de cetero non ferant. V id. Iul. a° 9°. Ant. Muldrac Compend. abbatiae Longipontis Suession. chronici (Paris. 1652. 8°) 246.

» 13 » (9962) Abbati Cellensi Cisterc. ord. mandat, ut moniales monasterii de Valle s. Mariae [Marienthal] eiusd. ord. Misnens. dioc., quod C. regina Boemiae de novo construxerit et sufficienter dotaverit, singulis annis personaliter visitet et dicti ordinis institutis informet. III id. Iul. a° 9°. Köhler Cod. dipl. Lus. super. II. I. 62, *male ad* Iul. 23; *cf.* Beyer Alt-Zelle 540. n° 83. — »Cum carissima in.«

» 14 » (9963) Abbati et conventui monasterii s. Michaelis Babenbergensis significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis ecclesiam eorum in die dedicationis eiusdem visitantibus indulgentiam 20 dierum elargiri. II id. Iul. a° 9°. Schweitzer UB. des Abtes Andreas I. 68, *omisso exordio; cf.* Lang Regesta II. 245.

» 18 » (9964) Generali ministro et universis fratribus ordinis Minorum indulget, ut nequeant per litteras apostolicas conveniri, quae de hac indulgentia eorumque ordine non fecerint mentionem. XV kal. Aug. a° 9°. Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 167. n° 174. — »Cum iam per.«

**1235.**

Iul. 19 Perusii (9965) S. Martini de Pannonia et S. Salvatoris de Zocsardu [Sexard] abbatibus Geuriens. et Quinqueecclesiens. dioc. mandat, ut Csanadiensem episcopum, qui causâ inter ipsum et P. abbatem monasterii Bistriensis terminatâ cum armatorum multitudine hostiliter ad monasterium ipsum accessit et, ianuis eius fractis dictum abbatem et 32 monachos nequiter capi fecit, indebitam iurisdictionem sibi usurpavit *etc.* ad solvendas eidem abbati omnes expensas cogant et faciant ipsi abbati ad prosecutionem negotii necessarias de bonis monasterii provideri. xiv kal. Aug. a° 9°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 80; Fejér Cod. dipl. III. ii. 440; Theiner Mon. Hungar. I. 132. n° 227; Fuxhoffer Monast. (ed. 2ª.) I. 256. — »Dilectus filius P.«

» 21 » (9966) Abbatissam et conventum monasterii s. Crucis Cisterc. ord. Misnens. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem terras possessiones redditus *etc.* eis confirmat. xii kal. Aug. a° 9°. Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. iv. 305. n° 402. — »Cum a nobis.«

» 22 » Archiepiscopo Salisburgensi, episcopo Hildeshemensi *etc.*: »xi kal. Aug. a° 9°« — »Vineae Domini.« Hartzheim Conc. Germ. III. 554, *vid.* 1235. Iul. 31. n° 9977.

» 22 » Eisdem: »xi kal. Aug. a° 9°« — »Cum interfectores.« Hartzheim l. c. 556, *vid.* 1235. Iul. 31. n° 9978.

» 23 » (9967) Priori provinciali ordinis Praedicatorum in Lombardia mandat, ut abbatem monachosque monasterii s. Venerii de Tyro ord. s. Ben. in aliis eiusdem ordinis monasteriis collocet et monasterium ipsum de eodem ordine, si fieri poterit, alioquin illud de fratribus Mortariensibus reformet et institutionem et visitationem secundum Mortariensis monasterii instituta ipsi monasterio concedat. x kal. Aug. a° 9°. Ripolli Bullar. Praed. I. 77. n° 132. — »Sua nobis alterius.«

» 23 » (9968) (P.) Simigiensi et (T.) Tychoniensi abbatibus et decano Tychoniensi Vesprimiens. dioc. mandat, faciant ut sententia excommunicationis, quam Egidius subdiaconus et capellanus suus in Demetrium, Vrulou, Budou, Benedictum et alios homines de villa Wiza super combustione capellae s. Iacobi de Heremo monasterio s. Martini de Pannonia subiectae ac iniectione manuum violenta in monachos et conversos eiusdem promulgavit, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observetur. x kal. Aug. a° 9°. Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 334. — »Dilecti filii abbas.«

» 23 » (9969) Abbatissae S. Laurentii de Collazone eiusque sororibus inclusis factam per B(onifacium) Tudertinum episcopum ac capitulum donationem loci, in quo earum monasterium situm est, et ecclesiae s. Iohannis de Monte confirmat, alias immunitates eisdem superaddens. x kal. Aug. a° 9°. Wadding Ann. Min. II. 628; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 169. n° 176. — »Religiosam vitam eligentibus.« *Cf.* n° 9918.

» 23 » (9970) Abbatissae Omnium Sanctorum de Ripa Arni Pisani eiusque sororibus inclusis (secundum s. Damiani Assisinatis institutionem viventibus) ecclesiam ac monasterium per Vitalem Pisanum archiepiscopum a iure archiepiscopali vel alterius conditionis gravamine exemta confirmat, nova insuper eisdem privilegia adiiciens. x kal. Aug. a° 9°. Wadding l. c. 629; Sbaralea l. c. 167. n° 175. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 23 » (9971) Monasterium monialium s. Laurentii inter Vineas Urbevetanas (ord. s. Dam.) protegendum suscipit eiusque sororibus exemptiones et immunitates a (Rainerio) eiusdem civitatis episcopo eis (1232. Oct. 1) factas confirmat, tenorem ipsius privilegii inserens. x kal. Aug. a° 9°. Wadding l. c. 631; Ughelli Ital. sacra I. 1469; Sbaralea l. c. 170. n° 177. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 25 » (9972) Monasterium s. Francisci Pragensis tuendum suscipit, eius bona ac possessiones, libertates et immunitates Agneti abbatissae et sororibus inclusis confirmat, et statuit, ut iuxta morem Romanae ecclesiae divinum ibi officium celebretur, excepto psalterio, quod secundum consuetudinem possint dicere Gallicanam. viii kal. Aug. a° 9°. Wadding l. c. 632; Sbaralea l. c. 171. n° 178; *cf.* Palacky Reise 26. n° 131; Erben Reg. Bohem. I. 416. n° 883. — »Prudentibus virginibus.«

» 26 » (Eberhardo) archiepiscopo Salisburgensi, (Conrado) episc. Ildesheimensi *etc.*: »vii kal. Aug. a° 9°«. Ripolli Bullar. I. 78. n° 133, *vid.* 1235. Iul. 31. n° 9977.

» 28 » (9973) Archiepiscopos et episcopos ac alios ecclesiarum praelatos, nobiles viros, duces, marchiones, comites et barones in imperiali curia constitutos rogat et obsecrat, ut omni rancore deposito, quem ex quacumque causa contra Lombardos hactenus conceperint, Fridericum Romanorum imperatorem ad hoc inducant, »quod ipse negotium societatis Lombardiae, marchiae Tervisinae ac Romaniolae in manibus ecclesiae iuxta imperialis formae tenorem ponere non omittat, sicque fiat, quod ... possit de Lombardiae provincia ... Terrae sanctae commodum provenire.« v kal. Aug. a° 9°. Pertz Mon. Germ. hist. leg. II. 312; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. ii. 735. — »Puritas fidei et.«

» 28 » (9974) Magistrum et fratres hospitalis Hierusalem hortatur, ut baiulo et legato Federici imperatoris in Terrae sanctae partibus constituto omne quod poterunt in imperialium

**1235.**

conservatione iurium consilium et auxilium praebeant et, si Iohannes de Ibelino ac populus Acconensis eiusdem suggestionibus instigatus ad obsidendam civitatem Tyri vel aliquam terrarum ad dominium imperiale spectantium procedere attentent, opem et operam apponant ut isti a suo conatu corruant. v kal. Aug. a° 9°. | Pauli Cod. dipl. del s. ord. di Malta I. 271; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1461. n° 9; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. ii. 736. — »Evidens est et.«

Iul. 28 Perusii — (9975) Iohannem de Ibelino rogat et hortatur, ut »eo quod Fredericus Romanorum imperator multae devotionis obsequiis se reddiderit ecclesiae gratiosum,« ab omnibus quae ipsius honori contraria dignoscuntur, se post praesentium susceptionem avertat. v kal. Aug. a° 9°. Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 42. — »A diutina expectatione.«

» 28 » — (9976) Cumano episcopo mandat, ut interfectores (Bertholdi) Curiensis episcopi († 1233. Aug. 25), qui veniam a sede apostolica poposcerant, publice candelis accensis excommunicet, ni pareant apostolicis praeceptis. v kal. Aug. a° 9°. Raynald. l. c. § 19, *non-nisi fragm.*

» 31 » — (9977) (Eberhardo) archiepiscopo Salisburgensi, (Conrado) episcopo Ildesheimensi et abbati de Buch Cisterc. ord. Misnens. dioc. scribit, graviter ab eis peccatum esse, qui infectos labe pravitatis haereticae, contra quos magister Conradus de Marpurg olim processisset, in congregato concilio (Francofurti d. 2. Febr. 1234), ad quos plures praelati et principes saeculares convenerint, rationis inconsulto speculo absolverint, et illos, qui dicti magistri sanguinem innoxium effuderint, omissis prolatione sententiae ac inflictione poenae ac satisfactione aliqua non suscepta, ad sedem apostolicam pro absolutionis obtinendae gratia destinaverint. Committit eis, ut circa ipsos iuxta formam, quam eis sub bulla sua interclusam mittat, omni contradictione et appellatione cessantibus procedant, praesentes litteras in primo colloquio generali, in quo Fridericum imperatorem Romanorum ac alios principes ecclesiasticos et mundanos adesse contigerit, publicari et exponi solemniter facientes. ii (vii *Rip.*, xi *Hartzh.*) kal. Aug. a° 9° (11° *male Hard.*). ¦ Hartzheim Conc. III. 554; Manrique Ann. Cisterc. IV. 500; Ripolli Bullar. Praed. I. 78. n° 133; Mansi Conc. XXIII. 343; Harduini Acta conc. VII. 241. — »Vineae Domini cultores.«

» 31 » — (9978) Eisdem mandat, ut interfectoribus magistri Conradi de Marpurg post receptam ab eis cautionem, quod in passagio Martii proximi futuri vel alio proximo sequenti ad partes se transferant transmarinas, et post receptum iuramentum, quod per omnes maiores ecclesias regionis illius, ubi tam execrabile facinus commiserunt, vadant nudi et discalceati *etc.* et ab omnibus presbyteris illarum ecclesiarum ante fores earundem se faciant verberari, absolutionis beneficium impendant. ii (xi *Hartzh.*) kal. Aug. a° 9°. Hartzheim l. c. 556; Manrique l. c. 501; Harduinus l. c. 242; *absque nota chronol.* Mansi l. c. 346. — »Cum interfectores bonae.«

Aug. 1 » — (9979) (Sigfrido) episcopo Ratisponensi imperialis aulae cancellario mandat, ut Henrico nato Friderici Romanorum imperatoris, pro periurio quod incurrit se patri temere opponendo per (Eberhardum) Salzeburgensem archiepiscopum auctoritate apostolica excommunicato, beneficium absolutionis impendat, cum sit ad ipsius imperatoris gratiam iam reversus, tamen »sufficienti ab eo prius cautione recepta, quod militibus Danis ab obsequio Romanae ecclesiae redeuntibus .... quos fecit bonis suis ... spoliari, satisfaciat competenter.« Kal. Aug. (a° 9°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 10; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. ii. 738. — »Cum nobilis vir.«

» 2 » — (9980) Praepositum et sorores poenitentes monasterii s. Mariae Magdalenae in Gozlaria Ildesemens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras et alia bona eis confirmat. iv non. Aug. a° 9°. Heineccius Scr. rer. German. (Antiq. Goslar.) 251. — »Cum a nobis.«

» 3 » — (9981) Praepositum et sorores poenitentes monasterii s. Mariae Magdalenae in Vranchenfurt Magunt. dioc. cum monasterio et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ei omnes terras, possessiones ac alia bona confirmat. iii non. Aug. a° 9°. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 62. — »Cum a nobis.«

» 3 » — (9982) Abbati Grandis Sylvae Cisterc. ord. Tolosanae dioc., archidiacono et decano Petragoricensibus mandat, ut sententiam excommunicationis proferant in (Raimundum) comitem Tolosanum, qui ecclesiam quibusdam possessionibus et rebus aliis spoliaverat. iii non. Aug. a° 9°. Manrique Annal. Cisterc. IV. 502. — »Dilectus filius Raymundus.«

» 4 » — (9983) Universis fidelibus per patrimonium b. Petri in Tuscia constitutis mandat, ut contra raptores, praedones et fures, qui provinciam ipsam persequendo dilaniant, quos de finibus suis omnino expelli praecipit et excludi, se viriliter accingant. »Et quia huiusmodi maleficia absque conniventia vestra fieri nequeunt,« statuit, »ut in quocumque locorum de cetero talia commissa fuerint, terrae communitas vel loci dominus, in cuius territorio committentur ea, de bonis communitatis seu loci eiusdem teneatur modis omnibus emendare« *etc.* ii non. Aug. a° 9°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 491. n° 46. — »Audientes dissensiones et.«

**1235.**

Aug. 8 Perusii (9984) Potestati, consilio et populo Viterbiensibus sub poena duorum milium marcarum interdicit, ne castrum Montisflasconis invadant. vi id. Aug. a° 9°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 105. n° 179. — »Quanto civitas Viterbiensis.«

» 9 » (9985) (Bartholomaeo) episcopo Quinqueecclesiarum et magistris militiae Templi et Hospitalis Ierosolymitani in Ungaria praecipit, ut, cum, matrimonio nuper inter (Iolantham) natam (Andreae) regis Ungariae et (Iacobum) regem Aragonum legitime contracto, dictus rex Ungariae pro dote 12000 marcarum argenti quosdam redditus, qui tricesima vulgariter appellantur, praefato regi Aragonum obligaverit tamdiu percipiendos ab ipso, donec ex eis praedictam summam integre fuerit assequutus, praedictos proventus ad opus memorati regis Aragonum annis singulis colligant. v id. Aug. a° 9°. || Schier Reg. Hungar. 199; Katona Hist. crit. V. 732; Fejér Cod. dipl. III. ii. 448; Theiner Mon. Hungar. I. 133. n° 228. — »Matrimonio nuper inter.«

» 9 » (9986) Regi Colomano (Ruthenorum) filio A(ndreae) regis Ungariae concessionem terrae Bosnae a praefato ipsius patre factam confirmat. v id. Aug. a° 9°. | Katona l. c. 733; Fejér l. c. 449; Theiner l. c. 133. n° 229. — »Licet apostolicae sedis.«

» 11 » (9987) I(olantham) reginam natam (Andreae) regis Ungariae sub b. Petri et sua protectione suscipit. iii id. Aug. a° 9°. || Theiner l. c. I. 133. n° 230; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 335. — »Sincera devotio filiorum.«

» 12 » (9988) Priori et fratribus ordinis Praedicatorum S. Mariae ad gradus Viterbiensis indulget, ut universis, qui de Viterbiensi, Tuscanensi, Ortanensi, Balneoregiensi, Castrensi, Suanensi, Ameltensi (?) et Narniensi episcopatibus ad eorum sanctae praedicationis ministerium sponte ad christianae fidei redeunt unitatem, absolutionis et reconciliationis munus impendant. ii id. Aug. a° 9°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 79. n° 134. — »Quia dignum est.«

* *In eundem modum* Priori Viterbiensi et fratri Radulpho. || Ripoll. l. c. n° 135.

» 12 » (9989) Episcopo Hortano de superiore ad priorem Viterbiensem et fratrem Radulphum epistola significat eique mandat, ut ad extirpandam de civitate ac diocesi supradictis pravitatem haereticam eis impertiatur consilium et auxilium. ii id. Aug. a° 9°. || Ripoll l. c. n° 136. — »Quia dignum est.«

» 17 » (9990) Campi s. Mariae et de Lesben [Liesborn] abbatibus et priori Campi s. Mariae Monasteriens. dioc. mandat, faciant ut sententia a (Conrado) episcopo Mindensi eiusque coniudicibus pro (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi in Ottonem dominum de Lunenborch, exigente eius contumacia manifesta, prolata inviolabiliter observetur, proviso ne in terram ipsius nobilis excommunicationis vel interdicti sententiam proferant, nisi a sede apostolica super hoc mandatum receperint speciale. xvi kal. Sept. a° 9°. || Sudendorf UB. I. 14. n° 14. — »Venerabilis frater noster.«

» 18 » (9991) (Andream) regem Ungariae rogat et hortatur, ut adversus Bosnensem episcopum eiusque collegas, qui deputati erant ab (Iacobo) Praenestino episcopo tunc electo, apostolicae sedis legato, denunciatores sententiarum suarum excommunicationis et interdicti in regem ipsum promulgatarum, nullatenus moveatur, cum illi ex necessitate sententias memoratas servaverint et inde gratiam apostolicae sedis meruerint. xv kal. Sept. a° 9°. || Theiner Mon. Hungar. I. 134. n° 231; Fejér Cod. dipl. III. ii. 431 *nonnisi fragm.*; Mon. Hungar. hist. Dipl. XI. 570. — »Non venit in.«

» 21 » (9992) (Gerhardo) archiepiscopo et capitulo Bremensibus mandat, ut Stedingos in Bremensi diocesi existentes, sufficienti cautione recepta quod eorum mandatis in posterum praecise pareant, ab excommunicationis sententia absolvant. xii kal. Sept. a° 9°. || Lindenbrog Scr. rer. Germ. septentr. 172; Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. ii. 21, *male ad* a. 1236; Hartzheim Conc. Germ. III. 554; Scheid Origg. Guelf. IV. 132. n° 37; Lünig Spicil. eccles. I. (Reichs-Arch. XVI.) 111. n° 85. — »Ex parte universitatis.«

» 21 » (9993) Priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum in regno Franciae praecipit, ut fratri Roberto eiusque sociis negotium inquisitionis committat, qui per universum regnum Franciae passim contra haereticos cum praelatorum et aliorum fratrum religiosorum consilio procedant. xii kal. Sept. a° 9°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 80. n° 137. — »Dudum ad aliquorum.«

» 22 » (9994) Archiepiscopo Senonensi mandat, ut per se et per fratrem Robertum ordinis Praedicatorum »cui tam specialem gratiam contulit Dominus, ut omnis venator extimeat cornu eius«, ac per alios fratres Praedicatores procedat in inquisitionis negotio. xi kal. Sept. a° 9°. || Ripoll l. c. n° 138. — »Quo inter ceteras.«

» 23 » (9995) Fratri Roberto ordinis fratrum Praedicatorum mandat, ut per Senonensem, Semensem (?) et alias provincias regni Franciae passim contra haereticos procedat. x kal. Sept. a° 9°. || Ripoll l. c. 81. n° 139. — »Dudum ad aliquorum.«

» 23 » (9996) Episcopo Ferentinati, magistro Leoni subdiacono suo, priori S. Stephani Alatrinensis mandat, ut partibus advocatis causam inter priorem conventumque S. Bartho-

**1235.**

lomaei de Trisulto Cartus. ord. ex una parte et homines de Collepardo Alatrinae dioc. ex altera vertentem audiant et terminent. x kal. Sept. a° 9°. || Spicil. Liber. 663. n° 25. — »Querelam dilectorum filiorum.«

Aug. 24 Perusii (9997) Praeposito, decano et capitulo S. Iohannis Maguntinis, quibus, cum eorum ecclesia »qué in civitate Moguntinensi primo dicitur fuisse constructa« ruinam ex nimia vetustate minaretur, (Sigfridus) archiepiscopus Moguntinus concesserat, ut fructus praebendarum, quarum quaelibet quatuor marcarum valentiam non excedat, usque ad biennium vacantium applicandos ad fabricam ecclesiae dictae concesserat, hanc concessionem confirmat. ix kal. Sept. (viii kal. Nov. *male Ioan.*) a° 9°. || Gudenus Cod. dipl. III. 864; Ioannis Scr. hist. Mogunt. II. 698. — »Ex parte vestra.«

» 24 » (9998) Cum (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi, licet eius excusatio minus canonica extiterit, dispensat a censuris quibus incurrerat pro eo, quod prohibuerat, quominus denunciatores sententiarum excommunicationis et interdicti in (Andream) regem Ungariae per Bosnensem episcopum promulgatarum ad denunciationem procederent, et communicaverat postmodum regi praedicto in coronatione reginae. ix kal. Sept. a° 9°. || Fejér Cod. dipl. III. ii. 450; Theiner Mon. Hungar. I. 134. n° 232. — »Non venit in.«

» 25 » (9999) Abbatissae ac conventui sororum inclusarum monasterii s. Mariae de Monte Lucio Perusinis, »quia monasterium vestrum per sedem apostolicam est fundatum«, molendinum terras vineas oliveta et alia »quae ad opus vestrum comparavimus«, confirmat. viii kal. Sept. a° 9°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 172. n° 179. — »Cum mortuae mundo.«

» 25 » (10000) (Andream) regem Ungariae monet et hortatur, ut monasterium s. Martini de Pannonia suae protectionis praesidio confovens et in suo iure conservans Fabianum militem Strigoniensis diocesis ab abbatis et conventus praefati monasterii super ecclesia s. Spiritus, terris, pratis *etc.* ad eosdem pertinentibus molestatione cessare compellat. viii kal. Sept. a° 9°. || Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 336. — »Saluti tue convenit.«

» 26 » (10001) Monasterium s. Mariae et s. Georgii Esculanense protegendum suscipit, varia privilegia ei concedit, bona ac possessiones eius et donationes abbatissae eiusque sororibus a (Marcellino) episcopo Esculano factas confirmat. vii kal. Sept. indict. VIII. incarn. dom. a° 1235. pont. a° 9°. || Wadding Ann. Min. II. 633; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 172. n° 180. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 26 » (10002) S. Mariae de Religione et S. Feliculae ord. s. Marci prioribus Parmensibus mandat, ut monasterium s. Alexandri Parmensis dioc. ord. s. Ben. corrigant et reforment. vii kal. Sept. a° 9°. || Sbaralea l. c. 174. n° 181. — »Olim nobis suggesto.«

» 27 » (10003) De Hilengenrothe Bremens. dioc. et s. Anscarii Bremensis ecclesiarum praepositis et decano S. Anscarii Bremensis mandat, ut, cum (Luderus) episcopus Verdensis asserens, Alardum militem quosdam homines Verdensis ecclesiae bonis suis contra iustitiam spoliasse, propter hoc in eum excommunicationis sententiam contra statuta concilii generalis promulgaverit, eandem sententiam relaxent. vi kal. Sept. a° 9°. || Ehmck Bremisches UB. I. 228. n° 194. — »Alardus miles sua.«

» 27 » (10004) Monasterium monialium s. Mariae de Porta Coeli (*seu* Tišnowice) Cisterc. ord. Olomucens. dioc. patrocinandum suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. vi kal. Sept. indict. VII (!). incarn. dom. a° 1235. pont. a° 9°. || Boczek Cod. dipl. Morav. II. 303; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 416. n° 884. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 30 » (10005) Monasterii s. Mariae de Campo Martio Veronensis tutelam suscipit, eius bona ac possessiones confirmat, abbatissae et sororibus inclusis plura privilegia concedit et libertates et immunitates eis a (Iacobo) Veronensi episcopo donatas roborat. iii kal. Sept. a° 9°. || Wadding Ann. Min. II. 635; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 175. n° 182. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 31 » (10006) (Ugrino) Colocensi archiepiscopo, (Iacobo) episcopo Nitriensi et (Uriae) abbati S. Martini de Monte Pannoniae mandat, ut plenissime inquirant de forma iuramenti, quod in coronatione sua praestitit (Andreas) rex Ungariae et de singulis articulis expressis in ipso, ac de causis, ex quibus collectam ante responsum sedis apostolicae imposuit; et quidquid super his invenerint, papae fideliter rescribant. ii kal. Sept. a° 9°. || Katona Hist. crit. V. 737; Fejér Cod. dipl. III. ii. 452; Theiner Mon. Hungar. I. 134. n° 233. — »Ex parte carissimi.«

» 31 » (10007) Andreae regi Hungariae, qui pro damnis illatis ecclesiis sui regni per compositionem promiserat, se annuatim eisdem usque ad quinquennium 2000 marcarum argenti restiturum esse, praefigit propter eius redditus plurimum diminutos terminum usque ad decennium, ita ut singulis annis mille marcas eisdem ecclesiis solvere teneatur. ii kal. Sept. (a° 9°). || Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 26; Katona l. c. 739; Fejér l. c. 453. — »Cum ad mandatum.« *Cf.* n° 10009.

» 31 » (10008) (Ugrino) Colocensi archiepiscopo, (Briccio) Vaciensi, (Cleto) Agriensi, (Bulchu) Csanadiensi et (Benedicto) Varadiensi episcopis mandat, ut, cum discussio ad avocandum

**1235.**

christianos a paganis regni Hungariae per anni spatium consummari non possit et Sarraceni, iugiter huiusmodi discussione occupati, debita sibi nequeant exhibere servitia, hanc discussionem de biennio in biennium faciant. II kal. Sept. a° 9°. ‖ Schmitth Episc. Agriens. I. 146; Katona l. c. 740; Fejér l. c. 454; Theiner l. c. 137. n° 237. — »Carissimus in Christo.«

(Aug. 31) (Perusii) (10009) A(ndreae) regi Ungariae, qui per compositionem annuatim promiserat usque ad quinquennium 2000 marcarum argenti ecclesiis quibus damna intulerat restituere, terminum usque ad decennium prorogat, benigne remittens, quod ex defectu solutionis primi termini contraxit. (II kal. Sept. a° 9°.) ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 135. n° 234; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 338; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1235 § 26. — »Illius vicarii licet.« *Cf.* n° 10007.

( » 31) ( » ) (10010) Eodem supplicante inhibet, ne quis in eius, uxoris et filiorum suorum personas absque mandato sedis apostolicae speciali excommunicationis vel interdicti sententias promulget. (II kal. Sept. a° 9°.) ‖ Theiner l. c. 135. n° 235; Mon. Hung. hist. l. c. 339. — »Cum ad personam.«

» 31 » (10011) Eidem indulget, ut, ipso prosequente personaliter votum accipiendi signum crucis et ad mandatum sedis apostolicae ad Terram sanctam transeunte, ad redemptionem prioris voti, *i. e.* aliis erogandi ad Terrae sanctae subsidium, nullatenus teneatur. II kal. Sept. a° 9°. ‖ Theiner l. c. 135. n° 236; Mon. Hungar. hist. l. c. 340. — »Indignum et inconveniens.«

( » 31) ( » ) (10012) Episcopo Waciensi et abbati de Monoroud Waciens. dioc. mandat, ut ad supplicationem (Andreae) regis Ungariae cum eius capellanis, qui tempore, quo tenebatur excommunicationis et interdicti sententiis, eidem celebrarunt eamque ob rem ad tempus aliquod ab ordinum suorum executione suspensi sunt, super hoc dispenset. (II kal. Sept. a° 9°.) ‖ Theiner l. c. 136. n° 238; Mon. Hung. hist. l. c. 341. — »Carissimus in Christo.«

» 31 » (10013) (Iohanni Teutonico) episcopo Bosnensi et ordinis Praedicatorum et fratrum Minorum prioribus Strigoniensibus mandat, ne sine speciali mandato apostolico sententias in A(ndream) regem Ungariae latas exequantur. II kal. Sept. a° 9°. ‖ Theiner l. c. 136. n° 239. — »Cum venerabilis frater.« *Cf.* n° 9934.

Sept. 1 » (10014) Abbatissae et sororibus inclusis S. Mariae de Monte Lucio Perusinis notum facit, se omnibus qui ipsarum monasterium in vigilia assumptionis b. Mariae processionaliter devotione congrua visitaverint, indulgentiam unius anni largiri. Kal. Sept. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 177. n° 183. — »Si quibuslibet piis.«

» 16 resp. 17 Assisii (10015) (Bulchu) episcopo Cenadiensi, abbati Bellifontis Colocens. dioc. et praeposito Baciensi mandat, ut causam inter (Robertum) Strigoniensem archiepiscopum et Iacobum syndicum abbatis et conventus monasterii s. Benedicti de Grana Strigoniens. dioc. super quibusdam villis et pertinentiis ac iuribus earundem vertentem examinent et fine debito terminent; alioquin eam sufficienter instructam ad sedem apostolicam remittant. XV (XVI *Fej.*) kal. Oct. a° 9°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. I. 46 (*ibid.* p. 96 *denuo argumentum cum* dat. XV kal. Oct. a° 9° *affert*); Theiner Mon. Hungar. I. 136. n° 240; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 342. — »Cum venerabilem fratrem.«

» 17 » (10016) Universis suffraganeis Remensis ecclesiae mandat, ut (Henrico) archiepiscopo suo contra scabinos et cives Remenses assistant. XV kal. Oct. a° 9°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 590. n° 151. — »Non sine cordis.«

» 17 » • (10017) (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi, (Ulrico) episcopo Gurcensi et decano Frisacensi mandat, compellant S. de Grieven et alios quosdam laicos Salzeburgensis et Aquilegensis diocesum, ut monasterio s. Pauli bona iniuste ab ipsis detenta restituant. XV kal. Oct. a° 9°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 265. n° 430; Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 178. n° 934. — »Dilecti filii.«

» 20 » (10018) Friderico Romanorum imperatori scribit, quosdam iniquitatis filios, qui nequaquam vellent ecclesiam imperio vinculo dilectionis uniri, occultas litteras et cedulas dicti negotii executoribus transmisisse, ne ad ipsius prosecutionem procederent, »asserentes mendaciter, quod eorum litterae de nostra conscientia emanarent,« *etc.* Rogat eum et monet, ut, cum talia de sede apostolica ad eius aures perveniant, os iniqua loquentium obstruat et curiae audita rescribat. XII kal. Oct. a° 9°. ‖ Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 352. n° 22; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 771. — »Consueti fecundius in.«

• Magistro domus Theutonicorum *scriptum est de hoc,* ut eidem imperatori praemissa referat et ipsum ad id inducat.

» 20 » (10019) (Iohannem Teutonicum) episcopum Bosnensem hortatur, ut a cessionis petitione desistat, ecclesiam suam salubriter gubernare minime desinat et haereticos aliosque fidem catholicam impugnantes potenter expugnet. XII kal. Oct. a° 9°. ‖ Katona Hist. crit.

**1235.**

V. 740; Fejér Cod. dipl. III. II. 455; Theiner Mon. Hungar. I. 137. nº 241. — »Deputatus Iesu Christi.«

Sept. 22 Assisii (10020) Friderico Romanorum imperatori *etc.* significat, se, cum (Theodericus) archiepiscopus Ravennas apostolicae sedis legatus in civitatem Acconensem interdicti et in syndicos civium et nobilium et maiorum consulum universitatis Acconensis ac eorum fautores eius diffinitioni parere nolentes excommunicationis sententias promulgaverit, praefatum interdictum relaxasse. Mittit ei cedulam de rebus Syriae componendis ac petit, ut super his suae voluntatis beneplacitum sedi apostolicae intimet. x kal. Oct. aº 9º. || Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 772; E. Ricca Discorso geneal. della famigl. Filangieri. (Napoli 1863. gr. 8º) 110; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1235 § 43, 44. — »Dignum illius assumit.«

» 22 » (10021) (Hermannum) magistrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum hortatur, ut »advertens quod ad instantiam Friderici Romanorum imperatoris Hyerusalem et Siciliae regis et tuam negotium Terrae sanctae duximus assumendum« inducat eundem imperatorem, ut super eodem negotio sine conditione aliqua se in manibus ponat Ecclesiae neque contra Lombardos, maxime si praecise se in manibus Ecclesiae ponere sint parati, procedat. x kal. Oct. aº 9º. || Savioli Ann. Bologn. III. II. 156; Forschungen z. Deutschen Gesch. VI. 630. — »Dilectus filius magister.«

» 24 » (10022) (Sigfrido) Ratisponensi imperialis aulae cancellario et (Conrado) Ildesemensi episcopis mandat, ut in (Hermannum) Herbipolensem et (Sibotonem) Augustensem episcopos ac (Conradum) abbatem Vultuensem (*i. e.* Fuldensem) et alios necnon in (Landolfum) Wormatiensem electum et magistrum Devardum canonicum Herbipolensem, qui similia praesumpsisse dicuntur, iuxta priorum continentiam litterarum suarum omni appellatione postposita procedant. VIII kal. Oct. aº 9º. || Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 351. nº 21; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 777. — »Olim audito quod.«

» 26 » (10023) Patriarchae Antiocheno apostolicae sedis legato intimat, Fridericum Romanorum imperatorem Hyerusalem et Siciliae regem petiisse, ut festum nativitatis Domini proxime futurum ad definiendum totum negotium quod inter ipsum et Lombardos vertatur, eis assignetur terminus, apponatur poena 30000 marcharum in compromisso et, si forsan dicti Lombardi apostolicam ordinationem vel dispositionem non servaverint, rectores societatis Lombardiae, potestates ac consilia civitatum ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Mandat ei, ut praefigat rectoribus praefatis ac ipsis Lombardis pro termino kal. Decbr., in quo ad ponendum totum negotium sub praescripta forma in manu ecclesiae compareant coram curia Romana. VI kal. Oct. aº 9º. Savioli Ann. Bologn. III. II. 158; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 779; *partim* ap. Raynald. Ann. ad a. 1235 § 13. — »Dilectum filium magistrum.«

» 26 » (10024) De Polis et Bellifontis abbatibus et archidiacono Bachiensi Vesprim. et Colocens. dioec. mandat, ut praeposito Orodiensi, in quem Strigoniensis archiepiscopus iurisdictionem sibi tam in eius persona quam in eius praepositura regali usurpare contendens post appellationem ad sedem apostolicam interpositam excommunicationis sententiam protulerat, absolutionis beneficium ad cautelam impendant. VI kal. Oct. aº 9º. Theiner Mon. Hungar. I. 137. nº 242. — »Significavit nobis ....«

» 27 » (10025) Abbati et conventui monasterii s. Abundii Cumani mandat, ne Bartholomaeum et quosdam alios fratres ordinis Praedicatorum ulterius molestent super ecclesia s. Iohannis bapt. Cumana, quam dictis fratribus de misericordia liberali contulerant. V kal. Oct. aº 9º. || Tatti Città di Como II. 937. — »Decet universos christianae.«

» 27 » (10026) Archiepiscopo, abbati S. Dionysii et cymiliarchae Mediolanensibus de superiore epistola significat eisque mandat, curent ut mandatum apostolicum a conventu S. Abundii adimpleatur. V kal. Oct. aº 9º. || Tatti l. c. 938. — »Decet universos christianae.«

» 28 » (10027) (Conrado) episcopo Ildesemensi praedicationis officium in Maguntina diocesi pro negotio Terrae sanctae committit eique concedit potestatem absolvendi manuum iniectores in clericos ac incendiarios dumtaxat cruce signatos; denique ei imponit, ut quaestuariis universis, si qui in praedicationis officio praesentes fuerint, licentiam penitus interdicat proponendi aliquid populo. IV kal. Oct. aº 9º. || Würdtwein Nova subs. VI. 56. — »Quantum nos urgeat.«

» 28 » (10028) Archiepiscopis et episcopis per regnum Ungariae constitutis mandat, ut omnibus crucesignatis, quilibet eorum in sua diocesi, ne ante generale passagium iter eundi in Terram sanctam arripere audeant, districtius interdicant; eos vero, qui his mandatis praesumpserint contraire, denuntient omnibus crucesignatorum indulgentiis penitus carituros. IV kal. Oct. aº 9º. || Theiner Mon. Hungar. I. 138. nº 243; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 26. — »Cum sicut intelleximus.«

Oct. 1 » (10029) Archidiacono, thesaurario et officiali Laudunensibus mandat, cogant per censuram ecclesiasticam magistrum et fratres domus Leprosorum s. Lazari Meldensis, et quosdam alios clericos et laicos Meldensis civitatis et diocesis, ut (Petro) Meldensi episcopo

**1235.**

obedientiam et reverentiam exhibeant. Kal. Oct. a° 9°. ‖ Du Plessis Hist. de Meaux II. 136. n° 315; Theodori Poenitent. II. 729. — »Venerabilis frater noster.«

Oct. 6 — Fulginii — (10030) Archiepiscopo Pisano, qui nec petita nec obtenta licentia Sardiniam tanquam legatus apostolicae sedis intraverat, mandat, ut de cetero nullatenus in Sardinia legationis officium exerceat, nisi a sede apostolica licentiam obtinuerit specialem. II non. Oct. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 430; Cod. dipl. Sardin. I. 346. n° 56. — »Si tua discretio.«

» 11 — ? — (10031) Decano et archidiacono Parisiensibus et magistro Ferrico Lingonensi mandat, ut excommunicationis sententiam, quam (Henricus) archiepiscopus Remensis adversus civitatis Remensis cives propter eorum excessus notabiles et enormes promulgavit, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, solemniter publicent et faciant per Remensem et vicinas dioceses publicari. v id. Oct. a° 9°. Marlot Metropol. Remens. II. 519; Gallia christ. X. instr. 60; Marlot Hist. de Reims II. 792. n° 150; Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 601. — »Non minus pro.«

» 15 — — — Regi Boemiae concilium indicat. »Laterani id. Oct. a° 9°«. ‖ Höfler Albert von Beham 3, *vid.* 1240. Oct. 15.

» 17 — Interamnae — (10032) S(inibaldo) tit. S. Laurentii in lucina presb. cardinali marchiae Anconitanae rectori mandat, ut militibus de Colle Pergolae contra potestatem et commune Callenses illos iniquo odio persequentes praestare studeat auxilium, ut homines ipsorum ad collem praedictum cum rebus suis libere valeant se transferre. XVI kal. Nov. a° 9°. ‖ (Gentilis) Lettera 93. n° 16. — »Dilecti filii milites.«

» 17 — » — (10033) Manenti vicario S(inibaldi) tit. S. Laurentii in lucina presb. card. marchiae Ancon. rectoris mandata dat in eundem modum. XVI kal. Nov. a° 9°. ‖ Gentilis l. c. 94. n° 17. — »Dilecti filii milites.«

» 17 — » — (10034) Potestati et populo Eugubinis in eundem modum. XVI kal. Nov. a° 9°. ‖ Gentilis l. c. 94. n° 18. — »Presentium vobis auctoritate.«

» 17 — » — (10035) S(inibaldo) tit. S. Laurentii in lucina presb. cardinali marchiae Anconitanae rectori intimat, se potestati et populo Callensibus castrum Montis Episcopalis per violentiam occupantibus dare firmiter in praeceptis, ut dictum castrum Hugoni domino Montis Episcopalis cum bonis ibidem inventis restituant. Mandat ei, ut, si iidem mandatum apostolicum neglexerint adimplere, eos ad hoc compellat. XVI kal. Nov. a° 9°. ‖ Gentilis l. c. 95. n° 19. — »Oblata nobis dilecti.«

» 17 — » — (10036) Manenti vicario S(inibaldi) *etc.* de eadem re mandata dat in eundem modum. XVI kal. Nov. a° 9°. ‖ Gentilis l. c. 95. n° 20. — »Oblata nobis dilecti.«

» 17 — » — (10037) Potestati et populo Callensibus mandat, ut dictum castrum praefato nobili Hugoni restituant; alioquin *etc.* XVI kal. Nov. a° 9°. ‖ Gentilis l. c. 96. n° 21. — »Oblata nobis dilecti.«

» 22 — » — (10038) A(latrino) subdiacono et capellano suo ducatus Spoletani rectori mandat, moneat et inducat potestatem, consiliarios, commune Eugubinos et homines Collis de Pergula, ne homines castri Montis Episcopalis ecclesiae Callensi spirituali et temporali iurisdictione subiectos recipiant, eosque ne ad alium locum se transferre praesumant. XI kal. Nov. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 816; Gentilis l. c. 97. n° 22. — »Gravem venerabilis fratris.«

» 22 — » — (10039) Potestatem, consiliarios et commune Eugubinos monet et hortatur, ne homines castri Montis Episcopalis ad Collem de Pergula, quod castrum noviter extra Callensem diocesim construere ceperint, transferre in enormem Callensis ecclesiae laesionem praesumant. XI (*om. Ugh.*) kal. Nov. a° 9°. ‖ Ughelli l. c. 815; Gentilis l. c. 97 in n° 22. — »Gravem venerabilis fratris.«

» 23 — » — (10040) Episcopo et capitulo Narniensibus mandat, ut in sua ecclesia, quae defectum in divinis officiis non modicum patiatur, duos sacerdotes idoneos recipiant in canonicos. X kal. Nov. a° 9°. Bucciarellus Cathedr. Narniens. eccles. 29. — »Cum ecclesia Narniensis.«

» 25 — — — Praeposito, decano et capitulo S. Iohannis Maguntinae: »Perusii VIII kal. Nov. a° 9°«. ‖ Ioannis Scr. hist. Mogunt. II. 698, *vid.* 1235. Aug. 24. n° 9997.

Nov. 1 — Interamnae — Potestatem, consiliarios et commune Eugubinos: »Kal. Nov. a° 9°.« Ughelli Ital. sacra II. 815, *vid.* 1235. Oct. 22. n° 10039.

» 7 — Viterbii — (10041) Abbati Maceriarum Cisterc. ord. Cabilonens. dioc. significat, se, cum comes Nivernensis et Forensis signo crucis assumpto in Terrae sanctae subsidium proficisci proposuerit, eum et omnia eius bona sub b. Petri et sua protectione suscepisse, et statuisse, ut, si forte dictus comes in partibus transmarinis decederet, eius filii cum terra et aliis bonis suis sub apostolicae sedis tutela consisterent. Mandat abbati, ne permittat ut illi de dictis bonis ab aliquibus indebite molestentur. VII id. Nov. a° 9°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 504. — »Cum sicut dilectus.«

**1235.**

Nov. 8 Viterbii (10042) **Episcopo Cumanorum mandat, ut causam inter Ultrasilvanum episcopum ex parte una et decanum sacerdotesque de terra Burcze super obedientia et reverentia vertentem sufficienter instructam ad apostolicum remittat examen, praefigens eisdem partibus terminum peremptorium, festum videlicet b. Michaelis proxime venturum, quo cum munimentis et rationibus suis compareant coram sede apostolica. vi id. Nov. aº 9º. || Teutsch et Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 60. nº 58; Theiner Mon. Hungar. I. 138. nº 244; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 27. — »Coram venerabili fratre.«**

„ 8 „ (10043) Excommunicat et anathematizat universos haereticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas et alios quibuscumque nominibus censeantur. vi id. Nov. aº 9º. || Bzovius Ann. eccl. ad a. 1235 § 2. XIII. 424; Mansi Conc. XXIII. 73; Harduini Acta conc. VII. 163; Labbe Conc. XI. i. 334; Matthaeus Summa 2. — »Excommunicamus et anathematizamus.« *Cf.* nº 8445 *et* Regest. *post* nº 9675.

„ 8 „ (10044) Episcopo Nivernensi, priori provinciali ord. Praed. in Francia et magistro I. de Monte Mirabili archidiacono Parisiensi mandat, ut, si excommunicationem in Petrum Vegrini laicum Silviniacensem Claromont. dioc. de crimine pravitatis haereticae accusatum post appellationem ad sedem apostolicam latam repererint, nullam esse denuncient *etc.* vi id. Nov. aº 9º. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 177. nº 184. — »Accedens ad apostolicam.«

„ 13 „ (10045) Episcopo Cumanorum, de Bethleem Ultrasilvanae dioc. et Cenadiensi praepositis de controversia inter episcopum Ultrasilvanum atque Leonem de Dubucha, Gotfridum de Aqua calida *etc.* sacerdotes de Sarcam mandata dat. Id. Nov. aº 9º. || Theiner Mon. Hungar. I. 139. nº 245; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 28. — »In presentia venerabilis.«

„ 13 „ (10046) A(latrino) subdiacono et capellano suo ducatus Spoletani rectori mandat, compellat potestatem et populum Perusinos, ut potestati et communi Callensibus castrum Collis Pergulae destruere minantibus nullum super hoc praestent auxilium. Id. Nov. aº 9º. (Gentilis) Lettera 99. nº 23. — »Cum communitas Eugubina.«

„ 13 „ (10047) Potestati et consilio Perusinis de superiore epistola significat eisque mandat, ut Callensibus in dicto negotio nullum praestent auxilium *etc.* Id. Nov. aº 9º. | Gentilis l. c. 100. nº 24. — »Cum communitas Eugubina.«

„ 17 „ (10048) (Gregorio) episcopo Geuriensi et abbati de Bokon Cisterc. ord. et praeposito .... Vesprimiens. et Cenadiens. diocc. mandat, ut inter abbatem conventumque S. Martini de Pannonia et Fabianum militem Strigoniens. dioc. super ecclesia s. Spiritus *etc.* litigantes iudicium faciant. xv kal. Dec. aº 9º. || Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 30. — »Significantibus dilectis filiis.«

„ 20 „ (10049) (Roberto) Strigoniensi archiepiscopo indulget, ne quis in eius personam sine speciali sedis apostolicae mandato praeter legatum a papae latere destinatum excommunicationis vel suspensionis sententiam possit promulgare. xii kal. Dec. aº 9º. | Theiner Mon. Hungar. I. 139. nº 246; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 31. — »Fidem et devotionem.«

„ 20 „ (10050) Episcopos et alios ecclesiarum praelatos et clericos provinciae Strigoniensis monet et hortatur, ut (Robertum) Strigoniensem archiepiscopum, cum ad eos causa visitationis accesserit, benigne recipiant ac tractent. xii kal. Dec. aº 9º. | Theiner l. c. 140. nº 247; Mon. Hung. hist. l. c. 32. — »Ad obedientiam et.«

„ 22 „ (10051) (Briccio) episcopo Vaciensi, Budensi et S. Thomae praepositis Strigon. et Vesprim. diocc. mandat, iniungant abbati et conventui monasterii s. Martini de Pannonia et capitulo ecclesiae Albensis de quibusdam decimis litigantibus, ut, nisi usque ad proximas octavas purificationis b. Virginis super quaestione praedicta amicabilis compositio provenerit inter partes, per procuratores usque ad festum resurrectionis dominicae proxime venturum apostolico se conspectui repraesentent. x kal. Dec. aº 9º. | Katona Hist. crit. V. 761; Fejér Cod. dipl. IV. i. 28; Theiner l. c. 140. nº 248. — »Gravi iam dudum.«

„ 22 „ (10052) (Iohannem) archiepiscopum Iadrensem valde vituperat, quod, cum quidam fratres ordinis Minorum ad civitatem Iadrensem haereticae pravitatis infectam maculis accessissent ad propagandum ibi fidei catholicae sanctitatem, ianuas claudi fecerat, ne ad praedicationem ministri provincialis eiusdem ordinis populus conveniret; porro quod in quasdam mulieres ibidem constitutas pro eo quod capillorum abscissa caesarie ac relicto saeculari habitu elegerant sua crimina in domibus propriis deplorare excommunicationis sententiam promulgaverat *etc.* Mandat ei ut, quae supra praemissis improvide attemptaverit, emendare sollicitus a dictarum mulierum et fratrum ordinis Praedicatorum *etc.* molestatione desistat. x kal. Dec. aº 9º. || Farlati Illyr. sacr. V. 73; Mon. Hung. hist. Dipl. XII. 3. — »Sperabamus quod cum.«

„ 25 „ (10053) Comitibus, baronibus et iustitiariis, potestatibus et aliis civitatum, castrorum et aliorum locorum rectoribus et universis Christifidelibus per Tusciam et ducatum Spoletanum constitutis significat, se priori provinciali ordinis Praedicatorum Tusciae et

1235.

Vallis Spoleti mandasse, ut contra receptatores haereticorum et alios de haeresi publice infamatos iuxta concilii generalis statuta procedat. Eos rogat et monet, ut ad extirpandam de partibus suis pravitatem haereticam similiter assurgentes praedictis priori eiusque fratribus consilium et auxilium impertiantur. VII kal. Dec. a° 9°. Ripolli Bullar. Praed. I. 81. n° 140. — »Serpentis antiqui perfidia.«

Nov. 27 Viterbii (10054) Archiepiscopo Arelatensi et episcopo Carpentoratensi mandat, ut Massilienses canonicos, qui (Benedictum d'Alignan) episcopum suum a civitate diutius exsulare compulerant, corrigant et reforment, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis. V kal. Dec. a° 9°. ‖ Notices et extraits XXI. II. 238. — »A Massilia Liae.«

» 27 » (10055) Monasterium monialium b. Mariae de Brania Cisterc. ord. Cameracens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. V kal. Dec. indict. VII (!). incarn. dom. a° 1235. pont. a° 9°. Miraeus Opp. diplom. III. 399. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 27 (») * (10056) Ottoni duci Bavariae concedit, quod nemo in eum sine manifesta et rationabili causa audeat sententiam excommunicationis vel interdicti promulgare. V kal. Dec. a° 9°. Deutinger Beyträge II. 153. n° 9.

» 28 » (10057) Repetit n° 8011 de 1227. Aug. 18: »IV kal. Dec. a° 9°« — »Quieti vestre providere.« Strehlke Tab. 354. n° 465; de Geer Archieven I. 62. n° 59.

Dec. 1 » (10058) Priori provinciali ordinis Praedicatorum in Urbe, Tuscia, ducatu Spoleti, regno Siciliae et Campania concedit potestatem absolvendi manuum iniectores in clericos ac incendiarios. Kal. Dec. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 82. n° 141. — »Quantum nos urgeat.«

» 5 » (10059) Abbati de Irancio (Irentio *Rayn.*) Cisterc. ord. et prioribus Roscidae Vallis et de Tutela Pampilonens. dioc. mandat, inducant nobiles regni Navarrae, qui contra (Theobaldum) regem colligationes illicitas praesumpserint, ut easdem dissolvant. Non. Dec. a° 9°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 504; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1235 § 49. — »Audito nuper quod.«

» 8 » (10060) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. indulget, ut monasterium ipsum nullatenus teneatur alicui per litteras apostolicas, quae de hac indulgentia mentionem non fecerint, providere. VI id. Dec. a° 9°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 571. — »Sicut gratum et.«

» 14 » (10061) (Guidoni) abbati Morimundi Cisterc. ord. Lingonens. dioc. committit causam vertentem inter Militiam Calatravensem et abbatem monasterii s. Petri de Gomiel terminandam. XIX kal. Ianr. a° 9°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 513. — »Sua nobis charissimus.«

» 14 » (10062) Abbati Cistercii scribit, Iohannem militem de Monte s. Mariae supplicasse, ut in monasterio de Monte s. Mariae, quod in fundo suo de bonis propriis construxerit et dotaverit, instituatur conventus monialium Cisterciensis ordinis. Mandat ei, ut piis supradicti militis votis satisfaciat. XIX kal. Ianr. a° 9°. ‖ Miraeus Opp. dipl. I. 420; *omisso initio* Manrique l. c. 493. — »Piae mentis devotio.«

» 14 » * (10063) Monasterium s. Mariae Rosarum Viterbiense ord. s. Dam. ab episcopi iurisdictione eximit et sub apostolicae sedis protectione suscipit. XIX kal. Ianr. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 299.

» 15 » * (10064) Archidiacono, magistro scholarum et capicerio Aurelianensibus mandat, ut in ecclesia s. Martini Turonensis tam in capite quam in membris corrigant et reforment, quae correctionis et reformationis officio noverint indigere, maxime quae ad diminutionem praebendarum et creationem vicariorum spectant. XVIII kal. Ianr. a° 9°. ‖ Défense des privilèges de l'égl. Saint-Martin de Tours (Paris 1708. fol.) 31.

» 16 » (10065) Fratri Willelmo poenitentiario suo mandat, ut vota 400 crucesignatorum Franciae et aliorum pro Terrae sanctae subsidio commutet in auxilium imperii Constantinopolitani a schismaticis armis impetiti, moneatque crucesignatos ad iter quam citissime arripiendum indulgentias elargiens *etc.* XVII kal. Ianr. a° 9°. ‖ Sbaralea l. c. 179. n° 185. — »Ut Israelem veteris.«

» 16 » (10066) Belam regem Ungariae monet et hortatur, ut, cum Vatacius et Assanus schismatici de novo, civitate Constantinopolitana obsessa, se ad debellandum imperatorem Constantinopolitanum iterato cum infinitis armatorum millibus accinxerint, et cum eo levius et citius imperio Constantinopolitano per homines Ungariae subveniri possit, quo ei viciniores existant, ad subveniendum praefato imperio regium auxilium impertiatur. XVII kal. Ianr. (a° 9°). ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 140. n° 249; *deficiente initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 53; ap. Fejér. Cod. dipl. IV. I. 30. — »Ut Israelem veteris.«

* *In eundem modum* Archiepiscopos Strigoniensem et Colocensem Ungarosque.

» 17 » (10067) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi transmittit pallium, sumendum tamen de manu archiepiscopi Upsalensis, cui iure primatiae subiectus est. XVI kal. Ianr. a° 9°. ‖ Liljegren

**1235.**

Svenskt dipl. I. 285. nº 292; *cf.* Porthan Bullar. access. 30. nº 27; Suhm Hist. af Danmark IX. 668, *ubi relata ad* a. 1236. — »Cum palleum insigne.«

Dec. 18 Viterbii (10068) Episcopo Cumanorum et Cenadiensi et de Bethleem Ultrasilv. dioc. praepositis, ut duplicem quaestionem inter episcopum Ultrasilvanum et abbatem conventumque monasterii de Clusa Ultras. dioc., unam super quibusdam decimis, alteram super subiectione ipsius monasterii, obedientia et aliis iuribus episcopalibus vertentem iudicio vel concordia terminent; alioquin eadem negotia sufficienter instructa ad apostolicum remittant examen. xv kal. Ianr. aº 9º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 141. nº 250; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 33. — »Olim venerabili fratre.«

„ 22 „ (10069) Abbates de Lenin et de Cinna Cisterc. ord. Brandeburgens. dioc. sedi archiepiscopali Magdeburgensi gravi debitorum sarcina depressae, petente (Wilbrando) archiepiscopo, administratores dat eisque praecipit, ut de praepositura ecclesiae Magdeburgensis singulis annis centum marchas puri argenti *etc.* in solutionem debitorum ipsius ecclesiae »usque ad nostrum beneplacitum« convertant. xi kal. Ianr. aº 9º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 511, *fragm.*

„ 23 „ (10070) Berardo archiepiscopo Panormitano, capitulo et clero Panormitanae ecclesiae omnes libertates et immunitates a Romanis pontificibus per privilegia et alias indulgentias eis et dictae ecclesiae concessas, nec non libertates et exemptiones saecularium exactionum a regibus *etc.* eis indultas, decimas quoque *etc.* confirmat. x kal. Ianr. aº (2º, *sed scribas*) 9º. ‖ Pirrus Sicil. sacra I. 144. — »Cum a nobis.«

„ 23 „ (10071) Abbatem et conventum monasterii Dunemunde de Livonia Cisterc. ord. Rigens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem de Bentuwisk, de ..... ne Wostrowe et de Indagine (Indayno *Hass.*) Volquini, terras, possessiones, redditus aliaque bona eis confirmat. x kal. Ianr. aº 9º. ‖ Dreger Cod. dipl. Pomer. I. 172. nº 106; *rectius* ed. Lisch *in* Meklenb. Jahrb. XIV. 273. nº 65; *repetit.* ap. Bunge Livl. UB. III. 24. nº 147a, *male ad* a. 1236; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 504. nº 229; Meklenb. UB. I. 439. nº 442. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

„ 24 »Aº Dⁱ (1236, *sed legas*) 1235 papa Gregorio venne in *Viterbo*, e fe rifare li merli e il pectorale delle 'mura di piano di Scarlano, e fe scarcare la torre d'Aldobrandino in Viterbo la vigilia di natale.« ‖ Croniche de Viterbo ap. Böhmer Fontes IV. 704.

„ 30 „ (10072) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per Franciam constitutis notum facit, se apostolica scripta direxisse Willelmo poenitentiario suo, ut 400 militum crucesignatorum regni Franciae vota commutans in subsidium Constantinopolitani imperii tam eos quam alios, qui de novo in succursum dicti imperii signum crucis assumpserint, praeceptis moneat salutaribus ac inducat, ut sine morae dispendio ad succurrendum ipsi imperio iter arripiant et ad id se viriliter accingant. iii kal. Ianr. aº 9º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 504; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 180. nº 186. — »Dilecto filio fratri.« *Cf.* nº 10064.

— — (10073) Praeposito et capitulo Massiliensibus tercium decimum canonicorum numerum, qui taxatus est, concedit, exceptis episcopo et praeposito qui pro tempore fuerint. *Sine signo chronol.* ‖ Méry et Guindon Hist. de Marseille I. 417, *non integra.* — »Iustis petentium desideriis.«

**1236.**

Ianr. 5 Viterbii (10074) Abbati et conventui Morimundi Cisterc. ord. Lingonens. dioc. sententiam diffinitorum capituli generalis, qui constituerant per legitima instrumenta, Calatravae conventum ad Morimundum neque ad monasterium s. Petri de Gumiel pertinere, auctoritate apostolica confirmat. Non. Ianr. aº (10º, *sed legas*) 9º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 529. — »Quod iudicium concordiaque.«

„ 7 „ (10075) Praeposito et decano S. Andreae et Ludolfo canonico Verdensibus causam quorundam civium Lubicensium contra praepositum S. Anscarii (Bremensem) eiusque coniudices, qui appellatione istorum ad sedem apostolica contempta in eosdem excommunicationis sententiam promulgaverant, committit inquirendam. vii id. Ianr. aº 9º. Cod. dipl. Lubec. I. 81. nº 74. — »Henricus, Bertrannus, Godescalcus.«

„ 9 „ (10076) Abbatem et capitulum de Scona ord. s. Aug. S. Andreae dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem villas de Magna Blara et Parva Blara, possessiones et alia bona eis confirmat. v id. Ianr. aº 9º. ‖ Liber ecclesie de Scon 70. nº 104. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

„ 12 „ (10077) Compositionem inter praeceptorem fratresque hospitalis s. Mariae Teuton. in Prussia ex parte una et Conradum ducem Masoviae et Cuiaviae ac filios eius ex altera super castro de Dobrzyn factam confirmat. ii id. Ianr. aº 9º. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. IV. 12. nº 18. — »Omnia quae iudicio.«

1236.

Ianr. 12 Viterbii (10078) Monasterium monialium s. Mariae de Risiberg Cisterc. ord. Strengenensis dioc. cum omnibus bonis protegendum suscipit. II id. Ianr. a° 9°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 286. n° 293; *cf.* Celse Appar. 66. n° 24. — »Cum a nobis.«

» 13. » (10079) Decano et capitulo Remensibus significat, se decernere, ut cives Remenses eis debeant in curia Romana respondere. Id. Ianr. a° 9°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 606. n° 159. — »Conquerentibus vobis quod.«

» 16 » (10080) (Willelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo scribit, se Willelmo poenitentiario suo apostolica scripta direxisse (*vid.* n° 10064), ut vota 400 militum crucesignatorum regni Franciae in subsidium Constantinopolitani imperii commutaret *etc.* »Verum quia (Iohannes?) imperator magnum posset in dilatione sustinere periculum, nisi expectatum recipiat a Latinis absque dispendio morae succursum, te ad praemissa ... celeriter exequenda ad partes regni Franciae duximus destinandum.« Mandat ei, ut praedictos milites et alios ad id efficaciter inducat, praesertim cum (Iacobus) dux Venetorum omnibus gratis dare passagium sit paratus. XVII kal. Febr. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 181. n° 187. — »Ut Israelem veteris.« *Cf.* 1236. Dec. 8. n° 10272.

» 16 » (10081) Belam regem Ungariae rogat, monet et hortatur, ut Egrensi et aliis abbatibus Cisterciensis ordinis, hospitalis quoque Ierosolymitani, militiae Templi, S. Lazari et S. Sansonis in Ungaria magistris et fratribus redditus, terras, possessiones et res alias, quas Aimericus et Andreas pater eius Ungariae ac Sclavoniae reges et alii Christi fideles eorum ecclesiis et domibus contulerunt, ipse autem rapuit, sine difficultate aliqua restituat et de perceptis inde fructibus satisfaciat. XVII kal. Febr. a° 9°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 142. n° 251; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 37; *partim* ap. Raynald. Ann. ad a. 1236 § 66. — »Ut te clare.«

» 16 » (10082) (Briccio) Vaciensi, Nitriensi et Bosnensi episcopis significat, se (Belam) regem Hungariae, qui Egrienses fratres Cisterc. ord., hospitalis quoque Ierusalem, militiae Templi, S. Lazari et S. Samsonis in Ungaria magistros et fratres redditibus, terris et possessionibus omnibus, eisdem per Himericum et Andream Ungariae et Sclavoniae reges *etc.* donatis, pro suae voluntatis arbitrio spoliaverat, rogasse et monuisse, ut restituat sic ablata et de perceptis inde fructibus et illatis damnis satisfaciat competenter. Mandat episcopis, ut ad eundem regem personaliter accedentes eum ad id moneant et inducant. XVII kal. Febr. a° 9°. ‖ Katona Hist. crit. V. 767; Fejér Cod. dipl. IV. I. 33; Theiner l. c. 143. n° 252. — »Ut carissimus in.«

» 17 » (10083) Compositionem inter (Guntherum) abbatem conventumque monasterii Lubensis Cisterc. ord. Wratisl. dioc. ex parte una et (Thomam) episcopum capitulumque Wratislavienses ex altera super quibusdam decimis, possessionibus et rebus aliis factam mediante (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi, de Livoniae et Prusciae partibus ubi legationis officium exercuerat redeunte, confirmat. XVI kal. Febr. a° 9°. ‖ (Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 157; *cf.* Grünhagen Regest. I. 183. n° 479. — »Ea quae iudicio.«

» 17 » (10084) Abbatem conventumque monasterii de Lubes Cisterc. ord. Wratislav. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. XVI kal. Febr. a° 9°. Büsching l. c. 159. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 18 » (10085) (Willelmo) archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis eius mandat, ut praepositis et ministris ordinis Humiliatorum in locis secundi ordinis habendi sacerdotes et coemeterium ad opus fratrum et sororum licentiam concedant. XV kal. Febr. a° 9°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 196. — »Congruam officii nostri.«

» 25 » (10086) Colomanum regem Ruthenorum ac ducem Sclavoniae rogat et monet, ut compositionem inter ipsum et magistrum fratresque militiae Templi in Ungaria et Sclavonia super quibusdam villis, domibus *etc.* amicabiliter initam firmiter observet; »alioquin Waradiensi et de Cicador Cisterc. ord. abbatibus et praeposito Quinqueecclesiensi nostris damus litteris in mandatis, ut eam faciant per censuram ecclesiasticam observari.« VIII kal. Febr. a° 9°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 143. n° 253; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 39; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 66. — »Non diffitemur quin.«

» 27 » (10087) Riveriae Aldrovandinae, Montisanae et aliis nobilibus mulieribus Perusinis in ordine Cisterciensi servire Domino cupientibus concedit licentiam construendi monasterium prope civitatem Perusii in loco, qui dicitur Sancta Maria, ad honorem s. Elisabethae. VI kal. Febr. a° 9°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 517. — »Inter caetera beneficia.«

» 27 » (10088) Archipresbytero et priori fratrum Praedicatorum Perusinis mandat, ut sibi possessiones, quas quidam Perusini monasterio noviter construendo ad opus uxorum et filiarum suarum promiserint dare, faciant pro ipso monasterio assignari. VI kal. Febr. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 82. n° 142; Manrique Ann. Cisterc. IV. 516. — »Cum dilectus filius (dilecti filii« *Manr.*).

» 31 » • (10089) Grégoire expose à Thibaut comte de Champagne que Juvenet fils d'Ange Oderisii, neveu de Juvénal Manneti, citoyen Romain, représentant du même Juvénal en France, avait abusé de la confiance de son mandant en détournant des titres que contenait

**1236.**

une cassette conservée au monastère de Saint-Loup de Troyes. Grégoire demande à Th. l'extradition de Juvenet. || Jubainville Comtes de Champagne V. 349. nº 2382.

Febr. 5 Viterbii (10090) W(ilhelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo apostolicae sedis legato, cum »in Revela (Revalia *Turg.*), Vironia et quibusdam aliis terris legationi tuae commissis tanta sit temporalium rerum inopia, quod non solum unius uni, sed etiam vix duorum episcopatuum uni episcopo sufficiant facultates«, concedit potestatem uniendi ac dividendi, transferendi de uno loco in alium, instituendi de novo episcopos et consecrandi eos et limitandi episcopatus in praedictis terris, cum utilitas et necessitas hoc exposcat; in Revela et Wironia Lundensis ecclesiae iure salvo. Non. Febr. aº 9º. || Turgenevii Russ. monim. I. 38; *cf.* Porthan Bullar. access. 31. nº 28 *et supra* 1234. Febr. 28. nº 9415 *et* 10168. — »Licet episcoporum translatio.«

» 6 » (10091) Archidiacono, decano et succentori Cathalaunensibus mandat, ut contra scabinos et cives Remenses in curia Romana litigare recusantes excommunicationis sententiam proferant. VIII id. Febr. aº 9º. || Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 611. — ».....«

» 8 » (10092) Abbatem conventumque monasterii de Pelis in Ungaria Cisterc. ord. protegendos suscipit, specialiter autem annuum redditum centum marcarum, quem dotis causa A(ndreas) rex Ungariae percipiendum in salibus suis de Zolochi eorum monasterio tempore dedicationis ipsius concessit, eis confirmat. VI id. Febr. aº 9º. || Manrique Ann. Cisterc. III. 151; Fejér Cod. dipl. VII. I. 256; Theiner Mon. Hungar. I. 143. nº 254; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 40. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 8 — Fratri Raymundo capellano et poenitentiario suo ordinis fratr. Praed.: »Interamnae VI id. Febr. aº 9º« — »Reverendissimi in Christo« — *et* »Si rex Aragoniae.« || Ripolli Bullar. Praed. I. 83. nº 143 *et* 144, *vid.* 1237. Febr. 8. nº 10293 *et* 10294.

» 15 Viterbii (10093) Ludovico regi Franciae scribit: »Dolemus, quod tu et regni barones ecclesiam in servitutem cupientes redigere communi statuto contra libertatem ecclesiae firmavistis, ut homines vestri iuris ecclesiasticis vel ecclesiasticorum hominibus aut aliis in foro non teneantur ecclesiastico respondere.« Eum rogat et monet, ut statutum praedictum et alia ecclesiasticae contraria libertati in irritum revocans et a dictis baronibus faciens revocari ac ecclesiam Gallicanam in pristino statu et honore conservans eam nec molestet nec patiatur ab aliis molestari; quin immo rebelles ecclesiae ad ipsius mandatum et unitatem redire compellat et de damnis et iniuriis ob hoc ecclesiis Senonensi et aliis illatis absque diminutione satisfieri faciat. XV kal. Mart. aº 9º. || Raynaldi Ann. eccles. ad a. 1236 § 31—36; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 181. nº 188; Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 612. — »Rex qui regni.«

» 15 » (10094) W(ilhelmum) episcopum quondam Mutinensem apostolicae sedis legatum monet et obsecrat, ut vota peregrinationis pauperum crucesignatorum in Bremensi provincia, necnon in Magdeburgensi, Havelbergensi et dimidia Brandeburgensi versus Albeam, in Verdensi, Mindensi et Padeburnensi diocesibus et Collandia convertat in succursum fidelium in partibus Livoniae, Semigaliae, Curoniae ac Estoniae, eosque exhortationibus informet, ut se potenter accingant ad liberandum proximos de manibus paganorum. Praeterea episcopos assecutos iam sedes moneat et inducat, ut cum peregrinorum auxilio ad faciendas munitiones pro neophytis paganis expositis et ad ordinandas sedes episcopis adhuc vagantibus fideliter intendant. XV (XII *Rayn.*, *Grub.*) kal. Mart. aº 9º. Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1236 § 62; Gruber Orig. Livon. 272; Scr. rer. Livon. I. 401. nº 52; Bunge Livl. UB. I. 183. nº 144; Turgenevii Russ. monim. I. 38. — »Ne terra vaste.«

» 15 » (10095) Angelo Aegidii, vicario Oderisii potestatis, et communi de Spello confirmat sententiam contra Fuliginates pro nece Monaldi militis et multis iniuriis illatis latam et quae ea in re episcopus Ostiensis praescripserat, instrumento sententiae inserto. XV kal. Mart. aº 9º. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 106. nº 181. — »Iustis petentium desideriis.«

» 18 » (10096) (Theobaldum) regem Navarrae et comitem Campaniae monet et rogat, ut statuta facta contra libertatem ecclesiasticam revocet. XII kal. Mart. aº 9º. || Martene Thes. anecd. I. 993; *fragm.* ap. Mansi Conc. XXII. 1137; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 349. nº 2383. — »Rex qui regni.«

» 18 » W(ilhelmum) episcopum quondam Mutinensem: »XII kal. Mart. aº 9º«. | Raynald.; Gruber; Bunge Livl. UB. I. 183. nº 144, *vid.* 1236. Febr. 15. nº 10094.

» 20 » (10097) Praepositis ordinis Humiliatorum indulget, ut talibus excommunicatis, qui in conventualibus domibus praefati ordinis admittuntur, absolutionis beneficium impendant. X kal. Mart. aº 9º. || Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 195. — »A nobis humiliter.«

» 21 » (10098) Succentori, decano et archidiacono Cathalaunensibus mandat, ut si scabini Remenses excommunicati aliquas sententias duxerint promulgandas, eas tamquam ipso iure nullas denuntient, irritas et inanes. IX kal. Mart. aº 9º. || Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 616. — ».....«

**1236.**

Febr. 21 Viterbii (10099) Repetit n° 9964 d. d. 1235. Iul. 18: »ıx kal. Mart. a° 9°« — »Cum iam per«. Wadding Ann. Min. II. 636; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 184. n° 189.

» 21 » * (10100) Friderico Romanorum imperatori scribit de concordia, quam iniit inter ipsum et cives Acconenses aliosque regni Ierosolymitani, quantum ad iura ipsius regni; quam observandam mandat. ıx kal. Mart. a° 9°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. ıı. 808.

(1235. Mart. 25–1236 Febr. 22) — * In ecclesia Rigensi ordinem Praemonstratensem fundat: »Laterani vııı kal. .... a° 9°«. Invent. privil. in arch. Cracov. 110, *vid.* 1238. Febr. 22.

» 22 resp. 23 Viterbii (10101) Priorem et fratres ordinis Praedicatorum in Polonia constitutos monet et obsecrat, ut crucem contra perfidiam Prutenorum praedicent. vıı (vııı *Str.*) kal. Mart. a° 9°. Ripolli Bullar. ord. Praed. I. 83. n° 145; Strehlke Tab. 194. n° 203. — »Suavis Dominus universis.«

» 23 » (10102) W(illelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo apostolicae sedis legato notum facit, se statuere, ut magister et fratres militiae Christi in Livonia resignent in manu eius ecclesiae Romanae omnem munitionem castri Revaliae, Revaliam quoque et Harriam, Wironiam et Gervam, reddant quoque spolia occisorum *etc.*; ut Rigensis episcopus tres parochias quas teneat in Maritima, et sextam partem quam detineat in Ossilia, ac cives Rigenses sextam partem, quam teneant ibidem, episcopo Osiliensi resignent; ut parochiales ecclesiae in omnibus diocesibus tertiam partem percipiant decimarum *etc.*; ut neophiti teneantur ad iura parochialia *etc.* vıı kal. Mart. a° 9°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 40. n° 44; Bunge Livl. UB. I. 185. n° 145, *cf. ibid.* Regest. 40. n° 162. — »Venerabilibus fratribus nostris.«

» 23 » * (10103) Archiepiscopo Nazareno et episcopo Acconensi significat, discordiam quae fuerit inter Fridericum imperatorem et cives Acconenses aliosque homines regni Ierusalem amicabili a se fuisse compositione sopitam. vıı kal. Mart. a° 9°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. ıı. 808 not. — »Cum divina.«

» 26 » (10104) Sacratissimum monasterium s. Pauli de Urbe ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. v kal. Mart. indict. IX. incarn. dom. a° 1236. pont. a° 9°. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 35. — »Cum aliqua tibi.«

» 26 » (10105) Generali ministro et universis fratribus ordinis fratrum Minorum concedit, ne commissiones causarum vel sententiarum executiones sine ipsorum voluntate recipere teneantur, nisi in litteris apostolicis de hoc indulto fiat mentio specialis. v kal. Mart. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 637; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 184. n° 190. — »Quieti vestrae providere.«

» 27 » (10106) Priori et fratribus S. Stephani Pergamensis ord. fratr. Praedic., quorum ecclesiam parochialem concedendo ecclesiae s. Iacobi Pergamensis exemerat, hanc exemptionem confirmat. ıv kal. Mart. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 84. n° 146. — »Cum a nobis.«

» 28 » * (10107) Capitulo Eistettensi incorporationem ecclesiae de Walchirch [Waldkirchen] ab (Henrico) episcopo Eistettensi factam confirmat. ııı kal. Mart. a° 9°. ‖ Lang Regesta II. 250.

» 29 » (10108) Priori S. Mariae in Portu Ravennatensis dioc. mandat, inducat potestatem et commune Bononienses, ut ecclesiae Ravennatensi de damnis eidem illatis satisfaciant et a similibus conquiescant. ıı kal. Mart. a° 9°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ıı. 162. — »Venerabili fratre nostro.«

» 29 » (10109) Friderico Romanorum imperatori *etc.* conqueritur, quod in regno Siciliae ecclesiae a ministris imperialibus spoliatae sint privilegiis et pastoribus et viduae remaneant; praeterea se excusans super renovatione societatis Lombardiae et poena in Veronenses pacis violatores promulgata monet eum, ut excessus corrigi faciat, cum eos ulterius dissimulare non possit. ıı kal. Mart. a° 9°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. ıı. 810; Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 353. n° 23; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1236 § 15. 16. — »Dum preteritorum consideratione.«

» 29 » * (10110) Abbatibus S. Urbani et de Frinis-Burg Cisterc. ord. et priori alius ordinis lites inter (Bonifacium) episcopum capitulumque Lausanenses et magistrum ac fratres b. Mariae Theutonicorum subortas committit terminandas. ıı kal. Mart. a° 9°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 526.

Mart. 4 » (10111) Abbatissae et sororibus inclusis de Monte Mascarano Tudertinis ord. s. Dam. libertates et immunitates a (Bonifacio) episcopo et capitulo Tudertinis earum monasterio concessas confirmat, tenore instrumenti inserto. ıv non. Mart. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 185. n° 191. — »Cum a nobis.«

» 4 » (10112) (Conrado) episcopo Osnaburgensi, qui nuper in ecclesia de Bathbergen suae diocesis praepositurae et decanatus officia et canonicorum collegium ordinaverat, hanc ordinationem confirmat. ıv non. Mart. a° 9°. ‖ Mitth. des hist. Vereins zu Osnabrück II. 248. — »His quae pro.«

**1236.**

Mart. 7 Viterbii (10113) Consulibus et communi civitatis Castellanae concedit, ut ad pontem in loco Tregi reparandum et equites ad servitium ecclesiae retinendos pedagia exigere possint. Non. Mart. a° 9°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 107. n° 182; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 492. n° 47. — »A nobis vestra.«

» 11 » (10114) (Gualtero) archiepiscopo Senonensi, (Nicolao) episcopo Trecensi et Roberto de ordine fratrum Praedicatorum mandat, ut, si qua aliqua contra Ildebrandiscum civem et mercatorem Florentinum, qui olim in Francia quosdam haereticos allocutus erat, invenerint, referant. v id. Mart. a° 9°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 188. n° 192. — »Ildebrandiscus civis et.« *Cf.* n° 9772.

» 11 » (10115) Abbati monasterii s. Dionysii in Francia concedit, ut clericos tonsuratos ad contribuendum in collectis et aliis oneribus villarum cum ceteris earundum habitatoribus, et alios clericos ut vel tonsuram deferant clericalem et a quaestibus illicitis resipiscant aut dicta onera subeant, cogere possit. v id. Mart. a° 9°. || Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 570. — »Ex parte tua.«

» 12 » (10116) Monasterium monialium s. Matthaei de Constantiaco Cisterc. ord. Torcellens. dioc. cum omnibus bonis tuendum suscipit. IV id. Mart. a° 9°. || Cornelius Eccles. Venet. X. I. 319, *ubi perperam ad* a. 1235. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 14 » (10117) Priorissam et conventum monialium inclusarum S. Dominici de Mayorico Toletanae dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem earum possessiones et alia bona eis confirmat. II id. Mart. a° 9°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 85. n° 148. — »Iustis petentium desideriis.«

» 17 » (10118) Rectorem et fratres hospitalis de Alverton Eboracens. dioc. protegendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Ottriton et de Torunton in via, villam insuper de Helrebec *etc.* eis confirmat. XVI kal. Apr. a° 9°. || Rymer Foedera I. I. 124. — »Cum a nobis.«

» 18 » (10119) (Ardingho) episcopo Florentino mandat, ut, cum monasterium s. Salvatoris de Septimo ord. s. Ben. Florent. dioc. non possit in eodem ordine reformari, ibi Cisterciensem ordinem plantet. XV kal. Apr. a° 9°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 533; Ughelli Ital. sacra III. 114. — »Cum sicut accepimus.«

» 18 » (10120) Monasterium de Ahusen ord. s. Ben. Augustens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam in Nawe, quam b. m. (Waltherus) episcopus Augustensis ei concessit, necnon terras, possessiones, redditus *etc.* eidem confirmat. XV kal. Apr. a° 9°. || Petrus Suevia eccles. 93; Besoldus Docum. rediv. 340 (ed. 1720. fol. 206. n° 5); Wirtemberg. UB. III. 375. n° 877. — »Iustis petentium desideriis.«

» 18 » * (10121) Monasterium s. Mariae Montis Angelorum sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. || Versuch e. urk. Darstell. des Stiftes Engelberg 140. n° 46; *cf.* p. 70.

» 20 » (10122) (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo apostolicae sedis legato mandat, ut, cum (Petrus?) archiepiscopus Gneznensis, (Bruno) Zv(e)rinensis episcopus et quidam alii vicini episcopi quasdam partes et terminos diocesis Caminensis per violentiam occuparint et detineant in ecclesiae Caminensis dispendium, de certa praefatae diocesis limitatione inquirat et, quae invenerit, sedi apostolicae fideliter intimet. XIII kal. Apr. a° 9°. || Theiner Mon. Polon. I. 27. n° 60; Klempin Pommersches UB. I. 250. n° 329. — »Sua nobis venerabilis.«

(1235. Nov. 8-1236. Mart. 20) » (10123) Priores et fratres ordinis Praedicatorum praedicantes contra perfidiam Prutenorum rogat et monet, ut illis qui succurrere cupiunt populo christiano impendant omnimodum auxilium et favorem ac quoslibet, qui se indebite ipsis opponunt, excommunicationis sententia percellant. *Sine die et mense*, a° 9°. || Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 42. n° 44. — »Qui christiane fidei.«

» 21 » (10124) Friderico Romanorum imperatori Hyerusalem et Siciliae regi nunciat, ambaxiatores Lombardorum post recessum (Hermanni) magistri hospitalis s. Mariae Theutonicorum ad sedem apostolicam accessisse seque ipsum, cum illi se ad compromittendum praecise paratos offerrent, compromissum super negotio Lombardiae recepisse et praefatum magistrum revocandum duxisse, »qui transmissis ad nos litteris, quod iussus ad te cogebatur sine mora venire, ad tuam praesentiam est reversus.« Rogat, ut eundum cum pleno mandato de compromittendo in manibus suis super dicto negotio ad curiam Romanam sine mora remittat ac contra Lombardos nullatenus procedat, ne impediatur negotium. XII kal. Apr. a° 10°. || Savioli Ann. Bologn. III. II. 163; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 824; *initium* ap. Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 355. n° 24; *pars posterior* ap. Raynald. Ann. ad a. 1236 § 2. — »Olim nobis imperialis.«

* *In eundem fere modum* (Sigfrido) episcopo Ratisbonensi imperialis aulae cancellario — (Sigfrido) Moguntino et (Theodorico) Trevirensi archiepiscopis — et (Conrado) episcopo Ildesemensi.

**1236.**

*In eundem modum* (Hermanno) magistro hospitalis s. Mariae Theut., cui mandat, moneat et inducat dictum imperatorem, ut.....

Mart. 22 Viterbii (10125) G(uilielmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo sedis apostolicae legato scribit: Cum terra Estoniae per industriam (Waldemari) regis Danorum et (Andreae) Lundensis archiepiscopi ad cultum devenisset christianum, idem archiepiscopus tres episcopatus, scil. Lealensem, Vironensem et Revalensem creavit ibidem, ipsos suffraganeos ecclesiae Lundensis constituens in singulis episcopos ordinando; in quorum possessione pacifica cum eadem ecclesia aliquamdiu permansisset, tandem captivato rege praedicto fratres militiae Christi in Livonia et quidam alii violenter occupantes hanc terram, eiectis inde episcopis, non solum temporalia, sed etiam spiritualia suis usibus applicarunt. Papa mandat legato, cum archiepiscopus eorum restitutionem petat, ut ad manus suas spiritualia ipsa recipiens in eisdem episcopatibus restituat archiepiscopatum memoratum. XI kal. Apr. a° 10°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 43; Bunge Livl. UB. I. 187. n° 146; *cf.* Porthan Bullar. access. 31. n° 29. — »Venerabilis frater noster.«

„ 22 „ (10126) (Wilbrando) archiepiscopo Magdeburgensi, (Conrado) Hildesemensi et (Eccehardo) Mersburgensi episcopis mandat, ut molestatores ecclesiae Herbipolensis per censuram ecclesiasticam compescant. XI kal. Apr. a° 10°. ‖ Mon. Boica XXXVII. 270. — »Cum sicut venerabilis.«

„ 24 „ (10127) Fratrem Iordanum generalem magistrum ordinis Praedicatorum rogat, ut priorissae et conventui monasterii B. Mariae de Pruliano Tolosanae dioc. fratres mittat, qui earum curam gerant. IX kal. Apr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 86. n° 149. — »Scimus in tuo.«

„ 24 („) * (10128) De Lubes et S. Vincentii abbatibus atque archidiacono Wratislaviensi —: vexationes et iniurias, quas homines villani ecclesiae Wratislaviensis a duce Henrico eiusque officialibus patiuntur, multis describens, iubet tali modo censuris ecclesiasticis occurrere. ‖ Palacky Reise 26. n° 132.

„ 24 resp. 25 „ (10129) Melfiensi (*om. Rayn.*), Melfitensi et Venusino episcopis mandat, ut de operibus et miraculis b. fratris Benevenuti (Eugubini Minoritae) inquirant. VIII (IX *Rayn.*) kal. Apr. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 290; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 189. n° 193; *non integra* Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 28. — »Mirabilis Deus in.«

„ 25 „ (10130) Priori et fratribus ord. fratr. Praedic. ecclesiae s. Mariae ad gradus Viterbiensis significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in annunciationis eiusdem virginis festo annis singulis visitaverint, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargiri. VIII kal. Apr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 86. n° 150. — »Licet is de.«

„ 25 „ * (10131) Ecclesiae s. martyris Alexandri in Ottenbeuren indulgentias elargitur. VIII kal. Apr. a° 10°. ‖ Lang Regesta II. 250.

„ 27 „ (10132) Regem Castellae hortatur, curet, ne quis donationes conventui monialium inclusarum monasterii s. Dominici de Maiorico factas revocare possit. VI kal. Apr. a° 10°. Ripolli Bullar. Praed. I. 87. n° 151. — »Ex parte dilectarum.«

„ 29 („) »Magister Walterus de Cantilupo ordinem sacerdotis accepit a summo pontifice Gregorio IX in vigilia paschae.« ‖ Ann. de Theokesberia *in* Annal. monast. I. 102.

„ 31 „ * (10133) Iordano magistro ord. Praedic. mandat, ut, non obstante constitutione in capitulo edita, scil. ne fratres dicti ordinis curam mulierum habeant, monialium S. Mariae de Prulliano a b. Dominico fundatarum curam in spiritualibus et temporalibus sicut antea et in posterum gerant. II kal. Apr. a° 10°. ‖ Percin Monum. conventus Tolosani ord. ff. Praed. I. (1693. fol.) 51. n° 42.

Apr. 1 „ (10134) Rectoribus societatis Lombardiae significat, se eorum ambassiatores recepisse et audivisse, sed, cum (Hermannus) magister hospitalis s. Mariae Theuton. nuncius Friderici imp. eis venientibus iam recessisset, ad eorum partes (Marcellinum) episcopum Aesculanum mittere, ne impedimentum vel difficultas negotio inducatur. Hortatur eos, ut illum benigne recipiant et, depositis aemulationibus universis, illius monitis salubribus super pace regionis intendant. Kal. Apr. a° 10°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 164. — »Solite benignitatis affectu.«

„ 2 „ (10135) Potestatem et populum Placentinos monet, ut mandata (Marcellini) Asculani episcopi, quem pro pace Lombardiae ad partes illas destinet, devote recipiant et efficaciter adimpleant. IV non. Apr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 87. n° 152; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 190. n° 194. — »Cum super extirpanda.«

„ 4 „ (10136) Electo Bisuntino mandat, ne permittat ut Stephanus comes Burgundiae crucesignatus, quamdiu in prosecutione crucis exstiterit, ad iudices extraordinarios vel etiam a sede apostolica delegandos in causam trahatur. II non. Apr. a° 10°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 79. — »Cum nos personas.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1236.** |
| Apr. 7 | Viterbii | (10137) **Magistro generali et priori provinciali fratrum Praedicatorum provinciae Hispaniae praecipit, ut sine aliqua mora aliquot fratres sui ordinis assignent et deputent** pro cura monialium clausarum s. Dominici Madritensis. vii id. Apr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 87. n° 153. — »Ex parte dilectarum.« |
| „ 7 | „ | (10138) Nicosiensi et Nazarensi archiepiscopis mandat, ut Caesariensem archiepiscopum a Ravennatensi archiepiscopo tunc sedis apostolicae legato excommunicatum et interdictum, quem autem papa post appellationem interpositam per fratrem Raynerium capellanum et poenitentiarium suum absolvi fecerat, ab huiusmodi sententiis absolutum nuncient. vii id. Apr. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 191. n° 195. — »Cum interdicti et.« |
| „ 8 | „ | (10139) Ministro et fratribus ordinis fratrum Minorum Messanens. dioc. partem vineae, quam ab abbate et conventu S. Mariae de Nocaria Messanens. dioc. emptionis titulo assecuti erant, confirmat. vi id. Apr. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 191. n° 196. — »Cum a nobis.« |
| (Mrt. 28 *aut* Apr. 9) | „ | * (10140) Archiepiscopo Remensi eiusque suffraganeis mandat, curent ne possessiones ac bona, privilegia et immunitates abbatiae s. Mariae in Spinoso loco [Epinlieu] ab aliquo turbentur. v (kal. *aut* id. *addi debet*) Apr. a° 10°. ‖ Devillers Descript. III. 36. n° 72. |
| „ 10 resp. 11 | „ | (10141) W(ilhelmo) quondam Mutinensi episcopo poenitentiario suo apostolicae sedis legato mandat, dirimat controversiam inter (Waldemarum) Daniae regem et fratres militiae Christi in Livonia de castro Revaliae — quod rex Daniae primum expugnaverat, deinde a paganis iterum subactum equites Teutonici eorum potestati eripuerant — ita, ut regi dicto castrum cum pertinentiis suis restituat. iv (iii *Porth.*) id. Apr. a° 10°. ‖ Vastovii Vitis aquilon. 175; Gruber Orig. Livon. 273; Turgenevii Russ. monim. I. 43; Bunge Livl. UB. I. 188. n° 147; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 666. 676; Porthan Bullar. access. 32. n° 30; Celse Appar. 66. n° 25. — »Ex parte carissimi.« |
| „ 12 | „ | * (10142) Episcopo S. Asaph et abbati de Dora(?) Cisterc. ord. Menevens. dioc. litem inter fundatores monasterii de Corneburch Erefordens. dioc. et magistrum fratresque hospitalis Hierosolymitani exortam super eiusdem monasterii regula et per quadriennium et ultra protractam committit, ut ei tandem finem dent. ii id. Apr. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 526. |
| „ 19 | „ | (10143) Abbati et conventui S. Abundii Cumanis mandat, ut compositionem observent, quam inter ipsos et fratres ordinis Praedicatorum in civitate Cumana super ecclesia s. Iohannis iuxta civitatem eandem, super quantitate terrae eis vendendae et extimatione pretii inierint. xiii kal. Mai. a° 10°. ‖ Tatti Città di Como II. 943. — »Prior provincialis ordinis.« |
| „ 19 | „ | (10144) Abbati S. Simpliciani, archipresbytero Decumanorum et praeposito S. Ambrosii Mediolanensis de superiore epistola significat eisque mandat, ut, si dicti abbas et conventus praeceptum apostolicum neglexerint adimplere, eos ad id cogant. xiii kal. Mai. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 13. n° 218; Tatti l. c. 944. — »Dilecto filio priore.« |
| „ 22 | „ | (10145) Priori provinciali ordinis Praedicatorum in Romana provincia mandat, ut ad Antibarensem provinciam sine mora aliquot fratres destinet, qui archiepiscopum Antibarensem »quem propter senectutem nolumus ad sedem apostolicam personaliter laborare,« et episcopos provinciae dictae ab executione pontificalis officii suspendant *etc.* x kal. Mai. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. I. 88. n° 154; Farlati Illyr. sacr. VII. 35. — »Lecta coram nobis.« |
| „ 26 | „ | (10146) (Sifrido) archiepiscopo Maguntino districte praecipit, ut, cum Iuvenalis Mannetti civis Romanus olim Coloniensi archiepiscopo quandam mutuarit pecuniae quantitatem et pro eius recuperatione diu laboraverit, redditus et proventus mensae archiepiscopalis Coloniensis colligi faciat et, archiepiscopo competenti provisione taxata, praefato civi exinde satisfaciat. vi kal. Mai. a° 10°. ‖ Würdtwein Nova subs. IX. 8. — »Dilectus filius nobilis.« |
| „ 27 | „ | (10147) (Henrico) Eistetensi episcopo, qui potestate clavium abutens in comitem Tullensem excommunicationis sententiam promulgaverat, mandat ut eam reformet et emendet: »alioquin de Brumbach et de Heisterbach abbatibus Cisterc. ord. Herbipolens. dioc. nostris damus litteris in mandatis, ut ipsi ex tunc, sufficienti ab ipso .... cautione recepta, ... sententiam relaxent eandem«, *etc.* v kal. Mai. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 526, *fragm.* |
| „ 27 | „ | (10148) (Alexandrum) regem Scotiae reprehendit, quod iuramentum (Henrico) regi Angliae de homagio factum non servaverit, eumque hortatur, ut regi praefato ea, in quibus teneatur eidem, plenius observet. v kal. Mai. a° (5° *Rym.*) 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 49; Rymer Foedera I. i. 129; Theiner Mon. Hibern. 33. n° 83. — »Regalis celsitudo requirit.« |
| „ 27 | „ | (10149) Praeposito Beverlacensi Eboracens. dioc., magistris Petro de Columpna Carnotensi et Hugoni Pisano canonicis Parisius commorantibus mandat, ut matrimonium |

**1236.**

inter Henricum regem Anglorum et Iohannam filiam comitis Pontivensis contractum nullum esse nuntient. v kal. Mai. a° 10°. || Rymer l. c. 129. — »Exultamus in Domino.«

Apr. 28 Viterbii (10150) Raimundo comiti Tolosano mandat, ut studia universitatis Tolosanae accurate reformet. iv kal. Mai. a° 10°. || Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 156. — »Olim ad apostolicae.«

» 28 » (10151) Eundem increpat, quod pacis tractatum de defensione christianorum violaverit, eique mandat, ut ineunte Martio votum suum implens ad auxilium Terrae sanctae proficiscatur, ibi iuxta formam pacis per quinquennium moraturus. iv kal. Mai. a° 10°. Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 39; Ripolli Bullar. Praed. I. 88. n° 155; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 192. n° 197. — »Olim ad apostolicae.«

» 28 » (10152) (Iohanni) archiepiscopo Viennensi scribit de facinoribus (Raimundi) comitis Tholosani seque mandare eidem comiti in litteris suis, ut praemissa per se corrigat, ac in Terrae sanctae subsidium in proximo futuro Martio non differat se transferre ibi iuxta formam pacis per quinquennium moraturus. Mandat archiepiscopo, ut, si dictus comes mandatum apostolicum non curaverit adimplere, eum per censuram ecclesiasticam compellat et excommunicatum declaret. iv kal. Mai. a° 10°. || Teulet Layettes II. 314. n° 2445. — »Olim ad apostolice.«

» 28 » (10153) Potestati, consilio et communi Sutrinis concedit, ut ad reparationem pontis ante portam civitatis et viae publicae quaedam stallatica usque ad triennium exigere possint. iv kal. Mai. a° 10°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 107. n° 183. — »Cum non possit.«

» 28 » (10154) Praepositum et capitulum Racemburgenses cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem terras, redditus et alia bona, sicut ea omnia iuste possident, eis confirmat. iv kal. Mai. a° 10°. || Schröder Papist. Meklenburg I. 596; Westphalen Mon. ined. II. 2052. n° 21; Meklenb. UB. I. 451. n° 452. — »Cum a nobis.«

» 28 » • (10155) Episcopo S. Asaph et abbati de Dora (?) Cisterc. ord. Menevens. dioc. causam monialium de Corneburch Erefordens dioc. potentia Hospitalariorum ita oppressarum, ut neque priorissam eligere possent, neque capellanum proprium haberent qui ipsis sacramenta ministrarent *etc.*, componendam committit. iv kal. Mai. a° 10°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 526.

» 30 » • (10156) Monasterium s. Mariae de Sexto ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. || Bianchi Docum. 44. n° 117; *cf.* Manzano Annali del Friuli II. 321.

Mai. 4 — Magistro et fratribus Templi de Ungaria: »Laterani iv non. Mai. a° 10°«. Katona Hist. crit. IV. 525 *et al., vid.* 1238. Mai. 4, *ad quem annum retuli, licet aliis quoque annis tribui potuisset epistola.*

» 5 Viterbii (10157) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino mandat, ut (Landolfo) electo Wormaciensi, si aliquod canonicum non obsistat, munus consecrationis impendat. iii non. Mai. a° 10°. || Würdtwein Nova subs. IX. 10; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 842. — »Per litteras tuas.«

» 6 » (10158) (Guilelmo) episcopo Parisiensi mandat, ut (Guilelmi Burell) episcopi Abrincensis resignationem recipiat et ei provisionem congruam assignari faciat. ii non. Mai. a° 10°. || Notices et extraits XXI. II. 239. — »Venerabilis frater noster.«

» 7 » (10159) Episcopo Pictaviensi, abbati Frigidi Montis Cisterc. ord. Beluacens. dioc. et priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum in Francia de discordia inter priorem et clericos ordinis Grandimontensis exorta mandata dat. Non. Mai. a° 10°. || Manrique Annal. Cisterc. IV. 523. — »Recensentes qualiter Grandimontensis.«

» 7 » (10160) Abbati Praemonstratensi, eius coabbatibus et praepositis universis Praemonstratensis ordinis indulget, ut nullus eiusdem ordinis sibi confessorem eligere possit absque abbatis Praemonstratensis vel patrum abbatum vel visitatorum licentia. Non. Mai. a° (1°, *sed legas* 11° *aut, quod praetulerim*) 10°. || Le Paige Bibl. Praemonstr. 655. — »Provisionis vestrae debet.«

» 14 » • (10161) Fratres militiae Christi unit cum ordine fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum, idque accepto nuncio occisi magistri et 50 fratrum eiusdem militiae cum episcopis Rigensi, Derpatensi et Osiliensi. ii id. Mai. a° 10°. || Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 13; Invent. privil. in arch. Cracov. 110; *cf.* Schirren Verz. livländ. Gesch.-Quellen 220. n° 18 *ad* Mai. 12, *sed data* »xi kal. Mai. a° 9°«.

— — • (10162) Rectoribus et populis Montis Sancti, Ripetransonis, Montis s. Petri, Gruptae Azzolinae et Monturani mandat, ut proventus per Firmanum episcopum olim vicariis Iohannis tit. S. Praxedis cardinalis Anconitanae marchiae rectoris ad certum tempus concessos eisdem exhibeant. *Sine die et mense.* A° 10°. || Cronache della città di Fermo 372. n° 118.

**1236.**

Mai. 21 — Abbatem et conventum S. Crucis in Edeneburch ord. s. Aug.: »Laterani xII kal. Iun. a° 10°«. Liber cart. S. Crucis 175. n° 4, *vid.* 1238. Mai. 21.

» 22 Interamnae (10163) Praepositum et capitulum ecclesiae Novimonasterii ord. s. Aug. Bremens. dioc. patrocinandos suscipit, specialiter autem decimas de Botele, de Rycolynghe, de Schiphorst et de Rovelstorp, possessiones et alia bona eis confirmat. xI kal. Iun. a° 10°. Westphalen Monum. ined. II. 35. n° 28. — »Cum a nobis.«

» 22 (») (10164) Melphitensi et Bituntino episcopis mandat, inducant Tranensem archiepiscopum, ut fratres ordinis Praedicatorum et Minorum aliosque religiosos suae dioceseos favore continuo prosequatur, et ut excommunicationis sententiam, quam in mulieres civitatis et diocesis Tranensis occasione velorum simplicis panni linei, quae ad exhortationem dictorum fratrum Praed. honestatis intuitu deferebant, promulgaverit, infra octo dies totaliter relaxet. »Viterbii« *) xI kal. Iun. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 89. n° 156; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 194. n° 198. — »Attendentes quod illius.«

* *Cf.* n° 10166.

» 24 » (10165) (Roberto) Strigoniensi et (Ugrino) Colocensi archiepiscopis mandat, ut, si Assanes (Bulgariae rex) a societate Vatacii excommunicati omnino recedere et ab infestatione Latinorum desistere noluerit monitus, ipsum et omnes in hoc adiutores et fautores ipsius excommunicent. Ix kal. Iun. a° 10°. ‖ Schmitth Episc. Agriens. I. 148; Katona Hist. crit. V. 786; Fejér Cod. dipl. IV. I. 45; Theiner Mon. Hungar. I. 144. n° 255; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 67. — »Cum nobilem virum.«

» 25 (») (10166) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii Vallis Gloriae s. Mariae in Spello, quibus accipiendi diebus singulis in sylva monasterii s. Sylvestri de Monte Subasio abbas eiusdem, quamdiu duraverit, duas saumas lignorum tribuit facultatem, hanc donationem confirmat. »Viterbii« *) vIII kal. Iun. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 195. n° 199. — »Iustis petentium desideriis.«

* *Forsan cancellaria apostolica ibi diutius commorata est; cf.* n° 10164.

» 27 » (10167) Alfunso fratri L(udovici) Franciae regis indulget, ut, tertio gradu consanguinitatis non obstante, cum (Iohanna) filia (Raimundi) comitis Tholosani matrimonium contrahere valeat. vI kal. Iun. a° 10°. ‖ Teulet Layettes II. 317. n° 2448. — »Ex parte tua.«

» 28 » (10168) (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo apostolicae sedis legato concedit, ut in Revalia, Vironia et aliis terris legationi suae commissis episcopatus unire ac dividere valeat et transferre de uno loco ad alium, instituere de novo episcopos et consecrare, et limitare episcopatus, ubi expedire viderit in praedictis terris, Lundensis ecclesiae iure salvo. v kal. Iun. a° 10°. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 14. — »Licet episcoporum translatio.« *Cf.* n° 9415 *et* n° 10090.

» 28 » (10169) Potestati, consilio et populo Bononiensibus gratias agit, quod fratribus ordinis Minorum locum amplum pro ipsorum aedificiis construendis contulerunt, eosque rogat ut illos de cetero favoris praesidio prosequantur. v kal. Iun. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 195. n° 200. — »Spes grandior quae.«

» 28 » (10170) De Hemmenrode et de Villario abbatibus Cisterc. ord. Trevirens. et Metens. dioec. scribit, (Theodoricum) Treverensem archiepiscopum a sede apostolica postulasse, ut ipsi propter suam diocesim diffusam concederet facultatem creandi novum episcopatum in monasterio de Pruina (Prumia?) eiusd. dioc. et ibidem instituendi episcopum. Mandat eis, ut inquirant, si locus episcopali sedi aptus existat et ita sufficientes habeat facultates, quod nomen episcopale ibi vilescere non contingat *etc.*, et ut relationem eorum quae invenerint papae transmittant. v kal. Iun. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 526. — »Venerabilis frater noster.«

» 29 » (10171) (Guilelmo) episcopo et abbati S. Victoris Parisiensibus mandat, ut de virtute morum et miraculis fratris Iohannis de Monte Mirabili monachi monasterii Longipontis Cisterc. ord. Suessionens. dioc. diligentissime inquirant et depositiones testium fideliter conservent, donec super hoc sedis apostolicae beneplacitum voluntatis receperint. Iv kal. Iun. a° 10°. ‖ Manrique l. c. 519. — »Mirabilis Deus in.«

» 29 — * Concedit, ut fratres ordinis Cluniacensis: »Assisii Iv kal. Iun. a° 10°«. Bréquigny Table chronologique V. 532 (*male ad* a. 1238), *vid.* 1228. Mai. 29. n° 8197.

» 30 Interamnae (10172) (Eadmundo) archiepiscopo Cantuariensi mandat, ut matrimonium inter Henricum regem Anglorum et Iohannam filiam comitis Pontivensis contractum nullum esse nuntiet. III kal. Iun. a° 10°. ‖ Rymer Foedera I. I. 130. — »Exultamus in Domino.«

» 30 » (10173) (Guillelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo apostolicae sedis legato concedit, ut de consilio et assensu praeceptoris et fratrum hospitalis s. Mariae Teutonicorum in Prusciae partibus morantium in eisdem partibus limitare dioceses ac tres de fratribus ordinis Praedicatorum dumtaxat ibidem instituere possit ac eosdem etiam

**1236.**

ascito canonico episcoporum numero consecrare. III kal. Iun. aº 10º. Raynaldi Ann. eccles. ad a. 1236 § 61; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 46. nº 47; *fragm.* ap. Tromby Storia V. app. 134. nº 16. — »Cum exultatione spiritus.«

Iun. 2 Interamnae (10174) Perae Transmadae, Florae de Lambre, Palmerae Aldrovandinae, Boiomandae Gisae, Perae de Bellofonte, Alloritae Andivenae et matri eius mulieribus Perusinis, quibus abbas et conventus monasterii s. Salvatoris de Monte Acuto Cisterc. ord. ecclesiam s. Iulianae ad ipsos pleno iure spectantem ad construendum ibi coenobium eius ordinis concesserant, hanc concessionem confirmat. IV non. Iun. aº 10º. Manrique Ann. Cisterc. IV. 517. — »Gaudemus in Domino.«

» 2 » (10175) Archipresbytero Maioris ecclesiae Bononiensis concedit, ut, cum in civitate et diocesi Bononiensi quidam esse dicantur, qui aliqua bona per usurariam pravitatem vel alium modum illicitum consecuti et in usus pios sint erogare parati, bona huiusmodi ad petitionem talium detentorum in subsidium ecclesiae a fratribus Minoribus Bononiensibus aedificandae convertat. IV non. Iun. aº 10º. Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 196. nº 201. — »Illius qui timentium.«

» 3 » (10176) (Iohanni) praeposito ecclesiae s. Stephani Aquilegensis scribit, se hortatum esse (Bernardum) ducem Carinthiae, ut Sconebrun, Chorug, Carcer et alias ad (Wolricum) electum Tergestinum de iure spectantes villas, quas per violentiam detineat occupatas, eidem electo restituat. Mandat ei, ut, si ille hoc adimplere neglexerit, partibus convocatis causam audiat et debito fine decidat. III non. Iun. aº 10º. Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1237. — »Salutem anime sic.«

» 3 » (10177) Ranaldo de Puzalia subdiacono suo praeposito de Francoforti Magunt. dioc. mandat, ut magistro Marino subdiacono suo clerico I(ohannis) tit. S. Praxedis presbyteri cardinalis in provincia Maguntina in aliqua praepositura vel alio beneficio competenti providere studeat. III non. Iun. aº 10º. ‖ Würdtwein Nova subs. IX. 11; Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 63. — »Cum apostolice sedis.«

» 3 » * (10178) Abbatem S. Germani de Pratis Parisien. rogat, ut tantum terrae vendat fratribus ord. Minorum, quantum episcopi Silvanectensis iudicio videatur necessarium pro conventus illorum constructione. III non. Iun. aº 10º. ‖ Sbaralea l. c. I. 299.

» 4 » * (10179) (Hermanno) magistro hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolymitani mandat, ut ad curiam veniat de pace inter ecclesiam et imperium tractaturus. II non. Iun. aº 10º. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 871. not. — »Ab arbore.«

» 4 » (10180) Confirmat diffinitivam sententiam, quam O(tto) S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis partium auditor in quaestione vertente inter episcopum Marsicanum ex parte una et abbatem conventumque monasterii Casaemarii ex altera super iuribus episcopalibus in ecclesiis s. Nicolai de Capellis, s. Rufini de Archipreta *etc.* promulgavit, tenore eiusdem inserto. II non. Iun. aº 10º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 908. — »Ea quae iudicio.«

» 5 » (10181) (Ludolfo) episcopo Monasteriensi mandat, ut, si expedire viderit, magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Magdalenae (Monasteriensis) concedat licentiam in sua capella proprium capellanum, qui eis ecclesiastica exhibeat sacramenta, necnon coemiterium habendi ad opus fratrum et hospitantium ibi decedentium. Non. Iun. aº (14º, *sed legas*) 10º. ‖ Niesert Münster. US. II. 418; Wilmans Westfäl. UB. III. 199. nº 367. — »Dilecti filii magister.«

» 6 » (10182) Priori et fratribus S. Bartholomaei de Trisulto, quorum monasterium apostolicae sedis constructum fuit sumptibus et dotatum, concedit, ut in qualibet terra patrimonii b. Petri victualia vel alia quaelibet eorum usibus necessaria emere, permutare *etc.* sine plateatico vel pedagio libere possint. VIII id. Iun. aº 10º. Spicil. Liber. 664. nº 26. — »Cum felicis recordationis.«

» 8 (») (10183) Ecclesiam s. Mariae Iustimontis Praemonstr. ord. abbate eiusque fratribus petentibus tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. VI id. Iun. indict. VIII (!). dom. incarn. aº 1236. pont. aº 10º. ‖ Tabouillot Hist. de Metz IV. I. 190. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 10 » (10184) F(riderico) Romanorum imperatori Ierusalem et Siciliae regi nunciat, se ad pacem promovendam in Lombardia (Iacobum) episcopum Praenestinum illuc destinasse. Monet eum, ut (Hermannum) magistrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum de his quae ad honorem ecclesiae et imperii pertineant tractaturum ad sedem apostolicam sine dilatione transmittat. IV id. Iun. aº 10º. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 870; Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 6, *partim.* — »Accedentem ad sedem.«

» 12 » (10185) Monasterium monialium s. Ohuldis Tullens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. II id. Iun. indict. IX. incarn. dom. aº 1236. pont. aº 10º. Calmet Hist. de Lorraine II. preuv. 449. — »Religiosam vitam eligentibus.«

**1236.**

Iun. 13 Interamnae (10186) Consules, populum et villam Montispessulani cum consulatu et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut ad perpetuum devocionis indicium duas marcas auri, centum massemutinis computandis pro marca, singulis annis in festo resurrectionis dominicae persolvant. Id. Iun. a° 10°. ‖ Teulet Layettes II. 318. n° 2452. — »Promte fidei ac.«

» 13 » (10187) Abbatissae et conventui monasterii de Braella Cisterc. ord. Atrebatens. dioc., quibus Petrus dictus Quercus canonicus et Fursaeus Botte burgenses Peronenses quendam mansum apud Biarch ad ibi coenobium Cisterciensium monialium instituendum donaverant, hanc donationem confirmat. Id. Iun. a° 10°. ‖ Gall. christ. X. instr. 382. — »Solet annuere sedes.«

» 13 » (10188) Abbatissam et conventum monasterii de Bersenbrugge Cisterc. ord. Osnaburg. dioc. tuendas suscipit, specialiter autem possessiones, terras et alia bona eis confirmat. Id. Iun. a° 10°. ‖ Möser Osnabrück. Gesch. III. 315. n° 175. — »Cum a nobis.«

» 16 » (10189) Abbati et conventui monasterii s. Apollinaris in Classe Camald. ord. Ravenn. dioc. ecclesiam s. Mariae novae Fanensem confirmat. xvi kal. Iul. a° 10°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 536. n° 336. — »Iustis petentium desideriis.«

» 17 » (10190) (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo, apostolicae sedis legato mandat, cogat Poloniae principes, qui fatigant homines cathedralium et aliarum ecclesiarum Poloniae terras earundem excolentes angariis, perangariis et vectigalibus, ut ab huiusmodi molestiis hominum praedictorum de cetero conquiescant. xv kal. Iul. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 29. n° 64. — »Principum eternorum aggregari.«

» 17 » (10191) Eidem mandat, compellat (Henricum) ducem Zlesiae, qui, cum terram (Wladislai) ducis Poloniae grandi comitatus exercitu pluries intravisset, Gneznensi ecclesiae necnon personis ecclesiasticis et habitatoribus villarum eiusdem damna gravia intulerat, ut capitulo et clero Gneznensibus congruam satisfactionem impendat. xv kal. Iul. a° 10°. Theiner l. c. 30. n° 65. — »Dilecti filii capitulum.«

» 17 » (10192) (Petro?) archiepiscopo Gneznensi indulget, ne de cetero ultra duas dietas extra ipsam diocesim per litteras a sede apostolica impetratas trahi possit in causam. xv kal. Iul. a° 10°. ‖ Theiner l. c. 30. n° 66. — »Etsi libenter petentibus.«

» 18 » (10193) (Guillelmo) Parisiensi et (Roberto) Lingonensi episcopis et (Ebrardo) abbati Clarae Vallis mandat, ut, cum Ludovicus rex Francorum terram (Theobaldi) regis Navarrae comitis Campaniae cruce signati impugnaturus sit, ad regem personaliter accedentes et mala quae ex hoc non solum Terrae sanctae sed etiam toti regno Franciae possint contingere prudenter exponentes eum ad pacem vel treugam cum rege Navarrae praefato ineundam efficaciter inducant. xiv kal. Iul. a° 10°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 520; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 355. n° 2419. — »Si velut cypressus.«

» 18 » (10194) Ludovico regi Francorum scribit de eodem argumento eumque rogat, ut, ne Terrae sanctae iactura, quae propter hoc posset contingere, de eius manibus requiratur, a praefati regis Navarrae et aliorum crucesignatorum impugnatione desistat et pacem in suo regno procuret fieri. xiv kal. Iul. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 47, *incip.:* — »Cum sicut dicitur.«

» 19 » (10195) Waradiensi, de Thion (Tihon *Fej.*) et de Erte (Erce *Fej.*) abbatibus Quinqueeccles. dioc. exponit causam inter (Bulchu) Cenadiensem episcopum et abbatem monasterii Bistriensis agitatam et pacem inter eosdem reformatam. Addit, in eundem abbatem iuxta formam pacis ad monasterium restitutum et vix ibidem per unius mensis spatium existentem viros quosdam dicti episcopi absque misericordia irruisse et ipsum interfectum bestiali more concidisse in frusta. Mandat eis, ut praedictos sacrilegos faciant per Strigoniensem provinciam pulsatis campanis et candelis accensis singulis diebus dominicis et festivis excommunicatos solemniter nunciari *etc.* xiii kal. Iul. a° 10°. Theiner Mon. Hungar. I. 144. n° 256; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 42 *et* XII. 10; *non integra* ap. Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 94; Fejér Cod. dipl. IV. i. 42; ap. Fuxhoffer Monast. (ed. 2ª). I. 257. — »Turbata est anima.«

» 20 » (10196) Abbatissa eiusque sororibus postulantibus monasterium s. Mariae V. de Bohoz [Boos] Cisterc. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit, Obernwilar et Zvirtumberg, terras et possessiones cum pratis, vineis *etc.* eis confirmat atque plurima iura ac privilegia concedit. xii kal. Iul. indict. VIII (!). incarn. dom. a° 1236. pont. a° 10°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 380. n° 882. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 20 » (10197) Monasterium monialium s. Mariae de Monte Mascarano Tudertin. ord. s. Dam. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. xii kal. Iul. indict. IX. incarn. dom. a° 1236. pont. a° 10°. | Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 197. n° 202. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 24 » (10198) Fredericum Romanorum imperatorem rogat et hortatur, ut nepotem regis Tunici ad sedem apostolicam pro recipiendo baptismi sacramento accedere volentem et iniuste

| | | |
|---|---|---|
| | | **1236.** |
| | | in regno detentum dimitti faciat. VIII kal. Iul. a° 10°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 872. — »Quidam nepos regis.« |
| Iul. 1 | Interamnae | • (10199) Grégoire invite Thibaut comte de Champagne à payer à Pierre et Ange fils de Jean Ilperini, citoyens Romains, ce qu'il leur doit, sans usure, mais en leur remboursant leurs dépens et en leur payant des dommages et intérêts. Autrement il le menace de faire mettre en interdit Bar-sur-Aube et Provins. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 356. n° 2424. |
| » 7 | Reate | (10200) Moraviensi [Moray] episcopo mandat, ut (Simonem) episcopum Sodrensem a cura et sollicitudine ecclesiae Lismorensis absolvat eidemque ecclesiae provideri per electionem canonicam de persona idonea in episcopum faciat. Non. Iul. a° 10°. ‖ Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. I. 12. n° 12; Theiner Mon. Hibern. 33. n° 84. — »Uenerabilis frater noster.« |
| » 9 | » | (10201) (Henricum) regem Anglorum rogat et hortatur, ut, cum in mille marcis sterlingorum ecclesiae Romanae census nomine pro anno praeterito teneatur, hunc censum Thomae cubiculario suo persolvat. VII (id. *om. R.*) Iul. a° 10°. ‖ Rymer Foedera I. I. 130. — »Cum in mille.« |
| » 11 | » | (10202) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum inhibet, ne ad susceptionem sui ordinis ante professionem aliquem obligare vel infra probationis spatium quemquam facto vel verbo ad profitendum vel ad renunciandum inducere praesumant. V id. Iul. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 90. n° 157. — »Non solum in.« |
| » 12 | » | (10203) Magistro Riccardo de Aegidio canonico Fundano mandat, ut causam inter abbatem conventumque monasterii Casinensis et Philippum dominum Aquini quosdamque alios Aquinatensis et Soranae civitatum et diocesum super quodam molendino ecclesiae s. Nazarii de Cammino ad monasterium Casinense pertinentis versantem decidat. IV id. Iul. a° 10°. ‖ Tosti Monte-Cassino II. 310. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 13 | » | (10204) Ministro et fratribus ordinis Minorum idem interdicit quod legitur in n° 10202: »III id. Iul. a° 10°«. ‖ Wadding Ann. Min. II. 637; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 198. n° 203. — »Non solum in.« |
| » 14 | » | (10205) Rosetano episcopo mandat, ut in monasterio s. Cassiani ord. s. Ben. Vulteranens. dioc. in Cisterciensi ordine reformet ac ibidem ex monachis S. Galgani eiusd. dioc. conventum instituat. II id. Iul. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 533, *omisso initio.* |
| » 14 | » | (10206) (Theobaldo) regi Navarrae comiti Campaniae, qui crucis assumpto signaculo in Terrae sanctae succursum transfretare proposuit, concedit, ne quis in personam aut terram eius excommunicationis vel interdicti sententias sine speciali sedis apostolicae mandato promulgare possit. II id. Iul. a° 10°. ‖ Manrique l. c. 521; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 356. n° 2427. — »Eos qui signo.« |
| » 14 | » | • (10207) Grégoire déclare que Thibaut s'étant croisé, sa personne ne pourra être excommuniée ni sa terre mise en interdit sans mandement spécial du Siège apostolique, jusqu'à ce qu'on soit certain de son retour ou de sa mort, pourvu toutefois qu'il soit toujours disposé à répondre aux actions portées contre lui par devant les abbés de Saint-Denis-en-France et de Clairvaux. Grégoire charge les abbés R. de Chezy et (Guermond?) de Valsecret, de faire respecter ce privilége. ‖ Jubainville l. c. n° 2426. |
| » 14 | » | • (10208) Le même, après de nouveaux détails sur l'affaire mentionnée en n° 10199, invite encore une fois Thibaut à payer sa dette. ‖ Jubainville l. c. n° 2425. |
| » 16 | » | • (10209) Le même rappelle la procédure à laquelle a donné lieu une dette de Thibaut comte de Champagne envers Pierre Parent, G. Alexis et Jean le juif. Si Thibaut ne paie pas, Provins et Bar-sur-Aube seront frappés d'interdit. Grégoire en prévient Thibaut. ‖ Jubainville l. c. n° 2428. |
| » 19 | » | (10210) Oxomensi et Segoviensi episcopis mandat, ut ordini Calatravae visitationis officium impendant. XIV kal. Aug. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 527. — »Ad instar illius.« |
| » 19 | » | (10211) Abbatissam et conventum monasterii de Honore B. Mariae ord. Cisterc. Tornacens. dioc. protegendas suscipit, specialiter autem terras, possessiones *etc.* eis confirmat. XIV kal. Aug. a° 10°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 14. n° 17, *male ad* Iul. 15. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 21 | » | (10212) Amatoni de Ferentino suo familiari quasdam domus, vineas, hortos et alia bona in Castro Ceperani in directum feudum sub censu annuo unius obuli aurei concedit. XII kal. Aug. a° 10°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 108. n° 184. — »Sedes apostolica pia.« |
| » 23 | » | (10213) Abbatissam et conventum monasterii de Honore B. Mariae Cisterc. ord. Tornacens. dioc. cum pertinentiis suis tuendas suscipit, specialiter autem terras, redditus et alia bona eis confirmat, districtius inhibens, ne quis de ortis et virgultis earum *etc.* |

**1236.**

decimas exigere vel extorquere praesumat. x kal. Aug. a° 10°. ‖ Hautcoeur Cartul. ed. Flines I. 15. n° 18. — »Cum a nobis.«

Iul. 29 Reate (10214) Abbatissae et conventui sororum inclusarum monasterii Vallis Gloriae de Aspello Spoletan. dioc. terras, vineas, oliveta, hortos et alia »quae ad opus vestrum comparavimus de pecunia, quam in puram elemosynam pauperibus et religiosis … duximus deputandam«, confirmat. iv kal. Aug. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 199. n° 204. — »Cum mortuae mundo.«

» 29 » (10215) Monasterii s. Francisci in Clausis Cremonensibus protectionem suscipit, eius bona ac possessiones et donationes libertatesque abbatissae et sororibus inclusis ab (Homobono) episcopo Cremonensi concessas confirmat. iv kal. Aug. indict. IX. incarn. dom. a° 1236. pont. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 638; Sbaralea l. c. n° 205. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 30 » (10216) (Bartholomaeo) episcopo et praeposito Quinqueecclesiensibus et abbati de Cicador Cisterc. ord. mandat, ut, si Colomannus rex Ruthenorum et dux Sclavoniae fratribus militiae Templi in Ungaria et Sclavonia ad preces apostolicae sedis ablata universa non restituerit, loca ad quae ipse devenerit supponant ecclesiastico interdicto. iii kal. Aug. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 522; Fejér Cod. dipl. VII. i. 256; Theiner Mon. Hungar. I. 146. n° 257; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 46; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 66. — »Etsi libenter ex.«

Aug. 2 » (10217) Romani Bonaventurae Portuensis episcopi gubernationi committit ecclesias unitas b. mart. Hippolyti et ss. mart. Rufinae et Secundae in Sylva Candida; porro eius eiusque successorum iura ac privilegia in basilica Principis apostolorum de Urbe confirmat. iv non. Aug. indict. VIII (!). dom. incarn. a° 1236. pont. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 130; *fragm. mai. in* Bullar. Vatic. III. append. 5. — »Ab ipso christianae.«

» 2 » (10218) Monasterium s. Mariae Vallis Gloriae de Spello tuendum suscipit, eius bona, possessiones ac exemtionem ab omni iure episcopali ei per Nicolaum Spoletanum episcopum donatam confirmat. iv non. Aug. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 639; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 200. n° 206. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 2 » (10219) Monasterii s. Mariae inter Angulos Spoletanos protectionem suscipit, eius bona ac possessiones, donationes et exemptiones abbatissae sororibusque inclusis a Nicolao Spoletano episcopo factas confirmat. iv non. Aug. a° 10°. ‖ Wadding l. c. II. 640; Sbaralea l. c. 201. n° 207. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 4 » (10220) Universis abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis interdicit, ne fratres Minores ad eorum vel fratres sui ad fratrum Minorum ordinem transeuntes post emissam ibi professionem denuo ad suos remittantur. ii non. Aug. a° 10°. ‖ Wadding l. c. 640; Sbaralea l. c. 202. n° 208; Manrique Ann. Cisterc. IV. 510. — »Licet quibusdam ex.«

* *In eundem modum eodemque die mutatis mutandis* Ministro et fratribus ordinis Minorum.
» » » » » » » Ministro et fratribus ordinis Praedicatorum.

» 7 » * (10221) Monachis monasterii s. Fortunati et s. Mariae Vallis Lucidae indulget, ut abbatem de Ferraria Cisterc. ord. visitatorem habeant. vii (?) Aug. a° 10°. ‖ Manrique I. c. III. 332.

» 8 (») (10222) Abbatem et conventum ecclesiae (Cellae) s. Mariae de Nigra Silva ord. s. Aug. Constantiens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Hüffingen et Wallershofen, item villas necnon terras, redditus et alia bona eis et eidem ecclesiae confirmat. *Sine loco.* vi id. Aug. a° 10°. ‖ Petrus Suevia eccles. 235. — »Cum a nobis.«

» 8 » (10223) Zibisclaum kenesium de Woscura (Vsora) filium quondam Stephani bani de Bosna eiusque terras cum omnibus bonis sub b. Petri protectione suscipit. vi id. Aug. (a° 10°). Theiner Mon. Hungar. I. 147. n° 258; *deficiente initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 67; ap. Katona Hist. crit. V. 772; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 36. — »Quos in medio.«

» 8 » (10224) A. relictam quondam S(tephani) bani de Bosna et terram eius cum omnibus bonis sub b. Petri protectione suscipit. vi id. Aug. a° 10°. ‖ Theiner l. c. I. 147. n° 260; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 49; *cf.* Raynald. l. c. — »Quos in medio.«

» 8 » (10225) (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi, (Bartholomaeo) episcopo Quinqueecclesiensi et praeposito Strigoniensi notificat, se Zibisclaum kenesium de Woscora natum quondam Stephani de Bosna, »qui inter principes Bosnenses infectos macula haereticae pravitatis existit quasi lilium inter spinas,« cum omnibus bonis patrocinandum suscepisse. Mandat eis, ne permittant, ut contra protectionis huius tenorem ab aliquibus molestetur. vi id. Aug. a° 10°. ‖ Theiner l. c. 147. n° 259; Mon. Hungar. hist. l. c. 50; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum dilectum filium.«

**1236.**

Aug. 8 Reate (10226) Eidem archiepiscopo et eius collegis scribit in eundem modum de A. relicta quondam St(ephani) bani de Bosna. VI id. Aug. a° 10°. ‖ Theiner l. c. 147. n° 261; Mon. Hungar. hist. l. c. 51. — »Cum dilectam in.«

» 12 » (10227) (Ugolino) archiepiscopo Colocensi mandat, compellat ad preces (Belae) regis Ungariae religiosos, apud quos Mica Barbatus, Nicolaus filius Borch et Nicolaus magister, proditores de laesae maiestatis crimine condemnati, multa de bonis coronae regiae fraudulenter ablata deposuerunt, ut deposita ipsa restituant. II id. Aug. a° 10°. ‖ Katona Hist. crit. V. 775; Fejér Cod. dipl. IV. I. 41; Theiner l. c. 147. n° 262. — »Carissimi in Christo.«

» 19 » (10228) Archiepiscopum Ravennatensem et suffraganeos eius hortatur, ut Friderico Romanorum imperatori, cum in eius curia fuerint, omnes unanimes pari voto et voce concordi exponant, »nec moveatur imperialis serenitas nec turbetur, si inter cives Placentinos pax extitit reformata;« porro imperatorem inducant, ut a (Iacobo) episcopo Praenestino legato rancorem omnem suspicionis avertens eum tanquam honorabilem sedis apostolicae membrum honoret. XIV kal. Sept. a° 10°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 166. — »Quam intentionem in.«

» 21 » (10229) Archiepiscopo Viennensi apostolicae sedis legato significat, se ecclesiae Valentinensi, ne deficiat sub sarcina debitorum pro tuenda libertate contractorum, moderatum subsidium scil. 10000 librarum Turonensis monetae in Viennensi et Lugdunensi provinciis et in terra commissa legationi episcopi Tornacensis exhibendum infra biennium ipsi, providisse faciendum. Mandat ei, ut hoc onus per singulos dividat eosque ad illud solvendum compellat. XII kal. Sept. a° 10°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 113. — »Quia ecclesia Valentinensis.«

» 21 » (10230) Episcopo Florentino, cui ecclesiae Lucanae sollicitudinem pro parte commiserat, qui autem archidiacono Lucano eam duxerat committendam, mandat ut, hoc revocato, primicerio et Conrado canonico Lucanis vices suas in hac parte committat. XII kal. Sept. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 821. — »Licet occupatus cura.«

» 21 » (10231) Henrico regi Anglorum scribit, se eius petitionem super concessione legati distulisse exaudire »pro eo, quod cum alia vice idem ex parte tua cum instantia postulatum fuerit et a nobis benigne concessum, statim ad nos revocatoriae litterae pervenerunt.... Praeterea ecclesia Romana hoc tempore de mittendis a latere suo personis opportunitatem non habet.« XII kal. Sept. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 49, *omisso initio.*

» 25 » (10232) (Bartholomaeo) episcopo Quinqueecclesiensi, abbati Waradiensi et praeposito Vesprimiensi mandat, ut in electionem (Benedicti) episcopi Varadiensis inquirant. VIII kal. Sept. a° 10°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 101; Fejér Cod. dipl. IV. I. 38; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 14; Theiner Mon. Hungar. I. 148. n° 263; *nonnisi pars prima* ap. Pray Hierarch. II. 164; Katona Hist. crit. V. 774. — »Alexander et Iohannes.«

» 26 » (10233) Priorissam ac conventum monialium monasterii de Parech [Prez] ord. s. Ben. Lubecens. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem possessiones, redditus, decimas, terras et alia bona, sicut ea iuste possident, ipsis confirmat. VII kal. Sept. a° 10°. ‖ Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 206. n° 14. — »Iustis petentium desideriis.«

» 28 » (10234) (Bartholomaeo) episcopo Quinqueecclesiensi, abbati Varadiensi et praeposito Vesprimiensi mandat, ut, cum Th(omas) tit. S. Sabinae presbyter et B.(?) SS. Cosmae et Damiani diaconus cardinales Primogenito electo Varadiensi contra B(enedictum) Varadiensem episcopum de speciali mandato apostolico dederint licentiam contrahendi debitum usque ad 150 marcas boni argenti super bonis episcopi et ecclesiae Varadiensium, Primogenito memorato vel eius creditoribus de praefata pecunia infra certum tempus praefigendum satisfieri faciant. V kal. Sept. a° 10°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 106; Fejér Cod. dipl. IV. I. 44; Theiner Mon. Hungar. I. 149. n° 264. — »Cum dilecti filii.«

Sept. 1 » (10235) Abbati et conventui monasterii s. Crucis de Edenburk ord. s. Aug. terram de Kelnut, quam ex concessione regis Scotiae assecuti sunt, auctoritate apostolica confirmat. Kal. Sept. a° 10°. ‖ Liber cart. S. Crucis 178. n° 6. — »Cum a nobis.«

» 3 » (10236) Archiepiscopo Toletano atque Burgensi et Oxomensi episcopis mandat, ut de proventibus ecclesiarum et monasteriorum subsidium 20000 aureorum regi Castellae et Legionensi, qui nuper civitatem Cordubam per sudores suos bellicos et sumptus multiplices cultui restituerit christiano manusque ad recuperationem aliarum terrarum a paganis diu detentarum extendat, ad hoc opus faciant annuatim per triennium exhiberi. III non. Sept. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 60. — »Exposito nobis devotionis.«

» 3 » (10237) de Wettes et de Zambo abbatibus Veszprimiens. dioc. et praeposito S. Thomae Strigoniensis mandat, ut praeposito et capitulo Cenadiensibus, qui homines monasterii Bistriensis in ipsorum parochiis constitutos indebitis exactionibus aggravabant, terminum praefigent, quo se apostolico conspectui per procuratorem repraesentent. III non.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1236.** |
| | • | Sept. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 149. n° 265; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 51. — »Ex parte conventus.« |
| Sept. 4 | Reate | (10238) Archiepiscopo Toletano et universis episcopis per regnum Castellae constitutis mandat, ut omnibus subditis suis, qui cum rege Castellae et Legionis contra Agarenos paganos proficiscuntur, illam indulgentiam tribuant, quam secundum statuta concilii generalis habent proficiscentes in subsidium Terrae sanctae. II non. Sept. a° 10°. Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 58; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 492. n° 48. — »Sicut olim in.« |
| » 5 | » | (10239) Abbati et conventui monasterii s. Crucis de Edenburk ord. s. Aug. S. Andreae dioc. annuum redditum decem librarum et novem marcarum sterlingorum, quem rex Scociae monasterio dicto donavit, auctoritate apostolica confirmat. Non. Sept. a° 10°. Liber cart. S. Crucis 178. n° 7. — »Cum a nobis.« |
| » 5 | » | (10240) Abbati et conventui monasterii s. Crucis de Castro puellarum ord. s. Aug. ecclesiam de Melginge et terram quae dicitur Scottice Abchein, quas eis Dunkeldensis episcopus donavit, auctoritate apostolica confirmat. Non. Sept. a° 10°. ‖ Liber cart. S. Crucis 53. — »Cum a nobis.« |
| » 5 | » | (10241) Eisdem terram in Hales iuxta fluvium Goger, quam Riccardus filius Audoeni ecclesiae eorum donavit, auctoritate apostolica confirmat. Non. (Dec., *sed legendum est*) Sept. a° 10°. ‖ Liber cart. S. Crucis 175. n° 3. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 6 | (») | (10242) Glasguensi, Dumblanensi et Brechinensi episcopis mandat, ut causam Galfridi canonici electi in episcopum ecclesiae Dunkeldensis examinent et, si postulationem ipsam de persona idonea canonice celebratam invenerint, eandem admittant *etc.* »Romae« VIII id. Sept. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 33. n° 85. — »Dilecti filii decanus.« |
| » 9 | » | (10243) Archiepiscopo Burdegalensi et episcopis Xanctonensi, Engolismensi et Pictaviensi scribit de lacrymabili Iudaeorum in regno Franciae statu eisque mandat, curent ut spoliatis erepta restituantur. IX (?) Sept. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 48. — »Lacrymabilem Iudaeorum in.« |
| » 19 | » | (10244) Cum S. pauperi presbytero archidiacono de Bekis Waradiens. dioc., qui casualiter crimen homicidii incurrerat, dispensat, ita ut cum clericis in choro psalmodias et responsoria cantare et legere lectiones possit. XIII kal. Oct. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 150. n° 266; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 52. — »Tuis precibus inclinati.« |
| » 20 | » | (10245) (Landolfo?) electo Wormaciensi committit reformationem canonicarum regularium nimis dissolute viventium ecclesiae s. Mariae [Marien-seu Nonnen-Münster] suburbii Wormaciensis eique concedit, ut ibi ordinem Cisterciensem inducat. XII kal. Oct. a° 10°. Manrique Ann. Cisterc. IV. 534; Schannat Hist. ep. Worm. II. 119. n° 131; *cf.* Arch. f. Hessische Gesch. II. 303. — »Vigilis pastoris sicut.« |
| » 24 | » | (10246) Wilhelmo de ordine fratrum Minorum poenitentiario suo mandat, ut ad conciliandam pacem et concordiam inter (Ludovicum) regem Galliae et ecclesiam Belluacensem opem et operam omnem adhibeat. VIII kal. Oct. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 641; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 203. n° 209. — »Receptis affectione paterna.« |
| » 24 | » | (10247) Ludovicum regem Franciae rogat et hortatur, ut super restitutione iurium et libertatum episcopo et ecclesiae Belluacensibus facienda, necnon de illatis damnis et de irrogatis iniuriis satisfactionem debitam impendat eisdem. VIII kal. Oct. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 203. not. *f.* — »Sane litteris quas.« |
| » 24 | » | • (10248) Episcopo et capitulo Belluacensibus significat, se interdictum positum per archiepiscopum Rhemensem et suffraganeos eius in Rhemensi provincia ad octo menses pro fine pacis et concordiae ineundae inter Ludovicum regem Francorum et eos suspendere; quae nisi sequatur *etc.* VIII kal. Oct. a° 10° ‖ Sbaralea l. c. 203. not. *f.* |
| » 24 | » | (10249) Abbati S. Iohannis e Pinna in Hispania Oscens. dioc., cuius personam olim usu mithrae honoravit, significat, se praefatum usum ad eius successores de gratia speciali extendere. VIII kal. Oct. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 56. — »Relatu plurium fide.« |
| » 26 | » | (10250) Archiepiscopo Cantuariensi eiusque suffraganeis mandat, ut festum s. regis Eduardi devote celebrent in suis ecclesiis. VI kal. Oct. a° 10°. ‖ Raynald. l. c. § 50. — »Cum recolendae memoriae.« |
| » 27 | » | (10251) (Iuhello) archiepiscopo Turonensi mandat, moneat (Petrum) comitem Britanniae, ut sublata bona ecclesiae Nannetensi restituens et ab eius et hominum eiusdem gravamine conquiescens de dampnis illatis satisfactionem exhibeat congruentem. V kal. Oct. a° 10°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 903. — »Sane mirantes accepimus.« |
| Oct. 1 | » | (10252) Abbatissae et conventui S. Mariae de Fulgineo initum cum monasterio s. Pastoris de Greza Cisterc. ord. Reatinae dioc. confirmat contractum, secundum quem ab hoc pro illarum sustentatione annuus viginti quinque saumarum frumenti et quinque fabarum redditus persolvendus est. Kal. Oct. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 642; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 204. n° 210; *fragm.* ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 533. — »Ut intemerata consistant.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1236.** |
| Oct. 5 | Reate | (10253) Balivis de Porciano sub poena decem librarum camerae apostolicae persolvenda mandat, ut nuntio Specus Sublacensis infra 15 dies, postquam a festo nativitatis b. Mariae fuerint requisiti, sex libras provisiarum de castri Porciani redditibus non in pignoribus sed pecunia numerata integre persolvant. III non. Oct. a° 10°. ‖ Spicil. Liber. 654. n° 16. — »Cum felicis recordationis.« |
| » 10 | » | (10254) Abbatibus Fulcardi Montis Cisterc. ord. et S. Bertini ord. s. Ben. mandat, ut monasterio s. Vedasti Atrebatens. dioc. personam idoneam praeficiant in abbatem. VI id. Oct. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 526, *fragm.* |
| » 23 | » | (10255) Friderico Romanorum imperatori querulanti super processu (Iacobi) Praenestini episcopi respondet simulque refellit argumenta quibus imperator ad suam purgationem usus est, monens eum fortiter, ut iniurias ecclesiae Romanae et regni ecclesiis illatas emendare studeat, vel timeat ne Deus ab eius processibus oculos avertat. X kal. Nov. a° 10°. ‖ *In duas partes divisa* ap. Raynald. Ann. ad a. 1236 § 8—11 *et* § 17—25; *coniuncta* ap. Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 369 n° 27; ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 914. *Cf.* Böhmer Reg. imp. 1198—1254. p. 344. n° 119. — »Si memoriam beneficiorum.« |
| » 27 | » | (10256) (Bonfilio) episcopo Senensi mandat, ut ecclesiam s. Petri ad Ovile Senensem cum platea ante illam posita fratribus Minoribus Senensibus conferat. VI kal. Nov. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 206. n° 211. — »Dilecti filii fratres.« |
| Nov. 1 | Interamnae | * (10257) Eugubinis mandat, ut mittant nuntios ad colloquium inibi habendum. Kal. Nov. a° (7°, *sed legas*) 10°. ‖ Spicil. Liber. 645. |
| » 6 | (») | (10258) Ministro et fratribus ordinis Minorum interdicit, ne fratres Praedicatorum post emissam professionem in suo ordine recipiant. VIII id. Nov. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 206. n° 212. — »Licet olim quibusdam.« |
| » 8 | » | (10259) N. N. scribit de causa per decem annos et amplius agitata inter archiepiscopum Toletanum ex parte una et magistrum fratresque Calatravenses Cisterc. ord. Toletan. dioc. ex altera super obedientia, quibusdam ecclesiasticis decimis regalium reddituum in Calatrava et locis aliis, decimis quoque quintariorum et molendinorum *etc.* VI id. Nov. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 529, *deficiente fine.* — »Olim venerabili fratri.« |
| » 13 | (») | (10260) Ludovico rege Francorum postulante inhibet, ut nulli liceat, capellas eius ecclesiastico supponere interdicto, nisi de licentia sedis apostolicae speciali. »Terracinae« *Achery,* »in Terraron.« *Duch.* Id. Nov. a° 10°. ‖ Achery Spicil. III. 606; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 861. — »Illa filialis devotio.« |
| ( » 13) | (») | (10261) Eidem ad instar Innocentii pp. praedecessoris indulget, ut nullus in eius terram excommunicationis vel interdicti sententiam proferat absque mandato sedis apostolicae speciali. »Apud Urbem veter. a° 10°«. ‖ Zampini Ad calumnias ... responsio 152. — »Apostolicae sedis benignitas.« |
| » 13 | » | * (10262) Conrado (de Lumerins) abbate petente monasterium Disertinense ord. s. Ben. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Id. Nov. a° 10° (*om. E.*). ‖ Eichhorn Episc. Curiens. 231; Mohr Cod. dipl. I. 325. n° 214; Mohr Regest. von Disentis 10. n° 50, *ubique perperam ad* a. 1237. |
| » 22 | » | (10263) Archiepiscopos, episcopos ceterosque Moreae praesules rogat et hortatur, ut patriarchae Constantinopolitano, qui propter guerrarum discrimina et Graecorum malitiam fere omnes redditus et alia amiserit bona sua, in necessariis provideant. X kal. Dec. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 70. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 22 | » | (10264) Universis Christi fidelibus mandat, ut quod a se ipso olim in minori officio constituto circa ingressionem monasteriorum monialium inclusarum ordinis s. Damiani institutum sit, inviolabiliter observetur. X kal. Dec. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 643; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 206. n° 213. — »Etsi omnium illa.« |
| » 22 | » | (10265) Abbati de Tileto Cisterc. ord. committit inquisitionem criminum *i. e.* simoniae, usurarum, concubinatus *etc.*, quibus (Nicolaus) episcopus Viginti-Milliensis implicatus erat, eique mandat, ut praefato episcopo terminum praefigat, quo se apostolico conspectui personaliter repraesentet pro meritis recepturus. X kal. Dec. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 525, *deficiente parte prima.* |
| » 27 | » | (10266) Ecclesiae b. Lamberti Subnensis [Suben] ord. can. s. Aug. patrocinium suscipit eiusque possessiones ac bona nominatim recensita confirmat. V kal. Dec. incarn. dom. a° 1236. indict. X. pont. a° 10°. ‖ Mon. Boic. IV. 530; Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 373; UB. ob der Enns III. 40; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 493. — »Quotiens a nobis.« |
| » 28 | » | (10267) Archiepiscopo Toletano supplicante statuit, ut in omnibus terminis et rebus aliis, super quibus sit dubium, nullum eius iuri praeiudicium generetur. IV kal. Dec. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 529. — »Cum dilectis filio.« |
| » 29 | » | (10268) (Bertoldo) Aquileiensi et (Leonardo) Gradensi patriarchis, (Simeoni?) Ravennati et (Othoni) Ianuensi archiepiscopis eorumque suffraganeis (Raynaldum) episcopum Ostien- |

**1236.**

sem et (Thomam) S. Sabinae presbyterum cardinalem, quibus in Lombardia, marchia Tervisina, Romaniola et partibus Venetiarum legationis officium ad pacem ibi reformandam commisit, commendat. III kal. Dec. a° 10°. ‖ *Nonnisi pars ultima in* Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 13; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. п. 925.

Dec. 2 Interamnae (10269) Abbatissae et conventui monasterii monialium inclusarum s. Mariae de Monte Mascarano Tudertinis terram, quam abbas et conventus monasterii s. Fortunati Tudertini eis donarunt, confirmat. IV non. Dec. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 207. n° 214. — »Cum a nobis.«

» 2 -- Abbati et conventui monasterii s. Faronis Meldensis: »Laterani IV non. Dec. a° 10°. Du Plessis Hist. de Meaux II. 133, *vid.* 1237. Dec. 2.

» 3 Interamnae (10270) Episcopo et decano Pictaviensibus et thesaurario S. Martini Turonensis mandat, compellant comitem Britanniae, ut decimas per suos baiulos occupatas ecclesiae Nannetensi restituat. III non. Dec. a° 10°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 181. — »Venerabilis frater noster.«

» 5 » (10271) (Ioscelino) episcopo Nannetensi concedit facultatem, ut capellanos parochialium ecclesiarum suae diocesis ad exhibendas procurationes annuas quae ratione visitationis debentur, compellere possit. Non. Dec. a° 10°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 182. — »Ex parte tua.«

» 5 — Abbati et canonicis S. Crucis de Castro puellarum terram in Hales *etc.*: »Reate non. Dec. a° 10°«. ‖ Liber cart. S. Crucis 175. n° 3, *vid.* 1236. Sept. 5. n° 10241.

» 8 Interamnae (10272) Cameracensi, Tornacensi et Atrebatensi episcopis mandat, ut vota 400 militum regni Franciae praeter eos nobilium virorum consanguineorum imperatoris Constantinopolitani et Balduini, ad quem imperium ipsum spectet, in subsidium imperii Constantinopolitani commutent illosque moneant, ut sine morae dispendio ad succurrendum ipsi imperio iter arripiant. VI id. Dec. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 69. — »Ad subveniendum imperio.« *Cf.* 1236. Ianr. 16. n° 10080.

• *In eundem modum* Colocensi et Strigoniensi archiepiscopis.

» 9 » (10273) Ministro et fratribus Minoribus Viterbii commorantibus locum Castri s. Angeli infra muros dictae civitatis emit, ut ibi ecclesiam et officinas ad habitationem necessarias construere et habitare possint. V id. Dec. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 422; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 209. n° 215. — »Religio vestra quae.«

» 9 » (10274) (Theobaldum) regem Navarrae comitem Campaniae rogat et monet, ut Balduino »nato P(etri) imperatoris Constantinopolitani, ad quem imperium Constantinopolitanum spectat,« subveniat. V id. Dec. a° 10°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 998; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 357. n° 2430. — »Ad subveniendum imperio.«

» 12 » (10275) (Guercio) electo Lucano significat, se eum consulibus, consilio et populo Lucanis in episcopum concedere, et in eo Lucanae ecclesiae honorem et dignitatem episcopales, quibus eam privaverat (*vid.* 1230. Iul. 3. n° 8578) cum omnibus iuribus suis restituere. II id. Dec. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 822; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 496. n° 50. — »Redemptor noster cum.«

» 18 » • (10276) Eberhardo archiepiscopo Salzeburgensi mandat, ut Rufino nepoti O(ttonis) tit. S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis de parochia Pütten, quam ei detraxerat et Conrado clerico concesserat, satisfaciat. XV kal. Ianr. a° 10°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 267. n° 438.

» 18 » • (10277) Grégoire recommande à Thibaut comte de Champagne la personne et les biens du maître Vivien, élevé au sous-diaconat par le pape. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 357. n° 2431.

» 22 » (10278) Universos abbates tam exemptos quam non exemptos prioresque non habentes proprios abbates ordinis s. Benedicti Remensis provinciae in communi capitulo congregatos monet, ut, facientes de necessitate virtutem, circumscriptis aliis quae a Fusniacensis ordinis abbatibus eorumque collegis, monasteriorum exemptorum a sede apostolica visitatoribus deputatis, super regulari observantia sint statuta, suam ordinationem, quam sub bulla mittat inclusam, humiliter suscipiant et servent. XI kal. Ianr. a° 10°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 524; J. de Lancy Hist. Fusniacensis coenobii 97 — »Licet olim intellecto.«

» 23 » • (10279) Archiepiscopo Patracensi et suffraganeis eius stricte iniungit, ut decimam partem proventuum ecclesiarum suarum anni unius prompte in succursum Constantinopolitani imperii conferant. X kal. Ianr. a° 10°. ‖ Manrique l. c. 527.

» 23 » (10280) Abbati de Sacra Cisterc. ord. Corinthiens. dioc., magistro Petro cancellario Achaiae subdiacono suo canonico Patracensi et praeceptori hospitalis s. Mariae Theuton. in Romania mandat, ut decimam partem proventuum ecclesiasticorum, quam a Patracensi

**1236.**

archiepiscopo *etc.* accepturi sint, iuxta consilium principis Achaiae fideliter dispensari in succursum praedicti imperii procurent. x kal. Ianr. a° 10°. ‖ Manrique l. c. 527. — »Discretioni vestrae de.«

Dec. 30 — Interamnae — (10281) Vicedomino Mediolanensi significat, archiepiscopum Mediolanensem monasterium de Capite Laci ord. s. Ben. Mediolan. dioc., cum in ordine suo reformari non potuerit, abbati et conventui Clarae Vallis Cisterc. ord. plene concessisse. Mandat ei, faciat ut haec concessio firmiter observetur. III kal. Ianr. a° 10°. ‖ Manrique l. c. 532. — »Dudum intellecto quod.«

— — — — (10282) (Wilbrando) Magdeburgensi archiepiscopo scribit de electione Ludolfi in episcopum Halberstadensis ecclesiae, super qua inter capitulum Halberstadense et ecclesiam in Iericho »quia pari iure electionis et simili libertate eligendi a prima sui fundatione semper est gavisa ... et cum ecclesia in Iericho in electione Ludolfi contempta fuerit et exclusa,« causa litis exorta erat. Addit, se Halberstadensi ecclesiae in persona G. Magdeburgensis ecclesiae decani providere. Mandat archiepiscopo, ut istum cum consecrationis et confirmationis munere ad propria revertentem in corporalem possessionem iuris inducat. *Absque nota chronol.* ‖ Sächsische Summa pros. dictam. *in* Quellen u. Erört. z. bayer. u. d. Gesch. IX. I. 284; *omisso initio* Riedel Cod. dipl. Brand. Hauptth. II. Bd. VI. 2. — »Quia equa est.«

**1237.**

Ianr. 5 — — — Abbati et conventui Morimundi Cisterc. ord.: »Viterbii non. Ianr. a° 10°«. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 529, *vid.* 1236. Ianr. 5. n° 10074.

» 9 — Interamnae — (10283) Abbatem et capitulum generale Cisterciense rogat et hortatur, procurent ut abbatissa et conventus monasterii de Amore Dei Suessionens. dioc ordini Cisterciensi incorporentur. v id. Ianr. a° 10°. ‖ Gall. christ. X. instr. 136. — »Fit vitae vestrae.«

» 9 — » — (10284) Abbati Everbacensi Maguntin. dioc., decano et scolastico Maguntinis mandat, ut Conradum (de Bure) praepositum Coloniensem, quem Conradus praepositus S. Mariae ad gradus Coloniensis praepositura sua per violentiam spoliaverat, in corporalem ipsius praepositurae possessionem inducant ac inducto de proventibus eiusdem iuxta taxationem (Sifridi) archiepiscopi Moguntini factam pro tempore praeterito satisfieri faciant, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. v id. Ianr. a° 10°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 1. — »Dilectus filius Conradus.«

» 9 — » — (10285) Archiepiscopum Toletanum et suffraganeos eius rogat, ut Segobricensi electo, donec Segobricensis diocesis christianis cultibus reformetur, tale auxilium exhibeant, quod idem in Segobricensi ecclesia ad servitium Dei remanere valeat neque cogatur mendicare. v id. Ianr. a° 10°. ‖ Villagrasa Antiq. de Segorbe 64; Aguirre Conc. Hisp. V. 187; Villanueva Viage literar. III. 230. n° 6. — »Cum Segobricensis ecclesia.«

» 9 — » — (10286) (Ferdinandum) regem Castellae rogat et deprecatur, ut si quae de locis, quae in Segobricensi diocesi nunc possident Sarraceni, ad manus eius devenerint, ea cultui christiano restitui et de ipsis eidem faciat ecclesiae in spiritualibus responderi. v id. Ianr. a° 10°. ‖ Villanueva l. c. 231. n° 7. — »Ad regiae celsitudinis.«

» 13 — » — (10287) Universis abbatibus tam exemptis quam non exemptis et prioribus abbates proprios non habentibus ordinis s. Benedicti provinciae Rothomagensis in communi capitulo congregatis mandat, ut ordinationem quam ipsis sub bulla mittat interclusam, suscipiant humiliter et servent ac faciant a suis subditis inviolabiliter observari. Id. Ianr. a° 10°. ‖ Martene Ampl. coll. I. 1269. — »Licet olim intellecto.«

» 13 — » — • (10288) Ordini Cluniacensi indulget, ut alios visitatores quam in generali capitulo Cluniacensi nominatos recipere minime teneantur. Id. Ianr. a° 10°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 113.

» 13 — » — (10289) Fratres et sorores domus hospitalis de Aldenardo Tornacens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem regularem in hac domo vivendi modum sub obedientia, continentia, abdicatione proprii et habitu religioso, sicut a Tornacensi episcopo institutum est, confirmat. Id. Ianr. a° 10°. ‖ Miraeus Opp. diplom. III. 86; *cf.* Saint Genois Inventaire 19. n° 52. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 19 — » — • (10290) Regem Armenorum monet et hortatur, ne Constantinum dominum de Lambrono molestet. XIV kal. Febr. a° 10°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 60.

• *In eundem modum* Baiulum Armeniae — Principem Antiochenum — Regem Cypri. *Cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1237 § 86; MasLatrie l. c.

» 24 — — — Universis fratribus ordinis Praedicatorum in Cumaniae partibus: »Perusii IX kal. Febr. a° 10°«. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 150. n° 267 *etc., retuli, cum ad a.* 1237 *non quadret, ad a.* 1235. Ianr. 24; *vid.* n° 9827.

Febr. 5 — Interamnae — (10291) Landoni archiepiscopo Messanensi pallium indulget et commissam gubernationi eius Messanensem urbem perpetuam metropolim decernit permansuram, statuens ut

| | | |
|---|---|---|
| | | **1237.** |
| | | unum episcopum in Cephaluth, alterum vero in Lipari ei liceat ordinare et munus illis consecrationis impendere. Porro statuit, ut nullus episcopus vel archiepiscopus absque Messanensis archiepiscopi consensu conventus celebrare, causas etiam vel ecclesiastica negotia in Messanensi diocesi, nisi per Romanum pontificem vel eius legatum fuerit eidem iniunctum, tractare praesumat *etc.* — »In Terracin.« Non. Febr. indict. X. incarn. dom. a° 1236. pont. a° 10°. ‖ Pirri Sicil. sacra I. 404, *ubi ad* a. 1236. Febr. 9. — »Licet omnes discipuli.« |
| Febr. 8 | Interamnae | (10292) Fratri Raymundo poenitentiario et capellano suo ord. Praedic. mandat, ut Roberto de Castro Rossilonis Elenens. dioc., qui de pravitatis haereticae labe convictus et per ecclesiam condemnatus debitam sibi poenam carceris effugiens nunc ad ecclesiasticam redire desideret unitatem, cautione sufficienti recepta beneficium absolutionis impendat. VI id. Febr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 91. n° 158. — »Lecta coram nobis.« *Cf.* n° 10311. 10317. |
| » 8 | » | (10293) Eidem mandat, ut, si (Iacobus) rex Aragoniae se reconciliaverit episcopo tunc electo Caesaraugustano eumque (cuius ad Tarraconensem ecclesiam pro consecrationis obtinendo munere procedentis per Oscensem civitatem transitum impediverat) personaliter conduxerit ad dictam ecclesiam, circa ipsum super huiusmodi iniuria procedat iuxta formam sub bulla hac introclusam. VI id. Febr. a° (9°, *sed legi debet*) 10°. Ripoll l. c. 83. n° 143. — »Reverendissimi in Christo.« |
| » 8 | » | (10294) Eidem praescribit, quomodo (Iacobum) regem Aragoniae ab excommunicationis sententia absolvere possit. VI id. Febr. a° (9°, *sed legas*) 10°. ‖ Ripoll l. c. n° 144. — »Si rex Aragoniae.« |
| » 9 | » | (10295) Ludovico regi Francorum committit, ut Raymundo comiti Tolosano, recepta ab eo sufficiente cautione quod in proximo passagio, videl. in festo b. Iohannis bapt. sequenti post proximum, (in Terram sanctam) transfretabit, terminum ei usque ad idem passagium cum consilio B(lancae) reginae matris ac praelatorum »quibus super hoc dirigimus scripta« proroget. V id. Febr. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 33; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 210. n° 217, *omisso initio incipientes:* — »Consideravimus quae et.« |
| » 9 | » | (10296) Universis abbatissis et sororibus ordinis s. Damiani interdicit, ne ullus unquam frater aut soror praeter infirmos, debiles et puellas »quae regularem non possunt servare rigorem«, infra septa monasteriorum de cetero carnes edat. V id. Febr. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 644; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 209. n° 216. — »Licet velut ignis.« |
| » 9 | » | (10297) Episcopum Barchinonensem ac Wilhelmum ecclesiae Terraconensis procuratorem rogat et obsecrat, ut in Terraconensi provincia, in Pampilonensi et Calaguritana diocesibus fideles monitis informent, ut se in succursum (Iacobi) regis Aragonum, qui signum crucis assumpserit contra civitatem Valentiae, viriliter accingant. IX (?) Febr. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 24. — »Ex litteris charissimi.« |
| » 11 | » | (10298) Fratri Raymundo poenitentiario et capellano suo mandat, ut nobilem virum R. Fulconem vicecomitem Cardonae ab impedimento matrimonii ex quarto consanguinitatis gradu veniente solvat. III id. Febr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 91. n° 159. — »Ex dilecti filii.« |
| » 12 | » | (10299) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Angliam, Walliam et Yberniam constitutis O(ttonem) S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem, quem in illorum partes commisso ei plenae legationis officio de latere suo destinat, propensius commendat. II id. Febr. a° 10°. Theiner Mon. Hibern. 33. n° 86; *omisso exordio* Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 38. — »Summi regis magisterio.« |
| | | * Henrico regi Anglorum *de eadem re.* ‖ Raynald. l. c. § 39. |
| » 13 | — | Archiepiscopo Bituricensi: »Laterani id. Febr. a° 10°«. ‖ Gallia christ. I. instr. 31. n° 9, *vid.* 1238. Febr. 13. n° 10519. |
| » 26 | Interamnae | (10300) Viennensi archiepiscopo mandat, ut personaliter ad Montem Pessulanum accedens super haereticis ibidem receptatis solita discretione procedat, ita quod pestis illa mortifera impunita non transeat. IV kal. Mart. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 32. — »Ex parte consulum.« |
| Mart. 10 | — | A(damo) episcopo Silvanectensi et I. archidiacono Catalaunensi: »Laterani VI id. Mart. a° 10°.« ‖ Marlot Hist. de Reims III. 798. n° 154 *etc., vid.* 1238. Mart. 10. n° 10533. |
| (ante Mart. 21) | Viterbium | »De *Interamna* civitate veniens, corporis languore compulsus, pro civium ipsorum sedanda discordia difficultates multas subiit et labores, circa partes regionis ipsius anno decimo et parte undecimi commoratus.« ‖ Vita Gr-i ex card. Arag. ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. I. 581. D. |
| » 22 | Viterbii | Approbat stigmata s. Francisci: »XI kal. Apr. a° 11°« — »Confessor Domini gloriosus.« Bullar. Roman. ed. Taur. III. 497. n° 51, *vid.* 1237. Mart. 31. n° 10307. |

**1237.**

Mart. 24 | Viterbii | (10301) Magistrum et fratres hospitalis s. Caterinae pauperum infirmorum in Eszcelingen Constantiens. dioc. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem possessiones et alia bona, sicut ea omnia iuste possident, istis confirmat. IX kal. Apr. a° 11°. || Wirtemberg. UB. III. 389. n° 890. — »Cum a nobis.«

» 24 | » | (10302) O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut de pace regum Angliae et Scotiae studeat habere tractatum. IX kal. Apr. a° 11°. || Theiner Mon. Hibern. 34. n° 87. — »Cum karissimus in.«

» 25 | » | (10303) Repetit n° 10264 d. d. 1236. Nov. 22: »VIII kal. Apr. a° 11°« — »Etsi omnium illa.« Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 210. n° 218.

» 27 | » | (10304) Regi Angliae, qui de rege Scotiae habere se iustam materiam conquerendi asserebat, significat, se per O(ttonem) S. Nicolai in carc. Tull. diac. card. apostolicae sedis legatum providisse haberi super compositione tractatum. Monet eum, ut istius exhortationibus et consiliis devote intendat. VI kal. Apr. a° (12°, *sed legas*) 11°. || Theiner Mon. Hibern. 34. n° 88. — »Cum de illustri.«

* *In eundem modum* Regi Scotiae.

» 30 | » | (10304a) Abbatissae et conventui monialium monasterii de Monte Lucii ord. pauperum inclusarum Perusinis propter earum inopiam ecclesiam s. Mariae de Presso Perus. dioc. concedit. III kal. Apr. a° 11°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 211. n° 219. — »Attendentes sicut convenit.«

» 30 | » | (10305) Episcopo Pensauriensi mandat, ut secundo die post octavas Resurrectionis dominicae proximo futurae personaliter se apostolico conspectui repraesentet. III kal. Apr. a° 11°. || Olivieri-Giordani Mem. della chiesa Pesarese 137. n° 11. — »Cum ad petitionem.«

» 31 | » | (10306) (Waltero) Tornacensi et (Godofrido) Cameracensi episcopis et magistro Girardo canonico Tornacensi significat, se matrimonii copulam, immo verius contubernii olim inter Buchardum de Avesnis et (Margaretam) sororem (Iohannae) comitissae Flandriae de facto contracti, quondam per Innocentium pp. praedecessorem reprobatam approbare et prolem ex copula tali susceptam illegitimam esse censere. II kal. Apr. a° 11°. || Innoc. III Ep. ed. Baluze II. 593; Opp. ed. Migne III. 533; Teulet Layettes II. 335. n° 2489. — »Matrimonii copula immo.«

» 31 | » | (10307) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis duxit exprimendum, »quod s. Franciscus, cum adhuc spatium praesentis vitae percurreret, et postquam illud feliciter consummavit, manibus latere ac pedibus specie stigmatum divinitus extitit insignitus.« Eos rogat et hortatur, ut »ab assertione contrarii aures de cetero penitus« avertant. II (XI *Bull. R.*) kal. Apr. a° 11°. || Cherubini Bullar. I. 89; Gregorii pp. IX Gesta 80; Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 60; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 497. n° 51. — »Confessor Domini gloriosus.« *Cf.* n° 10315.

» 31 | » | (10308) (Roberto) episcopo Olomucensi, qui in patentibus litteris ad universos Christi fideles datis dixerat, nec b. Franciscum nec sanctorum aliquem cum stigmatibus esse in ecclesia Dei depingendum, et peccare qui contrarium asserat, nec illi tamquam inimico fidei credulitatem adhiberi ullam debere, scribit de stigmatibus praefati sancti. II kal. (id. *hab. Cod. Vatic., Pal. & Bocz.*) Apr. a° 11°. || Wadding Ann. Min. II. 427; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 211. n° 220; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 322; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 426. n° 914; *cf.* Raynald. l. c. § 60; Palacky Reise 27. n° 136. — »Usque ad terminos.«

» 31 | (») | (10309) Prioribus et provincialibus fratrum Praedicatorum mandat, ut fratrem sui ordinis Euchardum nomine, qui Opaviae civitate Moraviae praedicaverit »quod in laude b. Francisci per quosdam ex discipulis suis pie proposita deberent haberi pro reprobis, quod in eius corpore Christi stigmata non fuissent«, qui »discipulos memoratos coram populo quaestuarios et falsos praedicatores« appellaverit, suspensum a praedicationis officio ad sedem apostolicam mittant. II kal. Apr. a° 11°. || Wadding l. c. 429; Sbaralea l. c. 213. n° 221; Boczek l. c. 324; *cf.* Erben l. c. 424. n° 908. — »Non minus dolentes.«

Apr. 2 | » | (10310) Abbati Uterinevallis Cisterc. ord. Spirens. dioc. ac decano et thesaurario S. Guidonis Spirensibus mandat, iudicent inter H. rectorem ecclesię in Metenheim et abbatem conventumque de Hymmenrode Cisterc. ord. Trevirens. dioc. super possessionibus quibusdam, decimis et rebus aliis litigantes. IV non. Apr. a° 11°. || Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe von Speyer I. 211. n° 212. — »Dilectus filius H.«

» 2 | » | (10311) Fratri Raymundo capellano et poenitentiario suo ord. fratr. Praed. mandat, ut ab absolutionis sententia in gratiam Roberti de Castro Rossilonis ferenda se sustineat. IV non. Apr. a° 11°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 92. n° 160. — »Olim carissimus in.« *Cf.* n° 10292. 10317.

» 2 resp. 3 | » | (10312) Episcopo Emonensi et electo Tergestino scribit, Bertoldum Aquileiensem patriarcham sedi apostolicae notum fecisse, Aquileiensem diocesim, cum versus Hungariae partes per decem dietas et ultra extendatur, non posse commode visitari, et opportunum

110*

**1237.**

esse ad providendum saluti hominum eius, quod in monasterio de Obremburch (Ottemburg *Notizbl.*) ipsi patriarchae mediate subiecto cathedralis creetur ecclesia vel ad illud transferatur ecclesia Petenensis (Penetensis *Thein.*) valde desolata. Mandat eis ut videant, utrum id expediat Aquileiensi ecclesiae et eius capitulum assentiat; ut de statu ecclesiae Petenensis quaerant *etc.* IV non. Apr. a° 11°. || Theiner Vet. mon. Slavor. mer. I. 75. n° 91; Notizenblatt. Beilage z. Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen VIII. (1858.) 402, *perperam ad* a. 1238. Apr. 3; *cf.* Bianchi Docum. 45. n° 121, *male ad* a. 1238. Apr. 3. — »Venerabilis frater noster.«

Apr. 4 Viterbii »Walterus de Cantilupo Wygornensis electus ordinatur a domino papa in diaconum Viterbii II non. Apr.« || Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 428.

„ 4 „ (10313) (Agneti) abbatissae monasterii s. Francisci Pragensis ord. s. Dam. concedit, ut quinquies in anno in choro audire possit missarum solemnia et inspicere presbyterum celebrantem. II non. Apr. a° 11°. || Wadding Ann. Min. II. 437; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 213. n° 222; *cf.* Palacky Reise 27. n° 134; Erben Reg. Bohem. I. 425. n° 912. — »Cum seculi vanitate.«

„ 5 „ (10314) Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis nunciat, b. Franciscum in sanctorum numero relatum esse. Non. Apr. a° 11°. || Wadding l. c. 426; Sbaralea l. c. 214. n° 223. — »Confessor Domini gloriosus.« *Cf.* n° 10307.

„ 5 „ (10315) Episcopo Dunkeldensi, abbati de S. Cruce et priori de Scona S. Andreae dioc. mandat, ut — cum Patricius clericus, olim procurator episcopi et capituli Glasguensium ad sedem apostolicam destinatus, nimis infideliter agens in 1800 marcis et amplius praeter usuras Glasguensem ecclesiam obligarit, de quibus nihil fuerit in utilitatem ecclesiae praedictae conversum — universos redditus ipsius Patricii ecclesiasticos colligant eosque praedictis episcopo et capitulo assignent. Non. Apr. a° 11°. || Theiner Mon. Hibern. 34. n° 89. — »Cum sicut ex.«

„ 6 „ (10316) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis commendat fratres Minores eisque mandat, ut illos ad officium praedicandi et sacramentum confessionis admittant. VIII id. Apr. a° 11°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 214. n° 224. — »Quoniam abundavit iniquitas.«

„ 7 „ (10317) Fratri Raymundo poenitentiario et capellano suo ord. fratr. Praedic. mandat, ut, si (Robertus) de Castro Rossilonis reconciliari meruerit, ab eo exigat idoneam cautionem, ne in posterum episcopum et ecclesiam Elenenses molestet super decimis et possessionibus, quas ab episcopo tenebat in feudum. VII id. Apr. a° 11°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 92. n° 161. — »Venerabilis frater noster.« *Cf.* n° 10292. 10311.

„ 9 „ (10318) Monialibus inclusis monasterii s. Francisci Pragensis ord. s. Dam. concedit, ut »super eo, quod secundum statuta in pane et aqua certis diebus ieiunare debent, et usu calceamentorum et pellium *etc.* abbatissa ipsarum de visitatoris consilio ob regionis intemperiem« possit dispensare. V id. Apr. a° 11°. || Wadding Ann. Min. II. 645; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 215. n° 225; *cf.* Palacky Reise 27. n° 135; Erben Reg. Bohem. I. 425. n° 913. — »Cum sicut propositum.«

„ 11 „ (10319) Decano et capitulo ecclesiae Spirensis ecclesiam de Bullencheim Spirens. dioc., quam abbas et conventus monasterii de Wizenburg ord. s. Ben. eis concesserant, confirmat. III id. Apr. a° 11°. || Würdtwein Subsid. dipl. V. 285. — »Cum a nobis.«

„ 12 „ (Roberto) Olomucensi episcopo: »II id. Apr. a° 11°«. || Codex Vatic. *et* Palacky Reise 27. n° 136; *sed vid.* 1237. Mart. 31. n° 10308 *et conf. notas* Waddingi *et* Sbaraleae Bullar. Francisc. *ad hanc bullam.*

„ 13 „ (10320) Monasterium monialium s. Virginis Mariae de Honore b. Mariae Cisterc. ord. (Tornacens. dioc.) protegendum suscipit eiusque privilegia ac iura confirmat. Id. Apr. indict. IX(!). incarn. dom. a° 1237. pont. a° 11. || Hautcoeur Cartul. de Flines I. 19. n° 22. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 14 „ (10321) Monasterii s. Francisci Pragensis patrocinium suscipit, eius bona ac possessiones, et immunitates a Wenceslao rege Bohemiae et Iohanne Pragensi episcopo collatas confirmat, nova ipse privilegia superaddens. XVIII kal. Mai. indict. IX(!). incarn. dom. a° 1237. pont. a° 11°. || Wadding Ann. Min. II. 646; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 215. n° 226; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 427. n° 916; *cf.* Palacky Reise 27. n° 137. — »Prudentibus virginibus.«

„ 14 „ (10322) Hospitale s. Francisci Pragensis protegendum suscipit eiusque iura ac privilegia, bona ac possessiones confirmat. XVIII kal. Mai. *etc. ut antea.* || Wadding l. c. II. 646; Sbaralea l. c. 216; Boczek Cod. dipl. Morav. V. 230; *fragm.* ap. Erben l. c. n° 917; *cf.* Palacky l. c. n° 138. — »Omnipotens Deus qui.«

„ 15 „ (10323) Decano et capitulo ecclesiae Spirensis ecclesiam de Offenbach Spirens. dioc., quam abbas et conventus monasterii de Clingenmunster ord. s. Ben. eis concesserant, confirmat. XVII kal. Mai. a° 11°. || Würdtwein Subsid. dipl. V. 286. — »Cum a nobis.«

**1237.**

Apr. 18 | Viterbii | »Walterus de Cantilupo Wygornensis electus ordinatur a domino papa in presbyterum xiv kal. Maii Viterbii.« ‖ Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 428.

„ 25 | („) | * (10324) Obizoni archiepiscopo Cusentino mandat, ut Marturanensis episcopi senio confecti ac pene ad exercenda pontificalia munera inhabilis cessionem recipiat consulatque de optimo eidem ecclesiae episcopo instituendo. vii kal. Mai. a° 11°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 214.

„ 26 | („) | »Magister Walterus de Cantilupo consecratur in episcopum Wigorniae in octavis paschae a domino papa.« ‖ Ann. de Theokesberia *in* Annal. monast. I. 104. *Cf. infra* Mai. 3.

„ 28 | „ | (10325) (Ludolfo) episcopo, praeposito ecclesiae maioris ac decano S. Martini Monasteriensibus mandat, faciant ut compositio inter consules et commune Bremenses ex parte una et (Gerhardum) archiepiscopum et capitulum Bremenses ex altera super constructione quorundam castrorum et rebus aliis facta et ab utraque parte sponte recepta firmiter observetur. iv kal. Mai. a° 11°. ‖ J. Phil. Cassel Samml. ungedr. Urk., welche die Gesch. der fr. Reichsst. Bremen ... aufklären (Bremen 1768. 8°) 464; Ehmck Bremisches UB. I. 238. n° 204. — »Consules et commune.«

„ 29 | „ | (10326) Archiepiscopo Toletano et Legionensi episcopo mandat, ut F(erdinandum) dictum Infantem Portugaliae regis germanum, qui in regno Portugaliae ecclesias et ecclesiasticos viros passim pro arbitrio suo laeserat, quosdam quoque clericos, scriptores eiusdem regis, in castro Sanctaranensi crudeliter interfecerat, cum fautoribus suis excommunicent. iii kal. Mai. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 30. — »Lacrymabilem venerabilis fratris.«

„ 30 | „ | (10327) Abbati et conventui S. Dionysii in Francia concedit, ut, cum eorum monasterium in pluribus pensionibus annuis circiter 60 libras Parisiensis monetae oneratum existat, per litteras apostolicas de cetero impetrandas ad novas minime teneantur pensiones. ii kal. Mai. a° 11°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 571. — »Sincerum habentes ad.«

Mai. 3 | „ | »Walterus de Cantilupo Wygornensis electus consecratur a domino papa Viterbii v non. Maii.« ‖ Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 428. *Cf. supra* Apr. 26.

„ 6 | „ | (10328) (Gerhardo) Bremensi archiepiscopo, decano et Iohanni de Beversat (Beversak *Mansi, al.*) canonicis Bremensibus mandat ad preces Alberti abbatis Stadensis, ut monasterium s. Mariae in Stadio ord. s. Bened. Bremens. dioc. »cum sit ita dispositum, quod evidenter ibidem non absque offensa divini nominis salus negligitur animarum«, in Cisterciensem ordinem commutent, illos monachorum, qui noluerint habitum Cisterciensem assumere, in aliis locis sui ordinis collocando. ii non. Mai. a° 11°. ‖ Albert. Stadensis ed. Kulpis. 312 (*sub nomine* Annal. Stadens. ap. Pertz M. G. H. scr. XVI. 366); Crantz Metropolis lib. 8. c. 4; Mansi Conc. XXIII. 75; Labbe Conc. XI. I. 337; Luk. Mushard Monumenta nobilitatis antiquae ... in ducat. Bremensi et Verdensi (Bremen 1708. fol.) 105; (J. H. Pratje) Die Herzogthümer Bremen und Verden VI. (Bremen 1762) 117. n° 20; Wadding Ann. Minor. III. 33. — »Desideria devotorum in.«

„ 6 | „ | (10329) Decano, scolastico et Waltero canonico Maguntinis mandat, ut de vita, conversatione, fama, meritis et miraculis Hildegardis abbatissae monasterii s. Roberti de Pinguia (Bingia *Rayn.*) Magunt. dioc. inquirant et, quae invenerint, sub sigillis suis usque ad apostolicum beneplacitum fideliter conservent. ii non. Mai. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 59; Würdtwein Nova subs. IX. 12. — »Supplicantibus nobis olim.«

„ 7 | „ | * (10330) Eugubinis commendat fratres Minores. Non. Mai. a° 11°. ‖ Spicil. Liber. 645.

„ 7 | „ | (10331) O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali apostolicae sedis legato in regno Scotiae plenum legationis officium committit. Non. Mai. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 34. n° 90. — »Illud maxime in.«

„ 7 | „ | (10332) Repetit n° 10316 d. d. 1237. Apr. 6: »Non. Mai. a° 11°« — »Quoniam abundavit iniquitas.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 218. n° 228.

„ 7 | „ | Abbati Praemonstratensi, eius coabbatibus *etc.*: »Non. Mai. (a° 11°)«. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 655, *vid.* 1236. Mai. 7. n° 10160.

„ 8 | — | (Willelmo) quondam episcopo Mutinensi: »Laterani viii id. Mai. a° 11°«. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 46. n° 48, *vid.* 1238. Mart. 8. n° 10528.

„ 9 | Viterbii | (10333) (Henrico) archiepiscopo Remensi et fratri Willelmo de ordine fratrum Minorum poenitentiario suo mandat, ut, si mutato consilio H(ugo) comes Barri Ducis in subsidium imperii Romaniae votum suum pro subsidio Terrae sanctae duxerit commutandum, eidem receptam pecuniam pro redemptione ac commutatione votorum, arrepto transmarino itinere, concedant. vii id. Mai. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 218. n° 229. — »Cum dilectum filium.«

„ 9 | „ | (10334) Eisdem mandat, ut sedem apostolicam reddant certiorem de summa pecuniae pro redemptione et commutatione votorum subveniendae Terrae sanctae in provincia Re-

**1237.**

mensi collectae, ut de illa disponere possit. vii id. Mai. a° 11°. || Sbaralea l. c. n° 230. — »Non mediocriter urget.«

Mai. 10 Viterbii (10335) Regi Scotiae significat, se O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali legato ex latere suo in Angliam destinato in regno Scotiae legationis officium motu proprio commisisse. Rogat et hortatur eum, ut illum plena mentis ilaritate suscipiat *etc.* vi id. Mai. a° 11°. || Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 40; Theiner Mon. Hibern. 35. in n° 90. — »Cum universis ecclesiis.«

» 10 » (10336) Pisanis mandat, ut Lucae episcopo Lucensi castra Montis Topari, Pratilionis s. Gervasii, Montis Castelli *etc.* cum pertinentiis restituant. vi id. Mai. a° 11°. || Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 15, *nonnisi fragm.* — *Cf.* 1244. Mai. 14.

* *De eodem argumento* Archiepiscopo Pisano.

» 10 » * (10337) Monasterio s. Catharinae Caesaraugustano concedit tempore interdicti divinorum celebrationem. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 300.

» 11 » (10338) (Sigurdo) archiepiscopo Nidrosiensi mandat, ut (Gaufredum) Orcadensem episcopum, qui paralitico morbo laborans et continue infirmitatis lecto decumbens per multos annos nequiverit pontificale officium exercere, moneat ut cedat episcopatui et, si forte cedere noluerit, eidem providum coadiutorem deputet. v id. Mai. a° 11°. || Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. i. 13. — »Quod nobis fraternitas.«

» 11 » (10339) Eidem mandat, ut, si ecclesiae Scalholtensi viderit expedire, vice sua (Magni Gissuri) Scalholtensis episcopi cessionem recipiat eidemque de bonis episcopalibus pro sustentatione provisionem congruam assignet. v id. Mai. a° 11°. || Unger og Huitfeldt l. c. VII. i. 14. — »Prudenter agnoscens venerabilis.«

» 11 » (10340) Eidem respondet, an deficienti in quibusdam ecclesiis suffraganeorum suorum eucharistia propter frumenti penuriam simplex oblata undecumque confecta populo, ut sub quadam decipiatur pietatis specie, ac cerevisia vel potus alius loco vini sint tradenda. v id. Mai. a° 11°. || Lange Dipl. Norveg. I. i. 14. n° 16. — »Tue fraternitati querenti.«

» 11 » (10341) Eidem mandat, ut (Gudmundum) Holensem episcopum suffraganeum suum, quia privatus penitus lumine oculorum clericos ad sacros ordines promovit, a pontificalis officii et dictos clericos ab ordinum sic receptorum executione suspendat. v id. Mai. a° 11°. || Lange l. c. n° 17. — »Quia sicut ex.«

» 11 » (10342) Eidem mandat, moneat eundem episcopum, ut cum privatus omnino lumine oculorum non possit pontificale officium exercere, episcopatui cedat. v id. Mai. a° 11°. Lange l. c. 15. n° 18. — »Porrecta nobis tua.«

» 12 » (10343) Priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum in Lombardia *eadem dat mandata, quae dedit* 1227. Sept. 4. *alio fratri* (*vid.* n° 8028). iv id. Mai. a° 11°. | Ripolli Bullar. Praed. I. 93. n° 162; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 219. n° 231. — »Succensa est quasi.«

» 12 » (10344) Praeceptori et fratribus militiae Christi in Livonia notum facit, se secundum preces eorum ipsos fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani univisse. iv id. Mai. a° 11°. || Mittheil. a. d. Gesch. Liv-Ehst- u. Kurlands VIII. 139; *cf.* Bunge Livländ. UB. III. Reg. 11. n° 168. — »Grato dilectorum filiorum.«

» 12 » (10345) (Sigurdo) archiepiscopo Nidrosiensi confirmat statutum a suffraganeis Nidrosiensis ecclesiae capitulorum suorum consensu factum, ut quilibet ipsorum solvat Nidrosiensi electo certam pecuniae quantitatem in subsidium expensarum, »quas propter itineris longitudinem ad sedem apostolicam veniendo faciunt hii, qui pro tempore ad ipsius regimen eliguntur.« iv id. Mai. a° 11°. || Lange Dipl. Norveg. VI. i. 21. — »Cum a nobis.«

» 13 » (10346) (Wilhelmum) episcopum quondam Mutinensem protonotarium (*leg.* poenitentiarium) suum apostolicae sedis legatum in Livonia rogat et hortatur, ut omnia, quae in ipsius potestate sint, conetur ad placandum (Waldemarum) regem Daniae cum fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani et fratribus militiae Christi de Livonia, praesertim de castro Revel. iii id. Mai. a° 11°. || Turgenevii Russ. monim. I. 48; Bunge l. c. 193. n° 150; *pars ultima* Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 65; Gruber Orig. Livon. 273; Scr. rer. Livon. I. 402. n° 53; *epit. in* Meursii Opp. IX. 396 not. Gramm.; ap. Tromby Storia V. app. 136. n° 18. — »De unione quae.«

» 13 » (10347) Fratri Guillelmo poenitentiario suo mandat, inducat Christifideles efficacibus exhortationibus, ut Terrae sanctae periclitanti sumendo crucis signum subveniant; pollicetur eisdem privilegia. iii id. Mai. a° 11°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 220. n° 232. — »Rachel suum videns.«

» 14 » (10348) (Nicolao) Rigensi, (Hermanno) Tarbatensi et (Henrico) Osiliensi episcopis significat, se magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum praeceptorem et fratres militiae Christi de Livonia uniendos duxisse cum bonis omnibus eorundem, statuens ut ipsi et ceteri fratres praedicti hospitalis s. Mariae sub diocesanorum et aliorum prae-

**1237.**

latorum suorum iurisdictione consistant. Rogat eos et hortatur, dent operam, ut ex unione huiusmodi desiderata possit utilitas exoriri. II id. Mai. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1237 § 64; Gruber Orig. Livon. 274. n° 54; Script. rer. Livon. I. 402. n° 54; Bunge Livländ. UB. I. 191. n° 149; Turgenevius l. c. 49; *germanice* ap. Arndt Livländ. Chron. II. 39. — »Grato dilecti filii.«

Mai. 14 | Viterbii | (10349) (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi protonotario (poenitentiario *recte Dog.*) suo apostolicae sedis legato de superiore ad dictos episcopos epistola significat, eumque monet, largiatur omnem quam possit operam, »ut quod in spe nostra ex huiusmodi unione geritur, in productione gratorum haberi fructuum videatur.« II id. Mai. a° 11°. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 13; Ziegenhorn Staatsrecht. Beyl. 7. n° 9; Turgenevius l. c. 50. — »Grato dilecti filii« (dilectorum filiorum *Dog.*).

» 16 | » | (10350) Fratribus ordinis Praedicatorum pro conversione terrae Cheurim praedicantibus concedit, ut, si qui gentis terrae eiusdem, postquam baptismi perceperint sacramentum, sive clerici sive laici ex aliquo casu sententiam excommunicationis incurrerint, eis absolutionis beneficium, si humiliter illud postulandum duxerint, impendant. XVII kal. Iun. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. I. 93. n° 163; Fejér Cod. dipl. IV. I. 84; Theiner Mon. Hungar. I. 150. n° 268. — »Ut facile provenire.«

» 16 | » | (10351) Eisdem in terra Cheurim, in qua episcoporum copiam non habent, benedicendi pallas altaris et sacerdotales vestes ac coemeteria concedit facultatem. XVII kal. Iun. a° 11°. ‖ Ripoll l. c. 93; Fejér l. c. 85; Theiner l. c. 151. n° 269. — »Sperantes quod multitudo.«

» 16 | » | (10352) (Sigurdo) archiepiscopo Nidrosiensi mandat, ut, cum sacerdotes in diocesi et provincia Nidrosiensi existentes matrimonia contrahant et tanquam laici sic contractis utantur, hunc detestandae consuetudinis abusum studeat extirpare. XVII kal. Iun. a° 11°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 15. n° 19. — »Sicut ex parte.«

» 16 | » | (10353) Eidem libertates et immunitates a Romanis pontificibus et regibus principibusque ecclesiis regni Norwagiae concessas confirmat. XVII kal. Iun. a° 11°. ‖ Lange l. c. I. I. 16. n° 20. — »Cum irrefragabiliter sint.«

» 16 | » | (10354) Eidem libertates et immunitates, quas b. m. N(icolaus) Albanensis episcopus tunc sedis apostolicae legatus ecclesiis regni Norwagiae ipsi subiectis indulsit, ratas habet et confirmat. XVII kal. Iun. a° 11°. ‖ Lange l. c. I. I. 16. n° 21. — »Solet annuere sedes.«

» 17 | » | (10355) Neophitos in Cheurin (Cheurim *Fej.* [Körös]) et locis adiacentibus constitutos exhortatur, ut fratres ordinis Praedicatorum de Ungaria, regis aeterni praecones, benigne ac hilariter admittant et coelestis doctrinae pabulum, quod eis duxerint proponendum, avidis auribus et attentis cordibus audiant. XVI (XI *Rip., Fej.*) kal. Iun. (Iul. *Fej.*) a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 95. n° 169; Theiner Mon. Hungar. I. 151. n° 270; Fejér Cod. dipl. IV. I. 90. — »Gaudiorum immensitate perfundimur.«

» 17 | (») | * (10356) Monasterio s. Catharinae Caesaraugustano inter alia exemptionem a solutione fructuum indulget. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 299.

» 18 | » | (10357) (Raimundum) comitem Tholosanum monet, ut Massilienses in comitem Provinciae rebellantes iuvare desistat et malefacta sua emendet, iter transmarinum ipsi impositum quam primum peracturus. XV kal. Iun. a° 11°. ‖ Teulet Layettes II. 339. n° 2514. — »Ex parte carissimi.« *Cf.* n° 10348.

» 18 | » | (10358) (Stephano) priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia mandat, ut monasterium de Columbario Mutinens. dioc. in spiritualibus et temporalibus collapsum cum iuribus et pertinentiis fratribus de Campaniola concedat eosque in possessionem inducat. XV kal. Iun. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 94. n° 165. — »Cum monasterium in.«

» 19 | » | (10359) (Alberto) episcopo Mutinensi mandat, ut inter praepositum capitulumque Parmenses ex parte una et abbatem S. Iohannis, archipresbyterum de Burgo s. Donnini et quosdam alios ecclesiarum praelatos, capellanos et clericos Parmensis civitatis et diocesis ex altera, qui in electione Parmensis episcopi sibi vocem contra iustitiam vindicare praesumunt, iudicium faciat. XIV kal. Iun. a° 11°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 366. n° 59. — »Dilecti filii praepositus.«

» 19 | » | (10360) Abbati et conventui S. Iusti Praemonstr. ord. Belvacens. dioc. redditus qui annualia vulgariter nuncupantur, in s. Mariae, s. Michaelis, s. Bartholomaei, s. Laurentii et s. Vedasti ecclesiis Belvacensibus percipiendos annis singulis eisque ab Henrico b. mem. Belvacensi episcopo concessos auctoritate apostolica confirmat. XIV kal. Iun. a° 11°. ‖ Louvet Hist. de Beauvais 553; Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 728. — »Solet annuere sedes.«

» 20 | » | (10361) (Ludovicum) regem Franciae rogat et hortatur, ut (Raymundum) comitem Tolosanum a tuendis partibus civitatis Marsiliae — quae se dicto comiti non sine magna perfidia subiecerat et a comitis Provinciae, ad cuius dominium illa pertinebat, iurisdictione

**1238.**

Mart. 19 Laterani (10543) Abbati et conventui monasterii de Zwiuildea [Zwiefalten] ord. s. Ben. Constantiens. dioc. ad exemplar Coelestini et Innocentii praedecessorum suorum ecclesiam de Zwiuildea, quam b. m. D(ithelmus) Constantiensis episcopus eorum monasterio concesserat, confirmat. xiv kal. Apr. a° 11°. || Wirtemberg. UB. III. 416. n° 914. — »Cum a nobis.«

» 19 » • (10544) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi mandat, dispenset cum Petro, Andrea et Iacobo clericis (Waldemari) regis Daciae, ut singuli unum beneficium curam habens animarum annexam obtinere possint, si eis canonice offeratur. xiv kal. Apr. a° 11°. || Porthan Bullar. access. 33. n° 32.

» 19 » (10545) Priori et fratribus hospitalis Ierusolimitani in Moravia domum in Staregrod [Stargard] cum pertinentiis a cl. mem. B(ogislao) duce Cassubiae ac B(ogislao) filio eius istis concessam confirmat. xiv kal. Apr. a° 11°. || v. Ledebur Arch. f. d. Gesch. des preuss. Staates XVI. 233; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 537. n° 246, *uterque male ad* a. 1237; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. VI. 14. n° 9 *omisso initio*; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 264. n° 355. — »Iustis petentium desideriis.«

» 20 » Eisdem: »xiii kal. Apr. a° 11°«. || v. Ledebur l. c. 234; Hasselbach l. c. n° 247, *vid.* 1238. Mart. 16. n° 10541.

» 21 » (10546) Priori et fratribus hospitalis Ierosolimitani in Moravia domos de Lubesow et de Stargrod cum pertinentiis suis, quas cl. mem. Grimislaus princeps Pomeraniae eis (a. 1198) concesserat, confirmat. xii kal. Apr. a° 12°. || Dreger Cod. Pomer. I. 193. n° 121, *male ad* a. 1239; Hasselbach l. c. 576. n° 267. — »Iustis petencium desideriis.«

» 22 » • (10547) Grégoire, sur la pleinte du podestat et des habitants de Florence, prie Thibaut comte de Champagne de faire rembourser par les habitants de son comté les sommes qu'ils ont empruntées à des marchands de Florence. || Jubainville Comtes de Champagne V. 360. n° 2448.

» 23 » (10548) Repetit n° 10501 d. d. 1238. Ianr. 16: »x kal. Apr. a° 12°« — »Cum secundum consilium.« || Wadding Ann. Minor. III. 400. n° 4; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 235. n° 251.

» 24 » (10549) Abbati et priori de Raitenhalsa (Roitenh. *Baur*) Cisterc. ord. et praeposito ecclesiae de Ranshoven Salzburgens. et Pataviens dioec. causam inter (Ottonem) ducem Bavariae comitem palatinum Reni et (Sigfridum) archiepiscopum Maguntinum super villis de Pesensheim et de Walhusen vertentem committit terminandam. ix kal. Apr. a° 12°. || Baur Hessische Urkunden III. 587. n° 1519; Quellen u. Erörterungen V. 67. n° 29 (*male ad* a. 1239). — »Dilectus filius nobilis.«

» 24 » (10550) (Sigfridum) archiepiscopum Maguntinum, qui eiectis monachis commorantibus in monasterio Laurisensi ord. s. Ben. castrum de Starkenberg, quasdam praeposituras ecclesias et possessiones monasterii nominati suis usibus temere deputaverat, hortatur, ut castrum praeposituras *etc.* abbatibus de Wallerbach Cisterc. et de Richenbach s. Ben. ordinum nomine praescripti monasterii restituat. ix kal. Apr. a° 12°. || Baur l. c. 587. n° 1520. — »Ad audientiam nostram.«

» 25 » (10551) C(onradum) Mazoviae et Lanchiciae et alios duces Poloniae, qui homines cathedralium et aliarum ecclesiarum Gneznensis provinciae angariis, perangariis et vectigalibus graviter affligebant et contra iustitiam cogebant, ut ipsorum venatores in domibus suis reciperent ac illis procurationes indebitas exhiberent, rogat et monet, ut a praedictorum ecclesiarum et hominum gravaminibus quiescentes omnino eis de illatis damnis et iniuriis debitam satisfactionem exhibeant. viii kal. Apr. a° 12°. || Theiner Mon. Polon. I. 32. n° 70; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 56. — »Sua nobis venerabilis.«

» 25 » (10552) Ottonem ducem de Bruneswic, qui zelo fidei accensus contra Prutenos recepit signum crucis, cum terris et aliis bonis omnibus sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut, donec de suo reditu vel obitu certissime cognoscatur, ea omnia integra maneant et quieta. viii kal. Apr. a° 12°. || Scheid Origg. Guelf. IV. prob. 171. n° 71. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 25 » (10553) (Conrado) Hildesemensi, (Ottoni) Verdensi et (Willelmo) Mindensi episcopis de superiore epistola significat eisque mandat, ne permittant ut praefatus dux contra huius protectionis tenorem ab aliquibus indebite molestetur. viii kal. Apr. a° 12°. || Scheid l. c. 172. n° 72. — »Cum dilectum filium.«

» 26 » (10554) Ottoni duci de Bruneswic significat, se pro sedanda discordia inter eius et lantgravii Thuringiae domos suborta dispensare cum Helena eius filia et Hermanno filio b. Helisabet nepote dicti nobilis, qui se quarto gradu consanguinitatis attingant, ut possint ad invicem matrimonialiter copulari. vii kal. Apr. a° 12°. || Scheid l. c. 173. n° 74. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 26 » • (10555) Decano, magistro scholarum et thesaurario Civitatensis ecclesiae mandat, ut illos qui Pereyrenses milites Cisterc. ordinis eorumque familiares infestent, per censuras ecclesiasticas compescant. vii kal. Apr. a° (11°, *sed lega*) 12°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 570.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| Mart. 26 | Laterani | * (10556) Ferdinandum Castellae regem hortatur, ut magistrum et fratres del Pereyro Cisterc. ord. charos habeat. VII kal. Apr. a° (11°, *sed legas*) 12°. ‖ Manrique l. c. 570. |
| » 26 | » | (10557) S. Andreae et S. Viti decanis Frisingens. dioc. et scholastico Frisingensi de controversia inter abbatem conventumque s. Emmerami Ratisponensis ex parte una et Reimarum, A. matrem eius et quosdam alios Ratisbon. dioc. super terris, redditibus *etc.* vertente mandata dat. VII kal. Apr. a° 12°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 171. n° 74. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 29 | » | (10558) O(ttonem) ducem de Bruneswic rogat et monet, ut Hildensemensem ecclesiam habeat propensius commendatam eamque contra malignorum incursus potentiae suae praesidio tueatur. IV kal. Apr. a° 12°. ‖ Scheid Origg. Guelf. IV. prob. 174. n° 75. — »Quia personam tuam.« |
| » 30 | » | (10559) Episcopo Auriensi mandat, compellat fratres Praedicatores et Minores ac religiosos alios exemptos regni Portugaliae, ut in eis locis, ad quae (Sancius) rex Lusitaniae accedat, interdictum observent. III kal. Apr. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 235. n° 252. — »Cum ferro abscindenda.« |
| » 31 | » | (10560) O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut illos crucesignatos, qui propter paupertatem, senectutem, debilitatem aut infirmitatem nequeunt personaliter exequi votum, a voto crucis absolvat. II kal. Apr. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 38. n° 96. — »Carissimus in Christo.« |
| » 31 | Romae | »A° D[i] 1238. indict. XI. mense Martio, quarta feria maioris edomadae (*sic!*) quadragesimae dominus Gregorius pp. IX consecravit hanc ecclesiam in honore bb. Eusebii et Vincentii« *etc.* ‖ Inscriptio in porticu ecclesiae coenobii s. Eusebii, ap. Montfaucon Diar. Italicum 124. |
| Apr. 1 | Laterani | (10561) R. de Supino rectori ducatus Spoleti mandat, ut Tudertinos ad pacem cum Urbevetanis observandam censuris ecclesiasticis et poenis temporalibus compellat. Kal. Apr. a° 12°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 109. n° 189. — »Indevoti domino et.« |
| » 1 | (») | * (10562) Monachis S. Petri Carnotensis indulget, ut, cum sic habeatur in ordinatione de reformando ordine s. Benedicti, ut ubi unus monachus commoretur, ibi alter eidem associetur, quatenus si ille ceciderit hunc habeat sublevantem — in huiusmodi locis eorum ultra id, quod hactenus sit obtentum, nullus de novo sibi praesumat aliquid usurpare. ‖ Guérard Cartul. de St.-Père de Chartres II. 691. |
| » 3 | — | * Episcopo Emonensi et electo Tergestino: »Viterbii.« ‖ Bianchi Docum. 45. n° 121, *vid.* 1237. Apr. 3. n° 10312. |
| » 9 | (Laterani) | (10563) Decano Parisiensi et fratri Willelmo de ordine fratr. Minor. poenitentiario suo mandat, inhibeant executoribus quorundam nobilium, ne quemquam cogant ad redemptionem voti pro itinere ad Terram sanctam. V id. Apr. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 235. n° 253. — »Licet sicut te.« |
| » 12 | » | (10564) Praepositum, conventum et monasterium in Staingaden ord. Praemonstr. Augustens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Georgii in Sibenaich, quam S. Augustensis episcopus eis donavit, ipsis confirmat. II id. Apr. a° 12°. ‖ Mon. Boica VI. 524. — »Cum a nobis.« |
| » 12 | » | * (10565) Eidem monasterio ecclesiam s. Nicolai in Widergeltingen a Godescalco Augustensi episcopo ei donatam confirmat. II id. Apr. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 272. |
| » 12 | » | (10566) Monasterium in Wessesbrunen cum omnibus bonis patrocinandum suscipit, specialiter autem ei omnes terras, possessiones et alia bona, sicut ea iuste possidet, confirmat. II id. Apr. a° 12°. ‖ Mon. Boica VII. 396; *deficiente initio* Leutner Hist. Wessofont. I. 243. — »Cum a nobis.« |
| » 13 | » | (10567) Abbati de Buron, de Steingaden et de Pollingen ecclesiarum praepositis Augustens. dioc. mandat, ut ea, quae de monasterii de Wessenbrunen ord. s. Ben. eiusd. dioc. bonis alienata invenerint illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocent. Id. Apr. a° 12°. ‖ Leutner l. c. I. 243; Mon. Boica VII. 397. — »Presentium vobis auctoritate.« |
| » 13 | » | (10568) Abbati de Buren et praepositis Diessensi et Pollingano mandat, ut abbatem et conventum de Wessinsbrunnen ord. s. Ben. contra Conradum et Henricum fratres dictos Spannagel milites et alios quosdam Augustensis diocesis, qui illos equis, bobus *etc.* spoliaverant, defendant. Id. Apr. a° 12°. ‖ Leutner l. c. 244, *non integra.* |
| » 13 | » | (15569) Repetit n° 10513 d. d. 1238. Ianr. 30: »Id. Apr. a° 12°« — »Pro zelo christianae.« Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 236. n° 254. |
| » 14 | » | (10570) Regem Lusitaniae admonet, ne per se vel suos officiales aut vasallos personas ecclesiasticas infamare vel domos infringere aut bona ipsarum diripere praesumat *etc.* |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** xvIII kal. Mai. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 49, *omisso initio incipiens* — »Saluti tuae consulere.« |
| | | * *De eadem re* Bracharensi archiepiscopo. |
| Apr. 15 | Laterani | (10571) Ab (Agnete) abbatissa et conventu inclusarum ancillarum Christi monasterii s. Francisci ord. s. Dam. Pragensibus liberam resignationem hospitalis s. Francisci Pragens. dioc. earum monasterio ab apostolica sede concessi recipit eisque concedit, ut invitae cogi ad recipiendum de cetero possessiones aliquas nequeant. xvII kal. Mai. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 236. n° 255; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 437. n° 940; *cf.* Palacky Reise 27. n° 142. — »Pia credulitate tenentes.« |
| » 15 | » | (10572) Archiepiscopis et episcopis ad quos litterae istae pervenerint mandat, ut in suis diocesibus fratribus ordinis Praedicatorum ibidem constitutis absolutione ac dispensatione indigentibus, cum ab eis fuerint requisiti, beneficium absolutionis impendant et dispensent. xvII kal. Mai. a° 12°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 99. n° 178. — »Quia proni sunt.« |
| » 15 | » | * (10573) Abbatibus Campidonensis ecclesiae perpetualiter usum mitrae indulget. xvII kal. Mai. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 274. |
| » 15 | » | * (10574) Abbatibus in Uotenburon idem concedit. xvII kal. Mai. a° 12°. ‖ Lang l. c. 274. |
| » 16 | » | (10575) (Conrado) abbati de Wessisbrunne ord. s. Ben. Augustens. dioc. concedit, ut monasterii sui monachis et conversis, qui pro violenta iniectione manuum in se ipsos, pro detentione proprii et pro negata obedientia vel conspiratione in excommunicationis laqueum inciderint, beneficium absolutionis impendat. xvI kal. Mai. a° 12°. ‖ Leutner Histor. Wessofont. I. 252. — »Petitio tua nobis.« |
| » 17 | » | (10576) Priori Corbeiensi et decano Novae ecclesiae [*hodie est extincta*] Paderbornens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii monialium in Skaken ord. s. Ben. Paderb. dioc. alienata invenerint illicite vel distracta, ad ius et proprietatem illius legitime revocent xv kal. Mai. a° 12°. ‖ Schaten Ann. Paderborn. II. 36. — »Dilectorum filiorum praepositi.« |
| » 17 | » | * (10577) Monasterium s. Vincentii Wratislaviensis ord. Praemonstr. sub b. Petri et sua protectione suscipit. xv kal. Mai. a° 12°. ‖ Grünhagen Regesten I. 193. n° 517. |
| » 19 | » | * (10578) Bertoldo praeposito in Staingadem confirmat possessiones a duce Welfone fundatore collatas. xIII kal. Mai. indict. X(!). pont. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 274. |
| » 21 | » | (10579) Episcopo Cenomanensi mandat, ut redemptiones votorum crucesignatorum ac legata et alias deputata succursui Terrae sanctae in Rotomagensi provincia et sua diocesi colligat et tertiam partem ad praesens Petro de Brana crucesignato et duas eidem, cum fuerit in partibus Constantinopolitanis, integre assignet. xI kal. Mai. a° 12°. Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 237. n° 256. — »Praesentium tibi auctoritate.« *Cf.* n° 10590. |
| » 21 | » | (10580) Duobus abbatibus Cisterciensis ord. Herbipolens. dioc. et Dominicanorum Herbipolensium priori mandat, ut de virtute morum et veritate signorum, operibus videlicet et miraculis piae mem. Brunonis episcopi Herbipolensis († 1045. Mai. 27) inquirant. xI kal. Mai. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 63. — »Sicut venerabilis frater.« |
| » 21 | » | (10581) S. Andreae et S. Viti decanis Frisingens. dioc. et scholastico Frisingensi mandat, compellant rectorem ecclesiae de Rutte [Vogt-Reuth] per subtractionem proventuum, ut in eadem debitam faciat residentiam. xI kal. Mai. a° 12°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 172. n° 75. — »Abbas S. Emmerami.« |
| » 22 | » | (10582) Provinciali in Polonia et Pragensi prioribus ordinis fratrum Praedicatorum committit curam hospitalis s. Francisci Pragensis ad tempus visitandi et reformandi. x kal. Mai. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 402. n° 6; Ripolli Bullar. Praed. I. 100. n° 179; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 237. n° 257; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 438. n° 942; *cf.* Palacky Reise 27. n° 143; Grünhagen Regest. I. 194. n° 519. — »Vota devotorum ecclesiae.« |
| » 24 | » | (10583) Ministro ordinis fratrum Minorum in Navarra et magistro Petro de Leodegaria de ordine fratrum Praedicatorum Pampiloniae commoranti(bus *add. Rip.*) mandat, ut in regno Navarrae contra illos, quos per inquisitionem haereticae labis constiterit esse reos, iuxta sanctiones canonicas et statuta nuper edita procedant. vIII kal. Mai. a° 12°. Wadding l. c. 5. n° 6; Ripoll l. c. 101. n° 181; Sbaralea l. c. 238. n° 258. — »Rumor qui de.« |
| » 24 resp. 25 | » | (10584) Willelmo Arnaldi ordinis Praedicatorum (et Seraphino de S. Tiberio Minorum *add. Sbar.*) inquisitori(bus *add. Sb.*) haereticorum (et eius collegae *om. Sbar.*) in civitate et diocesi Tolosana mandat, ut re diligenter expensa de his, quae Raymundus Rogerii dictus Minor civis Tolosanus proponit, decernant. vII (vIII *Wadd., Sbar.*) kal. Mai. a° 12°. Wadding l. c. 6. n° 7; Ripoll l. c. 100. n° 180; Sbaralea l. c. 239. n° 259. — »Raymundus Rogerii dictus.« |

**1238.**

Apr. 26 | Laterani | (10585) (Theoderico) episcopo Cumanorum mandat, ut fratrem Pousam de ordine Praedicatorum terrae Bosnae praeficiat in episcopum et pastorem; iniungat eidem, ut de terra Cholim (*al.* Cholimi, Culini bani) diligentem curam in spiritualibus habeat, quousque cum illa per Romanam ecclesiam quod opportunum fuerit, disponatur. VI kal. Mai. a° 12°. ‖ Ripoll l. c. 101; Pray Hierarch. II. 416; Katona Hist. crit. V. 836; Fejér Cod. dipl. IV. I. 124; Theiner Mon. Hungar. I. 162. n° 289; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 54. — »Inspirationis divinae gratia.«

» 27 | » | (10586) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam b. Dominici confessoris fratrum Praedicatorum de Bononia in die festivitatis eiusdem cum devotione accesserint, indulgentiam 40 dierum concedit. V kal. Mai. a° 12°. ‖ Ripoll l. c. 102. n° 183. — »Quoniam ut ait.«

» 27 | » | (10587) Praeposito et conventui monasterii in Daubravnik ord. s. Aug. Olomucens. dioc. possessiones, quas quondam Stephanus pater praedicti praepositi eis donaverat, auctoritate apostolica confirmat. V kal. Mai. a° 12°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 354. n° 305, *perperam ad* a. 1239. — »Cum a nobis.«

» 27 | » | (10588) Magistro et fratribus ordinis Hospitalis concedit possessionem hospitalis s. Francisci Pragensis ab Agnete abbatissa germana regis Boemiae et conventu renunciati. V kal. Mai. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 240. n° 260; Wadding Ann. Min. III. 402. n° 7, *cf.* p. 9; Erben Reg. Bohem. I. 439. n° 943; *cf.* Palacky Reise 27. n° 144; Fejér Cod. dipl. VII. I. 255. — »Carissima in Christo.«

» 27 | » | * (10589) Praeposito et conventui monasterii de Daubravnik ord. s. Aug. possessiones, quas quondam Stephanus pater dicti praepositi eidem monasterio donaverat, confirmat. V kal. Mai. a° 12°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 354; Erben l. c. 447. n° 966, *perperam ad* a. 1239.

Mai. 4 | » | (10590) Episcopo Sagiensi mandat, ut redemptiones votorum crucesignatorum ac legata et alias deputata succursui Terrae sanctae in Rothomagensi provincia et sua diocesi colligat et tertiam partem ad praesens Petro de Bruna crucesignato *etc.* assignet. IV non. Mai. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 240. n° 261. — »Praesentium tibi auctoritate.« *Cf.* n° 10579.

» 4 | » | (10591) Magistro et fratribus Templi de Ungaria et per eos domui Militiae Templi libertates et immunitates, quas eis ad preces magistri Conae ac fratris Franconis Henricus rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae Ramaeque concesserat, prout in eius hîc inserto privilegio plenius continentur, confirmat. IV non. Mai. a° (10°, *sed legendum putaverim*) 12°. ‖ Pray Diss. de prioratu Auranae 7; Katona Hist. crit. IV. 525 *et* V. 773; Fejér Cod. dipl. IV. I. 37; *non integra* ap. Fuxhoffer Monast. (ed. 2$^{da}$). II. 161; *Henrici diploma etiam* ap. Fejér l. c. II. 329. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 | » | (10592) Abbatissae et conventui inclusarum ancillarum Christi monasterii s. Francisci Pragensis ord. s. Dam. rigorem regulae in quibusdam temperat. III non. Mai. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 401. n° 5; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 240. n° 262; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 439. n° 944; *cf.* Palacky Reise 28. n° 145. — »Pia meditatione pensantes.«

» 6 | » | (10593) Archiepiscopo Toletano scribit, a Portugalliae rege, qui ecclesias et personas ecclesiasticas pene importabilibus oppressionibus tribularet ita ut nulla in regno ipso libertatis ecclesiasticae vestigia remanserint, sine omni culpa magistrum Iohannem decanum Ulixbonensem bis spoliatum esse bonis suis et exulare coactum. Eidem mandat, ut praedicto decano et eius clericis et laicis persecutionem huiusmodi patientibus tam ab ecclesiis cathedralibus et aliis, quam monasteriis regnorum Castellae et Legion. provisionem decentem et congruam faciat assignari, donec persecutione cessante pacificam possessionem ablatorum habeant. II non. Mai. a° 12°. ‖ (Marini) Archiatri pontificj II. 1. — »Tyrannidem quam Portugalliae.«

» 7 | (») | (10594) Priori monasterii Clarae-Vallensis concedit facultatem sede abbatis vacante absolvendi monachos ab omni excommunicationis sententia. ‖ Montanbon Privilèges de l'ordre de Cîteaux 291.

» 9 | » | (10595) Agnetem ancillam Christi, quae munus abbatissae resignaverat, plurimum laudat et ad excelsas virtutes capessendas invitat. VII id. Mai. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 12; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 241. n° 263; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 440. n° 946; Palacky Reise 28. n° 146. — »De conditoris omnium.«

» 11 | » | (10596) Eandem, quae sedi apostolicae formam vitae confectam ex formula vitae a b. Francisco s. Clarae abbatissae monasterii s. Damiani de Assisio tradita et quibusdam capitulis quae in ordinis b. Damiani regula continentur, ad confirmandum destinaverat, ab observantia praedictae formulae absolvit eique mandat, ut regulam quam transmittat sub bulla sua suscipiat et in monasterio suo futuris temporibus observet. V id. Mai. a° 12°. ‖ Wadding l. c. 10; Sbaralea l. c. 242. n° 264; *omisso initio* ap. Erben l. c. n° 947; *cf.* Palacky l. c. n° 147. — »Angelis gaudium et.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| Mai. 12 | Laterani | (10597) Decano et capitulo ecclesiae Frankenwordensis Maguntinens. dioc. ius patronatus, quod in capella de Bishovesheim ex donatione quondam Philippi praepositi dictae ecclesiae canonice adepti erant, confirmat. IV id. Mai. a° 12°. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 64. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 13 | » | (10598) (Raimundo) episcopo Tolosano et inquisitoribus haereticae pravitatis in terra (Raimundi) comitis Tolosani et partibus Albigensibus mandat, ut inquisitionem haereticae pravitatis et effectum condemnationum latarum in homines dicti comitis, postquam nuntii eiusdem comitis arripuerunt iter ad sedem apostolicam veniendi, usque ad tres menses suspendant. III id. Mai. a° 12°. ‖ Teulet Layettes II. 377. n° 2711. — »Actore Deo fidem.« |
| » 13 | » | (10599) (Arnaldo) Agennensi episcopo *scribit in eundem modum.* III id. Mai. a° 12°. ‖ Teulet l. c. n° 2712. — »Actore Deo fidem.« |
| » 18 | » | (10600) (Sigfrido) archiepiscopo Moguntino et suffraganeis eius, abbatibus, praepositis ... et aliis ecclesiarum praelatis per Moguntinam provinciam constitutis mandat, ut illos qui possessiones vel res aut domos abbatis et fratrum de Otterburg Cisterc. ord. Mogunt. dioc. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicent *etc.* XV kal. Iun. a° 12°. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 52. n° 72, *perperam ad* a. 1239. — »Non absque dolore.« |
| » 18 | » | (10601) Compositionem inter abbatem conventumque monasterii s. Salvatoris de Copornuch ord. s. Ben. Vesprimiens. dioc. ex parte una et episcopum Vesprimiensem ex altera, qui illud multipliciter aggravabat et occasione visitationis equum et alia munera extorquebat, amicabiliter initam confirmat. XV kal. Iun. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 163. n° 290; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 85. — »Ea que iudicio.« |
| » 18 | » | (10602) Cantori et capitulo saecularis ecclesiae s. Mariae Stamparum Senonens. dioc. compositionem, quae inter eos ex una parte et archidiaconum Stampensem ex altera super quibusdam redditibus et rebus aliis amicabiliter intercessit, confirmat et communit. XV kal. Iun. a° 12°. ‖ Fleureau Antiq. d'Estampes 336. — »Ea quae in.« |
| » 18 | » | * (10603) Monasterio de Arnesburch Cisterc. ord. privilegium contra molestatores concedit eique indulget, ut nullus in idem excommunicationis sententiam absque speciali sedis apostolicae mandato promulgare possit. XV kal. Iun. a° 12°. ‖ Baur UB. des Klosters Arnsburg 15. n° 26. |
| » 21 | » | (10604) Abbatem et conventum S. Crucis de Edeneburch ord. s. Aug. tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam de Melhinge eis confirmat. XII kal. Iun. a° (10°, *equidem legerim*) 12°. ‖ Liber cart. S. Crucis 175. n° 4. — »Cum a nobis.« |
| » 25 | » | (10605) H(enricum) ducem Zlesiae et Cracoviae monet et hortatur, ut de illatis Gneznensi et archiepiscopo et ecclesiae damnis et iniuriis irrogatis plenam satisfactionem impendens ab ipsorum oppressionibus et molestiis penitus conquiescat. VIII kal. Iun. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1238 § 56; Theiner Mon. Polon. I. 33. n° 71; *cf.* Grünhagen Reg. I. 194. n° 520. — »Cupientes ut ab.« |
| » 26 | » | (10606) Maioris ecclesiae et s. Thomae decanis Argentinensibus scribit de mutilatione digitorum sinistrae manus ac vulneribus per Hameldum, Henricum, Ebelinum et Bertolpum presbyteros canonicos ecclesiae s. Cyriaci Wormatiensis dioc. Ebroldo presbytero canonico ecclesiae nominatae irrogatis et de sententia, quam hac in causa R. Ostiensis episcopus tulit. Mandat eis, ut ipsam sine difficultate qualibet executioni mandent. VII kal. Iun. a° 12°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 18. — »In nostra constitutus.« |
| » 26 | » | (10607) Ludovicum Francorum regem hortatur, ut sedem apostolicam filialis devotionis gratitudine prosequatur. Addit, se templa in Bellovacensi provincia aperire iussisse, donec de redintegrandis illius ecclesiae iuribus agatur. VII kal. Iun. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 43; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 244. n° 265. — »Licet interdum immissiones.« |
| » 29 | » | (10608) Monasterium ss. Cosmae et Damiani de Cella Dei [Gutenzell] Cisterc. ord. Constantiens. dioc. abbatissa eiusque sororibus postulantibus sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. IV kal. Iun. indict. XI. incarn. dom. a° 1238. pont. a° 12°. ‖ Lünig Spicil. eccles. III. (Reichsarch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 99. n° 8; Wirtemberg. UB. III. 421. n° 919. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| Iun. 1 | » | (10609) Priori et conventui S. Mariae Novae in Ierusalem de Venetiis significat, se inhibere, ne quis praeter mandatum sedis apostolicae in eos vel monasterium ipsum excommunicationis vel interdicti sententiam promulget. Kal. Iun. a° 12°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. IV. 42. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 3 | » | * (10610) Ad Fridericum imperatorem Romanorum mittit legatum Ardinghum episcopum Florentinum, qui illum oret, ne iura gentium violet et ut Petrum Saracenum suum legatum captivum liberet; tum ut arma contra non confoederatos deponat remque iu- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| | | dicio ecclesiae permittat; tertio ut ea in Sarracenos convertat. III non. Iun. 1238. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 117. |
| Iun. 4 | Laterani | (10611) Regem Lusitaniae admonet, ut ab ecclesia affligenda desistat, decanum Ulyssiponensem aliosque iniuste oppressos in patriam revocet *etc.* II non. Iun. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 50. — »Si tua sublimitas.« |
| » 4 | » | (10612) (Petro?) archiepiscopo Gneznensi concedit, ut per suam provinciam ante se deferri faciat crucis signum, nisi cum apostolicae sedis legatus in Polonia fuerit constitutus. II non. Iun. a° 12°. ‖ Raynald. l. c. § 61; Theiner Mon. Polon. I. 34. n° 72. — »Considerans diligenter quod.« |
| » 5 | » | (10613) (Henrico) episcopo Constantiensi mandat, inducat plebanum de Boze [Boos], ut abbatissae et conventui eiusdem loci Cisterc. ord. aream, quam infra septa eiusdem claustri habeat, hilariter conferat, cum illae cupiant infra claustri sui ambitum recludi secundum alias Cisterciensis ordinis moniales. Non. Iun. a° 12°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 423. n° 921. — »Debitum iuris et.« |
| » 7 | » | (10614) Fratres militiae Templi in obsidione Alepiae a Sarracenis captos et in vinculis tentos consolatur: »Nos, licet a vobis longis simus locorum spatiis separati, ad liberationem tamen vestram ... opem dabimus et operam efficacem.« VII id. Iun. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 85. — »Ex frumento panis.« |
| » 7 | » | (10615) Eisdem indulget, ut a fratre Manasserio vel quolibet alio ordinis Minor. fratre vel a sacerdotibus Iacobitis absolvi possint. VII id. Iun. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 245. n° 266. — »Auctoritate vobis praesentium.« |
| » 8 | » | (10616) (Henrico) episcopo Constantiensi, abbati S. Urbani Cisterc. ord. Constant. dioc. et praeposito Spirensi mandat, ut excommunicationis et interdicti sententias, quas (Sigfridus) archiepiscopus Maguntinus propter litigiosam Curiensis episcopi electionem contra G(eronem) praepositum Ymbriacensem electum Curiensem promulgaverat, relaxent et tam electoribus quam electis, *i. e.* Geroni praefato et Volcardo canonico Curiensi, peremptorie terminum praefigant, quo personaliter compareant coram apostolico iustam recepturi sententiam. VI id. Iun. a° 12°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 20. — »Ex parte decani.« |
| » 9 | » | • (10617) Praepositum S. Emerami et quosdam alios in causa monasterii Altahensis [Niederaltaich] contra P. de Geroltingen, nobiles viros Alramum de Halse, W. et ... fratres de Schawbenberk *etc.* praetensas decimas concernente iudices delegat. V id. Iun. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 276. |
| » 20 | » | • (10618) Bernardo abbati et conventui monasterii Crassensis locum et ecclesiam s. Vincentii ante Valentiam confirmat, quam eis a. 1237. Iul. 9 Iacobus rex Aragonum donaverat, ut ibi faciant conventum ad honorem Domini et s. Mariae. XII kal. Iul. a° 12°. ‖ Mahul Cartul. II. 271. |
| » 21 | » | (10619) Capitulo Aurelianensi nunciat, se electionem (Guilelmi de Buxis) quondam Remensis praepositi in episcopum Aurelianensem confirmare. XI kal. Iul. a° 12°. ‖ Notices et extraits XXI. II. 245. — »Auditis et intellectis.« |
| » 26 | » | (10620) Apamiensi et Mancestano archiepiscopis mandat, inducant Armenorum praelatum qui Catholicos vulgariter appellatur, ut patriarchae et ecclesiae Antiochenis humiliter obediat et intendat. VI kal. Iul. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 34. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 26 | » | (10621) Willelmo poenitentiario suo et decano Parisiensi consulentibus respondet »quod legata in Terrae sanctae subsidium, quae testator certis assignari personis vel per certas personas in ipsius subsidium deferri mandavit, exigere« non possint. VI kal. Iul. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 403. n° 8; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 245. n° 267. — »Consultationi vestrae sic.« |
| » 28 | » | (10622) (Petro) episcopo Castellano mandat, ut perturbatores monasterii s. Mariae matris Christi de Venetiis ord. s. Damiani ab iniustis molestiis coerceat. IV kal. Iul. a° 12°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VI. 161; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 245. n° 268. — »Cum sicut accepimus.« |
| (Mrt. 30-Iun. 29) | » | (10623) (Vitali) archiepiscopo Pisano mandat, suadeat ut fratribus ord. Minorum de Pisis legata et donationes eis facta integre solvantur. III kal. (Apr.—Iul.) a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 246. n° 271. — »Sicut nostris est.« |
| » — | Anagniam.« | »(Mense Iunio) Gregorius papa *Urbem* exiens venit ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1040 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1029 — »A° postmodum 12° pontificatus sui *Anagniam* properans suspecti aeris declinavit insultus.« ‖ Vita Gr-i ex card. Arag. ap. Muratori l. c. III. I. 582. A. |
| Iul. 15 | Anagniae | (10624) Roberto archidiacono Rossensi, cui Rossensis episcopus ecclesiam de Fortherdino et capellam de Lesselino necnon terras et decimas bladi ecclesiarum de Ederdover, |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| | · | Longibride et Lemnalare in praebendam concesserat, hanc concessionem confirmat. Id. Iul. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 38. n° 97. — »Cum a nobis.« |
| Iul. 20 | Anagniae | (10625) (Blancham) rêginam Franciae hortatur, ut ad relevationem Romaniae imperii secundum suam potentiam efficax consilium et auxilium impertiri studeat. xiii kal. Aug. a° 12°. ‖ Teulet Layettes II. 384. n° 2729. — »Procuramus tibi augmentum.« |
| » 21 | » | (10626) (Sigfrido) Maguntino et (Gaufrido) Bisuntino archiepiscopis mandat, ut Petrum de Berno imperialem iustitiarium, Uldricum de Murach militem et quosdam alios fautores eorum, qui iniectis in (Bonifacium) Lausanensem episcopum manibus violentis ceperant eundem non absque gravi corporis laesione ac ipsum vestibus turpiter laniatis equo, capa, pileo et annulo spoliarant, singulis diebus dominicis et festivis per provincias suas excommunicatos denuncient. xii kal. Aug. a° 12°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 23. — »Grandis et gravis.« |
| » 28 | » | (10627) Abbati de Bocham Cisterc. ord., R. priori hospitalis Ierosolymitani in Ungaria et Sclavonia et magistro Lucae archidiacono Supruniensi Wesprimiens. et Geuriens. dioec., qui, cum (Bulchu) Cenadiensem episcopum non invenerint gravi infirmitate corporis laborare, licet eundem invenerint tantum habere defectum luminis, ut inhabilis sit ad pontificale officium exercendum, ad executionem mandati apostolici non processerant, mandat, ut, nisi dictus episcopus cedere velit, coadiutorem ei deputent. v kal. Aug. a° 12°. ‖ Katona Hist. crit. V. 830; Fejér Cod. dipl. IV. i. 123; Theiner Mon. Hungar. I. 163. n° 291. — »Olim intellecto quod.« |
| » 31 | » | (10628) Tyrensi archiepiscopo, Acconensi et Anteradensi episcopis mandat, ut patriarchae Antiocheni dignitatem a principis Antiocheni iniuriis vindicent. ii kal. Aug. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 35. — »Gravem venerabilis fratris.« |
| » — | Anagniam | »Hoc mense (*i. e.* Iulii) fr. Iohannes Capuanus Casinensis monachus in abbatem S. Salvatoris de Telesia per papam Gregorium apud Anagniam consecratus est, qui mense Augusto infirmitate correptus obiit.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1040 (ap. Ughelli Ital. sacr. III. [1647.] 1029; ap. Gattula Hist. Cassin. 488). |
| Aug. 6 | Anagniae | (10629) Episcopo, decano et magistro scholarum Auriensibus mandat, ut fratres ordinis Minorum provinciae Braccarensis ab iniuriis defendant. viii id. Aug. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 403. n° 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 246. n° 269. — »Sub religionis habitu.« |
| » 6 | » | (10630) Eisdem mandat, ut benefactores eorundem fratrum, qui pro eo quod ipsis benefaciunt multis afficiuntur iniuriis, opportuni favoris gratia prosequantur. viii id. Aug. a° 12°. ‖ Wadding l. c. n° 10; Sbaralea l. c. n° 270. — »Arbitrantes indignum quod.« |
| » 8 | » | (10631) (Belae) regi Ungariae concedit, ut, postquam se accinxit ad laborandum contra haereticos et schismaticos, crucis signum tam in eundo quam morando et redeundo ante se ac exercitum faciat baiulari. vi id. Aug. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 19; Katona Hist. crit. V. 832; Fejér Cod. dipl. IV. i. 120; Theiner Mon. Hungar. I. 164. n° 293. — »In coelorum rege.« |
| » 8 | » | (10632) Archiepiscopos et episcopos per Hungariam constitutos rogat et hortatur, ut, cum (Bela) rex cum exercitu suo Assani terram intraverit, ad prosperandam eiusdem expeditionem qualibet sexta feria singulis septimanis processionem solemnem facientes Dei auxilium suppliciter exorent. vi id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. 164. n° 294; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 55; *deficiente initio dederunt* Raynald. l. c. § 20; Schmitth Episc. Agriens. I. 149; Katona l. c. 833; Fejér l. c. 121. — »Et sibi karissimus.« |
| » 8 | » | (10633) Archiepiscopo Strigoniensi et episcopo Perusino apostolicae sedis legato mandat, ut Cartusiensem ordinem inducant in monasterium de Erche ord. s. Ben. situm in insula loci secreti, quod adeo sit collapsum, ut reformari in ordine suo minime possit. vi id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. I. 164. n° 292; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 86. — »Illa prerogativa dilectionis.« |
| » 9 | » | (10634) (Belae) regi Ungariae significat, se non intendere, Bulgariae regnum in eius praeiudicium alicui concedere. v id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. 166. n° 297; Mon. Hung. hist. l. c. 88; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum sicut nobis.« |
| » 9 | » | (10635) (Belam) regem Ungariae et omnia bona eius, postquam se accinxit contra gentem apostatricem, haereticos videlicet et schismaticos terrae Assani ac ipsum Assanum, sub protectione b. Petri suscipit, statuens ut extunc ea omnia sub speciali apostolicae sedis et papae defensione consistant, donec de regis reditu vel obitu certissime cognoscatur. v id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. 166. n° 298; Mon. Hung. hist. l. c. 89; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum de superni.« |
| » 9 | » | (10636) Archiepiscopo Strigoniensi et episcopo Watiensi mandat, ne permittant, ut praefatus rex contra hunc protectionis et constitutionis tenorem ab aliquibus indebite mo- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| | | lestetur. v id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. 167. in n° 298; Mon. Hung. hist. l. c. 89. — »Cum de superni.« |
| Aug. 9 | Anagniae | (10637) (Belae) regi Ungariae, qui petierat, ut ipsi legationis officium in terra Assani committatur, etiam concedatur potestas limitandi dioceses, instituendi episcopos et distinguendi parochias, necnon et terram quae Zemram nominatur, alicui episcopatui applicandi, concedit in effectu, ut possit assumere quemcunque maluerit de archiepiscopis vel episcopis regni sui, qui praemissa de eius consilio exequatur. Addit, se liberam concessisse facultatem priori provinciali fratrum Praedicatorum et ministro fratrum Minorum provinciae Strigoniensis universis crucesignatis eiusdem regni commutandi vota sua, ut rex ad assumpti expeditionem negotii fortius animetur *etc.* v id. Aug. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 2. n° 3; Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 17 *omisso initio*; Ripolli Bullar. Praed. I. 102. n° 184; Katona Hist. crit. V. 824; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 247. n° 272; Fejér Cod. dipl. IV. I. 115; Theiner l. c. 165. n° 295. — »Litteras quas nobis.« |
| » 9 | » | (10638) Episcopo Perusino apostolicae sedis legato mandat, ut illi archiepiscopo vel episcopo, quem (Bela) Ungariae rex legatum in terra Assani (domini Blachorum) assumat, tribuat liberam facultatem limitandi dioceses, instituendi episcopos et distinguendi parochias necnon et terram quae Zemram nominatur, alicui applicandi. v id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. I. 166. n° 296; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 87; *cf.* Raynald. l. c. § 18. — »Cum carissimus in.« |
| » 9 | » | (10639) Priori provinciali fratrum Praedicatorum de Ungaria et ministro fratrum Minorum provinciae Strigoniensis mandat, ut, universis crucesignatis regni Ungariae commutandi vota in subsidium facultate concessa, praedicent contra Assanum, haereticos et schismaticos terrae Assani et alios per totam Ungariam verbum crucis, *etc.* v id. Aug. a° 12°. ‖ Wadding l. c. III. 4. n° 4; Ripolli Bullar. Praed. I. 103. n° 185; Sbaralea l. c. 248. n° 273; Katona l. c. 828; Fejér l. c. 119; Theiner l. c. 167. n° 299; *cf.* Raynald. l. c. § 18. — »Sicut litterae carissimi.« |
| » 9 | » | (10640) Abbatissae et sororibus inclusis monasterii s. Cosmae trans Tiberim de Urbe ord. s. Dam., quibus (Ubertinus) abbas et conventus monasterii de Farneto (Aretin. dioc.) ecclesiam s. Cornelii prope insulam, quae vocatur Castrum s. Petri, in loco qui dicitur Maceran. (Maceramus *Diss. d. p. acc.*) Portuensis dioc. concesserant in perpetuum, concesso autem pro permutatione de mandato apostolico monasterio s. Crispoliti Assisinat. dioc. abbati et conventui supradictis, hanc concessionem seu permutationem confirmat, inserens tenorem instrumenti. v id. Aug. a° 12°. ‖ Wadding l. c. III. 404. n° 11; Sbaralea l. c. 249. n° 274; *cf.* Dissert. della pont. accad. Rom. di archeol. XV. (1864.) 243. n° 60, *ubi ad mens.* Iulii. — »Quoties a nobis.« *Cf.* 1238. Dec. 17. n° 10683. |
| » 10 | » | (10641) (Ludovico) regi Franciae significat, se iuxta eius preces (Guidoni) episcopo Soranensi apostolicae sedis legato commisisse absolutionem (Raimundi) comitis Tholosani. iv id. Aug. a° 12°. ‖ Teulet Layettes II. 386. n° 2736. — »Pro nobili viro.« |
| » 12 | » | (10642) Cancellario Parisiensi mandat, moneat barones et balivos Burgundiae, ut Theobaldum de Cicons fratrem cantoris S. Stephani Bisuntini et complices eius sub ipsorum potestate existentes, qui Bisuntinum archiepiscopum, iniectis in eum manibus, per violentiam spoliaverant et quendam socium eius canonicum Bisuntinum nequiter captivatum diu in carcere detinuerunt, compellant ad restituendum integre sic ablata et de illatis damnis et iniuriis debitam satisfactionem eis impendendum. ii id. Aug. a° 12°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 82. — »Grandem et gravem.« |
| » 12 resp. 13 | » | • (10643) Monasterio de Wilzeburc (ord. s. Ben.) concedit liberam sepulturam. Id. Aug. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 277; *ad* Aug. 12: 36. Jahresbericht des hist. Vereins von Mittelfranken (Ansbach 1868) 15. |
| » 20 | » | (10644) (Guidoni) episcopo Soranensi apostolicae sedis legato mandat, ut, sufficiente cautione accepta, (Raimundo) comiti Tholosano absolutionis beneficium a sententiis excommunicationum in ipsum prolatis impendat. xiii kal. Sept. a° 12°. ‖ Teulet Layettes II. 386. n° 2738. — »Ex parte nobilis.« |
| » 20 | » | • (10645) Archiepiscopos, episcopos, abbates *etc.* admonet, ut emendent quod corrigere neglexerint, videlicet ut parochianos suos, de quibus fratres hospitalis Hierosolymitani querelas deponunt, ad iustitiam exhibendam compellant. xiii kal. Sept. a° 12°. ‖ K. v. R. Regesten der Johann.-Comthurei Tobel 35. n° 7, *perperam ad* 1239. Sept. 20. |
| » 23 | » | (10646) Abbatissam ac conventum monasterii s. Laurentii de Collazone Tudertin. dioc., quibus quadam ex causa libertatis privilegium ademerat, in statum pristinae libertatis reducit et litteras contrarias ad (Bonifacium) Tudertinum episcopum super hoc destinatas penitus revocat. x kal. Sept. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 252. n° 275; *cf.* 300. — »Arca foederis quae.« |
| » 23 | » | (10647) (Bonifacio) Tudertino episcopo de superiore epistola significat inhibens, ut in monasterio et conventu praedictis necnon et bonis suis nihil sibi vendicet. x kal. Sept. a° 12°. ‖ Sbaralea l. c. 253. n° 276. — »Arca foederis quae.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| Aug. 26 | Anagniae | (10648) Repetit n° 8701 de 1231. Apr. 9: »vii kal. Sept. a° 12°« — »Cum dilectis filiis.« ‖ Strehlke Tab. 354. n° 467. |
| » 28 | » | (10649) Archiepiscopis episcopis abbatibus prioribus decanis archidiaconis praepositis archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis mandat et praecipit, ut illos qui fratres hospitalis Ierosolimitani turbare praesumant vel eorum possessiones res domosque invaserint, excommunicationis sententia percellant. v kal. Sept. a° 12°. ‖ Zeerleder Urk. der Stadt Bern I. 315. n° 218; *cf.* K. v. R. Regesten der Johann.-Comthurei Tobel 35. in n° 6; Stettler Regesten 112. n° 2. — »Non absque dolore.« |
| » 28 | » | (10650) (Belam) regem Ungariae monet et hortatur, faciat, ut monasterio s. Martini de Pannonia ecclesia in Monte Quinzin, insula Obda in Danubio, tributum de foro et portu Budruo, quae a comitibus Demetrio et de Budrug temere occupantur, restituantur. v kal. Sept. a° (11°, *sed scribas*) 12°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 68. — »Etsi tamquam princeps.« |
| Sept. 3 | » | (10651) Archiepiscopo Burdegalensi et episcopo Xantonensi mandat, ut legata aut alio modo concessa pro subsidio Terrae sanctae in provincia Burdegalensi, excepta diocesi Pictavensi, ad communes expensas exercitus Domini de conscientia fratris Willelmi ord. Minor. poenitentiarii sui colligant, cum instet passagium Terrae sanctae, prout sit a (Theobaldo) rege Navarrae comite Campaniae *etc.* ordinatum. iii non. Sept. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 253. n° 277. — »Cum iam proximo.« |
| » 4 | » | (10652) (Barnimo?) duci Pomeraniae, suasu (Uffonis) archiepiscopi Lundensis et (?) Roscildensis episcopi annuens petitioni (Waldemari) regis Daciae, permittit ut (Mariannam filiam Alberti comitis de Orlamünde) neptem illius regis in matrimonium ducat ad sedandas inimicitias capitales inter Danos et Slavos iam exortas. ii non. Sept. a° 12°. ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 772; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 568; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1238 § 62; Porthan Bullar. access. 33. n° 34; Klempin Pommersches UB. I. 275—282. n° 360. — »Ad hoc Deus.« *Cf.* n° 10512. |
| » 4 | » | (10653) Abbatibus, prioribus, praepositis nec non universis canonicis Praemonstratensis ordinis concedit, ne archiepiscopi vel episcopi aut sedis apostolicae legati vel nuncii aut reges, duces *etc.* ecclesias per potentiam ipsis auferre aut excommunicationis, privationis, interdicti sententiis subiicere, vel procurationes, exactiones, tallias *etc.* ab ipsis praesumant exigere *etc.* ii non. Sept. a° 12°. ‖ Dreger Cod. Pomer. I. 197. n° 125; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 594. n° 277. — »Quia igitur vos.« |
| » 16 | » | (10654) Universos Christi fideles per Maguntinam provinciam constitutos monet et hortatur, ut, cum iuxta relationem Raynaldi de Puzallia subdiaconi sui, praepositi et capituli ecclesiae Franckefordensis eadem ecclesia et turres ipsius, in quibus campanae pendebant, nimia sint vetustate consumptae, de bonis suis pias elemosinas et grata subsidia eis erogent ad feliciter consummandam per hanc subventionem reparationem operis tam pii. xvi kal. Oct. a° 12°. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 65. — »Quoniam ut ait.« |
| » 21 | » | • (10655) Grégoire autorise Thibaut comte de Champagne à charger de la garde de sa terre, pendant son voyage en Terre-sainte, deux croisés, pourvu que ces croisés ne soient point barons. Ils auront la même indulgence que s'ils allaient en personne outre-mer au secours de la Terre-sainte. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 365. n° 2475. |
| » 22 | » | (10656) Magistro et fratribus domus militiae Templi in Teutonia decimas novalium de Custrina, quas (Laurentius) episcopus Lubucensis (a° 1232) eis donavit, confirmat. x kal. Oct. a° 12°. ‖ Gercken Cod. V. 283; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XIX. 4. n° 5. — »Cum a nobis.« |
| » 24 | » | (10657) Archiepiscopo, decano et cantori Bracarensibus mandat, ut sententias ab episcopo Portugallensi in fratres ordinis Praedicatorum latas faciant irritas. viii kal. Oct. a° 12°. ‖ Malvenda Annal. Praedic. 616; Ripolli Bullar. Praed. 1. 103. n° 186. — »Olim venerabilem fratrem.« |
| » 24 | » | (10658) Universis Christi fidelibus monasterio s. Matthaei Cisterc. ord. Torcellanae dioc. subsidia et eleemosynas erogantibus indulgentiam 20 dierum concedit. viii kal. Oct. a° 12°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. i. 319. — »Quoniam ut ait.« |
| » 27 | » | (10659) Episcopo Magalonensi mandat, compellat per subtractionem proventuum priores et rectores ecclesiarum curam animarum habentium suae diocesis, ut ordinem sacerdotalem assumant et in praedictis ecclesiis resideant. v kal. Oct. a° 12°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 558. n° 33. — »Tua nobis fraternitas.« |
| » 28 | » | (10660) Arnaldo canonico S. Mariae ad gradus Maguntino concedit facultatem studendi adhuc in iure per triennium et percipiendi per ipsum tempus proventus suos ecclesiasticos, exceptis distributionibus quae consueverunt tantum residentibus et his qui intersunt horis canonicis ministrari. iv kal. Oct. a° 12°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 25. — »Querentibus in agro.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| Oct. 1 | Anagniae | (10661) Abbati et conventui monasterii s. Mariae de Gloria Florensis Anagninae dioc. ecclesiam s. Iohannis in pede montis castri Sarmineti a (Gregorio) Terracinensi episcopo eis concessam confirmat, tenorem ipsius instrumenti suis inserens litteris. Kal. Oct. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1295; Contator Hist. Terracin. 402. — »Cum a nobis.« |
| » 14 | » | (10662) Potestatibus et communi castrorum Civitatis Novae et Montis Sancti Firmanae dioc. interdicit, ne accedentes ad portus maris infra ipsorum districtum offendant. II id. Oct. a° 12°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 110. n° 190. — »Vestris devotis precibus.« |
| » 15 | » | (10663) Abbatissam et conventum monasterii s. Mariae de Porta Coeli siti iuxta villam Tuscinoiz ord. Cisterc. Olomucens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Id. Oct. a° 12°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 349; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 444. n° 956. — »Quotiens a nobis.« |
| post » 15 | ad Urbem.« | »Mense Octobris Gregorius papa de *Anagnia* rediit ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1040 (ap. Ughelli Ital. sacra III. 1029). — »Aestatis suspicione cedente summus pater ad Urbem regreditur.« ‖ Vita Gr-i ex card. Arag. ap. Muratori l. c. III. I. 582. B; *in* Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 73. |
| Nov. 4 | Laterani | (10664) (Petro) archiepiscopo Rothomagensi mandata dat contra clericos locorum ad monasterium s. Dionysii in Francia Paris. dioc. pleno iure spectantium in minoribus ordinibus constitutos, qui negotiationes saeculares ac etiam damnabile lucrum exercent usurarum. II (XII *Doubl.*) non. Nov. a° 12°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 571. — »Exhibita nobis dilectorum.« |
| » 4 | » | (10665) (Bonifacio) episcopo Tudertino mandat, ut, privilegio monasterii s. Laurentii de Collazone perstante, in illius capellis, excepta ecclesia s. Iohannis de Monte, officii sui debitum exequatur. II non. Nov. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 254. n° 278. — »Licet monasterium sancti.« |
| » 5 | » | (10666) Willelmo de ordine fratrum Minorum poenitentiario suo mandat, ut redemptiones votorum crucesignatorum in duabus diocesibus regni Franciae colligat et episcopo Nivernensi crucesignato, postquam iter transmarinum arripuerit, faciat assignari. Non. Nov. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 407. n° 12; Sbaralea l. c. n° 279. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 5 | » | (10667) (Wenceslaum) regem Boemiae monet et hortatur, ut pro reverentia Constantiae reginae matris suae tempore dedicationis ecclesiae b. Mariae V. (in Tišnowice), in qua conventus monialium inclusarum sub institutis ordinis Cisterciensis Domino famulantur, quatuor septimanis ante ac quatuor post diem dedicationis eiusdem, universis ad eam venientibus thelonea et passagia per terras suas relaxet. Non. Nov. a° 12°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 349. n° 300; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 445. n° 958. — »Cum ecclesiam quam.« |
| » 8 | » | (10668) Universos Christi fideles per Veronensem civitatem et diocesim constitutos rogat et hortatur, ut sororibus monasterii s. Mariae in Campo Martio Veronensis ord. s. Dam., quae monasterium aedificare inceperant, elemosynas et grata caritatis subsidia ad opus consummandum erogent. VI id. Nov. a° 12°. ‖ Biancolini Chiese di Verona IV. 690. — »Quoniam ut ait.« |
| » 24 | » | (10669) Ludovicum Francorum regem rogat et hortatur, interponat partes suas secreto et singillatim apud praelatos regni sui, ut liberaliter assentiant, quod ecclesiae et clerici suarum diocesum in tricesima redditum suorum usque ad triennium Terrae sanctae et imperio Constantinopolitano provideant. VIII kal. Dec. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 255. n° 280. — »Inaestimabilis muneris gratiam.« |
| | | * *De eodem argumento* Reginae Francorum — Angliae regi — Richardo Cornubiae comiti. |
| » 26 | » | (10670) Willelmo de ordine fr. Minorum poenitentiario suo mandat, ut redemptiones votorum, quas per abbatem Bellae Villae ac Petrum de Philisthiim ord. Min. in terra H. domini Belliloci colligi mandaverit, eidem nobili proficiscenti in subsidium imperii Romani(ae) faciat assignari. VI kal. Dec. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 407. n° 13; Sbaralea l. c. 256. n° 281. — »Cum nobilis vir.« |
| » 26 | » | (10671) Colomanum Sclavoniae ducem rogat et hortatur, ut Balduinum haeredem imperii Romaniae et comitem Namurcensem ac alios ad instans passagium Martii in subsidium praedicti imperii se accingentes, si transeant, benigne recipiat eisque securum conductum impertiatur. VI kal. Dec. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 26; Katona Hist. crit. V. 834; Fejér Cod. dipl. IV. I. 124; Theiner Mon. Hungar. I. 167. n° 300. — »Licet hactenus Constantinopolitano.« |
| » 26 | » | (10672) Ducem et consilium Venetorum rogat et monet, ut civitati Constantinopolitanae in instanti passagio Martii sic congrua curent subventione succurrere, »quod vestro auxilio mediante eadem civitas usque ad adventum praefati exfortii se valeat ab hostibus viriliter defensare.« VI kal. Dec. a° 12°. ‖ Theiner l. c. 168 in n° 300. — »Licet hactenus Constantinopolitano.« |

**1238.**

| | | |
|---|---|---|
| Nov. 29 | Laterani | • (10673) Grégoire charge (Garnier?) abbé de Jouy, de faire une enquête sur l'exactitude des assertions de Thibaut comte de Champagne, qui aurait extorqué par nécessité une somme d'argent considérable aux hommes et aux juifs de sa terre, qui ne peut la restituer faute de retrouver ces hommes, ces juifs ou leurs héritiers, et qui propose d'appliquer cette somme au secours de la Terre-sainte. L'abbé décidera ce qu'il jugera plus expédient dans l'intérêt de l'âme de Th. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 366. n° 2481. |
| » 29 | » | • (10674) Le même à Th., aux comtes, aux barons et à tous les croisés de France. Ils lui ont envoyé un ambassadeur pour lui demander un légat qui serait chef de l'armée. Grégoire n'étant pas sûr qu'ils soient parfaitement d'accord, attend des renseignements plus positifs. ‖ Jubainville l. c. n° 2482. |
| Dec. 2 | » | (10675) (Gualtero) Senonensi et (Petro) Rothomagensi archiepiscopis et fratri Willelmo de ordine fr. Minorum poenitentiario suo mandat, ut senes, debiles et infirmos a voto transeundi in Terrae sanctae subsidium absolvant. IV non. Dec. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 407. n° 14; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 256. n° 282. — »Cum sicut accepimus.« |
| » 4 | » | • (10676) Grégoire prévient les abbés (R.) de Chezy et (Guermond?) de Val-Secret et le prieur de Chezy, que Thibaut comte de Champagne va partir pour la Terre-sainte. Quand Th. sera outre-mer, ils lui feront parvenir les sommes payées pour rachat des voeux par les croisés de sa terre et des terres de ses vassaux. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 367. n° 2484. |
| » 5 | » | (10677) Ducem Venetum et civitatem Venetiarum, cum dicta civitas erga Romanam ecclesiam devotionem et fidem semper habuerit, sub b. Petri et sua protectione suscipit. Non. Dec. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1265; Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 74; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1571. n° 35. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 8 | » | (10678) Balduino heredi imperii Romaniae ad partes Constantinopolitanas per regnum Ungariae et alia loca proficiscenti concedit, ut, si forsan iuramentum in Constantinopolitani imperii laesionem ab eo violenter fuerit extortum, ad observationem illius nullatenus teneatur. VI id. Dec. a° (10°, *sed legas*) 12°. ‖ Raynald. l. c. § 27. — »Cum sicut in.« |
| » 9 | » | (10679) Abbati et conventui monasterii s. Mariae Scottorum in Wienna ecclesiam de Pulka, cuius ius patronatus ad eos pertinebat et quam (Rudiger) Pataviensis episcopus loci diocesanus monasterio eorum in usus proprios retinendam concessit, auctoritate apostolica confirmat. V id. Dec. a° 12°. ‖ Hauswirth Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XVIII.) 37. — »Cum a nobis.« |
| » 14 | » | (10680) Hedwici de Sebhet viduae Maguntin. dioc. villam de Werd eiusdem dioc., quam ei Hermannus iunior et Henricus lantgravii Turingiae servitiorum obtentu, quae b. Helysabet cum adhuc viveret fideliter impenderat, liberali contulerant pietate, confirmat. XIX kal. Ianr. a° 12°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 27. — »Iustis petencium desideriis.« |
| » 15 | » | (10681) Maiori archidiacono Redonensi mandat, ut Andreae de Vitriaco pro iuramento illicito de matrimonio Philippae filiae cum Willelmo Minorum ordinem ingresso poenitentiam imponat et postulata concedat. XVIII kal. Ianr. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 256. n° 283. — »Sua nobis nobilis.« |
| » 16 | » | (10682) (Engelhardo) Numburgensi episcopo, praeposito Merseburg(ens)i et abbati de Sichem Alberstad. dioc. mandat, ne permittant ut, cum Heinricus quondam advocatus de Gera et I(utta) relicta ipsius, habitu religionis assumpto, filios reliquerint adhuc in aetate tenera constitutos, nec sit qui eis tuitionis praesidium largiatur, illi »quos nostra volumus protectione gaudere,« quousque ad legitimam 25 annorum aetatem pervenerint, a quoquam indebite molestentur. XVII kal. Ianr. a° 12°. ‖ (P. Beckler) Stemma Ruthenicum (Schleitz 1684. fol.) 483; *fragm.* ed. A. Cohn *in* Forschungen z. deutschen Gesch. IX. (Götting. 1869) 552. not. 4. — »Viduis et orphanis.« |
| » 17 | » | (10683) Abbati et conventui monasterii s. Mariae de Farneto ord. s. Ben. Aretin. dioc. permutationem monasterii s. Crispoliti Assisinat. dioc. cum ecclesia s. Cornelii prope insulam quae vocatur Castrum s. Petri ad moniales S. Cosmae trans Tiberim de Urbe ord. s. Dam. spectante confirmat. XVI kal. Ianr. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Min. III. 408. n° 15; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 257. n° 284. — »Quoties a nobis.« *Cf.* 1238. Aug. 9. |
| » 17 | » | (10684) Abbatissam et conventum monasterii s. Angeli de Panzo ord. s. Dam. Assisinat. dioc. patrocinandas suscipit, specialiter autem possessiones et alia bona eis confirmat. XVI kal. Ianr. a° 12°. ‖ Sbaralea l. c. 258. n° 285. — »Cum a nobis.« |
| » 18 | » | (10685) Abbatissam et conventum S. Francisci Pragensis absolvit a forma ieiunii, ad cuius observantiam se obligaverant, cum religionis habitum assumerent. XV kal. Ianr. a° 12°. Wadding l. c. 408. n° 16; Sbaralea l. c. 258. n° 286; Erben Reg. Bohem. I. 445. n° 960; *cf.* Palacky Reise 28. n° 148. — »Ex parte charissimae.« |
| » 20 | » | (10686) Abbati S. Stephani Herbipolensis scribit, Rudegerum civem Bambergensem et alios laicos Bambergens., Herbipolens. et Ratisponens. diocc. multa extorsisse ab abbate |

**1238.**

et conventu S. Michaelis Bambergensis nomine usurarum *etc.* Mandat ei, compellat illos ut iniuste accepta restituant. XIII kal. Ianr. a° 12°. || Schweitzer UB. des Abtes Andreas I. 69 *omisso initio.*

Dec. 21 Laterani (10687) (Rudegero) episcopo Pataviensi abbatis et conventus Scotorum de Wienna supplicationibus inclinatus mandat, ut festum b. Gregorii confessoris et pontificis gloriosi per omnes ecclesias Pataviensis diocesis sollempniter celebrari faciat. XII kal. Ianr. a° 12°. || Hauswirth Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XVIII.) 38. n° 29. — »Ecclesiae sanctae catholicae.«

» 22 » (10688) (Colomanum regem et ducem totius Sclavoniae) laudat, quod vigilet, ut, de Bosnae partibus deletis pravitatis haereticae maculis, ibidem fulgeat lumen catholicae puritatis; ipsum hortatur ad bene coepta prosequenda. XI kal. Ianr. a° 12°. | Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 53; Katona Hist. crit. V. 841; Fejér Cod. dipl. IV. I. 128; Theiner Mon. Hungar. I. 168. n° 301. — »De superni regis.«

» 22 » (10689) Abbati Waradiensi ord. s. Ben. Quinqueeccles. dioc. significat, se (Pousae) episcopo Bosnensi plenae legationis officium commisisse ad delendam de Bosnensi diocesi maculam haereticae pravitatis, eique mandat, ut ad assequendum super hoc prosperitatis incrementum bona, quae pro redemtione votorum crucesignatorum Ungariae contra haereticos eiusdem diocesis sunt habita vel haberi poterunt in futurum, colligat et praefato assignet episcopo. XI kal. Ianr. a° 12°. || Koller Hist. episc. Quinqueeccles. II. 109; Fejér l. c. 128; Theiner l. c. 169. n° 303. — »Gerentes in desideriis.«

» 22 » (10690) Eidem mandat, faciat ut pecunia a Iula bano in subsidium praedicti negotii legata et apud fratres ordinis Praedicatorum Quinqueecclesienses deposita eidem episcopo assignetur. XI kal. Ianr. a° 12°. || Koller l. c. 110; Fejér l. c. 129; Theiner l. c. 169. n° 304. — »Apud dilectos filios.«

» 22 » (10691) Fratribus ordinis Praedicatorum (Quinqueecclesiensium *Thein.*) Bosnensibus mandat, ut pecuniam a (Nicosclauo) duce Bosniae, antequam in haeresim relapsus fuerit, apud eos pro cathedrali ecclesia construenda in Bosniae partibus depositam (Pousae) episcopo Bosnensi pro negotio fidei convertendam assignent. XI kal. Ianr. a° 12°. || Katona Hist. crit. V. 843; Fejer l. c. 130; Theiner l. c. 169. n° 305. — »Dux Bosniae indignum« (*ap. Thein.* »Indignum se gratiae«). *Cf.* n° 10832.

» 22 resp. 23 » (10692) (Roberto) Strigoniensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut (Pousae) episcopo Bosnensi paupertate nimia praegravato, cui plenae legationis officium in diocesi Bosnensi commissum sit, impendant subsidium, per quod super sollicitudine sibi credita effectum consequi possit exoptatum. X (XI *Thein.*) kal. Ianr. a° 12°. || Ripolli Bullar. ord. Praed. III. 15. n° 222; Katona l. c. 845; Fejér l. c. 130; Theiner l. c. 168. n° 302; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 55. — »Ecclesiarum regimini praesidentes.«

» 23 » (10693) (Pousae) episcopo Bosnensi plenae legationis officium in Bosnensi diocesi committit eumque hortatur ad haereticae pravitatis residuum de praedicta diocesi penitus abolendum. X kal. Ianr. a° 12°. | Ripoll l. c. 104; Katona l. c. 839; Fejér l. c. 126; Theiner l. c. 169. n° 306; *cf.* Raynald. l. c. § 55. — »Sedi apostolicae praesidentis.«

— — (10694) Ottoni S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. apostolicae sedis legato mandat, ut, si contra clericos habentes plura beneficia in regno Angliae propter parentum potentiam iuxta generalis statuta concilii sine scandalo procedere non possit, supersedeat. *Sine nota chronol.* | Matth. Paris Hist. maior 466. — »Cum sic intellexerimus.«

— — (10695) M. priorissam S. Mariae et Omnium Sanctorum in Accon eiusque sorores inclusas patrocinandas suscipit omnesque earum possessiones et bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. *Sine signo chronol.* || Ughelli Ital. sacra VII. 39. — »Religiosam vitam eligentibus.«

**1239.**

Ianr. 4 Laterani (10696) Priori S. Bartholomaei de Porta Ravennate Bononiensi causam inter priorissam et moniales S. Agnetis et Guid(onem) de Aquaviva et quosdam alios Imolensis civitatis et diocesis super possessionibus vertentem committit decidendam. II non. Ianr. a° 12°. || Ripolli Bullar. Praed. VII. 16. n° 223. — »Dilecte in Christo.«

» 8 » (10697) Universos Christifideles per Arelatensem, Aquensem, Narbonensem, Terraconensem, Ianuensem et Auxitanam provincias constitutos rogat et obsecrat, ut ad defendendum et retinendum regnum Valentiae contra hostes fidei viriliter procedant. Pollicetur indulgentiam crucesignatis pro Terra sancta concessam. VI id. Ianr. a° 12°. || Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 46. — »Congratulamini nobis omnes.«

» 18 » (10698) (Odoni de Castro Radulphi) cancellario Parisiensi, Guillelmo de Tancarvilla et magistro Odoni de S. Dionysio canonico S. Audomari Parisiis commorantibus mandat, ut de lite inter (Petrum?) archiepiscopum Rothomagensem et (Guillelmum) episcopum

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| | | Lexoviensem super iurisdictione quarundam ecclesiarum mota cognoscant. xv kal. Febr. a° 12°. ‖ Bessin Conc. Rothomag. II. 527. — »Venerabilium fratrum nostrorum.« |
| Ianr. — | (Laterani) | »Mense Ianuarii .... frater Raimundus de Curci, frater Richardus de Babuco electionem fratris Stephani in abbatem Casinensem repraesentant domino papae Gregorio in *Urbe*.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1041 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1030). |
| Febr. 9 | » | (10699) (Ottonem) ducem Bawariae in devotione sedis apostolicae persistentem sub b. Petri et sua protectione suscipit, et districtius inhibet, ne quis in eius personam excommunicationis vel interdicti sententiam sine speciali mandato apostolico audeat promulgare. v id. Febr. a° 12°. ‖ Quellen u. Erörterungen z. bayer. u. d. Gesch. V. 66. n° 28; *cf.* Lang Regesta II. 282. — »Sacra Petri sedes.« |
| » 12 | » | (10700) Priori et conventui ecclesiae s. Andreae de Scotia, quorum postulationem de episcopo Dunkeldensi celebratam non admiserat, potestatem iterum eligendi restituit. II id. Febr. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Hiberu. 38. n° 98. — »Cum presentatam nobis.« |
| » 17 | » | (10701) Thomam comitem de Sabaudia et Iohannam comitissam Flandrensium, quibus matrimonio contracto compertum fuit, quod quarto affinitatis gradu ad invicem contingerent, dispensat. XIII kal. Mart. a° 12°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1338. — »Circumstantiis et meritis.« |
| » 17 | » | (10702) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Pauli de Spoleto ord. s. Dam. interdicit, ne possessiones vendere, donare, in emphyteosim concedere *etc.* praesumant. XIII kal. Mart. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 409. n° 17; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 259. n° 287. — »Statum monasterii vestri.« |
| »19.20 | (») | »Mense Februarii Gregorius papa electionem fratris Stephani (in abbatem Casinensem) confirmat eumque per manus (Rainaldi) Ostiensis episcopi facit in sacerdotem promoveri in festo s. Barbati (*i. e.* d. 19. Febr.) et die altero (d. 20. Febr.) benedictionis sibi munus impendi.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1041 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1030). |
| » 22 | » | (10703) Monasterio Reomaensi concedit, ut decimas novalium, quas nemo hactenus perceperit, sine iuris alieni praeiudicio percipere possit. VIII kal. Mart. a° 12°. ‖ Roverius Hist. monasterii Reomaens. 265. |
| Mart. 2 | » | • (10704) Priori de Parriciaco Eduens. dioc. mandat, faciat ut sententia excommunicationis lata a visitatoribus ordinis Cluniacensis contra priorem conventumque monasterii s. Germani Altissiodorensis inviolabiliter observetur. VI non. Mart. a° 12°. ‖ Bullar. ordinis Cluniac. 113. |
| » 4 | » | (10705) Priori fratrum Praedicatorum Parisiensi mandat, ut eis, qui in Constantinopolitani imperii subsidio sua vota commutant, eam indulgentiam tribuat, quam haberent, si de novo reciperent signum crucis, ac crucesignatis in dicto subsidio excommunicatis propter torneamenta beneficium absolutionis impendat. IV non. Mart. a° 12°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 102. n° 188. — »Cum tibi nostris.« |
| » 5 | » | (10706) Decano, cantori et thesaurario S. Adalberti Aquensis Leod. dioc. mandat, ut causam inter abbatissam conventumque monialium in Porceto Cisterc. ord. ex parte una et decanum S. Crucis in Leodio, Arnoldum militem et quosdam alios ex altera super decimis, possessionibus, legatis, vineis *etc.* vertentem debito fine terminent. III non. Mart. a° 12°. ‖ Quix Burtscheid 233. — »Sua nobis abbatissa.« |
| » 7 | » | (10707) Potestati et communi de Plumbino significat, se abbati S. Michaelis Pisarum praecepisse, ut monachos et conversos monasterii Montis Christi in aliis monasteriis collocet et abbatem cum fratribus quos illi exinde eiecerant, reducat. Mandat eis, ut, cum a praefato abbate S. Michaelis fuerint requisiti ad domandam malitiam monachorum et conversorum istorum, ei assistant. Non. Mart. a° 12°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 553. n° 345; *cf.* Augustini Florent. Histor. Camald. I. 197. — »Accedens ad sedem.« |
| » 7 | » | (10708) Giloni canonico Nivernensi mandata dat de controversia orta inter (Gualterum) archiepiscopum Senonensem atque quosdam contradictores, quibus Aurelianensi sede vacante idem archiepiscopus praeceperat, ut magistrum Berterum clericum Aurelianensis diocesis in canonicum reciperent eique de beneficio praebendali providerent. Non. Mart. a° 12°. ‖ Hubert Antiquités de St. Aignan d'Orléans, preuv. 22. |
| » 9 | » | (10709) Regem Navarrae, ducem Burgundiae, Barri, Montisfortis et Vindocinensem comites ac alios crucesignatos per regnum Franciae constitutos monet et hortatur, ut »quia in proximo imperii Romaniae imminere videtur excidium, in quo Terrae sanctae omnimode subsidium impeditur, et succursui eius solerter intendere cogimur«, ad generale passagium se parent, »quod in instanti festo b. Iohannis bapt. fieri debere publice denunciari mandamus.« VII id. Mart. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 79. — »Litteris vestris quo.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| (Mart. 9 cc.) | (Laterani) | (10710) Armenorum regi et reginae consuetudines in regno Armeniae a tempore b. Silvestri pp. et s. Gregorii observatas confirmat. *Sine nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 82. — »Vestris supplicationibus inclinati.« |
| » 9 | » | • (10711) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et suffraganeis eius, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinam provinciam constitutis praecipit, ut illos qui possessiones vel res abbatis et conventus monasterii de Capella Cisterc. ord. Constant. dioc. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicent *etc.* VII id. Mart. a° 12°. ‖ Meyer von Knonau Regest. von Cappel 3. n° 26. — (»Non absque dolore«). |
| » 10 | » | • (10712) (Gaufrido) archiepiscopo Bisuntino *etc.* eadem dat praecepta. VI id. Mart. a° 12°. ‖ Meyer v. K. l. c. n° 27. |
| » 10 | » | (10713) Abbatissae et conventui monialium S. Mariae Vallis Gloriae de Spello Spoletan. dioc. interdicit, ne possessiones alienare aut quomodolibet distrahere sine apostolicae sedis licentia praesumant. VI id. Mart. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 259. n° 288. — »Statum monasterii vestri.« |
| » 10 | » | (10714) Catholico Armenorum novum pallium necnon mitram, stolam et annulum in signum apostolicae dilectionis mittit. VI id. Mart. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 83. — »Ut sacrosanctam Romanam.« |
| (Fbr. 24-Mart. 10) | » | • (10715) Praepositum S. Nicolai ad cognoscendum causam super decimis quibusdam ad monasterium Altahae inferioris attinentibus committit. VI .... Mart. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 284. |
| » 13 | » | (10716) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Mariae de Monte Lucido Perusinis ord. s. Dam. interdicit, ne possessiones alienent *etc.* III id. Mart. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 260. n° 289. — »Statum monasterii vestri.« |
| » 13 | » | • (10717) Abbatem .... Ratisponens. dioc. et Heinricum de Lerchenvelt canonicum Ratisponensem in causa monasterii Altahensis [Niederaltaich] contra Heinricum comitem de Ortenberc quasdam villas ecclesiae incendio devastantem iudices delegat. III id. Mart. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 282. |
| » 15 | » | (10718) Abbatissae et conventui monasterii s. Elisabethae de Ulm (Cantantien., *leg.*) Constantiens. dioc. regulam b. Damiani concedit. Id. Mart. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 409. n° 18; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 260. n° 290. — »Coelestia quaerentibus terrenis.« |
| » 15 | » | (10719) Abbatem et conventum monasterii in Altha ord. s. Ben. Pataviens. dioc. protegendos suscipit, specialiter autem ecclesiam in Spitze, quam R. episcopus Pataviensis monasterio eorum in usus proprios retinendam concesserat, confirmat. Id. Mart. a° 12°. ‖ Mon. Boica XI. 204. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 18 | » | (10720) Eisdem ius patronatus ecclesiae de Anneprukke (Ermenprucke *Lang*), quod ex concessione quondam Bertholdi comitis de Pogen assecuti erant, necnon villam dicti loci et alia bona, quae idem comes eis donaverat, confirmat. XV kal. Apr. a° 12°. ‖ Mon. Boica XI. 205; *cf.* Lang Regesta II. 282. — »Cum a nobis.« |
| » 20 | in ecclesia Lateranensi | »Dominus papa in die Palmarum dominum imperatorem excommunicavit.« ‖ Annal. Admunt. Contin. Florian. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. IX. 787. — »Apud urbem Romam die dominico (XII, *sed legas*) XIII kal. Apr. excommunicavit imperatorem.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. XVIII. 480. — »Tunc temporis admonitione praemissa papa Gregorius in dominico Olivarum publice ipsum (*i. e.* Fridericum imp.) Rome excommunicationis vinculo innodavit.« ‖ Annal. S. Iustin. Patav. ap. Pertz l. c. XIX. 156. — »Imperator Fridericus in ramis Palmarum excommunicatur a domino papa Gregorio.« ‖ Annal. S. Pantaleon. ap. Boehmer Fontes IV. 470. *Cf. infra* Mart. 24 *et ibi* Friderici imp. verba. |
| » 21 | Laterani | (10721) Archiepiscopum Mediolani et episcopos suffraganeos monet et hortatur, ut, »cum nuper in Fredericum dictum imperatorem exigentibus meritis pro eo, quod idem super hiis a nobis diligenter amonitus et frequenter, non solum facere non curavit, set corde nequiter indurato, iugiter etiam deteriora committit, excommunicationis et anathematis sententiam sollempniter« promulgaverit, hanc sententiam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis publicari faciant. XII kal. Apr. a° 13°. ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz M. G. H. scr. XVIII. 480; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 289. — »Cum nuper in.« |
| » 21 | » | • (10722) Decanum, scolasticum et Heinricum canonicum Ratisponenses ad inquirendum de incendio villarum Rukozzinge et Puchoven per H(einricum) comitem de Ortenberch, Alramum de Hals militem aliosque perpetrato iudices delegat. XII kal. Apr. a° 13°. ‖ Lang Regesta II. 282. |
| » 23 | » | (10723) Abbatem et conventum monasterii s. Thomae ord. Cisterc. Torcellan. dioc. tuendos suscipit, specialiter autem capellam s. Mariae militum de Candiola, terras, redditus *etc.* eis confirmat. X kal. Apr. a° 13°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1380. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| (Mrt. 24) | in ecclesia Lateranensi | Fridericum Romanorum imperatorem ob causas ibidem seriatim expressas excommunicatum denunciat et omnes, qui ei iuramento fidelitatis tenentur, ab observatione huius sacramenti absolutos decernit. *Sine signo chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. mai. Angl. ad a. 1239 p. 329 (*al.* p. 486); [*formula depositionis, quae hic integra, reperitur excerpta in* Annal. Stadens. (*al.* Alberti Stadens. Chron.) ad a. 1239 ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XVI. 363]; ap. Raynald. Ann. ad a. 1239 § 2—11; Dumont Corps univ. dipl. I. 176. nº 338; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 286; *cf.* v. Raumer Gesch. der Hohenstaufen III. (1857.) 428. — »Excommunicamus et anathematizamus.« |
| » 24 | | »Imperatorem Fridericum in coena Domini, quae erat IX kal. Apr., extinctis candelis anathematizavit.« ‖ Annal. Stadens. l. c. — »Eodem mense (Martii) in die sancto Iovis Gregorius pp. imperatorem publice excommunicavit.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. It. VII. 1041 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1030). — »Ante septem dies in Padua murmuratum est per populum Paduanum, quod Rome papa Gregorius in die de cena Domini nunc transacta Fridericum ipsum imperatorem excommunicatum pronunciaverat.« ‖ Rolandi Patav. Chron. ap. Pertz l. c. XIX. 71. *Cf. supra* Mart. 20. |
| | | • (*Ad conciliandum auctores, qui de promulgatae sententiae die dissentire inter se videntur, addere mihi libet quaedam* Friderici imper. *verba ex eius epist. encyclica ad* Richardum comitem Cornubiae [ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. 302]: »Sed nec in iis omnibus aversus est furor eius, quin dictus evangelizantis pacem Christi vicarius, sed author schismatis et amicus erroris, contra traditiones sanctorum patrum, audiens nuncios nostros portantes omnimodas nostre devotionis litteras per dietam Urbis vicinos, et metuens ne supervenientibus ipsis obice vallo iusticie, sine publico scandalo forte procedere non valeret, pre festinantia nimia conceptum edidit abortivum in nos supremum christianorum principem die dominica Palmarum contra solennem morem sacrosancte matris ecclesie, et in cena Domini postmodum sententiam precipitando, per quam ... contradicente saniori parte fratrum suorum cardinalium ... excommunicationis vinculo nos dicitur adstrinxisse.« *Cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 14.) |
| Apr. 7 | Laterani | (10724) Universis praelatis mandat, ut excommunicationis et anathematis sententiam in Fredericum dictum imperatorem et omnes illos qui contra Romanam ecclesiam ei praestiterint consilium vel auxilium promulgatam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis solemniter publicent ac nunciari faciant simili modo per suas civitates et dioceses *etc.* VII id. Apr. aº 13º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 13. 15. 16; Matth. Paris Hist. mai. Angl. ad a. 1239 p. 337, ed. al. p. 498 (*qui istam* Othoni S. Nicolai in carcere Tulliano diac. cardinali in Anglia legato *missam refert cum notis chronologicis* III id. Apr. [*i. e.* 11. Apr.]; *idem praebent* Mansi Conc. XXIII. 76; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 895; Labbe Conc. XI. I. 337); *textus ex duobus prioribus completus* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 290; *cf.* Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 430. — »Sedes apostolica sicut.« |
| » 7 | » | (10725) Universis ministris et fratribus ordinis Minorum refert facinora Friderici dicti imperatoris pessima, propter quae in eum et omnes illos qui ei contra Romanam ecclesiam auxilium *etc.* praestiterint, excommunicationis et anathematis sententiam promulgavit, tradens »ipsum sathanae in interitum carnis, ut spiritus eius in die Domini salvus fiat,« *etc.* Hortatur eos, ut dictam sententiam singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis *etc.* solemniter publicent *etc.* VII id. Apr. aº 13º. ‖ Sbaraleao Bullar. Francisc. I. 260. nº 291. — »Sedes apostolica sicut.« |
| » 7 | » | • (10726) Abbates de Prule et de Windeberge inquisitores delegat in causa monasterii Altahae inferioris contra ducem Bavariae aliosque laicos ob ecclesias de Otelingen et de Peren ac villas de Iserhoven et Tundorf incendio devastatas. VII id. Apr. aº 13º. ‖ Lang Regesta II. 284. |
| » 8 | » | (10727) Abbati et conventui monasterii Casinensis ecclesiam s. Mariae de Raxata Ragusin. dioc. confirmat. VI id. Apr. aº 13º. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 101. — »Cum a vobis.« |
| » 11 | » | Othoni S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. in Anglia legato: »III id. Apr. aº 13º«. Matth. Paris Hist. mai. ad a. 1239 p. 337 (*ed. al.* 498); Mansi Conc. XXIII. 76, *vid.* 1239. Apr. 7. nº 10724. |
| » 13 | » | (10728) Monasterio Casinensi ecclesiam s. Mariae de Robiata Ragusinae diocesis cum pertinentiis suis confirmat. Id. Apr. aº 13º. ‖ Tosti Monte-Cassino II. 311. — »Cum a nobis.« |
| » 14 | » | • (10729) Conventum ecclesiae de Rebedorf ord. s. Aug. Eistetens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit. XVIII kal. Mai. aº 13º. ‖ Lang Regesta II. 285. |
| » 15 | » | (10730) (Henrico) episcopo Secowensi et abbati de Walterbac Cisterc. ord. et priori fratrum Praedicatorum de Frisaco Ratisponens. et Salzburgens. dioec. causam (Ottonis) ducis Bawariae contra (Conradum) episcopum Frisingensem, qui in ipsum excommuninationis et in terram eiusdem interdicti sententias auctoritate ordinaria contra iustitiam protulisset, iudicio vel concordia terminandam committit. XVII kal. Mai. aº 13º. ‖ Deutinger Beyträge II. 12, *cf.* 153; Quellen u. Erörterungen V. 68. nº 30. — »Nobilis vir dux.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| Apr. 15 | Laterani | (10731) Monasterium in Altah ord. s. Ben. Pataviens. dioc. Ditmaro abbate eiusque fratribus postulantibus tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. xvii kal. Mai. indict. XII. incarn. dom. a° 1239. pont. a° 13°. ‖ Mon. Boica XI. 207. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 21 | » | (10732) Decano Cenòmanensi et magistro Radulpho granicario S. Martini Turonensis mandat, compellant Iohannem comitem Britanniae, ut iuramentum de tuenda ecclesiastica libertate, quod in receptione insignium ducatus Britanniae, videlicet gladii et vexilli, exhibere noluit, exhibeat. xi kal. Mai. a° 13°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Brétagne I. 915. — »Venerabiles fratres nostri.« |
| » 22 | » | (10733) Berardo abbati Trenorchiensi usum annuli et pontificalium indumentorum ac potestatem benedicendi pallas altarium et tam levitica quam sacerdotalia vestimenta indulget. x kal. Mai. a° 13°. ‖ Chifflet Hist. de l'abbaye de Tournus, preuv. 465; (Juenin) Nouv. hist. de l'abb. de Saint Filibert, preuv. 198. — »Ad ecclesiastici decoris.« |
| » 22 | » | (10734) Abbati de Carraria Paduanae dioc., priori S. Mariae de Vado Ferrariensis et archidiacono Tarvisino mandat, ut inter archipresbyterum et capitulum ecclesiae Paduanae ex parte una et magistrum fratresque hospitalis s. Iohannis Ierosolimitani et quosdam alios ex altera super iure parochiali eiusdem ecclesiae et rebus aliis litigantes iudicium faciant. x kal. Mai. a° 13°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 106. n° 98. — »Dilecti filii archipresbyter.« |
| » 27 | » | (10736) Decano et magistro scholarum Cenomanensibus mandat, faciant ut provisio, quae a sede apostolica emanaverit in quaestione gravis materiae inter Redonensem, Macloviensem, Briocensem, Dolensem *etc.* episcopos ex parte una et P(etrum) tunc Britanniae comitem crucesignatum ex altera super diversis articulis exorta, quam autem I(ohannes) comes Britanniae successor renuat observare, firmiter observetur. v kal. Mai. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 75. — »Olim inter venerabiles.« |
| » — | | »1239 indict. XII de mense Aprilis domnus papa direxit Gregorium de Montelongo eius notarium et legatum in civitatem Mediolani.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz M. G. H. scr. XVIII. 481. |
| Mai. 4 | » | (10737) Priori de Reno Bononiens. dioc. mandat, ut causam vertentem inter abbatem conventumque monasterii de Nonantula ord. s. Ben. et Munaldum Ranutium ac quosdam alios cives Florentinos, qui ecclesiam s. Michaelis in horto Florentino ad idem monasterium pertinentem ausu sacrilego funditus diruerant, debito fine decidat. iv non. Mai. a° 13°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 373. n° 452. — »Conquesti sunt nobis.« |
| » 5 | » | (10738) Monasterium s. Virginis Mariae de Campania ord. s. Ben. Cenomanens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. iii non. Mai. indict. XII. incarn. dom. a° 1238(!). pont. a° 13°. ‖ Piolin Hist. de l'égl. du Mans IV. 556. n° 43. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 9 | » | (10739) Potestati, consiliariis et communi Ianuensibus concedit, ut per litteras apostolicas extra districtum civitatis Ianuensis ad iudicium trahi nequeant. vii id. Mai. a° 13°. ‖ Liber iurium reipubl. Genuensis (Hist. patr. monum.) I. 979. n° 748. — »Sincere devotionis affectus.« |
| » 14 | » | (10740) Viennensi et Ebredunensi archiepiscopis mandat, ut de necessitate ac utilitate unionis Valentinensis ac Diensis ecclesiarum inquirant et, si utrique ecclesiae viderint expedire, ipsas auctoritate apostolica uniant. ii id. Mai. a° 13°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 116. — »Singularis praerogativae privilegium.« |
| » 17 | » | (10741) Regem Aragoniae rogat et hortatur, ut, cum Segobricensis ecclesia capta ab hostibus crucis Christi in spiritualibus et temporalibus gravem sustineat laesionem licet quaedam recuperarit de ipsis, ei faciat, si quae de praefata diocesi ad manus eius contigerit devenire, in ipsis de spiritualibus responderi. xvi kal. Iun. a° 13°. ‖ Villagrasa Antiq. de Segorbe 68. — »Quanto Segobricensis ecclesia.« |
| » 17 | » | (10742) Barones regni Aragoniae rogat et hortatur, ut, si quae de Segobricensi ecclesia ad eorum manus contigerit devenire, Segobricensi episcopo in ipsis de spiritualibus responderi faciant. xvi kal. Iun. a° 13°. ‖ Villagrasa l. c. 69. — »Quanto Segobricensis ecclesia.« |
| » 18 | » | (10743) (Herluino) archiepiscopo Tarantasiensi transmittit taxationem, iuxta quam vult ut per archiepiscopos, episcopos et eorum subditos Valentinensi ecclesiae pro exoneratione debitorum, quibus tenebatur Aymoni Raten., Gaufrido Baudrini Viennensi et Umberto de Varrei Lugdunensi civibus, subveniatur. xv kal. Iun. a° 13°. ‖ Mém. et docum. de Genève XVI. 174. n° 5. — »Volentes omnino per.« |
| » 20 | » | (10744) Scabinis et communi civitatis Coloniensis concedit, ut per litteras apostolicas quas contra eos impetrari contigerit, inviti ad loca suspecta citari nequeant, ad quae propter viarum discrimina et inimicitias capitales secure accedere non valent. xiii kal. |

**1239.**

Iun. a° 13°. ‖ Lacomblet UB. II. 124. n° 240; Ennen Quellen II. 193. n° 196. — »Filialis et singularis.«

Mai. 20 | Laterani | • (10745) Grégoire fait savoir aux abbés (R.) de Chezy, (Guermond?) de Val-Secret et à (Jean) doyen de Soissons, que Thibaut comte de Champagne étant sur le point de partir pour la Terre-sainte, sa famille, son royaume et tous ses biens sont placés sous la protection du Saint-Siége. Les abbés et le doyen susdits sont nommés conservateurs de ce privilége. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 370. n° 2506.

» 21 | » | (Ricardo) archiepiscopo Cantuariensi et suffraganeis eius: »xii kal. Iun. a° 13°«. ‖ Matth. Paris Hist. mai. ad a. 1239. p. 342 (*al.* 506); Mansi Conc. XXIII. 79, *vid.* 1239. Iun. 20. n° 10766.

» 23 | » | (10746) Berardo abbate eiusque fratribus postulantibus Trenorchiense monasterium, quod specialiter b. Petri iuris existit, ad exemplar Urbani, Calixti *etc.* praedecessorum suorum protegendum suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. x kal. Iun. indict. XII. incarn. dom. a. 1239. pont. a° 13°. ‖ Chifflet Hist. de l'abbaye de Tournus, preuv. 466; (Juenin) Nouv. hist. de l'abbaïe de Saint Filibert, preuv. 199. — »Commissae nobis apostolicae.«

» 24 | » | (10747) Conrado abbati eiusque fratribus annuit et monasterium s. Mariae in Ursin [Irrsee] ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. ix kal. Iun. indict. XII. incarn. dom. a° 1239. pont. a° 13°. ‖ Lünig Spicil. eccles. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 320. n° 6. — »Monet nos apostolicae.«

» 24 | » | (10748) Abbatissae et monialibus monasterii s. Angeli Asculani ord. s. Dam. tradit regulam, quam, cum in minori esset constitutus officio, composuit pro s. Clara eiusque sororibus, eamque describit. ix kal. Iun. a° 13°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 263. n° 291. — »Cum omnis vera.«

» 26 | » | (10749) Archiepiscopo Toletano petenti ex regestis Romanorum pontificum quaedam munimenta ecclesiae Toletanae sub bullae suae munimine transmittit, ne regestis ipsis perditis casu fortuito aut vetustate consumptis ius ipsius ecclesiae contingat cum pereuntibus deperire. vii kal. Iun. a° (12, *sed legas*) 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 47—52. — »Supplicasti nobis frater.«

» 30 | » | (10750) Consulibus et populo Terracinensibus Petrum Rubeum canonicum Anagninum clericum suum mittit, ut cum eodem de secura Roccae Circeii munitione provideant. iii kal. Iun. a° 13°. ‖ Contator Hist. Terrac. 183. — »Volentes ut ad.«

» 30 | » | • (10751) In causa praepositi de Steingaden contra praepositum de Raitenbuch super quibusdam terris, silvis et aliis rebus iudices delegat. iii kal. Iun. a° 13°. ‖ Lang Regesta II. 286.

Iun. 3 | » | • (10752) Abbati S. Petri, decano et scholastico Erfordiensibus — cum abbas et conventus de Walkenrede Cist. ord. monstrarint, quod nobiles viri Olricus et Sifredus comites de Regenstein et quidam alii Halberstadensis diocesis eos molestarunt — mandat, ut causam audiant et appellatione remota decidant. iii non. Iun. a° 13°. ‖ UB. für Niedersachsen II. 166. n° 229.

» 4 | » | (10753) Abbati et conventui monasterii Hirsaugensis ord. s. Ben. Spirens. dioc. ecclesiam in Hessinkein, in qua ius patronatus habent, quam Spirensis episcopus, ad quem spectabat, tenendam in usus proprios cum omnibus pertinentiis eis concesserat, confirmat. ii non. Iun. a° 13°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 433. n° 390. — »Cum a nobis.«

» 4 | ( » ) | (10754) Abbatissae et conventui monialium monasterii s. Angeli Esculan. ord. s. Dam. concedit, ut a quocumque conveniri per apostolicas litteras nequeant. *Sine loco.* ii non. Iun. a° 13°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 409. n° 19; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 268. n° 293. — »Coelestia quaerentibus terrenis.«

» 6 | » | (10755) Nannetensi et Macloviensi episcopis petentibus transmittit provisionis formam quae olim super diversis articulis inter quosdam Britanniae episcopos ac P(etrum) quondam loci eiusdem comitem a sede sancta emanavit, tenore eius de verbo ad verbum inserto. viii id. Iun. a° 13°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 909. — »Vestris devotis precibus.«

» 7 | » | (10756) Alberico de Romano significat, se contra Fridericum dictum imperatorem et alios, qui ei contra Romanam ecclesiam praestiterint auxilium et consilium, excommunicationis sententiam solemniter promulgasse et districtius inhibuisse, ne quis ei fidelitatem observet iuxta canonicas sanctiones. Rogat eum et monet, ut in proposito suo firmiter perseveret. vii id. Iun. a° 13°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 278; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. i. 317. — »Cum Federicus dictus.«

» 7 | » | (10757) Abbati de Wissenburg Spirens. dioc. mandat, ut relaxet sententiam excommunicationis, quam de Malharsdorf et Thirhupt abbates et prior de Malhardsdorf Ratispon. et August. diocc., quibus a sede apostolica datum erat in praeceptis ut (Sigfridum) archiepiscopum Maguntinum ad restituendum castrum de Starckenberg monasterio

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** Laurissensi compellerent, sine causa rationabili promulgaverant. VII id. Iun. a° 13°. ‖ Gudenus Cod. dipl. I. 551. — »Sua nobis Maguntinus.« |
| Iun. 9 | Laterani | (10758) Episcopo Praenestino apostolicae sedis legato mandat, ut, si comes Tolosanus ecclesiae Romanae beneplacitis se coaptet, eundem absolvat a censuris, recepta praeterea sufficienti cautione, quod in proximo generali passagio cum aliis ultramontanis transfretabit in obsequio Terrae sanctae per triennium moraturus. V id. Iun. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 73. — »Nobilis vir comes.« |
| » 9 | » | (10759) Archiepiscopis per regnum Franciae constitutis scribit de condemnatione Thalmud Iudaeorum eisque mandat, faciant ut primo sabbato quadragesimae proxime venturae mane, quando Iudaei in synagogis conveniant, universi istorum libri capiantur et apud fratres Praedicatores vel Minores conserventur. V id. Iun. a° 13°. ‖ Quetif et Echard Scr. ord. Praedic. I. 128, *male ad* a. 1240; Ripolli Bullar. Praed. I. 105. n° 189; d'Argentré Coll. iudic. I. 153; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 268. n° 294. — »Si vera sunt.« |
| » 9 | » | (10760) (Guillelmo) Parisiensi episcopo mandat, ut litteras apostolicas super libris Iudaeorum ei per Nicolaum quondam Iudaeum praesentandas archiepiscopis et Franciae, Angliae, Arragoniae, Navarrae, Castellae ac Legionum et Portugalliae regibus transmittat. V id. Iun. a° 13°. ‖ *Deficiente initio* ap. Quetif et Echard l. c. 128; ap. Ripoll l. c. 190; d'Argentré l. c. I. 154; Sbaralea l. c. 269. n° 294. |
| » 10 | » | (10761) Albericum de Romano in devotione ecclesiae ac defensione ecclesiasticae libertatis et fidei catholicae persistentem cum terra et aliis bonis suis tuendum suscipit. IV id. Iun. a° 13°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 279. — »In perpetuam tui.« |
| » 11 | » | (10762) N. N. mandat, ut sententias excommunicationis et interdicti in Rhemenses rebelles eorumque civitatem ab archiepiscopo Rhemensi rationabiliter promulgatas singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis *etc.* publicent. III id. Iun. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 76, *omisso initio.* |
| » 11 | » | (10763) Fratribus ordinis Minorum in terras Sarracenorum, paganorum, Graecorum, Bulgarorum, Cumanorum aliorumque infidelium proficiscentibus concedit, ut in terris, quae sedis adhuc apostolicae magisterio non intendunt, proponere verbum Dei et huiusmodi homines infideles per exhortationem suam converti ad unitatem christianae fidei cupientes recipere, baptizare *etc.* possint. III id. Iun. a° 13°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 269. n° 296. — »Cum hora undecima.« |
| » 12 | » | (10764) (Leonardo) electo Gradensi et (Petro) episcopo Castellano notificat, se Albericum de Romano propter defensionem ecclesiae et libertatis ecclesiasticae cum terra et bonis suis sub protectione b. Petri admittendum duxisse; mandat eis, ut ipsum non permittant contra protectionis huius tenorem ab aliquibus molestari. II id. Iun. a° 13°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XIII. 230; Verci Stor. degli Ecel. III. 277. — »In perpetuam dilecti.« |
| » 17 | » | (10765) Glasguensi, Moraviensi et Cathanensi episcopis mandat, ut, si electionem abbatis de Aberbredac dioc. S. Andreae in episcopum Aberdonensem canonice celebratam invenerint, eam confirment et electo munus consecrationis impendant. XV kal. Iul. a° 13°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 38. n° 99. — »Dilecti filii Stephanus.« |
| » 20 | » | (10766) (Ricardo) archiepiscopo Cantuariensi et suffraganeis eius fuse scribit respondens seriatim et ad capitula encyclicae, quam Fridericus Romanorum imperator contra sedem apostolicam propalavit, calumniasque quas ibidem congessit, in adversarium retorquet. Scribit inter alia: Fridericus »gaudet se nominari praeambulum antichristi«; porro illum affirmare »non esse apud ecclesiam a Domino b. Petro et eius successoribus ligandi atque solvendi traditam potestatem«; porro istum regem pestilentiae manifeste proponere, »a tribus baratatoribus, ut eius verbis utamur, scil. Christo Iesu, Moyse et Mahometo, totum mundum fuisse deceptum«; »insuper dilucida voce affirmare vel potius mentiri praesumpsit, quod omnes fatui sunt qui credunt, nasci de Virgine Deum qui creavit naturam« *etc.* XII (*om. Rayn.*) kal. Iul. (Iun. *Matth. Par., Mansi*) a° 13°. ‖ Matthaeus Paris Hist. maior Angl. ad a. 1239. p. 342 (*al.* 506); Mansi Conc. XXIII. 79. n° 12; Labbe Conc. XI. I. 340; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 327; *fragm. ad finem epist. pertinentia* ap. Raynald. Ann. ad a. 1239 § 18. 19. 22. 26; *cf.* Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Fontes rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 435. n° 17. — »Ascendit de mari.« *Epistola encyclica.* |
| » 20 | » | (10767) (Guillelmum) episcopum, priorem Praedicatorum et ministrum Minorum Parisienses certiores facit de condemnatione Thalmud Iudaeorum eisque mandat, ut omnes illius libros quos invenerint incendio concremari faciant et contradictores per censuras ecclesiasticas compescant. XII kal. Iul. a° 13°. ‖ Quetif et Echard Script. ord. Praedic. I. 128, *male ad* a. 1240; Ripolli Bullar. Praed. I. 106. n° 192; d'Argentré Coll. iudic. I. 154; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 270. n° 297. — »Si vera sunt.« |
| » 20 | » | (10768) Regem Portugalliae hortatur, faciat ut universi libri Iudaeorum regni sui capiantur et apud fratres Praedicatores aut Minores conserventur. XII kal. Iul. a° 13°. ‖ Quetif et Echard l. c. 128; Ripoll l. c. 106. n° 191; Sbaralea l. c. 271. n° 298. — »Si vera sunt.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| Iun. 22 | Laterani | (10769) Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis notum facit, se tertia die ante octavam b. Martini assistentibus sibi Bisuntino et Messanensi archiepiscopis *etc.* altare maius ecclesiae s. Sabinae de Monte Aventino in Urbe propriis manibus consecrasse *etc.* x kal. Iul. a° 13°. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1238 § 6. XIII. 447. — »Cum ecclesiae b.« |
| » 23 | » | (10770) Monasterium s. Iohannis baptistae in Rebdorff Eystettens. dioc. tuendum suscipit eiusque possessiones ac iura confirmat. ix kal. Iul. ind. XII. incarn. dom. a° 1239. pont. a° 13°. ‖ Kuen Collectio script. V. ii. 18. — »Quotiens a nobis.« |
| » 23 | » | * (10771) Auriensi episcopo mandat, ut Iohanni Compostellano archiepiscopo pallium tradat. ix kal. Iul. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 58. |
| Iul. 1 | » | Archiepiscopis, regibus ac principibus christianis: »Kal. Iul. a° 13°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 26, *vid.* 1239. Iun. 20. n° 10766. |
| » 5 | » | (10772) Militibus Cretensibus significat, se ducis Venetiarum et eorum precibus inclinatum ecclesiam et fundum, in quo ad honorem Dei et b. Marci evangelistae in civitate Candida sita in insula Cretensi eam construere intendant, in ius et proprietatem sedis apostolicae recipere. iii non. Iul. a° 13°. ‖ Flam. Cornelius Creta sacra (Venetiis 1755. 4°) II. 8; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 349. — »Cum sicut ex.« |
| » 5 | » | (10773) Gerapetrensi episcopo mandat, ut (Iacobo Teupolo) duci Venetorum et militibus Cretensibus, qui ecclesiam ad honorem b. Marci evangelistae in civitate Candida intendant construere, primarium lapidem concedat. iii non. Iul. a° 13°. ‖ Cornelius l. c. 9; Tafel l. c. 350. — »Cum sicut nobis.« |
| » 7 | » | (10774) Suffraganeis ecclesiae Hierosolymitanae repetit n° 10766 d. d. 1239. Iun. 20: »Non. Iul. a° 13°« — »Ascendit de mari.« ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1239 § 6. XIII. 451. |
| » 7 | — | (10775) Electo Valentino poposcente ecclesiae Valentinae civitatem Valentinam cum subsidiis suis et territorio et quidquid infra eius ambitum et extra in toto episcopatu Valentino continetur, confirmat. »Anagniae« non. Iul. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 57. — »In nostra proposuisti.« |
| ( » 8-14) | Anagniam.« | (»Mense Iulii) Gregorius pp. de *Urbe* venit ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1042 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1032). |
| » 15 | Anagniae | (10776) Capitulo Lausannensi nunciat, Bonifacium episcopum Lausannensem renuntiasse episcopatui, eisque mandat, ut infra tres menses cum consilio (Gaufridi) archiepiscopi Bisuntini et episcopi Lingonensis alium eligant praesulem idoneum. Id. Iul. a° 13°. Cartulaire de Lausanne *in* Mém. de la Suisse romande VI. 49; Zeerleder Urk. der Stadt Bern I. 328. n° 230; *cf.* Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 57. n° 118; Verdeil Hist. du canton de Vaud I. 123. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 26 | » | (10777) S(inibaldo) tit. S. Laurentii in lucina presb. cardinali marchiae Anconitanae rectori mandat, ut Ariminenses et omnes alios de Romaniola, qui contra Fr(idericum) dictum imperatorem fidem et ecclesiasticam libertatem defendere et ad devotionem ecclesiae venire iuraverint, sub apostolica protectione recipiat. vii kal. Aug. a° 13°. Baluze Miscell. ed. Mansi III. 400. — »Coercere nequitiam iustitiam.« |
| » 26 resp. 27 | » | (10778) (Conrado) Ildesemensi et (Eccardo) Merseburgensi episcopis et abbati Portensi Cisterc. ord. litteras mittit, in quibus collaudat (Henricum) lantgravium Thuringiae et quosdam alios eiusdem terrae, qui »ad instar fratrum qui dicuntur de Poenitentia, elegerunt cum vitiis et concupiscentiis suis crucifigere carnem suam.« Mandat eis, ne permittant ut illi contra pium suum propositum ab aliquibus temere molestentur. vii (vi *Sbar.*) kal. Aug. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 64; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 271. n° 299. — »Gaudemus in Domino.« |
| » 28 | » | (10779) (Iohanni) ministro fratrum Minorum in Saxonia mandat, ut, cum (Henricus) lantgravius Turingiae et (Gertruda) uxor eius sedi apostolicae supplicaverint, ut religiosum sacerdotem concederet ipsis qui confessiones eorum audiat *etc.*, ad hoc aliquem de fratribus suis deputet. v kal. Aug. a° 13°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 410. n° 20; Sbaralea l. c. 272. n° 300. — »Dilectus filius nobilis.« |
| Aug. 6 | — | Priori provinciali ord. fratr. Praedic. in Hungaria: »Laterani viii id. Aug. a° 13°«. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. I. 106; Theiner Mon. Hungar. I. 170. n° 307, *vid.* 1239. Dec. 6. n° 10823. |
| » 23 | Anagniae | (10780) (Waldemarum) regem Danorum conquerente episcopo Roschildensi monet et hortatur, ut abusum tollat, testamentum, quod »duodecim testes qui nominati appellantur« factum non esse iureiurando affirmaverint, irritum fieri, cum hoc modo multa bona, quae moribundi in pios usos legaverint, amittantur. x kal. Sept. a° 13°. ‖ Gruber Origg. Livon. 231; Scr. rer. Livon. I. 358. n° 14; *non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1239 § 67; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 592. not. — »Sua nobis venerabilis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| (Aug. 23) | (Anagniae) | (10781) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi concedit, ut die coronationis regis Sueciae pallio utatur. *Absque mense et die.* A° 13°. ‖ *Fragm.* ap. Raynald. l. c. § 66; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 698. |
| » 24 | » | (10782) Priori provinciali ordinis Praedicatorum Lundens. dioc. concedit, ut a reatu simoniae nonnullos clericos eiusdem diocesis absolvat. IX kal. Sept. a° 13°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 106. n° 194. — »Cum sicut venerabilis.« |
| » 25 | » | (10783) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi, (Iohanni) episcopo Burgulianensi et archidiacono Lundensi nunciat, se a Roscildensi episcopo certiorem esse factum, principem (Wisczlaum), maiorem et populum terrae Rugianorum in Sclavia Roscild. dioc. quandam pravam consuetudinem observantes usurarum lucra, quae vulgariter *poddas* appellant, sequi; creditorem videlicet a debitore certam quantitatem annonae, lini et aliarum rerum, quae longe plus quam in duplo pecuniam mutuatam excedant, recipere annuatim; praeterea a debitore pro licentia filiam suam collocandi 5 solidos poscere; nec non pro quolibet animali quod vendat certam pecuniae summam. Ac si debitor ante mutuatae sortis solutionem moriatur, eandem conditionem ad haeredes transire, quorum si aliquis solvendo non fuerit, supponatur ei in iudiciali foro fasciculus straminis, a quo praesentibus habitatoribus terrae suae deiiciatur et in perpetuam creditoris servitutem redigatur. Papa censet, eos esse rogandos, ut praefatam servitutis abusionem de cetero non servantes ab huiusmodi omnino lucris usurarum desistant. Quocirca dictis episcopis mandat, ut eos ad id monitione praemissa per censuram ecclesiasticam compellant. VIII kal. Sept. a° 13°. ‖ Kosegarten Pommersche u. Rügensche Geschichts-Denkmäler (Greifsw. 1834. 8°) I. 272; Fabricius Urk. zur Gesch. des Fürstenth. Rügen II. Urk. 19, *uterque perperam ad* a. 1240; Turgenevii Russ. monim. II. 345; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 591. n° 276. *Cf.* Porthan Bullar. access. 34. n° 35; Klempin Pommersches UB. I. 300. n° 370. — »Sua nobis venerabilis.« |
| » 31 | » | (10784) E(rico) filio W(aldemari) Daciae regis indulget, ut Iuttam ducis Saxoniae filiam, licet ipsum in quarto gradu consanguinitatis attingat, in uxorem ducere possit. II kal. Sept. a° 13°. ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 773. — »Ex parte carissimi.« |
| (Aug.) | (») | (10785) Bononienses rogat et monet, ut, cum Paulus Tranusarius adversus nationes, quae in fortitudine manus suae convenerant disperdere populum Lombardorum et eorum libertatem penitus conculcare, potenter insurrexerit, praefato nobili ad manutenendum civitatem Ravennae iuxta posse suum subsidium impendant. *Sine nota chronol.* ‖ Hahn Collect. monum. I. 168. n° 35; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 373. — »Civitatem Bononiae inter.« |
| Sept. 5 | » | (10786) Episcopo Castellano mandat, ut omnes sententias, quas F(ridericus) dictus imperator excommunicatus contra Albericum de Romano devotum ecclesiae promulgaverit bona ipsius adiudicando imperio et quandam partem eorum Eccelino fratri eiusdem et aliis concedendo, decernat irritas et inanes. Non. Sept. a° 13°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 280. — »Cum ei qui.« |
| » 16 | » | (10787) (Amedeum) comitem Sabaudiae F(riderico) imperatori, excommunicato manifestis et gravibus culpis exigentibus, astrictum iuramento fidelitatis non teneri decernit. XVI kal. Oct. a° 13°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1346. — »Cum in F.« |
| » 23 | » | • (10788) Pactum inter Gregorium pp. IX et Iacobum Teupulum Venetiarum ducem ad expugnandam Siciliam. ‖ Liber blancus Andreae Dand. Venetiarum ducis in archivio Viennensi n° 62 ap. Pertz Arch. d. Gesellsch. f. ält. deutsche Geschichtskunde III. 612. |
| » 24 | » | • (10789) Promittit papa, se civitati Venetiarum aliquot districtus concessurum esse in feudum, si Fridericus imperator regno Siciliae beneficiario exutus sit. ‖ Liber blancus *etc.* n° 63 ap. Pertz l. c. 612. |
| » 24 | » | • (10790) Pollicetur eum qui Siciliam in posterum possessurus sit, adstrictum iri iuramento ad pactum inter Romanam ecclesiam et Venetias initum inviolabiliter observandum. ‖ Liber blancus *etc.* n° 64 ap. Pertz l. c. 612. |
| » 24 | » | • (10791) Venetianis promittit, eos praedae in Sicilia partae participes esse futuros. ‖ Liber blancus *etc.* n° 65 ap. Pertz l. c. 612. |
| » 24 | » | • (10792) Patriarchae Gradensi mandat, ut illos qui durante contra Siciliam expeditione civitatem Venetiarum hostiliter aggressuri sint, ecclesiasticis coerceat poenis. ‖ Liber blancus *etc.* n° 66 ap. Pertz l. c. 613. |
| » 24 | — | Alberto archidiacono et Philippo de Asisio nuntio suo in Alamannia: »Laterani VIII kal. Oct. a° 13°«. ‖ Hermannus Altah., Dumont, *al.*, *vid.* 1239. Nov. 24. n° 10814. |
| » 26 | Anagniae | (10793) Potestatem et populum Ianuenses monet et hortatur, ut de conservandis conventionibus et pactis cum Romana ecclesia ab eorum nunciis et Venetis pro expeditione Siciliae initis I(acobo) episcopo Penestriensi apostolicae sedis legato exhibeant singuli iuramenta. VI kal. Oct. a° 13°. ‖ Liber iurium reipubl. Genuens. (Hist. patr. monum.) I. 983. n° 751. — »Post recessum nunciorum.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| Oct. 1 | Anagniae | (10794) Glasguensi, Cathanensi et Brechinensi episcopis mandat, ut, si electionem magistri David de Bernham subdiaconi camerarii regis Scotiae in episcopum S. Andreae de Scotia canonice celebratam invenerint, eam confirment ac faciant eidem electo munus consecrationis impendi. Kal. Oct. a° 13°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 39. n° 100. — »Postulatione facta pridem.« |
| » 14 | » | (10795) Abbatem et conventum monasterii Uterinae Vallis [Eusserthal] Cisterc. ord. Spirens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem grangiam de Loyben, pascua de Vischbach, quatuor mansos in Herboltesberge *etc.* eis confirmat. II id. Oct. a° 13°. ‖ Würdtwein Monast. Palat. III. 77, *qui perperam* Gregorio X *tribuit.* — »Cum a nobis.« |
| » 15 | » | (10796) S(ifrido) decano et capitulo Spirensibus ecclesiam de Heiligenstein cum pertinentiis suis confirmat. Id. Oct. a° 13°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe von Speyer I. 220. n° 223. — »Cum a nobis.« |
| » 18 | » | (10797) Eisdem ecclesiam in Didensheim [Deidesheim] cum pertinentiis suis confirmat. XV kal. Nov. a° 13°. ‖ Remling l. c. n° 224. — »Cum a nobis.« |
| » 21 | » | (10798) (Ludovico) regi Franciae scribit, quibus ex causis F(idericum) dictum imperatorem excommunicatum denunciaverit, eumque hortatur, ut (Iacobum) Penestrinum episcopum apostolicae sedis legatum ad partes Franciae transmissum, per quem »in tantae necessitatis articulo tui brachii auxilium invocamus«, benigne recipiat. XII kal. Nov. a° 13°. ‖ Mansi Conc. XXIII. 107; Labbe Conc. XI. I. 366. n° 31; Preuves des libertés de l'égl. Gallicane I. (ed. 2.) 10; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 457; Teulet Layettes II. 418. n° 2836. — »Dei filius cuius.« |
| » 21 | » | (10799) B(lanchae) reginae Franciae scribit de officio legationis (Iacobo) Penestrino episcopo commisso eamque rogat et hortatur, moneat (Ludovicum) filium suum, ut, detractionibus et mendaciis F(riderici) dicti imperatoris »qui Christum, vicarium suum, ecclesiam et ministros ipsius suos capitales reputat inimicos« confutatis omnino, praefatum legatum benigne suscipiat. XII kal. Nov. a° 13°. ‖ Teulet l. c. n° 2836. — »Considerantes devotionis et.« |
| » 21 | » | (10800) Episcopo Lincolniensi, cui nuper dederat in mandatis, ut ecclesiam Dunelmensem pastore vacantem et personas monachorum clericorum et saecularium officialium eius protegat, nunc mandat, ut aliquid quod in praeiudicium (Henrici) regis Angliae redundare valeat, minime attemptet. XII kal. Nov. a° 13°. ‖ Rymer Foedera I. I. 136. — »Nuper tibi nostris.« |
| » 22 | » | (10801) Archiepiscopo Cassellensi per Symonem canonicum et David clericum Cassellenses pallium transmittit. XI kal. Nov. a° 13°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 39. n° 101. — »Cum palleum insigne.« |
| » 24 | » | (10802) Capitulo ecclesiae s. Andreae Wormatiensis ecclesiam s. Magni cum pertinentiis suis confirmat. IX kal. Nov. a° 13°. ‖ Baur Hessische Urkunden II. 85. not. — »Dilecti in Domino.« |
| » 25 | » | (10803) Archiepiscopis et episcopis praesentes litteras inspecturis mandat, ut in suis diocesibus illos, qui habitum fratrum Praedicatorum deferre praesumpserint, ad deponendum ipsum per censuram ecclesiasticam compellant. VIII kal. Nov. a° 13°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 107. n° 195. — »Quia confusio habitus.« |
| » 25 | » | (10804) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut ad correctionis vel visitationis officium monasteriis vel ecclesiis impendendum necnon ad executiones causarum et denunciationes excommunicatorum procedere vel recipere curam monialium de cetero per litteras apostolicas minime teneantur. VIII kal. Nov. a° 13°. ‖ Ripoll l. c. 107. n° 196; Touron Histoire I. 28. — »Inspirationis divine gratia.« |
| » 27 | » | (10805) Abbatissae et conventui monasterii s. Francisci de Offida ord. s. Dam. Firman. dioc. immunitatem et libertatem, quas prior et conventus S. Mariae castri Offidae spiritualem in eodem claustro iurisdictionem et temporalem habentes eis concesserunt, confirmat *etc.* VI kal. Nov. a° 13°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 401. n° 21; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 272. n° 301. — »Ii a sede.« |
| ( art.- ct.) | — | (10806) (Ludovico) regi Francorum et toti Francorum baronagio notificat, se »condemnasse et a culmine imperiali abiudicasse Fredericum dictum imperatorem, ac Robertum comitem fratrem regis Francorum loco ipsius elegisse substituendum.« ‖ Matthaeus Paris Hist. mai. 517 (*al.* 350) ad a. 1239; Dumont Corps univ. dipl. I. 178. n° 340; Favyn Théâtre d'honneur I. 458; *gallice* ap. Daniel Hist. de France IV. 326; *cf.* Goldast Constit. imperial. I. 301. — »Noverit dilectus filius.« |
| ante Nov. 17 | | »Mense Novembri Gregorius pp. de *Anagnia* redit |
| | ad Urbem, | ubi a Romanis omnibus honorifice receptus est.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1044 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1033; ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 379). |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| Nov. 17 | Laterani | (10807) Magistro et fratribus ordinis fratrum Praedicatorum repetit nº 10804 d. d. 1239. Oct. 25: »xv kal. Dec. aº 13º — »Inspirationis divinae gratia.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 16. nº 224. |
| » 18 | | »In octavis b. Martini sententiam latam in imperatorem (Fridericum d. 24. Mart.) confirmat, et excommunicat Henricum naturalem filium eius et omnes sequaces eorum pro eo, quod in Marchiam, quam iuris esse dicebat ecclesiae, hostiliter est ingressus.« ‖ Ryccardus de S. Germano ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1041 (ap. Ughelli Ital. sacr. III. [1647.] 1033; ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 379). |
| » 19 | (») | • (10808) Bertoldo patriarchae Aquileiensi scribit, se sperasse, ut ille haud immemor beneficiorum a sede apostolica perceptorum pro ea se opponeret ascendentibus ex adverso; sed eum ausum esse, Federico dicto imperatori Dei ecclesiae inimico et excommunicationis vinculo innodato communicare tam in divinis officiis quam in osculo et in mensa; aequum igitur esse, ut suae infidelitatis poenas luat. Sed pro honore Belae et Colomani Rutenorum regum nepotum eius gratiam ipsi facit, ut, postquam ad pontificis praesentiam venerit, ab episcopo Castellano absolvatur. ‖ Bianchi Docum. 47. nº 126. |
| » 20 | » | (10809) Episcopo Castellano mandat, ut, si Ezelinus de Romano castra Asili et Montis Bellunensis, arcem Braidem Roccamque Cornutae necnon villas, curias et alia iura ecclesiae Tervisinensis spreto fidelitatis iuramento, quae per violentiam occupaverit et occupata detineat, episcopo Tarvisino restituere nolit, eum anathemate feriat. xii kal. Dec. aº 13º. ‖ *Nonnisi pars prima in* Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 37; *et in* Verci Stor. degli Ecel. III. 281. — »Sicut venerabilis frater.« |
| » 21 | (») | • (10810) Grégoire approuve la transformation de l'hôpital de Bar-sur-Aube en une abbaye des femmes de l'ordre de Saint-Benoît, à la charge toutefois par les religieuses de consacrer les revenus à l'hospitalité. ‖ H. d'Arbois de Jubainville Hist. de Bar-sur-Aube (Paris 1859. 8º) 82. |
| » 23 | » | (10811) Alberto archydiacono Pataviensi et Philippo de Asisio nuntio sedis apostolicae in Alemannia commoranti significat, se in Fridericum dictum imperatorem et in omnes illos, qui contra Romanam ecclesiam ei praestiterint consilium auxilium et favorem, excommunicationis et anathematis sententiam promulgandam duxisse, omnes »qui ei fidelitatis iuramento tenentur, decernendo ab observatione iuramenti huiusmodi absolutos, et firmiter prohibendo, ne sibi fidelitatem observent, iuxta canonicas sanctiones. Ad haec civitates, castra, villas et alia loca, ad quae ipse pervenerit, quamdiu ibi fuerit, ecclesiastico supposuimus interdicto.« Universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis per Alemanniam constitutis se praecipere, ut praedictam excommunicationis et anathematis sententiam pulsatis campanis, accensis candelis in singulis civitatibus *etc.* publicari faciant. Mandat eis, ut, si dicti archiepiscopi hoc praeceptum neglexerint adimplere, eos ad id per excommunicationis sententiam cogant. ix kal. Dec. aº 13º. ‖ Hermanni Altahens. Annal. ap. Pertz M. G. H. scr. XVII. 390 ad a. 1227; Cherubini Bullar. I. 90; Bullar. Magn. (ed. Luxemb.) I. 80; Lünig Reichs-Arch. (IV.) Pars gen. Cont. II. 161; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 499; Höfler Albert v. Beham 8, *ubi falso ad* a. 1240. — »Quia Fridericus dictus.« |
| » 23 | » | • (10812) Alberto archidiacono Patavino et Philippo nuncio suo in Alamannia moranti mandat, moneant E(berhardum) archiepiscopum Salzburgensem, ut a reconciliatione (Friderici) ducis Austriae cum Friderico imperatore desistat; alioquin eum excommunicent. ix kal. Dec. aº 13º. ‖ Höfler l. c. 9. |
| » 23 | » | • (10813) Alberto archidiacono Patavino mandat, moneat Fridericum Austriacum — qui toto posse iuramento pontifici praestito adesse et negotium, quod ipse noverit, cum aliis devotis ecclesiae principibus promovere neptemque suam copulare debeat filio regis (Wenceslai) Boemiae, qui, cum ille a Friderico imperatore omnibus terris spoliatus fuerit, iussu papae eidem adfuit auxilio et subsidia praebuit, donec recuperarit terras, — ut rem perficiat; alioquin eum excommunicet eiusque terram interdicto supponat. ix kal. Dec. MCCXXXIV (*leg.* MCCXXXIX.) Höfler l. c. 9; Erben Reg. Bohem. I. 456. nº 980; Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 723. nº 65. |
| » 24 | » | (10814) Alberto archidiacono (Patavino) et Philippo de Asisio nuntio suo in Alamannia commoranti mandat, rogent et moneant archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, praepositos et alios ecclesiarum praelatos, necnon duces, marchiones, comites, barones et universos alios Christi fideles per Alamanniam constitutos, ne consilium vel iuvamen operae vel operam aliquatenus impendant Friderico dicto imperatori, »qui sicut Herodes christianam .... religionem conatur extinguere; .... nonnullos episcopos .... de regno, quod est b. Petri patrimonium episcopale, aliisque terris imperio Romano subiectis proscriptione damnabili exulare compellit; sacrosanctas ecclesias ..., religiosos ...., pupillos, orphanos, pauperes et viduas ..... quasi sublatis desuper carnibus exossavit; excommunicationis quoque ac anathematis latam contra se sententiam .... vilipendit;« alioquin eos, qui contra praescriptum hoc mandatum venire praesumpserint, per excommunicationis sententiam a praesumptione huiusmodi compescant. viii kal. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| | | (Oct., *sed legas*) Dec. a° 13°. ‖ Hermanni Altahens. Annal. ad a. 1227 ap. Pertz M. G. H. scr. XVII. 390; Cherubini Bullar. I. 89; Bullar. magn. I. 106; Bullar. magn. (ed. Luxemb.) I. 79; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1239 § 7. XIII. 458; Lünig Cod. Germ. dipl. I. 371; Lünig Reichs-Arch. (IV.) Pars gen. Cont. II. 160; Dumont Corps univ. dipl. I. 177. n° 339; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 498; Höfler Albert von Beham 6, *ubi perperam ad* a. 1240; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 35; Fr. Schirrmacher Albert von Possemünster gen. der Böhme (Weimar 1871. 8°) 48. — »Rationalis spiritus exulanti.« |
| Nov. 27 | (Laterani) | • (10815) (Bertoldo) episcopo Argentino: Audio Ch(unradum) episcopum Frisingensem dicere, nos nil iuris in Alamannia habere; praeterea homicidio infamatus et vitio falsitatis mandat inquisitionem. v kal. Dec. a° 13°. ‖ Höfler Albert v. Beham 5 (*ubi falso* a° 1240 *adscribitur*). |
| » 29 | » | (10816) Praeposito et capitulo ecclesiae Racemburgensis Praemonstr. ord. ius patronatus ecclesiae in Sclawekesdorpe, quod Albertus dux Saxoniae patronus ipsius eis concesserat, auctoritate apostolica confirmat. III kal. Dec. a° 13°. ‖ Westphalen Mon. ined. II. 2054; Schröder Papist. Meklenburg II. 2924, *perperam ad* a. 1201; Meklenb. UB. I. 494. n° 504. — »Cum a nobis.« |
| » 29 | » | (10817) Capitulo Lausannensi iterat mandatum suum, ut eligatur episcopus, et praecipit, ut designet locum, quem adire liceat secure R. episcopo Lingonensi eoque mittat aliquos potestatem habentes ad peragendam electionem cum eiusdem episcopi consilio et auctoritate per unius mensis tempus. III kal. Dec. a° 13°. ‖ Cartulaire de Lausanne *in* Mém. de la Suisse romande VI. 59. *Cf.* Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 58. n° 121; Forel Régeste 258. n° 1206. — »Cum olim venerabilis.« |
| Dec. 2 | » | (10818) Abbatissam et conventum monasterii Vallis felicis [Seligenthal] Cisterc. ord. Herbipol. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem terras, possessiones ac alia bona, sicut ea omnia iuste possident, eis confirmat. IV non. Dec. a° 13°. ‖ Gudenus Cod. dipl. III. 672. — »Cum a nobis.« |
| » 2 | » | • (10819) (Ludovico) regi Franciae commendat Stephanum nepotem Iohannis Timosi civis Romani pro quadam praebenda in ecclesia Constantiensi, ei iuxta pontificale mandatum ab episcopo et canonicis Constantiensibus collata, sed a magistro Roberto de Campellis per circumventionis astuciam occupata. IV non. Dec. a° 13°. ‖ Teulet Layettes II. 437. n° 2880, *ubi male* a° 1240 *adscribitur*. — »Dilecto filio Stephano.« |
| » 3 | » | (10820) Priori et conventui S. Mariae de Hortis Praemonstr. ord. Segoviens. dioc. ecclesias s. Salvatoris et s. Pauli de Villa nova confirmat. III mensis (?) Dec. a° 13°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 103. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 5 | » | (10821) (Leonardo) electo Gradensi mandat, ut, cum F(ridericus) dictus imperator bona Alberici de Romano Eccelino de Romano et quibusdam aliis adiudicare et quasdam contra dictum Albericum promulgare sententias post excommunicationem in ipsum latam praesumpserit, has adiudicationes et sententias irritas esse decernat *etc.* Non. Dec. a° 13°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 280. — »Cum sicut accepimus.« |
| » 5 | » | (10822) Colomanum regem ducem Sclavoniae laudat, quod extirpare haereses et fidem studet propagare catholicam, exaltationem procurat ecclesiae eiusque impugnatores expugnat. Hortatur eum, ut in devotione Dei et ecclesiae persistat. Non. Dec. a° 13°. ‖ Pray Diatribe 62; Katona Hist. crit. V. 871; Fejér Cod. dipl. IV. I. 175; Theiner Mon. Hungar. I. 172. n° 310; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 69. — »Litteras tuas benigne.« |
| » 6 resp. 7 | » | (10823) Priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum in Hungaria mandat, ut aliquot fratres potentes in opere et sermone in terram Bosnae ad praedicandum inibi verbum dominicum et cultum divinum fortius ampliandum destinet. VII (VIII *Fej.*) id. Dec. a° 13°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. I. 176; Theiner Mon. Hungar. I. 172. n° 312. — »Cum sicut (om. *Fej.*) ex.« |
| | | • *Eandem bullam in medium tulerunt* Ripolli Bullar. ord. Praed. I. 106 *et* Theiner l. c. 170. n° 307, *sed cum signo chronologico* »Laterani VIII id. Aug. a° 13°«; *elucidationem istius aliis relinquam.* |
| » 7 | » | (10824) (Pousae) episcopo et capitulo S. Petri in Bosna possessiones et alia bona eorum ecclesiae a Colomano rege duce Sclavoniae et aliis Christi fidelibus collata confirmat. VII id. Dec. a° 13°. ‖ Pray Hierarch. II. 419; Katona Hist. crit. V. 878; Fejér l. c. 177; Theiner l. c. 172. n° 311. — »Iustis petentium desideriis.« |
» 20 » (9866) Soldano Iconii significat, se eius nuntium Iohannem Gabram christianum laetanter recepisse, eique intimat »quod discretos nuntios, quam cito poterimus, ad magnitudinis tuae praesentiam ... dirigemus« ad respondendum. XIII kal. Apr. a° 8°. || Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 40. — »Dilectum filium Iohannem.«

» 22 » (9867) Abbatissae et conventui pauperum monialium reclusarum monasterii s. Mariae de Virginibus ord. s. Dam. Faventin. dioc. exemptionem ab omni episcopali iure eis factam ab (Alberto) Faventino episcopo confirmat. XI kal. Apr. a° 9°. || Wadding Ann. Min. II. 619; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 149. n° 657. — »Solet annuere sedes.«

» 25 » * (9868) Grégoire félicite Thibaut comte de Champagne de la protection qu'il donne à l'abbesse et aux religieuses cloîtrées de Sainte-Grâce de Pampelune, ordre de Saint-Damien; il l'encourage à continuer. || Jubainville Comtes de Champagne V. 350. n° 2388, *male ad* a. 1236.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1235.** |
| Mart. 26 | Perusii | (9869) Universis Christifidelibus, qui ad monasterium monialium inclusarum s. Mariae Magdalenae Alexandrinum (ord. s. Dam.) causa devotionis accesserint vel eidem manum porrexerint pietatis indulgentiam 40 dierum elargitur. vii kal. Apr. a° 9°. Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 149. n° 158. — »Quoniam ut ait.« |
| » 28 | » | (9870) Abbatissae et monialibus reclusis S. Apollinaris ord. s. Dam. concedit, ut beneficia ecclesiae s. Apollinaris mortuis clericis ea possidentibus ad sustentationem ipsarum transeant. v kal. Apr. a° 9°. Wadding Ann. Min. II. 619; Sbaralea l. c. 150. n° 159. — »Cum olim bonae.« |
| » 28 | » | (9871) (Willelmo) archiepiscopo Mediolanensi mandat, curet ut statutum datum ab (Henrico) archiepiscopo praedecessore in concessione ecclesiae s. Apollinaris facta monialibus s. Damiani inviolabiliter observetur. v kal. Apr. a° 9°. Wadding l. c. 620; Sbaralea l. c. n° 160. — »Cum olim bonae.« |
| » 30 | » | (9872) Abbati et conventui monasterii Lubensis ord. Cisterc. Wratislav. dioc. tria milia mansorum in Lubzezko cum quibusdam silvis et lacubus, quos Wlodizlaus dux Gneznicensis eis donavit, auctoritate apostolica confirmat. iii kal. Apr. a° 9°. (Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 149. — »Cum a nobis.« |
| Apr. 2 | » | (9873) (Bertoldo) episcopo Argentinensi, qui, cum monasterium s. Leonardi per malitiam monachorum nigrorum in eodem degentium ad miseriam devenisset, saeculares ibidem canonicos instituerat, hoc factum confirmat. iv non. Apr. a° 9°. Schoepflin Alsat. dipl. I. 376. n° 482. — »Hiis que pro.« |
| » 4 | » | (9874) (Adamo) episcopo Silvanectensi et S. Dionysii Remensis et Igniacensi abbatibus mandat, ut (Ludovicum) regem Franciae moneant et inducant ad vindicandas iniurias capitulo Remensi a civibus Remensibus irrogatas. ii non. Apr. a° 9°. Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 579. n° 140. — »Quod carissimus ... rex.« |
| » 4 | » | (9875) Abbati de Ebersperch Frising. dioc. et maioris ecclesiae et S. Andreae praepositis Frisingensibus mandat, ut inter abbatem conventumque monasterii s. Emmerami Ratisponensis et (Sigfridum) Ratisponensem episcopum, qui ab illis indebitas et insuetas procurationes exigat et extorqueat, iudicium faciant. ii non. Apr. a° 9°. Ratisb. monast. Lib. probat. 170. — »Dilectorum filiorum abbatis.« |
| » 8 | » | (9876) Archiepiscopo Dublinensi, episcopo Ossoriensi et priori Omnium Sanctorum Dublinens. dioc. mandat, ut de lite inter archiepiscopos Tuamensem et Armachanum super iure metropolitico ecclesiae Ardachadensis vertente inquirant et referant. vi id. Apr. a° 9°. Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 150. n° 160; Theiner Mon. Hibern. 30. n° 75. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 11 | » | (9877) (Henricum) archiepiscopum et capitulum Remenses rogat et hortatur, ut P. natum cl. mem. Ph(ilippi) regis Francorum, thesaurarium ecclesiae s. Martini Turonensis »quem nuper in subdiaconum ordinavimus,« in canonicum recipiant, cum sedes apostolica super defectu natalium cum eo dispensaverit. iii id. Apr. a° 9°. Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 582. n° 141. — »Eo vos credimus.« |
| » 13 | » | (9878) Universis archiepiscopis et episcopis mandat, ut universos crucesignatos et alios qui susceperint signum crucis, quilibet ipsorum in sua diocesi protegant ab inquietationibus iniquorum. Id. Apr. a° 9°. Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 45, *omisso initio.* |
| » 16 | » | (9879) (Ludovicum) regem Francorum deposcit et hortatur, ut ex matrimonio inter Fridericum Romanorum imperatorem Ierusalem et Siciliae regem et sororem regis Anglorum aliquod turbationis nubilum non admittat, cum idem imperator diligat et affectet, ut amicitia specialis, quae inter progenitores ipsius et regis ab antiquo floruerit, inter filios firma permaneat et augmentis continuis amplietur. xvi kal. Mai. a° 9°. Champollion-Figeac Lettres de rois, reines *etc.* I. 49. n° 36; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. i. 537. — »Cum de matrimonio.« |
| » 19 | » | (9880) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani petentibus incorporationem magistri et fratrum de Dubrin, Plocensis episcopi diocesani eorum accedente consensu, ordini illorum factam confirmat. xiii kal. Mai. a° 9°. Beiträge zur Kunde Preussens V. (Königsberg 1822. 8°) 495; Voigt Gesch. der Eidechsen-Gesellschaft in Preussen 272; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 42. n° 43; *cf. eiusd.* Gesch. Preussens II. 275. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 19 | » | (9881) Praeposito, decano et scolastico Zuerinensibus controversiam inter consules et commune Lubicenses ac (Iohannem) episcopum Lubicensem propter incendium ecclesiae de Ratenow exortam committit terminandam. xiii kal. Mai. a° 9°. Cod. dipl. Lubec. I. 77. n° 69. — »Consules et commune.« |
| » 19 | (») | • (9882) Confirmat, ut proventus ecclesiarum parochialium Hawangen et Böhen in usum monasterii Ottenburani redigantur. »Romae« xiii kal. Mai. a° 9°. Lang Regesta II. 240. |
| 20 | » | (9883) Alfonsum filium Iacobi regis et Alionorae reginae Aragonum legitimat et cum eo, ut habeatur legitimus, dispensat. xii kal. Mai. a° 9°. Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 32. — »Ex parte tua.« |

1235.

Apr. 21 Perusii (9884) Abbatissae ac monialibus monasterii b. Mariae in Campo Martio Veronensis instrumentum (Iacobi) episcopi Veronensis confirmat, quo ille eis earumque ecclesiae tam in temporalibus quam in spiritualibus libertate concessa in eadem ecclesia pro temporalibus annuam libram cerae, pro spiritualibus vero consecrationem ecclesiae et altarium ipsius sibi et suis successoribus reservavit. (Tenor instrumenti est insertus). xi kal. Mai. a° 9°. Biancolini Chiese di Verona IV. 686. — »Iustis petentium desideriis.«

» 21 » * (9885) Eugubinis praecipit, ut restituant Perusinis castrum Vallis Marculae. xi kal. Mai. a° 9°. Spicil. Liber. 645.

» 24 » (9886) Universos Christi fideles provinciae Tarraconensis monet, ut ad extirpandum veterem Iebusaeum et ad eruendam de manibus impiorum insulam Hevizae regno Maioricarum contiguam potenter se accingant. Praemia indulgentiarum proponit. viii kal. Mai. a° 9°. Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 34. — »Dilectus filius Tarraconensis.«

» 24 » (9887) Limiricensi et Imilicensi episcopis mandat, ut cessionem episcopi Ardfertensis senio confecti recipiant, ei pro sustentatione sua provisionem congruam assignent et faciant ecclesiae Ardfertensi per electionem canonicam de persona idonea provideri. viii kal. Mai. a° 9°. Theiner Mon. Hibern. 31. n° 76. — »Prudenter agnoscens venerabilis.«

» 24 » (9888) Monasterium monialium s. Pauli Spoletanum tuendum suscipit omnesque eius bona, quorum aliquot nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. viii kal. Mai. indict. VIII. incarn. dom. a° 1235. pont. a° 9°. Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 153. n° 162. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 27 » (9889) Archiepiscopo Ardmachano et episcopo Cloinfertensi mandat, ut cessionem H. Cloniensis episcopi senio confecti et infirmitate gravati recipiant eique de bonis ecclesiae Cloniensis congrue provideri faciant. v kal. Mai. a° 9°. Theiner Mon. Hibern. 31. n° 77. — »Venerabilis frater noster.«

» 27 » (9890) Repetit n° 8701 de 1231. Apr. 9: »v kal. Mai. a° 9°« — »Cum dilectis filiis.« Strehlke Tab. 353. n° 463.

» 28 » (9891) Repetit n° 6505 de 1221. Ianr. 18: »iv kal. Mai. a° 9°« — »Quociens a nobis.« Strehlke l. c. 354. n° 464.

» 30 » (9892) Ministro et eremitis de Montana Nigra Antiochens. dioc. b. Benedicti regulam et regularia instituta perpetuo concedit observanda. ii kal. Mai. a° (6°, *legi debet*) 9°. Wadding Annal. Minor. I. 328. — »Quorundam nos ordinum.«

Mai. 3 » (9893) Fidelibus christianis notum facit, se ad exemplar Calixti, Eugenii *etc.* praedecessorum Iudaeis protectionis suae clypeum indulgere et statuere etiam, ut nullus christianus invitos vel nolentes eos ad baptismum per violentiam venire compellat *etc.* v non. Mai. ind. VIII. incarn. dom. a° 1235. pont. a° 9°. Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 20. — »Sicut Iudaeis non.«

» 5 » (9894) Abbatissae monasterii s. Mariae et s. Apollinaris extra Portam Romanam Mediolanensibus eiusque sororibus tam praesentibus quam futuris religionem ingressuris concessionem monasterii s. Apollinaris et omnes immunitates et libertates a (Guilelmo) archiepiscopo Mediolanensi ipsis concessas confirmat; insuper eis concedit, ut negante episcopo diocesano oleum sanctum vel aliud sacramentum ecclesiasticum a quovis catholico antistite recipere possint, et ut censurae in eas ab episcopis latae, tanquam contra indulta apostolica fulminatae, pro nullis habeantur. iii non. Mai. indict. VIII. incarn. dom. a° 1235. pont. a° 9°. Wadding Ann. Min. II. 620; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 154. n° 163. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 7 » (9895) Episcopo Praenestino mandat, ut Florentinos, Senenses ac Urbevetanos ad pacem ineundam censuris ecclesiasticis adigat. Non. Mai. a° 9°. Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 103. n° 177. — »Uno ex septem.«

» 7 » (9896) Praeposito, decano et scolastico Zuerinensibus mandat, ut causam vertentem inter plebanum et parochianos ecclesiae de Ratekowe Lubecens. dioc. ex parte una et consules et commune Lubecenses ex altera »super eo quod dicebant eosdem sibi quaedam dampna per incendium intulisse«, aut fine debito terminent aut partes ad episcopi Lubecensis examen remittant. Non. Mai. a° 9°. Cod. dipl. Lubec. I. 78. n° 70; Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 38. n° 32. — »Consules et commune.«

» 9 » (9897) Maioris ecclesiae et S. Thomae Strigoniensis praelatis notificat, se dedisse abbati S. Martini de Monte Pannoniae in mandatis, ut Newronio et Anselmo laicis de Iudaicae pravitatis errore ad fidem conversis liberaliter provideat. Mandat eis, ut, si dictus abbas hoc mandatum neglexerit adimplere, eum ad id per censuram ecclesiasticam cogant. vii id. Mai. a° 9°. Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 41. — »Sua nobis Newronius.«

» 11 » (9898) Praeposito, decano et scolastico Zuerinensibus de controversia inter consules et commune Lubicenses ac (Iohannem) episcopum Lubicensem super incendio ecclesiae de

**1235.**

Travenemunde vertente mandata dat. v id. Mai. a° 9°. Cod. dipl. Lubec. I. 79. n° 71. — »Consules et commune.«

Mai. 11 Perusii (9899) Eisdem de controversia inter easdem partes propter incendium parochialis ecclesiae de Rensvelde exorta mandata dat. v id. Mai. a° 9°. Cod. dipl. Lubec. I. 79. n° 72. — »Consules et commune.«

» 11 » * (9900) Abbatibus S. Crucis et Campililiorum committit visitandum in Austria grave et antiquum monasterium Pataviens. dioc., quod D. monachus eiusdem ceteris coenantibus quosdam laicos conductos pretio introduxit refectorium, qui quosdam fratrum evaginatis gladiis nequiter verberatos carcerali custodiae manciparunt et cameram abbatis invadentes eum ex illa per capillos turpiter eiecerunt *etc.* v id. Mai. a° 9°. Manrique Ann. Cisterc. IV. 511.

» 15 » (9901) Regem Tunici rogat, ut Iohannem ministrum ordinis Minorum de Barbaria eiusque socium benigne recipiat et pertractet. Id. Mai. a° 9°. Wadding Ann. Min. II. 408; Sbaraleae Bullar. Franc. I. 155. n° 164; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1235 § 36. — »Nobilitatis tuae litteris.«

» 15 » (9902) Archiepiscopo Neapolitano et magistro Roffredo canonico Teanensi Neapoli commoranti mandat, ut cives Neapolitanos, qui occasione cuiusdam novitii ordinem fratrum Praedicatorum intrantis cum consanguineis eiusdem in domum illorum nequiter irruerant, excommunicatos publice nuncient. Id. Mai. a° 9°. Ripolli Bullar. Praed. I. 74. n° 125. — »Non absque mentis.«

» 15 » (9903) Priori provinciali ordinis Praedicatorum in Teutonia mandat, ut aliquot fratres praedicationis officio deputet, qui omnibus ad solemnem praedicationem accedentibus moderatam aliquot dierum indulgentiam largiantur *etc.* Id. Mai. a° 9°. Ripoll l. c. 75. n° 126. — »Quantum nos urgeat.«

» 15 » (9904) Comitem et capitularios Tolosanos rogat et hortatur, ut fratribus ordinis Praedicatorum et aliis, qui fidei negotium prosequuntur, libenter impendant consilium et auxilium. Id. Mai. a° 9°. Ripoll l. c. n° 127. — »Palmites vitis verę.«

» 17 — (9905) Magistrum et fratres S. Iuliani del Pereyro Cisterc. ord. protegendos suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. »Romae ap. S. Petrum« xvi kal. Iun. a° 1236(?). pont. a° 9°. Manrique Ann. Cisterc. IV. 570.

» 18 Perusii (9906) I(ohanni) archidiacono, decano et succentori Cathalaunensibus mandat, citent scabinos et cives Remenses, ut de iniuriis capitulo Remensi illatis respondeant, ipsos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellendo. xv kal. Iun. a° 9°. Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 583. n° 142. — »Dilecti filii decanus.«

» 18 » (9907) Rectori et fratribus hospitalis s. Francisci Pragensis villam, quae dicitur Rakscice, eis cum pratis, pascuis et omnibus pertinentiis suis a (Premizl) marchione Moraviae ad petitionem Agnetis virginis sororis suae donatam confirmat, citatis ipsius concessionis et regiae confirmationis litteris. xv kal. Iun. a° 9°. Wadding Ann. Min. II. 622; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 156. n° 166; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 299. n° 263; *cf.* Palacky Reise 26. n° 129, *ubi falso ad* 28. Mai. — »Filius summi regis.« *Cf.* n° 9926.

» 18 » (9908) Priori provinciali Hispaniae ordinis Praedicatorum mandat, ut per aliquot fratres ad hoc aptos moniales S. Stephani de Guarmatio ord. s. Aug. dioc. Oxomens. iuxta sui formam ordinis visitari faciat. xv kal. Iun. a° 9°. Ripolli Bullar. Praed. I. 76. n° 128. — »Quia cum religiosis.«

» 18 » (9909) Fratres Militiae Iesu Christi Parmenses cum omnibus bonis sub protectione b. Petri et sua suscipit. xv kal. Iun. a° 9°. Ripolli Bullar. Praedic. VII. 10. n° 211; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. cod. dipl. 9. n° 12. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 18 » (9910) Iordanum generalem magistrum ordinis fratrum Praedicatorum hortatur, ut fratres Militiae Iesu Christi Parmenses per se ac fratres suos sacris disciplinis instruere ac eosdem studeat ad charitatis observantiam efficaciter animare. xv kal. Iun. a° 9°. Ripoll l. c. n° 212; Federici l. c. 10. n° 13. — »Exprimentis multiplicibus informati.«

» 18 » (9911) Episcopo Parmensi mandat, habeat diligentem curam, ne fratres Militiae Iesu Christi Parmenses ad praestanda illicita iuramenta vel inviti ad iniustum proelium contra fideles accedere compellantur, aut ipsi et uxores eorum specialibus et gravioribus, quam alii sui compares, graventur exactionibus et collectis. xv kal. Iun. a° 9°. Ripoll l. c. 11. n° 214; Federici l. c. 11. n° 15. — »Quos pietate sua.«

» 18 » (9912) Fratribus Militiae Iesu Christi Parmensibus eorumque servientibus, qui laborem pro defensione catholicae fidei et ecclesiasticae libertatis nec non pro ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium et omnium religiosorum locorum, quocumque nomine nuncupentur, ecclesiasticarum quoque personarum cuiuscunque ordinis, pupillorum, viduarum *etc.* defendenda iustitia assumentes calicem biberint passionis, omnium peccatorum suorum, de quibus vere contriti et confessi fuerint, veniam indulget. xv kal. Iun. a° 9°. Ripoll l. c. n° 215; Federici l. c. 11. n° 16. — »Est angelis ad.«

1235.

Mai. 18 Perusii (9913) Rectori et fratribus hospitalis s. Francisci Pragensis villas Glupetim, Borotiz cum omnibus villulis ad eas pertinentibus et ecclesiam s. Petri cum curia et villa Ribunc (Ribnic *Fej.*), quas eis Constantia Boemorum regina (d. 12. Febr. 1235) contulerat, confirmat. xv kal. Iun. a° 9°. Wadding Ann. Minor. II. 624; Sbaraleae Bull. Francisc. I. 158. n° 167; Fejér Cod. dipl. VII. I. 253; *cf.* Palacky Reise 26. n° 128; Erben Reg. Boem. I. 414. n° 876. — »Filius summi regis.«

„ 18 „ (9914) Agneti abbatissae monasterii Pragensis s. Francisci eiusque sororibus inclusis hospitale s. Francisci iuxta earum coenobium situm et ab abbatissa praedicta in fundo Romanae ecclesiae constructum concedit statuitque, ut hospitale ab ipso monasterio nunquam separetur. xv (XIII *Fej.*) kal. Iun. a° 9° (11° *Fej.*). Wadding l. c. II. 625; Sbaralea l. c. 156. n° 165; Fejér l. c. 254; *fragm.* ap. Erben l. c. n° 875; *cf.* Palacky l. c. n° 127. — »Cum relicta seculi (secularí *Fej.*)«

„ 18 „ Fratribus Militiae Iesu Christi Parmensibus indulget: »xv kal. Iun. a° 9°«. Ripoll l. c. VII. 10. n° 213, *vid.* 1235. Mai. 23. n° 9921.

„ 19 „ (9915) Abbatibus ordinis Cisterciensis ad quos litterae istae pervenerint prohibet, ne ullus de ordine fratrum Minorum ad habitum Cisterciensem sine licentia summi pontificis vel ministri ordinis admittatur, et mandat eis, ut remittant quos iam receperint. XIV kal. Iun. a° 9°. Wadding Ann. Min. II. 626; Manrique Annal. Cisterc. IV. 510; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 159. n° 168. — »Quo vos in.«

„ 20 „ (9916) (Roberto) episcopo Olomucensi mandat, ut causam inter rectorem S. Michaelis in Znoyma et magistrum hospitalis s. Iohannis Hierosolymitani de Cuniz super quodam censu, decimis et rebus aliis in Prabelove vertentem debito fine terminet. XIII kal. Iun. a° 9°. Boczek Cod. dipl. Morav. II. 300. n° 264; Erben Reg. Bohem. I. 414. n° 877. — »Exhibita nobis rectoris.«

„ 21 „ (9917) Insubriae, Flaminiae et marchiae Tarvisinae praesulibus significat, se transmittere ad partes illas patriarcham Antiochenum, concesso ei plenae legationis officio; monet eos ut illius mandatis humiliter obediant. XII kal. Iun. a° 9°. Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 12, *omisso initio.*

„ 22 „ (9918) Abbatissae et conventui S. Laurentii de Collazone ord. s. Dam. Tudertin. dioc. concessionem ipsius monasterii et ecclesiae s. Iohannis cum omnibus pertinentiis et aliis immunitatibus et libertatibus eisdem a (Bonifacio) episcopo Tudertino factam confirmat. XI kal. Iun. a° 9°. Wadding Ann. Min. II. 626; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 160. n° 169. — »Iustis petentium desideriis.« *Cf.* n° 9969.

„ 22 „ (9919) Castellense monasterium ord. s. Ben. a quondam nobilibus viris Beringero, Friderico ac filio eius Ottone necnon Luitgarda comitissa fundatum in allodio suo et b. Petro ab eis oblatum ad exemplar Paschalis et Innocentii II sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura atque privilegia confirmat. XI kal. Iun. indict. VIII. incarn. dom. a° 1235. pont. a° 9°. Mon. Boica XXIV. 320. — »Pie postulationis ordo.«

„ 22 „ (9920) Episcopo Dunkeldensi indulget, ut de possessionibus ecclesiae suae ecclesiae s. Columbae de Insula ord. s. Aug. ad sustentationem eorum qui ibidem Domino famulantur aliquot conferat. XI kal. Iun. a° 9°. Theiner Mon. Hibern. 31. n° 78. — »Ex parte tua.«

„ 23 „ (9921) Fratribus Militiae Iesu Christi Parmensibus indulget, ut ipsi et ipsorum uxores tempore generalis interdicti possint in ecclesiis non interdictis audire divina et recipere alia ecclesiastica sacramenta. X (XV *Rip.*) kal. Iun. a° 9°. Ripolli Bullar. Praed. VII. 10. n° 213; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. cod. dipl. 10. n° 14. — »Devotionis vestrae precibus.«

„ 24 „ (9922) Eisdem formam vitae, quam deliberatione provida statuerunt, placitam reputat eamque confirmat, ipsam de verbo ad verbum praesentibus adnotans. IX kal. Iun. a° 9°. Ripoll l. c. 11. n° 216; Federici l. c. 12. n° 17; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 486. n° 44. — »Quae omnium conditoris.«

„ 25 „ (9923) Episcopo Glasguensi, eius successoribus et clericis Glasguensis diocesis indulget, ut per litteras apostolicas inviti extra Scotiam conveniri minime possint. VIII kal. Iun. a° 9°. Theiner Mon. Hibern. 32. n° 79. — »Non modicum ecclesie.«

„ 25 „ (9924) Abbati S. Iacobi Leodiensis, decano et scolastico Coloniensibus mandat, curent ut capitulum abbatum et priorum ord. s. Ben. Coloniensis provinciae annis singulis et in loco aliquo ad hoc apto celebretur. VIII kal. Iun. a° 9°. Ennen Quellen II. 162. n° 160, *ad* a. 1236. — »In medio ecclesie.«

„ 26 „ (9925) Abbate et conventu monasterii de Monte Mirteti supra Nympham Velletrens. dioc. supplicantibus inhibet, ne ab ipsis quaelibet ecclesiastica saecularisve persona de Marittima pro aliquibus possessionibus aut rebus ab eodem monasterio habitis vel haben-

1235.

dis pedagium, platenticum aut tributum vel aliud aliquod servitii genus exigere praesumat. vii kal. Iun. a° 9°. Spicil. Liber. 653. n° 15. — »Etsi ex iniuncto.«

Mai. 27 (Perusii) »In die pentecostes canonizata est a domino papa s. Elizabeth vidua Ludovici Turingiae quondam lantgravii relicta.« Alberici Trium Font. Chron. ad a. 1235 *in* Leibnitii Access. hist. II. 556. — »Hoc a° in die pentecostes papa cum maxima solennitate b. Elisabeth filiam regis Ungariae ac Ludovici landgravii uxorem canonizavit.« Chron. Erford. ap. Schannat Vindem. I. 96. — »Hanc (*scil.* Elisabeth) post profundi sermonis decursum, cui tale dedit initium *Vas admirabile opus excelsi* .... in sanctorum catalogo sociavit.« Vita Gr-i ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. i. 580.

» 28 » (9926) Rectori et fratribus hospitalis s. Francisci Pragensis villam Rakscice, quam eis cum pratis, pascuis *etc.* Premizl marchio Moraviae filius cl. mem. regis Boemiae contulit, auctoritate apostolica confirmat. v kal. Iun. a° 9°. Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 156. n° 166; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 301. n° 265; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 414. n° 878. — »Filius summi regis.« *Cf.* n° 9907.

» 29 » (9927) Rossensi episcopo concedit facultatem augmentandi praebendas tenues ecclesiae Rossensis et de novo ibidem alias ordinandi. iv kal. Iun. a° 9°. Theiner Mon. Hibern. 32. n° 80. — »Petentis desiderium quod.«

(Mai. Iun.) » (9928) (Hugoni) Elyensi et (Rogero) Londinensi episcopis mandat, ut, si personam Iohannis de Hertford monachi sufficientem invenerint ad monasterii s. Albani Lincolniens. dioc. regimen assumendum, electionem eiusdem in abbatem confirment. *Sine nota chronol.* Matth. Paris Hist. maior 413; Chron. monast. s. Albani I. 516; Yepes Coronica III. app. 25v. — »Monasterio s. Albani.«

Iun. 1 » (9929) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, nunciat, b. Elisabetham ex regali ortam progenie et Thuringiae lantgraviam gratiosam sanctorum catalogo adscriptam esse, eisque mandat, ut xiii kal. Dec. (*i. e.* 19. Nov.) festum eiusdem celebrent et faciant solemniter celebrari. Kal. Iun. a° 9°. Cherubini Bullar. I. 88; Cocquelini Bullar. III. 286; Pray Vita s. Elisab. 13; Katona Hist. crit. V. 723; Fejér Cod. dipl. III. ii. 444; Gregorii pp. IX Gesta 99; Kollar Anal. I. 888; Manrique Ann. Cisterc. IV. 495; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1235 § 11. XIII. 430; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 162. n° 170; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 489. n° 45; Wadding Ann. Min. II. 387; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1235 § 22, 23. — »Gloriosus (Deus *add.* Koll., *ubi etiam aliae textus differentiae*) in maiestate.«

» 4 » (9930) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Teutonic. Ierosolymitan. 23½ mansos in villis Pieth, allodium et molendinum in Griffstete, 7 mansos in Willestete, 30 mansos in Vischstete *etc.*, molendinum iuxta hospitale in Marpurch et omnia allodia circa Marpurg adiacentia, quae Henricus et Hermannus Thuringiae landgravii Saxoniae comites palatini hospitali dicto donarunt »Homburch a° gr. 1234. viii id. Nov. indict. VIII,« confirmat, tenore litterarum donationis inserto. ii non. Iun. a° 9°. Retter Hessische Nachrichten II. 50. — »Cum a nobis.«

» 5 » (9931) Potestati, consilio et populo Mantuanis notum facit, se propter crudelem necem (Guidotto) episcopo Mantuano apud monasterium s. Andreae adlatam huius criminis patratores tam advocatos quam alios nec non illos quorum ope sit commissum, publice candelis accensis denunciasse excommunicationis sententiae subiacere *etc.* Non. Iun. a° 9°. Ughelli Ital. sacra I. 864; *omisso initio* Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 16. — »Rem his diebus.«

° *In eundem modum* Episcopo Mutinensi — Praesulibus Insubriae, marchiae Tarvisinae, Romandiolae — Duci Venetorum — Friderico Romanorum imperatori *ad comprimendam perditorum improbitatem.*

» 7 » (9932) Abbati Grandis Sylvae Cisterc. ord. Tholosan. dioc. et priori provinciali ordinis Praedicatorum per provinciam Tholosanam de R. et R. sororibus viduis Caturcensibus haeretica pravitate infamatis mandata dat. vii id. Iun. a° 9°. Manrique Ann. Cisterc. IV. 499. — »Venientes ad nostram.«

» 7 » (9933) Beatrici reginae Castellae, Toleti et Legionis scribit longis encomiis de s. Elisabetha Thuringiae lantgravia eique hanc »pretiosissimam margaritam« commendat et in exemplum adfert Agnetem regis Boemiae sororem, quam laudibus ornat. vii id. Iun. a° 9°. Wadding Ann. Min. II. 394; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 164. n° 172; *fragm.* ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 496; ap. Fejér Cod. dipl. VII. i. 251; ap. Raynald. Ann. ad a. 1235 § 24; ap. Erben Reg. Bohem. I. 415. n° 880; *cf.* Palacky Reise 26. n° 130. — »Iesus filius Sirach.«

» 7 (») (9934) (Iohanni Teutonico) episcopo Bosnensi et ordinis fratrum Praedicatorum et Minorum prioribus Strigoniensibus prohibet, ne sententias (Iacobi) Praenestini episcopi tunc apostolicae sedis legati in Andream regem Ungariae latas sine speciali mandato papali promulgent. vii id. Iun. a° 9°. Wadding l. c. 628; Sbaralea l. c. 164. n° 171; Fejér l. c. III. ii. 451. — »Cum venerabilis frater.« *Cf.* n° 10013.

**1235.**

Iun. 9 Perusii (9935) Capitulum Mantuanum monet, ut cum consilio Parmensis et Regini episcoporum de tali persona provideant per electionem canonicam suae ecclesiae in pastorem, quae tanto congruat oneri. v id. Iun. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 866; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 19. — »Non fuit necesse.«

» 11 » (9936) Potestatem et consilium Urbevetanos rogat et hortatur, ut adimpleant liberaliter promissum suum dantes certum subsidium ad fratrum Praedicatorum domum in loco idoneo construendam. III id. Iun. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 76. n° 129. — »Cum paterfamilias in.«

» 15 » (9937) Potestati, consilio et populo Asisinatibus mandat, ut pacem inter se foveant et ordinationes quasdam eum in finem a sede apostolica praescriptas observent. XVII kal. Iul. a° 9°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 104. n° 158. — »Inter curas multiplices.«

» 18 » (9938) Praeposito Mantuano causam inter priorissam conventumque monasterii s. Agnetis Bononiensis et Ysnardum canonicum Veronensem ac quosdam alios super terris *etc.* vertentem committit decidendam. XIV kal. Iul. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 13. n° 217. — »Priorissa et conventus.«

» 18 » * (9939) Henrico duce Zlesiae et Cracoviae et Henrico iuniore eius filio petentibus compositionem inter ipsos et Conradum ducem Masoviae initam confirmat. XIV kal. Iul. a° 9°. ‖ Grünhagen Regesten I. 182. n° 473.

» 18 » (9940) Gilebertum marescallum comitem Pembroch, Walterum et Anselmum fratres cum terris quas in Ybernia habent et Wallia, sub b. Petri et sua protectione suscipit. XIV kal. Iul. a° 9°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 32. n° 81. — »Dignum est et.«

» 20 » (9941) Abbati de Vadacio et archidiacono de Passeio Cenomanens. dioc. et magistro Raherio canonico Cenomanensi electionem Ioscelini archidiaconi Nannetensis in episcopum Nannetensem committit inquirendam. XII kal. Iul. a° 9°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 179. — »Dilectus filius magister.«

» 21 » (9942) Procuratori ordinis fratrum Praedicatorum Tarvisino super Sclavoniae consuetudine, »iuxta quam sub ea conditione mulier coniungitur, si sibi placuerit in matrimonio retinenda, alioquin reddenda parentibus sine mutilatione vel fractione membrorum« consilium postulanti respondet. XI kal. Iul. a° 9°. Ripolli Bullar. Praed. I. 76. n° 130. — »Cum in Sclavoniae.«

» 21 » (9943) Universis abbatibus et conventibus ordinis Cisterciensis, qui fratres ordinis Praedicatorum ad suum ordinem admiserunt, mandat, ut eosdem ad reassumptionem sui habitus remittentes de cetero nullum ex ipsis praetextu indulgentiae alicuius recipere praesumant. XI kal. Iul. a° 9°. Ripoll l. c. 77. n° 131. — »Quo vos in.«

» 22 » (9944) Henricum natum Henrici ducis Zeleziae et Cracoviae iuniorem cum omnibus bonis sub protectione b. Petri et sua suscipit. X kal. Iul. a° 9°. Theiner Mon. Polon. I. 27. n° 61. — »Extimantes quod filius.«

» 22 » * (9945) Papst Gregor bestimmt, dass niemand ohne seine Bewilligung das Kloster Reinhardsbrunn mit dem Banne belegen dürfe. X kal. Iul. a° 9°. ‖ Möller Gesch. des Kl. Reinhardsbrunn 51.

» 24 » (9946) Abbati Beccensi, priori S. Barbarae Rotomag. et Lexov. dioec. et archidiacono Rothomagensi mandat, ut ad reformandos quam plurimos abusus capitulum convocent, ad quod abbates et priores abbates proprios non habentes tam exemptos quam non exemptos Rothomagensis provinciae venire compellant; et statuit, ut capitulum huiusmodi singulis annis celebretur. VIII kal. Iul. a° 9°. ‖ Bessin Conc. Rothomag. I. 141. — »In medio ecclesiae.«

» 24 » (9947) Archiepiscopos et episcopos, abbates et alios ecclesiarum praelatos, ad quos litterae istae pervenerint, hortatur, ut fratres Minores ad praedicandum missos benigne recipiant. VIII kal. Iul. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 628; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 167. n° 173. — »Cum qui recipit.«

» 26 » (9948) Henrico duci Zlesiae et Cracoviae confirmat compositionem inter ipsum ex una parte et Wlodislavum Poloniae ducem ex altera mediantibus Fulcone Gneznensi archiepiscopo et Paulo Poznaniensi episcopo d. 22. Sept. a. 1234 factam propter terram »quae speciali nomine dicitur Polonia«, ut fluvius Wartha inter utrumque sit meta immutabilis. VI kal. Iul. a° 9°. ‖ Marini Diplom. pontific. 64; Theiner Mon. Polon. I. 27. n° 62. — »Ea que iudicio.«

» 26 » (9949) Eidem duci supradictam compositionem, insertis Wlodislavi Poloniae ducis litteris, iterum confirmat. VI kal. Iul. a° 9°. ‖ Theiner l. c. 28. n° 63. — »Ea que iudicio.«

» 26 » (9950) Archiepiscopo Ardmachano mandat, ut cessionem Midensis episcopi recipiat et ei de redditibus episcopalibus provideat, unde competenter valeat sustentari. VI kal. Iul. a° 9°. Theiner Mon. Hibern. 32. n° 82. — »Venerabilis frater noster.«

**1235.**

Iun. 28 Perusii (9951) (Guilelmum) archiepiscopum Rhemensem eiusque suffraganeos monet et hortatur, incitent populos ad opes pro sacra in Terram sanctam expeditione conflanda pie conferendas ita, ut unusquisque tam masculus quam femina, tam clericus quam laicus qualibet septimana saltem unum denarium in hoc opus convertat. IV kal. Iul. a° 9°. Raynaldi Ann. eccles. ad a. 1235 § 46. — »Exeamus ad Iesum.«

Iul. 1 » (9952) (Henricum) regem Angliae, cum in coronatione sua iuraverit, iura libertates et dignitates conservare regales ac postmodum quamplura ad ius et statum coronae spectantia in praeiudicium regni et contra honorem suum improvide alienarit seque contra id non facturum iuramento firmarit, ad observantiam posterioris iuramenti, quod priori repugnet, non teneri decernit. Kal. Iul. a° 9°. Rymer Foedera I. I. 128. — »Quanto maiori vinculo.«

» 1 » (9953) Eidem notum facit, se eius nuncios, de Boxeleya et de Ponte Roberti abbates Cisterciensis ordinis, consueta benignitate recepisse et super negotio terrae Pictaviae (Ludovico) regi Francorum scripsisse. Kal. Iul. a° 9°. Manrique Annal. Cisterc. IV. 505. — »Venientes ad praesentiam.«

» 1 » (9954) Abbati de Alta Cumba Cisterc. ord. mandat, ut una cum Senonensi archiepiscopo et episcopo Silvanectensi ad Ludovicum Francorum regem accedat eique litteras apostolicas repraesentet, quibus roget eundem, ut ab impugnatione terrae Pictaviae abstineat. Kal. Iul. a° 9°. Manrique l. c. 505. — »Gerentes de tua.«

» 4 » * (9955) Ekkeberto Babenbergensi episcopo usum pallii in certis diebus concedit, atque abbatiam Muonster [Münchmünster] a Lothario imperatore Babenbergensi ecclesiae traditam cum ecclesia b. Sixti ibidem, ecclesias s. Laurentii in Gamenare, item ss. Petri, Iacobi et Martini in Villaco [Villach] easque in Canali [Kanal in Carinthia], ecclesiam quoque in Vuerte [Fürth] cum capella s. Laurentii in Nuremberc ab ea dependente, necnon bona sita in Carinthia et Canalibus confirmat. IV non. Iul. ind. VIII. pont. a° 9°. Lang Regesta II. 243.

» 4 » * (9956) Monasterium b. Virginis Mariae in Babenberg tuendum suscipit. IV non. Iul. ind. VIII. pont. a° 9°. Lang l. c. 243.

» 4 resp. 5 » (9957) Monasterium s. Michaelis Bambergense (Babenbergensis *Schw.*) ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. IV (III *Schw.*) non. Iul. indict. VIII. incarn. dom. a° 1235. pont. a° 9°. v. Schultes Histor. Schriften II. 368; *omisso exordio* Schweitzer UB. des Abtes Andreas I. 67. — »Quotiens a nobis.«

» 5 » * (9958) Elargitur ecclesiae Babenbergensi indulgentias. III non. Iul. a° 9°. Lang l. c. 243.

» 5 » * (9959) Monasterium Trebnicense Cisterc. ord. Wratislav. dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. III non. Iul. indict. VIII. pont. a° 9°. Grünhagen Regesten I. 183. n° 478.

» 11 » (9960) Archiepiscopo Strigoniensi et suffraganeis eius, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis per Strigoniensem provinciam constitutis mandat, ut, cum a iudicibus a sede apostolica delegatis super observandis eorum sententiis fuerint requisiti, ipsi eas humiliter observent et faciant a subditis suis inviolabiliter observari. V id. Iul. a° 9°. Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 333. — »Dilecti filii ...«

* *In eundem modum* Archiepiscopo Colocensi.

» 11 » * (9961) (Iacobo) episcopo et capitulo Suessionensibus necnon archidiaconis, decanis ac aliarum ecclesiarum praelatis per Suessionensem diocesim constitutis mandat, ut excommunicationis vel interdicti sententias in servientes fratrum Longipontis de cetero non ferant. V id. Iul. a° 9°. Ant. Muldrac Compend. abbatiae Longipontis Suession. chronici (Paris. 1652. 8°) 246.

» 13 » (9962) Abbati Cellensi Cisterc. ord. mandat, ut moniales monasterii de Valle s. Mariae [Marienthal] eiusd. ord. Misnens. dioc., quod C. regina Boemiae de novo construxerit et sufficienter dotaverit, singulis annis personaliter visitet et dicti ordinis institutis informet. III id. Iul. a° 9°. Köhler Cod. dipl. Lus. super. II. I. 62, *male ad* Iul. 23; *cf.* Beyer Alt-Zelle 540. n° 83. — »Cum carissima in.«

» 14 » (9963) Abbati et conventui monasterii s. Michaelis Babenbergensis significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis ecclesiam eorum in die dedicationis eiusdem visitantibus indulgentiam 20 dierum elargiri. II id. Iul. a° 9°. Schweitzer UB. des Abtes Andreas I. 68, *omisso exordio; cf.* Lang Regesta II. 245.

» 18 » (9964) Generali ministro et universis fratribus ordinis Minorum indulget, ut nequeant per litteras apostolicas conveniri, quae de hac indulgentia eorumque ordine non fecerint mentionem. XV kal. Aug. a° 9°. Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 167. n° 174. — »Cum iam per.«

**1235.**

Iul. 19 Perusii (9965) S. Martini de Pannonia et S. Salvatoris de Zocsardu [Sexard] abbatibus Geuriens. et Quinqueecclesiens. dioec. mandat, ut Csanadiensem episcopum, qui causâ inter ipsum et P. abbatem monasterii Bistriensis terminatâ cum armatorum multitudine hostiliter ad monasterium ipsum accessit et, ianuis eius fractis dictum abbatem et 32 monachos nequiter capi fecit, indebitam iurisdictionem sibi usurpavit *etc.* ad solvendas eidem abbati omnes expensas cogant et faciant ipsi abbati ad prosecutionem negotii necessarias de bonis monasterii provideri. XIV kal. Aug. a° 9°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 80; Fejér Cod. dipl. III. II. 440; Theiner Mon. Hungar. I. 132. n° 227; Fuxhoffer Monast. (ed. 2ª.) I. 256. — »Dilectus filius P.«

» 21 » (9966) Abbatissam et conventum monasterii s. Crucis Cisterc. ord. Misnens. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem terras possessiones redditus *etc.* eis confirmat. XII kal. Aug. a° 9°. Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. IV. 305. n° 402. — »Cum a nobis.«

» 22 » Archiepiscopo Salisburgensi, episcopo Hildeshemensi *etc.*: »XI kal. Aug. a° 9°« — »Vineae Domini.« Hartzheim Conc. Germ. III. 554, *vid.* 1235. Iul. 31. n° 9977.

» 22 » Eisdem: »XI kal. Aug. a° 9°« — »Cum interfectores.« Hartzheim l. c. 556, *vid.* 1235. Iul. 31. n° 9978.

» 23 » (9967) Priori provinciali ordinis Praedicatorum in Lombardia mandat, ut abbatem monachosque monasterii s. Venerii de Tyro ord. s. Ben. in aliis eiusdem ordinis monasteriis collocet et monasterium ipsum de eodem ordine, si fieri poterit, alioquin illud de fratribus Mortariensibus reformet et institutionem et visitationem secundum Mortariensis monasterii instituta ipsi monasterio concedat. X kal. Aug. a° 9°. Ripolli Bullar. Praed. I. 77. n° 132. — »Sua nobis alterius.«

» 23 » (9968) (P.) Simigiensi et (T.) Tychoniensi abbatibus et decano Tychoniensi Vesprimiens. dioc. mandat, faciant ut sententia excommunicationis, quam Egidius subdiaconus et capellanus suus in Demetrium, Vrulou, Budou, Benedictum et alios homines de villa Wiza super combustione capellae s. Iacobi de Heremo monasterio s. Martini de Pannonia subiectae ac iniectione manuum violenta in monachos et conversos eiusdem promulgavit, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observetur. X kal. Aug. a° 9°. Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 334. — »Dilecti filii abbas.«

» 23 » (9969) Abbatissae S. Laurentii de Collazone eiusque sororibus inclusis factam per B(onifacium) Tudertinum episcopum ac capitulum donationem loci, in quo earum monasterium situm est, et ecclesiae s. Iohannis de Monte confirmat, alias immunitates eisdem superaddens. X kal. Aug. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 628; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 169. n° 176. — »Religiosam vitam eligentibus.« *Cf.* n° 9918.

» 23 » (9970) Abbatissae Omnium Sanctorum de Ripa Arni Pisani eiusque sororibus inclusis (secundum s. Damiani Assisinatis institutionem viventibus) ecclesiam ac monasterium per Vitalem Pisanum archiepiscopum a iure archiepiscopali vel alterius conditionis gravamine exemta confirmat, nova insuper eisdem privilegia adiiciens. X kal. Aug. a° 9°. Wadding l. c. 629; Sbaralea l. c. 167. n° 175. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 23 » (9971) Monasterium monialium s. Laurentii inter Vineas Urbevetanas (ord. s. Dam.) protegendum suscipit eiusque sororibus exemptiones et immunitates a (Rainerio) eiusdem civitatis episcopo eis (1232. Oct. 1) factas confirmat, tenorem ipsius privilegii inserens. X kal. Aug. a° 9°. ‖ Wadding l. c. 631; Ughelli Ital. sacra I. 1469; Sbaralea l. c. 170. n° 177. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 25 » (9972) Monasterium s. Francisci Pragensis tuendum suscipit, eius bona ac possessiones, libertates et immunitates Agneti abbatissae et sororibus inclusis confirmat, et statuit, ut iuxta morem Romanae ecclesiae divinum ibi officium celebretur, excepto psalterio, quod secundum consuetudinem possint dicere Gallicanam. VIII kal. Aug. a° 9°. ‖ Wadding l. c. 632; Sbaralea l. c. 171. n° 178; *cf.* Palacky Reise 26. n° 131; Erben Reg. Bohem. I. 416. n° 883. — »Prudentibus virginibus.«

» 26 » (Eberhardo) archiepiscopo Salisburgensi, (Conrado) episc. Ildesheimensi *etc.*: »VII kal. Aug. a° 9°«. Ripolli Bullar. I. 78. n° 133, *vid.* 1235. Iul. 31. n° 9977.

» 28 » (9973) Archiepiscopos et episcopos ac alios ecclesiarum praelatos, nobiles viros, duces, marchiones, comites et barones in imperiali curia constitutos rogat et obsecrat, ut omni rancore deposito, quem ex quacumque causa contra Lombardos hactenus conceperint, Fridericum Romanorum imperatorem ad hoc inducant, »quod ipse negotium societatis Lombardiae, marchiae Tervisinae ac Romaniolae in manibus ecclesiae iuxta imperialis formae tenorem ponere non omittat, sicque fiat, quod ... possit de Lombardiae provincia ... Terrae sanctae commodum provenire.« V kal. Aug. a° 9°. ‖ Pertz Mon. Germ. hist. leg. II. 312; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 735. — »Puritas fidei et.«

» 28 » (9974) Magistrum et fratres hospitalis Hierusalem hortatur, ut baiulo et legato Federici imperatoris in Terrae sanctae partibus constituto omne quod poterunt in imperialium

**1235.**

conservatione iurium consilium et auxilium praebeant et, si Iohannes de Ibelino ac populus Acconensis eiusdem suggestionibus instigatus ad obsidendam civitatem Tyri vel aliquam terrarum ad dominium imperiale spectantium procedere attentent, opem et operam apponant ut isti a suo conatu corruant. v kal. Aug. a° 9°. ‖ Pauli Cod. dipl. del s. ord. di Malta I. 271; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1461. n° 9; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 736. — »Evidens est et.«

Iul. 28 Perusii (9975) Iohannem de Ibelino rogat et hortatur, ut »eo quod Fridericus Romanorum imperator multae devotionis obsequiis se reddiderit ecclesiae gratiosum,« ab omnibus quae ipsius honori contraria dignoscuntur, se post praesentium susceptionem avertat. v kal. Aug. a° 9°. Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 42. — »A diutina expectatione.«

» 28 » (9976) Cumano episcopo mandat, ut interfectores (Bertholdi) Curiensis episcopi († 1233. Aug. 25), qui veniam a sede apostolica poposcerant, publice candelis accensis excommunicet, ni pareant apostolicis praeceptis. v kal. Aug. a° 9°. Raynald. l. c. § 19, *nonnisi fragm.*

» 31 » (9977) (Eberhardo) archiepiscopo Salisburgensi, (Conrado) episcopo Ildesheimensi et abbati de Buch Cisterc. ord. Misnens. dioc. scribit, graviter ab eis peccatum esse, qui infectos labe pravitatis haereticae, contra quos magister Conradus de Marpurg olim processisset, in congregato concilio (Francofurti d. 2. Febr. 1234), ad quos plures praelati et principes saeculares convenerint, rationis inconsulto speculo absolverint, et illos, qui dicti magistri sanguinem innoxium effuderint, omissis prolatione sententiae ac inflictione poenae ac satisfactione aliqua non suscepta, ad sedem apostolicam pro absolutionis obtinendae gratia destinaverint. Committit eis, ut circa ipsos iuxta formam, quam eis sub bulla sua interclusam mittat, omni contradictione et appellatione cessantibus procedant, praesentes litteras in primo colloquio generali, in quo Fridericum imperatorem Romanorum ac alios principes ecclesiasticos et mundanos adesse contigerit, publicari et exponi solemniter facientes. II (VII *Rip.*, XI *Hartzh.*) kal. Aug. a° 9° (11° *male Hard.*). ‖ Hartzheim Conc. III. 554; Manrique Ann. Cisterc. IV. 500; Ripolli Bullar. Praed. I. 78. n° 133; Mansi Conc. XXIII. 343; Harduini Acta conc. VII. 241. — »Vineae Domini cultores.«

» 31 » (9978) Eisdem mandat, ut interfectoribus magistri Conradi de Marpurg post receptam ab eis cautionem, quod in passagio Martii proximi futuri vel alio proximo sequenti ad partes se transferant transmarinas, et post receptum iuramentum, quod per omnes maiores ecclesias regionis illius, ubi tam execrabile facinus commiserunt, vadant nudi et discalceati *etc.* et ab omnibus presbyteris illarum ecclesiarum ante fores earundem se faciant verberari, absolutionis beneficium impendant. II (XI *Hartzh.*) kal. Aug. a° 9°. Hartzheim l. c. 556; Manrique l. c. 501; Harduinus l. c. 242; *absque nota chronol.* Mansi l. c. 346. — »Cum interfectores bonae.«

Aug. 1 » (9979) (Sigfrido) episcopo Ratisponensi imperialis aulae cancellario mandat, ut Henrico nato Friderici Romanorum imperatoris, pro periurio quod incurrit se patri temere opponendo per (Eberhardum) Salzeburgensem archiepiscopum auctoritate apostolica excommunicato, beneficium absolutionis impendat, cum sit ad ipsius imperatoris gratiam iam reversus, tamen »sufficienti ab eo prius cautione recepta, quod militibus Danis ab obsequio Romanae ecclesiae redeuntibus .... quos fecit bonis suis ... spoliari, satisfaciat competenter.« Kal. Aug. (a° 9°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1235 § 10; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 738. — »Cum nobilis vir.«

» 2 » (9980) Praepositum et sorores poenitentes monasterii s. Mariae Magdalenae in Gozlaria Ildesemens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras et alia bona eis confirmat. IV non. Aug. a° 9°. Heineccius Scr. rer. German. (Antiq. Goslar.) 251. — »Cum a nobis.«

» 3 » (9981) Praepositum et sorores poenitentes monasterii s. Mariae Magdalenae in Vranchenfurt Magunt. dioc. cum monasterio et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ei omnes terras, possessiones ac alia bona confirmat. III non. Aug. a° 9°. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 62. — »Cum a nobis.«

» 3 » (9982) Abbati Grandis Sylvae Cisterc. ord. Tolosanae dioc., archidiacono et decano Petragoricensibus mandat, ut sententiam excommunicationis proferant in (Raimundum) comitem Tolosanum, qui ecclesiam quibusdam possessionibus et rebus aliis spoliaverat. III non. Aug. a° 9°. Manrique Annal. Cisterc. IV. 502. — »Dilectus filius Raymundus.«

» 4 » (9983) Universis fidelibus per patrimonium b. Petri in Tuscia constitutis mandat, ut contra raptores, praedones et fures, qui provinciam ipsam persequendo dilaniant, quos de finibus suis omnino expelli praecipit et excludi, se viriliter accingant. »Et quia huiusmodi maleficia absque conniventia vestra fieri nequeunt,« statuit, »ut in quocumque locorum de cetero talia commissa fuerint, terrae communitas vel loci dominus, in cuius territorio committentur ea, de bonis communitatis seu loci eiusdem teneatur modis omnibus emendare« *etc.* II non. Aug. a° 9°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 491. n° 46. — »Audientes dissensiones et.«

**1235.**

Aug. 8 Perusii (9984) Potestati, consilio et populo Viterbiensibus sub poena duorum milium marcarum interdicit, ne castrum Montisflasconis invadant. vi id. Aug. a° 9°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 105. n° 179. — »Quanto civitas Viterbiensis.«

» 9 » (9985) (Bartholomaeo) episcopo Quinqueecclesiarum et magistris militiae Templi et Hospitalis Ierosolymitani in Ungaria praecipit, ut, cum, matrimonio nuper inter (Iolantham) natam (Andreae) regis Ungariae et (Iacobum) regem Aragonum legitime contracto, dictus rex Ungariae pro dote 12000 marcarum argenti quosdam redditus, qui tricesima vulgariter appellantur, praefato regi Aragonum obligaverit tamdiu percipiendos ab ipso, donec ex eis praedictam summam integre fuerit assequutus, praedictos proventus ad opus memorati regis Aragonum annis singulis colligant. v id. Aug. a° 9°. || Schier Reg. Hungar. 199; Katona Hist. crit. V. 732; Fejér Cod. dipl. III. II. 448; Theiner Mon. Hungar. I. 133. n° 228. — »Matrimonio nuper inter.«

» 9 » (9986) Regi Colomano (Ruthenorum) filio A(ndreae) regis Ungariae concessionem terrae Bosnae a praefato ipsius patre factam confirmat. v id. Aug. a° 9°. || Katona l. c. 733; Fejér l. c. 449; Theiner l. c. 133. n° 229. — »Licet apostolicae sedis.«

» 11 » (9987) I(olantham) reginam natam (Andreae) regis Ungariae sub b. Petri et sua protectione suscipit. III id. Aug. a° 9°. || Theiner l. c. I. 133. n° 230; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 335. — »Sincera devotio filiorum.«

» 12 » (9988) Priori et fratribus ordinis Praedicatorum S. Mariae ad gradus Viterbiensis indulget, ut universis, qui de Viterbiensi, Tuscanensi, Ortanensi, Balneoregiensi, Castrensi, Suanensi, Ameltensi (?) et Narniensi episcopatibus ad eorum sanctae praedicationis ministerium sponte ad christianae fidei redeunt unitatem, absolutionis et reconciliationis munus impendant. II id. Aug. a° 9°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 79. n° 134. — »Quia dignum est.«

* *In eundem modum* Priori Viterbiensi et fratri Radulpho. || Ripoll. l. c. n° 135.

» 12 » (9989) Episcopo Hortano de superiore ad priorem Viterbiensem et fratrem Radulphum epistola significat eique mandat, ut ad extirpandam de civitate ac diocesi supradictis pravitatem haereticam eis impertiatur consilium et auxilium. II id. Aug. a° 9°. || Ripoll l. c. n° 136. — »Quia dignum est.«

» 17 » (9990) Campi s. Mariae et de Lesben [Liesborn] abbatibus et priori Campi s. Mariae Monasteriens. dioc. mandat, faciant ut sententia a (Conrado) episcopo Mindensi eiusque coniudicibus pro (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi in Ottonem dominum de Lunenborch, exigente eius contumacia manifesta, prolata inviolabiliter observetur, proviso ne in terram ipsius nobilis excommunicationis vel interdicti sententiam proferant, nisi a sede apostolica super hoc mandatum receperint speciale. XVI kal. Sept. a° 9°. || Sudendorf UB. I. 14. n° 14. — »Venerabilis frater noster.«

„ 21 „ • (10100) Friderico Romanorum imperatori scribit de concordia, quam iniit inter ipsum et cives Acconenses aliosque regni Ierosolymitani, quantum ad iura ipsius regni; quam observandam mandat. IX kal. Mart. aº 9º. || Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 808.

(1235. Mart. 25–1236 Febr. 22) — • In ecclesia Rigensi ordinem Praemonstratensem fundat: »Laterani VIII kal. .... aº 9º«. Invent. privil. in arch. Cracov. 110, *vid.* 1238. Febr. 22.

„ 22 resp. 23 Viterbii (10101) Priorem et fratres ordinis Praedicatorum in Polonia constitutos monet et obsecrat, ut crucem contra perfidiam Prutenorum praedicent. VII (VIII *Str.*) kal. Mart. aº 9º. Ripolli Bullar. ord. Praed. I. 83. nº 145; Strehlke Tab. 194. nº 203. — »Suavis Dominus universis.«

„ 23 „ (10102) W(illelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo apostolicae sedis legato notum facit, se statuere, ut magister et fratres militiae Christi in Livonia resignent in manu eius ecclesiae Romanae omnem munitionem castri Revaliae, Revaliam quoque et Harriam, Wironiam et Gervam, reddant quoque spolia occisorum *etc.*; ut Rigensis episcopus tres parochias quas teneat in Maritima, et sextam partem quam detineat in Ossilia, ac cives Rigenses sextam partem, quam teneant ibidem, episcopo Osiliensi resignent; ut parochiales ecclesiae in omnibus diocesibus tertiam partem percipiant decimarum *etc.*; ut neophiti teneantur ad iura parochialia *etc.* VII kal. Mart. aº 9º. || Turgenevii Russ. monim. I. 40. nº 44; Bunge Livl. UB. I. 185. nº 145, *cf. ibid.* Regest. 40. nº 162. — »Venerabilibus fratribus nostris.«

„ 23 „ • (10103) Archiepiscopo Nazareno et episcopo Acconensi significat, discordiam quae fuerit inter Fridericum imperatorem et cives Acconenses aliosque homines regni Ierusalem amicabili a se fuisse compositione sopitam. VII kal. Mart. aº 9º. || Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 808 not. — »Cum divina.«

„ 26 „ (10104) Sacratissimum monasterium s. Pauli de Urbe ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. V kal. Mart. indict. IX. incarn. dom. aº 1236. pont. aº 9º. | Margarini Bull. Casin. I. 35. — »Cum aliqua tibi.«

„ 26 „ (10105) Generali ministro et universis fratribus ordinis fratrum Minorum concedit, ne commissiones causarum vel sententiarum executiones sine ipsorum voluntate recipere teneantur, nisi in litteris apostolicis de hoc indulto fiat mentio specialis. V kal. Mart. aº 9º. || Wadding Ann. Min. II. 637; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 184. nº 190. — »Quieti vestrae providere.«

„ 27 „ (10106) Priori et fratribus S. Stephani Pergamensis ord. fratr. Praedic., quorum ecclesiam parochialem concedendo ecclesiae s. Iacobi Pergamensis exemerat, hanc exemptionem confirmat. IV kal. Mart. aº 9º. || Ripolli Bullar. Praed. I. 84. nº 146. — »Cum a nobis.«

„ 28 „ • (10107) Capitulo Eistettensi incorporationem ecclesiae de Walchirch [Waldkirchen] ab (Henrico) episcopo Eistettensi factam confirmat. III kal. Mart. aº 9º. | Lang Regesta II. 250.

„ 29 „ (10108) Priori S. Mariae in Portu Ravennatensis dioc. mandat, inducat potestatem et commune Bononienses, ut ecclesiae Ravennatensi de damnis eidem illatis satisfaciant et a similibus conquiescant. II kal. Mart. aº 9º. || Savioli Ann. Bologn. III. II. 162. — »Venerabili fratre nostro.«

„ 29 „ (10109) Friderico Romanorum imperatori *etc.* conqueritur, quod in regno Siciliae ecclesiae a ministris imperialibus spoliatae sint privilegiis et pastoribus et viduae remaneant; praeterea se excusans super renovatione societatis Lombardiae et poena in Veronenses pacis violatores promulgata monet eum, ut excessus corrigi faciat, cum eos ulterius dissimulare non possit. II kal. Mart. aº 9º. || Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 810; Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 353. nº 23; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1236 § 15. 16. — »Dum preteritorum consideratione.«

„ 29 „ • (10110) Abbatibus S. Urbani et de Frinis-Burg Cisterc. ord. et priori alius ordinis lites inter (Bonifacium) episcopum capitulumque Lausanenses et magistrum ac fratres b. Mariae Theutonicorum subortas committit terminandas. II kal. Mart. aº 9º. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 526.

Mart. 4 „ (10111) Abbatissae et sororibus inclusis de Monte Mascarano Tudertinis ord. s. Dam. libertates et immunitates a (Bonifacio) episcopo et capitulo Tudertinis earum monasterio concessas confirmat, tenore instrumenti inserto. IV non. Mart. aº 9º. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 185. nº 191. — »Cum a nobis.«

„ 4 „ (10112) (Conrado) episcopo Osnaburgensi, qui nuper in ecclesia de Bathbergen suae diocesis praepositurae et decanatus officia et canonicorum collegium ordinaverat, hanc ordinationem confirmat. IV non. Mart. aº 9º. || Mitth. des hist. Vereins zu Osnabrück II. 248. — »His quae pro.«

**1236.**

Mart. 7 | Viterbii | (10113) Consulibus et communi civitatis Castellanae concedit, ut ad pontem in loco Tregi reparandum et equites ad servitium ecclesiae retinendos pedagia exigere possint. Non. Mart. a° 9°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 107. n° 182; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 492. n° 47. — »A nobis vestra.«

» 11 | » | (10114) (Gualtero) archiepiscopo Senonensi, (Nicolao) episcopo Trecensi et Roberto de ordine fratrum Praedicatorum mandat, ut, si qua aliqua contra Ildebrandiscum civem et mercatorem Florentinum, qui olim in Francia quosdam haereticos allocutus erat, invenerint, referant. v id. Mart. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 188. n° 192. — »Ildebrandiscus civis et.« *Cf.* n° 9772.

» 11 | » | (10115) Abbati monasterii s. Dionysii in Francia concedit, ut clericos tonsuratos ad contribuendum in collectis et aliis oneribus villarum cum ceteris earundem habitatoribus, et alios clericos ut vel tonsuram deferant clericalem et a quaestibus illicitis resipiscant aut dicta onera subeant, cogere possit. v id. Mart. a° 9°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 570. — »Ex parte tua.«

» 12 | » | (10116) Monasterium monialium s. Matthaei de Constantiaco Cisterc. ord. Torcellens. dioc. cum omnibus bonis tuendum suscipit. iv id. Mart. a° 9°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. i. 319, *ubi perperam ad* a. 1235. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 14 | » | (10117) Priorissam et conventum monialium inclusarum S. Dominici de Mayorico Toletanae dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem earum possessiones et alia bona eis confirmat. ii id. Mart. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 85. n° 148. — »Iustis petentium desideriis.«

» 17 | » | (10118) Rectorem et fratres hospitalis de Alverton Eboracens. dioc. protegendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Ottriton et de Torunton in via, villam insuper de Helrebec *etc.* eis confirmat. xvi kal. Apr. a° 9°. ‖ Rymer Foedera I. i. 124. — »Cum a nobis.«

» 18 | » | (10119) (Ardingho) episcopo Florentino mandat, ut, cum monasterium s. Salvatoris de Septimo ord. s. Ben. Florent. dioc. non possit in eodem ordine reformari, ibi Cisterciensem ordinem plantet. xv kal. Apr. a° 9°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 533; Ughelli Ital. sacra III. 114. — »Cum sicut accepimus.«

» 18 | » | (10120) Monasterium de Ahusen ord. s. Ben. Augustens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam in Nawe, quam b. m. (Waltherus) episcopus Augustensis ei concessit, necnon terras, possessiones, redditus *etc.* eidem confirmat. xv kal. Apr. a° 9°. ‖ Petrus Suevia eccles. 93; Besoldus Docum. rediv. 340 (ed. 1720. fol. 206. n° 5); Wirtemberg. UB. III. 375. n° 877. — »Iustis petentium desideriis.«

» 18 | » | • (10121) Monasterium s. Mariae Montis Angelorum sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. ‖ Versuch e. urk. Darstell. des Stiftes Engelberg 140. n° 46; *cf.* p. 70.

» 20 | » | (10122) (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo apostolicae sedis legato mandat, ut, cum (Petrus?) archiepiscopus Gneznensis, (Bruno) Zv(e)rinensis episcopus et quidam alii vicini episcopi quasdam partes et terminos diocesis Caminensis per violentiam occuparint et detineant in ecclesiae Caminensis dispendium, de certa praefatae diocesis limitatione inquirat et, quae invenerit, sedi apostolicae fideliter intimet. xiii kal. Apr. a° 9°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 27. n° 60; Klempin Pommersches UB. I. 250. n° 329. — »Sua nobis venerabilis.«

(1235. Nov. 8 - 1236. Mart. 20) | » | (10123) Priores et fratres ordinis Praedicatorum praedicantes contra perfidiam Prutenorum rogat et monet, ut illis qui succurrere cupiunt populo christiano impendant omnimodum auxilium et favorem ac quoslibet, qui se indebite ipsis opponunt, excommunicationis sententia percellant. *Sine die et mense*, a° 9°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 42. n° 44. — »Qui christiane fidei.«

» 21 | » | (10124) Friderico Romanorum imperatori Hyerusalem et Siciliae regi nunciat, ambaxiatores Lombardorum post recessum (Hermanni) magistri hospitalis s. Mariae Theutonicorum ad sedem apostolicam accessisse seque ipsum, cum illi se ad compromittendum praecise paratos offerrent, compromissum super negotio Lombardiae recepisse et praefatum magistrum revocandum duxisse, »qui transmissis ad nos litteris, quod iussus ad te cogebatur sine mora venire, ad tuam praesentiam est reversus.« Rogat, ut eundum cum pleno mandato de compromittendo in manibus suis super dicto negotio ad curiam Romanam sine mora remittat ac contra Lombardos nullatenus procedat, ne impediatur negotium. xii kal. Apr. a° 10°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 163; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. ii. 824; *initium* ap. Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 355. n° 24; *pars posterior* ap. Raynald. Ann. ad a. 1236 § 2. — »Olim nobis imperialis.«

• *In eundem fere modum* (Sigfrido) episcopo Ratisbonensi imperialis aulae cancellario — (Sigfrido) Moguntino et (Theodorico) Trevirensi archiepiscopis — et (Conrado) episcopo Ildesemensi.

**1236.**

*In eundem modum* (Hermanno) magistro hospitalis s. Mariae Theut., cui mandat, moneat et inducat dictum imperatorem, ut . . . . .

Mart. 22 Viterbii (10125) G(uilielmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo sedis apostolicae legato scribit: Cum terra Estoniae per industriam (Waldemari) regis Danorum et (Andreae) Lundensis archiepiscopi ad cultum devenisset christianum, idem archiepiscopus tres episcopatus, scil. Lealensem, Vironensem et Revalensem creavit ibidem, ipsos suffraganeos ecclesiae Lundensis constituens in singulis episcopos ordinando; in quorum possessione pacifica cum eadem ecclesia aliquamdiu permansisset, tandem captivato rege praedicto fratres militiae Christi in Livonia et quidam alii violenter occupantes hanc terram, eiectis inde episcopis, non solum temporalia, sed etiam spiritualia suis usibus applicarunt. Papa mandat legato, cum archiepiscopus eorum restitutionem petat, ut ad manus suas spiritualia ipsa recipiens in eisdem episcopatibus restituat archiepiscopatum memoratum. xi kal. Apr. a° 10°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 43; Bunge Livl. UB. I. 187. n° 146; *cf.* Porthan Bullar. access. 31. n° 29. — »Venerabilis frater noster.«

» 22 » (10126) (Wilbrando) archiepiscopo Magdeburgensi, (Conrado) Hildesemensi et (Eccehardo) Mersburgensi episcopis mandat, ut molestatores ecclesiae Herbipolensis per censuram ecclesiasticam compescant. xi kal. Apr. a° 10°. ‖ Mon. Boica XXXVII. 270. — »Cum sicut venerabilis.«

» 24 » (10127) Fratrem Iordanum generalem magistrum ordinis Praedicatorum rogat, ut priorissae et conventui monasterii B. Mariae de Pruliano Tolosanae dioc. fratres mittat, qui earum curam gerant. ix kal. Apr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 86. n° 149. — »Scimus in tuo.«

» 24 (») • (10128) De Lubes et S. Vincentii abbatibus atque archidiacono Wratislaviensi —: vexationes et iniurias, quas homines villani ecclesiae Wratislaviensis a duce Henrico eiusque officialibus patiuntur, multis describens, iubet tali modo censuris ecclesiasticis occurrere. ‖ Palacky Reise 26. n° 132.

» 24 resp. 25 » (10129) Melfiensi (*om. Rayn.*), Melfitensi et Venusino episcopis mandat, ut de operibus et miraculis b. fratris Benevenuti (Eugubini Minoritae) inquirant. viii (ix *Rayn.*) kal. Apr. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 290; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 189. n° 193; *non integra* Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 28. — »Mirabilis Deus in.«

» 25 » (10130) Priori et fratribus ord. fratr. Praedic. ecclesiae s. Mariae ad gradus Viterbiensis significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in annunciationis eiusdem virginis festo annis singulis visitaverint, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargiri. viii kal. Apr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 86. n° 150. — »Licet is de.«

» 25 » • (10131) Ecclesiae s. martyris Alexandri in Ottenbeuren indulgentias elargitur. viii kal. Apr. a° 10°. ‖ Lang Regesta II. 250.

» 27 » (10132) Regem Castellae hortatur, curet, ne quis donationes conventui monialium inclusarum monasterii s. Dominici de Maiorico factas revocare possit. vi kal. Apr. a° 10°. Ripolli Bullar. Praed. I. 87. n° 151. — »Ex parte dilectarum.«

» 29 (») »Magister Walterus de Cantilupo ordinem sacerdotis accepit a summo pontifice Gregorio IX in vigilia paschae.« ‖ Ann. de Theokesberia *in* Annal. monast. I. 102.

» 31 » • (10133) Iordano magistro ord. Praedic. mandat, ut, non obstante constitutione in capitulo edita, scil. ne fratres dicti ordinis curam mulierum habeant, monialium S. Mariae de Prulliano a b. Dominico fundatarum curam in spiritualibus et temporalibus sicut antea et in posterum gerant. ii kal. Apr. a° 10°. ‖ Percin Monum. conventus Tolosani ord. ff. Praed. I. (1693. fol.) 51. n° 42.

Apr. 1 » (10134) Rectoribus societatis Lombardiae significat, se eorum ambassiatores recepisse et audivisse, sed, cum (Hermannus) magister hospitalis s. Mariae Theuton. nuncius Friderici imp. eis venientibus iam recessisset, ad eorum partes (Marcellinum) episcopum Aesculanum mittere, ne impedimentum vel difficultas negotio inducatur. Hortatur eos, ut illum benigne recipiant et, depositis aemulationibus universis, illius monitis salubribus super pace regionis intendant. Kal. Apr. a° 10°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 164. — »Solite benignitatis affectu.«

» 2 » (10135) Potestatem et populum Placentinos monet, ut mandata (Marcellini) Asculani episcopi, quem pro pace Lombardiae ad partes illas destinet, devote recipiant et efficaciter adimpleant. iv non. Apr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 87. n° 152; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 190. n° 194. — »Cum super extirpanda.«

» 4 » (10136) Electo Bisuntino mandat, ne permittat ut Stephanus comes Burgundiae crucesignatus, quamdiu in prosecutione crucis exstiterit, ad indices extraordinarios vel etiam a sede apostolica delegandos in causam trahatur. ii non. Apr. a° 10°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 79. — »Cum nos personas.«

**1236.**

Apr. 7 Viterbii (10137) **Magistro generali et priori provinciali fratrum Praedicatorum provinciae Hispaniae praecipit, ut sine aliqua mora aliquot fratres sui ordinis assignent et deputent pro cura monialium clausarum s. Dominici Madritensis. vII id. Apr. a° 10°. Ripolli Bullar. Praed. I. 87. n° 153. — »Ex parte dilectarum.«**

" 7 " (10138) Nicosiensi et Nazarensi archiepiscopis mandat, ut Caesariensem archiepiscopum a Ravennatensi archiepiscopo tunc sedis apostolicae legato excommunicatum et interdictum, quem autem papa post appellationem interpositam per fratrem Raynerium capellanum et poenitentiarium suum absolvi fecerat, ab huiusmodi sententiis absolutum nuncient. vII id. Apr. a° 10°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 191. n° 195. — »Cum interdicti et.«

" 8 " (10139) Ministro et fratribus ordinis fratrum Minorum Messanens. dioc. partem vineae, quam ab abbate et conventu S. Mariae de Nocaria Messanens. dioc. emptionis titulo assecuti erant, confirmat. vI id. Apr. a° 10°. || Sbaralea l. c. 191. n° 196. — »Cum a nobis.«

(Mrt. 28 *aut* Apr. 9) " • (10140) Archiepiscopo Remensi eiusque suffraganeis mandat, curent ne possessiones ac bona, privilegia et immunitates abbatiae s. Mariae in Spinoso loco [Epinlieu] ab aliquo turbentur. v (kal. *aut* id. *addi debet*) Apr. a° 10°. || Devillers Descript. III. 36. n° 72.

" 10 resp. 11 " (10141) W(ilhelmo) quondam Mutinensi episcopo poenitentiario suo apostolicae sedis legato mandat, dirimat controversiam inter (Waldemarum) Daniae regem et fratres militiae Christi in Livonia de castro Revaliae — quod rex Daniae primum expugnaverat, deinde a paganis iterum subactum equites Teutonici eorum potestati eripuerant — ita, ut regi dicto castrum cum pertinentiis suis restituat. Iv (III *Porth.*) id. Apr. a° 10°. || Vastovii Vitis aquilon. 175; Gruber Orig. Livon. 273; Turgenevii Russ. monim. I. 43; Bunge Livl. UB. I. 188. n° 147; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 666. 676; Porthan Bullar. access. 32. n° 30; Celse Appar. 66. n° 25. — »Ex parte carissimi.«

" 12 " • (10142) Episcopo S. Asaph et abbati de Dora(?) Cisterc. ord. Menevens. dioc. litem inter fundatores monasterii de Corneburch Erefordens. dioc. et magistrum fratresque hospitalis Hierosolymitani exortam super eiusdem monasterii regula et per quadriennium et ultra protractam committit, ut ei tandem finem dent. II id. Apr. a° 10°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 526.

" 19 " (10143) Abbati et conventui S. Abundii Cumanis mandat, ut compositionem observent, quam inter ipsos et fratres ordinis Praedicatorum in civitate Cumana super ecclesia s. Iohannis iuxta civitatem eandem, super quantitate terrae eis vendendae et extimatione pretii inierint. xIII kal. Mai. a° 10°. || Tatti Città di Como II. 943. — »Prior provincialis ordinis.«

" 19 " (10144) Abbati S. Simpliciani, archipresbytero Decumanorum et praeposito S. Ambrosii Mediolanensis de superiore epistola significat eisque mandat, ut, si dicti abbas et conventus praeceptum apostolicum neglexerint adimplere, eos ad id cogant. xIII kal. Mai. a° 10°. || Ripolli Bullar. Praed. VII. 13. n° 218; Tatti l. c. 944. — »Dilecto filio priore.«

" 22 " (10145) Priori provinciali ordinis Praedicatorum in Romana provincia mandat, ut ad Antibarensem provinciam sine mora aliquot fratres destinet, qui archiepiscopum Antibarensem »quem propter senectutem nolumus ad sedem apostolicam personaliter laborare,« et episcopos provinciae dictae ab executione pontificalis officii suspendant *etc.* x kal. Mai. a° 10°. || Ripoll l. c. I. 88. n° 154; Farlati Illyr. sacr. VII. 35. — »Lecta coram nobis.«

" 26 " (10146) (Sifrido) archiepiscopo Maguntino districte praecipit, ut, cum Iuvenalis Mannetti civis Romanus olim Coloniensi archiepiscopo quandam mutuarit pecuniae quantitatem et pro eius recuperatione diu laboraverit, redditus et proventus mensae archiepiscopalis Coloniensis colligi faciat et, archiepiscopo competenti provisione taxata, praefato civi exinde satisfaciat. vI kal. Mai. a° 10°. || Würdtwein Nova subs. IX. 8. — »Dilectus filius nobilis.«

" 27 " (10147) (Henrico) Eistetensi episcopo, qui potestate clavium abutens in comitem Tullensem excommunicationis sententiam promulgaverat, mandat ut eam reformet et emendet: »alioquin de Brumbach et de Heisterbach abbatibus Cisterc. ord. Herbipolens. dioc. nostris damus litteris in mandatis, ut ipsi ex tunc, sufficienti ab ipso .... cautione recepta, ... sententiam relaxent eandem«, *etc.* v kal. Mai. a° 10°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 526, *fragm.*

" 27 " (10148) (Alexandrum) regem Scotiae reprehendit, quod iuramentum (Henrico) regi Angliae de homagio factum non servaverit, eumque hortatur, ut regi praefato ea, in quibus teneatur eidem, plenius observet. v kal. Mai. a° (5° *Rym.*) 10°. || Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 49; Rymer Foedera I. I. 129; Theiner Mon. Hibern. 33. n° 83. — »Regalis celsitudo requirit.«

" 27 " (10149) Praeposito Beverlacensi Eboracens. dioc., magistris Petro de Columpna Carnotensi et Hugoni Pisano canonicis Parisius commorantibus mandat, ut matrimonium

**1236.**

inter Henricum regem Anglorum et Iohannam filiam comitis Pontivensis contractum nullum esse nuntient. v kal. Mai. a° 10°. ‖ Rymer l. c. 129. — »Exultamus in Domino.«

Apr. 28 Viterbii (10150) Raimundo comiti Tolosano mandat, ut studia universitatis Tolosanae accurate reformet. iv kal. Mai. a° 10°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 156. — »Olim ad apostolicae.«

» 28 » (10151) Eundem increpat, quod pacis tractatum de defensione christianorum violaverit, eique mandat, ut ineunte Martio votum suum implens ad auxilium Terrae sanctae proficiscatur, ibi iuxta formam pacis per quinquennium moraturus. iv kal. Mai. a° 10°. Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 39; Ripolli Bullar. Praed. I. 88. n° 155; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 192. n° 197. — »Olim ad apostolicae.«

» 28 » (10152) (Iohanni) archiepiscopo Viennensi scribit de facinoribus (Raimundi) comitis Tholosani seque mandare eidem comiti in litteris suis, ut praemissa per se corrigat, ac in Terrae sanctae subsidium in proximo futuro Martio non differat se transferre ibi iuxta formam pacis per quinquennium moraturus. Mandat archiepiscopo, ut, si dictus comes mandatum apostolicum non curaverit adimplere, eum per censuram ecclesiasticam compellat et excommunicatum declaret. iv kal. Mai. a° 10°. ‖ Teulet Layettes II. 314. n° 2445. — »Olim ad apostolice.«

» 28 » (10153) Potestati, consilio et communi Sutrinis concedit, ut ad reparationem pontis ante portam civitatis et viae publicae quaedam stallatica usque ad triennium exigere possint. iv kal. Mai. a° 10°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 107. n° 183. — »Cum non possit.«

» 28 » (10154) Praepositum et capitulum Racemburgenses cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem terras, redditus et alia bona, sicut ea omnia iuste possident, eis confirmat. iv kal. Mai. a° 10°. ‖ Schröder Papist. Meklenburg I. 596; Westphalen Mon. ined. II. 2052. n° 21; Meklenb. UB. I. 451. n° 452. — »Cum a nobis.«

» 28 » • (10155) Episcopo S. Asaph et abbati de Dora (?) Cisterc. ord. Menevens. dioc. causam monialium de Corneburch Erefordens dioc. potentia Hospitalariorum ita oppressarum, ut neque priorissam eligere possent, neque capellanum proprium haberent qui ipsis sacramenta ministrarent *etc.*, componendam committit. iv kal. Mai. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 526.

» 30 » • (10156) Monasterium s. Mariae de Sexto ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. ‖ Bianchi Docum. 44. n° 117; *cf.* Manzano Annali del Friuli II. 321.

Mai. 4 — Magistro et fratribus Templi de Ungaria: »Laterani iv non. Mai. a° 10°«. ‖ Katona Hist. crit. IV. 525 *et al., vid.* 1238. Mai. 4, *ad quem annum retuli, licet aliis quoque annis tribui potuisset epistola.*

» 5 Viterbii (10157) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino mandat, ut (Landolfo) electo Wormaciensi, si aliquod canonicum non obsistat, munus consecrationis impendat. iii non. Mai. a° 10°. ‖ Würdtwein Nova subs. IX. 10; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. ii. 842. — »Per litteras tuas.«

» 6 » (10158) (Guilelmo) episcopo Parisiensi mandat, ut (Guilelmi Burell) episcopi Abrincensis resignationem recipiat et ei provisionem congruam assignari faciat. ii non. Mai. a° 10°. ‖ Notices et extraits XXI. ii. 239. — »Venerabilis frater noster.«

» 7 » (10159) Episcopo Pictaviensi, abbati Frigidi Montis Cisterc. ord. Beluacens. dioc. et priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum in Francia de discordia inter priorem et clericos ordinis Grandimontensis exorta mandata dat. Non. Mai. a° 10°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 523. — »Recensentes qualiter Grandimontensis.«

» 7 » (10160) Abbati Praemonstratensi, eius coabbatibus et praepositis universis Praemonstratensis ordinis indulget, ut nullus eiusdem ordinis sibi confessorem eligere possit absque abbatis Praemonstratensis vel patrum abbatum vel visitatorum licentia. Non. Mai. a° (1°, *sed legas* 11° *aut, quod praetulerim*) 10°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 655. — »Provisionis vestrae debet.«

» 14 » • (10161) Fratres militiae Christi unit cum ordine fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum, idque accepto nuncio occisi magistri et 50 fratrum eiusdem militiae cum episcopis Rigensi, Derpatensi et Osiliensi. ii id. Mai. a° 10°. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 13; Invent. privil. in arch. Cracov. 110; *cf.* Schirren Verz. livländ. Gesch.-Quellen 220. n° 18 *ad* Mai. 12, *sed data* »xi kal. Mai. a° 9°«.

— — • (10162) Rectoribus et populis Montis Sancti, Ripetransonis, Montis s. Petri, Gruptae Azzolinae et Monturani mandat, ut proventus per Firmanum episcopum olim vicariis Iohannis tit. S. Praxedis cardinalis Anconitanae marchiae rectoris ad certum tempus concessos eisdem exhibeant. *Sine die et mense.* A° 10°. ‖ Cronache della città di Fermo 372. n° 118.

**1236.**

Mai. 21 — Abbatem et conventum S. Crucis in Edeneburch ord. s. Aug.: »Laterani xII kal. Iun. a° 10°«. Liber cart. S. Crucis 175. n° 4, *vid.* 1238. Mai. 21.

» 22 Interamnae (10163) Praepositum et capitulum ecclesiae Novimonasterii ord. s. Aug. Bremens. dioc. patrocinandos suscipit, specialiter autem decimas de Botele, de Rycolynghe, de Schiphorst et de Rovelstorp, possessiones et alia bona eis confirmat. xI kal. Iun. a° 10°. Westphalen Monum. ined. II. 35. n° 28. — »Cum a nobis.«

» 22 (») (10164) Melphitensi et Bituntino episcopis mandat, inducant Tranensem archiepiscopum, ut fratres ordinis Praedicatorum et Minorum aliosque religiosos suae dioceseos favore continuo prosequatur, et ut excommunicationis sententiam, quam in mulieres civitatis et diocesis Tranensis occasione velorum simplicis panni linei, quae ad exhortationem dictorum fratrum Praed. honestatis intuitu deferebant, promulgaverit, infra octo dies totaliter relaxet. »Viterbii« *) xI kal. Iun. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 89. n° 156; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 194. n° 198. — »Attendentes quod illius.«

* *Cf.* n° 10166.

» 24 » (10165) (Roberto) Strigoniensi et (Ugrino) Colocensi archiepiscopis mandat, ut, si Assanes (Bulgariae rex) a societate Vatacii excommunicati omnino recedere et ab infestatione Latinorum desistere noluerit monitus, ipsum et omnes in hoc adiutores et fautores ipsius excommunicent. Ix kal. Iun. a° 10°. ‖ Schmitth Episc. Agriens. I. 148; Katona Hist. crit. V. 786; Fejér Cod. dipl. IV. I. 45; Theiner Mon. Hungar. I. 144. n° 255; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 67. — »Cum nobilem virum.«

» 25 (») (10166) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii Vallis Gloriae s. Mariae in Spello, quibus accipiendi diebus singulis in sylva monasterii s. Sylvestri de Monte Subasio abbas eiusdem, quamdiu duraverit, duas saumas lignorum tribuit facultatem, hanc donationem confirmat. »Viterbii« *) vIII kal. Iun. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 195. n° 199. — »Iustis petentium desideriis.«

* *Forsan cancellaria apostolica ibi diutius commorata est; cf.* n° 10164.

» 27 » (10167) Alfunso fratri L(udovici) Franciae regis indulget, ut, tertio gradu consanguinitatis non obstante, cum (Iohanna) filia (Raimundi) comitis Tholosani matrimonium contrahere valeat. vI kal. Iun. a° 10°. ‖ Teulet Layettes II. 317. n° 2448. — »Ex parte tua.«

» 28 » (10168) (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo apostolicae sedis legato concedit, ut in Revalia, Vironia et aliis terris legationi suae commissis episcopatus unire ac dividere valeat et transferre de uno loco ad alium, instituere de novo episcopos et consecrare, et limitare episcopatus, ubi expedire viderit in praedictis terris. Lundensis ecclesiae iure salvo. v kal. Iun. a° 10°. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 14. — »Licet episcoporum translatio.« *Cf.* n° 9415 *et* n° 10090.

» 28 » (10169) Potestati, consilio et populo Bononiensibus gratias agit, quod fratribus ordinis Minorum locum amplum pro ipsorum aedificiis construendis contulerunt, eosque rogat ut illos de cetero favoris praesidio prosequantur. v kal. Iun. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 195. n° 200. — »Spes grandior quae.«

» 28 » (10170) De Hemmenrode et de Villario abbatibus Cisterc. ord. Trevirens. et Metens. dioec. scribit, (Theodoricum) Trevirensem archiepiscopum a sede apostolica postulasse, ut ipsi propter suam diocesim diffusam concederet facultatem creandi novum episcopatum in monasterio de Pruina (Prumia?) eiusd. dioc. et ibidem instituendi episcopum. Mandat eis, ut inquirant, si locus episcopali sedi aptus existat et ita sufficientes habeat facultates, quod nomen episcopale ibi vilescere non contingat *etc.*, et ut relationem eorum quae invenerint papae transmittant. v kal. Iun. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 526. — »Venerabilis frater noster.«

» 29 » (10171) (Guilelmo) episcopo et abbati S. Victoris Parisiensibus mandat, ut de virtute morum et miraculis fratris Iohannis de Monte Mirabili monachi monasterii Longipontis Cisterc. ord. Suessionens. dioc. diligentissime inquirant et depositiones testium fideliter conservent, donec super hoc sedis apostolicae beneplacitum voluntatis receperint. Iv kal. Iun. a° 10°. ‖ Manrique l. c. 519. — »Mirabilis Deus in.«

» 29 — * Concedit, ut fratres ordinis Cluniacensis: »Assisii Iv kal. Iun. a° 10°«. Bréquigny Table chronologique V. 532 (*male ad* a. 1238), *vid.* 1228. Mai. 29. n° 8197.

» 30 Interamnae (10172) (Eadmundo) archiepiscopo Cantuariensi mandat, ut matrimonium inter Henricum regem Anglorum et Iohannam filiam comitis Pontivensis contractum nullum esse nuntiet. III kal. Iun. a° 10°. ‖ Rymer Foedera I. I. 130. — »Exultamus in Domino.«

» 30 » (10173) (Guillelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo apostolicae sedis legato concedit, ut de consilio et assensu praeceptoris et fratrum hospitalis s. Mariae Teutonicorum in Prusciae partibus morantium in eisdem partibus limitare dioceses ac tres de fratribus ordinis Praedicatorum dumtaxat ibidem instituere possit ac eosdem etiam

**1236.**

ascito canonico episcoporum numero consecrare. III kal. Iun. a° 10°. Raynaldi Ann. eccles. ad a. 1236 § 61; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 46. n° 47; *fragm.* ap. Tromby Storia V. app. 134. n° 16. — »Cum exultatione spiritus.«

Iun. 2 Interamnae (10174) Perae Transmadae, Florae de Lambre, Palmerae Aldrovandinae, Boiomandae Gisae, Perae de Bellofonte, Alloritae Andivenae et matri eius mulieribus Perusinis, quibus abbas et conventus monasterii s. Salvatoris de Monte Acuto Cisterc. ord. ecclesiam s. Iulianae ad ipsos pleno iure spectantem ad construendum ibi coenobium eius ordinis concesserant, hanc concessionem confirmat. IV non. Iun. a° 10°. Manrique Ann. Cisterc. IV. 517. — »Gaudemus in Domino.«

» 2 » (10175) Archipresbytero Maioris ecclesiae Bononiensis concedit, ut, cum in civitate et diocesi Bononiensi quidam esse dicantur, qui aliqua bona per usurariam pravitatem vel alium modum illicitum consecuti et in usus pios sint erogare parati, bona huiusmodi ad petitionem talium detentorum in subsidium ecclesiae a fratribus Minoribus Bononiensibus aedificandae convertat. IV non. Iun. a° 10°. Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 196. n° 201. — »Illius qui timentium.«

» 3 » (10176) (Iohanni) praeposito ecclesiae s. Stephani Aquilegensis scribit, se hortatum esse (Bernardum) ducem Carinthiae, ut Sconebrun, Chorug, Carcer et alias ad (Wolricum) electum Tergestinum de iure spectantes villas, quas per violentiam detineat occupatas, eidem electo restituat. Mandat ei, ut, si ille hoc adimplere neglexerit, partibus convocatis causam audiat et debito fine decidat. III non. Iun. a° 10°. Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1237. — »Salutem anime sic.«

» 3 » (10177) Ranaldo de Puzalia subdiacono suo praeposito de Francoforti Magunt. dioc. mandat, ut magistro Marino subdiacono suo clerico I(ohannis) tit. S. Praxedis presbyteri cardinalis in provincia Maguntina in aliqua praepositura vel alio beneficio competenti providere studeat. III non. Iun. a° 10°. Würdtwein Nova subs. IX. 11; Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 63. — »Cum apostolice sedis.«

» 3 » • (10178) Abbatem S. Germani de Pratis Parisien. rogat, ut tantum terrae vendat fratribus ord. Minorum, quantum episcopi Silvanectensis iudicio videatur necessarium pro conventus illorum constructione. III non. Iun. a° 10°. Sbaralea l. c. I. 299.

» 4 » • (10179) (Hermanno) magistro hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolymitani mandat, ut ad curiam veniat de pace inter ecclesiam et imperium tractaturus. II non. Iun. a° 10°. Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 871. not. — »Ab arbore.«

» 4 » (10180) Confirmat diffinitivam sententiam, quam O(tto) S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis partium auditor in quaestione vertente inter episcopum Marsicanum ex parte una et abbatem conventumque monasterii Casaemarii ex altera super iuribus episcopalibus in ecclesiis s. Nicolai de Capellis, s. Rufini de Archipreta *etc.* promulgavit, tenore eiusdem inserto. II non. Iun. a° 10°. Ughelli Ital. sacra I. 908. — »Ea quae iudicio.«

» 5 » (10181) (Ludolfo) episcopo Monasteriensi mandat, ut, si expedire viderit, magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Magdalenae (Monasteriensis) concedat licentiam in sua capella proprium capellanum, qui eis ecclesiastica exhibeat sacramenta, necnon coemiterium habendi ad opus fratrum et hospitantium ibi decedentium. Non. Iun. a° (14°, *sed legas*) 10°. Niesert Münster. US. II. 418; Wilmans Westfäl. UB. III. 199. n° 367. — »Dilecti filii magister.«

» 6 » (10182) Priori et fratribus S. Bartholomaei de Trisulto, quorum monasterium apostolicae sedis constructum fuit sumptibus et dotatum, concedit, ut in qualibet terra patrimonii b. Petri victualia vel alia quaelibet eorum usibus necessaria emere, permutare *etc.* sine plateatico vel pedagio libere possint. VIII id. Iun. a° 10°. Spicil. Liber. 664. n° 26. — »Cum felicis recordationis.«

» 8 (») (10183) Ecclesiam s. Mariae Iustimontis Praemonstr. ord. abbate eiusque fratribus petentibus tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. VI id. Iun. indict. VIII (!). dom. incarn. a° 1236. pont. a° 10°. Tabouillot Hist. de Metz IV. I. 190. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 10 » (10184) F(riderico) Romanorum imperatori Ierusalem et Siciliae regi nunciat, se ad pacem promovendam in Lombardia (Iacobum) episcopum Praenestinum illuc destinasse. Monet eum, ut (Hermannum) magistrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum de his quae ad honorem ecclesiae et imperii pertineant tractaturum ad sedem apostolicam sine dilatione transmittat. IV id. Iun. a° 10°. Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 870; Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 6, *partim.* — »Accedentem ad sedem.«

» 12 » (10185) Monasterium monialium s. Ohuldis Tullens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. II id. Iun. indict. IX. incarn. dom. a° 1236. pont. a° 10°. Calmet Hist. de Lorraine II. preuv. 449. — »Religiosam vitam eligentibus.«

**1236.**

Iun. 13 Interamnae (10186) Consules, populum et villam Montispessulani cum consulatu et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut ad perpetuum devocionis indicium duas marcas auri, centum massemutinis computandis pro marca, singulis annis in festo resurrectionis dominicae persolvant. Id. Iun. a° 10°. ‖ Teulet Layettes II. 318. n° 2452. — »Promte fidei ac.«

» 13 » (10187) Abbatissae et conventui monasterii de Braella Cisterc. ord. Atrebatens. dioc., quibus Petrus dictus Quercus canonicus et Fursaeus Botte burgenses Peronenses quendam mansum apud Biarch ad ibi coenobium Cisterciensium monialium instituendum donaverant, hanc donationem confirmat. Id. Iun. a° 10°. ‖ Gall. christ. X. instr. 382. — »Solet annuere sedes.«

» 13 » (10188) Abbatissam et conventum monasterii de Bersenbrugge Cisterc. ord. Osnaburg. dioc. tuendas suscipit, specialiter autem possessiones, terras et alia bona eis confirmat. Id. Iun. a° 10°. ‖ Möser Osnabrück. Gesch. III. 315. n° 175. — »Cum a nobis.«

» 16 » (10189) Abbati et conventui monasterii s. Apollinaris in Classe Camald. ord. Ravenn. dioc. ecclesiam s. Mariae novae Fanensem confirmat. xvi kal. Iul. a° 10°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 536. n° 336. — »Iustis petentium desideriis.«

» 17 » (10190) (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo, apostolicae sedis legato mandat, cogat Poloniae principes, qui fatigant homines cathedralium et aliarum ecclesiarum Poloniae terras earundem excolentes angariis, perangariis et vectigalibus, ut ab huiusmodi molestiis hominum praedictorum de cetero conquiescant. xv kal. Iul. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 29. n° 64. — »Principum eternorum aggregari.«

» 17 » (10191) Eidem mandat, compellat (Henricum) ducem Zlesiae, qui, cum terram (Wladislai) ducis Poloniae grandi comitatus exercitu pluries intravisset, Gneznensi ecclesiae necnon personis ecclesiasticis et habitatoribus villarum eiusdem damna gravia intulerat, ut capitulo et clero Gneznensibus congruam satisfactionem impendat. xv kal. Iul. a° 10°. Theiner l. c. 30. n° 65. — »Dilecti filii capitulum.«

» 17 » (10192) (Petro?) archiepiscopo Gneznensi indulget, ne de cetero ultra duas dietas extra ipsam diocesim per litteras a sede apostolica impetratas trahi possit in causam. xv kal. Iul. a° 10°. ‖ Theiner l. c. 30. n° 66. — »Etsi libenter petentibus.«

» 18 » (10193) (Guillelmo) Parisiensi et (Roberto) Lingonensi episcopis et (Ebrardo) abbati Clarae Vallis mandat, ut, cum Ludovicus rex Francorum terram (Theobaldi) regis Navarrae comitis Campaniae cruce signati impugnaturus sit, ad regem personaliter accedentes et mala quae ex hoc non solum Terrae sanctae sed etiam toti regno Franciae possint contingere prudenter exponentes eum ad pacem vel treugam cum rege Navarrae praefato ineundam efficaciter inducant. xiv kal. Iul. a° 10°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 520; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 355. n° 2419. — »Si velut cypressus.«

» 18 » (10194) Ludovico regi Francorum scribit de eodem argumento eumque rogat, ut, ne Terrae sanctae iactura, quae propter hoc posset contingere, de eius manibus requiratur, a praefati regis Navarrae et aliorum crucesignatorum impugnatione desistat et pacem in suo regno procuret fieri. xiv kal. Iul. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 47, *incip.:* — »Cum sicut dicitur.«

» 19 » (10195) Waradiensi, de Thion (Tihon *Fej.*) et de Erte (Erce *Fej.*) abbatibus Quinqueeccles. dioc. exponit causam inter (Bulchu) Cenadiensem episcopum et abbatem monasterii Bistriensis agitatam et pacem inter eosdem reformatam. Addit, in eundem abbatem iuxta formam pacis ad monasterium restitutum et vix ibidem per unius mensis spatium existentem viros quosdam dicti episcopi absque misericordia irruisse et ipsum interfectum bestiali more concidisse in frusta. Mandat eis, ut praedictos sacrilegos faciant per Strigoniensem provinciam pulsatis campanis et candelis accensis singulis diebus dominicis et festivis excommunicatos solemniter nunciari *etc.* xiii kal. Iul. a° 10°. Theiner Mon. Hungar. I. 144. n° 256; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 42 *et* XII. 10; *non integra* ap. Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 94; Fejér Cod. dipl. IV. I. 42; ap. Fuxhoffer Monast. (ed. 2ᵃ). I. 257. — »Turbata est anima.«

» 20 » (10196) Abbatissa eiusque sororibus postulantibus monasterium s. Mariae V. de Bohoz [Boos] Cisterc. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit, Obernwilar et Zvirtumberg, terras et possessiones cum pratis, vineis *etc.* eis confirmat atque plurima iura ac privilegia concedit. xii kal. Iul. indict. VIII (!). incarn. dom. a° 1236. pont. a° 10°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 380. n° 882. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 20 » (10197) Monasterium monialium s. Mariae de Monte Mascarano Tudertin. ord. s. Dam. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. xii kal. Iul. indict. IX. incarn. dom. a° 1236. pont. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 197. n° 202. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 24 » (10198) Fredericum Romanorum imperatorem rogat et hortatur, ut nepotem regis Tunici ad sedem apostolicam pro recipiendo baptismi sacramento accedere volentem et iniuste

**1236.**

in regno detentum dimitti faciat. viii kal. Iul. a° 10°. || Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. ii. 872. — »Quidam nepos regis.«

Iul. 1 | Interamnae | • (10199) Grégoire invite Thibaut comte de Champagne à payer à Pierre et Ange fils de Jean Ilperini, citoyens Romains, ce qu'il leur doit, sans usure, mais en leur remboursant leurs dépens et en leur payant des dommages et intérêts. Autrement il le menace de faire mettre en interdit Bar-sur-Aube et Provins. || Jubainville Comtes de Champagne V. 356. n° 2424.

» 7 | Reate | (10200) Moraviensi [Moray] episcopo mandat, ut (Simonem) episcopum Sodrensem a cura et sollicitudine ecclesiae Lismorensis absolvat eidemque ecclesiae provideri per electionem canonicam de persona idonea in episcopum faciat. Non. Iul. a° 10°. || Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. i. 12. n° 12; Theiner Mon. Hibern. 33. n° 84. — »Uenerabilis frater noster.«

» 9 | » | (10201) (Henricum) regem Anglorum rogat et hortatur, ut, cum in mille marcis sterlingorum ecclesiae Romanae census nomine pro anno praeterito teneatur, hunc censum Thomae cubiculario suo persolvat. vii (id. *om. R.*) Iul. a° 10°. || Rymer Foedera I. i. 130. — »Cum in mille.«

» 11 | » | (10202) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum inhibet, ne ad susceptionem sui ordinis ante professionem aliquem obligare vel infra probationis spatium quemquam facto vel verbo ad profitendum vel ad renunciandum inducere praesumant. v id. Iul. a° 10°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 90. n° 157. — »Non solum in.«

» 12 | » | (10203) Magistro Riccardo de Aegidio canonico Fundano mandat, ut causam inter abbatem conventumque monasterii Casinensis et Philippum dominum Aquini quosdamque alios Aquinatensis et Soranae civitatum et diocesum super quodam molendino ecclesiae s. Nazarii de Cammino ad monasterium Casinense pertinentis versantem decidat. iv id. Iul. a° 10°. || Tosti Monte-Cassino II. 310. — »Dilecti filii abbas.«

» 13 | » | (10204) Ministro et fratribus ordinis Minorum idem interdicit quod legitur in n° 10202: »iii id. Iul. a° 10°«. || Wadding Ann. Min. II. 637; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 198. n° 203. — »Non solum in.«

» 14 | » | (10205) Rosetano episcopo mandat, ut in monasterio s. Cassiani ord. s. Ben. Vulteranens. dioc. in Cisterciensi ordine reformet ac ibidem ex monachis S. Galgani eiusd. dioc. conventum instituat. ii id. Iul. a° 10°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 533, *omisso initio.*

» 14 | » | (10206) (Theobaldo) regi Navarrae comiti Campaniae, qui crucis assumpto signaculo in Terrae sanctae succursum transfretare proposuit, concedit, ne quis in personam aut terram eius excommunicationis vel interdicti sententias sine speciali sedis apostolicae mandato promulgare possit. ii id. Iul. a° 10°. || Manrique l. c. 521; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 356. n° 2427. — »Eos qui signo.«

» 14 | » | • (10207) Grégoire déclare que Thibaut s'étant croisé, sa personne ne pourra être excommuniée ni sa terre mise en interdit sans mandement spécial du Siége apostolique, jusqu'à ce qu'on soit certain de son retour ou de sa mort, pourvu toutefois qu'il soit toujours disposé à répondre aux actions portées contre lui par devant les abbés de Saint-Denis-en-France et de Clairvaux. Grégoire charge les abbés R. de Chezy et (Guermond?) de Valsecret, de faire respecter ce privilége. || Jubainville l. c. n° 2426.

» 14 | » | • (10208) Le même, après de nouveaux détails sur l'affaire mentionnée en n° 10199, invite encore une fois Thibaut à payer sa dette. || Jubainville l. c. n° 2425.

» 16 | » | • (10209) Le même rappelle la procédure à laquelle a donné lieu une dette de Thibaut comte de Champagne envers Pierre Parent, G. Alexis et Jean le juif. Si Thibaut ne paie pas, Provins et Bar-sur-Aube seront frappés d'interdit. Grégoire en prévient Thibaut. || Jubainville l. c. n° 2428.

» 19 | » | (10210) Oxomensi et Segoviensi episcopis mandat, ut ordini Calatravae visitationis officium impendant. xiv kal. Aug. a° 10°. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 527. — »Ad instar illius.«

» 19 | » | (10211) Abbatissam et conventum monasterii de Honore B. Mariae ord. Cisterc. Tornacens. dioc. protegendas suscipit, specialiter autem terras, possessiones *etc.* eis confirmat. xiv kal. Aug. a° 10°. || Hautcoeur Cartul. de Flines I. 14. n° 17, *male ad* Iul. 15. — »Iustis petentium desideriis.«

» 21 | » | (10212) Amatoni de Ferentino suo familiari quasdam domus, vineas, hortos et alia bona in Castro Ceperani in directum feudum sub censu annuo unius obuli aurei concedit. xii kal. Aug. a° 10°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 108. n° 184. — »Sedes apostolica pia.«

» 23 | » | (10213) Abbatissam et conventum monasterii de Honore B. Mariae Cisterc. ord. Tornacens. dioc. cum pertinentiis suis tuendas suscipit, specialiter autem terras, redditus et alia bona eis confirmat, districtius inhibens, ne quis de ortis et virgultis earum *etc.*

**1236.**

decimas exigere vel extorquere praesumat. x kal. Aug. a° 10°. ‖ Hautcoeur Cartul. ed. Flines I. 15. n° 18. — »Cum a nobis.«

Iul. 29 Reate (10214) Abbatissae et conventui sororum inclusarum monasterii Vallis Gloriae de Aspello Spoletan. dioc. terras, vineas, oliveta, hortos et alia »quae ad opus vestrum comparavimus de pecunia, quam in puram elemosynam pauperibus et religiosis ... duximus deputandam«, confirmat. IV kal. Aug. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 199. n° 204. — »Cum mortuae mundo.«

» 29 » (10215) Monasterii s. Francisci in Clausis Cremonensibus protectionem suscipit, eius bona ac possessiones et donationes libertatesque abbatissae et sororibus inclusis ab (Homobono) episcopo Cremonensi concessas confirmat. IV kal. Aug. indict. IX. incarn. dom. a° 1236. pont. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 638; Sbaralea l. c. n° 205. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 30 » (10216) (Bartholomaeo) episcopo et praeposito Quinqueecclesiensibus et abbati de Cicador Cisterc. ord. mandat, ut, si Colomannus rex Ruthenorum et dux Sclavoniae fratribus militiae Templi in Ungaria et Sclavonia ad preces apostolicae sedis ablata universa non restituerit, loca ad quae ipse devenerit supponant ecclesiastico interdicto. III kal. Aug. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 522; Fejér Cod. dipl. VII. I. 256; Theiner Mon. Hungar. I. 146. n° 257; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 46; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 66. — »Etsi libenter ex.«

Aug. 2 » (10217) Romani Bonaventurae Portuensis episcopi gubernationi committit ecclesias unitas b. mart. Hippolyti et ss. mart. Rufinae et Secundae in Sylva Candida; porro eius eiusque successorum iura ac privilegia in basilica Principis apostolorum de Urbe confirmat. IV non. Aug. indict. VIII (!). dom. incarn. a° 1236. pont. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 130; *fragm. mai. in* Bullar. Vatic. III. append. 5. — »Ab ipso christianae.«

» 2 » (10218) Monasterium s. Mariae Vallis Gloriae de Spello tuendum suscipit, eius bona, possessiones ac exemtionem ab omni iure episcopali ei per Nicolaum Spoletanum episcopum donatam confirmat. IV non. Aug. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 639; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 200. n° 206. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 2 » (10219) Monasterii s. Mariae inter Angulos Spoletanos protectionem suscipit, eius bona ac possessiones, donationes et exemptiones abbatissae sororibusque inclusis a Nicolao Spoletano episcopo factas confirmat. IV non. Aug. a° 10°. ‖ Wadding l. c. II. 640; Sbaralea l. c. 201. n° 207. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 4 » (10220) Universis abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis interdicit, ne fratres Minores ad eorum vel fratres sui ad fratrum Minorum ordinem transeuntes post emissam ibi professionem denuo ad suos remittantur. II non. Aug. a° 10°. ‖ Wadding l. c. 640; Sbaralea l. c. 202. n° 208; Manrique Ann. Cisterc. IV. 510. — »Licet quibusdam ex.«

* *In eundem modum eodemque die mutatis mutandis* Ministro et fratribus ordinis Minorum.
» » » » » » » » Ministro et fratribus ordinis Praedicatorum.

» 7 » * (10221) Monachis monasterii s. Fortunati et s. Mariae Vallis Lucidae indulget, ut abbatem de Ferraria Cisterc. ord. visitatorem habeant. VII (?) Aug. a° 10°. ‖ Manrique l. c. III. 332.

» 8 (») (10222) Abbatem et conventum ecclesiae (Cellae) s. Mariae de Nigra Silva ord. s. Aug. Constantiens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Hüffingen et Wallershofen, item villas necnon terras, redditus et alia bona eis et eidem ecclesiae confirmat. *Sine loco.* VI id. Aug. a° 10°. ‖ Petrus Suevia eccles. 235. — »Cum a nobis.«

» 8 » (10223) Zibisclaum kenesium de Woscura (Vsora) filium quondam Stephani bani de Bosna eiusque terras cum omnibus bonis sub b. Petri protectione suscipit. VI id. Aug. (a° 10°). Theiner Mon. Hungar. I. 147. n° 258; *deficiente initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 67; ap. Katona Hist. crit. V. 772; Fejér Cod. dipl. IV. II. 36. — »Quos in medio.«

» 8 » (10224) A. relictam quondam S(tephani) bani de Bosna et terram eius cum omnibus bonis sub b. Petri protectione suscipit. VI id. Aug. a° 10°. ‖ Theiner l. c. I. 147. n° 260; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 49; *cf.* Raynald. l. c. — »Quos in medio.«

» 8 » (10225) (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi, (Bartholomaeo) episcopo Quinqueecclesiensi et praeposito Strigoniensi notificat, se Zibisclaum kenesium de Woscora natum quondam Stephani de Bosna, »qui inter principes Bosnenses infectos macula haereticae pravitatis existit quasi lilium inter spinas,« cum omnibus bonis patrocinandum suscepisse. Mandat eis, ne permittant, ut contra protectionis huius tenorem ab aliquibus molestetur. VI id. Aug. a° 10°. ‖ Theiner l. c. 147. n° 259; Mon. Hungar. hist. l. c. 50; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum dilectum filium.«

**1236.**

Aug. 8 Reate (10226) Eidem archiepiscopo et eius collegis scribit in eundem modum de A. relicta quondam St(ephani) bani de Bosna. VI id. Aug. a° 10°. Theiner l. c. 147. n° 261; Mon. Hungar. hist. l. c. 51. — »Cum dilectam in.«

» 12 » (10227) (Ugolino) archiepiscopo Colocensi mandat, compellat ad preces (Belae) regis Ungariae religiosos, apud quos Mica Barbatus, Nicolaus filius Borch et Nicolaus magister, proditores de laesae maiestatis crimine condemnati, multa de bonis coronae regiae fraudulenter ablata deposuerunt, ut deposita ipsa restituant. II id. Aug. a° 10°. Katona Hist. crit. V. 775; Fejér Cod. dipl. IV. I. 41; Theiner l. c. 147. n° 262. — »Carissimi in Christo.«

» 19 » (10228) Archiepiscopum Ravennatensem et suffraganeos eius hortatur, ut Friderico Romanorum imperatori, cum in eius curia fuerint, omnes unanimes pari voto et voce concordi exponant, »nec moveatur imperialis serenitas nec turbetur, si inter cives Placentinos pax extitit reformata;« porro imperatorem inducant, ut a (Iacobo) episcopo Praenestino legato rancorem omnem suspicionis avertens eum tanquam honorabilem sedis apostolicae membrum honoret. XIV kal. Sept. a° 10°. Savioli Ann. Bologn. III. II. 166. — »Quam intentionem in.«

» 21 » (10229) Archiepiscopo Viennensi apostolicae sedis legato significat, se ecclesiae Valentinensi, ne deficiat sub sarcina debitorum pro tuenda libertate contractorum, moderatum subsidium scil. 10000 librarum Turonensis monetae in Viennensi et Lugdunensi provinciis et in terra commissa legationi episcopi Tornacensis exhibendum infra biennium ipsi, providisse faciendum. Mandat ei, ut hoc onus per singulos dividat eosque ad illud solvendum compellat. XII kal. Sept. a° 10°. Gallia christ. XVI. instr. 113. — »Quia ecclesia Valentinensis.«

» 21 » (10230) Episcopo Florentino, cui ecclesiae Lucanae sollicitudinem pro parte commiserat, qui autem archidiacono Lucano eam duxerat committendam, mandat ut, hoc revocato, primicerio et Conrado canonico Lucanis vices suas in hac parte committat. XII kal. Sept. a° 10°. Ughelli Ital. sacra I. 821. — »Licet occupatus cura.«

» 21 » (10231) Henrico regi Anglorum scribit, se eius petitionem super concessione legati distulisse exaudire »pro eo, quod cum alia vice idem ex parte tua cum instantia postulatum fuerit et a nobis benigne concessum, statim ad nos revocatoriae litterae pervenerunt.... Praeterea ecclesia Romana hoc tempore de mittendis a latere suo personis opportunitatem non habet.« XII kal. Sept. a° 10°. Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 49, *omisso initio.*

» 25 » (10232) (Bartholomaeo) episcopo Quinqueecclesiensi, abbati Waradiensi et praeposito Vesprimiensi mandat, ut in electionem (Benedicti) episcopi Varadiensis inquirant. VIII kal. Sept. a° 10°. Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 101; Fejér Cod. dipl. IV. I. 38; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 14; Theiner Mon. Hungar. I. 148. n° 263; *nonnisi pars prima* ap. Pray Hierarch. II. 164; Katona Hist. crit. V. 774. — »Alexander et Iohannes.«

» 26 » (10233) Priorissam ac conventum monialium monasterii de Parech [Prez] ord. s. Ben. Lubecens. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem possessiones, redditus, decimas, terras et alia bona, sicut ea iuste possident, ipsis confirmat. VII kal. Sept. a° 10°. Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 206. n° 14. — »Iustis petentium desideriis.«

» 28 » (10234) (Bartholomaeo) episcopo Quinqueecclesiensi, abbati Varadiensi et praeposito Vesprimiensi mandat, ut, cum Th(omas) tit. S. Sabinae presbyter et B.(?) SS. Cosmae et Damiani diaconus cardinales Primogenito electo Varadiensi contra B(enedictum) Varadiensem episcopum de speciali mandato apostolico dederint licentiam contrahendi debitum usque ad 150 marcas boni argenti super bonis episcopi et ecclesiae Varadiensium, Primogenito memorato vel eius creditoribus de praefata pecunia infra certum tempus praefigendum satisfieri faciant. V kal. Sept. a° 10°. Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 106; Fejér Cod. dipl. IV. I. 44; Theiner Mon. Hungar. I. 149. n° 264. — »Cum dilecti filii.«

Sept. 1 » (10235) Abbati et conventui monasterii s. Crucis de Edenburk ord. s. Aug. terram de Kelnut, quam ex concessione regis Scotiae assecuti sunt, auctoritate apostolica confirmat. Kal. Sept. a° 10°. Liber cart. S. Crucis 178. n° 6. — »Cum a nobis.«

» 3 » (10236) Archiepiscopo Toletano atque Burgensi et Oxomensi episcopis mandat, ut de proventibus ecclesiarum et monasteriorum subsidium 20000 aureorum regi Castellae et Legionensi, qui nuper civitatem Cordubam per sudores suos bellicos et sumptus multiplices cultui restituerit christiano manusque ad recuperationem aliarum terrarum a paganis diu detentarum extendat, ad hoc opus faciant annuatim per triennium exhiberi. III non. Sept. a° 10°. Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 60. — »Exposito nobis devotionis.«

» 3 » (10237) de Wettes et de Zambo abbatibus Veszprimiens. dioc. et praeposito S. Thomae Strigoniensis mandat, ut praeposito et capitulo Cenadiensibus, qui homines monasterii Bistriensis in ipsorum parochiis constitutos indebitis exactionibus aggravabant, terminum praefigent, quo se apostolico conspectui per procuratorem repraesentent. III non.

**1236.**

| | | |
|---|---|---|
| | | Sept. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 149. n° 265; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 51. — »Ex parte conventus.« |
| Sept. 4 | Reate | (10238) Archiepiscopo Toletano et universis episcopis per regnum Castellae constitutis mandat, ut omnibus subditis suis, qui cum rege Castellae et Legionis contra Agarenos paganos proficiscuntur, illam indulgentiam tribuant, quam secundum statuta concilii generalis habent proficiscentes in subsidium Terrae sanctae. II non. Sept. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 58; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 492. n° 48. — »Sicut olim in.« |
| „ 5 | „ | (10239) Abbati et conventui monasterii s. Crucis de Edenburk ord. s. Aug. S. Andreae dioc. annuum redditum decem librarum et novem marcarum sterlingorum, quem rex Scociae monasterio dicto donavit, auctoritate apostolica confirmat. Non. Sept. a° 10°. ‖ Liber cart. S. Crucis 178. n° 7. — »Cum a nobis.« |
| „ 5 | „ | (10240) Abbati et conventui monasterii s. Crucis de Castro puellarum ord. s. Aug. ecclesiam de Melginge et terram quae dicitur Scottice Abchein, quas eis Dunkeldensis episcopus donavit, auctoritate apostolica confirmat. Non. Sept. a° 10°. ‖ Liber cart. S. Crucis 53. — »Cum a nobis.« |
| „ 5 | „ | (10241) Eisdem terram in Hales iuxta fluvium Goger, quam Riccardus filius Audoeni ecclesiae eorum donavit, auctoritate apostolica confirmat. Non. (Dec., *sed legendum est*) Sept. a° 10°. ‖ Liber cart. S. Crucis 175. n° 3. — »Iustis petentium desideriis.« |
| „ 6 | („) | (10242) Glasguensi, Dumblanensi et Brechinensi episcopis mandat, ut causam Galfridi canonici electi in episcopum ecclesiae Dunkeldensis examinent et, si postulationem ipsam de persona idonea canonice celebratam invenerint, eandem admittant *etc.* »Romae« VIII id. Sept. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 33. n° 85. — »Dilecti filii decanus.« |
| „ 9 | „ | (10243) Archiepiscopo Burdegalensi et episcopis Xanctonensi, Engolismensi et Pictaviensi scribit de lacrymabili Iudaeorum in regno Franciae statu eisque mandat, curent ut spoliatis erepta restituantur. IX (?) Sept. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 48. — »Lacrymabilem Iudaeorum in.« |
| „ 19 | „ | (10244) Cum S. pauperi presbytero archidiacono de Bekis Waradiens. dioc., qui casualiter crimen homicidii incurrerat, dispensat, ita ut cum clericis in choro psalmodias et responsoria cantare et legere lectiones possit. XIII kal. Oct. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 150. n° 266; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 52. — »Tuis precibus inclinati.« |
| „ 20 | „ | (10245) (Landolfo?) electo Wormaciensi committit reformationem canonicarum regularium nimis dissolute viventium ecclesiae s. Mariae [Marien- seu Nonnen-Münster] suburbii Wormaciensis eique concedit, ut ibi ordinem Cisterciensem inducat. XII kal. Oct. a° 10°. Manrique Ann. Cisterc. IV. 534; Schannat Hist. ep. Worm. II. 119. n° 131; *cf.* Arch. f. Hessische Gesch. II. 303. — »Vigilis pastoris sicut.« |
| „ 24 | „ | (10246) Wilhelmo de ordine fratrum Minorum poenitentiario suo mandat, ut ad conciliandam pacem et concordiam inter (Ludovicum) regem Galliae et ecclesiam Belluacensem opem et operam omnem adhibeat. VIII kal. Oct. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 641; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 203. n° 209. — »Receptis affectione paterna.« |
| „ 24 | „ | (10247) Ludovicum regem Franciae rogat et hortatur, ut super restitutione iurium et libertatum episcopo et ecclesiae Belluacensibus facienda, necnon de illatis damnis et de irrogatis iniuriis satisfactionem debitam impendat eisdem. VIII kal. Oct. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 203. not. *f.* — »Sane litteris quas.« |
| „ 24 | „ | (10248) Episcopo et capitulo Belluacensibus significat, se interdictum positum per archiepiscopum Rhemensem et suffraganeos eius in Rhemensi provincia ad octo menses pro fine pacis et concordiae ineundae inter Ludovicum regem Francorum et eos suspendere; quae nisi sequatur *etc.* VIII kal. Oct. a° 10° ‖ Sbaralea l. c. 203. not. *f.* |
| „ 24 | „ | (10249) Abbati S. Iohannis e Pinna in Hispania Oscens. dioc., cuius personam olim usu mithrae honoravit, significat, se praefatum usum ad eius successores de gratia speciali extendere. VIII kal. Oct. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 56. — »Relatu plurium fide.« |
| „ 26 | „ | (10250) Archiepiscopo Cantuariensi eiusque suffraganeis mandat, ut festum s. regis Eduardi devote celebrent in suis ecclesiis. VI kal. Oct. a° 10°. ‖ Raynald. l. c. § 50. — »Cum recolendae memoriae.« |
| „ 27 | „ | (10251) (Iuhello) archiepiscopo Turonensi mandat, moneat (Petrum) comitem Britanniae, ut sublata bona ecclesiae Nannetensi restituens et ab eius et hominum eiusdem gravamine conquiescens de dampnis illatis satisfactionem exhibeat congruentem. V kal. Oct. a° 10°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 903. — »Sane mirantes accepimus.« |
| Oct. 1 | „ | (10252) Abbatissae et conventui S. Mariae de Fulgineo initum cum monasterio s. Pastoris de Greza Cisterc. ord. Reatinae dioc. confirmat contractum, secundum quem ab hoc pro illarum sustentatione annuus viginti quinque saumarum frumenti et quinque fabarum redditus persolvendus est. Kal. Oct. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 642; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 204. n° 210; *fragm.* ap. Manrique Ann. Cisterc. IV. 533. — »Ut intemerata consistant.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1236.** |
| Oct. 5 | Reate | (10253) Balivis de Porciano sub poena decem librarum camerae apostolicae persolvenda mandat, ut nuntio Specus Sublacensis infra 15 dies, postquam a festo nativitatis b. Mariae fuerint requisiti, sex libras provisiarum de castri Porciani redditibus non in pignoribus sed pecunia numerata integre persolvant. III non. Oct. a⁰ 10⁰. ‖ Spicil. Liber. 654. n⁰ 16. — »Cum felicis recordationis.« |
| » 10 | » | (10254) Abbatibus Fulcardi Montis Cisterc. ord. et S. Bertini ord. s. Ben. mandat, ut monasterio s. Vedasti Atrebatens. dioc. personam idoneam praeficiant in abbatem. VI id. Oct. a⁰ 10⁰. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 526, *fragm.* |
| » 23 | » | (10255) Friderico Romanorum imperatori querulanti super processu (Iacobi) Praenestini episcopi respondet simulque refellit argumenta quibus imperator ad suam purgationem usus est, monens eum fortiter, ut iniurias ecclesiae Romanae et regni ecclesiis illatas emendare studeat, vel timeat ne Deus ab eius processibus oculos avertat. X kal. Nov. a⁰ 10⁰. ‖ *In duas partes divisa* ap. Raynald. Ann. ad a. 1236 § 8—11 *et* § 17—25; *coniuncta* ap. Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 369 n⁰ 27; ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 914. *Cf.* Böhmer Reg. imp. 1198—1254. p. 344. n⁰ 119. — »Si memoriam beneficiorum.« |
| » 27 | » | (10256) (Bonfilio) episcopo Senensi mandat, ut ecclesiam s. Petri ad Ovile Senensem cum platea ante illam posita fratribus Minoribus Senensibus conferat. VI kal. Nov. a⁰ 10⁰. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 206. n⁰ 211. — »Dilecti filii fratres.« |
| Nov. 1 | Interamnae | • (10257) Eugubinis mandat, ut mittant nuntios ad colloquium inibi habendum. Kal. Nov. a⁰ (7⁰, *sed legas*) 10⁰. ‖ Spicil. Liber. 645. |
| » 6 | (») | (10258) Ministro et fratribus ordinis Minorum interdicit, ne fratres Praedicatorum post emissam professionem in suo ordine recipiant. VIII id. Nov. a⁰ 10⁰. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 206. n⁰ 212. — »Licet olim quibusdam.« |
| » 8 | » | (10259) N. N. scribit de causa per decem annos et amplius agitata inter archiepiscopum Toletanum ex parte una et magistrum fratresque Calatravenses Cisterc. ord. Toletan. dioc. ex altera super obedientia, quibusdam ecclesiasticis decimis regalium reddituum in Calatrava et locis aliis, decimis quoque quintariorum et molendinorum *etc.* VI id. Nov. a⁰ 10⁰. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 529, *deficiente fine.* — »Olim venerabili fratri.« |
| » 13 | (») | (10260) Ludovico rege Francorum postulante inhibet, ut nulli liceat, capellas eius ecclesiastico supponere interdicto, nisi de licentia sedis apostolicae speciali. »Terracinae« *Achery,* »in Terraron.« *Duch.* Id. Nov. a⁰ 10⁰. ‖ Achery Spicil. III. 606; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 861. — »Illa filialis devotio.« |
| (» 13) | (») | (10261) Eidem ad instar Innocentii pp. praedecessoris indulget, ut nullus in eius terram excommunicationis vel interdicti sententiam proferat absque mandato sedis apostolicae speciali. »Apud Urbem veter. a⁰ 10⁰«. ‖ Zampini Ad calumnias ... responsio 152. — »Apostolicae sedis benignitas.« |
| » 13 | » | • (10262) Conrado (de Lumerins) abbate petente monasterium Disertinense ord. s. Ben. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Id. Nov. a⁰ 10⁰ (*om. E.*). ‖ Eichhorn Episc. Curiens. 231; Mohr Cod. dipl. I. 325. n⁰ 214; Mohr Regest. von Disentis 10. n⁰ 50, *ubique perperam ad* a. 1237. |
| » 22 | » | (10263) Archiepiscopos, episcopos ceterosque Moreae praesules rogat et hortatur, ut patriarchae Constantinopolitano, qui propter guerrarum discrimina et Graecorum malitiam fere omnes redditus et alia amiserit bona sua, in necessariis provideant. X kal. Dec. a⁰ 10⁰. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 70. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 22 | » | (10264) Universis Christi fidelibus mandat, ut quod a se ipso olim in minori officio constituto circa ingressionem monasteriorum monialium inclusarum ordinis s. Damiani institutum sit, inviolabiliter observetur. X kal. Dec. a⁰ 10⁰. ‖ Wadding Ann. Min. II. 643; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 206. n⁰ 213. — »Etsi omnium illa.« |
| » 22 | » | (10265) Abbati de Tileto Cisterc. ord. committit inquisitionem criminum *i. e.* simoniae, usurarum, concubinatus *etc.*, quibus (Nicolaus) episcopus Viginti-Milliensis implicatus erat, eique mandat, ut praefato episcopo terminum praefigat, quo se apostolico conspectui personaliter repraesentet pro meritis recepturus. X kal. Dec. a⁰ 10⁰. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 525, *deficiente parte prima.* |
| » 27 | » | (10266) Ecclesiae b. Lamberti Subnensis [Suben] ord. can. s. Aug. patrocinium suscipit eiusque possessiones ac bona nominatim recensita confirmat. V kal. Dec. incarn. dom. a⁰ 1236. indict. X. pont. a⁰ 10⁰. ‖ Mon. Boic. IV. 530; Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 373; UB. ob der Enns III. 40; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 493. — »Quotiens a nobis.« |
| » 28 | » | (10267) Archiepiscopo Toletano supplicante statuit, ut in omnibus terminis et rebus aliis, super quibus sit dubium, nullum eius iuri praeiudicium generetur. IV kal. Dec. a⁰ 10⁰. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 529. — »Cum dilectis filio.« |
| » 29 | » | (10268) (Bertoldo) Aquileiensi et (Leonardo) Gradensi patriarchis, (Simeoni?) Ravennati et (Othoni) Ianuensi archiepiscopis eorumque suffraganeis (Raynaldum) episcopum Ostien- |

**1236.**

sem et (Thomam) S. Sabinae presbyterum cardinalem, quibus in Lombardia, marchia Tervisina, Romaniola et partibus Venetiarum legationis officium ad pacem ibi reformandam commisit, commendat. III kal. Dec. a° 10°. ‖ *Nonnisi pars ultima in* Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 13; Huillard-Bréholles Hist. dipl. IV. II. 925.

Dec. 2 — Interamnae — (10269) Abbatissae et conventui monasterii monialium inclusarum s. Mariae de Monte Mascarano Tudertinis terram, quam abbas et conventus monasterii s. Fortunati Tudertini eis donarunt, confirmat. IV non. Dec. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 207. n° 214. — »Cum a nobis.«

„ 2 — .. — Abbati et conventui monasterii s. Faronis Meldensis: »Laterani IV non. Dec. a° 10°. Du Plessis Hist. de Meaux II. 133, *vid.* 1237. Dec. 2.

„ 3 — Interamnae — (10270) Episcopo et decano Pictaviensibus et thesaurario S. Martini Turonensis mandat, compellant comitem Britanniae, ut decimas per suos baiulos occupatas ecclesiae Nannetensi restituat. III non. Dec. a° 10°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 181. — »Venerabilis frater noster.«

„ 5 — „ — (10271) (Ioscelino) episcopo Nannetensi concedit facultatem, ut capellanos parochialium ecclesiarum suae diocesis ad exhibendas procurationes annuas quae ratione visitationis debentur, compellere possit. Non. Dec. a° 10°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 182. — »Ex parte tua.«

„ 5 — — — Abbati et canonicis S. Crucis de Castro puellarum terram in Hales *etc.*: »Reate non. Dec. a° 10°«. ‖ Liber cart. S. Crucis 175. n° 3, *vid.* 1236. Sept. 5. n° 10241.

„ 8 — Interamnae — (10272) Cameracensi, Tornacensi et Atrebatensi episcopis mandat, ut vota 400 militum regni Franciae praeter eos nobilium virorum consanguineorum imperatoris Constantinopolitani et Balduini, ad quem imperium ipsum spectet, in subsidium imperii Constantinopolitani commutent illosque moneant, ut sine morae dispendio ad succurrendum ipsi imperio iter arripiant. VI id. Dec. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1236 § 69. — »Ad subveniendum imperio.« *Cf.* 1236. Ianr. 16. n° 10080.

* *In eundem modum* Colocensi et Strigoniensi archiepiscopis.

„ 9 — „ — (10273) Ministro et fratribus Minoribus Viterbii commorantibus locum Castri s. Angeli infra muros dictae civitatis emit, ut ibi ecclesiam et officinas ad habitationem necessarias construere et habitare possint. V id. Dec. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 422; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 209. n° 215. — »Religio vestra quae.«

„ 9 — „ — (10274) (Theobaldum) regem Navarrae comitem Campaniae rogat et monet, ut Balduino »nato P(etri) imperatoris Constantinopolitani, ad quem imperium Constantinopolitanum spectat,« subveniat. V id. Dec. a° 10°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 998; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 357. n° 2430. — »Ad subveniendum imperio.«

„ 12 — „ — (10275) (Guercio) electo Lucano significat, se eum consulibus, consilio et populo Lucanis in episcopum concedere, et in eo Lucanae ecclesiae honorem et dignitatem episcopales, quibus eam privaverat (*vid.* 1230. Iul. 3. n° 8578) cum omnibus iuribus suis restituere. II id. Dec. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 822; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 496. n° 50. — »Redemptor noster cum.«

„ 18 — „ — * (10276) Eberhardo archiepiscopo Salzeburgensi mandat, ut Rufino nepoti O(ttonis) tit. S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis de parochia Pütten, quam ei detraxerat et Conrado clerico concesserat, satisfaciat. XV kal. Ianr. a° 10°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 267. n° 438.

„ 18 — „ — * (10277) Grégoire recommande à Thibaut comte de Champagne la personne et les biens du maître Vivien, élevé au sous-diaconat par le pape. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 357. n° 2431.

„ 22 — „ — (10278) Universos abbates tam exemptos quam non exemptos prioresque non habentes proprios abbates ordinis s. Benedicti Remensis provinciae in communi capitulo congregatos monet, ut, facientes de necessitate virtutem, circumscriptis aliis quae a Fusniacensis ordinis abbatibus eorumque collegis, monasteriorum exemptorum a sede apostolica visitatoribus deputatis, super regulari observantia sint statuta, suam ordinationem, quam sub bulla mittat inclusam, humiliter suscipiant et servent. XI kal. Ianr. a° 10°. ‖ Manrique Annal. Cisterc. IV. 524; J. de Lancy Hist. Fusniacensis coenobii 97. — »Licet olim intellecto.«

„ 23 — „ — * (10279) Archiepiscopo Patracensi et suffraganeis eius stricte iniungit, ut decimam partem proventuum ecclesiarum suarum anni unius prompte in succursum Constantinopolitani imperii conferant. X kal. Ianr. a° 10°. ‖ Manrique l. c. 527.

„ 23 — „ — (10280) Abbati de Sacra Cisterc. ord. Corinthiens. dioc., magistro Petro cancellario Achaiae subdiacono suo canonico Patracensi et praeceptori hospitalis s. Mariae Theuton. in Romania mandat, ut decimam partem proventuum ecclesiasticorum, quam a Patracensi

**1236.**

archiepiscopo *etc.* accepturi sint, iuxta consilium principis Achaiae fideliter dispensari in succursum praedicti imperii procurent. x kal. Ianr. a° 10°. || Manrique l. c. 527. — »Discretioni vestrae de.«

Dec. 30 | Interamnae | (10281) Vicedomino Mediolanensi significat, archiepiscopum Mediolanensem monasterium de Capite Laci ord. s. Ben. Mediolan. dioc., cum in ordine suo reformari non potuerit, abbati et conventui Clarae Vallis Cisterc. ord. plene concessisse. Mandat ei, faciat ut haec concessio firmiter observetur. III kal. Ianr. a° 10°. || Manrique l. c. 532. — »Dudum intellecto quod.«

— | — | (10282) (Wilbrando) Magdeburgensi archiepiscopo scribit de electione Ludolfi in episcopum Halberstadensis ecclesiae, super qua inter capitulum Halberstadense et ecclesiam in Iericho »quia pari iure electionis et simili libertate eligendi a prima sui fundatione semper est gavisa ... et cum ecclesia in Iericho in electione Ludolfi contempta fuerit et exclusa,« causa litis exorta erat. Addit, se Halberstadensi ecclesiae in persona G. Magdeburgensis ecclesiae decani providere. Mandat archiepiscopo, ut istum cum consecrationis et confirmationis munere ad propria revertentem in corporalem possessionem iuris inducat. *Absque nota chronol.* || Sächsische Summa pros. dictam. *in* Quellen u. Erört. z. bayer. u. d. Gesch. IX. I. 284; *omisso initio* Riedel Cod. dipl. Brand. Hauptth. II. Bd. VI. 2. — »Quia equa est.«

**1237.**

Ianr. 5 | — | Abbati et conventui Morimundi Cisterc. ord.: »Viterbii non. Ianr. a° 10°«. || Manrique Ann. Cisterc. IV. 529, *vid.* 1236. Ianr. 5. n° 10074.

» 9 | Interamnae | (10283) Abbatem et capitulum generale Cisterciense rogat et hortatur, procurent ut abbatissa et conventus monasterii de Amore Dei Suessionens. dioc ordini Cisterciensi incorporentur. v id. Ianr. a° 10°. || Gall. christ. X. instr. 136. — »Fit vitae vestrae.«

» 9 | » | (10284) Abbati Everbacensi Maguntin. dioc., decano et scolastico Maguntinis mandat, ut Conradum (de Bure) praepositum Coloniensem, quem Conradus praepositus S. Mariae ad gradus Coloniensis praepositura sua per violentiam spoliaverat, in corporalem ipsius praepositurae possessionem inducant ac inducto de proventibus eiusdem iuxta taxationem (Sifridi) archiepiscopi Moguntini factam pro tempore praeterito satisfieri faciant, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. v id. Ianr. a° 10°. || Würdtwein Nova subsid. IX. 1. — »Dilectus filius Conradus.«

» 9 | » | (10285) Archiepiscopum Toletanum et suffraganeos eius rogat, ut Segobricensi electo, donec Segobricensis diocesis christianis cultibus reformetur, tale auxilium exhibeant, quod idem in Segobricensi ecclesia ad servitium Dei remanere valeat neque cogatur mendicare. v id. Ianr. a° 10°. || Villagrasa Antiq. de Segorbe 64; Aguirre Conc. Hisp. V. 187; Villanueva Viage literar. III. 230. n° 6. — »Cum Segobricensis ecclesia.«

» 9 | » | (10286) (Ferdinandum) regem Castellae rogat et deprecatur, ut si quae de locis, quae in Segobricensi diocesi nunc possident Sarraceni, ad manus eius devenerint, ea cultui christiano restitui et de ipsis eidem faciat ecclesiae in spiritualibus responderi. v id. Ianr. a° 10°. || Villanueva l. c. 231. n° 7. — »Ad regiae celsitudinis.«

» 13 | » | (10287) Universis abbatibus tam exemptis quam non exemptis et prioribus abbates proprios non habentibus ordinis s. Benedicti provinciae Rothomagensis in communi capitulo congregatis mandat, ut ordinationem quam ipsis sub bulla mittat interclusam, suscipiant humiliter et servent ac faciant a suis subditis inviolabiliter observari. Id. Ianr. a° 10°. || Martene Ampl. coll. I. 1269. — »Licet olim intellecto.«

» 13 | » | • (10288) Ordini Cluniacensi indulget, ut alios visitatores quam in generali capitulo Cluniacensi nominatos recipere minime teneantur. Id. Ianr. a° 10°. || Bullar. ord. Cluniac. 113.

» 13 | » | (10289) Fratres et sorores domus hospitalis de Aldenardo Tornacens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem regularem in hac domo vivendi modum sub obedientia, continentia, abdicatione proprii et habitu religioso, sicut a Tornacensi episcopo institutum est, confirmat. Id. Ianr. a° 10°. || Miraeus Opp. diplom. III. 86; *cf.* Saint Genois Inventaire 19. n° 52. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 19 | » | • (10290) Regem Armenorum monet et hortatur, ne Constantinum dominum de Lambrono molestet. XIV kal. Febr. a° 10°. || MasLatrie Hist. de Chypre II. 60.

• *In eundem modum* Baiulum Armeniae — Principem Antiochenum — Regem Cypri. *Cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1237 § 86; MasLatrie l. c.

» 24 | — | Universis fratribus ordinis Praedicatorum in Cumaniae partibus: »Perusii IX kal. Febr. a° 10°«. || Theiner Mon. Hungar. I. 150. n° 267 *etc., retuli, cum ad* a. 1237 *non quadret, ad* a. 1235. Ianr. 24; *vid.* n° 9827.

Febr. 5 | Interamnae | (10291) Landoni archiepiscopo Messanensi pallium indulget et commissam gubernationi eius Messanensem urbem perpetuam metropolim decernit permansuram, statuens ut

**1237.**

unum episcopum in Cephaluth, alterum vero in Lipari ei liceat ordinare et munus illis consecrationis impendere. Porro statuit, ut nullus episcopus vel archiepiscopus absque Messanensis archiepiscopi consensu conventus celebrare, causas etiam vel ecclesiastica negotia in Messanensi diocesi, nisi per Romanum pontificem vel eius legatum fuerit eidem iniunctum, tractare praesumat *etc.* — »In Terracin.« Non. Febr. indict. X. incarn. dom. a° 1236. pont. a° 10°. ‖ Pirri Sicil. sacra I. 404, *ubi ad* a. 1236. Febr. 9. — »Licet omnes discipuli.«

Febr. 8 | Interamnae | (10292) Fratri Raymundo poenitentiario et capellano suo ord. Praedic. mandat, ut Roberto de Castro Rossilonis Elenens. dioc., qui de pravitatis haereticae labe convictus et per ecclesiam condemnatus debitam sibi poenam carceris effugiens nunc ad ecclesiasticam redire desideret unitatem, cautione sufficienti recepta beneficium absolutionis impendat. vi id. Febr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 91. n° 158. — »Lecta coram nobis.« *Cf.* n° 10311. 10317.

» 8 | » | (10293) Eidem mandat, ut, si (Iacobus) rex Aragoniae se reconciliaverit episcopo tunc electo Caesaraugustano eumque (cuius ad Tarraconensem ecclesiam pro consecrationis obtinendo munere procedentis per Oscensem civitatem transitum impediverat) personaliter conduxerit ad dictam ecclesiam, circa ipsum super huiusmodi iniuria procedat iuxta formam sub bulla hac introclusam. vi id. Febr. a° (9°, *sed legi debet*) 10°. Ripoll l. c. 83. n° 143. — »Reverendissimi in Christo.«

» 8 | » | (10294) Eidem praescribit, quomodo (Iacobum) regem Aragoniae ab excommunicationis sententia absolvere possit. vi id. Febr. a° (9°, *sed legas*) 10°. ‖ Ripoll l. c. n° 144. — »Si rex Aragoniae.«

» 9 | » | (10295) Ludovico regi Francorum committit, ut Raymundo comiti Tolosano, recepta ab eo sufficiente cautione quod in proximo passagio, videl. in festo b. Iohannis bapt. sequenti post proximum, (in Terram sanctam) transfretabit, terminum ei usque ad idem passagium cum consilio B(lancae) reginae matris ac praelatorum »quibus super hoc dirigimus scripta« proroget. v id. Febr. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 33; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 210. n° 217, *omisso initio incipientes:* — »Consideravimus quae et.«

» 9 | » | (10296) Universis abbatissis et sororibus ordinis s. Damiani interdicit, ne ullus unquam frater aut soror praeter infirmos, debiles et puellas »quae regularem non possunt servare rigorem«, infra septa monasteriorum de cetero carnes edat. v id. Febr. a° 10°. Wadding Ann. Min. II. 644; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 209. n° 216. — »Licet velut ignis.«

» 9 | » | (10297) Episcopum Barchinonensem ac Wilhelmum ecclesiae Terraconensis procuratorem rogat et obsecrat, ut in Terraconensi provincia, in Pampilonensi et Calaguritana diocesibus fideles monitis informent, ut se in succursum (Iacobi) regis Aragonum, qui signum crucis assumpserit contra civitatem Valentiae, viriliter accingant. ix (?) Febr. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 24. — »Ex litteris charissimi.«

» 11 | » | (10298) Fratri Raymundo poenitentiario et capellano suo mandat, ut nobilem virum R. Fulconem vicecomitem Cardonae ab impedimento matrimonii ex quarto consanguinitatis gradu veniente solvat. iii id. Febr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 91. n° 159. — »Ex dilecti filii.«

» 12 | » | (10299) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Angliam, Walliam et Yberniam constitutis O(ttonem) S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem, quem in illorum partes commisso ei plenae legationis officio de latere suo destinat, propensius commendat. ii id. Febr. a° 10°. Theiner Mon. Hibern. 33. n° 86; *omisso exordio* Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 38. — »Summi regis magisterio.«

* Henrico regi Anglorum *de eadem re.* ‖ Raynald. l. c. § 39.

» 13 | — | Archiepiscopo Bituricensi: »Laterani id. Febr. a° 10°«. ‖ Gallia christ. I. instr. 31. n° 9, *vid.* 1238. Febr. 13. n° 10519.

» 26 | Interamnae | (10300) Viennensi archiepiscopo mandat, ut personaliter ad Montem Pessulanum accedens super haereticis ibidem receptatis solita discretione procedat, ita quod pestis illa mortifera impunita non transeat. iv kal. Mart. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 32. — »Ex parte consulum.«

Mart. 10 | — | A(damo) episcopo Silvanectensi et I. archidiacono Catalaunensi: »Laterani vi id. Mart. a° 10°.« ‖ Marlot Hist. de Reims III. 798. n° 154 *etc., vid.* 1238. Mart. 10. n° 10533.

(ante Mart. 21) | Viterbium | »De *Interamna* civitate veniens, corporis languore compulsus, pro civium ipsorum sedanda discordia difficultates multas subiit et labores, circa partes regionis ipsius anno decimo et parte undecimi commoratus.« ‖ Vita Gr-i ex card. Arag. ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. i. 581. D.

» 22 | Viterbii | Approbat stigmata s. Francisci: »xi kal. Apr. a° 11°«. — »Confessor Domini gloriosus.« Bullar. Roman. ed. Taur. III. 497. n° 51, *vid.* 1237. Mart. 31. n° 10307.

**1237.**

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 24 | Viterbii | (10301) **Magistrum et fratres hospitalis s. Caterinae pauperum infirmorum in Eszcelingen Constantiens. dioc. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem possessiones et alia bona, sicut ea omnia iuste possident, istis confirmat.** IX kal. Apr. a° 11°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 389. n° 890. — »Cum a nobis.« |
| » 24 | » | (10302) O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut de pace regum Angliae et Scotiae studeat habere tractatum. IX kal. Apr. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 34. n° 87. — »Cum karissimus in.« |
| » 25 | » | (10303) Repetit n° 10264 d. d. 1236. Nov. 22: »VIII kal. Apr. a° 11°« — »Etsi omnium illa.« Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 210. n° 218. |
| » 27 | | (10304) Regi Angliae, qui de rege Scotiae habere se iustam materiam conquerendi asserebat, significat, se per O(ttonem) S. Nicolai in carc. Tull. diac. card. apostolicae sedis legatum providisse haberi super compositione tractatum. Monet eum, ut istius exhortationibus et consiliis devote intendat. VI kal. Apr. a° (12°, *sed legas*) 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 34. n° 88. — »Cum de illustri.« <br> * *In eundem modum* Regi Scotiae. |
| » 30 | » | (10304 a) Abbatissae et conventui monialium monasterii de Monte Lucii ord. pauperum inclusarum Perusinis propter earum inopiam ecclesiam s. Mariae de Presso Perus. dioc. concedit. III kal. Apr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 211. n° 219. — »Attendentes sicut convenit.« |
| » 30 | » | (10305) Episcopo Pensauriensi mandat, ut secundo die post octavas Resurrectionis dominicae proximo futurae personaliter se apostolico conspectui repraesentet. III kal. Apr. a° 11°. ‖ Olivieri-Giordani Mem. della chiesa Pesarese 137. n° 11. — »Cum ad petitionem.« |
| » 31 | » | (10306) (Waltero) Tornacensi et (Godofrido) Cameracensi episcopis et magistro Girardo canonico Tornacensi significat, se matrimonii copulam, immo verius contubernii olim inter Buchardum de Avesnis et (Margaretam) sororem (Iohannae) comitissae Flandriae de facto contracti, quondam per Innocentium pp. praedecessorem reprobatam approbare et prolem ex copula tali susceptam illegitimam esse censere. II kal. Apr. a° 11°. ‖ Innoc. III Ep. ed. Baluze II. 593; Opp. ed. Migne III. 533; Teulet Layettes II. 335. n° 2489. — »Matrimonii copula immo.« |
| » 31 | » | (10307) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis duxit exprimendum, »quod s. Franciscus, cum adhuc spatium praesentis vitae percurreret, et postquam illud feliciter consummavit, manibus latere ac pedibus specie stigmatum divinitus extitit insignitus.« Eos rogat et hortatur, ut »ab assertione contrarii aures de cetero penitus« avertant. II (XI *Bull. R.*) kal. Apr. a° 11°. ‖ Cherubini Bullar. I. 89; Gregorii pp. IX Gesta 80; Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 60; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 497. n° 51. — »Confessor Domini gloriosus.« *Cf.* n° 10315. |
| » 31 | » | (10308) (Roberto) episcopo Olomucensi, qui in patentibus litteris ad universos Christi fideles datis dixerat, nec b. Franciscum nec sanctorum aliquem cum stigmatibus esse in ecclesia Dei depingendum, et peccare qui contrarium asserat, nec illi tamquam inimico fidei credulitatem adhiberi ullam debere, scribit de stigmatibus praefati sancti. II kal. (id. *hab. Cod. Vatic., Pal. & Bocz.*) Apr. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 427; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 211. n° 220; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 322; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 426. n° 914; *cf.* Raynald. l. c. § 60; Palacky Reise 27. n° 136. — »Usque ad terminos.« |
| » 31 | (») | (10309) Prioribus et provincialibus fratrum Praedicatorum mandat, ut fratrem sui ordinis Eucharдum nomine, qui Opaviae civitate Moraviae praedicaverit »quod in laude b. Francisci per quosdam ex discipulis suis pie proposita deberent haberi pro reprobis, quod in eius corpore Christi stigmata non fuissent«, qui »discipulos memoratos coram populo quaestuarios et falsos praedicatores« appellaverit, suspensum a praedicationis officio ad sedem apostolicam mittant. II kal. Apr. a° 11°. ‖ Wadding l. c. 429; Sbaralea l. c. 213. n° 221; Boczek l. c. 324; *cf.* Erben l. c. 424. n° 908. — »Non minus dolentes.« |
| Apr. 2 | » | (10310) Abbati Uterinęvallis Cisterc. ord. Spirens. dioc. ac decano et thesaurario S. Guidonis Spirensibus mandat, iudicent inter H. rectorem ecclesię in Metenheim et abbatem conventumque de Hymmenrode Cisterc. ord. Trevirens. dioc. super possessionibus quibusdam, decimis et rebus aliis litigantes. IV non. Apr. a° 11°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe von Speyer I. 211. n° 212. — »Dilectus filius H.« |
| » 2 | » | (10311) Fratri Raymundo capellano et poenitentiario suo ord. fratr. Praed. mandat, ut ab absolutionis sententia in gratiam Roberti de Castro Rossilonis ferenda se sustineat. IV non. Apr. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 92. n° 160. — »Olim carissimus in.« *Cf.* n° 10292. 10317. |
| » 2 resp. 3 | » | (10312) Episcopo Emonensi et electo Tergestino scribit, Bertoldum Aquileiensem patriarcham sedi apostolicae notum fecisse, Aquileiensem diocesim, cum versus Hungariae partes per decem dietas et ultra extendatur, non posse commode visitari, et opportunum |

**1237.**

esse ad providendum saluti hominum eius, quod in monasterio de Obremburch (Ottemburg *Notizbl.*) ipsi patriarchae mediate subiecto cathedralis creetur ecclesia vel ad illud transferatur ecclesia Petenensis (Penetensis *Thein.*) valde desolata. Mandat eis ut videant, utrum id expediat Aquileiensi ecclesiae et eius capitulum assentiat; ut de statu ecclesiae Petenensis quaerant *etc.* iv non. Apr. a° 11°. ‖ Theiner Vet. mon. Slavor. mer. I. 75. n° 91; Notizenblatt. Beilage z. Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen VIII. (1858.) 402, *perperam ad* a. 1238. Apr. 3; *cf.* Bianchi Docum. 45. n° 121, *male ad* a. 1238. Apr. 3. — »Venerabilis frater noster.«

Apr. 4 Viterbii — »Walterus de Cantilupo Wygornensis electus ordinatur a domino papa in diaconum Viterbii ii non. Apr.« ‖ Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 428.

„ 4 „ — (10313) (Agneti) abbatissae monasterii s. Francisci Pragensis ord. s. Dam. concedit, ut quinquies in anno in choro audire possit missarum solemnia et inspicere presbyterum celebrantem. ii non. Apr. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 437; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 213. n° 222; *cf.* Palacky Reise 27. n° 134; Erben Reg. Bohem. I. 425. n° 912. — »Cum seculi vanitate.«

„ 5 „ — (10314) Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis nunciat, b. Franciscum in sanctorum numero relatum esse. Non. Apr. a° 11°. ‖ Wadding l. c. 426; Sbaralea l. c. 214. n° 223. — »Confessor Domini gloriosus.« *Cf.* n° 10307.

„ 5 „ — (10315) Episcopo Dunkeldensi, abbati de S. Cruce et priori de Scona S. Andreae dioc. mandat, ut — cum Patricius clericus, olim procurator episcopi et capituli Glasguensium ad sedem apostolicam destinatus, nimis infideliter agens in 1800 marcis et amplius praeter usuras Glasguensem ecclesiam obligarit, de quibus nihil fuerit in utilitatem ecclesiae praedictae conversum — universos redditus ipsius Patricii ecclesiasticos colligant eosque praedictis episcopo et capitulo assignent. Non. Apr. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 34. n° 89. — »Cum sicut ex.«

„ 6 „ — (10316) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis commendat fratres Minores eisque mandat, ut illos ad officium praedicandi et sacramentum confessionis admittant. viii id. Apr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 214. n° 224. — »Quoniam abundavit iniquitas.«

„ 7 „ — (10317) Fratri Raymundo poenitentiario et capellano suo ord. fratr. Praedic. mandat, ut, si (Robertus) de Castro Rossilonis reconciliari meruerit, ab eo exigat idoneam cautionem, ne in posterum episcopum et ecclesiam Elenenses molestet super decimis et possessionibus, quas ab episcopo tenebat in feudum. vii id. Apr. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 92. n° 161. — »Venerabilis frater noster.« *Cf.* n° 10292. 10311.

„ 9 „ — (10318) Monialibus inclusis monasterii s. Francisci Pragensis ord. s. Dam. concedit, ut »super eo, quod secundum statuta in pane et aqua certis diebus ieiunare debent, et usu calceamentorum et pellium *etc.* abbatissa ipsarum de visitatoris consilio ob regionis intemperiem« possit dispensare. v id. Apr. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 645; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 215. n° 225; *cf.* Palacky Reise 27. n° 135; Erben Reg. Bohem. I. 425. n° 913. — »Cum sicut propositum.«

„ 11 „ — (10319) Decano et capitulo ecclesiae Spirensis ecclesiam de Bullencheim Spirens. dioc., quam abbas et conventus monasterii de Wizenburg ord. s. Ben. eis concesserant, confirmat. iii id. Apr. a° 11°. ‖ Würdtwein Subsid. dipl. V. 285. — »Cum a nobis.«

„ 12 „ — (Roberto) Olomucensi episcopo: »ii id. Apr. a° 11°«. ‖ Codex Vatic. *et* Palacky Reise 27. n° 136; *sed vid.* 1237. Mart. 31. n° 10308 *et conf. notas* Waddingi *et* Sbaraleae Bullar. Francisc. *ad hanc bullam.*

„ 13 „ — (10320) Monasterium monialium s. Virginis Mariae de Honore b. Mariae Cisterc. ord. (Tornacens. dioc.) protegendum suscipit eiusque privilegia ac iura confirmat. Id. Apr. indict. IX(!). incarn. dom. a° 1237. pont. a° 11. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 19. n° 22. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 14 „ — (10321) Monasterii s. Francisci Pragensis patrocinium suscipit, eius bona ac possessiones, et immunitates a Wenceslao rege Bohemiae et Iohanne Pragensi episcopo collatas confirmat, nova ipse privilegia superaddens. xviii kal. Mai. indict. IX(!). incarn. dom. a° 1237. pont. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 646; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 215. n° 226; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 427. n° 916; *cf.* Palacky Reise 27. n° 137. — »Prudentibus virginibus.«

„ 14 „ — (10322) Hospitale s. Francisci Pragensis protegendum suscipit eiusque iura ac privilegia, bona ac possessiones confirmat. xviii kal. Mai. *etc. ut antea.* ‖ Wadding l. c. II. 646; Sbaralea l. c. 216; Boczek Cod. dipl. Morav. V. 230; *fragm.* ap. Erben l. c. n° 917; *cf.* Palacky l. c. n° 138. — »Omnipotens Deus qui.«

„ 15 „ — (10323) Decano et capitulo ecclesiae Spirensis ecclesiam de Offenbach Spirens. dioc., quam abbas et conventus monasterii de Clingenmunster ord. s. Ben. eis concesserant, confirmat. xvii kal. Mai. a° 11°. ‖ Würdtwein Subsid. dipl. V. 286. — »Cum a nobis.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1237.** |
| Apr. 18 | Viterbii | »Walterus de Cantilupo Wygornensis electus ordinatur a domino papa in presbyterum XIV kal. Maii Viterbii.« ‖ Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 428. |
| » 25 | (») | * (10324) Obizoni archiepiscopo Cusentino mandat, ut Marturanensis episcopi senio confecti ac pene ad exercenda pontificalia munera inhabilis cessionem recipiat consulatque de optimo eidem ecclesiae episcopo instituendo. VII kal. Mai. a° 11°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 214. |
| » 26 | (») | »Magister Walterus de Cantilupo consecratur in episcopum Wigorniae in octavis paschae a domino papa.« ‖ Ann. de Theokesberia *in* Annal. monast. I. 104. *Cf. infra* Mai. 3. |
| » 28 | » | (10325) (Ludolfo) episcopo, praeposito ecclesiae maioris ac decano S. Martini Monasteriensibus mandat, faciant ut compositio inter consules et commune Bremenses ex parte una et (Gerhardum) archiepiscopum et capitulum Bremenses ex altera super constructione quorundam castrorum et rebus aliis facta et ab utraque parte sponte recepta firmiter observetur. IV kal. Mai. a° 11°. ‖ J. Phil. Cassel Samml. ungedr. Urk., welche die Gesch. der fr. Reichsst. Bremen ... aufklären (Bremen 1768. 8°) 464; Ehmck Bremisches UB. I. 238. n° 204. — »Consules et commune.« |
| » 29 | » | (10326) Archiepiscopo Toletano et Legionensi episcopo mandat, ut F(erdinandum) dictum Infantem Portugaliae regis germanum, qui in regno Portugaliae ecclesias et ecclesiasticos viros passim pro arbitrio suo laeserat, quosdam quoque clericos, scriptores eiusdem regis, in castro Sanctaranensi crudeliter interfecerat, cum fautoribus suis excommunicent. III kal. Mai. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 30. — »Lacrymabilem venerabilis fratris.« |
| » 30 | » | (10327) Abbati et conventui S. Dionysii in Francia concedit, ut, cum eorum monasterium in pluribus pensionibus annuis circiter 60 libras Parisiensis monetae oneratum existat, per litteras apostolicas de cetero impetrandas ad novas minime teneantur pensiones. II kal. Mai. a° 11°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 571. — »Sincerum habentes ad.« |
| Mai. 3 | » | »Walterus de Cantilupo Wygornensis electus consecratur a domino papa Viterbii v non. Maii.« ‖ Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 428. *Cf. supra* Apr. 26. |
| » 6 | » | (10328) (Gerhardo) Bremensi archiepiscopo, decano et Iohanni de Beversat (Beversak *Mansi, al.*) canonicis Bremensibus mandat ad preces Alberti abbatis Stadensis, ut monasterium s. Mariae in Stadio ord. s. Bened. Bremens. dioc. »cum sit ita dispositum, quod evidenter ibidem non absque offensa divini nominis salus negligitur animarum«, in Cisterciensem ordinem commutent, illos monachorum, qui noluerint habitum Cisterciensem assumere, in aliis locis sui ordinis collocando. II non. Mai. a° 11°. ‖ Albert. Stadensis ed. Kulpis. 312 (*sub nomine* Annal. Stadens. ap. Pertz M. G. H. scr. XVI. 366); Crantz Metropolis lib. 8. c. 4; Mansi Conc. XXIII. 75; Labbe Conc. XI. I. 337; Luk. Mushard Monumenta nobilitatis antiquae ... in ducat. Bremensi et Verdensi (Bremen 1708. fol.) 105; (J. H. Pratje) Die Herzogthümer Bremen und Verden VI. (Bremen 1762) 117. n° 20; Wadding Ann. Minor. III. 33. — »Desideria devotorum in.« |
| » 6 | » | (10329) Decano, scolastico et Waltero canonico Maguntinis mandat, ut de vita, conversatione, fama, meritis et miraculis Hildegardis abbatissae monasterii s. Roberti de Pinguia (Bingia *Rayn.*) Magunt. dioc. inquirant et, quae invenerint, sub sigillis suis usque ad apostolicum beneplacitum fideliter conservent. II non. Mai. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 59; Würdtwein Nova subs. IX. 12. — »Supplicantibus nobis olim.« |
| » 7 | » | * (10330) Eugubinis commendat fratres Minores. Non. Mai. a° 11°. ‖ Spicil. Liber. 645. |
| » 7 | » | (10331) O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali apostolicae sedis legato in regno Scotiae plenum legationis officium committit. Non. Mai. a° 11°. Theiner Mon. Hibern. 34. n° 90. — »Illud maxime in.« |
| » 7 | » | (10332) Repetit n° 10316 d. d. 1237. Apr. 6: »Non. Mai. a° 11°« — »Quoniam abundavit iniquitas.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 218. n° 228. |
| » 7 | » | Abbati Praemonstratensi, eius coabbatibus *etc.*: »Non. Mai. (a° 11°)«. Le Paige Bibl. Praemonstr. 655, *vid.* 1236. Mai. 7. n° 10160. |
| » 8 | — | (Willelmo) quondam episcopo Mutinensi: »Laterani VIII id. Mai. a° 11°«. Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 46. n° 48, *vid.* 1238. Mart. 8. n° 10528. |
| » 9 | Viterbii | (10333) (Henrico) archiepiscopo Remensi et fratri Willelmo de ordine fratrum Minorum poenitentiario suo mandat, ut, si mutato consilio H(ugo) comes Barri Ducis in subsidium imperii Romaniae votum suum pro subsidio Terrae sanctae duxerit commutandum, eidem receptam pecuniam pro redemptione ac commutatione votorum, arrepto transmarino itinere, concedant. VII id. Mai. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 218. n° 229. — »Cum dilectum filium.« |
| » 9 | » | (10334) Eisdem mandat, ut sedem apostolicam reddant certiorem de summa pecuniae pro redemptione et commutatione votorum subveniendae Terrae sanctae in provincia Re- |

1237.

mensi collectae, ut de illa disponere possit. VII id. Mai. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. n° 230. — »Non mediocriter urget.«

Mai. 10 Viterbii (10335) Regi Scotiae significat, se O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali legato ex latere suo in Angliam destinato in regno Scotiae legationis officium motu proprio commisisse. Rogat et hortatur eum, ut illum plena mentis ilaritate suscipiat *etc.* VI id. Mai. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 40; Theiner Mon. Hibern. 35. in n° 90. — »Cum universis ecclesiis.«

» 10 » (10336) Pisanis mandat, ut Lucae episcopo Lucensi castra Montis Topari, Pratilionis s. Gervasii, Montis Castelli *etc.* cum pertinentiis restituant. VI id. Mai. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 15, *nonnisi fragm.* — *Cf.* 1244. Mai. 14.

* *De eodem argumento* Archiepiscopo Pisano.

» 10 » * (10337) Monasterio s. Catharinae Caesaraugustano concedit tempore interdicti divinorum celebrationem. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 300.

» 11 » (10338) (Sigurdo) archiepiscopo Nidrosiensi mandat, ut (Gaufredum) Orcadensem episcopum, qui paralitico morbo laborans et continue infirmitatis lecto decumbens per multos annos nequiverit pontificale officium exercere, moneat ut cedat episcopatui et, si forte cedere noluerit, eidem providum coadiutorem deputet. V id. Mai. a° 11°. ‖ Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. I. 13. — »Quod nobis fraternitas.«

» 11 » (10339) Eidem mandat, ut, si ecclesiae Scalholtensi viderit expedire, vice sua (Magni Gissuri) Scalholtensis episcopi cessionem recipiat eidemque de bonis episcopalibus pro sustentatione provisionem congruam assignet. V id. Mai. a° 11°. ‖ Unger og Huitfeldt l. c. VII. I. 14. — »Prudenter agnoscens venerabilis.«

» 11 » (10340) Eidem respondet, an deficienti in quibusdam ecclesiis suffraganeorum suorum eucharistia propter frumenti penuriam simplex oblata undecumque confecta populo, ut sub quadam decipiatur pietatis specie, ac cerevisia vel potus alius loco vini sint tradenda. V id. Mai. a° 11°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 14. n° 16. — »Tue fraternitati querenti.«

» 11 » (10341) Eidem mandat, ut (Gudmundum) Holensem episcopum suffraganeum suum, quia privatus penitus lumine oculorum clericos ad sacros ordines promovit, a pontificalis officii et dictos clericos ab ordinum sic receptorum executione suspendat. V id. Mai. a° 11°. ‖ Lange l. c. n° 17. — »Quia sicut ex.«

» 11 » (10342) Eidem mandat, moneat eundem episcopum, ut cum privatus omnino lumine oculorum non possit pontificale officium exercere, episcopatui cedat. V id. Mai. a° 11°. Lange l. c. 15. n° 18. — »Porrecta nobis tua.«

» 12 » (10343) Priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum in Lombardia *eadem dat mandata, quae dedit* 1227. Sept. 4. *alio fratri* (*vid.* n° 8028). IV id. Mai. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 93. n° 162; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 219. n° 231. — »Succensa est quasi.«

» 12 » (10344) Praeceptori et fratribus militiae Christi in Livonia notum facit, se secundum preces eorum ipsos fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani univisse. IV id. Mai. a° 11°. ‖ Mittheil. a. d. Gesch. Liv-Ehst- u. Kurlands VIII. 139; *cf.* Bunge Livländ. UB. III. Reg. 11. n° 168. — »Grato dilectorum filiorum.«

» 12 » (10345) (Sigurdo) archiepiscopo Nidrosiensi confirmat statutum a suffraganeis Nidrosiensis ecclesiae capitulorum suorum consensu factum, ut quilibet ipsorum solvat Nidrosiensi electo certam pecuniae quantitatem in subsidium expensarum, »quas propter itineris longitudinem ad sedem apostolicam veniendo faciunt hii, qui pro tempore ad ipsius regimen eliguntur.« IV id. Mai. a° 11°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 21. — »Cum a nobis.«

» 13 » (10346) (Wilhelmum) episcopum quondam Mutinensem protonotarium (*leg.* poenitentiarium) suum apostolicae sedis legatum in Livonia rogat et hortatur, ut omnia, quae in ipsius potestate sint, conetur ad placandum (Waldemarum) regem Daniae cum fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani et fratribus militiae Christi de Livonia, praesertim de castro Revel. III id. Mai. a° 11°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 48; Bunge l. c. 193. n° 150; *pars ultima* Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 65; Gruber Orig. Livon. 273; Scr. rer. Livon. I. 402. n° 53; *epit. in* Meursii Opp. IX. 396 not. Gramm.; ap. Tromby Storia V. app. 136. n° 18. — »De unione quae.«

» 13 » (10347) Fratri Guillelmo poenitentiario suo mandat, inducat Christifideles efficacibus exhortationibus, ut Terrae sanctae periclitanti sumendo crucis signum subveniant; pollicetur eisdem privilegia. III id. Mai. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 220. n° 232. — »Rachel suum videns.«

» 14 » (10348) (Nicolao) Rigensi, (Hermanno) Tarbatensi et (Henrico) Osiliensi episcopis significat, se magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum praeceptorem et fratres militiae Christi de Livonia uniendos duxisse cum bonis omnibus eorundem, statuens ut ipsi et ceteri fratres praedicti hospitalis s. Mariae sub diocesanorum et aliorum prae-

1237.

latorum suorum iurisdictione consistant. Rogat eos et hortatur, dent operam, ut ex unione huiusmodi desiderata possit utilitas exoriri. II id. Mai. a° 11°. || Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1237 § 64; Gruber Orig. Livon. 274. n° 54; Script. rer. Livon. I. 402. n° 54; Bunge Livländ. UB. I. 191. n° 149; Turgenevius l. c. 49; *germanice* ap. Arndt Livländ. Chron. II. 39. — »Grato dilecti filii.«

Mai. 14 Viterbii (10349) (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi protonotario (poenitentiario *recte Dog.*) suo apostolicae sedis legato de superiore ad dictos episcopos epistola significat, eumque monet, largiatur omnem quam possit operam, »ut quod in spe nostra ex huiusmodi unione geritur, in productione gratorum haberi fructuum videatur.« II id. Mai. a° 11°. || Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 13; Ziegenhorn Staatsrecht. Beyl. 7. n° 9; Turgenevius l. c. 50. — »Grato dilecti filii« (dilectorum filiorum *Dog.*).

» 16 » (10350) Fratribus ordinis Praedicatorum pro conversione terrae Cheurim praedicantibus concedit, ut, si qui gentis terrae eiusdem, postquam baptismi perceperint sacramentum, sive clerici sive laici ex aliquo casu sententiam excommunicationis incurrerint, eis absolutionis beneficium, si humiliter illud postulandum duxerint, impendant. XVII kal. Iun. a° 11°. || Ripolli Bullar. ord. Praed. I. 93. n° 163; Fejér Cod. dipl. IV. I. 84; Theiner Mon. Hungar. I. 150. n° 268. — »Ut facile provenire.«

» 16 » (10351) Eisdem in terra Cheurim, in qua episcoporum copiam non habent, benedicendi pallas altaris et sacerdotales vestes ac coemeteria concedit facultatem. XVII kal. Iun. a° 11°. || Ripoll l. c. 93; Fejér l. c. 85; Theiner l. c. 151. n° 269. — »Sperantes quod multitudo.«

» 16 » (10352) (Sigurdo) archiepiscopo Nidrosiensi mandat, ut, cum sacerdotes in diocesi et provincia Nidrosiensi existentes matrimonia contrahant et tanquam laici sic contractis utantur, hunc detestandae consuetudinis abusum studeat extirpare. XVII kal. Iun. a° 11°. Lange Dipl. Norveg. I. I. 15. n° 19. — »Sicut ex parte.«

» 16 » (10353) Eidem libertates et immunitates a Romanis pontificibus et regibus principibusque ecclesiis regni Norwagiae concessas confirmat. XVII kal. Iun. a° 11°. || Lange l. c. I. I. 16. n° 20. — »Cum irrefragabiliter sint.«

» 16 » (10354) Eidem libertates et immunitates, quas b. m. N(icolaus) Albanensis episcopus tunc sedis apostolicae legatus ecclesiis regni Norwagiae ipsi subiectis indulsit, ratas habet et confirmat. XVII kal. Iun. a° 11°. || Lange l. c. I. I. 16. n° 21. — »Solet annuere sedes.«

» 17 » (10355) Neophitos in Cheurin (Cheurim *Fej.* [Körös]) et locis adiacentibus constitutos exhortatur, ut fratres ordinis Praedicatorum de Ungaria, regis aeterni praecones, benigne ac hilariter admittant et coelestis doctrinae pabulum, quod eis duxerint proponendum, avidis auribus et attentis cordibus audiant. XVI (XI *Rip., Fej.*) kal. Iun. (Iul. *Fej.*) a° 11°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 95. n° 169; Theiner Mon. Hungar. I. 151. n° 270; Fejér Cod. dipl. IV. I. 90. — »Gaudiorum immensitate perfundimur.«

» 17 (») * (10356) Monasterio s. Catharinae Caesaraugustano inter alia exemptionem a solutione fructuum indulget. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 299.

» 18 » (10357) (Raimundum) comitem Tholosanum monet, ut Massilienses in comitem Provinciae rebellantes iuvare desistat et malefacta sua emendet, iter transmarinum ipsi impositum quam primum peracturus. XV kal. Iun. a° 11°. || Teulet Layettes II. 339. n° 2514. — »Ex parte carissimi.« *Cf.* n° 10348.

» 18 » (10358) (Stephano) priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia mandat, ut monasterium de Columbario Mutinens. dioc. in spiritualibus et temporalibus collapsum cum iuribus et pertinentiis fratribus de Campaniola concedat eosque in possessionem inducat. XV kal. Iun. a° 11°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 94. n° 165. — »Cum monasterium in.«

» 19 » (10359) (Alberto) episcopo Mutinensi mandat, ut inter praepositum capitulumque Parmenses ex parte una et abbatem S. Iohannis, archipresbyterum de Burgo s. Donnini et quosdam alios ecclesiarum praelatos, capellanos et clericos Parmensis civitatis et diocesis ex altera, qui in electione Parmensis episcopi sibi vocem contra iustitiam vindicare praesumunt, iudicium faciat. XIV kal. Iun. a° 11°. || Affò Stor. di Parma III. 366. n° 59. — »Dilecti filii praepositus.«

» 19 » (10360) Abbati et conventui S. Iusti Praemonstr. ord. Belvacens. dioc. redditus qui annualia vulgariter nuncupantur, in s. Mariae, s. Michaelis, s. Bartholomaei, s. Laurentii et s. Vedasti ecclesiis Belvacensibus percipiendos annis singulis eisque ab Henrico b. mem. Belvacensi episcopo concessos auctoritate apostolica confirmat. XIV kal. Iun. a° 11°. || Louvet Hist. de Beauvais 553; Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 728. — »Solet annuere sedes.«

» 20 » (10361) (Ludovicum) regem Franciae rogat et hortatur, ut (Raymundum) comitem Tolosanum a tuendis partibus civitatis Marsiliae — quae se dicto comiti non sine magna perfidia subiecerat et a comitis Provinciae, ad cuius dominium illa pertinebat, iurisdictione

**1237.**

proditionaliter subtraxerat — abducat, ne retardentur bellum adversus Sarracenos et obsidio Valentiae a Iacobo Aragonum rege facta, cum hic comitem Provinciae multis ex causis defendere teneatur. xiii kal. Iun. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 37; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 223. n° 233. — »Ex parte charissimi.«

* *De eadem re* Francorum reginae — Comiti Tolosano (*vid.* n° 10358) — Comiti Britanniae — Comiti Marchiae *etc.*

Mai. 20 Viterbii (10362) (Stephanum) priorem provincialem fratrum ordinis Praedicatorum in Lombardia rogat et hortatur, ut, cum dudum resplenduerit in partibus Lombardiae fida fides, aliquot fratres idoneos ad partes ipsi secundum ordinem limitatas transmittat, qui clero et populo convocatis generalem praedicationem faciant et contra culpabiles vel infamatos procedant iuxta statuta apostolica contra haereticos noviter promulgata. xiii kal. Iun. a° 11°. ‖ Ripoll l. c. 95. n° 167; Labbe Conc. XI. i. 335; Mansi Conc. XXIII. 74. n° 9; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1235 § 3. XIII. 425. — »Ille humani generis.«

" 20 " (10363) Eidem mandat, curet ne fratres de Campaniola molestiis afficiantur. xiii kal. Iun. a° 11°. ‖ Ripoll l. c. VII. 14. n° 219 *non integra.* — »Cum instantia.«

" 20 " (10364) (Stephano) priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia mandat, ut resignationem abbatis monasterii de Marola Reginens. dioc. (Camaldul. ord.) recipiat et iniungat conventui, ut sibi personam idoneam infra terminum in generali concilio definitum provideant per electionem canonicam in abbatem. xiii kal. Iun. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 94. n° 166. — »Ex parte dilecti.«

" 20 " (10365) Eidem mandat, ut monasteria Comensi episcopo subiecta visitet et reformet. xiii kal. Iun. a° 11°. ‖ Ripoll l. c. n° 168. — »Prosequi nequeuntibus quę.«

" 20 " (10366) (Bartholomaeo) episcopo Vesprimiensi, abbati de Bocham Cisterc. ord. Vesprim. dioc. et fratri R. priori provinciali hospitalis Ierosolimitani in Ungaria mandat, ut, cum Penestrinus episcopus per litteras eis iniunxerit, ut Michaelem latorem praesentium ad Albensem praeposituram restituant, id sine mora exequantur. xiii kal. Iun. a° 11°. Theiner Mon. Hungar. I. 154. n° 273; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 59. — »Presentium vobis auctoritate.«

" 20 " (10367) Capitulo Albensi de superiore ad episcopum Vesprimiensem *etc.* epistola significat eisque mandata dat. xiii kal. Iun. a° 11°. ‖ Theiner l. c. 154. n° 272; Mon. Hungar. hist. l. c. 60. — »Presentium vobis auctoritate.«

" 20 — Agneti abbatissae: »Perusii xiii kal. Iun. a° 11°«. ‖ Fejér Cod. dipl. VII. i. 254, *vid.* 1235. Mai. 18. n° 9914.

" 21 Viterbii (10368) Assanum dominum Blachorum et Bulgarorum rogat et monet, ut episcopum Perusinum, quem iuxta eius desiderium ad tractandum cum ipso de statu imperii et civitatis Constantinopolitanae de latere suo mittat, benigne recipiat et interim I. Constantinopolitano imperatori auxilium et favorem praestet. xii kal. Iun. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 70; Theiner l. c. I. 155. n° 275; Mon. Hung. hist. l. c. 61. — »Nobilitatis tue litteras.«

" 21 " (10369) Belam regem Ungariae rogat et monet, ut episcopum Perusinum per partes Ungariae transeuntem, quem pro statu imperii Constantinopolitani ad partes Romaniae commisso ei legationis officio destinet, et I(ohannem) quondam Bosnensem episcopum eidem Perusino coniunctum, cum ad ipsum venerint, benigne recipiat. xii kal. Iun. a° 11°. Theiner l. c. 155. n° 276; Mon. Hung. hist. l. c. 62; *non integra* Raynald. l. c. § 71. — »Si prevenisset Dominus.«

" 21 " (10370) S. Adriani de Szala, de Tichan et Suchsard abbatibus Vesprimiens. et Quinqueeccles. diocc. de querelis abbatis et conventus monasterii de Caparnuch [Kapornak] ord. s. Ben. Vesprim. dioc. contra (Bartholomaeum) Vesprimiensem episcopum, qui dictum coenobium indebitis exactionibus aggravabat, mandata dat. xii kal. Iun. a° 11°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 107; Fejér Cod. dipl. IV. i. 86; Theiner l. c. 154. n° 274; *non integra* ap. Fuxhoffer Monast. (ed. 2[a]). I. 241. — »Dilecti filii . . .«

" 21 " (10371) Monasterium Vallis sanctae Mariae [Marienthal] ord. Cisterc., abbatissa sororibusque petentibus, protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona cum pratis, vineis, nemoribus *etc.*, iura ac privilegia confirmat. xii kal. Iun. indict. IX(!). dom. incarn. a° 1237. pont. a° 11°. ‖ (Besoldus) Virginum sacr. mon. (Tub. 1720. fol.) Docum. 107; Mone Zeitschr. IV. 177. — »Religiosam vitam eligentibus.«

" 21 " (10372) Monasterium s. Mariae Speciosae Vallis [Schönthal] Herbipolens. dioc. Cisterc. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. xii kal. Iun. indict. X. incarn. dom. a° 1237. pont. a° 11°. ‖ Besoldus Virginum sacr. monim. 499; Wirtemberg. UB. III. 392. n° 892. — »Religiosam vitam eligentibus.«

" 21 " (10373) Abbati et conventui monasterii de Mirteto Florentini ordinis, Ostiens. et Velletr. dioc., ius decimarum, quod eis N. Tropiensis episcopus donaverat, confirmat. xii kal. Iun. a° 11°. ‖ Spicil. Liber. 654. n° 17. — »Iustis petentium desideriis.«

**1237.**

Mai. 22 Viterbii (10374) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosolimitani concedit, ut fratres clericos ordinis sui ad ecclesias, in quibus ius patronatus habent, diocesanis episcopis praesentare possint. xi kal. Iun. a° 11°. ‖ Hennes UB. I. 107. n° 97; Strehlke Tab. 354. n° 466; de Geer Archieven I. 62. n° 60. — »Signorum evidencia declarante.«

» 22 » Neophytos in Cheurim et locis adiacentibus: »xi kal. Iun. a° 11°« — »Gaudiorum immensitate perfundimur.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 95. n° 169; *vid.* n° 10356.

» 23 » (10375) Friderico Romanorum imperatori nunciat, se receptis magistro hospitalis s. Mariae Theutonicorum et magistro P(etro) de Vinea (Raynaldum) episcopum Ostiensem et Thomam tit. S. Sabinae presbyterum cardinalem cum plenae legationis officio in Lombardiam misisse; monet eum, ut quae sint devoti filii circa ecclesiam prosequatur. x kal. (Iul., *sed legatur*) Iun. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 5; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. i. 75. — »Diligenter auditis que.«

» 23 » (10376) Communi Bononiensi mandat et consulit, ut procuratores Mantuam transmittant super eis quae inter Fridericum Romanorum imperatorem et ipsos et Lombardos vertantur sufficienter instructos, ut consiliis et monitis (Raynaldi) episcopi Ostiensis et Th(omae) tit. S. Sabinae presbyteri card., quos illuc propter hoc cum pleno legationis officio destinaverit, parere possint in omnibus. Provideant, ut dicti procuratores in octavis intrantis pentecostes Mantuae valeant inveniri. x kal. Iun. a° 11°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 168. — »Scitis et scimus.« *Epistola encyclica.*

» 24 » (10377) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Monte Lucido Perusii ord. s. Dam. indulget, ne »de cultis possessionum, quas ad opus eiusdem monasterii de elemosyna sedis apostolicae fecimus comparari«, alicui decimas teneantur solvere. ix kal. Iun. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 224. n° 234. — »Monasterium vestrum speciali.«

» 25 » (10378) Potestati, consilio et communi Brixiensibus mandat, ut transmittant suos solennes ambaxatores Mantuam in octavis pentecostes pro reformanda pace inter eos et imperatorem, ut omni occasione remota mandatis (Raynaldi) episcopi Ostiensis et Thomae tit. S. Sabinae presb. cardinalis ecclesiae Romanae legatorum propter hoc illuc destinatorum reverenter obedire possint. viii kal. (Iul. *Rayn. erronee; legendum est*) Iun. a° 11°. ‖ Hahn Collect. monum. I. 135. n° 12 *absque nota temporis*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. i. 76; *non integra et directa ad* Mediolanenses ap. Raynald. Ann. a. 1237. § 3. 4. — »Scitis (Satis *Rayn.*) et scimus.« *Est epistola encyclica.*

» 26 » (10379) Abbati S. Iudoci in nemore Praemonstr. ord. concedit licentiam dispensandi fratres et conversos peccata sua confitentes, si vinculo excommunicationis astricti sint, et etiam dispensandi, si ante obtentam absolutionem sacros ordines susceperint. vii kal. Iun. a° 11°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 515. — »Solet annuere sedes.«

» 26 » (10380) (Henrico) regi Cipri indulget, ut a capellano capellae suae audire divina, communionem et alia sacramenta ecclesiastica recipere possit. vii kal. Iun. a° 11°. ‖ Mas-Latrie Hist. de Chypre III. 640. — »Cum sicut tua.«

» 27 » (10381) (Ludovicum) regem Franciae admonet, ut publicas utilitates privatis anteponat atque in ea re crucesignatis pro expeditione in Terram sanctam faveat. vi kal. Iun. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 79; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 224. n° 235. — »Cum sit homo.«

» 27 » * (10382) (Henrico) episcopo et praeposito Lubucensibus mandat, ut causam inter abbatissam monasterii Trebnicensis Cisterc. ord. et abbatem de Lubes super Vesurocena et rebus aliis vertentem decidant. vi kal. Iun. a° 11°. ‖ Grünhagen Regesten I. 189. n° 504.

» 30 » (10383) Prioribus et fratribus ordinis Praedicatorum praedicantibus contra paganos Livoniae mandat, ut elemosinas et bona, quae ad opus fratrum militiae Christi de Livonia nuper ordini hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosalem. unitorum et fidelium in Livonia ad eos pro votorum redemptione perveniunt vel pervenerunt, memoratis fratribus pro emendis armis et equis *etc.* assignent. iii kal. Iun. a° 11°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 194. n° 151; *cf.* Napiersky Index I. 129. n° 505. — »Gravi considerato discrimine.«

» 31 » (10384) (Rainaldo) episcopo Ostiensi et Th(omae) tit. S. Sabinae presbytero cardinali apostolicae sedis legatis mandat, ut universis potestatibus consiliis rectoribus et praepositis civitatum et locorum per Lombardiam, marchiam Tervisinam et Romandiolam constitutis interdicant, ne inter se ad invicem aliquam guerram faciant. ii kal. Iun. a° 11°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 169; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. i. 78. — »Praesentium vobis auctoritate.«

» 31 » (10385) (Belam) regem Hungariae rogat, ut, cum Romaniae imperium continuis angustiis fatigetur, eidem subveniat, ipsumque ad subsidium ferendum additis indulgentiis sollicitat. ii kal. Iun. a° 11°. ‖ Katona Hist. crit. V. 799; Fejér Cod. dipl. IV. i. 88; Theiner Mon. Hungar. I. 155. n° 277. — »Ad assumendum hilariter.«

**1237.**

Mai. 31 Viterbii (10386) Archiepiscopos et episcopos, abbates, priores, decanos, archidiaconos, plebanos, archipresbyteros et alios ecclesiarum praelatos hortatur, ut fratres ordinis Minorum ad officium praedicandi benigne recipiant ac, populos ut ex ore ipsorum verbi Dei semen suscipiant admonentes, eis etiam in suis necessitatibus assistant. II kal. Iun. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 437. — »Quoniam abundavit iniquitas.«

Iun. 1 » (10387) (Ugrinum) archiepiscopum Colocensem eiusque suffraganeos rogat et obsecrat, ut Perusinum et I(ohannem) quondam Bosnensem episcopos, quos ad partes Ungariae destinet sperans, »quod per eorum industriam ... necessitatibus imperii Romaniae optatum subsidium producatur,« hilariter admittant eisque in eiusdem favorem negotii consilium et auxilium praebeant. Kal. Iun. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 156. n° 278; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 63; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 72. — »Creditam nobis sollicitudinem.«

» 1 » (10388) Assanum dominum Bulgarorum et Blachorum rogat et exhortatur, ut episcopum Perusinum quo deceat honore recipiat et suam ad hoc inducat sollicite voluntatem, ut Romaniae imperium a molestiis et pressuris quas patiatur reddat feliciter expeditum. Kal. Iun. a° 11°. Theiner l. c. 157. n° 280; Mon. Hung. hist. l. c. 65. — »Licet officii nostri.«

» 1 » (10389) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus *etc.* et aliis ecclesiarum praelatis in Bulgaria et Blachia constitutis scribit de eodem argumento. Kal. Iun. a° 11°. ‖ Theiner l. c. 157. n° 279; Mon. Hung. hist. l. c. 66; *omisso initio* Raynald. l. c. § 73. — »Ratione preminentis officii.«

» 1 » (10390) Universis Christi fidelibus per Lugdunensem provinciam constitutis, qui ad consummationem monasterii monialium, quod dicitur Consolatio B. Virginis, Cisterc. ord. Eduens. dioc. manum porrexerint caritatis, indulgentiam 20 dierum elargitur. Kal. Iun. a° 11°. ‖ Gallia christ. IV. instr. 99. — »Quoniam ut ait.«

» 1 » (10391) Consilio et superstitibus civitatis Urbevetanae reformationem statutorum suorum confirmat. Kal. Iun. a° 11°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 108. n° 185. — »Ex parte dilecti.«

» 1 (») * (10392) Protectioni urbis Caesaraugustanae commendat monasterium s. Catharinae eiusdem civitatis. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 300.

» 2 » (10393) Monasterium s. Mariae de Monte Mirteto supra Nympham »quod propriis sumptibus a nobis tunc in minori officio constitutis constructum extitit et donatum,« protegendum suscipit eiusque possessiones ac bona, libertates et immunitates confirmat. IV non. Iun. indict. IX (!). domin. incarn. a° 1237. pont. a° 11°. ‖ Spicil. Liber. 655. n° 18. — »Illius qui hominem.«

» 3 » (10394) Rugerio episcopo Tricaricensi postulante ecclesiam Tricaricensem protegendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. III non. Iun. indict. X. incarn. dom. a° 1237. pont. a° 11°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 148. — »In eminenti sedis.«

» 3 » * (10395) Monasterio s. Catharinae Caesaraugustano permittit, ut non solum moniales, sed etiam familiares personae sepeliri possint in ipsius coemeterio. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 300.

» 5 » (10396) Praeposito et conventui ac generali capitulo Mortariensibus occasione quaestionis exortae inter eos ex parte una et abbatem conventumque S. Petri de Coelo aureo Papiae Mortariens. ordinis ex altera super celebrandis capitulis et electione abbatis S. Petri praedicti et prioris Mortariensis statuta dat. Non. Iun. a° 11° *et male addito* 1238. Pennottus Cleric. canon. histor. 207. — »Cum a nobis.«

» 5 » (10397) Consulibus et populo Velletrensibus significat, se Stephanum capellanum suum in rectorem Campaniae et Maritimae providisse. Mandat eis, ut eidem tamquam rectori suo in omnibus obediant. Non. Iun. a° 11°. ‖ Borgia Velletri 274. — »Praeter commune debitum.«

» 7 » (10398) Consilium et populum Tudertinos hortatur, ut a destructione et molestatione quorundam castrorum (*e. g.* Lacuscelli, Albiani, Perzani, Marruti) in eorum et Ameliensi diocesibus consistentium desistant. VII id. Iun. a° 11°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 108. n° 186. — »Licet supra id.«

» 10 (») * (10399) Monasterium s. Catharinae Caesaraugustanum sub protectione apostolicae sedis suscipit. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 300.

» 11 » (10400) Glasguensi et Dunkeldensi episcopis significat de miserabili statu ecclesiae Dumblanensis, quae olim per centum annos et amplius vacaverat. Scribit, episcopum quem isti et S. Andreae et Brechinensis episcopi eidem ecclesiae praefecerint eam invenisse adeo desolatam »quod non repererit ubi posset caput in cathedrali ecclesia reclinare« *etc.* Mandat eis, ut sedem episcopalem ad monasterium s. Iohannis canonicorum regu-

**1237.**

larium transferant. III id. Iun. a° 11°. || Theiner Mon. Hibern. 35. n° 91. — »Venerabilis frater noster.«

Iun. 12 Viterbii (10401) (Henrico) Remensi archiepiscopo, (Guilelmo) episcopo Parisiensi et Ambianensi decano*) committit officium manutenendi et defendendi per quinque annos continuos immunitates et libertates magistris et scholaribus Parisiensibus concessas. II id. Iun. a° 11°. || Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 159. — »Dilectos filios magistros.«

*) *Alii:* Archiepiscopo Remensi et Ambianensi episcopo.

» 12 » (10402) Magistris et scholaribus Parisiensibus significat, se eorum quieti paterna diligentia providere volentem eis indulgere, ne ullus in magistrorum vel scholarium universitatem vel in rectorem vel in procuratores eorum excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias absque speciali sedis apostolicae mandato promulgare praesumat. II id. Iun. a° 11°. || Bulaeus l. c. III. 159. — »Non decet nos.«

» 12 » (10403) Universis Christifidelibus in regno Marochitano commorantibus mandat, ut N. (*i. e.* Agnellum ord. Minor.) episcopum, quem ad ecclesiae Marochitanae titulum consecraverit et eidem in pastorem providerit, benigne recipiant ac honeste tractent. II id. Iun. a° 11°. || Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 28; Ripolli Bullar. Praed. VII. 14. n° 220; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 225. n° 236. — »Laetamur quod ecclesia.«

» 12 » • (10404) Grégoire qui vient de sacrer un évêque de Maroc, le recommande à Thibaut comte de Champagne. Il prie Th. de donner aide et conseil aux chrétiens de ce pays. Jubainville Comtes de Champagne V. 358. n° 2437.

» 15 » (10405) (Galtero) archiepiscopo, archidiacono et praecentori Senonensibus mandat, ut, cum magistri et scholares universitatis Parisiensis, assentiente (Ludovico) rege Francorum, hospitiorum et domorum quosdam taxatores instituissent, nonnullique religiosi et clerici domos suas taxari non sinerent, ut religiosos illos et clericos rebelles ad recipiendos taxatores in domos suas cogant. XVII kal. Iul. a° 11°. || Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 160; Guérard Cartul. de Notre Dame I. 461. — »Dilecti filii magistri.«

» 16 » (10406) Universos Christi fideles per Maguntinensem provinciam constitutos rogat et hortatur, ut abbatissae et conventui Vallis s. Crucis [Heiligkreuzthal] Cisterc. ord. Constantiens. dioc. ad consummationem ecclesiae et claustri, quae ibidem inceperant de novo construere, subsidia erogent. XVI kal. Iul. a° 11°. || Wirtemberg. UB. III. 399. n° 896. — »Quoniam ut ait.«

» 16 » (10407) (Henrico) Constantiensi et (Bonifacio) Lausanensi episcopis scribit de testamento Lodoici comitis de Ferreto, qui ecclesiam Romanam heredem reliquerat in omnibus bonis suis, exceptis duabus villis Aghentale et Durlentorph sitis in Basiliensi diocesi quas legaverat uxori suae, et mandaverat ut de bonis suis iure conquerentibus satisfieret et de residuo mitterentur bellatores in subsidium Terrae sanctae. Mandat eis, ut testamentum ipsum quoad satisfactionem damnorum executioni mandent. XVI kal. Iul. a° 11°. || Muratori Antiq. Ital. I. 705. — »Cum bonae memoriae.«

» 16 (») • (10408) Monasterio s. Catharinae Caesaraugustano concedit, ut elemosynas accipere et dare possit. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 300.

» 18 » (10409) Orlandino priori fratrum Praedicatorum Senensi mandat, ut cessionem Hugolini abbatis monasterii Insularum Vvliterranensis recipiat et faciat ipsi monasterio in abbatem de persona idonea per electionem vel postulationem canonicam provideri. XIV kal. Iul. a° 11°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 96. n° 170. — »Prudenter agnoscens dilectus.«

» 21 » Constitutos in Cheurim et locis adiacentibus: »XI kal. Iul. a° 11°« — »Gaudiorum immensitate perfundimur.« || Fejér Cod. dipl. IV. 1. 90, *vid.* n° 10356.

» 22 » (10410) Praeposito et capitulo S. Petri Wissehradensis concedit, ut pro annuo censu 12 marcarum, quem Coelestinus III pp. propter vilitatem monetae qua tempore promissi census regnum Bohemiae utebatur in quinque marcas boni argenti redegerat, annuum censum quinque marcarum annis singulis de cetero ecclesiae Romanae persolvant. X kal. Iul. a° 11°. || Hammerschmidt Gloria Wissehradens. 389; Erben Reg. Bohem. I. 428. n° 919; *cf.* Palacky Reise 27. n° 139. — »Cum olim in.«

» 22 » Friderico Romanorum imperatori: »X kal. Iul. a° 11°«. || Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 5, *vid.* n° 10375.

» 24 » Potestati, consilio et communi Mediolanensibus: »VIII kal. Iul. a° 11°« — »Satis et scimus.« Raynaldi Ann. ad a. 1237. Mai. 25. n° 10378.

» 26 » (10411) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in provincia Tarraconensi mandat, ut ordinem Pauperum catholicorum nuper approbatum visitet et reformet. VI kal. Iul. a° 11°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 96. n° 171. — »Qui celestia simul.«

» — »1237 indict. X. de mense Iunii domnus pp. Gregorius in Lombardiam duos cardinales pro pace componenda destinavit inter imperatorem et societatem Lombardorum rebellium.« || Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz M. G. H. scr. XVIII. 475. *Cf.* n° 10384.

**1237.**

Iul. 5 Viterbii (10412) Praeposito eiusque fratribus annuens ecclesiam b. Mariae de Griventhal Salzburgens. dioc. ord. can. s. Aug. tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura et privilegia confirmat. III non. Iul. indict. XI(!). incarn. dom. a° 1238(!). pont. a° 11°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 618. — »Quoties a nobis.«

» 12 » (10413) (Engelhardo) episcopo Nuenburgensi in ecclesia Cizensi advocatiam, a qua Conradus et Conradus fratres de Gladicz quadam ab episcopo pecuniae summa recepta cessaverant, confirmat. IV id. Iul. a° 11°. ‖ Lepsius Bischöfe des Hochstifts Naumburg I. 290. — »Cum a nobis.«

» 13 (») * (10414) Mandat, ut ad communitatem monasterium s. Catharinae Caesaraugustanum suas conversas seu laicas servientesque admittat. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 300.

» 15 » (10415) (Petro) Ilerdensi et (Bernardo) Vicensi episcopis et fratri Raimundo ord. fratr. Praed. capellano et poenitentiario suo mandat, ut ecclesiae Maioricanae pastore carenti talem praeficiant in episcopum et pastorem, qui tanto congruat oneri et honori, eique consecrationis gratiam impendant. Id. Iul. a° 11°. ‖ Villanueva Viage liter. XXI. 286, *cf.* 126; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1237 § 27. — »Licet secundum apostolum.«

» 15 » * (10416) Protectioni episcopi et capituli Caesaraugustanorum monasterium s. Catharinae commendat. A° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 300.

» 18 » (10417) Universis Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui fratribus Praedicatoribus Salmaticensibus ad reaedificandam domum suam aquarum inundantium impetu destructam manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 100 dierum elargitur. XV kal. Aug. a° (3°, *corruptum ex* XI, *sed legas*) 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 30. n° 33. — »Quoniam ut ait.«

» 18 » (10418) Abbatem S. Mariae de Burgo Medio, archidiaconum Blesensem et fratrem I. de Montemirabili iudices constituit in materia quaestionis suborta inter Guilelmum (de Buxis) praepositum ecclesiae Remensis ex parte una, et ... decanum, R. archidiaconum de Baugenciaco, G. magistrum scholarum et magistrum P. de Tociaco canonicum Aurelianenses ex altera super electione in episcopum Aurelianensem de praeposito ipso facta. XV kal. Aug. a° 11°. ‖ Notices et extraits XXI. II. 240. — »Suborta inter dilectos.«

» 21 »» (10419) Laoniensi et Ardachadensi episcopis et abbati S. Thomae Dublinensis mandat, ut de causa electi Clochorensis ecclesiae inquirant et referant. XII kal. Aug. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 35. n° 92. — »Constitutus in praesentia.«

» 22 » (10420) (Iuhello) archiepiscopo Turonensi mandat, ut cessionem Leonensis episcopi, qui corporis impotentia et debilitate laboret, vice sua recipiat. XI kal. Aug. a° 11°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 226. — »Cum multa precum.«

» 28 » (10421) Patriarchae Iacobitarum orientalium gratulatur, quod ad unitatem Romanae ecclesiae hortatu fratrum Praedicatorum redierit et ipsorum habitum induerit. V kal. Aug. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 97. n° 172; *omisso initio* Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 88. — »Causam conditori omnium.«

» 28 » (10422) (Iohanni) archiepiscopo Viennensi apostolicae sedis legato mandat, ut, cum (Raimundus) comes Tholosanus propter offensam a se libertatem ecclesiasticam apostolicis stare cupiat beneplacitis speciales propter hoc nuntios ad sedem apostolicam transmissurus, dicto comiti nullum opponat obstaculum, quin praelatos et alias religiosas personas super praemissis possit libere destinare. V kal. Aug. a° 11°. ‖ Teulet Layettes II. 350. n° 2565. — »Inter alia pietatis.«

» 28 » (10423) Monasterium sanctimonalium de Aula s. Mariae quod dicitur Eppinchoven iuxta Arlapam tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum ab eis ante concilium generale susceptam ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, inter quae grangias de Hemmerde, in Brustaden, de Volkerode, de Karlesforst nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. V kal. Aug. indict. X. incarn. dom. a° 1237. pont. a° 11°. Lacomblet UB. II. 111. n° 216. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 29 » (10424) Patriarchae Ierosolymitano ceterisque episcopis in Syriae partibus constitutis mandat, ut illos ex sclavis qui pure et simpliciter propter Deum adscribi fidelium collegio cupiunt et deposcunt in servitute pristina permansuri, baptizari libere permittant. IV kal. Aug. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 15. n° 221. — »In transmarinis partibus.«

Aug. 5 » (10425) (Petro) Meldensi et (Arnulfo) Ambianensi episcopis mandat, ut diligenter inquirant veritatem de excessibus officialis Parisiensis, qui a magistris universitatis Parisiensis dictam universitatem illegitime excommunicasse dicebatur. Non. Aug. a° 11°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 160. — »Exposita nobis magistrorum.«

8 » (10426) Universis scolaribus Parisius commorantibus mandat, ut Iohanni Gualfredo Romano et Florentino civi summam pecuniae, quam tempore b. m. Honorii pp. quatuor

**1237.**

eorum procuratoribus apud sedem apostolicam constitutis pro quibusdam negotiis procurandis mutuavit, restituant. vi id. Aug. a° 11°. || Jourdain Index chronol. 8. n° 52. — »Dilectus filius Iohannes.«

Aug. 8 | Viterbii | (10427) Henrico de Revello senescalco imperiali in Provincia mandat, ut a molestatione archiepiscopi Arelatensis, ecclesiae ac terrarum eiusdem desistat; alioquin »episcopo Nemausensi nostris damus litteris in mandatis, ut te ad id ... compellat.« vi id. Aug. a° 11°. || Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. i. 108. — »In hoc potissime.«

» 10 | » | (10428) Willelmo quondam Mutinensi episcopo apostolicae sedis legato scribit de castro, quod Revalia nominatur, per fratres militiae Christi in Livonia occupato Waldemaro regi Daciae restituendo. iv id. Aug. (a° 11°). || Suhm Hist. af Danmark IX. 677. not.; Bunge Livl. UB. I. 195. n° 152. — »Ex parte carissimi.«

» 11 | » | (10429) Abbati et conventui S. Martini de Monte Viterbiens. Cisterc. ord. ecclesiam de Holcham, quam eis Henricus rex Angliae et Pand(ulphus) Norwincensis electus (a. 1219) concesserant, confirmat, litteris utriusque insertis. iii id. Aug. a° 11°. || Bullar. Vatic. I. 118. — »Cum a nobis.«

» 11 | » | (10430) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi praescribit, compellat per censuram ecclesiasticam Margaritam mulierem Exberni militis defuncti, ut eius testamentum episcopus Roskildensis executioni mandare possit. iii id. Aug. a° 11°. || Liljegren Svenskt dipl. I. 289. n° 297; *cf.* Porthan Bullar. access. 32. n° 31. — »Venerabilis frater noster.«

» 11 | » | (10431) Monasterium s. Mariae de Coelestibus ord. Cisterc. Castellan. dioc. cum omnibus bonis tuendum suscipit. iii id. Aug. a° 11°. || Cornelius Eccles. Venet. XI. 241. — »Solet annuere sedes.«

» 13 | » | (10432) Alatrino subdiacono capellano suo mandat, ut Tudertinos ab excommunicatione absolvat et inter ipsos et Urbevetanos pacem instaurans fidelitatis iuramentum, insertis eiusdem instrumenti formis, ab eisdem recipiat. Id. Aug. a° 11°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 226. n° 237; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 108. n° 187. — »Devotioni tue presentium.«

» 13 | » | (10433) Abbati et generali capitulo Cisterciensium mandat, ut ecclesiam s. Mariae de Palatiolis, praescripto censu s. Sabae monasterio reservato, monasterio s. Anastasii de Urbe uniant et incorporent ordini Cisterciensi. Id. Aug. a° 11°. || Ughelli I. 259 in bulla Innocentii IV. — »Incumbit nobis ex.«

» 24 | » | (10434) Abbati et conventui monasterii Cassinensis annuit et vetat, ne bona pro sacrario, xenodochio et ministeriis celerariae, rei vestiariae et valetudinario alios in usus distrahantur nisi maioris monachorum partis consensu. ix (kal.?) Sept. a° (10°, *sed legi debet*) 11°. || Gattula Histor. Cassin. 444. — »Pro confessoris reverentia.«

» 25 | » | (10435) Archiepiscopo Dublinensi, episcopo Midensi et archidiacono Cenonensi Midens. dioc. mandat, faciant ut pax inter Mauricium filium Geroldi, Gualterum de Lasci, Riccardum de Burgo, Gualterum de Riddelford et alios barones Yberniae ex parte una et Gilebertum marescallum comitem de Pembroc ac Gualterum et Anselmum fratres Darensis dioc. ex altera rege Angliae mediante facta inviolabiliter observetur. viii kal. Sept. a° 11°. || Theiner Mon. Hibern. 37. n° 93. — »Nobiles viri Mauricius.«

» 25 | » | (10436) Monasterium s. Martini de Monte Viterbiensis Cisterc. ord. patrocinandum suscipit, eiusque possessiones ac bona, iura ac privilegia late enumerat atque confirmat. viii kal. Sept. indict. X. incarn. dom. a° 1236(!). pont. a° 11°. || Bullar. Vatic. I. 119. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 27 | » | * (10437) Grégoire recommande à Thibaut comte de Champagne les marchands de Florence qui ne trouvent pas sécurité dans la terre et le comté dudit Th. || Jubainville Comtes de Champagne V. 359. n° 2440.

» 28 | » | (10438) Abbati de Bocan Cisterc. ord. Vesprimiens. dioc., R. priori hospitalis Ierosolymitani in Ungaria et magistro Lucae canonico Iaurinensi mandat, ut, cum (Bulchu) Cenadiensis episcopus adeo sit infirmitate gravatus et impeditus lumine oculorum, »quod ad exercendum officium pastorale paene penitus inutilis sit effectus«, eius cessionem recipiant, praefigentes capitulo terminum competentem, infra quem sibi provideant per electionem canonicam de persona idonea in pastorem. v kal. Sept. a° 11°. || Katona Hist. crit. V. 803; Fejér Cod. dipl. IV. i. 92; Theiner Mon. Hungar. I. 158. n° 281. — »Cum sicut nostris.«

» 28 | — | (Belam) regem Ungariae: »Anagniae v kal. Sept. a° 11°«. || Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 68, *vid.* 1238. Aug. 28. n° 10650.

» 31 | Viterbii | (10439) S. Petri, S. Stephani et S. Mariae in Campis decanis Maguntinis mandat, ut Conradum praepositum S. Mariae ad gradus Coloniensis, qui, cum Conradus de Bure praepositus Coloniensis in corporalem possessionem suae praepositurae induceretur, una cum quibusdam complicibus concanonicum illum non absque iniectione manuum vio-

**1237.**

lenta per capillos expulerant exinde violenter, pulsatis campanis *etc.* excommunicatos publice nuncient. II kal. Sept. a° 11°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 14. — »Exhibita nobis dilecti.«

Aug. — Viterbium, »Mense Augusto pro confirmatione electionis patris Pandulphi (de S. Stephano in abbatem Casinensem) obtinenda a papa vadunt fr. Richardus de Babulo, fr. Iohannes de S. Germano, fr. Gregorius de S. Stephano, fr. Stephanus de Carvaco, magister Raymundus Caira iudex et advocatus Casinensis apud qui, quoniam obtinere illam non potuerunt a papa iam dicto, quia in electione non fuerat rite processum, obtinuerunt ad multam instantiam, ne monasterium in deterius vergeret, ut electus ipse administraret usque ad beneplacitum papae.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1038 (ap. Ughelli Ital. sacr. III. [1647]. 1027).

Sept. 1 Viterbii (10440) Abbati de Bokan Cisterc. ord. Vesprimiens. dioc., R. priori hospitalis Ierosolymitani in Ungaria et magistro L(ucae) canonico Geuriensi scribit de excessibus quos (Bulchu) Cenadiensis episcopus contra abbatem et monasterium Bistrienses ausu damnabili commisit eisque mandat, ut per novos iudices de illis inquirant. Kal. Sept. a° 11°. Katona Hist. crit. V. 804; Fejér Cod. dipl. IV. I. 93; Theiner Mon. Hungar. I. 158. n° 282. — »Cum olim intellectis.«

» 1 » (10441) Monasterium Boni Fageti ord. Praemonstr. Tullens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ei allodium de Moironcourt ipsi a Philippo de Geliberto Viller donatum et grangias de Faschal, de Gresillis et de Gavini confirmat. Kal. Sept. a° 11°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 315. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 3 » (10442) Assisinatibus facultatem concedit sibi eligendi potestatem aliosque officiales. III non. Sept. a° 11°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 109. n° 188. — »Quia vos filios.«

» 3 » (10443) (Odemaro) episcopo Novariensi scribit multis verbis de Vercellensium superbia furiosa eique mandat, ut in eos excommunicationis et interdicti sententias solemniter publicet et iniungat Ottoni, Nicolao Carrariae, Ardicioni de Ivaco ac aliis officialibus civitatis Vercellensis, qui castra et terras ecclesiae Vercellensis impugnari et devastari fecerint ac ipsius homines fecerint iurare, »quod potestati ac communi praedictis obedirent de cetero et subessent«; Henrico quoque et Uberto de Mortario, Iacobo de Tizano et aliis qui statuta contra libertatem ecclesiae Vercellensis et clericorum ac ipsius homines ediderint, ut infra certum tempus compareant coram pontifice Romano. III non. Sept. a° 11°. ‖ Mandelli Comune di Vercelli I. 193; *cf.* Caccianottius Summar. 179. — »Vercellensium superbia furiosa.«

» 7 » (10444) (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi apostolicae sedis legato mandat, ut litem (Henrici) Lubucensis, (Henrici) Misnensis, (Conradi) Caminensis et (Gernandi) Brandenburgensis episcoporum super limitibus suarum diocesum contendentium dirimat. VII id. Sept. a° 11°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenburg. 2. Hauptth. I. 19. n° 28; Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 106. n° 118; Klempin Pommersches UB. I. 257. n° 342. — »Onus suscepti regiminis.«

» 7 » (10445) Episcopo Lingonensi mandat, ut de cominationibus factis archiepiscopo Bisuntino ab archidiacono et cantore inquirat, quod invenerit sedi apostolicae intimet et praefatos duos ad papam venire compellat. VII id. Sept. a° 11°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 80. — »Draco ille qui.«

» 7 » (10446) Universis magistris et scholaribus Parisiensibus confirmat statuta circa modum licentiandi in theologia et decretis iam (*i. e.* a° 1231) edita, sed ab episcopo Parisiensi violata, et prohibet ne ullo pacto idem episcopus ea infringat aut infringi sinat. VII id. Sept. a° 11°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 161. — »Quia ad hoc.«

» 15 » (10447) Stephano priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia mandat, ut cessionem G. abbatis monasterii de Marola ord. Camaldul. Reginens. dioc. recipiat et eidem monasterio provideat de persona idonea per electionem canonicam in abbatem. XVII kal. Oct. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 98. n° 173. — »Cum monasterium de.«

» 15 » (10448) Eidem mandat, ut Rolandum quondam priorem monasterii de Columbaria in alio loco ordinis s. Benedicti a monasterio praedicto remoto collocet eique de bonis monasterii praefati, ne sit onerosus loco in quo eum locaverit, tantum assignet quod exinde possit sustentari. XVII kal. Oct. a° 11°. ‖ Ripoll l. c. n° 174. — »Cum monasterium de.«

» 15 » (10449) (Friderico) abbati et conventui monasterii s. Michaelis in Mensee [Mondsee] ord. s. Ben. Pataviens. dioc. ecclesias s. Michaelis de Stainenkirchen et s. Udalrici (Wolfgangi *Pez*) de Wiselburg, quas (Rudiger) episcopus Pataviensis loci diocesanus capituli sui consensu eisdem concessit, confirmat. XVII kal. Oct. a° 11°. ‖ Chron. Lunaelac. I. 146; Pez Thesaur. VI. II. (Cod. epist. II.) 93. n° 159; UB. ob der Enns III. 65. — »Cum a nobis.«

» 16 » (10450) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Iacobi de Andrevilla Olenens. dioc. concedit, ut ordini hospitalis s. Mariae Theotonicorum de Romania uniantur. XVI kal. Oct. a° 11°. Strehlke Tab. 134. n° 134. — »De locis divino.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1237.** |
| Sept. 16 | Viterbii | (10451) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theotonicorum in Romania de superiore epistola significat. XVI kal. Oct. a° 11°. ‖ Strehlke l. c. 135. n° 135. — »De locis divino.« |
| » 16 | » | (10452) Electo Coronensi, abbati et priori de Saracaz Corinthiens. dioc. executoribus de eadem re mandata dat. XVI kal. Oct. a° 11°. ‖ Strehlke l. c. 136. n° 136. — »De locis divino.« |
| » 19 | » | * (10453) Repetit n° 10316 d. d. 1237. Apr. 6: »Quoniam abundavit iniquitas.« Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 215. not. *a*. |
| » 24 | » | (10454) Abbatem et capitulum monasterii de Zobroduwiz Praemonstr. ord. Olomucens. dioc. tuendos suscipit, specialiter autem Clobuk, Prestauilk, Diuaci, Bounici *etc.* villas eis confirmat. VIII kal. Oct. a° 11°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 330; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 430. n° 924. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 27 | » | (10455) Universos Christifideles monet et hortatur, ut ecclesiae Cordubensi nuper ad cultum fidei christianae conversae, sed in redditibus valde tenui de bonis suis pias eleemosynas erogent. V kal. Oct. a° 11°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 530. — »Cum ecclesia Cordubensis.«. |
| » 29 | » | (10456) Abbati de Stragow Praemonstr. ord. et praeposito atque archidiacono Pragensibus committit causam H(enrici) ducis Zlesiae et Cracoviae cum (Petro?) archiepiscopo et capitulo Gneznensibus decidendam. III kal. Oct. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 30. n° 67; *cf.* Palacky Reise 27. n° 140; Erben Reg. Bohem. I. 431. n° 925. — »Nobilis vir H.« |
| Oct. 3 | » | (10457) Monasterium de Colbas Caminens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum ab eis ante concilium generale susceptam perpetuo ibidem observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. V non. Oct. indict. XI. incarn. dom. a° 1237. pont. a° 11°. ‖ Dreger Cod. Pomer. I. 181. n° 113; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 546. n° 251; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 258. n° 344. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 5 | » | (10458) (Gualtero) archiepiscopo Senonensi mandat, ut magistro Paulo clerico fratris Willelmi poenitentiarii apostolici in aliqua ecclesiarum suae provinciae »quae non sit de mandato nostro super alterius provisione gravata«, provideat in praebendali vel alio ecclesiastico beneficio. III non. Oct. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 227. n° 238. — »Pro magistro Paulo.« |
| » 6 | » | (10459) Episcopo Cenomanensi mandat, ut pecuniam pro subsidio imperii Constantinopolitani in regno Franciae una cum fratre Willelmo poenitentiario suo colligat, eius consilium sequatur et impeditus vices suas illi committat. II non. Oct. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. n° 239. — »Cum tibi nostris.« |
| » 6 | » | (10460) Archiepiscopis et episcopis regni Franciae mandat, ut in prolatione sententiarum interdicti cum maturitate et gravitate procedant. II non. Oct. a° 11°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 628; Teulet Layettes II. 353. n° 2576. — »In divini celebratione.« |
| » 6 | » | (10461) Monasterium s. Salvatoris de Septimo Cisterc. ord. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. II non. Oct. ind. XI. incarn. dom. a° 1237. pont. a° 11°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 114; Lami Eccl. Florent. mon. II. 980. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 6 | » | (10462) (Ludovico) regi Francorum indulget, ut, si quando eum vel eius familiam excommunicatis communicare contingat, propter hoc maiori excommunicationis laqueo nequaquam ligari possint, dummodo non communicent in crimine criminosis. II non. Oct. a° 11°. ‖ Teulet Layettes II. 352. n° 2574. — »Cum sicut ex.« |
| » 6 | » | * (10463) Blanchae reginae Franciae concedit, ut nullus in terras eius interdicti sententiam promulgare audeat absque speciali sedis apostolicae licentia. II non. Oct. a° 11°. ‖ Teulet l. c. n° 2575. — »Gaudentes pro multiplici.« |
| » 6 | » | * (10464) Episcopo (Plocensi?), decano Plocensi et abbati Colbacensi mandata dat de negotio Wladizlai ducis Poloniae cum Henrico duce fratre suo, quod primum archiepiscopo Gneznensi et episcopo Posoniensi, tum autem, cum Henricus praefatus illis diffideret, episcopo Merseburgensi aliisque praelatis commissum fuerat. II non. Oct. (a° 11°). ‖ Grünhagen Regest. I. 190. n° 508; *cf.* 298; Klempin Pommersches UB. I. 252. n° 332 *ad* a. 1236; *cf.* 459. |
| (» 6) | » | * (10465) Potestati et populo Firmanis sub poena 1000 marcharum argenti praecipit, ut conveniant cum omnibus viribus civitatis Fulginium, ubi adunabitur exercitus contra Tudertinos in obsidione castri Loniani. *Sine die et mense.* A° 11°. ‖ Cronache della città di Fermo 373. n° 123. |
| (» 7-19) | apud Sutrium.« | A° undecimo *Urbem* profectus accedit duobus diebus ‖ Vita Gr-i ex card. Arag. ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. I. 582. D. |

**1237.**

Oct. 21 Laterani (10466) O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut, si postulationem Laoniensis episcopi in archiepiscopum Cassellensem de persona idonea canonice celebratam invenerit, regem Angliae inducat, ut eidem postulationi assensum praebeat; et ex tunc praefatum episcopum dictae Cassellensi ecclesiae concedat in pastorem. xII kal. Nov. a° 11°. || Theiner Mon. Hibern. 37. n° 94. — »Dilectorum filiorum decani.«

» 23 » (10467) Episcopo Plocensi et Plocensi ac Crusniciensi (Crusniciensi *Thein.*) Cuiaviensis dioc. decanis scribit de negotio (Thomae) episcopi Wratislawiensis cum Henrico duce Zlesiae eiusque filio H(enrico), quod abbati Strahoviensi eiusque collegis »constitutis in terra sororii filii dicti ducis« commissum fuerat *etc.* x kal. Nov. a° 11°. || Theiner Mon. Polon. I. 31. n° 68; *cf.* Grünhagen Reg. I. 191. n° 509; Palacky Reise 27. n° 141; Erben Reg. Bohem. I. 431. n° 926. — »Lecta coram nobis.«

» 26 » (10468) (Benedicto?) abbati S. Michaelis Marturensis et Marturensi et S. Geminiani praepositis Florent. et Vulterranae diocc. causam vertentem inter (Vitalem) Pisanum archiepiscopum et potestatem, consiliarios et commune de Vico Pis. dioc., qui quandam turrim et res alias ad mensam archiepiscopalem pertinentes occupatas detinebant, terminandam committit. vII kal. Nov. a° 11°. || Matthaeius Eccles. Pisana I. app. 92. — »Venerabili fratre nostro.«

» 28 » (10469) (Gualtero) archiepiscopo Senonensi et fratri Willelmo poenitentiario suo mandat, ut, cum (Albericus) comes Montisfortis constabularius Franciae assumpserit crucis signaculum, redemptiones votorum crucesignatorum terrae suae et provinciae Senonensis usque ad 3000 marcarum argenti nomine dicti comitis colligant et ipsi, postquam in Terram sanctam transiverit, easdem marcas ... integre assignent. v kal. Nov. a° 11°. || Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 228. n° 240. — »Non indigne sibi.«

» 28 » (10470) (Hermanno) magistro militiae Templi Ierosolim. scribit de eadem re eique mandat, ut, si pecunia ab archiepiscopo Senonensi et fratre Willelmo collecta non sufficiat, ipse suppleat de ea, quam habeat pro Terra sancta depositam. v kal. Nov. a° 11°. || Sbaralea l. c. 229. n° 241. — »Cum nobilis vir.«

» 29 (») * (10471) Confirmat privilegia, iura ac bona monasterii in Geringswalde. IV kal. Nov. a° 11°. || Vorläuffige Gegen-Anzeyge Ihr. Röm. Keys. Maj. u. dero Cron Böheim, sodann derer Grafen .. v. Schönburg habende Befugnisse bey denen Reichs-After-Lehens-Herrschaften Glaucha ... betr. (1724. fol.) Beyl. M. 3.

» 29 » (10472) Monasterii b. Mariae de Roscha ord. S. Victoris Paris. patrocinium suscipit et districte inhibet, ne quis decimas de eius novalibus et nutrimentis exigere vel extorquere praesumat. IV kal. Nov. a° 11°. || Moutié Cartulaire de la Roche 26. — »Cum a nobis.«

» 30 » (10473) B(lancham) reginam Franciae iterum exorat, ut imperio Constantinopolitano quam citius succurrat. III kal. Nov. a° 11°. || Teulet Layettes II. 353. n° 2577. — »Olim intellecto quod.«

» 30 » (10474) Priori fratrum Praedicatorum Parisiensium mandat, ut eos qui in succursum Constantinopolitani imperii crucis assumpserint signaculum, vel vota sua commutasse noscuntur compellat, ut in proximo futuro Martio transeant *etc.* III kal. Nov. a° 11°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 98. n° 175. — »Ne Constantinopolitanum imperium.«

» 30 » (10475) Abbati et conventui de Holmcoltran Karliolens. dioc. Cisterc. ord. indulget, ut sacerdotibus suis liceat confessiones hominum ad monasterii servitium commorantium audire. III kal. Nov. a° 11°. || Dugdale Monast. Anglic. V. 602. n° 29. — »Animarum salutem desiderio.«

Nov. 1 » (10476) Compositionem inter priorem et conventum Maioreni Carthus. ord. ex parte una et Willelmum de Coloniaco quondam canonicum Lugdunensem ex altera super decimis terrarum et vinearum territorii Esperiarum et Roseriarum initam confirmat. Kal. Nov. a° 11°. || J. du Bouchet Preuves de l'hist. de l'illustre maison de Coligny (Paris 1662. fol.) 39. — »Ea quae iudicio.«

» 2 » (10477) Fredericum imperatorem Romanorum rogat et monet, ut, cum crucesignati parati sint in festo proximo b. Iohannis baptistae iter suum in Terram sanctam aggredi, eis in omnibus ad passagium opportunis consilium et auxilium impendat. IV non. Nov. a° 11°. || Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 126; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1237 § 80. — »Inclinavit coelos in.«

( » 2) (») * (10478) Eundem rogat et hortatur, ut salubribus consiliis ac monitis legati, quem missurus sit, obtemperet. *Sine nota chronol.* || Raynald. l. c. § 83 ex regest. lib. 11. ep. 285.

(») (») * (10479) Archiepiscopum Messanensem et praefectum hospitalis Theutonicorum hortatur, ut Fridericum imperatorem ad ineundam expeditionem ac ductandum christianum exercitum, ut Galliarum nobiles continentibus votis ac precibus exposcebant, incitent. *Sine nota chronol.* || Raynald. l. c. § 83 *ibid.* ep. 286.

**1237.**

| | | |
|---|---|---|
| (Nov. 2) | (Laterani) | * (10480) Senonensi et Rothomagensi archiepiscopis mandat, ut, si Fridericus imp. ad traiectionem instruendam adduci non possit, Francos crucesignatos etiam sacramento adeundo itineri obstrictos ad sequentem annum rem differre iubeant. *Sine nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 83 *ibid.* ep. 287. |
| » 9 | » | (10481) Fratri Willelmo de Oleron ord. Praedic. mandat, ut per se ac viros alios idoneos per Britanniam et Andegavensem et Pictavensem dioceses in Constantinopolitani imperii subsidium crucem praedicet. v id. Nov. aº 11º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 99. nº 176. — »Ad subveniendum.« |
| » 17 | » | (10482) (Henricum) regem et reginam Cypri rogat et hortatur, ut ipsi decimas et iura ecclesiis quibus debentur solvant ac ab aliis cum integritate persolvi faciant. xv kal. Dec. aº 11º. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre III. 641; *cf.* II. 61; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1237 § 83. — »Sponsus ecclesiae Ihesus.« <br> * *In eundem modum* Abbati et priori Episcopiae Nicosiens. dioc. ‖ MasLatrie l. c. |
| » 17 | » | * (10483) (Angelo) patriarchae Gradensi mandat, ut, si translationem N. Equilini episcopi ad ecclesiam Clugiensem invenerit fructuosam, eandem confirmet. xv kal. Dec. (aº 11º). ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1351, *male ad* a. 1236. |
| Dec. 2 | » | (10484) Abbati et conventui monasterii s. Faronis Meldensis significat, se, ut ecclesia b. Fiacrii (in saltu Brigensi) quae ad eorum monasterium pertineat, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere poenitentibus et confessis eandem visitantibus indulgentiam 40 dierum concedere. iv non. Dec. aº (10º, *sed legas*) 11º. ‖ Du Plessis Hist. de Meaux II. 133. — »Licet is de.« |
| » 8 | » | (10485) Abbati de Candicolis Camald. ord. Florentin. dioc. mandat, ut in monasterio Montis Christi eiusd. ord. Massanens. dioc. tam in capite quam in membris inquirat de omnibus, quae correctionis et reformationis indigeant, sedi apostolicae quae invenerit fideliter rescripturus. vi id. Dec. aº 11º. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 543. nº 540. — »Sua nobis conventus.« |
| » 9 | » | (10486) (Iarlerio) archiepiscopo Upsalensi et suffraganeis eius mandat, inducant viros catholicos in regno Sweorum et vicinarum insularum incolas, ut crucis signaculum assumant ad expugnandos Tavestos apostatas et christianorum hostes crudeles. v id. Dec. aº 11º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 66; Vastovii Vitis aquil. 176; Gruber Orig. Livon. 261; Scr. rer. Livon. I. 389. nº 35; Liljegren Svenskt dipl. I. 290. nº 298; *cf.* Celse Appar. 67. nº 26. — »Plantauit vineam dextera.« |
| » 9 | » | * (10487) Grégoire invite Thibaut comte de Champagne à rendre justice à B. frère de Pierre et d'Ange fils de Jean Alperini. B., mis en prison, n' a pu obtenir sa liberté qu'en payant 1000 livres à Thibaut et 200 au conseil de Th. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 359. nº 2443. |
| » 11 | » | (10488) (Henricum) regem Angliae rogat et monet, faciat ut Theodinus filius Oddonis Branchaleonis rector ecclesiae s. Margaretae de Suthelmeham, in quam Iohannes Leministrae clericus Londoniens. dioc. per senescallos regios intrusus sit, ad eandem restituatur. iii id. Dec. aº 11º. ‖ Rymer Foedera I. i. 130. — »Dilectus filius Theodinus.« |
| » 22 | » | * (10489) (Henricum) regem Cypri monet et hortatur, ut redimendos curet fratres militiae Templi et alios captos a Sarracenis, ut felicius Terrae Sanctae negotium procedat permutando cum infidelibus captivos christianorum. xi kal. Ianr. aº 11º. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 61. |
| » 23 | » | (10490) Episcopo Cumano (*alias et rectius* Comensi *Sbar.*) mandat, ut Rodulpho de Grifenstein latori praesentium, qui necem (Bertholdi) Curiensis episcopi commiserat, terminum transfretandi in subsidium Terrae sanctae usque ad festum b. Iohannis proximo venturum proroget, cum in termino sibi assignato non transiverit »quod nec sarcinulas suas componere nec alias sibi poterat in necessariis providere.« x kal. Ianr. aº 11º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 229. nº 242; Eichhorn Episc. Curiens., prob. 83; Mohr Cod. dipl. I. 326. nº 215, *ap. utrumque non integra.* — »Intellecta dudum atrocitate.« |
| » 23 | » | (10491) Episcopo Tornacensi, qui ordinaverat ut beneficia in ecclesia parochiali s. Salvatoris Brugensis instituta nulli conferantur nisi promoto vel tali qui possit in proximo ad eos ordines promoveri, in quibus debet in eisdem beneficiis deserviri, hanc ordinationem confirmat. x kal. Ianr. aº (10º, *sed legas*) 11º. ‖ Miraei Opp. dipl. III. 98. — »Cum a nobis.« |
| — | — | * (10492) Le pape Grégoire confirme les possessions de l'abbaye de Munster en général et particulièrement celle de l'église de Schuttrange. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XIV. (1858.) 99. nº 194. |

**1238.**

| | | |
|---|---|---|
| Ianr. 6 | Laterani | (10493) (Wilhelmo) episcopo Parisiensi opprobrat, quod se in defensione iurium Parisiensis ecclesiae, etiam excitatus a subditis, reddat somnolentum. Mandat ei, ut »prudenter |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| | | advertens quantum dedeceat Parisiensem episcopum nunc de negligentia reddi notabilem, qui ante suscepti curam regiminis gauderet titulo in bonis assidue vigilantis vitandis ecclesiae Parisiensis dispendiis, eiusdem procurandis profectibus ita sit assidue studiosus, quod (Lucae) decano et capitulo Parisiensibus, gaudia consequentibus post moerorem, servi retributione fidelis habeatur dignus apud Dominum et se apostolicae sedi constituat gratiosum.« VIII id. Ianr. a° 11°. ‖ Notices et extr. XXI. II. (1865.) 210. — »Vix invenimus a quo.« |
| Ianr. 8 | Laterani | (10494) (Ludovicum) regem Franciae rogat et obsecrat, faciat ut Parisiensis ecclesia contra libertates et immunitates ei concessas minime angustiis et nocumentis atteratur, neque talliis et aliis exactionibus indebitis praegravetur, sed ut balivos suos et quoslibet alios praedictorum excessuum praesumptores ab illis omnino desistere coerceat. VI id. Ianr. a° 11°. ‖ Teulet Layettes II. 361. n° 2609. — »Patet signorum diversitate.« |
| » 8 | » | (10495) Archiepiscopos et episcopos per Apuliam constitutos rogat et monet, inducant fideles, ut sorores poenitentes inclusas ord. s. Aug. in Apuliae partibus constitutas studeant subventionis opportunae gratia confovere. VI id. Ianr. a° 11°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 39. — »Scientibus vobis quod.« |
| » 11 | » | (10496) (Rustico) episcopo Balneoregensi mandat, ut civitatem Viterbiensem propter eius facinora supponat visis praesentibus sententiae interdicti *etc.* III id. Ianr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 230. n° 243. — »Si contra Viterbienses.« |
| » 13 | » | (10497) Henricum ducem Zlesiae iterum rogat et monet, ut a persecutione Wratislaviensis ecclesiae de cetero penitus conquiescat et hominibus eiusdem collectam indebite extortam restituat. Id. Ianr. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 32. n° 69. — »Sperabamus quod salubribus.« |
| » 13 | » | (10498) S. Salvatoris Wintoniens. dioc., S. Trinitatis et S. Bartholomaei Londoniensium prioribus mandat, ne, cum ipse priorissae et conventui de Haliwelle London. dioc. apprehendendi possessionem ecclesiae de Welleues dederit facultatem, permittat ut illae super ea ab aliquibus molestentur. Id. Ianr. a° 11°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. IV. 393. n° 4. — »Quae secularibus desideriis.« |
| » 13 | » | (10499) Petrum Britanniae comitem rogat et hortatur, ut cum 1500 equitibus et 6000 peditum ad liberandum imperium Constantinopolitanum in proximo b. Iohannis baptistae passagio transeat. Id. Ianr. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 2. — »Gratum gerimus et.« |
| » 15 | » | (10500) (Uffoni) Lundensi et (Iarlerio) Upsalensi archiepiscopis mandat, ut (Stenero) Scarensi episcopo, qui ob senium et infirmitatem vacationem a munere et de bonis episcopalibus honestam sustentationem optet, utramque largiantur. XVIII kal. Febr. a° 11°. ‖ Vastovii Vitis aquilon. 176; Liljegren Svenskt dipl. I. 291. n° 299; *cf.* Celse Appar. 67. n° 27. — »Praesentatae nobis litterae.« |
| » 16 | » | (10501) Heliae generali et aliis ministris provincialibus et custodibus ordinis fratrum Minorum mandat, ne tirones ante probationis annum ad professionem religionis admittantur, facta vero professione ordinem non exeant. XVII kal. Febr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 231. n° 244. — »Cum secundum consilium.« |
| ( » 18 cca.) | ( » ) | * (10502) Philippum clericum pontificium in Graeciam mittit, ut ex omnibus viris ecclesiasticis Patracensis, Corinthiensis, Thebani atque Atheniensis archiepiscopatuum tertiam vectigalium ac bonorum mobilium partem in Constantinopolitanorum subsidium convertendam colligat; indulgentias promittit. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 3. |
| » 18 | » | (10503) Cephaloniae et Zacynthi comitem rogat et monet, ut, attendens quod ipse aliqua ratione a facie persequentium subsistere non poterit si Graeci Constantinopolitanae obtinerent dominium civitatis, eidem in victualibus et bellatorum subsidio succurrat. XV kal. Febr. a° 11°. ‖ Raynald. l. c. § 4, *omisso initio incipiens:* — »Sicut intelleximus praeter.« |
| » 26 | » | (10504) (Tyso) episcopo Tarvisino mandat, ut potestatem consules et commune Conelianenses cogat ad illorum bonorum restitutionem, quae monasterio s. Mariae de Plavi abstulerant. VII kal. Febr. a° 11°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. III. 305. — »Ex parte ...« |
| » 27 | » | (10505) Episcopo Perusino respondet ad eius litteras, se (Belae) regi Ungariae scripsisse eumque obsecrasse, ut exurgat in adiutorium Christi contra Assanum (dominum Blachorum et Bulgarorum) perfidum et terram eius forti manu se accingens. »Nos enim illam ei et universis vere poenitentibus et confessis, qui laborem huiusmodi in propriis personis subierint et expensis, indulgentiam elargimur, quae conceditur transeuntibus in subsidium Terrae sanctae, ac terram ipsius Assani exponimus praedicto regi et aliis catholicis occupandam.« Imponat illud dicto regi in suorum veniam peccatorum. VI kal. Febr. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 161. n° 285; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 78. — »Devotionis tuae litteras.« |

**1238.**

Ianr. 27 — Laterani — (10506) Balduinum natum et heredem cl. mem. P(etri) imperatoris Constantinopolitani monet et hortatur, ut attendens, »quod nisi imperio Constantinopolitano celeriter succurratur, interveniente mora vix ei valeat subveniri«, ne succursum ipsius imperii per eum impediri contingat, si quid iuris ad eum in terra Assani pertineat, in manu Romanae ecclesiae ponat, »ut provideamus exinde.« VI kal. Febr. a° 11°. ‖ Theiner l. c. 160. n° 284; Mon. Hung. hist. l. c. 79; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 10. — »Miserabilem statum imperii.«

» 27 — » — (10507) Universis episcopis per Ungariam constitutis mandat, ut praedicent per suas dioceses verbum crucis contra perfidum Assanum, qui ab ecclesiae unitate recedens receptat in terra sua haereticos et defensat. VI kal. Febr. a° 11°. ‖ Theiner l. c. 161. n° 286; Mon. Hung. hist. l. c. 80. — »Sanctissimam Petri sedem.«

» 27 — » — (10508) (Belae) regi Ungariae nunciat, se (Roberto) Strigoniensi et (Ugrino) Colocensi archiepiscopis et episcopo Perusino apostolicae sedis legato et universis episcopis per Ungariam constitutis mandasse, ut contra perfidum Assanum et eius terram praedicent verbum crucis. Rogat regem et instanter exposcit, ut exsurgat in adiutorium Christi, exsurgat in contritionem nationis pravae ac perversae, *etc.* VI kal. Febr. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 7—9; Katona Hist. crit. V. 813; Fejér Cod. dipl. IV. I. 101; Theiner l. c. I. 159. n° 283. — »Supremus opifex qui.«

» 27 — » — (10509) (Petro) abbati monasterii Caunensis concedit, ut monachos et conversos sui coenobii, qui pro violenta manuum iniectione in se ipsos, pro detentione proprii et pro denegata obedientia in excommunicationis laqueum inciderint, ab huiusmodi sententiis absolvat. VI kal. Febr. a° 11°. ‖ Mahul Cartul. IV. 87. — »Exhibita nobis nuper.«

» 27 — » — (10510) Capitulo Polensi, qui magistrum P. archidiaconum suum, capellanum R(ainerii) S. Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis in Polensis ecclesiae episcopum elegerant, hanc electionem confirmat, quod »cum ipsam non invenerimus canonice celebratam, in priori consensu elapso iam triennio perdurastis.« VI kal. Febr. a° 11°. ‖ Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 76. n° 92. — »Dilectis filiis capitulo.«

» 28 — » — (10511) S. Victoris Massiliensis et S. Aegidii Nemausensis abbatibus et praeposito S. Salvi Albiensis mandat, cogant (Raimundum) comitem Tholosanum, ut (Iohanni) Arelatensi archiepiscopo castrum de Mornatio et quaedam alia castra ad eius mensam de iure spectantia, quae contra iustitiam detineat comes dictus, restituat. V kal. Febr. a° 11°. ‖ Teulet Layettes II. 362. n° 2610. — »Querelam venerabilis fratris.«

» 29 — » — * (10512) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi et Roscildensi episcopo significat, (Waldemarum) regem Danorum petivisse, ut, cum inter reges Danorum ex una parte et Sclavos ex altera gravis discordia sit et fuerit, ei pro reformanda inter ipsos concordia liceat, quandam neptem suam B(arnimo?) duci Pomeraniae, cui eadem in quarto gradu attinere dicatur, tribuere in matrimonium. Quare mandat eis, ut inquisita super praemissis veritate quod invenerint sedi apostolicae rescribant, ut quod super hoc expedire viderit, disponere possit. IV kal. Febr. a° 11°. ‖ Porthan Bullar. access. 33. n° 33. *Cf.* n° 10652.

» 30 — » — (10513) Fratribus ordinis Minorum in terras Saracenorum et paganorum proficiscentibus privilegia concedit. III kal. Febr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 231. n° 245. — »Pro zelo christianae.«

Febr. 3 — » — (10514) Priori sacrosancti patriarchii basilicae Salvatoris castrum Sulferatae cum omnibus pertinentiis confirmat. III non. Febr. a° 11°. ‖ Dissert. della accad. pont. Rom. di archeol. XV. 244. n° 61. — »In vigilanti specula.«

» 6 — » — (10515) Domus Vallis s. Georgii Carthus. ord. tutelam suscipit eique varia privilegia concedit. VIII id. Febr. indict. XI. incarn. dom. a° 1237. pont. a° 11°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 999; Tromby Storia V. app. 136. n° 19. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 6 — » — (10516) (Henrico) archiepiscopo Rhemensi et fratri Willelmo poenitentiario suo mandat, ut decimam pecuniae, quae de redemptione votorum crucesignatorum Rhemensis provinciae ad ipsorum manus primo devenerit, H. comiti Barri Ducis crucesignato pro itinere in Terram sanctam persolvant. VIII id. Febr. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 399. n° 1; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 232. n° 246. — »Cum dilectus filius.«

» 6 — » — (10517) Eisdem mandat, ut, cum eidem duci ea quae proveniunt ex redemptione votorum crucesignatorum provinciae Rhemensis concesserit ipsosque eorum collectores deputaverit, in executione mandati apostolici procedant. VIII id. Febr. a° 11°. ‖ Wadding l. c. n° 2; Sbaralea l. c. n° 247. — »Cum sicut ex.«

» 11 — » — (10518) De Cubis et S. Iohannis abbatibus Waradiens. et Ultrasilvanae dioec. mandat, ut inter monasterium de Almas ord. s. Ben. et Ladislaum dictum Comitem Ultrasilvanae dioc. iudicium faciant. III id. Febr. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 161. n° 287; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 82. — »Lacrimabilem dilectorum filiorum.«

» 13 — » — (10519) Archiepiscopo Bituricensi notum facit, G(eraldum) archipresbyterum de Salivaco Caturcens. dioc. a capitulo Caturcensi in episcopum suum esse electum, capitulum

**1238.**

autem, cum ille consentire noluisset, ad sedem apostolicam provocasse, ut eandem electionem confirmaret. Mandat ei, ut super hoc officii sui debitum exequatur. Id. Febr. a° (10°, *sed legas*) 11°. ‖ Gallia christ. I. instr. 31. n° 9. — »Sua nobis archidiaconus.«

Febr. 20 | Laterani | (10520) (Henrico) regi Angliae, qui libertates possessiones dignitates et alia quam plurima ad ius et statum coronae spectantia in grave praeiudicium ecclesiae Romanae, ad quam regnum Angliae pertinebat, in plures praelatos ecclesias et alios magnates Angliae disperserat, mandat, ut, iuramentis et instrumentis publicis de non veniendo contra alienationem nequaquam obstantibus, alienata revocet. x kal. Mart. a° 11°. ‖ Rymer Foedera I. I. 132. — »Gravi sumus turbatione.«

(1237. Oct. 25-1238 Febr. 22) | » | (10521) (Praeposito Rigensis ecclesiae eiusque fratribus petentibus ecclesiam Rigensem suscipit protegendam, statuens ut ordo canonicorum secundum b. Augustini regulam atque institutionem Praemonstratensem ibidem perpetuis temporibus observetur, ecclesias et praedia ipsius quae enumerat iuri ipsius adscribit, ac praeterea privilegia et praerogativas certas confirmat. *Sine signo chronol.* ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 37; Bunge Livl. UB. I. 217. n° 168, *cf. ibid.* Regest. 49. n° 189; »viii kal. ... a° (ix°, *sed legendum puto*) xi°«. Invent. privil. in arch. Cracov. 110. — »Quoties a nobis.«

» 23 | » | (10522) Willelmo poenitentiario suo mandat, ut G. de Argentonio Pictavens. dioc. crucesignato portionem congruam ex bonis pro redemptione votorum acceptis pro itinere in Terram sanctam assignet. vii kal. Mart. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 400. n° 3; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 232. n° 248. — »Intellecto dudum quod.«

Mart. 3 | » | (10523) Abbatem et conventum Cistercii et generale capitulum Cisterciensis ordinis rogat et hortatur, ut abbatissam et conventum monasterii Vallis s. Crucis [Heiligkreuzthal] Constantiens. dioc., quae Cisterciensium habitum assumpserant et per eos Cisterciensi ordini incorporatae erant, abbati de Salem eiusdem ordinis committant, qui eas temporibus opportunis visitet et regularibus instruat disciplinis. v non. Mart. a° 11°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 413. n° 911. — »Fit vite vestre.«

» 4 | » | (10524) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntinensi et suffraganeis eius, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinensem provinciam constitutis praecipit, ut illos, qui possessiones vel res abbatissae et conventus monasterii de Valle s. Crucis Cisterc. ord. Constant. dioc. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicent *etc.* iv non. Mart. a° 11°. Wirtemberg. UB. III. 414. n° 912. — »Non absque dolore.«

» 4 | » | (10525) Universis fratribus Minoribus et Praedicatoribus, qui in terra ultramarina ad conversionem paganorum vel aliorum verbo vel sanctae conversationis exemplo laborant, concedit illam veniam peccatorum, quae in Terrae sanctae succursum venientibus in generali concilio est concessa. iv non. Mart. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 99. n° 177; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 233. n° 249. — »Credentes quod non.«

» 5 | » | (10526) O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut contra Limiricensem episcopum simoniacae pravitatis aliorumque excessuum reum iuxta directarum ad Enachdunensem et Cluanfertensem episcopos et abbatem de Parvacella continentiam litterarum procedat. iii non. Mart. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 37. n° 95. — »In tantum clamor.«

» 7 | » | (10527) Abbatem et conventum ecclesiae de Crucelingen ord. s. Aug. Constantiens. dioc. cum omnibus bonis patrocinandos suscipit, specialiter autem de Wrmlingen et Ranewall [Rancwil] ecclesias cum villis, possessiones quoque et redditus *etc.* eis confirmat. Non. Mart. a° 11°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 415. n° 913; *cf.* Pupikofer Regest. von Kreuzlingen 10. n° 39. — »Cum a nobis.«

» 8 | » | (10528) (Wilhelmo) quondam Mutinensi episcopo apostolicae sedis legato in Livonia mandat, ne permittat, ut neophyti, quos fratres hospitalis s. Mariae Teutonicorum et nonnulli alii tam religiosi quam saeculares clerici et laici sub servitute redigere moliuntur, licet nullo ante baptismum iugo servitutis premerentur, ab aliquibus super praemissis molestentur. viii id. Mart. (Mai. *Voigt*) a° 11°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 46. n° 48; Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 24; Bunge Livl. UB. I. 202. n° 157; Merkel Die freien Letten (Leipz. 1820. 8°) 36. Anm.; Turgenevii Russ. monim. I. 44; *cf.* Invent. privil. in arch. Cracov. 113; Bunge l. c. III. Regest. 12. n° 176. — »Ex parte tua.«

» 9 | » | (10529) Eidem mandat, faciat ut, si quos de servili conditione vel alios alterius ditioni subiectos ad baptismi gratiam contigerit convolare, eis a dominis suis christianis in favorem fidei christianae de oneri servitutis aliquid relaxetur. vii id. Mart. a° 11°. ‖ Voigt l. c. 47. n° 49; Turgenevius l. c. 45; Bunge l. c. I. 203. n° 158. — »Cum lux vera.«

» 9 | » | (10530) Patriarchae Hierosolymitano eiusque suffraganeis mandat, ut, ne confugientes ad loca religiosorum regni Hierosolymitani, nisi sint conventualia vel ecclesiae, ullam immunitatem debeant reportare *etc.*, singuli in propriis diocesibus publice interdicant. vii id. Mart. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 33, *nonnisi fragm.*

**1238.**

Mart. 9 Laterani (10531) **Eidem patriarchae mandat, ut canonicos sepulcri Hierosolymitani, qui avaritia perciti ad corradendas a simplicioribus pecunias miracula *etc.* confingebant, coerceat.** vii id. Mart. a° 11°. ‖ Raynald. l. c. § 33. — »Intelleximus quod.«

» 9 » (10532) Villelmo dicto Advocato canonico Cremonensi mandat, ut praepositum et capitulum Parmenses in possessione cuiusdam nemoris contra Gerardum de Cornazzano, Iacobum de Burdilionis et alios laicos Parmensis civitatis defendat. vii id. Mart. a° 11°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 371. n° 64. — »Sua nobis dilecti.«

» 10 » (10533) A(damo) episcopo Silvanectensi et I. archidiacono Catalaunensi mandat, ut scabinos et cives Remenses a sententiis excommunicationis absolvant et corpora medio tempore mortuorum, qui a presbyteris suis fuerunt in obitu absoluti, faciant in coemeterio sepeliri. vi id. Mart. a° (10°, *sed legas*) 11°. ‖ Marlot Hist. de Reims III. 798. n° 154; Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 627. — »Quia non debet.«

» 12 » (10534) Fredericum Romanorum imperatorem rogat et hortatur, ut crucesignatis, qui in subsidium periclitantium Latinorum contra Graecos schismaticos et haereticos se accinxerunt, se favorabilem exhibeat. iv id. Mart. a° 11°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. i. 180. — »Postquam Grecorum populus.«

» 12 » (10535) (Belam) regem Ungariae monet et hortatur ac pro dono petit speciali ab eo, ut, cum per conservationem imperii Romaniae ad recuperationem Terrae sanctae aperiri ianua videatur et ad eius succursum propter haereticos profligandos Christi fideles excitaverit, multique nobiles ac potentes ad succursum eiusdem imperii se accinxerint, eis tam in securo conductu faciat provideri quam impendat auxilium et favorem, si illos per ipsius terram transire contigerit. iv id. Mart. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 162. n° 288; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 83. — »Inter occupationes varias.«

» 13 » (10536) (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi apostolicae sedis legato in Livonia mandat, faciat ut sententia a sede apostolica prolata inter (Waldemarum) regem Daciae ex parte una et magistrum fratresque tunc militiae Christi, nunc domus s. Mariae Teutonicorum in Livonia ex altera super castro de Revala et terris eidem adiacentibus graviter litigantes firmiter observetur. »Alioquin (Gerhardo) Bremensi et (Wilbrando) Magdeburgensi archiepiscopis et (Ottoni) episcopo Verdensi damus in mandatis, ut ipsi super hoc mandatum apostolicum exequantur.« iii id. Mart. a° 11°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 46; Bunge Livl. UB. I. 204. n° 159; *cf.* Pertz Archiv VII. 29; Watterich Deutsch. Ordensstaat 127. n° 267. — »Ex parte carissimi.«

» 13 » (10537) Fratribus Hospitalariis Ierusalemit., qui Vatacio Dei et ecclesiae inimico in equis et armis, terris propter hoc et casalibus ab ipso receptis, praebebant contra Latinos auxilium, mandat, ut infra tres menses vitam suam in melius reforment et quae in hospitali suo fuerint corrigenda, secundum sui ordinis instituta corrigant. iii id. Mart. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 32. — »Dolemus et turbati.«

» 13 » (10538) (Erico) regi Daciae concedit facultatem, ut nobiles et alios iurisdictioni eius subiectos, qui »signum crucis assumunt et praetextu crucis assumta regia tibi servitia subtrahunt et contemnunt de regalibus respondere,« ad servitia debita et consueta compellere possit »non obstante quod iidem sint crucis charactere insigniti.« iii id. Mart. a° 11°. ‖ Skand. Literat. Selsk. Skrift. XXI. 7. — »Ex parte tua.«

» 13 (») (10539) Magnum Ierosolymitani ordinis magistrum hortatur, ut in praefato ordine prave et indigne admissa corrigat. iii id. Mart. a° 1238. ‖ *Gallice* ap. Vertot Hist. des cheval. de St.-Jean-de-Jérusalem I. 458.

» 16 » (10540) (Petro) Narbonensi archiepiscopo, (Iohanni) Magalonensi et (?) Elenensi episcopis mandat, ut senescallos et ballivos regios Narbonensis provinciae excommunicent, si decedentibus ecclesiarum praelatis earundem bona, ut prave solent, de cetero usurpare praesumant. xvii kal. Apr. a° 11°. ‖ Marca De concordia sacerd. et imper. 1187. — »Ad audientiam nostram.«

» 16 » (10541) Priori et fratribus hospitalis Ierusolimitani in Moravia domos de Slawo [Schlawe], in Colber(gensi terra) Gostino [Iestin] et Meslino [Moizelin] cum pertinentiis suis, quas eis cl. mem. Ratiborius princeps Pomoraniae ac B(oleslaus) filius eius donaverant, confirmat. xvii (*secund.* Klempin Pommersches UB. I. 264. n° 354. — xiii *v. Led.*) kal. Apr. a° 11°. ‖ v. Ledebur Arch. f. d. Gesch. des preuss. Staates XVI. 234; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 538. n° 247, *uterque perperam ad* a. 1237. — »Iustis petentium desideriis.«

» 17 » (10542) Fredericum imperatorem Romanorum, postquam commemoravit quam vanis conatibus enixus fuerit ut Graecos schismaticos ad unitatem catholicam reduceret, monet et rogat, ut crucesignatis tam pro subsidio Constantinopolitani imperii, quam pro fide catholica defendenda accinctis liberum transitum per terram suam indulgeat. xvi kal. Apr. a° 11°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. i. 181; *non integra* ap. Raynald. Annal. ad a. 1238 § 25; *in* Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 233. n° 250. — »Considerantes olim quod.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| Mart. 19 | Laterani | (10543) Abbati et conventui monasterii de Zwiuildea [Zwiefalten] ord. s. Ben. Constantiens. dioc. ad exemplar Coelestini et Innocentii praedecessorum suorum ecclesiam de Zwiuildea, quam b. m. D(ithelmus) Constantiensis episcopus eorum monasterio concesserat, confirmat. XIV kal. Apr. a° 11°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 416. n° 914. — »Cum a nobis.« |
| » 19 | » | * (10544) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi mandat, dispenset cum Petro, Andrea et Iacobo clericis (Waldemari) regis Daciae, ut singuli unum beneficium curam habens animarum annexam obtinere possint, si eis canonice offeratur. XIV kal. Apr. a° 11°. ‖ Porthan Bullar. access. 33. n° 32. |
| » 19 | » | (10545) Priori et fratribus hospitalis Ierusolimitani in Moravia domum in Staregrod [Stargard] cum pertinentiis a cl. mem. B(ogislao) duce Cassubiae ac B(ogislao) filio eius istis concessam confirmat. XIV kal. Apr. a° 11°. ‖ v. Ledebur Arch. f. d. Gesch. des preuss. Staates XVI. 233; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 537. n° 246, *uterque male ad* a. 1237; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. VI. 14. n° 9 *omisso initio*; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 264. n° 355. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 20 | » | Eisdem: »XIII kal. Apr. a° 11°«. ‖ v. Ledebur l. c. 234; Hasselbach l. c. n° 247, *vid.* 1238. Mart. 16. n° 10541. |
| » 21 | » | (10546) Priori et fratribus hospitalis Ierosolimitani in Moravia domos de Lubesow et de Stargrod cum pertinentiis suis, quas cl. mem. Grimislaus princeps Pomeraniae eis (a. 1198) concesserat, confirmat. XII kal. Apr. a° 12°. ‖ Dreger Cod. Pomer. I. 193. n° 121, *male ad* a. 1239; Hasselbach l. c. 576. n° 267. — »Iustis petencium desideriis.« |
| » 22 | » | * (10547) Grégoire, sur la pleinte du podestat et des habitants de Florence, prie Thibaut comte de Champagne de faire rembourser par les habitants de son comté les sommes qu'ils ont empruntées à des marchands de Florence. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 360. n° 2448. |
| » 23 | » | (10548) Repetit n° 10501 d. d. 1238. Ianr. 16: »X kal. Apr. a° 12°« — »Cum secundum consilium.« ‖ Wadding Ann. Minor. III. 400. n° 4; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 235. n° 251. |
| » 24 | » | (10549) Abbati et priori de Raitenhalsa (Roitenh. *Baur*) Cisterc. ord. et praeposito ecclesiae de Ranshoven Salzburgens. et Pataviens dioec. causam inter (Ottonem) ducem Bavariae comitem palatinum Reni et (Sigfridum) archiepiscopum Maguntinum super villis de Pesensheim et de Walhusen vertentem committit terminandam. IX kal. Apr. a° 12°. Baur Hessische Urkunden III. 587. n° 1519; Quellen u. Erörterungen V. 67. n° 29 (*male ad* a. 1239). — »Dilectus filius nobilis.« |
| » 24 | » | (10550) (Sigfridum) archiepiscopum Maguntinum, qui eiectis monachis commorantibus in monasterio Laurisensi ord. s. Ben. castrum de Starkenberg, quasdam praeposituras ecclesias et possessiones monasterii nominati suis usibus temere deputaverat, hortatur, ut castrum praeposituras *etc.* abbatibus de Wallerbach Cisterc. et de Richenbach s. Ben. ordinum nomine praescripti monasterii restituat. IX kal. Apr. a° 12°. ‖ Baur l. c. 587. n° 1520. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 25 | » | (10551) C(onradum) Mazoviae et Lanchiciae et alios duces Poloniae, qui homines cathedralium et aliarum ecclesiarum Gneznensis provinciae angariis, perangariis et vectigalibus graviter affligebant et contra iustitiam cogebant, ut ipsorum venatores in domibus suis reciperent ac illis procurationes indebitas exhiberent, rogat et monet, ut a praedictorum ecclesiarum et hominum gravaminibus quiescentes omnino eis de illatis damnis et iniuriis debitam satisfactionem exhibeant. VIII kal. Apr. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 32. n° 70; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 56. — »Sua nobis venerabilis.« |
| » 25 | » | (10552) Ottonem ducem de Bruneswic, qui zelo fidei accensus contra Prutenos recepit signum crucis, cum terris et aliis bonis omnibus sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut, donec de suo reditu vel obitu certissime cognoscatur, ea omnia integra maneant et quieta. VIII kal. Apr. a° 12°. ‖ Scheid Origg. Guelf. IV. prob. 171. n° 71. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 25 | » | (10553) (Conrado) Hildesemensi, (Ottoni) Verdensi et (Willelmo) Mindensi episcopis de superiore epistola significat eisque mandat, ne permittant ut praefatus dux contra huius protectionis tenorem ab aliquibus indebite molestetur. VIII kal. Apr. a° 12°. ‖ Scheid l. c. 172. n° 72. — »Cum dilectum filium.« |
| » 26 | » | (10554) Ottoni duci de Bruneswic significat, se pro sedanda discordia inter eius et lantgravii Thuringiae domos suborta dispensare cum Helena eius filia et Hermanno filio b. Helisabet nepote dicti nobilis, qui se quarto gradu consanguinitatis attingant, ut possint ad invicem matrimonialiter copulari. VII kal. Apr. a° 12°. ‖ Scheid l. c. 173. n° 74. — »Apostolice sedis benignitas.« |
| » 26 | » | * (10555) Decano, magistro scholarum et thesaurario Civitatensis ecclesiae mandat, ut illos qui Pereyrenses milites Cisterc. ordinis eorumque familiares infestent, per censuras ecclesiasticas compescant. VII kal. Apr. a° (11°, *sed legas*) 12°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 570. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| Mart. 26 | Laterani | * (10556) Ferdinandum Castellae regem hortatur, ut magistrum et fratres del Pereyro Cisterc. ord. charos habeat. VII kal. Apr. a° (11°, *sed legas*) 12°. ‖ Manrique l. c. 570. |
| » 26 | » | (10557) S. Andreae et S. Viti decanis Frisingens. dioc. et scholastico Frisingensi de controversia inter abbatem conventumque s. Emmerami Ratisponensis ex parte una et Reimarum, A. matrem eius et quosdam alios Ratisbon. dioc. super terris, redditibus *etc.* vertente mandata dat. VII kal. Apr. a° 12°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 171. n° 74. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 29 | » | (10558) O(ttonem) ducem de Bruneswic rogat et monet, ut Hildensemensem ecclesiam habeat propensius commendatam eamque contra malignorum incursus potentiae suae praesidio tueatur. IV kal. Apr. a° 12°. ‖ Scheid Origg. Guelf. IV. prob. 174. n° 75. — »Quia personam tuam.« |
| » 30 | » | (10559) Episcopo Auriensi mandat, compellat fratres Praedicatores et Minores ac religiosos alios exemptos regni Portugaliae, ut in eis locis, ad quae (Sancius) rex Lusitaniae accedat, interdictum observent. III kal. Apr. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 235. n° 252. — »Cum ferro abscindenda.« |
| » 31 | » | (10560) O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut illos crucesignatos, qui propter paupertatem, senectutem, debilitatem aut infirmitatem nequeunt personaliter exequi votum, a voto crucis absolvat. II kal. Apr. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 38. n° 96. — »Carissimus in Christo.« |
| » 31 | Romae | »A° D¹ 1238. indict. XI. mense Martio, quarta feria maioris edomadae (*sic!*) quadragesimae dominus Gregorius pp. IX consecravit hanc ecclesiam in honore bb. Eusebii et Vincentii« *etc.* ‖ Inscriptio in porticu ecclesiae coenobii s. Eusebii, ap. Montfaucon Diar. Italicum 124. |
| Apr. 1 | Laterani | (10561) R. de Supino rectori ducatus Spoleti mandat, ut Tudertinos ad pacem cum Urbevetanis observandam censuris ecclesiasticis et poenis temporalibus compellat. Kal. Apr. a° 12°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 109. n° 189. — »Indevoti domino et.« |
| » 1 | (») | * (10562) Monachis S. Petri Carnotensis indulget, ut, cum sic habeatur in ordinatione de reformando ordine s. Benedicti, ut ubi unus monachus commoretur, ibi alter eidem associetur, quatenus si ille ceciderit hunc habeat sublevantem — in huiusmodi locis eorum ultra id, quod hactenus sit obtentum, nullus de novo sibi praesumat aliquid usurpare. ‖ Guérard Cartul. de St.-Père de Chartres II. 691. |
| » 3 | — | * Episcopo Emonensi et electo Tergestino: »Viterbii.« ‖ Bianchi Docum. 45. n° 121, *vid.* 1237. Apr. 3. n° 10312. |
| » 9 | (Laterani) | (10563) Decano Parisiensi et fratri Willelmo de ordine fratr. Minor. poenitentiario suo mandat, inhibeant executoribus quorundam nobilium, ne quemquam cogant ad redemptionem voti pro itinere ad Terram sanctam. V id. Apr. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 235. n° 253. — »Licet sicut te.« |
| » 12 | » | (10564) Praepositum, conventum et monasterium in Staingaden ord. Praemonstr. Augustens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Georgii in Sibenaich, quam S. Augustensis episcopus eis donavit, ipsis confirmat. II id. Apr. a° 12°. ‖ Mon. Boica VI. 524. — »Cum a nobis.« |
| » 12 | » | * (10565) Eidem monasterio ecclesiam s. Nicolai in Widergeltingen a Godescalco Augustensi episcopo ei donatam confirmat. II id. Apr. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 272. |
| » 12 | » | (10566) Monasterium in Wessesbrunen cum omnibus bonis patrocinandum suscipit, specialiter autem ei omnes terras, possessiones et alia bona, sicut ea iuste possidet, confirmat. II id. Apr. a° 12°. ‖ Mon. Boica VII. 396; *deficiente initio* Leutner Hist. Wessofont. I. 243. — »Cum a nobis.« |
| » 13 | » | (10567) Abbati de Buron, de Steingaden et de Pollingen ecclesiarum praepositis Augustens. dioc. mandat, ut ea, quae de monasterii de Wessenbrunen ord. s. Ben. eiusd. dioc. bonis alienata invenerint illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocent. Id. Apr. a° 12°. ‖ Leutner l. c. I. 243; Mon. Boica VII. 397. — »Presentium vobis auctoritate.« |
| » 13 | » | (10568) Abbati de Buren et praepositis Diessensi et Pollingano mandat, ut abbatem et conventum de Wessinsbrunnen ord. s. Ben. contra Conradum et Henricum fratres dictos Spannagel milites et alios quosdam Augustensis diocesis, qui illos equis, bobus *etc.* spoliaverant, defendant. Id. Apr. a° 12°. ‖ Leutner l. c. 244, *non integra.* |
| » 13 | » | (15569) Repetit n° 10513 d. d. 1238. Ianr. 30: »Id. Apr. a° 12°« — »Pro zelo christianae.« Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 236. n° 254. |
| » 14 | » | (10570) Regem Lusitaniae admonet, ne per se vel suos officiales aut vasallos personas ecclesiasticas infamare vel domos infringere aut bona ipsarum diripere praesumat *etc.* |

**1238.**

xvIII kal. Mai. a° 12°. || Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 49, *omisso initio incipiens* — »Saluti tuae consulere.«

* *De eadem re* Bracharensi archiepiscopo.

Apr. 15 | Laterani | (10571) Ab (Agnete) abbatissa et conventu inclusarum ancillarum Christi monasterii s. Francisci ord. s. Dam. Pragensibus liberam resignationem hospitalis s. Francisci Pragens. dioc. earum monasterio ab apostolica sede concessi recipit eisque concedit, ut invitae cogi ad recipiendum de cetero possessiones aliquas nequeant. xvII kal. Mai. a° 12°. || Wadding Ann. Minor. III. 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 236. n° 255; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 437. n° 940; *cf.* Palacky Reise 27. n° 142. — »Pia credulitate tenentes.«

» 15 | » | (10572) Archiepiscopis et episcopis ad quos litterae istae pervenerint mandat, ut in suis diocesibus fratribus ordinis Praedicatorum ibidem constitutis absolutione ac dispensatione indigentibus, cum ab eis fuerint requisiti, beneficium absolutionis impendant et dispensent. xvII kal. Mai. a° 12°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 99. n° 178. — »Quia proni sunt.«

» 15 | » | * (10573) Abbatibus Campidonensis ecclesiae perpetualiter usum mitrae indulget. xvII kal. Mai. a° 12°. || Lang Regesta II. 274.

» 15 | » | * (10574) Abbatibus in Uotenburon idem concedit. xvII kal. Mai. a° 12°. || Lang l. c. 274.

» 16 | » | (10575) (Conrado) abbati de Wessisbrunne ord. s. Ben. Augustens. dioc. concedit, ut monasterii sui monachis et conversis, qui pro violenta iniectione manuum in se ipsos, pro detentione proprii et pro negata obedientia vel conspiratione in excommunicationis laqueum inciderint, beneficium absolutionis impendat. xvI kal. Mai. a° 12°. || Leutner Histor. Wessofont. I. 252. — »Petitio tua nobis.«

» 17 | » | (10576) Priori Corbeiensi et decano Novae ecclesiae [*hodie est extincta*] Paderbornens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii monialium in Skaken ord. s. Ben. Paderb. dioc. alienata invenerint illicite vel distracta, ad ius et proprietatem illius legitime revocent. xv kal. Mai. a° 12°. || Schaten Ann. Paderborn. II. 36. — »Dilectorum filiorum praepositi.«

» 17 | » | * (10577) Monasterium s. Vincentii Wratislaviensis ord. Praemonstr. sub b. Petri et sua protectione suscipit. xv kal. Mai. a° 12°. || Grünhagen Regesten I. 193. n° 517.

» 19 | » | * (10578) Bertoldo praeposito in Staingadem confirmat possessiones a duce Welfone fundatore collatas. xIII kal. Mai. indict. X(!). pont. a° 12°. || Lang Regesta II. 274.

» 21 | » | (10579) Episcopo Cenomanensi mandat, ut redemptiones votorum crucesignatorum ac legata et alias deputata succursui Terrae sanctae in Rotomagensi provincia et sua diocesi colligat et tertiam partem ad praesens Petro de Brana crucesignato et duas eidem, cum fuerit in partibus Constantinopolitanis, integre assignet. xI kal. Mai. a° 12°. Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 237. n° 256. — »Praesentium tibi auctoritate.« *Cf.* n° 10590.

» 21 | » | (10580) Duobus abbatibus Cisterciensis ord. Herbipolens. dioc. et Dominicanorum Herbipolensium priori mandat, ut de virtute morum et veritate signorum, operibus videlicet et miraculis piae mem. Brunonis episcopi Herbipolensis († 1045. Mai. 27) inquirant. xI kal. Mai. a° 12°. || Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 63. — »Sicut venerabilis frater.«

» 21 | » | (10581) S. Andreae et S. Viti decanis Frisingens. dioc. et scholastico Frisingensi mandat, compellant rectorem ecclesiae de Rutte [Vogt-Reuth] per subtractionem proventuum, ut in eadem debitam faciat residentiam. xI kal. Mai. a° 12°. || Ratisb. monast. Lib. probat. 172. n° 75. — »Abbas S. Emmerami.«

» 22 | » | (10582) Provinciali in Polonia et Pragensi prioribus ordinis fratrum Praedicatorum committit curam hospitalis s. Francisci Pragensis ad tempus visitandi et reformandi. x kal. Mai. a° 12°. || Wadding Ann. Minor. III. 402. n° 6; Ripolli Bullar. Praed. I. 100. n° 179; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 237. n° 257; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 438. n° 942; *cf.* Palacky Reise 27. n° 143; Grünhagen Regest. I. 194. n° 519. — »Vota devotorum ecclesiae.«

» 24 | » | (10583) Ministro ordinis fratrum Minorum in Navarra et magistro Petro de Leodegaria de ordine fratrum Praedicatorum Pampiloniae commoranti(bus *add. Rip.*) mandat, ut in regno Navarrae contra illos, quos per inquisitionem haereticae labis constiterit esse reos, iuxta sanctiones canonicas et statuta nuper edita procedant. vIII kal. Mai. a° 12°. Wadding l. c. 5. n° 6; Ripoll l. c. 101. n° 181; Sbaralea l. c. 238. n° 258. — »Rumor qui de.«

» 24 resp. 25 | » | (10584) Willelmo Arnaldi ordinis Praedicatorum (et Seraphino de S. Tiberio Minorum *add. Sbar.*) inquisitori(bus *add. Sb.*) haereticorum (et eius collegae *om. Sbar.*) in civitate et diocesi Tolosana mandat, ut re diligenter expensa de his, quae Raymundus Rogerii dictus Minor civis Tolosanus proponit, decernant. vII (vIII *Wadd., Sbar.*) kal. Mai. a° 12°. Wadding l. c. 6. n° 7; Ripoll l. c. 100. n° 180; Sbaralea l. c. 239. n° 259. — »Raymundus Rogerii dictus.«

**1238.**

Apr. 26 Laterani (10585) (Theoderico) episcopo Cumanorum mandat, ut fratrem Pousam de ordine Praedicatorum terrae Bosnae praeficiat in episcopum et pastorem; iniungat eidem, ut de terra Cholim (*al.* Cholimi, Culini bani) diligentem curam in spiritualibus habeat, quousque cum illa per Romanam ecclesiam quod opportunum fuerit, disponatur. vi kal. Mai. a° 12°. ‖ Ripoll l. c. 101; Pray Hierarch. II. 416; Katona Hist. crit. V. 836; Fejér Cod. dipl. IV. I. 124; Theiner Mon. Hungar. I. 162. n° 289; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 54. — »Inspirationis divinae gratia.«

» 27 » (10586) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam b. Dominici confessoris fratrum Praedicatorum de Bononia in die festivitatis eiusdem cum devotione accesserint, indulgentiam 40 dierum concedit. v kal. Mai. a° 12°. ‖ Ripoll l. c. 102. n° 183. — »Quoniam ut ait.«

» 27 » (10587) Praeposito et conventui monasterii in Daubravnik ord. s. Aug. Olomucens. dioc. possessiones, quas quondam Stephanus pater praedicti praepositi eis donaverat, auctoritate apostolica confirmat. v kal. Mai. a° 12°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 354. n° 305, *perperam ad* a. 1239. — »Cum a nobis.«

» 27 » (10588) Magistro et fratribus ordinis Hospitalis concedit possessionem hospitalis s. Francisci Pragensis ab Agnete abbatissa germana regis Boemiae et conventu renunciati. v kal. Mai. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 240. n° 260; Wadding Ann. Min. III. 402. n° 7, *cf.* p. 9; Erben Reg. Bohem. I. 439. n° 943; *cf.* Palacky Reise 27. n° 144; Fejér Cod. dipl. VII. I. 255. — »Carissima in Christo.«

» 27 » * (10589) Praeposito et conventui monasterii de Daubravnik ord. s. Aug. possessiones, quas quondam Stephanus pater dicti praepositi eidem monasterio donaverat, confirmat. v kal. Mai. a° 12°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 354; Erben l. c. 447. n° 966, *perperam ad* a. 1239.

Mai. 4 » (10590) Episcopo Sagiensi mandat, ut redemptiones votorum crucesignatorum ac legata et alias deputata succursui Terrae sanctae in Rothomagensi provincia et sua diocesi colligat et tertiam partem ad praesens Petro de Bruna crucesignato *etc.* assignet. iv non. Mai. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 240. n° 261. — »Praesentium tibi auctoritate.« *Cf.* n° 10579.

» 4 » (10591) Magistro et fratribus Templi de Ungaria et per eos domui Militiae Templi libertates et immunitates, quas eis ad preces magistri Conae ac fratris Franconis Henricus rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae Ramaeque concesserat, prout in eius hîc inserto privilegio plenius continentur, confirmat. iv non. Mai. a° (10°, *sed legendum putaverim*) 12°. ‖ Pray Diss. de prioratu Auranae 7; Katona Hist. crit. IV. 525 *et* V. 773; Fejér Cod. dipl. IV. I. 37; *non integra* ap. Fuxhoffer Monast. (ed. 2da). II. 161; *Henrici diploma etiam* ap. Fejér l. c. II. 329. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 » (10592) Abbatissae et conventui inclusarum ancillarum Christi monasterii s. Francisci Pragensis ord. s. Dam. rigorem regulae in quibusdam temperat. iii non. Mai. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 401. n° 5; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 240. n° 262; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 439. n° 944; *cf.* Palacky Reise 28. n° 145. — »Pia meditatione pensantes.«

» 6 » (10593) Archiepiscopo Toletano scribit, a Portugalliae rege, qui ecclesias et personas ecclesiasticas pene importabilibus oppressionibus tribularet ita ut nulla in regno ipso libertatis ecclesiasticae vestigia remanserint, sine omni culpa magistrum Iohannem decanum Ulixbonensem bis spoliatum esse bonis suis et exulare coactum. Eidem mandat, ut praedicto decano et eius clericis et laicis persecutionem huiusmodi patientibus tam ab ecclesiis cathedralibus et aliis, quam monasteriis regnorum Castellae et Legion. provisionem decentem et congruam faciat assignari, donec persecutione cessante pacificam possessionem ablatorum habeant. ii non. Mai. a° 12°. ‖ (Marini) Archiatri pontificj II. 1. — »Tyrannidem quam Portugalliae.«

» 7 (») (10594) Priori monasterii Clarae-Vallensis concedit facultatem sede abbatis vacante absolvendi monachos ab omni excommunicationis sententia. ‖ Montanbon Priviléges de l'ordre de Cîteaux 291.

» 9 » (10595) Agnetem ancillam Christi, quae munus abbatissae resignaverat, plurimum laudat et ad excelsas virtutes capessendas invitat. vii id. Mai. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 12; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 241. n° 263; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 440. n° 946; Palacky Reise 28. n° 146. — »De conditoris omnium.«

» 11 » (10596) Eandem, quae sedi apostolicae formam vitae confectam ex formula vitae a b. Francisco s. Clarae abbatissae monasterii s. Damiani de Assisio tradita et quibusdam capitulis quae in ordinis b. Damiani regula continentur, ad confirmandum destinaverat, ab observantia praedictae formulae absolvit eique mandat, ut regulam quam transmittat sub bulla sua suscipiat et in monasterio suo futuris temporibus observet. v id. Mai. a° 12°. ‖ Wadding l. c. 10; Sbaralea l. c. 242. n° 264; *omisso initio* ap. Erben l. c. n° 947; *cf.* Palacky l. c. n° 147. — »Angelis gaudium et.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| Mai. 12 | Laterani | (10597) Decano et capitulo ecclesiae Frankenwordensis Maguntinens. dioc. ius patronatus, quod in capella de Bishovesheim ex donatione quondam Philippi praepositi dictae ecclesiae canonice adepti erant, confirmat. IV id. Mai. a° 12°. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 64. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 13 | » | (10598) (Raimundo) episcopo Tolosano et inquisitoribus haereticae pravitatis in terra (Raimundi) comitis Tolosani et partibus Albigensibus mandat, ut inquisitionem haereticae pravitatis et effectum condemnationum latarum in homines dicti comitis, postquam nuntii eiusdem comitis arripuerunt iter ad sedem apostolicam veniendi, usque ad tres menses suspendant. III id. Mai. a° 12°. ‖ Teulet Layettes II. 377. n° 2711. — »Actore Deo fidem.« |
| » 13 | » | (10599) (Arnaldo) Agennensi episcopo *scribit in eundem modum.* III id. Mai. a° 12°. ‖ Teulet l. c. n° 2712. — »Actore Deo fidem.« |
| » 18 | » | (10600) (Sigfrido) archiepiscopo Moguntino et suffraganeis eius, abbatibus, praepositis... et aliis ecclesiarum praelatis per Moguntinam provinciam constitutis mandat, ut illos qui possessiones vel res aut domos abbatis et fratrum de Otterburg Cisterc. ord. Mogunt. dioc. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicent *etc.* XV kal. Iun. a° 12°. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 52. n° 72, *perperam ad* a. 1239. — »Non absque dolore.« |
| » 18 | » | (10601) Compositionem inter abbatem conventumque monasterii s. Salvatoris de Copornuch ord. s. Ben. Vesprimiens. dioc. ex parte una et episcopum Vesprimiensem ex altera, qui illud multipliciter aggravabat et occasione visitationis equum et alia munera extorquebat, amicabiliter initam confirmat. XV kal. Iun. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 163. n° 290; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 85. — »Ea que iudicio.« |
| » 18 | » | (10602) Cantori et capitulo saecularis ecclesiae s. Mariae Stamparum Senonens. dioc. compositionem, quae inter eos ex una parte et archidiaconum Stampensem ex altera super quibusdam redditibus et rebus aliis amicabiliter intercessit, confirmat et communit. XV kal. Iun. a° 12°. ‖ Fleureau Antiq. d'Estampes 336. — »Ea quae in.« |
| » 18 | » | * (10603) Monasterio de Arnesburch Cisterc. ord. privilegium contra molestatores concedit eique indulget, ut nullus in idem excommunicationis sententiam absque speciali sedis apostolicae mandato promulgare possit. XV kal. Iun. a° 12°. ‖ Baur UB. des Klosters Arnsburg 15. n° 26. |
| » 21 | » | (10604) Abbatem et conventum S. Crucis de Edeneburch ord. s. Aug. tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam de Melhinge eis confirmat. XII kal. Iun. a° (10°, *equidem legerim*) 12°. ‖ Liber cart. S. Crucis 175. n° 4. — »Cum a nobis.« |
| » 25 | » | (10605) H(enricum) ducem Zlesiae et Cracoviae monet et hortatur, ut de illatis Gneznensi et archiepiscopo et ecclesiae damnis et iniuriis irrogatis plenam satisfactionem impendens ab ipsorum oppressionibus et molestiis penitus conquiescat. VIII kal. Iun. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1238 § 56; Theiner Mon. Polon. I. 33. n° 71; *cf.* Grünhagen Reg. I. 194. n° 520. — »Cupientes ut ab.« |
| » 26 | » | (10606) Maioris ecclesiae et s. Thomae decanis Argentinensibus scribit de mutilatione digitorum sinistrae manus ac vulneribus per Hameldum, Henricum, Ebelinum et Bertolpum presbyteros canonicos ecclesiae s. Cyriaci Wormatiensis dioc. Ebroldo presbytero canonico ecclesiae nominatae irrogatis et de sententia, quam hac in causa R. Ostiensis episcopus tulit. Mandat eis, ut ipsam sine difficultate qualibet executioni mandent. VII kal. Iun. a° 12°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 18. — »In nostra constitutus.« |
| » 26 | » | (10607) Ludovicum Francorum regem hortatur, ut sedem apostolicam filialis devotionis gratitudine prosequatur. Addit, se templa in Bellovacensi provincia aperire iussisse, donec de redintegrandis illius ecclesiae iuribus agatur. VII kal. Iun. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 43; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 244. n° 265. — »Licet interdum immissiones.« |
| » 29 | » | (10608) Monasterium ss. Cosmae et Damiani de Cella Dei [Gutenzell] Cisterc. ord. Constantiens. dioc. abbatissa eiusque sororibus postulantibus sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. IV kal. Iun. indict. XI. incarn. dom. a° 1238. pont. a° 12°. ‖ Lünig Spicil. eccles. III. (Reichsarch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 99. n° 8; Wirtemberg. UB. III. 421. n° 919. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| Iun. 1 | » | (10609) Priori et conventui S. Mariae Novae in Ierusalem de Venetiis significat, se inhibere, ne quis praeter mandatum sedis apostolicae in eos vel monasterium ipsum excommunicationis vel interdicti sententiam promulget. Kal. Iun. a° 12°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. IV. 42. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 3 | » | * (10610) Ad Fridericum imperatorem Romanorum mittit legatum Ardinghum episcopum Florentinum, qui illum oret, ne iura gentium violet et ut Petrum Saracenum suum legatum captivum liberet; tum ut arma contra non confoederatos deponat remque iu- |

**1238.**

| | | |
|---|---|---|
| | | dicio ecclesiae permittat; tertio ut ea in Sarracenos convertat. III non. Iun. 1238. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 117. |
| Iun. 4 | Laterani | (10611) Regem Lusitaniae admonet, ut ab ecclesia affligenda desistat, decanum Ulyssiponensem aliosque iniuste oppressos in patriam revocet *etc.* II non. Iun. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 50. — »Si tua sublimitas.« |
| » 4 | » | (10612) (Petro?) archiepiscopo Gneznensi concedit, ut per suam provinciam ante se deferri faciat crucis signum, nisi cum apostolicae sedis legatus in Polonia fuerit constitutus. II non. Iun. a° 12°. ‖ Raynald. l. c. § 61; Theiner Mon. Polon. I. 34. n° 72. — »Considerans diligenter quod.« |
| » 5 | » | (10613) (Henrico) episcopo Constantiensi mandat, inducat plebanum de Boze [Boos], ut abbatissae et conventui eiusdem loci Cisterc. ord. aream, quam infra septa eiusdem claustri habeat, hilariter conferat, cum illae cupiant infra claustri sui ambitum recludi secundum alias Cisterciensis ordinis moniales. Non. Iun. a° 12°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 423. n° 921. — »Debitum iuris et.« |
| ». 7 | » | (10614) Fratres militiae Templi in obsidione Alepiae a Sarracenis captos et in vinculis tentos consolatur: »Nos, licet a vobis longis simus locorum spatiis separati, ad liberationem tamen vestram ... opem dabimus et operam efficacem.« VII id. Iun. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1237 § 85. — »Ex frumento panis.« |
| » 7 | » | (10615) Eisdem indulget, ut a fratre Manasserio vel quolibet alio ordinis Minor. fratre vel a sacerdotibus Iacobitis absolvi possint. VII id. Iun. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 245. n° 266. — »Auctoritate vobis praesentium.« |
| » 8 | » | (10616) (Henrico) episcopo Constantiensi, abbati S. Urbani Cisterc. ord. Constant. dioc. et praeposito Spirensi mandat, ut excommunicationis et interdicti sententias, quas (Sigfridus) archiepiscopus Maguntinus propter litigiosam Curiensis episcopi electionem contra G(eronem) praepositum Ymbriacensem electum Curiensem promulgaverat, relaxent et tam electoribus quam electis, *i. e.* Geroni praefato et Volcardo canonico Curiensi, peremptorie terminum praefigant, quo personaliter compareant coram apostolico iustam recepturi sententiam. VI id. Iun. a° 12°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 20. — »Ex parte decani.« |
| » 9 | » | * (10617) Praepositum S. Emerami et quosdam alios in causa monasterii Altahensis [Niederaltaich] contra P. de Geroltingen, nobiles viros Alramum de Halse, W. et ... fratres de Schawbenberk *etc.* praetensas decimas concernente iudices delegat. V id. Iun. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 276. |
| » 20 | » | * (10618) Bernardo abbati et conventui monasterii Crassensis locum et ecclesiam s. Vincentii ante Valentiam confirmat, quam eis a. 1237. Iul. 9 Iacobus rex Aragonum donaverat, ut ibi faciant conventum ad honorem Domini et s. Mariae. XII kal. Iul. a° 12°. ‖ Mahul Cartul. II. 271. |
| » 21 | » | (10619) Capitulo Aurelianensi nunciat, se electionem (Guilelmi de Buxis) quondam Remensis praepositi in episcopum Aurelianensem confirmare. XI kal. Iul. a° 12°. ‖ Notices et extraits XXI. II. 245. — »Auditis et intellectis.« |
| » 26 | » | (10620) Apamiensi et Mancestano archiepiscopis mandat, inducant Armenorum praelatum qui Catholicos vulgariter appellatur, ut patriarchae et ecclesiae Antiochenis humiliter obediat et intendat. VI kal. Iul. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 34. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 26 | » | (10621) Willelmo poenitentiario suo et decano Parisiensi consulentibus respondet »quod legata in Terrae sanctae subsidium, quae testator certis assignari personis vel per certas personas in ipsius subsidium deferri mandavit, exigere« non possint. VI kal. Iul. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 403. n° 8; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 245. n° 267. — »Consultationi vestrae sic.« |
| » 28 | » | (10622) (Petro) episcopo Castellano mandat, ut perturbatores monasterii s. Mariae matris Christi de Venetiis ord. s. Damiani ab iniustis molestiis coerceat. IV kal. Iul. a° 12°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VI. 161; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 245. n° 268. — »Cum sicut accepimus.« |
| (Mrt. 30-Iun. 29) | » | (10623) (Vitali) archiepiscopo Pisano mandat, suadeat ut fratribus ord. Minorum de Pisis legata et donationes eis facta integre solvantur. III kal. (Apr.—Iul.) a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 246. n° 271. — »Sicut nostris est.« |
| » — | Anagniam.« | »(Mense Iunio) Gregorius papa *Urbem* exiens venit ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1040 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1029 — »A° postmodum 12° pontificatus sui *Anagniam* properans suspecti aeris declinavit insultus.« ‖ Vita Gr-i ex card. Arag. ap. Muratori l. c. III. I. 582. A. |
| Iul. 15 | Anagniae | (10624) Roberto archidiacono Rossensi, cui Rossensis episcopus ecclesiam de Forthedino et capellam de Lesselino necnon terras et decimas bladi ecclesiarum de Ederdover, |

| | | 1238. |
|---|---|---|
| | | Longibride et Lemnalare in praebendam concesserat, hanc concessionem confirmat. Id. Iul. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 38. n° 97. — »Cum a nobis.« |
| Iul. 20 | Anagniae | (10625) (Blancham) reginam Franciae hortatur, ut ad relevationem Romaniae imperii secundum suam potentiam efficax consilium et auxilium impertiri studeat. XIII kal. Aug. a° 12°. ‖ Teulet Layettes II. 384. n° 2729. — »Procuramus tibi augmentum.« |
| » 21 | » | (10626) (Sigfrido) Maguntino et (Gaufrido) Bisuntino archiepiscopis mandat, ut Petrum de Berno imperialem iustitiarium, Uldricum de Murach militem et quosdam alios fautores eorum, qui iniectis in (Bonifacium) Lausanensem episcopum manibus violentis ceperant eundem non absque gravi corporis laesione ac ipsum vestibus turpiter laniatis equo, capa, pileo et annulo spoliarant, singulis diebus dominicis et festivis per provincias suas excommunicatos denuncient. XII kal. Aug. a° 12°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 23. — »Grandis et gravis.« |
| » 28 | » | (10627) Abbati de Bocham Cisterc. ord., R. priori hospitalis Ierosolymitani in Ungaria et Sclavonia et magistro Lucae archidiacono Supruniensi Wesprimiens. et Geuriens. dioec., qui, cum (Bulchu) Cenadiensem episcopum non invenerint gravi infirmitate corporis laborare, licet eundem invenerint tantum habere defectum luminis, ut inhabilis sit ad pontificale officium exercendum, ad executionem mandati apostolici non processerant, mandat, ut, nisi dictus episcopus cedere velit, coadiutorem ei deputent. V kal. Aug. a° 12°. ‖ Katona Hist. crit. V. 830; Fejér Cod. dipl. IV. I. 123; Theiner Mon. Hungar. I. 163. n° 291. — »Olim intellecto quod.« |
| » 31 | » | (10628) Tyrensi archiepiscopo, Acconensi et Anteradensi episcopis mandat, ut patriarchae Antiocheni dignitatem a principis Antiocheni iniuriis vindicent. II kal. Aug. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 35. — »Gravem venerabilis fratris.« |
| » — | Anagniam | »Hoc mense (*i. e.* Iulii) fr. Iohannes Capuanus Casinensis monachus in abbatem S. Salvatoris de Telesia per papam Gregorium apud consecratus est, qui mense Augusto infirmitate correptus obiit.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1040 (ap. Ughelli Ital. sacr. III. [1647.] 1029; ap. Gattula Hist. Cassin. 488). |
| Aug. 6 | Anagniae | (10629) Episcopo, decano et magistro scholarum Auriensibus mandat, ut fratres ordinis Minorum provinciae Braccarensis ab iniuriis defendant. VIII id. Aug. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 403. n° 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 246. n° 269. — »Sub religionis habitu.« |
| » 6 | » | (10630) Eisdem mandat, ut benefactores eorundem fratrum, qui pro eo quod ipsis benefaciunt multis afficiuntur iniuriis, opportuni favoris gratia prosequantur. VIII id. Aug. a° 12°. ‖ Wadding l. c. n° 10; Sbaralea l. c. n° 270. — »Arbitrantes indignum quod.« |
| » 8 | » | (10631) (Belae) regi Ungariae concedit, ut, postquam se accinxit ad laborandum contra haereticos et schismaticos, crucis signum tam in eundo quam morando et redeundo ante se ac exercitum faciat baiulari. VI id. Aug. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 19; Katona Hist. crit. V. 832; Fejér Cod. dipl. IV. I. 120; Theiner Mon. Hungar. I. 164. n° 293. — »In coelorum rege.« |
| » 8 | » | (10632) Archiepiscopos et episcopos per Hungariam constitutos rogat et hortatur, ut, cum (Bela) rex cum exercitu suo Assani terram intraverit, ad prosperandam eiusdem expeditionem qualibet sexta feria singulis septimanis processionem solemnem facientes Dei auxilium suppliciter exorent. VI id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. 164. n° 294; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 55; *deficiente initio dederunt* Raynald. l. c. § 20; Schmitth Episc. Agriens. I. 149; Katona l. c. 833; Fejér l. c. 121. — »Et sibi karissimus.« |
| » 8 | » | (10633) Archiepiscopo Strigoniensi et episcopo Perusino apostolicae sedis legato mandat, ut Cartusiensem ordinem inducant in monasterium de Erche ord. s. Ben. situm in insula loci secreti, quod adeo sit collapsum, ut reformari in ordine suo minime possit. VI id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. I. 164. n° 292; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 86. — »Illa prerogativa dilectionis.« |
| » 9 | » | (10634) (Belae) regi Ungariae significat, se non intendere, Bulgariae regnum in eius praeiudicium alicui concedere. V id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. 166. n° 297; Mon. Hung. hist. l. c. 88; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum sicut nobis.« |
| » 9 | » | (10635) (Belam) regem Ungariae et omnia bona eius, postquam se accinxit contra gentem apostatricem, haereticos videlicet et schismaticos terrae Assani ac ipsum Assanum, sub protectione b. Petri suscipit, statuens ut extunc ea omnia sub speciali apostolicae sedis et papae defensione consistant, donec de regis reditu vel obitu certissime cognoscatur. V id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. 166. n° 298; Mon. Hung. hist. l. c. 89; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum de superni.« |
| » 9 | » | (10636) Archiepiscopo Strigoniensi et episcopo Watiensi mandat, ne permittant, ut praefatus rex contra hunc protectionis et constitutionis tenorem ab aliquibus indebite mo- |

**1238.**

lestetur. v id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. 167. in n° 298; Mon. Hung. hist. l. c. 89. — »Cum de superni.«

Aug. 9 Anagniae (10637) (Belae) regi Ungariae, qui petierat, ut ipsi legationis officium in terra Assani committatur, etiam concedatur potestas limitandi dioceses, instituendi episcopos et distinguendi parochias, necnon et terram quae Zemram nominatur, alicui episcopatui applicandi, concedit in effectu, ut possit assumere quemcunque maluerit de archiepiscopis vel episcopis regni sui, qui praemissa de eius consilio exequatur. Addit, se liberam concessisse facultatem priori provinciali fratrum Praedicatorum et ministro fratrum Minorum provinciae Strigoniensis universis crucesignatis eiusdem regni commutandi vota sua, ut rex ad assumpti expeditionem negotii fortius animetur *etc.* v id. Aug. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 2. n° 3; Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 17 *omisso initio*; Ripolli Bullar. Praed. I. 102. n° 184; Katona Hist. crit. V. 824; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 247. n° 272; Fejér Cod. dipl. IV. I. 115; Theiner l. c. 165. n° 295. — »Litteras quas nobis.«

» 9 » (10638) Episcopo Perusino apostolicae sedis legato mandat, ut illi archiepiscopo vel episcopo, quem (Bela) Ungariae rex legatum in terra Assani (domini Blachorum) assumat, tribuat liberam facultatem limitandi dioceses, instituendi episcopos et distinguendi parochias necnon et terram quae Zemram nominatur, alicui applicandi. v id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner l. c. I. 166. n° 296; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 87; *cf.* Raynald. l. c. § 18. — »Cum carissimus in.«

» 9 » (10639) Priori provinciali fratrum Praedicatorum de Ungaria et ministro fratrum Minorum provinciae Strigoniensis mandat, ut, universis crucesignatis regni Ungariae commutandi vota in subsidium facultate concessa, praedicent contra Assanum, haereticos et schismaticos terrae Assani et alios per totam Ungariam verbum crucis, *etc.* v id. Aug. a° 12°. ‖ Wadding l. c. III. 4. n° 4; Ripolli Bullar. Praed. I. 103. n° 185; Sbaralea l. c. 248. n° 273; Katona l. c. 828; Fejér l. c. 119; Theiner l. c. 167. n° 299; *cf.* Raynald. l. c. § 18. — »Sicut litterae carissimi.«

» 9 » (10640) Abbatissae et sororibus inclusis monasterii s. Cosmae trans Tiberim de Urbe ord. s. Dam., quibus (Ubertinus) abbas et conventus monasterii de Farneto (Aretin. dioc.) ecclesiam s. Cornelii prope insulam, quae vocatur Castrum s. Petri, in loco qui dicitur Maceran. (Maceramus *Diss. d. p. acc.*) Portuensis dioc. concesserant in perpetuum, concesso autem pro permutatione de mandato apostolico monasterio s. Crispoliti Assisinat. dioc. abbati et conventui supradictis, hanc concessionem seu permutationem confirmat, inserens tenorem instrumenti. v id. Aug. a° 12°. ‖ Wadding l. c. III. 404. n° 11; Sbaralea l. c. 249. n° 274; *cf.* Dissert. della pont. accad. Rom. di archeol. XV. (1864.) 243. n° 60, *ubi ad mens.* Iulii. — »Quoties a nobis.« *Cf.* 1238. Dec. 17. n° 10683.

» 10 » (10641) (Ludovico) regi Franciae significat, se iuxta eius preces (Guidoni) episcopo Soranensi apostolicae sedis legato commisisse absolutionem (Raimundi) comitis Tholosani. IV id. Aug. a° 12°. ‖ Teulet Layettes II. 386. n° 2736. — »Pro nobili viro.«

» 12 » (10642) Cancellario Parisiensi mandat, moneat barones et balivos Burgundiae, ut Theobaldum de Cicons fratrem cantoris S. Stephani Bisuntini et complices eius sub ipsorum potestate existentes, qui Bisuntinum archiepiscopum, iniectis in eum manibus, per violentiam spoliaverant et quendam socium eius canonicum Bisuntinum nequiter captivatum diu in carcere detinuerunt, compellant ad restituendum integre sic ablata et de illatis damnis et iniuriis debitam satisfactionem eis impendendum. II id. Aug. a° 12°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 82. — »Grandem et gravem.«

» 12 resp. 13 » * (10643) Monasterio de Wilzeburc (ord. s. Ben.) concedit liberam sepulturam. Id. Aug. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 277; *ad* Aug. 12: 36. Jahresbericht des hist. Vereins von Mittelfranken (Ansbach 1868) 15.

» 20 » (10644) (Guidoni) episcopo Soranensi apostolicae sedis legato mandat, ut, sufficiente cautione accepta, (Raimundo) comiti Tholosano absolutionis beneficium a sententiis excommunicationum in ipsum prolatis impendat. XIII kal. Sept. a° 12°. ‖ Teulet Layettes II. 386. n° 2738. — »Ex parte nobilis.«

» 20 » * (10645) Archiepiscopos, episcopos, abbates *etc.* admonet, ut emendent quod corrigere neglexerint, videlicet ut parochianos suos, de quibus fratres hospitalis Hierosolymitani querelas deponunt, ad iustitiam exhibendam compellant. XIII kal. Sept. a° 12°. ‖ K. v. R. Regesten der Johann.-Comthurei Tobel 35. n° 7, *perperam ad* 1239. Sept. 20.

» 23 » (10646) Abbatissam ac conventum monasterii s. Laurentii de Collazone Tudertin. dioc., quibus quadam ex causa libertatis privilegium ademerat, in statum pristinae libertatis reducit et litteras contrarias ad (Bonifacium) Tudertinum episcopum super hoc destinatas penitus revocat. X kal. Sept. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 252. n° 275; *cf.* 300. — »Arca foederis quae.«

» 23 » (10647) (Bonifacio) Tudertino episcopo de superiore epistola significat inhibens, ut in monasterio et conventu praedictis necnon et bonis suis nihil sibi vendicet. X kal. Sept. a° 12°. ‖ Sbaralea l. c. 253. n° 276. — »Arca foederis quae.«

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| Aug. 26 | Anagniae | (10648) Repetit nº 8701 de 1231. Apr. 9: »vii kal. Sept. aº 12º« — »Cum dilectis filiis.« ‖ Strehlke Tab. 354. nº 467. |
| » 28 | » | (10649) Archiepiscopis episcopis abbatibus prioribus decanis archidiaconis praepositis archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis mandat et praecipit, ut illos qui fratres hospitalis Ierosolimitani turbare praesumant vel eorum possessiones res domosque invaserint, excommunicationis sententia percellant. v kal. Sept. aº 12º. ‖ Zeerleder Urk. der Stadt Bern I. 315. nº 218; *cf.* K. v. R. Regesten der Johann.-Comthurei Tobel 35. in nº 6; Stettler Regesten 112. nº 2. — »Non absque dolore.« |
| » 28 | » | (10650) (Belam) regem Ungariae monet et hortatur, faciat, ut monasterio s. Martini de Pannonia ecclesia in Monte Quinzin, insula Obda in Danubio, tributum de foro et portu Budruo, quae a comitibus Demetrio et de Budrug temere occupantur, restituantur. v kal. Sept. aº (11º, *sed scribas*) 12º. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 68. — »Etsi tamquam princeps.« |
| Sept. 3 | » | (10651) Archiepiscopo Burdegalensi et episcopo Xantonensi mandat, ut legata aut alio modo concessa pro subsidio Terrae sanctae in provincia Burdegalensi, excepta diocesi Pictavensi, ad communes expensas exercitus Domini de conscientia fratris Willelmi ord. Minor. poenitentiarii sui colligant, cum instet passagium Terrae sanctae, prout sit a (Theobaldo) rege Navarrae comite Campaniae *etc.* ordinatum. iii non. Sept. aº 12º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 253. nº 277. — »Cum iam proximo.« |
| » 4 | » | (10652) (Barnimo?) duci Pomeraniae, suasu (Uffonis) archiepiscopi Lundensis et (?) Roscildensis episcopi annuens petitioni (Waldemari) regis Daciae, permittit ut (Mariannam filiam Alberti comitis de Orlamünde) neptem illius regis in matrimonium ducat ad sedandas inimicitias capitales inter Danos et Slavos iam exortas. ii non. Sept. aº 12º. ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 772; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 568; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1238 § 62; Porthan Bullar. access. 33. nº 34; Klempin Pommersches UB. I. 275—282. nº 360. — »Ad hoc Deus.« *Cf.* nº 10512. |
| » 4 | » | (10653) Abbatibus, prioribus, praepositis nec non universis canonicis Praemonstratensis ordinis concedit, ne archiepiscopi vel episcopi aut sedis apostolicae legati vel nuncii aut reges, duces *etc.* ecclesias per potentiam ipsis auferre aut excommunicationis, privationis, interdicti sententiis subiicere, vel procurationes, exactiones, tallias *etc.* ab ipsis praesumant exigere *etc.* ii non. Sept. aº 12º. ‖ Dreger Cod. Pomer. I. 197. nº 125; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 594. nº 277. — »Quia igitur vos.« |
| » 16 | » | (10654) Universos Christi fideles per Maguntinam provinciam constitutos monet et hortatur, ut, cum iuxta relationem Raynaldi de Puzallia subdiaconi sui, praepositi et capituli ecclesiae Franckefordensis eadem ecclesia et turres ipsius, in quibus campanae pendebant, nimia sint vetustate consumptae, de bonis suis pias elemosinas et grata subsidia eis erogent ad feliciter consummandam per hanc subventionem reparationem operis tam pii. xvi kal. Oct. aº 12º. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 65. — »Quoniam ut ait.« |
| » 21 | » | • (10655) Grégoire autorise Thibaut comte de Champagne à charger de la garde de sa terre, pendant son voyage en Terre-sainte, deux croisés, pourvu que ces croisés ne soient point barons. Ils auront la même indulgence que s'ils allaient en personne outre-mer au secours de la Terre-sainte. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 365. nº 2475. |
| » 22 | » | (10656) Magistro et fratribus domus militiae Templi in Teutonia decimas novalium de Custrina, quas (Laurentius) episcopus Lubucensis (aº 1232) eis donavit, confirmat. x kal. Oct. aº 12º. ‖ Gercken Cod. V. 283; Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Hauptth. XIX. 4. nº 5. — »Cum a nobis.« |
| » 24 | » | (10657) Archiepiscopo, decano et cantori Bracarensibus mandat, ut sententias ab episcopo Portugallensi in fratres ordinis Praedicatorum latas faciant irritas. viii kal. Oct. aº 12º. ‖ Malvenda Annal. Praedic. 616; Ripolli Bullar. Praed. I. 103. nº 186. — »Olim venerabilem fratrem.« |
| » 24 | » | (10658) Universis Christi fidelibus monasterio s. Matthaei Cisterc. ord. Torcellanae dioc. subsidia et eleemosynas erogantibus indulgentiam 20 dierum concedit. viii kal. Oct. aº 12º. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. i. 319. — »Quoniam ut ait.« |
| » 27 | » | (10659) Episcopo Magalonensi mandat, compellat per subtractionem proventuum priores et rectores ecclesiarum curam animarum habentium suae dioecesis, ut ordinem sacerdotalem assumant et in praedictis ecclesiis resideant. v kal. Oct. aº 12º. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 558. nº 33. — »Tua nobis fraternitas.« |
| » 28 | » | (10660) Arnaldo canonico S. Mariae ad gradus Maguntino concedit facultatem studendi adhuc in iure per triennium et percipiendi per ipsum tempus proventus suos ecclesiasticos, exceptis distributionibus quae consueverunt tantum residentibus et his qui intersunt horis canonicis ministrari. iv kal. Oct. aº 12º. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 25. — »Querentibus in agro.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| Oct. 1 | Anagniae | (10661) Abbati et conventui monasterii s. Mariae de Gloria Florensis Anagninae dioc. ecclesiam s. Iohannis in pede montis castri Sarmineti a (Gregorio) Terracinensi episcopo eis concessam confirmat, tenorem ipsius instrumenti suis inserens litteris. Kal. Oct. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1295; Contator Hist. Terracin. 402. — »Cum a nobis.« |
| » 14 | » | (10662) Potestatibus et communi castrorum Civitatis Novae et Montis Sancti Firmanae dioc. interdicit, ne accedentes ad portus maris infra ipsorum districtum offendant. II id. Oct. a° 12°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 110. n° 190. — »Vestris devotis precibus.« |
| » 15 | » | (10663) Abbatissam et conventum monasterii s. Mariae de Porta Coeli siti iuxta villam Tuscinoiz ord. Cisterc. Olomucens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Id. Oct. a° 12°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 349; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 444. n° 956. — »Quotiens a nobis.« |
| post » 15 | ad Urbem.« | »Mense Octobris Gregorius papa de *Anagnia* rediit ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1040 (ap. Ughelli Ital. sacra III. 1029). — »Aestatis suspicione cedente summus pater ad Urbem regreditur.« ‖ Vita Gr-i ex card. Arag. ap. Muratori l. c. III. I. 582. B; *in* Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 73. |
| Nov. 4 | Laterani | (10664) (Petro) archiepiscopo Rothomagensi mandata dat contra clericos locorum ad monasterium s. Dionysii in Francia Paris. dioc. pleno iure spectantium in minoribus ordinibus constitutos, qui negotiationes saeculares ac etiam damnabile lucrum exercent usurarum. II (XII *Doubl.*) non. Nov. a° 12°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 571. — »Exhibita nobis dilectorum.« |
| » 4 | » | (10665) (Bonifacio) episcopo Tudertino mandat, ut, privilegio monasterii s. Laurentii de Collazone perstante, in illius capellis, excepta ecclesia s. Iohannis de Monte, officii sui debitum exequatur. II non. Nov. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 254. n° 278. — »Licet monasterium sancti.« |
| » 5 | » | (10666) Willelmo de ordine fratrum Minorum poenitentiario suo mandat, ut redemptiones votorum crucesignatorum in duabus diocesibus regni Franciae colligat et episcopo Nivernensi crucesignato, postquam iter transmarinum arripuerit, faciat assignari. Non. Nov. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 407. n° 12; Sbaralea l. c. n° 279. — »Cum venerabilis frater.« |
| » 5 | » | (10667) (Wenceslaum) regem Boemiae monet et hortatur, ut pro reverentia Constantiae reginae matris suae tempore dedicationis ecclesiae b. Mariae V. (in Tišnowice), in qua conventus monialium inclusarum sub institutis ordinis Cisterciensis Domino famulantur, quatuor septimanis ante ac quatuor post diem dedicationis eiusdem, universis ad eam venientibus thelonea et passagia per terras suas relaxet. Non. Nov. a° 12°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 349. n° 300; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 445. n° 958. — »Cum ecclesiam quam.« |
| » 8 | » | (10668) Universos Christi fideles per Veronensem civitatem et diocesim constitutos rogat et hortatur, ut sororibus monasterii s. Mariae in Campo Martio Veronensis ord. s. Dam., quae monasterium aedificare inceperant, elemosynas et grata caritatis subsidia ad opus consummandum erogent. VI id. Nov. a° 12°. ‖ Biancolini Chiese di Verona IV. 690. — »Quoniam ut ait.« |
| » 24 | » | (10669) Ludovicum Francorum regem rogat et hortatur, interponat partes suas secreto et singillatim apud praelatos regni sui, ut liberaliter assentiant, quod ecclesiae et clerici suarum diocesum in tricesima redditum suorum usque ad triennium Terrae sanctae et imperio Constantinopolitano provideant. VIII kal. Dec. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 255. n° 280. — »Inaestimabilis muneris gratiam.« |
| | | * *De eodem argumento* Reginae Francorum — Angliae regi — Richardo Cornubiae comiti. |
| » 26 | » | (10670) Willelmo de ordine fr. Minorum poenitentiario suo mandat, ut redemptiones votorum, quas per abbatem Bellae Villae ac Petrum de Philisthiim ord. Min. in terra H. domini Belliloci colligi mandaverit, eidem nobili proficiscenti in subsidium imperii Romani(ae) faciat assignari. VI kal. Dec. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 407. n° 13; Sbaralea l. c. 256. n° 281. — »Cum nobilis vir.« |
| » 26 | » | (10671) Colomanum Sclavoniae ducem rogat et hortatur, ut Balduinum haeredem imperii Romaniae et comitem Namurcensem ac alios ad instans passagium Martii in subsidium praedicti imperii se accingentes, si transeant, benigne recipiat eisque securum conductum impertiatur. VI kal. Dec. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 26; Katona Hist. crit. V. 834; Fejér Cod. dipl. IV. I. 124; Theiner Mon. Hungar. I. 167. n° 300. — »Licet hactenus Constantinopolitano.« |
| » 26 | » | (10672) Ducem et consilium Venetorum rogat et monet, ut civitati Constantinopolitanae in instanti passagio Martii sic congrua curent subventione succurrere, »quod vestro auxilio mediante eadem civitas usque ad adventum praefati exfortii se valeat ab hostibus viriliter defensare.« VI kal. Dec. a° 12°. ‖ Theiner l. c. 168 in n° 300. — »Licet hactenus Constantinopolitano.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1238.** |
| Nov. 29 | Laterani | • (10673) Grégoire charge (Garnier?) abbé de Jouy, de faire une enquête sur l'exactitude des assertions de Thibaut comte de Champagne, qui aurait extorqué par nécessité une somme d'argent considérable aux hommes et aux juifs de sa terre, qui ne peut la restituer faute de retrouver ces hommes, ces juifs ou leurs héritiers, et qui propose d'appliquer cette somme au secours de la Terre-sainte. L'abbé décidera ce qu'il jugera plus expédient dans l'intérêt de l'âme de Th. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 366. nº 2481. |
| » 29 | » | • (10674) Le même à Th., aux comtes, aux barons et à tous les croisés de France. Ils lui ont envoyé un ambassadeur pour lui demander un légat qui serait chef de l'armée. Grégoire n'étant pas sûr qu'ils soient parfaitement d'accord, attend des renseignements plus positifs. ‖ Jubainville l. c. nº 2482. |
| Dec. 2 | » | (10675) (Gualtero) Senonensi et (Petro) Rothomagensi archiepiscopis et fratri Willelmo de ordine fr. Minorum poenitentiario suo mandat, ut senes, debiles et infirmos a voto transeundi in Terrae sanctae subsidium absolvant. IV non. Dec. aº 12º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 407. nº 14; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 256. nº 282. — »Cum sicut accepimus.« |
| » 4 | » | • (10676) Grégoire prévient les abbés (R.) de Chezy et (Guermond?) de Val-Secret et le prieur de Chezy, que Thibaut comte de Champagne va partir pour la Terre-sainte. Quand Th. sera outre-mer, ils lui feront parvenir les sommes payées pour rachat des voeux par les croisés de sa terre et des terres de ses vassaux. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 367. nº 2484. |
| » 5 | » | (10677) Ducem Venetum et civitatem Venetiarum, cum dicta civitas erga Romanam ecclesiam devotionem et fidem semper habuerit, sub b. Petri et sua protectione suscipit. Non. Dec. aº 12º. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1265; Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 74; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1571. nº 35. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 8 | » | (10678) Balduino heredi imperii Romaniae ad partes Constantinopolitanas per regnum Ungariae et alia loca proficiscenti concedit, ut, si forsan iuramentum in Constantinopolitani imperii laesionem ab eo violenter fuerit extortum, ad observationem illius nullatenus teneatur. VI id. Dec. aº (10º, *sed legas*) 12º. ‖ Raynald. l. c. § 27. — »Cum sicut in.« |
| » 9 | » | (10679) Abbati et conventui monasterii s. Mariae Scottorum in Wienna ecclesiam de Pulka, cuius ius patronatus ad eos pertinebat et quam (Rudiger) Pataviensis episcopus loci diocesanus monasterio eorum in usus proprios retinendam concessit, auctoritate apostolica confirmat. V id. Dec. aº 12º. ‖ Hauswirth Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XVIII.) 37. — »Cum a nobis.« |
| » 14 | » | (10680) Hedwici de Sebhet viduae Maguntin. dioc. villam de Werd eiusdem dioc., quam ei Hermannus iunior et Henricus lantgravii Turingiae servitiorum obtentu, quae b. Helysabet cum adhuc viveret fideliter impenderat, liberali contulerant pietate, confirmat. XIX kal. Ianr. aº 12º. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 27. — »Iustis petencium desideriis.« |
| » 15 | » | (10681) Maiori archidiacono Redonensi mandat, ut Andreae de Vitriaco pro iuramento illicito de matrimonio Philippae filiae cum Willelmo Minorum ordinem ingresso poenitentiam imponat et postulata concedat. XVIII kal. Ianr. aº 12º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 256. nº 283. — »Sua nobis nobilis.« |
| » 16 | » | (10682) (Engelhardo) Numburgensi episcopo, praeposito Merseburg(ens)i et abbati de Sichem Alberstad. dioc. mandat, ne permittant ut, cum Heinricus quondam advocatus de Gera et I(utta) relicta ipsius, habitu religionis assumpto, filios reliquerint adhuc in aetate tenera constitutos, nec sit qui eis tuitionis praesidium largiatur, illi »quos nostra volumus protectione gaudere,« quousque ad legitimam 25 annorum aetatem pervenerint, a quoquam indebite molestentur. XVII kal. Ianr. aº 12º. ‖ (P. Beckler) Stemma Ruthenicum (Schleitz 1684. fol.) 483; *fragm.* ed. A. Cohn *in* Forschungen z. deutschen Gesch. IX. (Götting. 1869) 552. not. 4. — »Viduis et orphanis.« |
| » 17 | » | (10683) Abbati et conventui monasterii s. Mariae de Farneto ord. s. Ben. Aretin. dioc. permutationem monasterii s. Crispoliti Assisinat. dioc. cum ecclesia s. Cornelii prope insulam quae vocatur Castrum s. Petri ad moniales S. Cosmae trans Tiberim de Urbe ord. s. Dam. spectante confirmat. XVI kal. Ianr. aº 12º. ‖ Wadding Ann. Min. III. 408. nº 15; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 257. nº 284. — »Quoties a nobis.« *Cf.* 1238. Aug. 9. |
| » 17 | » | (10684) Abbatissam et conventum monasterii s. Angeli de Panzo ord. s. Dam. Assisinat. dioc. patrocinandas suscipit, specialiter autem possessiones et alia bona eis confirmat. XVI kal. Ianr. aº 12º. ‖ Sbaralea l. c. 258. nº 285. — »Cum a nobis.« |
| » 18 | » | (10685) Abbatissam et conventum S. Francisci Pragensis absolvit a forma ieiunii, ad cuius observantiam se obligaverant, cum religionis habitum assumerent. XV kal. Ianr. aº 12º. ‖ Wadding l. c. 408. nº 16; Sbaralea l. c. 258. nº 286; Erben Reg. Bohem. I. 445. nº 960; *cf.* Palacky Reise 28. nº 148. — »Ex parte charissimae.« |
| » 20 | » | (10686) Abbati S. Stephani Herbipolensis scribit, Rudegerum civem Bambergensem et alios laicos Bambergens., Herbipolens. et Ratisponens. diocc. multa extorsisse ab abbate |

**1238.**

et conventu S. Michaelis Bambergensis nomine usurarum *etc.* Mandat ei, compellat illos ut iniuste accepta restituant. XIII kal. Ianr. a° 12°. || Schweitzer UB. des Abtes Andreas I. 69 *omisso initio.*

Dec. 21 — Laterani — (10687) (Rudegero) episcopo Pataviensi abbatis et conventus Scotorum de Wienna supplicationibus inclinatus mandat, ut festum b. Gregorii confessoris et pontificis gloriosi per omnes ecclesias Pataviensis diocesis sollempniter celebrari faciat. XII kal. Ianr. a° 12°. || Hauswirth Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XVIII.) 38. n° 29. — »Ecclesiae sanctae catholicae.«

» 22 — » — (10688) (Colomanum regem et ducem totius Sclavoniae) laudat, quod vigilet, ut, de Bosnae partibus deletis pravitatis haereticae maculis, ibidem fulgeat lumen catholicae puritatis; ipsum hortatur ad bene coepta prosequenda. XI kal. Ianr. a° 12°. || Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 53; Katona Hist. crit. V. 841; Fejér Cod. dipl. IV. I. 128; Theiner Mon. Hungar. I. 168. n° 301. — »De superni regis.«

» 22 — » — (10689) Abbati Waradiensi ord. s. Ben. Quinqueeccles. dioc. significat, se (Pousae) episcopo Bosnensi plenae legationis officium commisisse ad delendam de Bosnensi diocesi maculam haereticae pravitatis, eique mandat, ut ad assequendum super hoc prosperitatis incrementum bona, quae pro redemtione votorum crucesignatorum Ungariae contra haereticos eiusdem diocesis sunt habita vel haberi poterunt in futurum, colligat et praefato assignet episcopo. XI kal. Ianr. a° 12°. || Koller Hist. episc. Quinqueeccles. II. 109; Fejér l. c. 128; Theiner l. c. 169. n° 303. — »Gerentes in desideriis.«

» 22 — » — (10690) Eidem mandat, faciat ut pecunia a Iula bano in subsidium praedicti negotii legata et apud fratres ordinis Praedicatorum Quinqueecclesienses deposita eidem episcopo assignetur. XI kal. Ianr. a° 12°. || Koller l. c. 110; Fejér l. c. 129; Theiner l. c. 169. n° 304. — »Apud dilectos filios.«

» 22 — » — (10691) Fratribus ordinis Praedicatorum (Quinqueecclesiensium *Thein.*) Bosnensibus mandat, ut pecuniam a (Nicosclauo) duce Bosniae, antequam in haeresim relapsus fuerit, apud eos pro cathedrali ecclesia construenda in Bosniae partibus depositam (Pousae) episcopo Bosnensi pro negotio fidei convertendam assignent. XI kal. Ianr. a° 12°. || Katona Hist. crit. V. 843; Fejer l. c. 130; Theiner l. c. 169. n° 305. — »Dux Bosniae indignum« (*ap. Thein.* »Indignum se gratiae«). *Cf.* n° 10832.

» 22 resp. 23 — » — (10692) (Roberto) Strigoniensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut (Pousae) episcopo Bosnensi paupertate nimia praegravato, cui plenae legationis officium in diocesi Bosnensi commissum sit, impendant subsidium, per quod super sollicitudine sibi credita effectum consequi possit exoptatum. X (XI *Thein.*) kal. Ianr. a° 12°. || Ripolli Bullar. ord. Praed. III. 15. n° 222; Katona l. c. 845; Fejér l. c. 130; Theiner l. c. 168. n° 302; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 55. — »Ecclesiarum regimini praesidentes.«

» 23 — » — (10693) (Pousae) episcopo Bosnensi plenae legationis officium in Bosnensi diocesi committit eumque hortatur ad haereticae pravitatis residuum de praedicta diocesi penitus abolendum. X kal. Ianr. a° 12°. || Ripoll l. c. 104; Katona l. c. 839; Fejér l. c. 126; Theiner l. c. 169. n° 306; *cf.* Raynald. l. c. § 55. — »Sedi apostolicae praesidentis.«

— — — — (10694) Ottoni S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. apostolicae sedis legato mandat, ut, si contra clericos habentes plura beneficia in regno Angliae propter parentum potentiam iuxta generalis statuta concilii sine scandalo procedere non possit, supersedeat. *Sine nota chronol.* || Matth. Paris Hist. maior 466. — »Cum sic intellexerimus.«

— — — — (10695) M. priorissam S. Mariae et Omnium Sanctorum in Accon eiusque sorores inclusas patrocinandas suscipit omnesque earum possessiones et bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. *Sine signo chronol.* || Ughelli Ital. sacra VII. 39. — »Religiosam vitam eligentibus.«

**1239.**

Ianr. 4 — Laterani — (10696) Priori S. Bartholomaei de Porta Ravennate Bononiensi causam inter priorissam et moniales S. Agnetis et Guid(onem) de Aquaviva et quosdam alios Imolensis civitatis et diocesis super possessionibus vertentem committit decidendam. II non. Ianr. a° 12°. || Ripolli Bullar. Praed. VII. 16. n° 223. — »Dilecte in Christo.«

» 8 — » — (10697) Universos Christifideles per Arelatensem, Aquensem, Narbonensem, Terraconensem, Ianuensem et Auxitanam provincias constitutos rogat et obsecrat, ut ad defendendum et retinendum regnum Valentiae contra hostes fidei viriliter procedant. Pollicetur indulgentiam crucesignatis pro Terra sancta concessam. VI id. Ianr. a° 12°. || Raynaldi Ann. ad a. 1238 § 46. — »Congratulamini nobis omnes.«

» 18 — » — (10698) (Odoni de Castro Radulphi) cancellario Parisiensi, Guillelmo de Tancarvilla et magistro Odoni de S. Dionysio canonico S. Audomari Parisiis commorantibus mandat, ut de lite inter (Petrum?) archiepiscopum Rothomagensem et (Guillelmum) episcopum

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| | | Lexoviensem super iurisdictione quarundam ecclesiarum mota cognoscant. xv kal. Febr. a° 12°. ‖ Bessin Conc. Rothomag. II. 527. — »Venerabilium fratrum nostrorum.« |
| Ianr. — | (Laterani) | »Mense Ianuarii .... frater Raimundus de Curci, frater Richardus de Babuco electionem fratris Stephani in abbatem Casinensem repraesentant domino papae Gregorio in *Urbe*.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1041 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1030). |
| Febr. 9 | » | (10699) (Ottonem) ducem Bawariae in devotione sedis apostolicae persistentem sub b. Petri et sua protectione suscipit, et districtius inhibet, ne quis in eius personam excommunicationis vel interdicti sententiam sine speciali mandato apostolico audeat promulgare. v id. Febr. a° 12°. ‖ Quellen u. Erörterungen z. bayer. u. d. Gesch. V. 66. n° 28; *cf.* Lang Regesta II. 282. — »Sacra Petri sedes.« |
| » 12 | » | (10700) Priori et conventui ecclesiae s. Andreae de Scotia, quorum postulationem de episcopo Dunkeldensi celebratam non admiserat, potestatem iterum eligendi restituit. ii id. Febr. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 38. n° 98. — »Cum presentatam nobis.« |
| » 17 | » | (10701) Thomam comitem de Sabaudia et Iohannam comitissam Flandrensium, quibus matrimonio contracto compertum fuit, quod quarto affinitatis gradu ad invicem contingerent, dispensat. xiii kal. Mart. a° 12°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1338. — »Circumstantiis et meritis.« |
| » 17 | » | (10702) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Pauli de Spoleto ord. s. Dam. interdicit, ne possessiones vendere, donare, in emphyteosim concedere *etc.* praesumant. xiii kal. Mart. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 409. n° 17; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 259. n° 287. — »Statum monasterii vestri.« |
| »19.20 | (») | »Mense Februarii Gregorius papa electionem fratris Stephani (in abbatem Casinensem) confirmat eumque per manus (Rainaldi) Ostiensis episcopi facit in sacerdotem promoveri in festo s. Barbati (*i. e.* d. 19. Febr.) et die altero (d. 20. Febr.) benedictionis sibi munus impendi.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1041 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1030). |
| » 22 | » | (10703) Monasterio Reomaensi concedit, ut decimas novalium, quas nemo hactenus perceperit, sine iuris alieni praeiudicio percipere possit. viii kal. Mart. a° 12°. ‖ Roverius Hist. monasterii Reomaens. 265. |
| Mart. 2 | » | • (10704) Priori de Parriciaco Eduens. dioc. mandat, faciat ut sententia excommunicationis lata a visitatoribus ordinis Cluniacensis contra priorem conventumque monasterii s. Germani Altissiodorensis inviolabiliter observetur. vi non. Mart. a° 12°. ‖ Bullar. ordinis Cluniac. 113. |
| » 4 | » | (10705) Priori fratrum Praedicatorum Parisiensi mandat, ut eis, qui in Constantinopolitani imperii subsidio sua vota commutant, eam indulgentiam tribuat, quam haberent, si de novo reciperent signum crucis, ac crucesignatis in dicto subsidio excommunicatis propter torneamenta beneficium absolutionis impendat. iv non. Mart. a° 12°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 102. n° 188. — »Cum tibi nostris.« |
| » 5 | » | (10706) Decano, cantori et thesaurario S. Adalberti Aquensis Leod. dioc. mandat, ut causam inter abbatissam conventumque monialium in Porceto Cisterc. ord. ex parte una et decanum S. Crucis in Leodio, Arnoldum militem et quosdam alios ex altera super decimis, possessionibus, legatis, vineis *etc.* vertentem debito fine terminent. iii non. Mart. a° 12°. ‖ Quix Burtscheid 233. — »Sua nobis abbatissa.« |
| » 7 | » | (10707) Potestati et communi de Plumbino significat, se abbati S. Michaelis Pisarum praecepisse, ut monachos et conversos monasterii Montis Christi in aliis monasteriis collocet et abbatem cum fratribus quos illi exinde eiecerant, reducat. Mandat eis, ut, cum a praefato abbate S. Michaelis fuerint requisiti ad domandam malitiam monachorum et conversorum istorum, ei assistant. Non. Mart. a° 12°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 553. n° 345; *cf.* Augustini Florent. Histor. Camald. I. 197. — »Accedens ad sedem.« |
| » 7 | » | (10708) Giloni canonico Nivernensi mandata dat de controversia orta inter (Gualterum) archiepiscopum Senonensem atque quosdam contradictores, quibus Aurelianensi sede vacante idem archiepiscopus praeceperat, ut magistrum Berterum clericum Aurelianensis diocesis in canonicum reciperent eique de beneficio praebendali providerent. Non. Mart. a° 12°. ‖ Hubert Antiquités de St. Aignan d'Orléans, preuv. 22. |
| » 9 | » | (10709) Regem Navarrae, ducem Burgundiae, Barri, Montisfortis et Vindocinensem comites ac alios crucesignatos per regnum Franciae constitutos monet et hortatur, ut »quia in proximo imperii Romaniae imminere videtur excidium, in quo Terrae sanctae omnimode subsidium impeditur, et succursui eius solerter intendere cogimur«, ad generale passagium se parent, »quod in instanti festo b. Iohannis bapt. fieri debere publice denunciari mandamus.« vii id. Mart. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 79. — »Litteris vestris quo.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| (Mart. 9 cc.) | (Laterani) | (10710) **Armenorum regi et reginae consuetudines in regno Armeniae a tempore b. Silvestri pp. et s. Gregorii observatas confirmat.** *Sine nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 82. — »Vestris supplicationibus inclinati.« |
| » 9 | » | * (10711) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et suffraganeis eius, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinam provinciam constitutis praecipit, ut illos qui possessiones vel res abbatis et conventus monasterii de Capella Cisterc. ord. Constant. dioc. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicent *etc.* vii id. Mart. a° 12°. ‖ Meyer von Knonau Regest. von Cappel 3. n° 26. — (»Non absque dolore«). |
| » 10 | » | * (10712) (Gaufrido) archiepiscopo Bisuntino *etc.* eadem dat praecepta. vi id. Mart. a° 12°. ‖ Meyer v. K. l. c. n° 27. |
| » 10 | » | (10713) Abbatissae et conventui monialium S. Mariae Vallis Gloriae de Spello Spoletan. dioc. interdicit, ne possessiones alienare aut quomodolibet distrahere sine apostolicae sedis licentia praesumant. vi id. Mart. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 259. n° 288. — »Statum monasterii vestri.« |
| » 10 | » | (10714) Catholico Armenorum novum pallium necnon mitram, stolam et annulum in signum apostolicae dilectionis mittit. vi id. Mart. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 83. — »Ut sacrosanctam Romanam.« |
| (Fbr. 24-Mart. 10) | » | * (10715) Praepositum S. Nicolai ad cognoscendum causam super decimis quibusdam ad monasterium Altahae inferioris attinentibus committit. vi .... Mart. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 284. |
| » 13 | » | (10716) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Mariae de Monte Lucido Perusinis ord. s. Dam. interdicit, ne possessiones alienent *etc.* iii id. Mart. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 260. n° 289. — »Statum monasterii vestri.« |
| » 13 | » | * (10717) Abbatem .... Ratisponens. dioc. et Heinricum de Lerchenvelt canonicum Ratisponensem in causa monasterii Altahensis [Niederaltaich] contra Heinricum comitem de Ortenberc quasdam villas ecclesiae incendio devastantem iudices delegat. iii id. Mart. a° 12°. ‖ Lang Regesta II. 282. |
| » 15 | » | (10718) Abbatissae et conventui monasterii s. Elisabethae de Ulm (Cantantien., *leg.*) Constantiens. dioc. regulam b. Damiani concedit. Id. Mart. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 409. n° 18; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 260. n° 290. — »Coelestia quaerentibus terrenis.« |
| » 15 | » | (10719) Abbatem et conventum monasterii in Altha ord. s. Ben. Pataviens. dioc. protegendos suscipit, specialiter autem ecclesiam in Spitze, quam R. episcopus Pataviensis monasterio eorum in usus proprios retinendam concesserat, confirmat. Id. Mart. a° 12°. ‖ Mon. Boica XI. 204. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 18 | » | (10720) Eisdem ius patronatus ecclesiae de Anneprukke (Ermenprucke *Lang*), quod ex concessione quondam Bertholdi comitis de Pogen assecuti erant, necnon villam dicti loci et alia bona, quae idem comes eis donaverat, confirmat. xv kal. Apr. a° 12°. ‖ Mon. Boica XI. 205; *cf.* Lang Regesta II. 282. — »Cum a nobis.« |
| » 20 | in ecclesia Lateranensi | »Dominus papa in die Palmarum dominum imperatorem excommunicavit.« ‖ Annal. Admunt. Contin. Florian. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. IX. 787. — »Apud urbem Romam die dominico (xii, *sed legas*) xiii kal. Apr. excommunicavit imperatorem.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. XVIII. 480. — »Tunc temporis admonitione praemissa papa Gregorius in dominico Olivarum publice ipsum (*i. e.* Fridericum imp.) Rome excommunicationis vinculo innodavit.« ‖ Annal. S. Iustin. Patav. ap. Pertz l. c. XIX. 156. — »Imperator Fridericus in ramis Palmarum excommunicatur a domino papa Gregorio.« ‖ Annal. S. Pantaleon. ap. Boehmer Fontes IV. 470. *Cf. infra* Mart. 24 *et ibi* Friderici imp. verba. |
| » 21 | Laterani | (10721) Archiepiscopum Mediolani et episcopos suffraganeos monet et hortatur, ut, »cum nuper in Fredericum dictum imperatorem exigentibus meritis pro eo, quod idem super hiis a nobis diligenter amonitus et frequenter, non solum facere non curavit, set corde nequiter indurato, iugiter etiam deteriora committit, excommunicationis et anathematis sententiam sollempniter« promulgaverit, hanc sententiam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis publicari faciant. xii kal. Apr. a° 13°. ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz M. G. H. scr. XVIII. 480; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. i. 289. — »Cum nuper in.« |
| » 21 | » | * (10722) Decanum, scolasticum et Heinricum canonicum Ratisponenses ad inquirendum de incendio villarum Rukozzinge et Puchoven per H(einricum) comitem de Ortenberch, Alramum de Hals militem aliosque perpetrato iudices delegat. xii kal. Apr. a° 13°. ‖ Lang Regesta II. 282. |
| » 23 | » | (10723) Abbatem et conventum monasterii s. Thomae ord. Cisterc. Torcellan. dioc. tuendos suscipit, specialiter autem capellam s. Mariae militum de Candiola, terras, redditus *etc.* eis confirmat. x kal. Apr. a° 13°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1380. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| (Mrt. 24) | in ecclesia Lateranensi | **Fridericum Romanorum imperatorem ob causas ibidem seriatim expressas excommunicatum denunciat et omnes, qui ei iuramento fidelitatis tenentur, ab observatione huius sacramenti absolutos decernit.** *Sine signo chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. mai. Angl. ad a. 1239 p. 329 (*al.* p. 486); [*formula depositionis, quae hic integra, reperitur excerpta in* Annal. Stadens. (*al.* Alberti Stadens. Chron.) ad a. 1239 ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XVI. 363]; ap. Raynald. Ann. ad a. 1239 § 2—11; Dumont Corps univ. dipl. I. 176. nº 338; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 286; *cf.* v. Raumer Gesch. der Hohenstaufen III. (1857.) 428. — »Excommunicamus et anathematizamus.« |
| » 24 | | »Imperatorem Fridericum in coena Domini, quae erat IX kal. Apr., extinctis candelis anathematizavit.« ‖ Annal. Stadens. l. c. — »Eodem mense (Martii) in die sancto Iovis Gregorius pp. imperatorem publice excommunicavit.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. It. VII. 1041 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1030). — »Ante septem dies in Padua murmuratum est per populum Paduanum, quod Rome papa Gregorius in die de cena Domini nunc transacta Fridericum ipsum imperatorem excommunicatum pronunciaverat.« ‖ Rolandi Patav. Chron. ap. Pertz l. c. XIX. 71. *Cf. supra* Mart. 20. |
| | | • (*Ad conciliandum auctores, qui de promulgatae sententiae die dissentire inter se videntur, addere mihi libet quaedam* Friderici imper. *verba ex eius epist. encyclica ad* Richardum comitem Cornubiae [ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. 302]: »Sed nec in iis omnibus aversus est furor eius, quin dictus evangelizantis pacem Christi vicarius, sed author schismatis et amicus erroris, contra traditiones sanctorum patrum, audiens nuncios nostros portantes omnimodas nostre devotionis litteras per dictam Urbis vicinos, et metuens ne supervenientibus ipsis obice vallo iusticie, sine publico scandalo forte procedere non valeret, pre festinantia nimia conceptum edidit abortivum in nos supremum christianorum principem die dominica Palmarum contra solennem morem sacrosancte matris ecclesie, et in cena Domini postmodum sententiam precipitando, per quam ... contradicente saniori parte fratrum suorum cardinalium ... excommunicationis vinculo nos dicitur adstrinxisse.« *Cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 14.) |
| Apr. 7 | Laterani | (10724) Universis praelatis mandat, ut excommunicationis et anathematis sententiam in Fredericum dictum imperatorem et omnes illos qui contra Romanam ecclesiam ei praestiterint consilium vel auxilium promulgatam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis solemniter publicent ac nunciari faciant simili modo per suas civitates et dioceses *etc.* VII id. Apr. aº 13º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 13. 15. 16; Matth. Paris Hist. mai. Angl. ad a. 1239 p. 337, ed. al. p. 498 (*qui istam* Othoni S. Nicolai in carcere Tulliano diac. cardinali in Anglia legato *missam refert cum notis chronologicis* III id. Apr. [*i. e.* 11. Apr.]; *idem praebent* Mansi Conc. XXIII. 76; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 895; Labbe Conc. XI. I. 337); *textus ex duobus prioribus completus* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 290; *cf.* Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 430. — »Sedes apostolica sicut.« |
| » 7 | » | (10725) Universis ministris et fratribus ordinis Minorum refert facinora Friderici dicti imperatoris pessima, propter quae in eum et omnes illos qui ei contra Romanam ecclesiam auxilium *etc.* praestiterint, excommunicationis et anathematis sententiam promulgavit, tradens »ipsum sathanae in interitum carnis, ut spiritus eius in die Domini salvus fiat,« *etc.* Hortatur eos, ut dictam sententiam singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis *etc.* solemniter publicent *etc.* VII id. Apr. aº 13º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 260. nº 291. — »Sedes apostolica sicut.« |
| » 7 | » | • (10726) Abbates de Prule et de Windeberge inquisitores delegat in causa monasterii Altahae inferioris contra ducem Bavariae aliosque laicos ob ecclesias de Otelingen et de Peren ac villas de Iserhoven et Tundorf incendio devastatas. VII id. Apr. aº 13º. ‖ Lang Regesta II. 284. |
| » 8 | » | (10727) Abbati et conventui monasterii Casinensis ecclesiam s. Mariae de Raxata Ragusin. dioc. confirmat. VI id. Apr. aº 13º. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 101. — »Cum a vobis.« |
| » 11 | » | Othoni S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. in Anglia legato: »III id. Apr. aº 13º«. ‖ Matth. Paris Hist. mai. ad a. 1239 p. 337 (*ed. al.* 498); Mansi Conc. XXIII. 76, *vid.* 1239. Apr. 7. nº 10724. |
| » 13 | » | (10728) Monasterio Casinensi ecclesiam s. Mariae de Robiata Ragusinae diocesis cum pertinentiis suis confirmat. Id. Apr. aº 13º. ‖ Tosti Monte-Cassino II. 311. — »Cum a nobis.« |
| » 14 | » | • (10729) Conventum ecclesiae de Rebedorf ord. s. Aug. Eistetens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit. XVIII kal. Mai. aº 13º. ‖ Lang Regesta II. 285. |
| » 15 | » | (10730) (Henrico) episcopo Secowensi et abbati de Walterbac Cisterc. ord. et priori fratrum Praedicatorum de Frisaco Ratisponens. et Salzburgens. dioec. causam (Ottonis) ducis Bawariae contra (Conradum) episcopum Frisingensem, qui in ipsum excommunicationis et in terram eiusdem interdicti sententias auctoritate ordinaria contra iustitiam protulisset, iudicio vel concordia terminandam committit. XVII kal. Mai. aº 13º. ‖ Deutinger Beyträge II. 12, *cf.* 153; Quellen u. Erörterungen V. 68. nº 30. — »Nobilis vir dux.« |

**1239.**

Apr. 15 | Laterani | (10731) Monasterium in Altah ord. s. Ben. Pataviens. dioc. Ditmaro abbate eiusque fratribus postulantibus tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. xvii kal. Mai. indict. XII. incarn. dom. a° 1239. pont. a° 13°. || Mon. Boica XI. 207. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 21 | » | (10732) Decano Cenòmanensi et magistro Radulpho granicario S. Martini Turonensis mandat, compellant Iohannem comitem Britanniae, ut iuramentum de tuenda ecclesiastica libertate, quod in receptione insignium ducatus Britanniae, videlicet gladii et vexilli, exhibere noluit, exhibeat. xi kal. Mai. a° 13°. || Morice Mém. à l'hist. de Brétagne I. 915. — »Venerabiles fratres nostri.«

» 22 | » | (10733) Berardo abbati Trenorchiensi usum annuli et pontificalium indumentorum ac potestatem benedicendi pallas altarium et tam levitica quam sacerdotalia vestimenta indulget. x kal. Mai. a° 13°. || Chifflet Hist. de l'abbaye de Tournus, preuv. 465; (Juenin) Nouv. hist. de l'abb. de Saint Filibert, preuv. 198. — »Ad ecclesiastici decoris.«

» 22 | » | (10734) Abbati de Carraria Paduanae dioc., priori S. Mariae de Vado Ferrariensis et archidiacono Tarvisino mandat, ut inter archipresbyterum et capitulum ecclesiae Paduanae ex parte una et magistrum fratresque hospitalis s. Iohannis Ierosolimitani et quosdam alios ex altera super iure parochiali eiusdem ecclesiae et rebus aliis litigantes iudicium faciant. x kal. Mai. a° 13°. || Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 106. n° 98. — »Dilecti filii archipresbyter.«

» 27 | » | (10736) Decano et magistro scholarum Cenomanensibus mandat, faciant ut provisio, quae a sede apostolica emanaverit in quaestione gravis materiae inter Redonensem, Macloviensem, Briocensem, Dolensem *etc.* episcopos ex parte una et P(etrum) tunc Britanniae comitem crucesignatum ex altera super diversis articulis exorta, quam autem I(ohannes) comes Britanniae successor renuat observare, firmiter observetur. v kal. Mai. a° 13°. || Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 75. — »Olim inter venerabiles.«

» — | » | »1239 indict. XII de mense Aprilis domnus papa direxit Gregorium de Montelongo eius notarium et legatum in civitatem Mediolani.« || Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz M. G. H. scr. XVIII. 481.

Mai. 4 | » | (10737) Priori de Reno Bononiens. dioc. mandat, ut causam vertentem inter abbatem conventumque monasterii de Nonantula ord. s. Ben. et Munaldum Ranutium ac quosdam alios cives Florentinos, qui ecclesiam s. Michaelis in horto Florentino ad idem monasterium pertinentem ausu sacrilego funditus diruerant, debito fine decidat. iv non. Mai. a° 13°. || Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 373. n° 452. — »Conquesti sunt nobis.«

» 5 | » | (10738) Monasterium s. Virginis Mariae de Campania ord. s. Ben. Cenomanens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. iii non. Mai. indict. XII. incarn. dom. a° 1238(!). pont. a° 13°. || Piolin Hist. de l'égl. du Mans IV. 556. n° 43. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 9 | » | (10739) Potestati, consiliariis et communi Ianuensibus concedit, ut per litteras apostolicas extra districtum civitatis Ianuensis ad iudicium trahi nequeant. vii id. Mai. a° 13°. || Liber iurium reipubl. Genuensis (Hist. patr. monum.) I. 979. n° 748. — »Sincere devotionis affectus.«

» 14 | » | (10740) Viennensi et Ebredunensi archiepiscopis mandat, ut de necessitate ac utilitate unionis Valentinensis ac Diensis ecclesiarum inquirant et, si utrique ecclesiae viderint expedire, ipsas auctoritate apostolica uniant. ii id. Mai. a° 13°. || Gallia christ. XVI. instr. 116. — »Singularis praerogativae privilegium.«

» 17 | » | (10741) Regem Aragoniae rogat et hortatur, ut, cum Segobricensis ecclesia capta ab hostibus crucis Christi in spiritualibus et temporalibus gravem sustineat laesionem licet quaedam recuperarit de ipsis, ei faciat, si quae de praefata diocesi ad manus eius contigerit devenire, in ipsis de spiritualibus responderi. xvi kal. Iun. a° 13°. || Villagrasa Antiq. de Segorbe 68. — »Quanto Segobricensis ecclesia.«

» 17 | » | (10742) Barones regni Aragoniae rogat et hortatur, ut, si quae de Segobricensi ecclesia ad eorum manus contigerit devenire, Segobricensi episcopo in ipsis de spiritualibus responderi faciant. xvi kal. Iun. a° 13°. || Villagrasa l. c. 69. — »Quanto Segobricensis ecclesia.«

» 18 | » | (10743) (Herluino) archiepiscopo Tarantasiensi transmittit taxationem, iuxta quam vult ut per archiepiscopos, episcopos et eorum subditos Valentinensi ecclesiae pro exoneratione debitorum, quibus tenebatur Aymoni Raten., Gaufrido Baudrini Viennensi et Umberto de Varrei Lugdunensi civibus, subveniatur. xv kal. Iun. a° 13°. || Mém. et docum. de Genève XVI. 174. n° 5. — »Volentes omnino per.«

» 20 | » | (10744) Scabinis et communi civitatis Coloniensis concedit, ut per litteras apostolicas quas contra eos impetrari contigerit, inviti ad loca suspecta citari nequeant, ad quae propter viarum discrimina et inimicitias capitales secure accedere non valent. xiii kal.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| | | Iun. a° 13°. ‖ Lacomblet UB. II. 124. n° 240; Ennen Quellen II. 193. n° 196. — »Filialis et singularis.« |
| Mai. 20 | Laterani | • (10745) Grégoire fait savoir aux abbés (R.) de Chezy, (Guermond?) de Val-Secret et à (Jean) doyen de Soissons, que Thibaut comte de Champagne étant sur le point de partir pour la Terre-sainte, sa famille, son royaume et tous ses biens sont placés sous la protection du Saint-Siége. Les abbés et le doyen susdits sont nommés conservateurs de ce privilége. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 370. n° 2506. |
| » 21 | » | (Ricardo) archiepiscopo Cantuariensi et suffraganeis eius: »xii kal. Iun. a° 13°«. ‖ Matth. Paris Hist. mai. ad a. 1239. p. 342 (*al.* 506); Mansi Conc. XXIII. 79, *vid.* 1239. Iun. 20. n° 10766. |
| » 23 | » | (10746) Berardo abbate eiusque fratribus postulantibus Trenorchiense monasterium, quod specialiter b. Petri iuris existit, ad exemplar Urbani, Calixti *etc.* praedecessorum suorum protegendum suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. x kal. Iun. indict. XII. incarn. dom. a. 1239. pont. a° 13°. ‖ Chifflet Hist. de l'abbaye de Tournus, preuv. 466; (Juenin) Nouv. hist. de l'abbaïe de Saint Filibert, preuv. 199. — »Commissae nobis apostolicae.« |
| » 24 | » | (10747) Conrado abbati eiusque fratribus annuit et monasterium s. Mariae in Ursin [Irrsee] ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. ix kal. Iun. indict. XII. incarn. dom. a° 1239. pont. a° 13°. ‖ Lünig Spicil. eccles. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 320. n° 6. — »Monet nos apostolicae.« |
| » 24 | » | (10748) Abbatissae et monialibus monasterii s. Angeli Asculani ord. s. Dam. tradit regulam, quam, cum in minori esset constitutus officio, composuit pro s. Clara eiusque sororibus, eamque describit. ix kal. Iun. a° 13°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 263. n° 291. — »Cum omnis vera.« |
| » 26 | » | (10749) Archiepiscopo Toletano petenti ex regestis Romanorum pontificum quaedam munimenta ecclesiae Toletanae sub bullae suae munimine transmittit, ne regestis ipsis perditis casu fortuito aut vetustate consumptis ius ipsius ecclesiae contingat cum pereuntibus deperire. vii kal. Iun. a° (12, *sed legas*) 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 47—52. — »Supplicasti nobis frater.« |
| » 30 | » | (10750) Consulibus et populo Terracinensibus Petrum Rubeum canonicum Anagninum clericum suum mittit, ut cum eodem de secura Roccae Circeii munitione provideant. iii kal. Iun. a° 13°. ‖ Contator Hist. Terrac. 183. — »Volentes ut ad.« |
| » 30 | » | • (10751) In causa praepositi de Steingaden contra praepositum de Raitenbuch super quibusdam terris, silvis et aliis rebus iudices delegat. iii kal. Iun. a° 13°. ‖ Lang Regesta II. 286. |
| Iun. 3 | » | • (10752) Abbati S. Petri, decano et scholastico Erfordiensibus — cum abbas et conventus de Walkenrede Cist. ord. monstrarint, quod nobiles viri Olricus et Sifredus comites de Regenstein et quidam alii Halberstadensis diocesis eos molestarunt — mandat, ut causam audiant et appellatione remota decidant. iii non. Iun. a° 13°. ‖ UB. für Niedersachsen II. 166. n° 229. |
| » 4 | » | (10753) Abbati et conventui monasterii Hirsaugensis ord. s. Ben. Spirens. dioc. ecclesiam in Hessinkein, in qua ius patronatus habent, quam Spirensis episcopus, ad quem spectabat, tenendam in usus proprios cum omnibus pertinentiis eis concesserat, confirmat. ii non. Iun. a° 13°. ‖ Wirtemberg. UB. III. 433. n° 390. — »Cum a nobis.« |
| » 4 | (») | (10754) Abbatissae et conventui monialium monasterii s. Angeli Esculan. ord. s. Dam. concedit, ut a quocumque conveniri per apostolicas litteras nequeant. *Sine loco.* ii non. Iun. a° 13°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 409. n° 19; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 268. n° 293. — »Coelestia quaerentibus terrenis.« |
| » 6 | » | (10755) Nannetensi et Macloviensi episcopis petentibus transmittit provisionis formam quae olim super diversis articulis inter quosdam Britanniae episcopos ac P(etrum) quondam loci eiusdem comitem a sede sancta emanavit, tenore eius de verbo ad verbum inserto. viii id. Iun. a° 13°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 909. — »Vestris devotis precibus.« |
| » 7 | » | (10756) Alberico de Romano significat, se contra Fridericum dictum imperatorem et alios, qui ei contra Romanam ecclesiam praestiterint auxilium et consilium, excommunicationis sententiam solemniter promulgasse et districtius inhibuisse, ne quis ei fidelitatem observet iuxta canonicas sanctiones. Rogat eum et monet, ut in proposito suo firmiter perseveret. vii id. Iun. a° 13°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 278; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. i. 317. — »Cum Federicus dictus.« |
| » 7 | » | (10757) Abbati de Wissenburg Spirens. dioc. mandat, ut relaxet sententiam excommunicationis, quam de Malharsdorf et Thirhupt abbates et prior de Malhardsdorf Ratispon. et August. diocc., quibus a sede apostolica datum erat in praeceptis ut (Sigfridum) archiepiscopum Maguntinum ad restituendum castrum de Starckenberg monasterio |

**1239.**

Laurissensi compellerent, sine causa rationabili promulgaverant. VII id. Iun. a° 13°. ‖ Gudenus Cod. dipl. I. 551. — »Sua nobis Maguntinus.«

Iun. 9 | Laterani | (10758) Episcopo Praenestino apostolicae sedis legato mandat, ut, si comes Tolosanus ecclesiae Romanae beneplacitis se coaptet, eundem absolvat a censuris, recepta praeterea sufficienti cautione, quod in proximo generali passagio cum aliis ultramontanis transfretabit in obsequio Terrae sanctae per triennium moraturus. V id. Iun. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 73. — »Nobilis vir comes.«

» 9 | » | (10759) Archiepiscopis per regnum Franciae constitutis scribit de condemnatione Thalmud Iudaeorum eisque mandat, faciant ut primo sabbato quadragesimae proxime venturae mane, quando Iudaei in synagogis conveniant, universi istorum libri capiantur et apud fratres Praedicatores vel Minores conserventur. V id. Iun. a° 13°. ‖ Quetif et Echard Scr. ord. Praedic. I. 128, *male ad* a. 1240; Ripolli Bullar. Praed. I. 105. n° 189; d'Argentré Coll. iudic. I. 153; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 268. n° 294. — »Si vera sunt.«

» 9 | » | (10760) (Guillelmo) Parisiensi episcopo mandat, ut litteras apostolicas super libris Iudaeorum ei per Nicolaum quondam Iudaeum praesentandas archiepiscopis et Franciae, Angliae, Arragoniae, Navarrae, Castellae ac Legionum et Portugalliae regibus transmittat. V id. Iun. a° 13°. ‖ *Deficiente initio* ap. Quetif et Echard l. c. 128; ap. Ripoll l. c. 190; d'Argentré l. c. I. 154; Sbaralea l. c. 269. n° 294.

» 10 | » | (10761) Albericum de Romano in devotione ecclesiae ac defensione ecclesiasticae libertatis et fidei catholicae persistentem cum terra et aliis bonis suis tuendum suscipit. IV id. Iun. a° 13°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 279. — »In perpetuam tui.«

» 11 | » | (10762) N. N. mandat, ut sententias excommunicationis et interdicti in Rhemenses rebelles eorumque civitatem ab archiepiscopo Rhemensi rationabiliter promulgatas singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis *etc.* publicent. III id. Iun. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 76, *omisso initio.*

» 11 | » | (10763) Fratribus ordinis Minorum in terras Sarracenorum, paganorum, Graecorum, Bulgarorum, Cumanorum aliorumque infidelium proficiscentibus concedit, ut in terris, quae sedis adhuc apostolicae magisterio non intendunt, proponere verbum Dei et huiusmodi homines infideles per exhortationem suam converti ad unitatem christianae fidei cupientes recipere, baptizare *etc.* possint. III id. Iun. a° 13°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 269. n° 296. — »Cum hora undecima.«

» 12 | » | (10764) (Leonardo) electo Gradensi et (Petro) episcopo Castellano notificat, se Albericum de Romano propter defensionem ecclesiae et libertatis ecclesiasticae cum terra et bonis suis sub protectione b. Petri admittendum duxisse; mandat eis, ut ipsum non permittant contra protectionis huius tenorem ab aliquibus molestari. II id. Iun. a° 13°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XIII. 230; Verci Stor. degli Ecel. III. 277. — »In perpetuam dilecti.«

» 17 | » | (10765) Glasguensi, Moraviensi et Cathanensi episcopis mandat, ut, si electionem abbatis de Aberbredac dioc. S. Andreae in episcopum Aberdonensem canonice celebratam invenerint, eam confirment et electo munus consecrationis impendant. XV kal. Iul. a° 13°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 38. n° 99. — »Dilecti filii Stephanus.«

» 20 | » | (10766) (Ricardo) archiepiscopo Cantuariensi et suffraganeis eius fuse scribit respondens seriatim et ad capitula encyclicae, quam Fridericus Romanorum imperator contra sedem apostolicam propalavit, calumniasque quas ibidem congessit, in adversarium retorquet. Scribit inter alia: Fridericus »gaudet se nominari praeambulum antichristi«; porro illum affirmare »non esse apud ecclesiam a Domino b. Petro et eius successoribus ligandi atque solvendi traditam potestatem«; porro istum regem pestilentiae manifeste proponere, »a tribus baratatoribus, ut eius verbis utamur, scil. Christo Iesu, Moyse et Mahometo, totum mundum fuisse deceptum«; »insuper dilucida voce affirmare vel potius mentiri praesumpsit, quod omnes fatui sunt qui credunt, nasci de Virgine Deum qui creavit naturam« *etc.* XII (*om. Rayn.*) kal. Iul. (Iun. *Matth. Par., Mansi*) a° 13°. ‖ Matthaeus Paris Hist. maior Angl. ad a. 1239. p. 342 (*al.* 506); Mansi Conc. XXIII. 79. n° 12; Labbe Conc. XI. I. 340; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 327; *fragm. ad finem epist. pertinentia* ap. Raynald. Ann. ad a. 1239 § 18. 19. 22. 26; *cf.* Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Fontes rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 435. n° 17. — »Ascendit de mari.« *Epistola encyclica.*

» 20 | » | (10767) (Guillelmum) episcopum, priorem Praedicatorum et ministrum Minorum Parisienses certiores facit de condemnatione Thalmud Iudaeorum eisque mandat, ut omnes illius libros quos invenerint incendio concremari faciant et contradictores per censuras ecclesiasticas compescant. XII kal. Iul. a° 13°. ‖ Quetif et Echard Script. ord. Praedic. I. 128, *male ad* a. 1240; Ripolli Bullar. Praed. I. 106. n° 192; d'Argentré Coll. iudic. I. 154; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 270. n° 297. — »Si vera sunt.«

» 20 | » | (10768) Regem Portugalliae hortatur, faciat ut universi libri Iudaeorum regni sui capiantur et apud fratres Praedicatores aut Minores conserventur. XII kal. Iul. a° 13°. ‖ Quetif et Echard l. c. 128; Ripoll l. c. 106. n° 191; Sbaralea l. c. 271. n° 298. — »Si vera sunt.«

**1239.**

| | | |
|---|---|---|
| Iun. 22 | Laterani | (10769) Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis notum facit, se tertia die ante octavam b. Martini assistentibus sibi Bisuntino et Messanensi archiepiscopis *etc.* altare maius ecclesiae s. Sabinae de Monte Aventino in Urbe propriis manibus consecrasse *etc.* x kal. Iul. a° 13°. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1238 § 6. XIII. 447. — »Cum ecclesiae b.« |
| » 23 | » | (10770) Monasterium s. Iohannis baptistae in Rebdorff Eystettens. dioc. tuendum suscipit eiusque possessiones ac iura confirmat. ix kal. Iul. ind. XII. incarn. dom. a° 1239. pont. a° 13°. ‖ Kuen Collectio script. V. ii. 18. — »Quotiens a nobis.« |
| » 23 | » | * (10771) Auriensi episcopo mandat, ut Iohanni Compostellano archiepiscopo pallium tradat. ix kal. Iul. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 58. |
| Iul. 1 | » | Archiepiscopis, regibus ac principibus christianis: »Kal. Iul. a° 13°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 26, *vid.* 1239. Iun. 20. n° 10766. |
| » 5 | » | (10772) Militibus Cretensibus significat, se ducis Venetiarum et eorum precibus inclinatum ecclesiam et fundum, in quo ad honorem Dei et b. Marci evangelistae in civitate Candida sita in insula Cretensi eam construere intendant, in ius et proprietatem sedis apostolicae recipere. iii non. Iul. a° 13°. ‖ Flam. Cornelius Creta sacra (Venetiis 1755. 4°) II. 8; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 349. — »Cum sicut ex.« |
| » 5 | » | (10773) Gerapetrensi episcopo mandat, ut (Iacobo Teupolo) duci Venetorum et militibus Cretensibus, qui ecclesiam ad honorem b. Marci evangelistae in civitate Candida intendant construere, primarium lapidem concedat. iii non. Iul. a° 13°. ‖ Cornelius l. c. 9; Tafel l. c. 350. — »Cum sicut nobis.« |
| » 7 | » | (10774) Suffraganeis ecclesiae Hierosolymitanae repetit n° 10766 d. d. 1239. Iun. 20: »Non. Iul. a° 13°« — »Ascendit de mari.« ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1239 § 6. XIII. 451. |
| » 7 | — | (10775) Electo Valentino poposcente ecclesiae Valentinae civitatem Valentinam cum subsidiis suis et territorio et quidquid infra eius ambitum et extra in toto episcopatu Valentino continetur, confirmat. »Anagniae« non. Iul. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 57. — »In nostra proposuisti.« |
| ( » 8-14) | Anagniam.« | (»Mense Iulii) Gregorius pp. de *Urbe* venit ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1042 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1032). |
| » 15 | Anagniae | (10776) Capitulo Lausannensi nunciat, Bonifacium episcopum Lausannensem renuntiasse episcopatui, eisque mandat, ut infra tres menses cum consilio (Gaufridi) archiepiscopi Bisuntini et episcopi Lingonensis alium eligant praesulem idoneum. Id. Iul. a° 13°. Cartulaire de Lausanne *in* Mém. de la Suisse romande VI. 49; Zeerleder Urk. der Stadt Bern I. 328. n° 230; *cf.* Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 57. n° 118; Verdeil Hist. du canton de Vaud I. 123. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 26 | » | (10777) S(inibaldo) tit. S. Laurentii in lucina presb. cardinali marchiae Anconitanae rectori mandat, ut Ariminenses et omnes alios de Romaniola, qui contra Fr(idericum) dictum imperatorem fidem et ecclesiasticam libertatem defendere et ad devotionem ecclesiae venire iuraverint, sub apostolica protectione recipiat. vii kal. Aug. a° 13°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 400. — »Coercere nequitiam iustitiam.« |
| » 26 resp. 27 | » | (10778) (Conrado) Ildesemensi et (Eccardo) Merseburgensi episcopis et abbati Portensi Cisterc. ord. litteras mittit, in quibus collaudat (Henricum) lantgravium Thuringiae et quosdam alios eiusdem terrae, qui »ad instar fratrum qui dicuntur de Poenitentia, elegerunt cum vitiis et concupiscentiis suis crucifigere carnem suam.« Mandat eis, ne permittant ut illi contra pium suum propositum ab aliquibus temere molestentur. vii (vi *Sbar.*) kal. Aug. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 64; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 271. n° 299. — »Gaudemus in Domino.« |
| » 28 | » | (10779) (Iohanni) ministro fratrum Minorum in Saxonia mandat, ut, cum (Henricus) lantgravius Turingiae et (Gertruda) uxor eius sedi apostolicae supplicaverint, ut religiosum sacerdotem concederet ipsis qui confessiones eorum audiat *etc.*, ad hoc aliquem de fratribus suis deputet. v kal. Aug. a° 13°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 410. n° 20; Sbaralea l. c. 272. n° 300. — »Dilectus filius nobilis.« |
| Aug. 6 | — | Priori provinciali ord. fratr. Praedic. in Hungaria: »Laterani viii id. Aug. a° 13°«. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. I. 106; Theiner Mon. Hungar. I. 170. n° 307, *vid.* 1239. Dec. 6. n° 10823. |
| » 23 | Anagniae | (10780) (Waldemarum) regem Danorum conquerente episcopo Roschildensi monet et hortatur, ut abusum tollat, testamentum, quod »duodecim testes qui nominati appellantur« factum non esse iureiurando affirmaverint, irritum fieri, cum hoc modo multa bona, quae moribundi in pios usos legaverint, amittantur. x kal. Sept. a° 13°. ‖ Gruber Origg. Livon. 231; Scr. rer. Livon. I. 358. n° 14; *non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1239 § 67; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 592. not. — »Sua nobis venerabilis.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| (Aug. 23) | (Anagniae) | (10781) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi concedit, ut die coronationis regis Sueciae pallio utatur. *Absque mense et die.* A° 13°. ‖ *Fragm.* ap. Raynald. l. c. § 66; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 698. |
| » 24 | » | (10782) Priori provinciali ordinis Praedicatorum Lundens. dioc. concedit, ut a reatu simoniae nonnullos clericos eiusdem diocesis absolvat. IX kal. Sept. a° 13°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 106. n° 194. — »Cum sicut venerabilis.« |
| » 25 | » | (10783) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi, (Iohanni) episcopo Burgulianensi et archidiacono Lundensi nunciat, se a Roscildensi episcopo certiorem esse factum, principem (Wisczlaum), maiorem et populum terrae Rugianorum in Sclavia Roscild. dioc. quandam pravam consuetudinem observantes usurarum lucra, quae vulgariter *poddas* appellant, sequi; creditorem videlicet a debitore certam quantitatem annonae, lini et aliarum rerum, quae longe plus quam in duplo pecuniam mutuatam excedant, recipere annuatim; praeterea a debitore pro licentia filiam suam collocandi 5 solidos poscere; nec non pro quolibet animali quod vendat certam pecuniae summam. Ac si debitor ante mutuatae sortis solutionem moriatur, eandem conditionem ad haeredes transire, quorum si aliquis solvendo non fuerit, supponatur ei in iudiciali foro fasciculus straminis, a quo praesentibus habitatoribus terrae suae deiiciatur et in perpetuam creditoris servitutem redigatur. Papa censet, eos esse rogandos, ut praefatam servitutis abusionem de cetero non servantes ab huiusmodi omnino lucris usurarum desistant. Quocirca dictis episcopis mandat, ut eos ad id monitione praemissa per censuram ecclesiasticam compellant. VIII kal. Sept. a° 13°. ‖ Kosegarten Pommersche u. Rügensche Geschichts-Denkmäler (Greifsw. 1834. 8°) I. 272; Fabricius Urk. zur Gesch. des Fürstenth. Rügen II. Urk. 19, *uterque perperam ad* a. 1240; Turgenevii Russ. monim. II. 345; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 591. n° 276. *Cf.* Porthan Bullar. access. 34. n° 35; Klempin Pommersches UB. I. 300. n° 370. — »Sua nobis venerabilis.« |
| » 31 | » | (10784) E(rico) filio W(aldemari) Daciae regis indulget, ut Iuttam ducis Saxoniae filiam, licet ipsum in quarto gradu consanguinitatis attingat, in uxorem ducere possit. II kal. Sept. a° 13°. ‖ Suhm Hist. af Danmark IX. 773. — »Ex parte carissimi.« |
| (Aug.) | (») | (10785) Bononienses rogat et monet, ut, cum Paulus Tranusarius adversus nationes, quae in fortitudine manus suae convenerant disperdere populum Lombardorum et eorum libertatem penitus conculcare, potenter insurrexerit, praefato nobili ad manutenendum civitatem Ravennae iuxta posse suum subsidium impendant. *Sine nota chronol.* ‖ Hahn Collect. monum. I. 168. n° 35; *cf.* Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 373. — »Civitatem Bononiae inter.« |
| Sept. 5 | » | (10786) Episcopo Castellano mandat, ut omnes sententias, quas F(ridericus) dictus imperator excommunicatus contra Albericum de Romano devotum ecclesiae promulgaverit bona ipsius adiudicando imperio et quandam partem eorum Eccelino fratri eiusdem et aliis concedendo, decernat irritas et inanes. Non. Sept. a° 13°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 280. — »Cum ei qui.« |
| » 16 | » | (10787) (Amedeum) comitem Sabaudiae F(riderico) imperatori, excommunicato manifestis et gravibus culpis exigentibus, astrictum iuramento fidelitatis non teneri decernit. XVI kal. Oct. a° 13°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1346. — »Cum in F.« |
| » 23 | » | • (10788) Pactum inter Gregorium pp. IX et Iacobum Teupulum Venetiarum ducem ad expugnandam Siciliam. ‖ Liber blancus Andreae Dand. Venetiarum ducis in archivio Viennensi n° 62 ap. Pertz Arch. d. Gesellsch. f. ält. deutsche Geschichtskunde III. 612. |
| » 24 | » | • (10789) Promittit papa, se civitati Venetiarum aliquot districtus concessurum esse in feudum, si Fridericus imperator regno Siciliae beneficiario exutus sit. ‖ Liber blancus *etc.* n° 63 ap. Pertz l. c. 612. |
| » 24 | » | • (10790) Pollicetur eum qui Siciliam in posterum possessurus sit, adstrictum iri iuramento ad pactum inter Romanam ecclesiam et Venetias initum inviolabiliter observandum. ‖ Liber blancus *etc.* n° 64 ap. Pertz l. c. 612. |
| » 24 | » | • (10791) Venetianis promittit, eos praedae in Sicilia partae participes esse futuros. ‖ Liber blancus *etc.* n° 65 ap. Pertz l. c. 612. |
| » 24 | » | • (10792) Patriarchae Gradensi mandat, ut illos qui durante contra Siciliam expeditione civitatem Venetiarum hostiliter aggressuri sint, ecclesiasticis coerceat poenis. ‖ Liber blancus *etc.* n° 66 ap. Pertz l. c. 613. |
| » 24 | — | Alberto archidiacono et Philippo de Asisio nuntio suo in Alamannia: »Laterani VIII kal. Oct. a° 13°«. ‖ Hermannus Altah., Dumont, *al.*, *vid.* 1239. Nov. 24. n° 10814. |
| » 26 | Anagniae | (10793) Potestatem et populum Ianuenses monet et hortatur, ut de conservandis conventionibus et pactis cum Romana ecclesia ab eorum nunciis et Venetis pro expeditione Siciliae initis I(acobo) episcopo Penestriensi apostolicae sedis legato exhibeant singuli iuramenta. VI kal. Oct. a° 13°. ‖ Liber iurium reipubl. Genuens. (Hist. patr. monum.) I. 983. n° 751. — »Post recessum nunciorum.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| Oct. 1 | Anagniae | (10794) Glasguensi, Cathanensi et Brechinensi episcopis mandat, ut, si electionem magistri David de Bernham subdiaconi camerarii regis Scotiae in episcopum S. Andreae de Scotia canonice celebratam invenerint, eam confirment ac faciant eidem electo munus consecrationis impendi. Kal. Oct. a° 13°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 39. n° 100. — »Postulatione facta pridem.« |
| » 14 | » | (10795) Abbatem et conventum monasterii Uterinae Vallis [Eusserthal] Cisterc. ord. Spirens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem grangiam de Loyben, pascua de Vischbach, quatuor mansos in Herboltesberge *etc.* eis confirmat. II id. Oct. a° 13°. ‖ Würdtwein Monast. Palat. III. 77, *qui perperam* Gregorio X *tribuit.* — »Cum a nobis.« |
| » 15 | » | (10796) S(ifrido) decano et capitulo Spirensibus ecclesiam de Heiligenstein cum pertinentiis suis confirmat. Id. Oct. a° 13°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe von Speyer I. 220. n° 223. — »Cum a nobis.« |
| » 18 | » | (10797) Eisdem ecclesiam in Didensheim [Deidesheim] cum pertinentiis suis confirmat. XV kal. Nov. a° 13°. ‖ Remling l. c. n° 224. — »Cum a nobis.« |
| » 21 | » | (10798) (Ludovico) regi Franciae scribit, quibus ex causis F(ridericum) dictum imperatorem excommunicatum denunciaverit, eumque hortatur, ut (Iacobum) Penestrinum episcopum apostolicae sedis legatum ad partes Franciae transmissum, per quem »in tantae necessitatis articulo tui brachii auxilium invocamus«, benigne recipiat. XII kal. Nov. a° 13°. ‖ Mansi Conc. XXIII. 107; Labbe Conc. XI. I. 366. n° 31; Preuves des libertés de l'égl. Gallicane I. (ed. 2.) 10; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. I. 457; Teulet Layettes II. 418. n° 2836. — »Dei filius cuius.« |
| » 21 | » | (10799) B(lanchae) reginae Franciae scribit de officio legationis (Iacobo) Penestrino episcopo commisso eamque rogat et hortatur, moneat (Ludovicum) filium suum, ut, detractionibus et mendaciis F(riderici) dicti imperatoris »qui Christum, vicarium suum, ecclesiam et ministros ipsius suos capitales reputat inimicos« confutatis omnino, praefatum legatum benigne suscipiat. XII kal. Nov. a° 13°. ‖ Teulet l. c. n° 2836. — »Considerantes devotionis et.« |
| » 21 | » | (10800) Episcopo Lincolniensi, cui nuper dederat in mandatis, ut ecclesiam Dunelmensem pastore vacantem et personas monachorum clericorum et saecularium officialium eius protegat, nunc mandat, ut aliquid quod in praeiudicium (Henrici) regis Angliae redundare valeat, minime attemptet. XII kal. Nov. a° 13°. ‖ Rymer Foedera I. I. 136. — »Nuper tibi nostris.« |
| » 22 | » | (10801) Archiepiscopo Cassellensi per Symonem canonicum et David clericum Cassellenses pallium transmittit. XI kal. Nov. a° 13°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 39. n° 101. — »Cum palleum insigne.« |
| » 24 | » | (10802) Capitulo ecclesiae s. Andreae Wormatiensis ecclesiam s. Magni cum pertinentiis suis confirmat. IX kal. Nov. a° 13°. ‖ Baur Hessische Urkunden II. 85. not. — »Dilecti in Domino.« |
| » 25 | » | (10803) Archiepiscopis et episcopis praesentes litteras inspecturis mandat, ut in suis diocesibus illos, qui habitum fratrum Praedicatorum deferre praesumpserint, ad deponendum ipsum per censuram ecclesiasticam compellant. VIII kal. Nov. a° 13°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 107. n° 195. — »Quia confusio habitus.« |
| » 25 | » | (10804) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut ad correctionis vel visitationis officium monasteriis vel ecclesiis impendendum necnon ad executiones causarum et denunciationes excommunicatorum procedere vel recipere curam monialium de cetero per litteras apostolicas minime teneantur. VIII kal. Nov. a° 13°. ‖ Ripoll l. c. 107. n° 196; Touron Histoire I. 28. — »Inspirationis divine gratia.« |
| » 27 | » | (10805) Abbatissae et conventui monasterii s. Francisci de Offida ord. s. Dam. Firman. dioc. immunitatem et libertatem, quas prior et conventus S. Mariae castri Offidae spiritualem in eodem claustro iurisdictionem et temporalem habentes eis concesserunt, confirmat *etc.* VI kal. Nov. a° 13°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 401. n° 21; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 272. n° 301. — »Ii a sede.« |
| ( art.- ct.) | — | (10806) (Ludovico) regi Francorum et toti Francorum baronagio notificat, se »condemnasse et a culmine imperiali abiudicasse Fredericum dictum imperatorem, ac Robertum comitem fratrem regis Francorum loco ipsius elegisse substituendum.« ‖ Matthaeus Paris Hist. mai. 517 (*al.* 350) ad a. 1239; Dumont Corps univ. dipl. I. 178. n° 340; Favyn Théâtre d'honneur I. 458; *gallice* ap. Daniel Hist. de France IV. 326; *cf.* Goldast Constit. imperial. I. 301. — »Noverit dilectus filius.« |
| ante Nov. 17 | ad Urbem, | »Mense Novembri Gregorius pp. de *Anagnia* redit ubi a Romanis omnibus honorifice receptus est.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1044 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1033; ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 379). |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| Nov. 17 | Laterani | (10807) Magistro et fratribus ordinis fratrum Praedicatorum repetit nº 10804 d. d. 1239. Oct. 25: »xv kal. Dec. aº 13º — »Inspirationis divinae gratia.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 16. nº 224. |
| » 18 | | »In octavis b. Martini sententiam latam in imperatorem (Fridericum d. 24. Mart.) confirmat, et excommunicat Henricum naturalem filium eius et omnes sequaces eorum pro eo, quod in Marchiam, quam iuris esse dicebat ecclesiae, hostiliter est ingressus.« ‖ Ryccardus de S. Germano ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1041 (ap. Ughelli Ital. sacr. III. [1647.] 1033; ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 379). |
| » 19 | (») | * (10808) Bertoldo patriarchae Aquileiensi scribit, se sperasse, ut ille haud immemor beneficiorum a sede apostolica perceptorum pro ea se opponeret ascendentibus ex adverso; sed eum ausum esse, Federico dicto imperatori Dei ecclesiae inimico et excommunicationis vinculo innodato communicare tam in divinis officiis quam in osculo et in mensa; aequum igitur esse, ut suae infidelitatis poenas luat. Sed pro honore Belae et Colomani Rutenorum regum nepotum eius gratiam ipsi facit, ut, postquam ad pontificis praesentiam venerit, ab episcopo Castellano absolvatur. ‖ Bianchi Docum. 47. nº 126. |
| » 20 | » | (10809) Episcopo Castellano mandat, ut, si Ezelinus de Romano castra Asili et Montis Bellunensis, arcem Braidem Roccamque Cornutae necnon villas, curias et alia iura ecclesiae Tervisinensis spreto fidelitatis iuramento, quae per violentiam occupaverit et occupata detineat, episcopo Tarvisino restituere nolit, eum anathemate feriat. xii kal. Dec. aº 13º. ‖ *Nonnisi pars prima in* Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 37; *et in* Verci Stor. degli Eccl. III. 281. — »Sicut venerabilis frater.« |
| » 21 | (») | * (10810) Grégoire approuve la transformation de l'hôpital de Bar-sur-Aube en une abbaye des femmes de l'ordre de Saint-Benoît, à la charge toutefois par les religieuses de consacrer les revenus à l'hospitalité. ‖ H. d'Arbois de Jubainville Hist. de Bar-sur-Aube (Paris 1859. 8º) 82. |
| » 23 | » | (10811) Alberto archydiacono Pataviensi et Philippo de Asisio nuntio sedis apostolicae in Alemannia commoranti significat, se in Fridericum dictum imperatorem et in omnes illos, qui contra Romanam ecclesiam ei praestiterint consilium auxilium et favorem, excommunicationis et anathematis sententiam promulgandam duxisse, omnes »qui ei fidelitatis iuramento tenentur, decernendo ab observatione iuramenti huiusmodi absolutos, et firmiter prohibendo, ne sibi fidelitatem observent, iuxta canonicas sanctiones. Ad haec civitates, castra, villas et alia loca, ad quae ipse pervenerit, quamdiu ibi fuerit, ecclesiastico supposuimus interdicto.« Universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis per Alemanniam constitutis se praecipere, ut praedictam excommunicationis et anathematis sententiam pulsatis campanis, accensis candelis in singulis civitatibus *etc.* publicari faciant. Mandat eis, ut, si dicti archiepiscopi hoc praeceptum neglexerint adimplere, eos ad id per excommunicationis sententiam cogant. ix kal. Dec. aº 13º. ‖ Hermanni Altahens. Annal. ap. Pertz M. G. H. scr. XVII. 390 ad a. 1227; Cherubini Bullar. I. 90; Bullar. Magn. (ed. Luxemb.) I. 80; Lünig Reichs-Arch. (IV.) Pars gen. Cont. II. 161; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 499; Höfler Albert v. Beham 8, *ubi falso ad* a. 1240. — »Quia Fridericus dictus.« |
| » 23 | » | * (10812) Alberto archidiacono Patavino et Philippo nuncio suo in Alamannia moranti mandat, moneant E(berhardum) archiepiscopum Salzburgensem, ut a reconciliatione (Friderici) ducis Austriae cum Friderico imperatore desistat; alioquin eum excommunicent. ix kal. Dec. aº 13º. ‖ Höfler l. c. 9. |
| » 23 | » | * (10813) Alberto archidiacono Patavino mandat, moneat Fridericum Austriacum — qui toto posse iuramento pontifici praestito adesse et negotium, quod ipse noverit, cum aliis devotis ecclesiae principibus promovere neptemque suam copulare debeat filio regis (Wenceslai) Boemiae, qui, cum ille a Friderico imperatore omnibus terris spoliatus fuerit, iussu papae eidem adfuit auxilio et subsidia praebuit, donec recuperarit terras, — ut rem perficiat; alioquin eum excommunicet eiusque terram interdicto supponat. ix kal. Dec. MCCXXXIV (*leg.* MCCXXXIX.) Höfler l. c. 9; Erben Reg. Bohem. I. 456. nº 980; Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 723. nº 65. |
| » 24 | » | (10814) Alberto archidiacono (Patavino) et Philippo de Asisio nuntio suo in Alamannia commoranti mandat, rogent et moneant archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, praepositos et alios ecclesiarum praelatos, necnon duces, marchiones, comites, barones et universos alios Christi fideles per Alamanniam constitutos, ne consilium vel iuvamen operae vel operam aliquatenus impendant Friderico dicto imperatori, »qui sicut Herodes christianam .... religionem conatur extinguere; .... nonnullos episcopos .... de regno, quod est b. Petri patrimonium episcopale, aliisque terris imperio Romano subiectis proscriptione damnabili exulare compellit; sacrosanctas ecclesias ..., religiosos ...., pupillos, orphanos, pauperes et viduas ..... quasi sublatis desuper carnibus exossavit; excommunicationis quoque ac anathematis latam contra se sententiam .... vilipendit;« alioquin eos, qui contra praescriptum hoc mandatum venire praesumpserint, per excommunicationis sententiam a praesumptione huiusmodi compescant. viii kal. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1239.** |
| | | (Oct., *sed legas*) Dec. a° 13°. ‖ Hermanni Altahens. Annal. ad a. 1227 ap. Pertz M. G. H. scr. XVII. 390; Cherubini Bullar. I. 89; Bullar. magn. I. 106; Bullar. magn. (ed. Luxemb.) I. 79; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1239 § 7. XIII. 458; Lünig Cod. Germ. dipl. I. 371; Lünig Reichs-Arch. (IV.) Pars gen. Cont. II. 160; Dumont Corps univ. dipl. I. 177. n° 339; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 498; Höfler Albert von Beham 6, *ubi perperam ad* a. 1240; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 35; Fr. Schirrmacher Albert von Possemünster gen. der Böhme (Weimar 1871. 8°) 48. — »Rationalis spiritus exulanti.« |
| Nov. 27 | (Laterani) | • (10815) (Bertoldo) episcopo Argentino: Audio Ch(unradum) episcopum Frisingensem dicere, nos nil iuris in Alamannia habere; praeterea homicidio infamatus et vitio falsitatis mandat inquisitionem. v kal. Dec. a° 13°. ‖ Höfler Albert v. Beham 5 (*ubi falso* a° 1240 *adscribitur*). |
| » 29 | » | (10816) Praeposito et capitulo ecclesiae Racemburgensis Praemonstr. ord. ius patronatus ecclesiae in Sclawekesdorpe, quod Albertus dux Saxoniae patronus ipsius eis concesserat, auctoritate apostolica confirmat. III kal. Dec. a° 13°. ‖ Westphalen Mon. ined. II. 2054; Schröder Papist. Meklenburg II. 2924, *perperam ad* a. 1201; Meklenb. UB. I. 494. n° 504. — »Cum a nobis.« |
| » 29 | » | (10817) Capitulo Lausannensi iterat mandatum suum, ut eligatur episcopus, et praecipit, ut designet locum, quem adire liceat secure R. episcopo Lingonensi eoque mittat aliquos potestatem habentes ad peragendam electionem cum eiusdem episcopi consilio et auctoritate per unius mensis tempus. III kal. Dec. a° 13°. ‖ Cartulaire de Lausanne *in* Mém. de la Suisse romande VI. 59. *Cf.* Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 58. n° 121; Forel Régeste 258. n° 1206. — »Cum olim venerabilis.« |
| Dec. 2 | » | (10818) Abbatissam et conventum monasterii Vallis felicis [Seligenthal] Cisterc. ord. Herbipol. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem terras, possessiones ac alia bona, sicut ea omnia iuste possident, eis confirmat. IV non. Dec. a° 13°. ‖ Gudenus Cod. dipl. III. 672. — »Cum a nobis.« |
| » 2 | » | • (10819) (Ludovico) regi Franciae commendat Stephanum nepotem Iohannis Timosi civis Romani pro quadam praebenda in ecclesia Constantiensi, ei iuxta pontificale mandatum ab episcopo et canonicis Constantiensibus collata, sed a magistro Roberto de Campellis per circumventionis astuciam occupata. IV non. Dec. a° 13°. ‖ Teulet Layettes II. 437. n° 2880, *ubi male* a° 1240 *adscribitur*. — »Dilecto filio Stephano.« |
| » 3 | » | (10820) Priori et conventui S. Mariae de Hortis Praemonstr. ord. Segoviens. dioc. ecclesias s. Salvatoris et s. Pauli de Villa nova confirmat. III mensis (?) Dec. a° 13°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 103. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 5 | » | (10821) (Leonardo) electo Gradensi mandat, ut, cum F(ridericus) dictus imperator bona Alberici de Romano Eccelino de Romano et quibusdam aliis adiudicare et quasdam contra dictum Albericum promulgare sententias post excommunicationem in ipsum latam praesumpserit, has adiudicationes et sententias irritas esse decernat *etc.* Non. Dec. a° 13°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 280. — »Cum sicut accepimus.« |
| » 5 | » | (10822) Colomanum regem ducem Sclavoniae laudat, quod extirpare haereses et fidem studet propagare catholicam, exaltationem procurat ecclesiae eiusque impugnatores expugnat. Hortatur eum, ut in devotione Dei et ecclesiae persistat. Non. Dec. a° 13°. ‖ Pray Diatribe 62; Katona Hist. crit. V. 871; Fejér Cod. dipl. IV. I. 175; Theiner Mon. Hungar. I. 172. n° 310; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 69. — »Litteras tuas benigne.« |
| » 6 resp. 7 | » | (10823) Priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum in Hungaria mandat, ut aliquot fratres potentes in opere et sermone in terram Bosnae ad praedicandum inibi verbum dominicum et cultum divinum fortius ampliandum destinet. VII (VIII *Fej.*) id. Dec. a° 13°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. I. 176; Theiner Mon. Hungar. I. 172. n° 312. — »Cum sicut (om. *Fej.*) ex.«<br>• *Eandem bullam in medium tulerunt* Ripolli Bullar. ord. Praed. I. 106 *et* Theiner l. c. 170. n° 307, *sed cum signo chronologico* »Laterani VIII id. Aug. a° 13°«; *elucidationem istius aliis relinquam.* |
| » 7 | » | (10824) (Pousae) episcopo et capitulo S. Petri in Bosna possessiones et alia bona eorum ecclesiae a Colomano rege duce Sclavoniae et aliis Christi fidelibus collata confirmat. VII id. Dec. a° 13°. ‖ Pray Hierarch. II. 419; Katona Hist. crit. V. 878; Fejér l. c. 177; Theiner l. c. 172. n° 311. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 8 | » | • (10825) Fratribus ordinis Minorum Parisiensibus concedit, ut alias terras intra et extra muros civitatis ad monasterium s. Germani de Pratis Paris. attinentes emant pro dicti conventus Parisiensis ampliatione. VI id. Dec. a° 13°. ‖ Sbaraleae Bullar. Franciſc. I. 299. |
| » 9 | » | (10826) Abbatissae et conventui monasterii s. Francisci de Offida ord. s. Dam. Firman. dioc. significat, se statuere ut earum claustrum vigenario monialium numero sit contentum et nulla de cetero ultra eundem numerum in sororem recipiatur ibidem. V id. |

## 1239.

Dec. a° 13°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 411. n° 22; Sbaralea l. c. 273. n° 302. — »Cum propter multitudinem.«

Dec. 9 | Laterani | (10827) (Philippo) Bituricensi archiepiscopo mandat, ut inquirat, utrum canonici Caturcenses fuerint aliquando regulares. v id. Dec. a° 13°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1015. — »Sua nobis prior.«

» 10 | » | (10828) Abbati de Turano (Turriano *Trom.*) dioc. Reatin. et fratri Petro custodi fratrum Minorum Marsicano mandat, ut de vita et miraculis quondam Oddonis monachi Carthusiensis »cuius corpus in monasterio ss. Cosmae et Damiani de Taliacozo Marsican. dioc. requiescit,« veritatem inquirant. iv id. Dec. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 273. n° 303; Tromby Storia V. app. 140. n° 22. — »Ad audientiam nostram.«

» 11 | » | (10829) (Belae) regi Ungariae concedit sicut olim regi Portugalliae, ut redditus suos Iudaeis vel paganis iuxta formas decretalis, cuius tenorem »Ex speciali quam — iura regalia consequantur« (Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 6 *de Iudaeis* c. 18 ap. Böhmer Corp. II. 741) inserit, possit vendere. »Verum tamen honori regio credimus potius expedire, ut, si poteris, vendas dictos redditus christianis.« iii id. Dec. a° 13°. ‖ Katona Hist. crit. V. 863; Fejér Cod. dipl. IV. i. 174; Theiner Mon. Hungar. I. 173. n° 313. — »Quia inter ceteros.«

» 19 | (») | * (10830) Il pontefice scrive una lettera al patriarca Pertoldo d'Aquileja, con la quale gli fa noto ch'egli ad istanza di Bela re d'Ungheria... ‖ Rubeis Mon. eccl. Aquil. 711; *cf.* Manzano Annali del Friuli II. 333.

» 20 | » | (10831) Episcopo Oxomensi insinuat poenitentiam severiorem peragendam a Ferrando e Serpa Alphonsi quondam regis Lusitaniae filio pro maximis sceleribus, quibus se contaminarat. xiii kal. Ianr. a° 13°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1239 § 60, *omisso initio incip.*: — »Ad instantiam dicti.«

» 27 | » | (10832) Priori et fratribus ordinis Praedicatorum Bosnensibus iterum mandat, ut pecuniam a (Nicosclauo) duce Bosniae, antequam in haeresin relapsus sit, apud eos pro cathedrali ecclesia construenda in Bosniae partibus depositam (Pousae) episcopo Bosnensi pro negotio fidei convertendam assignent. vi kal. Ianr. a° 13°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. I. 107. n° 197; Katona Hist. crit. V. 877; Fejér Cod. dipl. IV. i. 174; Theiner Mon. Hungar. I. 173. n° 314. — »Indignum se gratia.« *Cf.* n° 10691.

— | — | * (10833) »Gregorius IX hoc anno ecclesiae Frauticae liberaliter attribuit indulgentias in Fionia.« ‖ Hamsfortii Chronol. secunda ap. Langebek Scr. rer. Dan. I. 287.

— | — | (10834) Monasterium s. Mariae Cladrupense ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exprimit, iura ac privilegia confirmat. *Sine signo chronol.* ‖ Erben Reg. Bohem. I. 454. n° 979 *omisso initio.*

— | — | (10835) Richardo comiti Pictaviae et Cornubiae et baronibus Angliae praesentes litteras inspecturis scribit, non fuisse intentionis suae nec existere, ut beneficia in regno Angliae constituta, quae ad praesentationem pertineant saecularium patronorum, authoritate apostolica cuiquam conferantur. Addit, se, cum ius patronatus in ecclesia de Luthunum Eboracens. dioc. ad laicum pertineat, concessionem revocare, quam olim ignorans cuidam clerico fecerit. Districtius inhibet, ne cui de cetero liceat ecclesias praedicti regni, in quibus sint laici patroni, praeter eorum assensum apostolicae sedis auctoritate conferre. *Sine nota chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. maior 513; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 661; Labbe Conc. XI. i. 348; Mansi Conc. XXIII. 88. — »Cum ex operibus.«

— | — | (10836) Othoni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali in Anglia legato scribit de eodem argumento. *Sine signo chronol.* ‖ M. Paris l. c. 514; Labbe l. c. 349; Mansi l. c. 89. — »Ad tuam volumus.«

## 1240.

Ianr. 4 | Laterani | (10837) Priori et conventui S. Mariae Novae in Ierusalem de Venetiis concedit, ut de 13 mansis terrae Paduanae diocesis ab eis emptionis titulo acquisitae pro pecunia, quam eorum monasterio papa ipse dederat, nulli decimas solvant. ii non. Ianr. a° 13°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. IV. 44, *ubi falso ad* a. 1239. — »Devotionis vestrae praecibus.«

» 10 | » | * (10838) (Iacobo) episcopo Praenestino apostolicae sedis legato mandat, ut Arelatensi archiepiscopo et comiti Provinciae, qui pontifici adversus Fridericum imperatorem subvenerunt, de pecunia suae legationis provideat. iv id. Ianr. a° 13°. ‖ *Meminerunt huius epistolae* Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 20; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. ii. 1226.

» 12 | » | (10839) Fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Accon scribit, sibi magistrum et fratres hospitalis Ierosolimitani exposuisse, quod »Coelestinus III papa duxerit statuendum, ut domus eorum cum reliquis ei subiectis sub obedientia et dispositione prioris sive magistri hospitalis eiusdem, qui pro tempore foret, omnino maneret«; illos autem sibi proposuisse »domum eandem auctoritate sedis apostolicae exemptam et penitus a

| | | |
|---|---|---|
| | | **1240.** |
| | | subiectione ipsorum immunem« esse; mandat eis, ut usque ad festum dedicationis b. Michaelis proximo venturum per idoneum coram papa compareant, magistro et fratribus praedictis super denegatis responsuri. II id. Ianr. a° 13°. ‖ Pauli Cod. diplom. del ord. Gerosol. I. 272; Hennes UB. des deutschen Ordens I. p. v; Strehlke Tab. 354. n° 468. — »Dilecti filii magister.« |
| Ianr. 12 | Laterani | (10840) (Henrico) regi Angliae scribit, se O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali apostolicae sedis legato mandasse, provideat diligenter, ut de tali persona ecclesiae Wintoniensi provideatur, quae regi ipsi suspecta merito non existat. II id. Ianr. a° 13°. ‖ Rymer Foedera I. I. 135. — »Licet dilecti filii.« |
| » 13 | » | (10841) Rusudae reginae et Davidi nato eius Georgianorum regi Hugonem (Huguicionem *Rayn.*), Iacobum, Beneventum *etc.* ordinis fratrum Praedicatorum transmittit eosque hortatur, ut illos benigne recipiant et illorum monita exaudiant. Id. Ianr. a° 13°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 108. n° 198; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 39. — »Vas admirabile sol.« |
| » 17 | » | (10842) Abbati de Gradis Praemonstrat. ord. et priori de Dubrarak (Dubraunik *Pal.*) Olomucens. dioc. mandat, ut (Roberti) Olomucensis episcopi »insanabili infirmitate gravati« cessionem spontaneam pastoralis officii recipiant et ad cedendum cogant eundem, si forte ipsum contingeret poenitere. XVI kal. Febr. a° 13°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 364; Erben Reg. Bohem. I. 457. n° 983; *cf.* Palacky Reise 28. n° 149. — »Usque in senectam.« |
| » 20 | » | (10843) Abbati de Driburc et de Driburch et de Kalkou prioribus S. Andreae dioc. (in Scotia) mandat, ut in causa, quae inter monasterium de Dundraynan Cisterc. ord. et Nicolaum (de Culenes) militem ac Caeciliam uxorem eius super quibusdam possessionibus *etc.* vertitur, procedant. XIII kal. Febr. a° 13°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 39. n° 102. — »Dilecti filii abbas.« |
| Febr. 8 | » | (10844) R. Cornubiae et Pictaviae, W. Warram, I. de Lascy Lincolnien., R. Bigod Norfolch., H. de Albiniaco, de Arundel *etc.* comitibus scribit, se eorum litteras super provisione Wintoniensis ecclesiae recepisse ac O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tull. diacono card. apost. sedis legato mandasse, provideat diligenter, ut de tali persona dictae ecclesiae provideatur, quae regi Angliae suspecta merito non existat. VI id. Febr. a° 13°. ‖ Rymer Foedera I. I. 135. — »Nobilitatis vestrae litteras.« |
| » 8 | » | (10845) Abbati et conventui Simigiensibus ord. s. Ben. Vesprimiens. dioc. immunitatem vinearum novae plantationis sitarum iuxta villam Eng in terra capellae s. Nicholai de Marchia Quinqueeccles. dioc., ab (Andrea) rege Ungariae agnitam confirmat. VI id. Febr. a° 13°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccles. II. 114; Fejér Cod. dipl. IV. I. 188; Theiner Mon. Hungar. I. 173. n° 315. — »Cum a nobis.« |
| » 12 | » | (10846) (Romano) episcopo Portuensi et S(tephano) tit. S. Mariae Transtiberim presbitero cardinali mandat, ut canonicis basilicae Principis apostolorum tribuant facultatem distrahendi trecentas libras ad possessiones emendas ex eis, quae in eiusdem basilicae capside asservantur. II id. Febr. a° 13°. ‖ Bullar. Vatic. I. 122. — »Cum dilecti filii.« |
| » 18 | » | (10847) De Bochon Cisterc. ord. et de Tuchon abbatibus et priori de Bochon Vesprimiens. dioc. mandat, cogant per censuram ecclesiasticam sacerdotes comitatus Simigiensis, ut compositionem inter ipsos et abbatem conventumque S. Martini de Pannonia ord. s. Ben. super quibusdam decimis factam et ab utraque parte sponte receptam observent. XII kal. Mart. a° 13°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 102. — »Exposuerunt nobis dilecti.« |
| » 25 | » | (10848) Priori provinciali fratrum Praedicatorum Franciae concedit, ut in provinciis et locis, ad quae eius extenditur prioratus, illis, qui pro violenta manuum iniectione in clericos et religiosos alios in canonem latae sententiae inciderint, absolutionis beneficium impertiri possit. VI kal. Mart. a° 13°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 109. n° 199. — »Desiderantes toto mentis.« |
| ( » ex.) | ( » ) | (10849) In Fridericum Romanorum imperatorem contra ecclesiam et patrimonium b. Petri iniurias iniuriis cumulantem invective scribit, narrans quomodo ligno crucis et apostolorum Petri et Pauli capitibus per Urbem delatis populus Romanus subito mutatus crucem assumpserit in ecclesiae defensionem, ceterosque hortatur, ut fidei negotium pari devotione prosequantur. *Absque nota chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 344; *correctius dedit* Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. II. 776. — »Attendite ad petram.« |
| Mart 6 | » | (10850) Capitulo Strigoniensi nunciat, se eorum postulationem, quam de M(athia) episcopo Vaciensi in Strigoniensem archiepiscopum concorditer celebraverint, duxisse admittendam eisque illum de speciali gratia in patrem concessisse et pastorem. Addit, se pallium mittere per (Ugrinum) Colocensem archiepiscopum iam dicto episcopo transferendum. Hortatur denique eos, ut eundem patrem et pastorem benigne recipiant atque eiusdem monita et mandata humiliter suscipiant. II non. Mart. a° 13°. ‖ Katona Hist. crit. V. 880; Fejér Cod. dipl. IV. I. 178; Theiner Mon. Hungar. I. 174. n° 316. — »Dilectos filios praepositum.« |

| | | 1240. |
|---|---|---|
| Mart. 6 | Laterani | (10851) (Mathiae) episcopo quondam Waciensi in archiepiscopum Strigoniensem electo pallium mittit. II non. Mart. a° 13°. ‖ Theiner l. c. n° 317; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 106. — »Dilectos filios prepositum.« |
| » 7 | » | (10852) Abbati et conventui Trium Fontium Cisterc. ord. Agriens. dioc. decimas quorundam praediorum, terrarum et vinearum eiusdem monasterii existentium in diocesi Agriensi, quae quinquagesimam partem decimarum ad Cletum episcopum Agriensem spectantium non excedunt et ab eodem pro illorum sustentatione concessae sunt, confirmat. Non. Mart. a° 13°. ‖ Schmitth Episc. Agriens. I. 151; Fejér Cod. dipl. IV. I. 189; Theiner I. c. n° 318. — »Cum a nobis.« |
| » 7 | » | (10853) Rectori hospitalis s. Iacobi Agriensis notificat, se confirmare statutum Cleti episcopi Agriensis, quo hospitale dictum, initio usibus infirmorum et pauperum deputatum, deinde autem in beneficium saecularibus clericis concessum, in statu hospitalitatis pristinae reformetur. Non. Mart. a° 13°. ‖ Schmitth l. c. 152; Katona Hist. crit. V. 879; Fejér l. c. 190; Theiner l. c. 175. n° 319. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 14 | » | (10854) Abbati et conventui monasterii s. Mariae Eboracensis ord. s. Ben. concedit facultatem ingrediendi possessionem ecclesiae s. Michaelis de Appelby Karliolens. dioc. II id. Mart. a° 13°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. III. 586. n° 22. — »Referentibus vobis accepimus.« |
| » 14 | » | (10855) Abbati de Raitenhaslach Cisterc. ord. Salczeburgens. dioc. mandat, ut, cum (Otto) dux Bawariae ad exercendas in terra sua malefactorum vindictas nonnumquam aliqua facere compellatur, de quibus animae suae timeat periculum imminere, super his eius confessionem audiat eique pro excessuum qualitate salutarem iniungat poenitentiam. II id. Mart. a° 13°. ‖ Mon. Boica VI. 366. — »Dilectus filius nobilis.« |
| » 17 | » | (10856) Universis Christifidelibus per Urbevetanam civitatem et diocesim constitutis, qui fratribus ord. Minor. in civitate Urbevetana domos ad honorem s. Francisci aedificaturis elemosynas et subsidia tribuerint, indulgentiam 40 dierum elargitur. XVI kal. Apr. a° 13°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 274. n° 304. — »Quoniam ut ait.« |
| 1239. Mart. 21-1240. Mart. 20 | — | • (10857) N. N. mandat, ut episcopum Zuerinensem in possessionem Cirspaniae aliorumque locorum contra episcopum Caminensem inducat. A° 13°. ‖ Lisch Meklenb. Urkunden III. 89. n° 31; Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 610; Meklenb. UB. I. 488. n° 492; Klempin Pommersches UB. I. 283. n° 364. |
| » 23 | Laterani | (10858) Priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum in Ungaria mandat, ut per se ac alios sui ordinis fratres verbum crucis exnunc usque ad triennium in Ungariae regno proponat et vota crucesignatorum et aliorum, qui bellatores vel aliud congruum subsidium in Terram sanctam transmittere promiserunt, in succursum imperii Romaniae commutet. X kal. Apr. a° 14°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 110. n° 200; Theiner Mon. Hungar. I. 175. n° 320; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 104. — »Quia per subsidium.« |
| » 23 | » | (10859) (Willelmo) episcopo quondam Mutinensi apostolicae sedis legato significat, quomodo (Christianus) episcopus Prusciae obsides pro sua e carcere paganorum in Samplandia liberatione datos liberare debeat. X kal. Apr. a° 14°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 49. n° 52. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 24 | » | (10860) Episcopis per Anconitanam marchiam constitutis mandat, ut, cum quidam Eremitae fratris Iohannis Boni ord. s. Aug. ac alii religiosi illis conformes habitu, in eadem marchia constituti, in fratrum Minorum infamiam gestent formam identitatis vestium prohibitam, in eos excommunicationis sententiam promulgent, qui praescripto Eremitarum certo habitui contraveniant. IX kal. Apr. a° 14°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 462; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 274. n° 305; Empoli Bullar. 126. — »Dudum apparuit in.« *Cf.* n° 10917. |
| » 29 | » | (10861) Abbati de Pelis Cisterc. ord., thesaurario Budensi Vesprimiens. dioc. et S. praeposito Vesprimiensi mandat, ut in enormes Michaelis praepositi Albensis excessus inquirant; praesumsit enim ille cancellariam (Belae) regis Ungariae ad Albensem ecclesiam pertinentem alienare, donavit nonnullos eiusdem ecclesiae servos irrequisitis canonicis libertate, arctavit homines eiusdem compedibus, destruxit associatus multitudine armatorum villam praefatae ecclesiae, eiusdem villae virginibus pudicitia violatis et in contumeliam pudoris feminei tractatis mulieribus impudenter *etc.* IV kal. Apr. a° 14°. ‖ Katona Hist. crit. V. 882; Fejér Cod. dipl. IV. I. 180; Theiner Mon. Hungar. I. 175. n° 321 — »Dilecti filii canonici.« |
| Apr. 1 | » | (10862) (Landoni) archiepiscopo Messanensi mandat, ut priorem et conventum fratrum Praedicatorum Messanen. censuris ecclesiasticis coerceat, ni mandato apostolico de non emendis domibus in praeiudicium fratrum Minorum Messanen. paruerint. Kal. Apr. a° 14°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 275. n° 306. — »Exhibita nobis dilectorum.« |
| » 2 | » | (10863) Abbati et conventui S. Martini de Pannonia ord. s. Ben. Iauriens. dioc., quorum monasterio, cum decimas bladi, vini et quarundam aliarum rerum in comitatu Simi- |

**1240.**

| | | |
|---|---|---|
| | | giensi perceperit ab antiquo, (Bela) Ungariae rex vicesimam partem decimarum ipsarum, quam praedecessores eius dicti monasterii fundatores percipere consueverant, relaxandam duxit, hoc confirmat. IV non. Apr. a° 14°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 103. — »Cum a nobis.« |
| Apr. 10 | Laterani | (10864) (Ugolino) archiepiscopo, priori fratrum Praedicatorum et ministro fratrum Minorum Beneventanis mandat, ut legata et fideicommissa pro Terrae sanctae subsidio relicta in usus pauperum habilium ad pugnandum et in reparatione murorum civitatis convertant. IV id. Apr. a° (13°, *sed legas*) 14°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 276. n° 307. — »Invictae fidei et.« |
| » 10 | » | (10865) Eisdem mandat, ut obligandi »regalia nostra« usque ad summam 500 unciarum auri tam pro sustentatione rectoris et pauperum habilium ad pugnandum, quam pro reparatione murorum terrae populo Beneventano concedant facultatem. IV id. Apr. a° 14°. ‖ Sbaralea l. c. n° 308. — »Ut dilectus filius.« |
| » 11 | » | (10866) (Henrico) episcopo, maioris ecclesiae et S. Afrae praepositis Misnensibus (Mindensi *Rayn.*) mandat, curent, ut fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani in Pruscia commorantes, qui »Prutenos catechumenos qui ad gratiam baptismi pervenire cupiunt christiano charactere non permittunt insigniri,« a (Christiani) episcopi Prusciae, episcopalis ecclesiae et terrae, quas iidem cum neophytis omnibus mobilibus ibidem inventis nequiter spoliaverant, omnimoda molestatione desistant ac eidem episcopo satisfaciant de irrogatis damnis et iniuriis. III id. Apr. a° 14°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 34. n° 73; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. II. I. 108. n° 120; Watterich Deutsch. Ordensstaat 255. n° 27; *sine nota chronol. nec integra* Acta Boruss. I. 430; David Preuss. Chronik II. 91; v. Baczko Gesch. Preussens I. 255. n° 24; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1240 § 35. — »(A *add. Act. Boruss., Dav.*) Venerabili fratre nostro.« |
| » 12 | » | (10867) Dietmaro abbati monasterii Altahensis ord. s. Ben. Pataviens. dioc. eiusque successoribus indulget, ut mitra et annulo uti possint. II id. Apr. a° 14°. ‖ Mon. Boica XI. 211. — »Cum sicut nobili.« |
| » 13 | » | (10868) Nicosiensi archiepiscopo mandat nolens quod archiepiscopus, episcopus et Graeci alii Nicosiensis provinciae in contumacia et malitia sua praevaleant, ut finibus expellat ipsos et fugitivorum ecclesias et monasteria de Latinis sacerdotibus et aliis ministris idoneis ordinet. Id. Apr. a° 14°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 45. — »Ex parte tua.« |
| » 22 | » | (10869) Generali ministro et universis fratribus de ordine fratrum Minorum indulget, ut ad recipiendum commissiones causarum aut sententiarum executiones *etc.* per litteras apostolicae sedis *etc.* cogi nequeant inviti. X kal. Mai. a° 14°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 411. n° 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 277. n° 309. — »Qui postposita vanitate.« |
| » 25 | » | (10870) (Hugoni) abbati S. Eug(enii) de Saona mandat, cogat canonicos Aquenses, ut Ogerium clericum Aquensis dioc. in fratrem et canonicum recipiant. VII kal. Mai. a° 14°. ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 214, *non integra.* — »Exhibita nobis dilecti.« |
| Mai. 2 | » | (10871) Abbati de Nucariis Turonens. dioc. et archidiacono Xantonensi mandat, ut inter abbatem conventumque Lucionenses ord. s. Ben. ex parte una et episcopum Pictavensem ex altera super visitatione eiusdem conventus, absoluto a censuris abbate per fratrem Arnulphum poenitentiarium apostolicum, iudicium faciant. VI non. Mai. a° 14°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 277. n° 310. — »Exhibita nobis abbatis.« |
| » 10 | » | (10872) Clero, potestati, consilio et populo Aquensibus mandat, ut, cum Innocentius pp. III Alexandri pp. III decretum taliter moderatus sit »quod Alexandrinam ecclesiam et Aquensem univit statuens, ut unus et idem esset pontifex utriusque, unam et eandem sedem obtinens in utraque« *etc.*, a persecutione civitatis Alexandrinae desistant ac F(riderico) imperatori, Dei et ecclesiae inimico, eiusque fautoribus nullum de cetero contra ecclesiam et ecclesiasticam libertatem impendant consilium et auxilium. VI id. Mai. a° 14°. ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 213; *cf.* Raynald. l. c. § 21. — »De felicis memoriae.« |
| » 10 | » | • (10873) Abbati S. Iustinae de Sexadio Aquens. dioc. mandat, ut clerum, potestatem *etc.* Aquenses ad id moneant et inducant. VI id. Mai. a° 14°. ‖ Moriondus l. c. 214. |
| » 11 | » | (10874) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae s. Iohannis ewangelistae in Gustrowe Caminens. dioc. villas de Gutowe, de Belcowe et de Genscowe a quondam Henrico de Werle eorum ecclesiae concessas confirmat. V id. Mai. a° 14°. ‖ Schröder Papist. Meklenburg I. 742; Meklenb. UB. I. 381. n° 378. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 10 resp. 12 | » | (10875) Potestati, consilio et populo Alexandrinis restituit episcopatum iuxta Innocentii pp. III privilegium. IV (VI *Ugh., Rayn.*) id. Mai. a° 14°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 320; Moriondus Mon. Aquens. II. 32. n° 25; *pars ultima* ap. Raynald. Ann. ad a. 1240 § 21. — »Regina vero (*om. Ugh.*) mater ecclesia.« |
| » 14 | » | (10876) Abbati Corbeiensi eiusque successoribus ord. s. Ben. indulget usum chirothecarum et sandaliorum. II id. Mai. a° 14°. ‖ Raynald. l. c. § 24. — »Cum sicut asseris.« |

**1240.**

| | | |
|---|---|---|
| (Mai. 14) | Laterani | (10877) Eisdem concedit, ut sacerdotales vestes, altaris pallas et corporalia in monasterio Corbeiensi et ecclesiis eidem pleno iure subiectis benedicere valeant. *Sine signo chronol.* ‖ Raynald. l. c. *omisso initio.* |
| » 14 | » | (10878) Archiepiscopis, episcopis ceterisque praesulibus patriarchatus Hierosolymitani notum facit, se ecclesiae Hierosolymitanae episcopum Nannetensem providisse in pastorem. II id. Mai. a° 14°. ‖ Raynald. l. c. § 47. — »Vacante dudum Hierosolymitana.« |
| » 15 | » | (10879) Abbati et conventui Moissiacensibus Cluniac. ord. Caturcens. dioc. villam s. Michaelis de Castello prope Tolosam cum ecclesia ibidem existente, quae eis ac priori et conventui ecclesiae s. Mariae Deauratae Tolosanae monasterio eorum subiectae in perpetuum erant concessae, confirmat. Id. Mai. a° 14°. ‖ Gallia christ. XIII. instr. 29. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 17 | » | (10880) Magistrum et fratres hospitalis s. Spiritus in Brunna Olomucens. dioc. protegendos suscipit, specialiter autem ius patronatus ecclesiae de Crissanowe, villas de Lucz et de Radomilicz, vineas *etc.* eis confirmat. XVI kal. Iun. a° 14°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 366; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 459. n° 989. — »Sacrosancta Romana ecclesia.« |
| » 17 | » | Archiepiscopo Bremensi et episcopo Verdensi: »XVI kal. Iun. a° 14°.« ‖ Schröder Papist. Meklenburg I. 612, *vid.* 1240. Mai. 20. n° 10885. |
| » 18 | » | (10881) Episcopo, decano et archidiacono Cluanensibus mandat, ut Ossoriensem episcopum ad residentiam in ecclesia sua debitam faciendam cogant. XV kal. Iun. a° 14° ‖ Theiner Mon. Hibern. 40. n° 103. — »Venerabilis frater noster.« |
| » 18 | » | (10882) Patriarchae Gradensi et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus, ... et aliis ecclesiarum praelatis per patriarchatum Gradensem constitutis mandat, ut monasterium s. Thomae de Torcello Cisterc. ord. adversus molestatores et usurpatores ipsius bonorum protegant atque tueantur. XV kal. Iun. a° 14°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. I. 237. — »Non absque dolore.« |
| » 19 | » | (10883) Fratri Paschali eleemosynario suo domum iuxta Falloniam sub sacro palatio suo Lateranensi positam, quam quondam Landulfus et Gualterius speciarii tenuerunt, perpetuo concedit. XIV kal. Iun. a° 14°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 279. n° 311. — »Eo libentius eleemosynae.« |
| » 19 | » | (10884) Eidem loca illa, quae mercerii et aurifices in sacro palatio suo Lateranensi superius et inferius ab eo nomine Eleemosynae tenent, confirmat. XIV kal. Iun. a° 14°. ‖ Sbaralea l. c. 280. n° 312. — »Eo libentius eleemosynae.« |
| » 20 | » | (10885) (Gerhardo) archiepiscopo (Bremensi) et (Ottoni) episcopo Verdensi mandat, ut, si postulationem (Theodorici) praepositi Zwerinensis per decanum et capitulum Zwerinensis ecclesiae (d. 3. Nov. a. 1239) canonice celebratam invenerint, eum, licet defectum in natalibus patiatur, eidem ecclesiae in episcopum et pastorem praeficiant. XIII (XVI *Schr.*) kal. Iun. a° 14°. ‖ Annal. Stadens. ap. Pertz M. G. H. scr. XVI. 365; Labbe Conc. XI. I. 349. n° 15; Mansi Conc. XXIII. 89; Krantz Metropolis lib. VIII. c. 3; Lünig Spicil. eccl. II. Thl. Anh. 155; Staphorst Kirchengesch. I. II. 22; Schröder Papist. Meklenb. I. 612; Meklenb. UB. I. 498. n° 510. — »Ex parte dilectorum.« |
| » 22 | (») | Castrum Recanatense: »XI kal. Iun. a° 14°« — »Rectae considerationis.« ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1217; *al., vid.* 1240. Dec. 22. n° 10975. |
| » 22 | (») | Episcopo Humanati: »XI kal. Iun. a° 14« — »Cum olim apostolicae.« ‖ Ughelli l. c. 1217; *al., vid.* 1240. Dec. 22. n° 10976. |
| » 26 | » | (10886) Suffraganeis ecclesiae Aquileiensis et abbatibus, prioribus, decanis, archipresbyteris, archidiaconis, praepositis et aliis ecclesiarum praelatis per patriarchatum Aquileiensem constitutis praecipit, ut monasterium s. Mariae de Plavi Cisterc. ord. Cenetens. dioc. a molestatoribus tueantur. VII kal. Iun. a° 14°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. III. 305. — »Non absque dolore.« |
| » 29 | » | (10887) Monasterium b. Mariae Deauratae Tolosanae Cluniac. ord. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. IV kal. Iun. incarn. dom. a° 1240. pont. a° 14°. ‖ Gallia christ. XIII. instr. 29. — »Quotiens a nobis.« |
| » 30 | » | (10888) Electo Iadrensi pallium mittit. III kal. Iun. a° 14°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. 76. n° 93. — »Cum palleum insigne.« |
| » 30 | » | (10889) (Leonardo) electo Gradensi mandat, ut electo Iadrensi pallium assignet. III kal. Iun. a° 14°. ‖ Theiner l. c. 76. n° 94. — »Cum palleum insigne.« |
| » 31 | (») | Castrum Recanatense: »II kal. Iun. a° 14°« — »Recte considerationis.« ‖ Osservaz. crit. sopra le antichità crist. di Cingoli II. 748. n° 67, *vid.* 1240. Dec. 22. n° 10975. |
| Iun. 5 | — | (Ludolfo) episcopo Monasteriensi: »Interamnae non. Iun. a° 14°«. ‖ Niesert Münster. US. II. 418, *vid.* 1236. Iun. 5. n° 10181. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1240.** |
| Iun. 6 | Laterani | (10890) Colomano regi et duci Sclavorum, qui postulaverat, ut sedes apostolica, cum Spalatensis ecclesia propter plurium malefactorum incursus devenerit ad egestatem, archiepiscopi Spalatensis spontaneam cessionem recipiat et eandem ecclesiam uniat Zagrabiensi ecclesiae, respondet, in tanto negotio esse maturitate praevia procedendum, et super unione huiusmodi (Ugrini) archiepiscopi Colocensis, (Stephani) Zagrabiensis episcopi et capitulorum dictarum ecclesiarum requiri debere assensum. VIII id. Iun. a° 14°. ‖ Pray Hierarch. II. 241; Katona Hist. crit. V. 887; Fejér Cod. dipl. IV. I. 183; Theiner Mon. Hungar. I. 176. n° 322. — »Per dilectum filium.« |
| » 8 | » | (10891) Urbevetano et Suanensi episcopis et priori S. Iohannis de Platea Urbevetano ord. s. Aug. mandat, ut de operibus et miraculis fratris Ambrosii de ordine fratrum Minorum inquirant. VI id. Iun. a° 14°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 415; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 280. n° 313. — »Dei sapientia qui.« |
| | | * *Formula de testibus examinandis* ap. Raynald. Ann. ad a. 1240 § 22; ap. Sbaraleam l. c. 281. |
| » 8 | » | (10892) Abbatissae et capitulo saecularis ecclesiae de Gandersem Ildesemens. dioc. hospitale de Gandersem necnon terras, possessiones et alia bona, sicut ea omnia iuste possident, confirmat. VI id. Iun. a° 14°. ‖ Leuckfeld Antiq. Gandersh. 143; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. von Aebtiss. 48. n° 43. — »Cum a nobis.« |
| » 9 | » | (10893) Potestati et communi Ianuensibus, quos Fredericus dictus imperator tempore potestariae Pauli de Surisino possessione quarundam terrarum spoliaverat, spondet se facturum, ut, si inter ecclesiam et dictum Fridericum pax reformetur, illae terrae eis restituantur. V id. Iun. a° 14°. ‖ Liber iurium reipubl. Genuens. (Hist. patr. mon.) I. 987. n° 754. — »Attendentes fervorem devocionis.« |
| » 16 | » | (10894) Fratribus Minoribus Firmanis capellam s. Leonis, quam eis (Philippus) episcopus Firmanus concessit, auctoritate apostolica confirmat. XVI kal. Iul. a° 14°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 281. n° 314. — »Cum a nobis.« |
| » 17 | » | (10895) Potestati et communi Bononiensibus, qui supplicaverant ut, cum capitulum Bononiensis ecclesiae (Octavianum) archidiaconum Bononiensem subdiaconum et capellanum apostolicum in episcopum postularit licet ad annum trigesimum nondum pervenerit, eundem in pastorem concederet, respondet, se eidem archidiacono plenam administrationem Bononiensis ecclesiae in spiritualibus et temporalibus committere, eosque hortatur, ut ipsius mandatis et monitis intendant. XV kal. Iul. a° 14°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 184; *sine signo chronol.* ap. Hahn Collect. mon. I. 139. — »Ita nos iugiter.« |
| » 17 | » | (10896) Clero Bononiensi (Octavianum) archidiaconum Bononiensem subdiaconum et capellanum suum, non obstante quod adhuc ad annum $30^{mum}$ non pervenit, in procuratorem ecclesiae Bononiensis concedit eidem plenam administrationem in spiritualibus et temporalibus committens. XV kal. Iul. a° 14°. ‖ Sigonius Histor. Bonon. 165; *omisso initio incipiens* »Ex litteris« Ghirardacci Istor. di Bologna I. 162; (Sartius) De clar. archigymn. Bon. profess. I. II. 168. DD. — »Super eo nobis.« |
| » 19 | » | (10897) Archipresbytero et clero Velletrensibus significat, se potestati et populo Velletrensibus sub debito fidelitatis et poena 500 marcarum argenti dare in litteris, ut VI. feria proximo futura per commune tam equites quam pedites habiles ad pugnandum Riccardo S. Angeli diacono cardinali Campaniae Maritimaeque rectori apud Ferentinum ad defendendam ecclesiam in speciali Campaniae parte occurrere non postponant. Mandat eis, ut eosdem et specialiter crucesignatos ad id moneant et, si opus fuerit, per excommunicationis et interdicti sententias cogant. XIII kal. Iul. a° 14°. ‖ Borgia Velletri 276. — »Cum sit causa.« |
| » 20 | » | (10898) Stephano tit. S. Mariae trans Tyberim presb. cardinali, archipresbytero et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis dictam basilicam in festo pentecosten visitantibus tres annos et tres quadragenas de iniuncta eis poenitentia singulis annis relaxare. XII kal. Iul. a° 14°. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 501. n° 56. — »Etsi loca sanctorum.« |
| » 21 | (») | (10899) Populo et clero Recanatensibus significat, se statuere ut castrum Recanatense de cetero esse civitatem, et eorum terrae, quam a iurisdictione ecclesiae Humanatae eximit, episcopalem concedit dignitatem. XI kal. Iul. a° 14°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1217. — »Rectae considerationis examine.« |
| » 21 | (») | (10900) Episcopo Humanati in recompensationem castri Recanatensis villam Auximanam in perpetuum diocesana lege spiritualiter submittit. XI kal. Iul. a° 14°. ‖ Ughelli l. c. 1217. — »Cum olim apostolicae.« |
| » 25 | » | (10901) Stephano tit. S. Mariae Transtiberim presbytero cardinali, archipresbytero et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe significat, se visitantibus basilicam ipsam a festo pentecostes usque ad octavam apostolorum Petri et Pauli tres annos ac totidem quadragenas indulgentiarum elargiri. VII kal. Iul. a° 14°. ‖ Bullar. Vatic. I. 123. — »Etsi loca sanctorum.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1240.** |
| Iun. 26 | Laterani | (10902) Episcopo Nicisiensi mandat, ut (Nicolaum) Vigintimiliensem episcopum propter malitiam ab officio et beneficio suspendat eumque compellat, ut infra tres menses se apostolico conspectui repraesentet. VI kal. Iul. a° 14°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 303. — »Olim intelleximus quod.« |
| (cc. Iun.) | (») | (10903) G(regorio) de Monte longo subdiacono et notario suo apostolicae sedis legato mandat, moneat et inducat Mediolanenses, Placentinos, Bononienses et Brixienses, ut ad mandatum papale 20000 marcharum argenti partim apud Ianuam partim apud Venetias infra festum assumptionis b. Mariae proxime futurum deponant. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 142; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. II. 1013. — »Mirari possumus et.« |
| Iul. 4 | » | (10904) Inhibet, ne quis tam fratres Praedicatorum quam eorum ordini voto vel iuramento obligatos de cetero praetextu indulgentiae alicuius vel litterarum obtentarum a sede apostolica vel etiam obtinendarum in posterum, nisi prius prioris sui fuerit petita et obtenta licentia, recipere praesumat. IV non. Iul. a° 14°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. II. 369. n° 319; *cf.* Lamatsch Beiträge 162. — »Cum dilectorum filiorum.« |
| » 4 | » | (10905) Magistro et prioribus ordinis fratrum Praedicatorum concedit, ut volentibus eorum aggregari collegio, qui suspensionis aut interdicti vel excommunicationum sententiis sint ligati, absolutionis beneficium impertiri possint. IV non. Iul. a° 14°. ‖ Boczek l. c. 369. n° 318; *cf.* Lamatsch l. c. 162. |
| » 4 | » | (10906) Eisdem concedit, ut commissiones causarum vel sententiarum exequutiones a sede apostolica vel delegatis eius vel a quibuslibet aliis eis factas minime teneantur recipere. IV non. Iul. a° 14°. ‖ Boczek l. c. 368. n° 317; *cf.* Lamatsch l. c. 162. |
| » 4 | » | (10907) Priori et conventui ecclesiae s. Trinitatis Londoniensis ord. s. Aug. capellas s. Catharinae et s. Michaelis Londonienses necnon decimas de Walemers confirmat. IV non. Iul. a° 14°. ‖ Rymer Foedera I. I. 136; Dugdale Monast. Anglic. VI. 162. n° 19. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 5 | » | (10908) R(omano) Portuensi episcopo et S(tephano) tit. S. Mariae Transtiberim presbytero cardinali mandat, ut canonicis basilicae Principis apostolorum tribuant facultatem, pro reparatione castri Bucegae atque ad nonnullas possessiones emendas ex basilicae thesauro ducentas libras distrahendi. III non. Iul. a° 14°. ‖ Bullar. Vatic. I. 124. — »Licet olim dilectis.« |
| » 5 | » | (10909) (Iuhello) Rhemensi archiepiscopo significat, ius spuriis ad dignitates obtinendas concessum ad episcopalem dignitatem non porrigi; addit, se ideo, cum Noviomensi ecclesia vacante eiusdem canonici P(etrum) non legitime natum Philippi Augusti regis Franciae in episcopum elegerint, hanc electionem irritam et praesumptam decernere. III non. Iul. a° 14°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1240 § 30. — »Noviomensi ecclesia pastore.« |
| » 6 | » | (10910) Ph. de Monteforti et Mariae Rupini Armenorum olim regis filiae declarat, quod per dispensationem obtentam libera eis licentia competit contrahendi. II non. Iul. a° 14°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 46. — »Cum secundum regulam.« |
| » 6 | (») | * (10911) Raymundo generali ministro et universis prioribus ordinis fratrum Praedicatorum significat, se inhibere ne quis iudex a sede apostolica delegatus aut legati ab eius latere simplicibus dicti ordinis monachis iniungant, ut excommunicent aut excommunicatos denuntient proprios sui monasterii fundatores *etc.* II non. Iul. a° 14°. ‖ Lamatsch Beiträge 162. |
| » 10 | » | (10912) Abbati et priori Atthanacensi et sacristae S. Pauli Lugdun. scribit de instituenda inquisitione ratione successionis litigiosae de sede episcopali Lausannensi. VI id. Iul. a° 14°. ‖ Cartulaire de Lausanne *in* Mém. de la Suisse romande VI. 67; Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 65. n° 130 a. — »Ad audientiam nostram.« |
| » 10 | » | (10913) Potestati, consilio et populo Alatrinis, qui »nuper in homines de Guarcino fideles ecclesiae Romanae hostiliter irruentes 300 domus ipsorum et amplius in contemptum apostolicae sedis nequiter« combusserant, mandat, ut credant firmiter et efficaciter impleant, quidquid Franciscus Bonvicinus cubicularius papalis ad hoc specialiter destinatus eis ex parte sedis apostolicae super his communicaturus sit. VI id. Iul. a° 14°. ‖ Spicil. Liber. 646. — »Grave gerimus plurimum.« |
| » 12 | » | (10914) G(regorio) de Montelongo subdiacono et notario suo apostolicae sedis legato mandat, ut, cum pronuntiaverit ad assertionem inquisitionis contra episcopum Brixiensem esse nullatenus procedendum, et dictus episcopus ad propria cum gratia papali revertatur, institutionem procuratorum in bonis ecclesiae Brixiensis et suspensionem clericorum revocet. IV id. Iul. a° 14°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 282. n° 315. — »Praesentata nobis inquisitione.« |
| » 12 | » | (10915) (Aegidio) episcopo Placentino mandat, ut ad depositionem P. presbyteri, cum de homicidio legitime sit convictus, procedat. IV id. Iul. a° 14°. ‖ Sbaralea l. c. n° 316. — »Ex litteris tuae.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1240.** |
| Iul. 18 | (Laterani) | **(10916) Monasterium ss. apostolorum Petri et Pauli de Moyssaco Caturcens. dioc. ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, libertates et immunitates confirmat. xv kal. Aug. indict. XIII. incarn. dom. a° 1240. pont. a° 14°. ‖ Gallia christ. I. instr. 42. n° 33. — »Quoties a nobis.«** |
| » 18 | » | (10917) Episcopis per Anconitanam marchiam constitutis mandat, ut contra Eremitas fratris Iohannis Boni ord. s. Aug. formam identitatis vestium prohibitam gestantes, non obstante eorum appellatione, ad executionem mandati d. d. 24. Mart. 1240 (*vid.* n° 10860) procedant. xv kal. Aug. a° 14°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 463; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 283. n° 317. — »Apparente dudum in.« |
| » 21 | » | (10918) Abbati et conventui monasterii s. Augustini Cantuariensis concedit, ut ecclesiam de Plumstede Roffens. dioc., in qua ius patronatus obtinent, ad pauperum et hospitum usus libere deputare possint. xii kal. Aug. a° 14°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 135. n° 20. — »Dignum est ut.« |
| » 21 | » | (10919) Monasterium monialium de Allodio s. Mariae Cisterc. ord. Leodiens. dioc. tuendum suscipit eiusque possessiones ac bona, quorum plurima propriis vocabulis exprimit, confirmat. xii kal. Aug. indict. XII. (!) incarn. dom. a° 1240. pont. a° 14°. ‖ Anal. p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique V. 378. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| (Aug. ineunte) | (ap. Cryptam ferratam) | (10920) Potestatem, consilium et commune Bononienses monet et hortatur, ut (Iacobum Theupulum) ducem et populum Venetorum ad succurrendum fidelibus pontificis in marchia Anconitana, quae a devotione ecclesiae in devotionem Friderici recesserat, sed iam reverti ad eius gremium parata erat, inducant. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 140; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. ii. 1021. — »Exultamus pro vobis.« |
| ( » ) | ( » ) | (10921) Societatem Lombardiae et marchiae Romaniolae sub b. Petri et sua custodia, protectione ac tutela recipit. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 141. — »Constans fides et.« |
| Aug. 1 | » | (10922) (Philippo) archiepiscopo Bituricensi mandat, ut, cum electio magistri Durandi praepositi S. Iuliani in Lemovicensem episcopum a sede apostolica confirmata sit, eundem ad gradum sacerdotii promoveat eique munus consecrationis impendat. Kal. Aug. a° 14°. ‖ Gallia christ. II. instr. 22. — »Cum nos electionem.« |
| » 3 | » | (10923) (Iacobo) episcopo Praenestino apostolicae sedis legato scribit, eius consilio praepositum et capitulum Leodienses in pastorem suum (Robertum de Torota) Lingonensem episcopum postulasse, illum autem consensum suum subiecisse beneplacito voluntatis pontificiae. Cum legato vices suas super hoc negotio delegare nolit, Senonensi et Rothomagensi archiepiscopis se mandasse, ut requisita eiusdem episcopi voluntate, si postulationi consenserit antedictae, ipsum a spirituali quo teneatur ecclesiae Lingonensi absolventes vinculo, transferant eundem ad ecclesiam Leodiensem; ceterum quod de reservanda eidem ad tempus ecclesia Lingonensi, si ad Leodiensem ecclesiam transferatur, extiterit postulatum, multis ex causis se non videre annuendum. iii non. Aug. a° 14°. ‖ Notices et extraits XXI. ii. (1865.) 220. — »Leodiensi ecclesia pastore.« |
| » 5 | » | (10924) (Thomae) episcopo Wratislaviensi (et Gerardo Cracoviensi canonico *add. Rayn.*) mandat, ut (Conradum) ducem Lancitiae, qui immane flagitium perpetraverat perimendo quondam I(ohannem) Plocensis et Wratislaviensis ecclesiarum scolasticum in mortis patibulo, sed ad cor reversus pro satisfactione ipsius sceleris Gneznensi, Cuiaviensi et Plocensi ecclesiis et earum hominibus atque villis maximam contulerat libertatem, ab excommunicatione absolvant. Non. Aug. a° 14°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 35. n° 74; Dlugossi Hist. Poloniae. Lib. VI. 666; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 37; *cf.* Grünhagen Reg. I. 208. n° 557. — »Licet grande scelus.« |
| » 9 | » | (10925) (Ludovicum) regem Francorum invitat ad concilium eumque rogat, ut usque ad proximum festum resurrectionis dominicae ad papam providos nuntios mittat, qui super expediendis causis universalis ecclesiae utile »nobis« consilium vice regia largiantur. v id. Aug. a° 14°. ‖ Raynald. l. c. § 54; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 283. n° 318. — »Super bases aureas.« |
| » 9 | » | (10926) (Belam) regem Ungariae rogat et monet, ut usque ad proximum festum resurrectionis dominicae ad sedem apostolicam nuncios transmittat, qui super expediendis causis universalis ecclesiae utile eidem consilium vice regia largiantur. v id. Aug. a° 14°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 179. n° 330; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 105. — »Super bases aureas.« |
| » 9 | » | * (10927) Universis ecclesiarum praelatis, regibus et principibus (inter quos etiam rex Boemiae ac episcopi Olomucensis et Pragensis nominantur) indicit concilium ad festum resurrectionis Domini proxime venturum. v id. Aug. a° 14°. ‖ Palacky Reise 28. n° 150; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 374; Erben Reg. Bohem. I. 961. n° 998. |
| » 9 | » | (10928) (Galterum) archiepiscopum Senonensem hortatur, ut usque ad proximum festum resurrectionis dominicae ad sedem apostolicam personaliter veniat (celebrandi concilii |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1240.** |
| | | causa), »ut habeat ecclesia mater in filio speratum in tua visitatione solatium et gratum providi consilii fulcimentum, proviso ut in personarum et evectionum moderato numero venias, ne nimis ecclesiae tuae onerosus existas.« v id. Aug. a° 14°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 53; Huillard-Bréholles Hist. crit. V. ii. 1020; *sine inscript. et nota temporis* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. 161. — »Eterna (Eterni *Baerw.*) providentia conditoris.« |
| Aug. 9 | ap. Cryptam ferratam | (10929) (Sigfridum) archiepiscopum Maguntinum rogat et hortatur, ut usque ad proximum festum resurrectionis dominicae ad sedem apostolicam personaliter venire procuret, »ut in expediendis imminentibus nobis negotiis tuo uti consilio valeamus.« Praeterea mandat, ut suffraganeorum suorum capitulis, abbatibus et praelatis aliis suae provinciae iniungat, ut eodem termino ad sedem apostolicam providos nuntios emittant. v id. Aug. a° 14°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 28. — »Eterna providentia conditoris.« |
| » 9 | » | (10930) (Bartholomaeo) episcopo Quinqueecclesiensi mandat, ut usque ad proximum festum resurrectionis dominicae ad apostolicam praesentiam personaliter veniat, »ut habeat ecclesia mater in filio speratum in tua visitatione solatium et gratum providi consilii fulcimentum.« Praeterea ei mandat, iniungat suffraganeorum suorum capitulis, abbatibus et praelatis aliis suae provinciae, ut super his eodem termino ad sedem apostolicam nuntios mittant. v id. Aug. a° 14°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 115; Fejér Cod. dipl. IV. i. 184; Theiner l. c. 179. n° 329; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 120. — »Eterna providentia conditoris.«<br>* *In eundem modum* Archiepiscopo Strigoniensi — Archiepiscopo Colocensi — Episcopo Geuriensi — Episcopo Zagrabiensi *etc.* |
| » 9 | » | (10931) Commune Bononiense monet, ut usque ad proximum festum resurrectionis dominicae ad sedem apostolicam nuntios mittant, qui super causis ecclesiae consumandis fidele papae consilium largiantur. v id. Aug. a° (13°, *sed legas*) 14°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 187. — »Cum graves apostolice.« |
| » 13 | — | Episcopo, decano et capitulo Meldensibus: »Laterani id. Aug. a° 14°«. ‖ Du Plessis Hist. de Meaux II. 142. n° 330, *vid.* 1241. Aug. 13. |
| » 18 | ap. Cryptam ferratam | (10932) Episcopis per Anconitanam marchiam constitutis praecipit, ut Eremitas fratris Iohannis Boni ord. s. Aug. ad cucullas de cetero gestandum discinctas per censuras ecclesiasticas compellant. xv kal. Sept. a° 14°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 464; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 284. n° 319. — »Dudum apparuit in.« |
| » 21 | » | (10933) Firmano episcopo et abbati Claraevallensi de Oliento Cisterc. ord. Camerinens. dioc. mandat, ut episcopis Anconitanae marchiae terminum praefigant, post quem priorem Andream et Eremitas eiusdem provinciae per censuras ecclesiasticas ad gestandum cucullas discinctas compellant. xii kal. Sept. a° 14°. ‖ Wadding l. c. 465. — »Cum venerabilibus fratribus.« |
| » 23 | » | (10934) Eisdem per iterata scripta mandat, ut priori Andreae et Eremitis (fratris Iohannis Boni ord. s. Aug.) Anconitanae marchiae ad gestandum cucullas discinctas proximum festum nativitatis dominicae terminum praefigant. x kal. Sept. a° 14°. ‖ Wadding l. c. 465. — »Licet vobis dederimus.« |
| » 27 | » | (10935) (Praesulibus in Lugdunensi Gallia) mandat, ut singuli faciant per suas dioceses et parochias annis singulis publice nunciari, ne quis elemosynas suas eroget quaestoribus nomine b. Antonii (ecclesiae Viennensis construendae), sed eos tamquam falsarios persequatur. vi kal. Sept. a° 14°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 29, *omisso exordio.* |
| Sept. 1 | » | (10936) Potestati, consilio et populo Spoletanis quosdam annuos redditus, quos in diocesi Spoletana ecclesia Romana obtinet, concedit. Kal. Sept. a° 14°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 8; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 114. n° 192. — »Gaudemus in Domino.« |
| » 6 | (») | * (10937) Declarat, cum decanus Carnotensis contenderet se ius archidiaconale habere in civitate et banleuga Carnotensibus et sibi subiectum fore monasterium s. Petri, decanum in probatione penitus defecisse, et monasterium ab eius impetitione absolvit. ‖ Guérard Cartul. de St. Père de Chartres II. 692. |
| » 29 | » | (10938) Archiepiscopo Cosentino licentiam concedit postulatam, ut fratribus Praedicatorum concedat ecclesiam s. Matthaei sitam iuxta Cosentiam ad archiepiscopalem mensam spectantem ad domum sui ordinis construendam. iii kal. Oct. a° 14°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 110. n° 201. — »Licet ad humilem.« |
| (Sept.) | — | (10939) Albertum (Bohemum) laudat propter sollicitudinem, quam in processibus per eum habitis contra mandatorum sedis apostolicae contemptores adhibuit; hortatur eum, ut in sinceritatis proposito semper studiosus intendat, quae honori Dei et ecclesiae viderit profutura. *Absque nota chronol.* ‖ Cod. ms. Dictaminum mag. Petri de Vineis. Bibl. Berol. ms. lat. fol. n° 188. p. 138; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. ii. 1035. — »Inspecto litterarum tenore.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1240.** |
| (Sept.) | — | (10940) (Wenceslao) regi Bohemiae (Franciae *male Cod. Berol.*) commendat magistrum Albertum archidiaconum (archiepiscopum *male Cod. Berol.*) Pattavensem (*om. Cod. Berol.*), eumque hortatur, ut in fide et devotione s. Romanae ecclesiae persistat ac non solum reprobo Friderico excommunicato non impendat auxilium et favorem, verum etiam ipsius malignis conatibus pro posse resistat. *Sine nota chronol.* ‖ Dictam. mag. Petri de Vineis l. c. 124ᵛ; Huillard-Bréholles l. c. 1036. — »Quam graviter persequatur.« |
| ( » ) | — | (10941) Ducem Bavariae rogat et monet, ut magistro Alberto archidiacono Laureacensi contra iniuriatores eius laicos assistat. *Sine signo chronol.* ‖ Dictam. mag. Petri l. c. 137ᵛ; Huillard-Bréholles l. c. 1037. — »Ut magister Albertus.« |
| (Iul.-Sept.) | — | (10942) (Wilbrando) Magdeburgensi et (Conrado) Coloniensi archiepiscopis mandat, ut, cum (Henricus) Mysnensis episcopus viam universae carnis ingressus et (Conradus) cantor maioris ecclesiae in Magdeburch concorditer electus sit episcopus, de modo electionis, studiis eligentium et electi meritis inquirant ac, si canonice eandem electionem de persona idonea invenerint habitam, ipsam confirment. *Sine nota chronol.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 25. — »Bone memorie N.« |
| Oct. 7 | Laterani | (10943) Abbati Dolensi Bituricens. dioc. mandat, moneat comitem Tolosanum, ut abbati et conventui monasterii Moyssiacensis Cluniac. ord. infra duos menses super dominio villae Moyssiacensis, dampnis etiam et expensis satisfaciat; alioquin eundem extunc in pristinam excommunicationis sententiam reducat. Non. Oct. aº 14º. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. preuv. 395. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 13 | » | (10944) G. de Romania subdiacono et capellano suo apostolicae sedis legato mandat, ut cum potestate et consilio Ianuensibus ordinet, »quod tantum numerum galearum et navium, in quibus praelatos et alios ad concilium venientes in festo resurrectionis dominicae proxime venturo secure ad sedem apostolicam deferendos et reducendos possint recipere, praeparent,« ne Fridericus dictus imperator adversarius Dei et ecclesiae vocationem istam impediat. III id. Oct. aº 14º. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. II. 1053. — »Nuper pro diversis.« |
| » 15 | » | (10945) (Mathiae) archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut »cum Petri navicula, matris ecclesiae sinus, negotiorum operta fluctibus et questionum urgentium agitata procellis dexteram Iesu sublevantis imploret,« difficultatibus obedientiae meritum anteponens usque ad proximum venturum festum resurrectiones dominicae ad sedem apostolicam personaliter accedat, »ut mater filiorum roborata praesentia ... piae intentionis exordia felici consumatione concludat.« Id. Oct. aº 14º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 180. nº 331. — »Petri navicula matris.«<br>• *In eundem modum* Archiepiscopo Colocensi — Episcopo Geuriensi — Episcopo Zagabriensi — Episcopo Vesprimiensi — (Bartholomaeo) episcopo Quinqueecclesiensi [Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 117; Fejér Cod. dipl. IV. I. 186] — Episcopo Agriensi — Episcopo Ultrasilvano — Abbati S. Martini de Pannonia. |
| » 15 | » | (10946) Archiepiscopum et episcopos regni Norwegiae rogat et monet, ut usque ad proximum venturum festum resurrectionis dominicae ad sedem apostolicam personaliter accedant, ut in expediendis imminentibus sibi negotiis eorum uti consilio possit. Id. Oct. aº 14º. ‖ Mansi Conc. XXIII. 90; Lange Dipl. Norveg. I. I. 17. nº 22. — »Petri navicula matris.« |
| » 15 | » | (10947) (Galtero) Senonensi archiepiscopo praecipit, ut, cum Fridericus dictus imperator, matris (ecclesiae) exponere pudicitiam cupiens calidis in ipsam armetur insidiis et principibus et praelatis ad sedem apostolicam vocatis accessum ad eam suis terroribus interdicat, difficultatibus omnibus obedientiae meritum anteponens infra proximum resurrectionis dominicae diem personaliter Romam veniat. Id. Oct. aº 14º. ‖ Labbe Conc. XI. I. 350; Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 57; *sine inscript.* Matth. Paris Hist. maior 553; *sine inscript. et nota chronol.* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 188. — »Petri navicula matris.« |
| » 15 | » | (10948) Beneventanos confortat eorum calamitatibus compatiens, ut viriliter se et suam civitatem defendant, sententiamque banni in proditores ad exterminium civitatis intendentes a Beneventanis latam confirmat. Id. Oct. aº 14º. ‖ Raynald. l. c. § 15; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. II. 1056. — »Utinam affectus nostros.« |
| » 15 | » | (10949) Communi Bononiensi scribit, se eos apostolicis sollicitavisse litteris, ut usque ad festum proximum resurrectionis dominicae ad concilium praelatorum nuncios mittant (*vid.* nº 10391). Sed cum adversarius et hostis ecclesiae Fridericus dictus imperator praefatum concilium nitatur impedire, eos rogat, ut litteris, si quas praedictus Fridericus ad ipsos praefati contrarias vocationi concilii dirigat, animum in aliquo penitus non inclinent. Id. Oct. aº (13º, *sed legas*) 14º. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 189. — »Nuper considerantes quod.« |
| ( » 15) | » | (10950) Potestati, consilio et populo Mediolanensibus significat, se usque ad festum proxime venturum resurrectionis dominicae concilium convocasse. »Verum adversarius et |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1240.** hostis ecclesiae Fridericus dictus imperator ... praefatum concilium nititur impedire.« Eos hortatur ut nuntios usque ad sanctum festum transmittant, qui papae salutare consilium vice ipsorum tribuant, ne tanta ecclesiae generalis utilitas de facili eius dolo impedita depereat. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 144. — »Nuper considerantes quod.« |
| Oct. 15 | Laterani | (10951) Albericum de Romano rogat et hortatur, ut nuncios usque ad festum proxime venturum resurrectionis dominicae »ad quod nuper advocavimus concilium praelatorum« Romae habendum contra F(ridericum) dictum imperatorem, destinet, »qui nobis vice tua salutare consilium tribuant.« Id. Oct. a° 14°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 283; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. II. 1055. — »Nuper considerantes quod.« |
| » 15 | » | (10952) (Belae) regi Ungariae scribit, se eum exorasse, ut usque ad festum proximo venturum resurrectionis dominicae, »ad quod advocavimus concilium praelatorum«, ad sedem apostolicam regales nuncios, qui vice regia in negotiis universalis ecclesiae salutare consilium tribuant, destinet. »Verum Fridericus dictus imperator, qui universalis ecclesiae commodum proprium existimans detrimentum, ut auctoritatem apostolicae sedis annichilet ac unitatem scindat, praefatum concilium nititur impedire.« Rogat regem et hortatur, ut litteris, si quas praedictus Fridericus ad eum praefati contrarias vocationi concilii dirigat, animum non inclinet, sed nuncios suos usque ad supradictum festum destinet. Id. Oct. a° 14°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 180. n° 332; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 106. — »Dux exercitus Domini.« <br> • *In eundem modum* Colomanno regi (Ruthenorum et) duci Sclavoniae. |
| » 15 | » | • (10953) (Wenceslao) regi Boemiae concilium indicat, cuius nuncios postulat; praecipit, ne litteris Friderici imperatoris fidem habeat. Id. Oct. a° (IX, *sed legas*) XIV. ‖ Höfler Albert von Beham 3, *ubi perperam ad* a. 1236. *Cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 57; Palacky Reise 28. n° 151; Erben Reg. Bohem. I. 468. n° 1009. |
| » 15 | » | (10954) Consilio et populo Recanatensibus quaedam privilegia a Sinibaldo cardinale S. Laurentii in Lucina marchiae Anconitanae rectore concessa confirmat. Id. Oct. a° 14°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 114. n° 193. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 30 | » | (10955) (Gratiadeo) episcopo Pistoriensi mandat, ut, cum commune de Vada Pisan. dioc. (Vitalem) archiepiscopum Pisanum coram P. de Fascianellis, qui se asserat generalem capitaneum in Tuscia Frederici dicti imperatoris, super quibusdam nemore ac pascuis ad ecclesiam Pisanam spectantibus traxerint in causam, dictus P. autem exceptionem legitimam procuratoris archiepiscopalis admittere denegaverit, revocet in statum debitum quicquid post hanc appellationem invenerit attemptatum. III kal. Nov. a° 14°. ‖ Matthaeius Eccl. Pisana I. app. 99. — »Sua nobis venerabilis.« |
| Nov. 6 | » | (10956) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Francia mandat, ut universos crucesignatos regni Franciae et in Tullensi, Verdunensi, Metensi, Leodiensi et Cameracensi diocesibus compellat, ut in Terrae sanctae vel imperii Constantinopolitani subsidium in proximo passagio Martii transeant. VIII id. Nov. a° 14°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 110. n° 202. — »Olim ut fortius.« |
| » 13 | » | (10957) Potestatem, consilium et populum Fanenses rogat et hortatur, ut suae fortitudinis brachia de bono in melius roborent et sic honorem libertatis suae a tyrannis servent et ecclesiam voluntatibus suis reddant fortius obligatam. Id. Nov. a° 14°. ‖ Amiani Mem. ist. di Fano II. somm. 47. — »De memoria sedis.« |
| (Oct. 16-Nov. 13) | » | (10958) Repetit n° 7901 d. d. 1227. Mai. 13: »... Nov. a° 14°« — »A nobis humiliter.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 285. n° 321. |
| ( » ) | » | (10959) Repetit n° 7900 et n° 10548 d. d. 1227. Mai. 13 et 1238. Mart. 23: »... Nov. a° 14°« — »Cum secundum consilium.« ‖ Sbaralea l. c. n° 322. |
| ( » ) | » | (10960) Repetit n° 9119 d. d. 1233. Mart. 10: »... Nov. a° 14°« — »Devotionis vestrae precibus.« ‖ Sbaralea l. c. n° 323. |
| Nov. 15 | » | (10961) Archiepiscopo Strigoniensi et abbati et priori de Pelis Vesprimiens. dioc. mandat, citent B. qui pro Waradiensi se gerat episcopo, peremptorie ut infra trium mensium spatium apostolico se conspectui repraesentet iudicii sententiam recepturus. Alexandrum vero et Iohannem canonicos Waradienses, prosecutores huiusmodi negotii, qui ad beneficia sua, quibus per eundem Waradiensem extiterant spoliati, de mandato papali restituti fuerant, in corporalem eorum possessionem inducant. XVII kal. Dec. a° 14°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 177. n° 323; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 108. — »Olim in causa.« |
| » 15 | » | (10962) Archiepiscopo Cassellensi, de Valle Salvatoris et de Geriponte abbatibus Cisterc. ord. Ossoriens. dioc. mandat, ut de facienda unione ecclesiarum Armachanae et Clocorensis inquirant et referant. XVII kal. Dec. a° 14°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 40. n° 104. — »Significavit nobis dilectus.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1240.** |
| Nov. 15 | Laterani | (10963) Abbati et congregationi S. Gregorii de Urbe privilegium eis a Gregorio pp. Magno datum, in papyro conscriptum, sed prae nimia vetustate pene deletum, quod incipit »Conversionis meae primordia«, renovat. xvii kal. Dec. a° 14°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. 353. — »Nuper in nostra.« |
| » 20 | » | (10964) Priori Praedicatorum et Minorum fratrum provincialibus in Francia mandat, ut Iohanni de Valenzenis, qui pro negotiis Constantinopolitani imperii apud sedem apostolicam, in Francia et alibi utiliter procurandis non modicum laborarit, in 200 marcis argenti de legatis et redemptionibus crucesignatorum provideant. xii kal. Dec. a° 14°. Wadding Ann. Minor. III. 412. n° 24; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 285. n° 320. — »Cum dilectus filius.« |
| » 23 | » | • (10965) (Petro) Arusiensi et (Gunnero) Wibergensi episcopis scribit, se a (Waldemaro) rege Daciae certiorem esse factum, licet ipse et progenitores eius in coronatione sua iurassent, se iura regni et honorem coronae illibata servaturos, eosdem tamen quasdam abalienationes in honoris regii et regni sui grave praeiudicium et iacturam fecisse; quam ob rem petere, super hoc sibi a papa provideri. Mandat episcopis, ut regi hanc (?) facultatem tribuant. ix kal. Dec. a° 14°. ‖ Porthan Bullar. access. 34. n° 36. |
| » 27 | » | (10966) I(ohanni) episcopo Ulixbonensi scribit, se, cum ipse eum ab archiepiscopo Toletano et episcopo Palentino Ulixbonensi ecclesiae provisum propriis manibus consecrasset in episcopum, eius adversarios non duxisse audiendos. v kal. Dec. a° 14°. ‖ (Marini) Archiatri pontificj II. 4. — »Dudum ecclesia Ulixbonen.« |
| Dec. 1 | » | (10967) Abbati de Brundulo Clugiensis dioc. committit, ut in causa abbatis et conventus monasterii s. Thomae de Torcellis Cist. ord. ex una et Agnetis ac quarundam aliarum mulierum Torcellanae dioc. ex altera parte super loco qui dicitur S. Margareta et aliis rebus litigantium interponat suum iudicium et quaestioni finem donet. Kal. Dec. a° 14°. Cornelius Eccles. Venet. X. i. 351. — »Dilecti filii abbas.« |
| » 5 | » | (10968) (Iacobum) episcopum Penestrinum apostolicae sedis legatum certiorem facit, ecclesiam sub gravibus conditionibus magnam recepisse mutuo pro defensione fidei pecuniae quantitatem nec adhuc esse de ipsa creditoribus satisfactum. Addit, se duxisse rogandos abbates et conventus quorundam monasteriorum s. Benedicti, Cluniacensis et Praemonstratensis ordinum, quorum nomina mittat annotata, *etc.*, ut singuli certam pecuniae summam pro solutione creditorum istorum facienda fratri Riccardo de domo militiae Templi nomine mutui concedant. Rogat eum et hortatur, ut, si creditoribus ipsis de subsidio Anglicano satisfieri forte non potuerit terminis constitutis, apud abbates ac alios supradictos interponat partes suas, ut in praesenti necessitatis articulo de mutuo ecclesiae subveniant antedicto. Non. Dec. *Sine anno.* (A° 14° ?). ‖ Höfler Kais. Friedr. II. Anh. 372. n° 29. — »Cum ecclesia Romana.« |
| » 8 | » | (10969) Fratribus Minoribus Parisiensibus, qui quasdam terras infra et extra muros civitatis Parisiensis ab abbate et conventu monasterii s. Germani de Pratis Parisiensibus emerant, litteras super ipsarum venditione terrarum confirmat. vi id. Dec. a° 14°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 412. n° 25; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 286. n° 324. — »Iustis petentium desideriis.« |
| » 12 | » | (10970) Generali et ceteris ministris provincialibus ordinis Minorum concedit, ut illos fratres qui pro iniectione manuum in se ipsos incurrerunt excommunicationis vinculum *etc.*, absolvere possint. ii (xi *male Wadd.*) id. Dec. a° 14°. ‖ Wadding l. c. 413. n° 26; Sbaralea l. c. 287. n° 326. — »In iure canonico.« |
| » 12 | » | (10971) Generali ministro et universis fratribus ordinis Minorum concedit facultatem, ut in suis provinciis cum diffinitoribus in provincialibus capitulis congregatis fratres in sacra pagina eruditos examinare ac approbare et eis officium praedicationis committere possint. ii id. Dec. a° 14°. ‖ Wadding l. c. 414. n° 27; Sbaralea l. c. n° 325. — »Prohibente regula vestra.« |
| » 13 | » | (10972) Eisdem significat, se districtius inhibere, ut nulli, sive sit in religionis ordine vel extra ordinem constitutus, eorum habitum aut ita consimilem »quod propter eum frater Minor credi possit«, deferre liceat absque mandato sedis apostolicae speciali. Id. Dec. a° 14°. ‖ Wadding l. c. 414. n° 28; Sbaralea l. c. 289. n° 328; Gercken Fragm. March. VI. 93; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XV. 10. n° 10. — »Quia confusio habitus.« |
| » 13 | » | (10973) Generali ministro ordinis fratrum Minorum petente concedit ministro provinciali et custodi loci ecclesiae de Assisio, ut ipsi aliquem virum idoneum procuratorem praefati loci statuere valeant. Id. Dec. a° 14°. ‖ Sbaralea l. c. 288. n° 327. — »Cupientes nobis beati.« |
| » 14 | » | (10974) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi et suffraganeis eius mandat, ut populos sibi subiectos ad expeditionem cruciatam contra infideles Estoniam infestantes exhortentur. xix kal. Ianr. a° 14°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1240 § 34; Bunge Livl. UB. I. 216. n° 167. — »Cum ii qui.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1240.** |
| Dec. 22 | Laterani | (10975) Clero et populo Recanatensibus. Castrum Recanatense, quod de cetero esse civitatem statuit, de iurisdictione ecclesiae Humanatae eximit eique episcopalem concedit dignitatem, a maledictionis filiis populo Auximano, qui F(riderico) dicto imperatori Dei ecclesiam persequenti damnabiliter adhaeserunt, ad ecclesiam s. Flaviani, quam de cetero cathedralem esse decernit, Auximanam sedem transferens. xi (ii *Osserv.*) kal. Ianr. (Iun. *Ugh., Oss., Bull. R.*) a° 14°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1217, *sine loco*; Osservaz. critiche sopra le antichità crist. di Cingoli II. 748. n° 67; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 114. n° 194; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 500. n° 54; *omisso initio ap.* Raynald. l. c. § 5. — »Rectae considerationis examine.« |
| » 22 | (») | (10976) Episcopo Humanati de superiore epistola significat eique in recompensationem villam Auximanam diocesana lege in perpetuum spiritualiter submittit. xi kal. (Iun., *sed legerim*) Ianr. a° 14°. ‖ Ughelli l. c. 1217; Bullar. Rom. l. c. n° 55. — »Cum olim apostolicae.« |
| » — | » | (10977) Abbate et conventu monasterii Casae Novae Cisterc. ord. Pennens. dioc. petentibus privilegium libertatis, confirmationis et donationis, quod eis a° 1219 mense Iulii Berardus de Laureto comes dedit, transscribi facit ad cautelam. ... Dec. a° 14°. ‖ Ughelli l. c. 1122. — »Privilegium inferius annotatum.« |
| (1240. ca.) | — | Praeposito Rigensis ecclesiae eiusque fratribus. *Sine signo chronol.* ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 37; Bunge Livl. UB. I. 217. n° 168, *vid.* 1238. n° 10521. |
| | | **1241.** |
| Ianr. 17 | Laterani | (10978) (Rainerio) episcopo quondam Auximano nunc Recanatensi significat, se ad ecclesiam s. Flaviani Recanatensis quam deinceps esse cathedralem decreverit, Auximanam sedem cum omnibus iuribus et dignitatibus suis transtulisse. Mandat ei, ut ad civitatem Recanatensem accedens, de clero, populo et diocesi dicta gerat tanquam ipsorum episcopus solicitudinem diligentem. xvi kal. (*om. Ugh.*) Febr. a° 14°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 45; *cf.* Ughelli Ital. sacra I. 1219, *perperam ad* a. 1240. — »Cum attendentes fidelitatem.« |
| » 22 | » | (10979) Consules Tiburtinos monet et rogat, ut fratribus Minoribus Tiburtinis, quorum aedificia minabantur prae nimia vetustate ruinam, de alio loco congruo, ubi sub optata quiete possint Domino famulari, provideant. xi kal. Febr. a° 14°. ‖ Wadding Ann. Min. III. 415. n° 29; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 289. n° 330; Casimiro da Roma Memorie 333. — »Inter alia quae.« |
| » 28 | » | (10980) Gregorio de Montelongo subdiacono et notario suo apostolicae sedis legato mandat, ut personaliter accedens Venetias vel Torcellas (Bertoldo) patriarchae Aquilegensi, postquam ad sedem apostolicam iter arripuerit veniendi, munus absolutionis impendat humiliter postulanti. v kal. Febr. a° 14°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 44; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. ii. 1088. — »Cum patriarcha Aquilegensis.« |
| Febr. 1 | » | (10981) Abbatem et conventum de Crucelanda rogat et monet, ut ius patronatus alicuius ecclesiae, cuius redditus et proventus saltem centum marcas sterlingorum valeant annuatim, de illis ecclesiis, in quibus huiusmodi ius habent, basilicae Principis apostolorum de Urbe, immo sedi apostolicae assignent. Kal. Febr. a° 14°. ‖ Bullar. Vatic. I. 124. — »Etsi vos deceat.« |
| » 1 | » | (10982) Abbatem et conventum de Ramesia ord. s. Ben. Lincolniens. dioc. rogat et monet *eodem modo.* Kal. Febr. a° 14°. ‖ Bullar. Vatic. I. 125. — »Etsi vos deceat.« |
| » 6 | » | (10983) Abbatissae et conventui S. Mariae Suessionensis, attendens monomachias esse prohibitas, concedit, ut eis »contra huiusmodi homines volentibus experiri uti liceat quolibet legitimo probandi genere, quod indulgetur a iure.« viii id. Febr. a° 14°. ‖ Germain Hist. de Notre-Dame de Soissons 451. — »Abolenda in partibus.« |
| » 6 | » | (10984) Archidiacono Baziensi Colocens. dioc. indulget, ut archidiaconatum Baziensem et praebendam Waradiensem libere possit retinere, dummodo in ecclesia Baziensi personaliter deserviat. viii id. Febr. a° 14°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 177. n° 324; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 128 *et* XII. 117. — »Probitatis tue merita.« |
| » 7 | » | (10985) Abbati de Pelis Cisterc. ord. Vesprimiens. dioc. et I. de Civitella subdiacono et capellano suo mandat, ut, si Cenadiensem episcopum oculorum lumine destitutum aut senio invenerint esse confractum, coadiutorem adiungant eidem. vii id. Febr. a° 14°. ‖ Theiner l. c. I. 177. n° 325; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 129 *et* XII. 118. — »Cum olim nostris.« |
| » 9 | » | (10986) (Guidoni) priori Camaldulensi Aretin. dioc. concedit, ut eos ex fratribus suis, qui pro iniectione manuum in seipsos *etc.* excommunicationis vinculum incurrerunt, absolvat. v id. Febr. a° 14°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 562. n° 352. — »In iure canonico.« |
| » 10 | » | (10987) Belam regem Ungariae, qui sedi apostolicae per litteras intimaverat, Batacium cum terris suis et populis, clericis et universis ecclesiis ad unitatem Romanae ecclesiae |

**1241.**

desiderare cum humilitate redire, rogat et monet, ut de eis et aliis circumstantiis universis, quae praesens negotium tangunt, plenius veritatem rescribat. IV id. Febr. a° 14°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1240 § 51; Katona Hist. crit. V. 886; Fejér Cod. dipl. IV. I. 206; Theiner l. c. 175. n° 326. — »Consuetae benignitatis affectu.«

Febr. 12 Laterani (10988) Iohanni de Civitella subdiacono et capellano suo, cui iniungit ut contra Fridericum dictum imperatorem in Ungariae regno verbum crucis proponat, concedit facultatem commutandi vota crucesignatorum in defensionem ecclesiae contra Fridericum eundem, dummodo expensas, quas facturi essent eundo in Terram sanctam, in eius, abbatis de Pelis Cisterc. ord. et Benedicti canonici Strigoniensis manibus assignent in defensionem huiusmodi transmittendas. II id. Febr. a° 14°. Höfler Kais. Friedr. II. Anh. 371. n° 28; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. II. 1065; Theiner l. c. I. 178. n° 327; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 130 *et* XII. 119; Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 29. — »Cum tibi duxerimus.«

» 18 » (10989) Lusitanos rogat et hortatur, ut cum rege suo vel eo, quem ad id deputaverit, ad expugnationem hostium fidei forti et prompto animo procedant. XII kal. Mart. a° 14°. Raynald. l. c. § 43. — »Cum charissimus in.«

» 21 » (10990) Generali ministro et universis fratribus ordinis Minorum significat, se inhibere, ut nullus ex praelatis ecclesiarum absque mandato sedis apostolicae speciali ab eis obedientiam manualem praesumat exigere. IX kal. Mart. a° 14°. Wadding Ann. Minor. III. 415. n° 30; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 290. n° 332. — »Inducimur piae conversationis.«

» 21 » (10991) Archiepiscopis et episcopis ad quos istae litterae pervenerint mandat, compellant per censuram ecclesiasticam illas mulieres, quae per civitates discurrentes se esse de s. Damiani ordine mentiuntur et habitum cingulumque monialium eiusdem ordinis deferunt, ad abiiciendum habitum eundem. IX kal. Mart. a° 14°. Wadding l. c. III. 50 *et* 416. n° 31; Sbaralea l. c. 290. n° 331. — »Ad audientiam nostram.«

» 25 » (10992) Iohanni de Civitella subdiacono et capellano suo mandat, ut electionem magistri B. Budensis praepositi aulae regiae cancellarii, quem capitulum Albensis ecclesiae, habita concessione (Mathiae) archiepiscopi Strigoniensis, in Albensem praepositum elegerant, si ipsam de persona idonea invenerit canonice celebratam, confirmet. V kal. Mart. a° 14°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. I. 215. — »Transmissa nobis dilectorum.«

» 26 » (10993) (Mathiae) archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut ad monasteria ord. s. Ben. suae provinciae personaliter accedens et eisdem officium visitationis impendens corrigat et reformet in eis tam in capite quam in membris, quae correctionis et reformationis officio noverit indigere. IV kal. Mart. a° 14°. ‖ Fejér l. c. 208; Theiner Mon. Hungar. I. 179. n° 328; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 15; Katona Hist. crit. V. 898. — »Sua nobis charissimus.«

» 26 » (10994) Eundem obtentu viae periculosae ad concilium Romam venire recusantem perstringit. IV kal. Mart. a° 14°. Theiner l. c. 182. n° 334; *nonnisi fragm.* ap. Raynald. l. c. § 52; ap. Fejér l. c. 209; *cf.* Katona l. c. 899. — »Virum secundum cor.«

» 26 » (10995) (Belam) regem Ungariae, qui praelatis sui regni licentiam eundi ad concilium tribuere nolebat et ideo papae auribus quasdam difficultates et viarum pericula inculcaverat, monet et hortatur, ut »aegre non feras, si contra honorem tam nostrum quam tuum nequimus annuere postulatis, cum iam ita de via, qua tute ad sedem apostolicam accedere valeant, congrue sit provisum, quod per loca discriminis seu terras inimicorum ecclesiae ipsos habere transitum nullatenus oportebit.« IV kal. Mart. a° 14°. ‖ Raynald. l. c. § 50; Katona l. c. 900; Fejér l. c. 210; Theiner l. c. 181. n° 333; *cf.* Boczek Cod. dipl. Morav. III. 4. n° 6. — »Si filius es.«

Mart. 4 » (10996) Willielmo poenitentiario suo *etc.* mandat, ut A. comiti Montisfortis — qui in Terrae sanctae subsidium venerat, sed a Sarracenis tenebatur carcerali custódiae mancipatus — si eum pecunia redimi contigerit, pro redemptione sua 5000 marcarum argenti de redemptionibus crucesignatorum et legatis Terrae sanctae exhibeant. IV non. Mart. a° 14°. Wadding Ann. Minor. III. 416. n° 32; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 291. n° 233. — »Cum nobilis vir.«

» 5 » (10997) Abbatissae et sororibus inclusis monasterii s. Mariae matris Christi de Venetiis ord. s. Dam. libertates omnes et immunitates confirmat statuitque, ut eas in spiritualibus regat aliquis ex ordine fratrum Minorum. III non. Mart. a° 14°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VI. 161; Sbaralea l. c. 292. n° 334. — »Religionis vestre meretur.«

» 15 » (10998) G(regorio) de Romania subdiacono et capellano suo apostolicae sedis legato mandat, ut de quantitate vasorum, quae pro praelatis et eorum familiis ad concilium accessuris plene sufficiant, studeat providere, cum sexdecim galeae et totidem taridae ad deferendum eos non satis aptae videantur. Id. Mart. a° 14°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. II. 1106; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 53. — »Gratum gerimus et.«

» 22 » (10999) Archiepiscopum Compostellanum hortatur et rogat, ut fratres Minores, quos Portugallensis episcopus e domo sua sita in fundo qui Retundella vulgariter appellabatur,

| | | |
|---|---|---|
| | | **1241.** |
| | | eiecerat, ad eundem locum revocet eosque de cetero conservet ibidem *etc.* xi kal. Apr. a° 15°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 292. n° 335. — »Dolentes accepimus et.« |
| Mart. 23 | Laterani | (11000) Consules et consiliarios Tiburtinos hortatur, impendant se favorabiles et benignos fratribus de ordine Minorum Tibure commorantibus, ut ecclesiam s. Mariae maioris Tiburtinam per episcopum Tiburtinum consequantur. x kal. Apr. a° 15°. ‖ Wadding Ann. Min. III. 417. n° 33; Sbaralea l. c. 293. n° 336; Casimiro da Roma Memorie 334. — »Prompta debet ad.« |
| Apr. 6 | » | (11001) Potestati, consilio et populo Alatrinis mandat, ut ea quae Alexander capellanus suus ad civitatem Alatrinam destinatus ipsis ex parte papae dixerit, firmiter credant et efficaciter adimpleant. viii id. Apr. a° 15°. ‖ Spicil. Liber. 646. — »Gaudemus in Domino.« |
| » 13 | » | (11002) Archidiacono, cantori et decano Wratislaviensibus mandat, ut inquirant, utrum magister Willelmus canonicus Olomucensis, an Conradus canonicus Ildesemensis fautor F(riderici) dicti imperatoris legitime electus fuerit in episcopum Olomucensem. Id. Apr. a° 15°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 1; Erben Reg. Bohem. I. 479. n° 1026; *cf.* Palacky Reise 28. n° 152; Grünhagen Regest. I. 219. n° 574. — »Sua nobis capitulum.« |
| » 15 | » | (11003) (Ludovicum) regem Franciae rogat et hortatur, ut I(offrido) de Grandi Prato Cathalaunensi electo regalia Cathalaunensis ecclesiae ac perceptos a tempore confirmationis fructus liberaliter assignari faciat. xvii kal. Mai. a° 15°. ‖ Teulet Layettes II. 444. n° 2904. — »Ut ei te.« |
| » 15 | » | (11004) Abbati monasterii Glastoniae ord. s. Ben. Bathoniens. dioc. eiusque successoribus, quibus b. mem. Honorius pp. usum mitrae et annuli infra septam monasterii et in legatorum ac archiepiscoporum consiliis et synodis episcoporum concesserat, indulget ut alibi etiam eis libere utantur. xvii kal. Mai. a° 15°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 41. n° 56. — »Sedes apostolica nonnunquam.« |
| » 20 | » | (11005) Abbati Tautrensi (Tauriensi *Rayn.*) et (Björnoni) Holmensi S. Benedicti Nidrosiensis diocesis et fratrum Praedicatorum Nidrosien. ordinum prioribus mandat, ut de vita et miraculis Augustini Nidrosiensis archiepiscopi diligenter inquirant et, quae invenerint, sibi per litteras fideliter intiment. xii kal. Mai. a° 15°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. i. 18. n° 23; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 42. — »Ut corda fidelium.« |
| » 26 | » | (11006) Archiepiscopo Barensi et episcopo Biretonsi mandat, ut archiepiscopum Brundusinum a molestiis exhibendis fratribus ordinis Praedicatorum Brundusii commorantibus deterreant. vi kal. Mai. a° 15°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 111. n° 203. — »De humilium depressore.« |
| » 26 | » | (11007) Universis abbatissis et monialibus inclusis monasteriorum ord. s. Dam. indulget, ut a quoquam conveniri per litteras apostolicas nequeant nec aliquis contra ipsas procedere auctoritate valeat earundem. vi kal. Mai. a° 15°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 417. n° 34; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 293. n° 337. — »Personis quae mundo.« |
| » 27 | » | (11008) Generali ministro et universis fratribus ordinis Minorum indulget, ut ad recipiendum commissiones causarum aut sententiarum executiones per litteras sedis apostolicae, legatos *etc.* cogi nequeant inviti. v kal. Mai. a° 15°. ‖ Wadding l. c. 418. n° 35; Sbaralea l. c. 294. n° 338. — »Qui postposita vanitate.« |
| » 30 | » | (11009) Episcopo Olorensi mandat, ut pecuniam de redemptionibus crucesignatorum et legatis pro Terra sancta cum fratre Willelmo custode fratrum Minorum de Wasconia collectam ad tutum locum deportari et inibi conservari faciat illis assignandam, quibus ipse mandaverit. ii kal. Mai. a° 15°. ‖ Sbaralea l. c. 294. n° 339. — »Litteras tuas benigne.« |
| Mai. 4 | » | (11010) Abbatem et conventum S. Udalrici Augustensis ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem parochiam s. Udalrici de Augusta cum pertinentiis eis confirmat. iv non. Mai. a° 15°. ‖ Mon. Boica XXII. 214. — »Cum a nobis.« |
| » 10 | » | (11011) Potestati, consilio et populo Alatrinis mandat, ut ad reformandam pacem inter ipsos et Ferentinates Stephano et Andreae subdiaconis et capellanis suis 24 obsides, quorum 12 ex militibus, alii vero sint ex popularibus, assignent. vi id. Mai. a° 15°. ‖ Spicil. Liber. 646. — »Ubique inter fideles.« |
| » 10 | » | (11012) Potestati, consilio et populo Ferentinatibus poenam omnium suorum excessuum, quibus Romanam ecclesiam et Campaniae comites offenderunt, remittit. vi id. Mai. a° 15°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 115. n° 195. — »Intenta misericordie studiis.« |
| » 10 | » | (11013) Huguicio subdiacono et capellano suo mandat, ut Ferentinates iuramento et obsidibus receptis a poena absolvat. vi id. Mai. a° 15°. ‖ Theiner l. c. n° 196. — »Presentium tibi auctoritate.« |
| » 12 | » | (11014) Communi Aesculano concedit, ut contra malefactores, qui in civitate ac districtu consistant, procedere possint. iv id. Mai. a° 15°. ‖ Theiner l. c. n° 197; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 45. — »Attendentes grata obsequia.« |

## 1241.

| | | |
|---|---|---|
| Mai. 18 | Laterani | (11015) Duci et potestati Venetorum (Universis ecclesiarum rectoribus *Baerw.*) significat, Fridericum dictum imperatorem ecclesiae persecutorem nuper per litteras cardinalibus et ecclesiarum praelatis necnon principibus orbis terrae directas petiisse, ut convocaretur concilium ibique de meritis cognosceretur ipsius; se quoque tandem praelatos ecclesiarum, regum ac principum nuncios ad sedem apostolicam duxisse convocandos. »Unde idem ... consequenter alias litteras prioribus contrarias destinavit et examen concilii requirendo interiora sua plena dolo scripturae varietate protinus detegebat. Accedentibus itaque ad sedem apostolicam praelatis, positis eisdem insidiis et fraudulentissime captivatis fecit eos diro carcere detineri.« Rogat et hortatur eos, ut praefato Friderico ecclesiae inimico tanquam fortissimi bellatores potenter et viriliter resistant. xv (xiii Cod. Troyes nº 97 ap. Pertz Arch. VII. 920) kal. Iun. aº 15º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1241 nº 64—67; *non integra* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 184; *sine nota chronol.* Mansi Conc. XXIII. 98. nº 17; Tengnagel Vet. monum. 449; Labbe Conc. XI. i. 357. — »Existens in mari.« |
| ( » 18) | ( » ) | (11016) Potestati et populo Mediolanensibus scribit, se eorum litteras recepisse, eosque laudat propter cordis constantiam, sinceritatem affectus et devotionis fervorem erga Romanam ecclesiam. »Apud Dominum pro vobis apostolica sedes preces cumulat, quos tam catholicos et fidei catholicae sollicitos reperit defensores. Ecce quidem legatus nostrae salutis aemulus Fridericus dictus imperator, cuius lingua dogmatis haeretici calamus fidelium mentes inficiens et liber calamo subscriptus eodem, deformans alios proditionis exemplis ad deprimendum libertatem ecclesiae ... totis intendit conationibus et tota intentione conatur.« Notificat eis, quod, cum defensare fidem catholicam prae ceteris teneatur, ad id totis viribus intendit. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 143. — »Vestris nuper litteris.« |
| » 18 resp. 20 | » | (11017) Communi Bononiensi scribit inter alia: »Fridericus dictus imperator ecclesiae persecutor directis olim fratribus nostris et ecclesiarum praelatis ac principibus orbis litteris petiit convocari concilium ut ibi de multis cognoscentur ipsius, nosque tandem praelatos ac regum et principum nuntios ad sedem apostolicam duximus convocandos. Sed idem ... subsequenter alias contrarias litteras destinavit. Accedentibus itaque ad sedem eandem praelatis aliquibus, et pluribus propter maris timorem ad propria redeuntibus ipse audito vicino aliquorum adventu eos positis insidiis fecit cum (Iacobo) episcopo Praenestino ac Octaviano (*leg.* Ottone) tit. S. Nicholai in carcere Tulliano diacono cardinale legatis apostolicae sedis detineri.« Rogat eos et hortatur, ut in ecclesiae devotione persistant ac ipsius inimicis potenter resistant. xv (xiii *Pertz* Arch. VII. 920) kal. Iun. aº 15º. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 192; *sine inscript. et temp. nota* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. 184. — »Existens in mari.« |
| » 20 | » | Duci et potestati Venetorum: »xiii kal. Iun. aº 15º«. ‖ Pertz Archiv VII. 920, *vid.* 1241. Mai. 8. nº 11015. |
| » 25 | » | (11018) Compositionem inter priorissam conventumque monasterii de Pruliano ord. s. Aug. Tolosanae dioc. ex parte una et abbatem conventumque S. Hilarii ord. s. Ben. Carcassonens. dioc. ex altera super ecclesia de Limozo Narbonens. dioc. factam confirmat. viii kal. Iun. aº 15º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 111. nº 204. — »Exhibita nobis vestra.« |
| » 27 resp. 29 | » | (11019) Communi Firmano concedit, ut contra malefactores suae civitatis procedere possint secundum iuris ordinem et aliarum civitatum Marchiae antiquam et approbatum consuetudinem iustitiae debitum exercere. iv (vi *Cr. di F.*) kal. Iun. aº 15º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 115. nº 198; Cronache della città di Fermo 377. nº 133, *perperam ad* a. 1242. — »Presentium vobis auctoritate.« |
| » 29 | » | (11020) Civitatem Firmanam cum districtu suo ad manus suas recipit, eandem ab oneribus rectorum marchiae (Anconitanae) qui pro tempore fuerint eximens. iv kal. Iun. aº 15º. Theiner l. c. nº 199. — »Attendentes grata obsequia.« |
| » 29 | » | • (11021) Capitulo Pragensi significat, se praesentatam sibi electionem (Nicolai) episcopi Pragensis confirmasse eidemque episcopo munus consecrationis impendisse propriis manibus. iv kal. Iun. aº 15º. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 487. nº 1038; *cf.* Palacky Reise 28. nº 153. • *In eundem modum* Clero civitatis et diocesis Pragensis. |
| » 29 | » | • (11022) (Wenceslaum) regem Boemiae pariter certiorem reddit de confirmatione et consecratione electi Pragensis rogans, ut eundem episcopum sereno vultu recipiens eum et commissam ei ecclesiam habeat propensius commendatos. iv kal. Iun. aº 15º. ‖ Erben l. c. 488. nº 1039; *cf.* Palacky l. c. nº 154. |
| » 30 | » | (11023) (Nicolao) episcopo Pragensi concedit, ut a Maguntino archiepiscopo metropolitano suo intra quadriennium interdici, suspendi vel excommunicari absque speciali sedis apostolicae licentia non possit. iii kal. Iun. aº 15º. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 30; Erben l. c. nº 1040; *cf.* Palacky l. c. nº 155. — »Volentes ut ex.« |

**1241.**

| | | |
|---|---|---|
| Mai. 30 | Laterani | (11024) Buttaro de S. Maria de Monte Camerin. dioc. molendinum, pedagium et terras, quae ecclesia Romana in castro Matteccìae tenet, in feudum concedit. III kal. Iun. a° 15°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 115. n° 200. — »Sedes apostolica fidelibus.« |
| » 30 | » | (11025) Episcopo Vesprimiensi mandat, ut cum magistro Germano clerico suae diocesis super defectu natalium dispenset, si expedire viderit. III kal. Iun. a° 15°. ‖ Fejér Cod. dipl. VII. v. 257; Theiner Mon. Hungar. I. 183. n° 336; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 131. — »Dilectus filius magister.« |
| Iun. 1 | » | (11026) Universis abbatissis et monialibus inclusis monasteriorum ord. s. Dam. intimat, se concedere fratribus Minoribus qui earum obsequiis deputantur, liberam facultatem ut in quibusdam casibus earum claustra intrare possint. Kal. Iun. a° 15°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 418. n° 36; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 295. n° 340. — »Vestris piis supplicationibus.« |
| » 6 | » | (11027) Generali et universis ministris ordinis fratrum Minorum concedit facultatem absolvendi suos subditos a censuris ecclesiasticis. VIII id. Iun. a° 15°. ‖ Wadding l. c. 419. n° 37; Sbaralea l. c. n° 341. — »Licet ad hoc.« |
| » 7 | » | (11028) Eidem et universis fratribus eiusdem ordinis indulget, ut observantia moderni divini officii »quod in breviariis vestris exacta diligentia correctum a nobis,« ex statuto regulae suae iuxta ecclesiae Romanae morem, excepto psalterio, celebrare debent, sint contenti perpetuo. VII id. Iun. a° 15°. ‖ Wadding l. c. 419. n° 38; Sbaralea l. c. 296. n° 342. — »Pio vestro collegio.« |
| » 8 | » | (11029) Abbatissae et capitulo saecularis ecclesiae de Gandersem Ildesemens. dioc. hospitale, necnon terras, possessiones et alia bona confirmat. VI id. Iun. a° 14°. ‖ Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 1640. — »Cum a nobis.« |
| » 14 | » | (11030) (Iacobo) episcopo Penestrino, Othoni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali, Auxitano, Burdegalensi et Rothomagensi archiepiscopis, Neumasensi, Carcassonensi, Agathensi, Papiensi, Astensi et Terdonensi episcopis, Cluniacensi, Cisterciensi, Claraevallensi, de Pietate Dei et Fiscanensi abbatibus, Gregorio de Romania subdiacono et capellano suo, decanis, praepositis ceterisque vinctis (in carcere Friderici imperatoris) litteras mittit consolatorias; conqueritur, quod Gregorius de Romania galearum sufficientem numerum non paraverit, optatque, ut circa tranquillitatem ecclesiae et pacem orbis providere possit. XVIII kal. Iul. a° 15°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 68—72; Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. II. 1136; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 489. n° 1042. — »Vix diebus istis.« |
| » 15 | » | (11031) Ecclesiam s. Thomae de Paraclito Roskildens. dioc. ad exemplar Alexandri et Honorii pp. praedecessorum sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam atque institutionem fratrum s. Victoris Parisiensis ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. XVII kal. Iul. ind. XIV. incarn. dom. a° 1241. pont. a° 15°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 154. — »Religiosam vitam eligentibus.« |
| » 16 | » | (11032) Zagrabiensi et de Chasma prioribus et superiori Zagrabiensi ord. Praed. mandat, ne permittant, ut, cum gentes Tartarorum, regno Ungariae pro parte occupato, non solum regni praedicti residuum perdere cupiant, sed etiam totam christianorum terram desertam ponere moliantur, B(ela) rex Ungariae eiusque familia ab aliquibus molestentur, et cogant molestatores et eos, quos terras eiusdem regis post invasionem huiusmodi occupasse vel occupare in posterum invenerint, ut ipsas praedicto regi restituant. XVI kal. Iul. a° 15°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 184. n° 340; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 133. — »Cum sicut ex.« |
| » 16 | » | (11033) (Stephano) episcopo Waciensi de superiore ad Belam regem epistola significat eique mandat, ut per Ungariam et vicinas provincias verbum crucis proponat considerans, »quod sicut a dictis Tartaris totius populi christiani perditio queritur, sic in eorum expugnatione salus omnium procuratur« *etc.* XVI kal. Iul. a° 15°. ‖ Theiner l. c. n° 338; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 123. — »Vocem in excelso.« |
| » 16 resp. 17 | » | (11034) Belam regem Ungariae, audita Tartarorum in eiusdem regnum irruptione, consolatur. »Nos tibi et regno efficax curabimus auxilium et consilium adiuvante Domino impertiri.« XV (XVI *Rayn., Thein.*) kal. Iul. a° 15°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 18; Katona Hist. crit. V. 932; Fejér Cod. dipl. IV. I. 216; Theiner l. c. 183. n° 337; *cf.* Boczek Cod. dipl. Morav. III. 9. n° 20. — »Vocem in excelso.«<br>* *In eundem modum* Colomannum regem et ducem Sclavoniae. |
| » 16 resp. 17 | » | (11035) Universis Hungariae praelatis de superiore ad Belam regem epistola significat eosque monet, ut eundem, cuius regnum gentes Tartarorum perdere cupiunt, et suos, si quando ad illorum partes venire contigerit, cum omni honorificentia recipiant ac nullum eisdem in personis vel rebus impedimentum permittant inferri. XV (XVI *Rip.*) kal. Iul. a° 15°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. VII. 16. n° 225; Katona l. c. 935; Fejér l. c. 218; Theiner l. c. 184. n° 339; *cf.* Boczek l. c. n° 21. — »Vocem in excelso.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1241.** |
| Iun. 17 | Laterani | (11036) B. praeposito ecclesiae Albensis Vesprimiens. dioc. indulget, ne super praepositura dictae ecclesiae ac eius iuribus, persecutione Tartarorum in Ungaria durante, auctoritate apostolica vel ordinaria in causam trahi possit. xv kal. Iul. a° 15°. Theiner l. c. 185. n° 341; Mon. Hung. hist. l. c. 134. — »Cum peccatis exigentibus.« |
| » 19 | » | (11037) Generali et universis ministris provincialibus ordinis fratrum Minorum concedit facultatem, ut singuli in provinciis sibi commissis in absentia sua super receptione talium qui ordinem intrare desiderant, aliquibus ex fratribus ad hoc idoneis vices suas committere valeant. xiii kal. Iul. a° 15°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 298. n° 344. — »Gloriantibus vobis in.« |
| » 19 | » | (11038) Abbati S. Crucis Cisterc. ord. Pataviens. dioc. mandat, ut per vicinas provincias verbum crucis praedicet contra Tartaros, qui post regnum Ungariae invasum et pro magna parte occupatum Boemiae et Teutoniae regna iam invadere moliuntur. xiii kal. Iul. a° 15°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 489. n° 1043; Höfler Albert von Beham 57; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 5. n° 9; *cf.* Palacky Reise 28. n° 156; Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 203. n° 1005. — »Vocem in excelso.«<br>* *In eundem modum* Priori provinciali fratrum Praedicatorum Teutoniae;<br>» » » Priori fratr. Praedic. Viennae;<br>» » » Ministro generali fratrum Minorum Teutoniae. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 296. n° 343. |
| » 19 | » | (11039) Ducem Karinthiae laudat, »quod nos ad reformandam pacem cum Friderico dicto imperatore tuis inducere litteris studuisti.« »Cum dictus Fridericus se dignum ecclesiae pace reddiderit, ei ad sinum matris ecclesiae humiliter redeunti libenter aperiemus gremium apostolicae pietatis.« xiii kal. Iul. a° 15°. Huillard-Bréholles Hist. dipl. V. ii. 1138; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 29. — »Nobilitatem tuam dignis.« |
| » 20 | » | (11040) Magistro et universis fratribus ordinis fratrum Praedicatorum concedit facultatem, ut in excommunicatorum terris libere commorari et ab eis tunc etiam quando per ipsas transire contingat, necessaria vitae deposcere ac recipere possint. xii kal. Iul. a° 15°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 112. n° 205. — »Vobis extremam patientibus.« |
| » 20 | » | (11041) Generali ministro et universis fratribus ordinis Minorum *in eundem modum.* xii kal. Iul. a° 15°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 420. n° 39; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 298. n° 345. — »Vobis extremam patientibus.« |
| (Iun.) | (») | * (11042) (Thomae) episcopo Wratislaviensi mandat, ut moniales monasterii de Trebnitz propter crudelitatem Tartarorum profugas protegat easque persecutione durante in coenobia Silesiae aut Moraviae transferat. *Sine nota chronol.* ‖ Heyne Gesch. des Bisthums Breslau I. 390; Grünhagen Regest. I. 220. *Cf.* 1246. Iul. 14. *Num idem?* |
| Iul. 1 | » | (11043) Belae regi scribit denuo de clade Hungaris illata et addit inter alia: »Nuper audito, quod gens Tartarorum ad regnum Ungariae manus depopulatrices extendens adeo in ipsum desolatrix insaeviit, ut, gladio eius habitatorum illius sanguine continuata caede madente, diro illud exterminio devastavit; gravis doloris exstitimus sagitta perculsi tantaeque amaritudinis potati absynthio, ut oculi protinus copiosis exprimerent lachrymis cordis tristitiam vehementem.« Subsidii ferendi gratia suam de pace cum Friderico dicto imperatore ineunda promptitudinem declarat. Kal. Iul. a° 15°. Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 27; Katona Hist. crit. V. 985; Fejér Cod. dipl. IV. i. 228; Theiner Mon. Hungar. I. 185. n° 342; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 494. n° 1050; *cf.* Boczek Cod. dipl. Morav. III. 9. n° 22. — »Cum ad arcana.« |
| » 2 | » | (11044) Abbati et conventui monasterii Lucensis Praemonstr. ord. Olomucens. dioc. ius patronatus de Primetiz et de Prosmeriz ecclesiarum confirmat. vi non. Iul. a° 15°. Boczek l. c. III. 2; *cf.* Erben l. c. 494. n° 1051. — »Cum a nobis.« |
| » 6 | » | (11045) (Haquino) regi Norwagiae concedit licentiam commutandi votum suum proficiscendi in Terrae sanctae subsidium contra paganos terrae suae vicinos. ii non. Iul. a° 15°. Lange Dipl. Norveg. I. i. 19. n° 24. c; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 41. — »Cum signo vivifice.« |
| » 8 | » | (11046) Eundem cum familia et omnibus bonis suis sub b. Petri et sua speciali protectione suscipit statuens »ut postquam iter contra paganos ipsos assumpseris, ea omnia integra maneant et quieta, donec de tuo reditu vel obitu certissime cognoscatur.« viii id. Iul. a° 15°. ‖ Lange l. c. n° 24. a; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum signo vivifice.« |
| » 8 | » | (11047) (Sigurdo) archiepiscopo Nidrosiensi et (Arnoni) episcopo Bergensi mandat, ne permittant ut (Haquinus) rex Norwagiae contra sedis apostolicae protectionis et constitutionis tenorem ab aliquibus indebite molestetur. viii id. Iul. a° 15°. ‖ Lange l. c. n° 24. b; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum signo vivifice.« |
| » 8 | » | (11048) Eidem archiepiscopo respondet, »quod non debent reputari rite baptizati, qui propter aquae penuriam in cervisia baptizantur.« viii id. Iul. a° 15°. ‖ Raynald. l. c. § 42; Lange l. c. 21. n° 26. — »Cum sicut ex.« |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1241.** |
| Iul. 8 | Laterani | (11049) (Sigurdo?) abbati S. Michaelis ord. s. Ben. Bergensis dioc. et priori provinciali fratrum Praedicatorum Norwagiae mandat, ut, cum H(aquinus) Norwagiae rex (Haquino) patri suo, cuius erat filius naturalis, deficientibus legitimis aliisque propinquis consanguineis, qui possint de iure succedere ipsi patri, secundum legem et consuetudinem patriae in regno succedat, (Sigurdus) autem archiepiscopus Nidrosiensis petierit licentiam inungendi eum et coronandi in regem, inquisita super praemissis, quae invenerint, per litteras et sollempnes nuntios sedi apostolicae intiment. VIII id. Iul. a° 15°. ‖ Lange l. c. 20. n° 25. — »Venerabiles fratres nostri.« |
| » 31 | » | (11050) (Iacobo) Penestrino episcopo, Rothomagensi, Burdegalensi et Auxitano archiepiscopis, Neumasensi, Carcassonensi, Agathensi, Papiensi, Astensi et Terdonensi episcopis, O(ttoni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali, Cluniacensi, Cisterciensi, Claraevallensi abbatibus et Gregorio de Romania subdiacono et capellano suo, decanis, praepositis, archidiaconis et aliis exulantibus pro ecclesiastica libertate mittit de novo litteras, quibus eorum aerumnas mitigare ac levare moerorem studet; provocat eorum constantiam ad exempla apostolorum, qui tot labores tulerint, renovatis iam antiquis persecutorum temporibus. »Nec a laboribus corpora nec manus ab auxiliis deducemus, donec in vestris consolemur aspectibus exulantibus filiis patris desideriis restitutis.« II kal. Aug. a° 15°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1241 § 71—75. — »Dolenda novi casus.« |
| » — | | »Matthaeus Russus per Gregorium papam senator efficitur.« ‖ Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1047 (ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1036). |
| Aug. 13 | » | (11051) Episcopo, decano et capitulo Meldensibus confirmat, quod super residentia et foraneitate praebendatorum et perceptione fructuum eorundem mense Novembri a° 1239 ordinaverant. Id. Aug. a° (14°, *sed legas*) 15°. ‖ Du Plessis Hist. de Meaux II. 142. n° 330. — »Quod a vobis.« |
| | | **1227.** Mart. 21 — **1241** Aug. 22. |
| — | — | (11052) Bituricensem archiepiscopum (et eius suffraganeos?) gravi increpat stimulo de corrigendis sacerdotum suorum subditorum moribus corruptis eisque praecipit, ut per sollicitudinem geminatam generalis statuta concilii faciant ab illis inviolabiliter observari. Abbates vero nigri ordinis celebrare hoc anno provincialia concilia non omittant! *Sine signo chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. I. 1149. — »Exspectavimus hactenus exspectantes.« *Cf.* 1227. Sept. 2. n° 8025. |
| — | — | (11053) Universis christianis in Terrae sanctae subsidium profecturis, qui cum debilitate virium tum rerum defectu non audent humeris suis affigere signum crucis, iniungit ut mutuum sibi conferant auxilium contra barbaras nationes, pro populo christiano tam spiritualibus armis quam materialibus pugnaturi. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 127. — »Alto divine dispensacionis.« |
| — | — | (11054) N. N. mandat, ut G. laicum, qui abbatem Trium fontium non timuit gladii percussionibus agitare, eum nihilominus per eos qui secum aderant eiici de equo suo impie faciens ac ipsius monasterio damna gravia et iniurias inferens, cum episcopus .... eundem propter hoc excommunicatum publice nuntiaverit et tamquam sacrilegum mandarit artius evitari, et ipsi evitent nec illum recipiant in suis hospitiis aut quomodolibet cum eo communicent. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 128. — »Si enormitas sceleris.« |
| — | — | (11055) Consules et populum Perusienses obiurgat de aedificio, quod contra inhibitionem Hostiensis electi aedificare coeperant; mandat eis sub debito fidelitatis et poena mille marcharum, ut eidem magistro humiliter intendentes ipsius monitis et praeceptis efficaciter pareant et demoliant omnino aedificium iam incoeptum. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 130. — »Per usum gracie.« |
| — | — | (11056) Imperatori (?) iterum mandat, ut episcopo Ternensi, quem bonis fere omnibus spoliatum banno decem milium librarum supposuerat, et aliis ecclesiis Fesulanis, quas libris et bonis aliis ausu sacrilego spoliaverat, plenarie de damnis illatis et iniuriis irrogatis satisfaciat. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 134. — »Nimis iniqua vicissitudine.« |
| — | — | (11057) Potestatem et populum Bononienses monet et hortatur, ut, cum pro sedanda seditione et reformanda inter eos pacis concordia M. de Brisia clericum ad ipsos duxerit destinandum, ea quae super his legatus ex parte sedis Romanae duxerit iniungenda, recipiant humiliter et inviolabiliter observent. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 136. — »Audivimus et dolemus.« |
| — | — | (11058) Eosdem monet et hortatur, ut, cum semel et iterum ipsis pro comite Aginulfo direxerit scripta petendo illum pro speciali gratia liberari e carcere, quod facere noluerint papae mandatis et precibus obauditis, dictum nobilem et familiam eius competentibus saltim receptis obsidibus sine morae dispendio liberent. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 138. — »Miramur non modicum.« |
| — | — | (11059) Potestatem, consilium et commune Bononienses rogat et monet, ut, attendentes quantum Faventinorum auxilium hoc tempore guerrarum et discriminum quae immineant provinciae Lombardiae eis possit existere fructuosum, sumptus custodiae civitatis Fa- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1227.** Mart. 21 — **1241** Aug. 22. |
| | | ventinae quae nunc eis incumbat, temperent. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 138. nº 15. — »Cum propter guerrarum.« |
| — | — | (11060) Fratres hospitalis leprosorum S. Iuliani de S. Albano cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem possessiones et redditus a b. mem. Gaufrido abbate S. Albani *etc.* eis concessos *etc.* ipsis confirmat. *Sine nota chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 245. — »Solet annuere sedes.« |
| — | — | (11061) Christifidelibus universis tam praelatis quam fratribus significat, se libertatem dare et concedere ordini Cisterciensi »ut de agris novalibus quos propriis excolunt laboribus et expensis nulli omnino hominum ad dandas decimas teneantur.« Praecipit et mandat, ne quis »huic nostrae donacioni ausu temerario se opponat.« *Sine nota chronol.* ‖ Sächsische Summa prosarum dictaminis *in* Quellen u. Erört. z. bayer. u. deutschen Gesch. IX. I. 268. — »Cum inter gradus« (*al. lect.:* »Quia inter sanctam« — »Cum intra sanctam«). |
| — | — | (11062) (Capitulo Rigensis ecclesiae) notum facit, se, cum tempus electionis eis statutum a canone sit elapsum, eidem ecclesiae in persona N(icolai) canonici S. Mariae V. in Megdeburc providere, eisque mandat, ut illum recipiant et habeant pro episcopo et pastore. *Sine nota chronol.* ‖ Sächsische Summa l. c. 280. — »Ad apostolatus nostri.« *Haec epistola data est* a. 1229 *aut* 1230; *vid.* Addenda. |
| — | — | (11063) Brandenburgensi praeposito eiusque coniudicibus significat, se diffinitivam sententiam confirmasse, qua abbas de (Leuun, *legas*) Lenin, prior ac thesaurarius ibidem in causa super iure patronatus ecclesiae in Tuchen inter Magdeburcgensem archiepiscopum et Th. de Berca militem vertente dictum ius militi memorato adiudicaverint. *Sine nota chronol.* ‖ Sächsische Summa l. c. 294. — »Dilecti in Christo.« |
| — | — | (11064) Cum T. Nuweburcgensi (praeposito), qui in minori aetate et officio constitutus in quendam subdiaconum manus iniecerat violentas et sine remedio dispensationis ad maiores ordines ascenderat, super irregularitate sic contracta dispensat. *Sine nota chronol.* ‖ Sächsische Summa l. c. 302. — »Sicut veteris Testamenti.« |
| — | — | (11065) Magistro N. N. super imperfectione seu defectu natalium dispensationis remedium elargitur. *Sine nota chronol.* ‖ Sächsische Summa l. c. 303. — »Si rigoris austeritas.« |
| — | — | (11066) Archiepiscopo N. N. mandat, ut, si invenerit B. clericum non manu propria homicidium perpetrasse, cum hastiludium cum suis coaetaneis exerceret, cum eodem dispenset. *Sine nota chronol.* ‖ Sächsische Summa l. c. 305. — »Sedes apostolica consueta.« |
| — | — | (11067) N. N. indulget, ut cum septem suis clericis super habendis pluribus beneficiis possit dispensare. *Sine nota chronol.* ‖ Sächsische Summa l. c. 305. — »Sedes apostolica que.« |
| — | — | (11068) Praeposito, decano et canonicis Herbipolensibus concedit et donat, ut pedulibus et scandalibus (!) utantur diebus dominicis et festivis. *Sine nota chronol.* ‖ Sächsische Summa 315. — »Sane speciali affectu.« |
| — | — | (11069) Praepositum Sereni Montis eiusque ecclesiam ab omni iure metropolitani et diocesani eximit. *Sine nota chronol.* ‖ Sächsische Summa l. c. 316. — »Sedes apostolica quemadmodum.« |
| — | — | (11070) Magdeburcgensi archiepiscopo (*al. lect.*: W. Parisiensi episcopo et abbati S. Victoris) mandat, ut incipiens a se ipso torporem desidiae et negligentiae teporem omnimodo deponendo monachos et moniales, regulares et saeculares, canonicos et clericos alios suae provinciae (*al. lect.*: abbatem S. Germani et ecclesiam eius in finibus civitatis suae) efficaciter corrigat tam in capite quam in membris. *Sine nota chronol.* ‖ Sächsische Summa 317. — »Super custodia gregis.« |
| — | — | (11071) Archiepiscopo Magdeburgensi mandat, ut super dilapidatione et incontinentia abbatis de Nuwenburc suae diocesis inquirat et, si eum invenerit culpabilem, ipsum per depositionis sententiam destituat. *Sine nota chronol.* ‖ Sächsische Summa l. c. 322. — »Egressus a facie.« |
| — | Laterani | (11072) Magedeburgensi archiepiscopo mandat, ut, cum inter ecclesiam et imperium tanta non sit connexio karitatis quod adversus eam nec susurronum nec malignantium studia praevaleant, huiusmodi materiam et zizaniam quam inimicus homo superseminaverit, resecare et revocare ad unitatis consorcium quod sit faciente quorundam malitia disturbatum, secundum sapientiam suam temptet. *Sine nota chronol.* ‖ Ludolfi magistri Summa dictaminum *in* Quellen u. Erört. IX. I. 373. — »Si datum esset.« |
| — | — | • (11073) Interdicit ne nuncii ex Livonia sine litteris praelatorum Romam mittantur, et ut litterae nunquam valeant quae a fictis vel falsis procuratoribus impetrantur. ‖ Schiemann Regesten I. nº 3. †) |

†) Episcopo et capitulo Caminensibus: »Laterani III non. Febr. aº 18º.« ‖ *Haec bulla, quae* Boysen, Histor. Magazin II. 130 *male tribuit* Gregorio IX pp., *est eadem quam* II. 113 Innocentio III *recte adscripsit; vid.* 1216. Febr. 3 nº 5061

**1241.**

Aug. 22 | Romae | Moritur. »Fama ... christianorum climata pervolavit, quod dominus papa Gregorius .... xi kal. Sept. (*i. e.* Aug. 22) viam universae carnis est ingressus .... Fuit papa calculosus et valde senex et caruit balneis, quibus solebat Viterbii confoveri.« Matth. Paris Hist. maior 574. — »xi kal. Sept. a° D¹ 1241 obiit.« Annal. Senens. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 230. — »Obiit xi kal. Sept. (Nov. *male edit. Edinb.*).« Chron. de Mailros ap. (Fell) Rer. Angl. scr. 206 (edit. Edinburg. 1835. 4°. 154); Florentii Wigorn. Chron. II. 178. — »xi kal. Sept. Gregorio pp. defuncto.« Chron. S. Petri ap. Mencken Scr. rer. Germ. III. 259. — »Naturae carnis debitum solvens 15° pontificatus sui anno, mense Augusto octava assumptionis b. Mariae V. ... de medio est sublatus et in ecclesia b. Petri honorifice est sepultus.« Nicol. de Curbio Vita Innoc. IV § 5 ap. Baluze Misc. VII. 355 (ed. Mansi I. 195).

»Imperator .... in exterioribus Urbem divastat, et tunc de Gregorio papa quod obierit Rome 21. Augusti pro certo accepit.« Ryccardus de S. Germano ap. Pertz l. c. XIX. 381 (ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1047; ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1037). — »Obiit xii kal. Sept.« Annal. Stadens. ap. Pertz l. c. XVI. 367.

»Obiit circa festum s. Bartholomaei« (*i. e.* Aug. 24.) Ann. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 329.

»Obiit circa medium Augusti.« Annal. S. Pantaleonis ap. Boehmer Font. IV. 478; ap. Pertz l. c. XXII. 536.

»vii kal. Sept. (*i. e.* Aug. 26) obiit Gregorius pp. IX avunculus concanonici nostri magistri Adenulphi.« Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris *in* Collect. des cartul. de France VII. 136.

»Eodem a° Gregorius pp. IX circa festum assumptionis mense Augusti (*i. e.* Aug. 15) decesserat.« Rolandi Patav. Chron. ap. Pertz l. c. XIX. 78.

»Mense Augusti diem clausit extremum.« Bartholom. scribae Annal. ap. Pertz l. c. XVIII. 200. — »Mense Augusti de hoc seculo apud urbem Romam emigravit.« Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. XVIII. 485. — »Romae a° pontificatus sui 14° mense Augusto moritur.« Ricobaldi Hist. pont. Rom. ap. Eccard Corp. hist. medii aevi I. 1218; Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 722. — »Romae migravit ad Christum mense Augusti pontificatus sui a° 15°, a° D¹ 1241, quamvis in aliquibus chronicis scribatur 1239, sed male.« Vita Gr-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. i. 574.E.

»Obiit Gregorius pp. circa festum s. Marci« (*i. e.* Apr. 25). Ann. de Theokesberia *in* Annal. monast. I. 120.

»Forma decorus et venustus aspectu, perspicacis ingenii et fidelis memoriae praerogativa dotatus, liberalium (artium) et utriusque iuris peritia eminenter instructus, fluvius eloquentiae Tullianae, sacrae paginae diligens observator et doctor, zelator fidei, disciplina virtutis ... castitatis amator et totius sanctitatis exemplar.« Vita Gr-i ex card. Aragon. ap. Muratori l. c. III. i. 575 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1227 § 13). — »Inter hos quos ad summi praesulatus fastigium erectos series recolenda testatur, Gregorius IX pp. velut fulgor meridianus egreditur, veteres vitiorum caligines, saeculi climata, quinimmo ipsa ecclesiae luminaria offuscans et nova claritate propulsans.« Vita Honorii ex card. Aragon. ap. Muratori l. c. III. i. 575. — »Homo valde litteratus et ecclesie sibi credite strennuus defensor.« Emonis Chron. ed. Feith. (1866.) 180. — »Vir nobilis et religiosus et acutissime litteratus.« Alberici Trium Fontium Chron. ap. Leibnit. Access. II. 523.

»Ex suis gestis colligitur et ex operum fructibus indubitanter innuitur, quam pastor utilis, quam rector idoneus fuit reverendae memoriae Gregorius pp. IX, qui gregem sibi creditum ab iniquorum incursibus pro posse servans illaesum pro suis ovibus animam suam ponere non expavit, donec ipsam in Abrahae gremio resignavit et spiritum reddidit Deo nostro, quem multis afflictionum generibus in huiusmodi conflictibus lacessivit.« Epistola Friderici*) Roman. imp. ad regni fideles ap. Baluze Miscell. I. 455; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 101.

*) Cum his verbis laudationis de Gregorio pp., quem sibi adversarium toties praedicaverat, nunc loquatur imperator, non sine legitima suspicionis causa dubitatur, an haec ipsa epistola Friderico tribuenda sit, licet in hanc rubricam omnes codices conveniant.

Vacatio. »Post vacationem 2 mensium et dierum sex succedit Coelestinus IV.« Nicol. Triveti Annal. ed. Hog 230. — »Vacavit sedes apostolica usque ad viii kal. Nov.« (*i. e.* Oct. 25). Annal. Senens. ap. Pertz l. c. XIX. 230. — »Vacavit sedes apostolica usque in Novembrem.« Ann. S. Pantaleonis ap. Boehmer l. c. 478; ap. Pertz l. c. 536. — »Sedes (vacavit) anno uno et 8 mensibus.« Chron. S. Petri l. c. 259.

Emblema Gregorii IX: **Fac mecum, Domine, signum in bonum.** (Psalm. 85, 17.) **1227.** Aug. 9. nº 8003. 8004 — nº 8039. 8213. 8214. 8222. 8241. 8292. 8317. 8328. 8352. 8417. 8539. 8742. 8777. 9810. 8912. 9919. 10104. 10185. 10196. 10197. 10266. 10372. 10436 — **1239.** Mai. 23. nº 10746.

Bullis Gregorii IX subscripserunt:

**Pelagius** episcopus Albanensis. (*Cf.* p. 678.) **1227.** Mai. 7. nº 7895 — nº 7938. 7941. 7951. 7994. 8003. 8004. 8039. 8115. 8131. 8132. 8138. 8143. 8213. 8222. 8241. 8265. 8278. 8317. 8328—**1229.** Mart. 8. nº 8352.

**Rainaldus** episcopus Ostiensis et Velletrensis. **1234.** Aug. 24. nº 9512 — nº 9919. 10004. 10055. 10104. 10185. 10196. 10197. 10266. 10291 (*ubi* S. Thomasii et Vallarensis episc. *legitur*). 10320. 10372. 10394. 10515. 10608. 10695. 10738. 10746. 10747 (*ubi* Remaldus). 10770 — **1240.** Mai. 29. nº 10887. Fit papa Alexander IV.

**Conradus** episcopus Portuensis et S. Rufinae. (*Cf.* p. 678). **1227.** Mai. 7. nº 7895—nº 7938. 7941. 7950. 7951. 7977. 7994—**1227.** Aug. 9. nº 8003.

**Romanus** episcopus Portuensis et S. Rufinae. **1236.** Iun. 8. nº 10183—nº 10185. 10196. 10197. 10291. 10320. 10372. 10394. 10423. 10436. 10461. 10515. 10608. 10695. 10731. 10738. 10746. 10747—**1240.** Mai. 29. nº 10887.

**Guido** episcopus Praenestinus. (*Cf.* p. 678.) **1227.** Mai. 7. nº 7895—nº 7938. 7941. 7950. 7951. 7977. 7994. 8003. 8004. 8039. 8115. 8131. 8132. 8138—**1228.** Mart. 13. nº 8143.

**Iacobus** episcopus Praenestinus. **1234.** Nov. 7. nº 9762 (Praen. electus)—9812 (electus). 10104. 10183. 10185. 10320. 10372. 10394. 10423. 10436. 10461. 10515. 10608. 10695. 10731. 10738. 10747 — **1239.** Iun. 23. nº 10770.

**Oliverius** episcopus Sabinensis. (*Cf.* p. 678.) **1227.** Mai. 7. nº 7895 – nº 7950. 7951. 7994. 8003—**1227.** Aug. 9. nº 8004.

**Iohannes** episcopus Sabinensis. **1227.** Sept. 23. nº 8039 (*ubi* Ioseph *legitur*) — nº 8115. 8131. 8132. 8519. 8532. 8539. 8742. 8777. 8910. 8914. 9512. 9762. 9812. 9813. 9919. 10004. 10055. 10104. 10183. 10185. 10196. 10197. 10266. 10291. 10320. 10372. 10394. 10412. 10423—**1237.** Aug. 25. nº 10436.

**Godefridus (Giffredus, Gaufridus, Guifredus)** episcopus Sabinensis. **1239.** Apr. 15. nº 10731 —nº 10738. 10770 (*ubi legitur* ep. Salmensis)—**1240.** Mai. 29. nº 10887. Fit papa Coelestinus IV.

**Iacobus** episcopus Tusculanus. **1229.** Iul. 29. nº 8441 — nº 8519. 8532. 8539. 8582. 8733. 8742. 8777. 8910. 8914. 9512. 9762. 9812. 9813. 10004. 10055. 10104. 10183. 10185. 10196. 10266. 10291. 10320. 10372. 10394. 10412. 10423. 10436. 10461. 10515. 10608. 10695. 10738. 10746—**1239.** Iun. 23. nº 10770.

**Stephanus** presbyter cardinalis XII apostolorum. (*Cf.* p. 678.) **1227.** Mai. 7. nº 7895 — nº 7938. 7941. 7950. 7951. 7977. 7994. 8003. 8004—**1227.** Sept. 23. nº 8039.

**Sinibaldus** presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in lucina. **1227.** Sept. 23. nº 8039 – nº 8115 (*ubi* Sigebaldus *legitur*)—nº 8138 (*ubi* Sigefridus). 8143 (*ubi* Singenbaldus). 8192 (*ubi* Sigenbaldus). 8214. 8222. 8241. 8265. 8278 (*ubi* Sigebaldus). 8292 (*ubi* Sigibaldus). 8295 (*ubi* Singebaldus). 8317 (*ubi* Sisembaldus). 8328 (*ubi* Sijgenbaldus). 8409 (*ubi* Sigenbaldus). 8417. 8352 (*ubi* Sygenbaldus). 8441 (*ubi* Sigembaldus). 8519. 8532. 8539. 8582. 8733. 8742. 8777 (*ubi* Singenbaldus). 8910. 8914. 9762. 9812. 9813. 9919. 10004. 10055 (*ubi* Sigebaldus). 10104 (*ubi* Guinibaldus). 10183 (*ubi* Basilius). 10185 (*ubi* Raimbaldus). 10196. 10266 (*ubi* Syvbaldus). 10291 (*ubi* Sigribaldus). 10320. 10372. 10394. 10423 (*ubi* Simbaldus). 10436. 10461. 10515. 10608. 10695. 10731—**1239.** Mai. 24. nº 10747. Fit papa Innocentius IV.

**Guifredus** presbyter cardinalis tit. S. Marci. **1227.** Sept. 23. nº 8039—nº 8115. 8519. 8532. 8539. 8582. 8733. 8777. 8910. 8914. 9512. 9812. 9813 (*ubi legitur* Guifr. tit. S. Mariae). 9919. 10004. 10055. 10104. 10185 (*ubi* Ginfredus). 10196. 10197. 10266 (*ubi* Guifr. S. Mariae). 10291. 10320. 10372. 10394 (*ubi* Goffredus). 10412. 10608. 10695 (*ubi* Gaifridus)—**1239.** Mai. (Mart.?) 24. nº 10747. Fit episcopus Sabinensis.

**Stephanus** presbyter cardinalis tit. S. Mariae trans Tiberim tit. S. Calixti. **1229.** Mart. 8. nº 8352—nº 8409. 8417. 8519. 8532. 8539. 8582. 8733. 8742. 8910. 9762. 9812. 9813. 10183. 10185. 10196. 10197. 10266. 10291. 10320. 10372. 10394. 10423. 10436. 10461. 10515. 10695. 10731. 10738. 10746—**1240.** Mai. 29. nº 10887.

**Guala** presbyter cardinalis tit. S. Martini. (*Cf.* p. 678.) **1227.** Iun. 30. nº 7951.

**Iohannes** presbyter cardinalis tit. S. Praxedis. (*Cf.* p. 678.) **1227.** Mai. 7. nº 7895—nº 7950. 7977. 7994. 8003. 8004. 8039. 8115. 8131. 8132. 8138. 8265. 8352. 8532. 8539. 8582. 8733. 8742. 9762. 9812. 9813. 10104. 10183. 10185 (*ubi* Iosephus *legitur*). 10196. 10197. 10291. 10320. 10372. 10394. 10423. 10461. 10515. 10695. 10738. 10770—**1240.** Mai. 29. nº 10887.

**Bartholomaeus** presbyter cardinalis tit. S. Pudentianae tit. S. Pastoris. **1227.** Sept. 23. nº 8039—nº 8115. 8132 (*ubi* Bertholdus *legitur*). 8138 (*ubi* Bartholdus). 8143. 8192. 8213. 8222. 8241. 8265. 8278. 8317. 8328. 8409. 8417. 8352. 8441. 8532. 8539—**1230.** Iul. 5. nº 8582.

**Thomas** presbyter cardinalis tit. S. Sabinae. (*Cf.* p. 678.) **1227.** Mai. 7. nº 7895—nº 7938. 7941. 7977. 7994. 8003. 8004. 8115. 8131. 8132. 8138. 8143. 8192. 8213. 8222. 8241. 8265. 8278. 8292. 8295. 8317. 8328. 8352. 8409. 8417. 8441. 8519. 8532. 8742. 8777. 8910. 9512. 9762. 9812. 9813. 9919. 10004. 10055. 10104. 10183.

10185. 10196. 10197. 10266. 10291. 10320. 10372. 10394. 10515. 10608. 10695. 10731. 10738. 10746. 10747—**1239.** Iun. 23. nº 10770.

**Stephanus** diaconus cardinalis tit. S. Adriani. (*Cf.* p. 679.) **1227.** Mai. 7. nº 7895—nº 7938. 7950. 7951. 7977. 7994. 8003. 8004. 8039. 8115. 8138. 8143. 8192—**1228.** Oct. 1. nº 8265. Fit presb. card. tit. S. Mariae trans Tiberim.

**Romanus** diaconus cardinalis tit. S. Angeli. (*Cf.* p. 679.) **1228.** Febr. 22. nº 8131—nº 8132. 8138. 8143. 8213. 8532. 8539. 8582. 8733. 8910. 8914. 9762—**1235.** Ianr. 3. nº 9812. Fit episcopus Portuensis.

**Richardus** diaconus cardinalis tit. S. Angeli. **1239.** Apr. 15. nº 10731—nº 10738. 10746. 10770—**1240.** Mai. 29. nº 10887.

**Aegidius** diaconus cardinalis tit. SS. Cosmae et Damiani. (*Cf.* p. 679.) **1227.** Mai. 7. nº 7895—nº 8039. 8138. 8278. 8292. 8295. 8352. 8409. 8417. 8532. 8539. 8582. 8733. 8742. 9512. 9762. 9812. 9919. 10004. 10055. 10183. 10185 (*ubi* Egilinus *legitur*). 10266. 10291. 10320. 10372. 10394. 10436. 10461. 10515. 10608. 10695—**1239.** Mai. 24. nº 10747.

**Rainaldus** diaconus cardinalis tit. S. Eustachii. **1227.** Sept. 23. nº 8039—nº 8192 (*ubi* Ramaldus). 8222. 8265. 8278. 8292. 8295. 8317. 8328. 8352. 8409 (*ubi* Reginaldus *legitur*). 8417. 8532. 8582. 8910. 9512. 9762 (*ubi* Ramuldus). 9812—**1235.** Ianr. 3. nº 9813.

**Robertus** diaconus cardinalis tit. S. Eustachii. **1239.** Apr. 15. nº 10731—nº 10738. 10746. 10770—**1240.** Mai. 29. nº 10887.

**Petrus** diaconus cardinalis tit. S. Georgii ad velum aureum. (*Cf.* p. 679.) **1227.** Mai. 7. nº 7895—nº 7938. 7950. 7951. 7977. 8003. 8004. 8039. 8115. 8143. 8192. 8213. 8222. 8241. 8278. 8292. 8295. 8317. 8328. 8352. 8409. 8417. 8441. 8532. 8582. 9812. 9813. 9919. 10004. 10055—**1236.** Febr. 26. nº 10104.

**Raynerius** diaconus cardinalis tit. S. Mariae in Cosmidin. (*Cf.* p. 679.) **1227.** Mai. 7. nº 7895—7938. 7950. 7977. 8003. 8004. 8143. 8213. 8265. 8278. 8292. 8295. 8328. 8352. 8409 (*ubi* Romanus *legitur*). 8417. 8441. 8519. 8532. 8539. 8582. 8733. 8742. 8777. 8910 (*ubi* Romarius). 8914. 9762. 9812 (*ubi* Rainutius). 9813. 9919. 10055. 10104. 10183 (*ubi* Rainerus). 10185. 10197. 10266 (*ubi* Ramerius). 10291. 10320. 10394. 10412. 10436 (*ubi* Ranerius). 10461. 10515. 10608. 10695. 10731. 10738. 10746. 10747. 10770 (*ubi legitur* Raireius tit. S. Mariae & SS. Cosmae et Damiani)—**1240.** Mai. 29. nº 10887.

**Otto (Oto, Otho)** diaconus cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliano. **1227.** Sept. 23. nº 8039—nº 8115. 8143. 8192. 8213. 8222. 8241. 8265. 8292. 8295. 8317. 8328. 8519. 9762. 9812. 9813. 9919. 10104. 10183. 10185. 10197. 10266. 10291—**1237.** Apr. 13. nº 10320.

**Octavianus** (*plerumque legitur* **Otto**) diaconus cardinalis tit. SS. Sergii et Bachi. (*Cf.* p. 679.) **1227.** Mai. 7. nº 7895—nº 7938. 7950. 7951. 7977. 7994. 8003. 8004. 8115. 8131. 8132. 8143. 8213. 8222 (*ubi* Octus tit. SS. Petri et Pauli *legitur*). 8241 (*ubi* Octus *legitur*). 8265. 8409. 8417. 8441. 8519. 8532. 8539. 8582. 8733. 8742—**1231.** Iul. 31. nº 8777.

Bullae datae sunt per manum

Magistri **Sinibaldi** auditoris contradictarum litterarum domini papae. (*Cf.* p. 679.) **1227.** Mai. 7. nº 7895—nº 7899. 7924. 7938. 7950. 7951. — S. R. E. vicecancellarii. **1227.** Iul. 28. nº 7977—nº 7994. 8003. 8004. 8015. 8026. — tit. S. Laurentii in lucina presb. card. et S. R. E. vicecanc. **1227.** Sept. 23. nº 8039.

Magistri **Martini** S. R. E. vicecancellarii. **1227.** Dec. 9. nº 8080—nº 8115. 8131. 8132. 8138. 8143. 8192. 8209. 8213. 8214. 8222. 8241. 8265. 8278. 8283. 8292. 8295. 8317. 8328. 8352. 8409. 8441. 8518. 8519. 8532. 8534. 8564. 8582. 8619. 8727. 8733. 8742. 8777. 8829—**1232.** Apr. 2. nº 8914. — *Subscribit etiam:*

Magistri **Martini** archidiaconi Senensis S. R. E. vicecancellarii. **1229.** Iun. 13. nº 8417—nº 8539—**1232.** Apr. 1. nº 8910.

Magistri **Bartholomaei** S. R. E. vicecancellarii. **1233.** Mai. 31. nº 9215—nº 9414. 9423. 9424. 9449. 9512. 9762. 9812. 9813. 9819—**1235.** Mart. 6. nº 9850.

Fratris **Iosephi** ordinis Florensis Gregorii IX notarii. **1235.** Apr. 24. nº 9888—nº 9894—**1235.** Mai. 22. nº 9919.

Magistri **Guillelmi** S. R. E. vicecancellarii. **1235.** Iul. 4. nº 9957—nº 10001. 10004. 10055. 10104. 10183. 10185. 10196. 10197. 10215. 10217. 10266. 10291. 10320. 10321. 10322. 10371. 10372. 10393. 10394. 10412. 10423. 10436. 10461. 10515—**1238.** Mai. 29. nº 10608.

Fratris **Iacobi** ord. fratr. Praedic. S. R. E. vicecancellarii. **1239.** Apr. 15. nº 10731—nº 10738. 10746. 10770. 10919—**1241.** Iun. 15. nº 11031.

**Bartholomaei** S. R. E. notarii. **1239.** Mai. 24. nº 10747.

Guifredus Castilionacus Mediolanensis, Iohannis Castilionaei Cassandraeque Cribellae Urbani III Romani pontificis sororis filius, severiori morum disciplina sub s. Galdino archiepiscopo Mediolanensi institutus est primo, deinde ecclesiae Mediolanensis archipresbyter et cancellarius fuit. Sub patrui pontificatu onus Mediolanensis ecclesiae contempsit subire; defuncto Urbano rerum humanarum pertaesus in monasterio Altacumba sito in Sabaudia Cisterciensem religionem professus est. Gregorius pp. IX eum e claustro eduxit, 1227. Sept. presbyterum cardinalem tit. S. Marci, deinde episcopum Sabinensem renunciavit. Hic eodem pontifice legationis munere functus est apud Fridericum imp., mox in Hetruria et in Gallia cisalpina. Cum autem Gregorius fato cessisset, in demortui locum suffectus est.

---

## 1241.

Oct. 25 — Romae ap. Septisolium

Eligitur. »viii kal. Nov. electio domini papae Coelestini IV a° D<sup></sup>i 1241.« ‖ Annal. Senens. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 230. — »viii kal. Nov. electus sedit dies 17.« ‖ Cont. Chronici ex Pantheo excerpti ap. Pertz l. c. XXII. 370.

»vii kal. Nov. (*i. e.* Oct. 26) in dominum Gamfredum Sabinensem praesulem (cardinales) consenserunt et Coelestinum nuncupaverunt.« ‖ Chron. S. Petri ap. Mencken Scr. rer. Germ. III. 259.

»Cardinales qui in Urbe ad papae electionem convenerant, per Senatorem et Romanos apud Septisolium includuntur, ut ad creandum papam inviti procedant..... Mense Octobris Gyffridus Mediolanensis in Celestinum papam eligitur.« ‖ Ryccardi de S. Germ. Chron. ap. Pertz l. c. XIX. 78. — »Steterunt cardinales per 40 dies in apostolici electione discordes. Set mense Octubris eiusdem anni, quasi in fine mensis cardinales elegerunt dompnum Zufredum Mediolanensem, cancellarium, in theologia peritum. Qui electus missam solempniter celebravit in festo Omnium Sanctorum (*i. e.* Nov. 1) in Laterano, ubi cardinales quosdam et episcopos consecravit; et post circa dies 20 decessit.« ‖ Rolandi Patav. Chron. ap. Pertz l. c. XIX. 78.

»Die Veneris primo mensis Novembris domnus Guifredus de Mediolano cardinalis electus fuit per cardinales apostolicus et cecinit primam missam et vocatus Celestinus IV.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. XVIII. 485 (Chronica tria Placent. 164). — »Successit Celestinus circa festum Omnium Sanctorum, qui sedit per 15 dies, et sic diem clausit extremum.« ‖ Chronica de Mailros ap. (Fell) Rer. Anglic. scr. 206.

»Convenientibus in unum in palatio quod Regia Solis dicitur, quinque cardinales elegerunt sextum, scil. Galfridum Mediolanensem, et huic electioni favit imperator congratulans. Tres vero residui elegerunt quartum, scil. Romanum, cui electioni opposuit se imperator.... Nomina eligentium primum sunt: Aegidius Aspanus, Stephanus filius Comitis episcopus Portuensis, Remerus de Viterbio, Iohannes de Columpna, Robertus de Sumercote Anglicus. Nomina autem eligentium alterum sunt: Richardus Hannibal, episcopus Hostiensis, qui de more primam habet vocem in electione papali, et Senebaldus episcopus Sabinensis. Suscitatum est grave schisma inter fratres propter dictas electiones, quia debet haberi papa et acclamari, cuius electioni duae partes consenserint electorum iuxta decretalem illam Alexandrinam, quae sic incipit *Licet de vitandu discordia*.« ‖ Matthaeus Paris Hist. maior 575. — »Post multas disceptationes et diversa schismata ... inter cardinales suscitata elegerunt fratres iam pauci facti a tribulatione malorum et dolore magistrum Galfridum Mediolanensem in papam, virum moribus praeditum et scientia, sed in aetatem senilem iam declinantem et debilitatem. Unde cum iam vix 16 dies sedisset, praematura morte praeventus ... sedem papalem ... reliquit desolatam.« ‖ Matth. Paris l. c. 577. — »Sedit diebus undecim.« ‖ Ann. S. Pantaleonis ap. Boehmer Fontes IV. 478; ap. Pertz l. c. XXII. 536.

» 28

»Consecratus v kal. Nov. dictusque Coelestinus IV.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 178. *Si haec verba ex vero esse approbamus, legendum est* vi kal. Nov.

Nov. 10 — Romae ap. S. Petrum

Moritur. »Die dominico, 10. mensis eiusdem (*i. e.* Nov.) proximo de hoc presenti seculo emigravit.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 485 (Chronica tria Placent. 164). — »Statim tertio die morbo correptus **nec pallio nec infula nec bulla functus** XVII. die iv id. Nov. (*i. e.* Nov. 10) diem clausit extremum.« ‖ Chron. S. Petri ap. Mencken Scr. rer. Germ. III. 259. — »Caelestinus morte praeventus pallium non recepit more papali, **munus consecrationis non habuit neque bullam**,*) et infra 17 dierum spatium

---

*) Bulla data »viii id. Aug. a° 1°«, incip. »Ex insinuatione dilectorum« et directa »Archiepiscopo Senonensi et abbati S. Columbae in Senon. dioc.«, quam sub nomine *Coelestini IV* Martene Thes. anecd. I. 1017 vulgavit, est *Coelestini III* data a° 1191, ut ex eius lectione apparet. *Cf.* Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 301. — Idem Coelestinus III scripsit bullam quam d. d. »iv kal. Febr. a° 3°« — »Fratres nostros et« *Coelestino IV* tribuerunt Mon. Boica XXVIII. ii. 349. — »Erravit et Th. Dempster *in* Martyrologio Scotico tribuens *Coelestino IV* litteras de vindicta ab Alexandro Scotiae rege ob necem Adami Cathanensis episc. suscepta, cum illae sint *Honorii III; vid.* a° 1223. n° 6967. — Ex cuius Coelestini cancellaria argumentum illud prodierit, quod directum »Regi Daciae« *nostro Coelestino* adscripserunt Hasselbach Cod. Pomer. I. 651. n° 305; Lisch Meklenburg. Urkunden III. 90. n° 32; Meklenb. UB. I. n° 532; Klempin Pommersches UB. I. 315. n° 396, in medio relinquam.